OBSERVATIONES IVRISDICTIONALES

Politicæ, ac Practicæ.

AD REGIAM PRAGMATICAM SANCTIONEM Editam de Anno 1617. quæ dicitur de Antefato.

IN QVIBVS FERE' OMNIGENAE IVRIS MATERIAE pertractantur, ſicuti in ſubſequenti pagina eſt videre,

OPVS NE DVM I.C. CAETERISQ. IN FORO VERSANTIBVS apprime neceſſarium; ſed Eccleſiaſticis, Politicis, ac Hiſtoricis non ingratum.

AVCTORE

IO. DOMINICO TASSONO

I. C. NEAPOL.


Olim in ſupremis Concil. ac Tribunalib. Neap. Aduocato Primario, nunc verò M. C. V. Iudice in Ciuilibus.

Cum duplici Indice Argumentorum, ſcilicet quamplurium Allegationum eiuſdem Auctoris, ſecundum ſubiectas materias collocatarum; ac rerum notabilium.









SVPERIORVM PERMISSV.

NEAPOLI, Typis Secondini Roncalioli. M. DC. XXXII.

Sumptibus Stephani Monliuerij Bibliopolæ Neap.

QVæ florido apparatu doctissimè, & perbellè quidem varijs Historijs ornata, Iurisdictionalibus, Practicisq; conclusionibus firmata occasione Pragmaticæ editæ circa antefati materiam, in vnum congessit V.I.D. Io. Dominicus Tassonus S.C. Aduocatus Veteranus, & Primarius, perlegi: Cumq; in eis nil quod orthodoxæ fidei noceat, inuenerim; ideo pro publicæ vtilitatis commodo imprimi posse affirmo.

A. Riccius Episcopus.

Imprimatur. I. Terragnolus Vicarius Generalis.

Illustrissime, & Excellentissime Domine

OBseruationes ad Pragmaticam de Antefato, doctè, & eleganter scriptas à Io. Dominico Tassone eximiæ doctrinæ viro; attentè, & accuratè vidi: nihil continent, quod publicis moribus repugnet, neque à Typographi opera excludendum queat: Plura quidem Iuris Arcana quousq; recōdita, Regni huius Capitula, Constitutiones, Ritus, Pragmaticas, Stilum, Tribunalium originem, praxim, & diuisionem Fidelissimæ Ciuitatis, & Consuetudines, miro ordine dilucidat, atque interpetratur: Exteri colant, lætentur nostrates; & Tu Excellentissime Princeps scientiarum Mœcenas ipsum virtute, meq; affectu, & deuotione commendatos habeas, Vale, & feliciter vale.

Excellentiæ Vestræ

Humillimus Seruus

D. Franciscus d'Ocampo.

Imprimatur.

Tapia Regens. Enriquez Regens. Lopez Regens.



Illustriss. & Excellentiss. Principi

DON EMANVELI
DE FONSECA, ET ZVNICA
COMITI DE MONTEREY, ET FVENTES,

Domino Statuum Domorum de Viedma, & Vglioa,

Domino Domus de Ribera, &. del Solar de Arauio, vno ex tresdecim Ordinis S. Iacobi de Spata, Cubiculario Suæ Cathol. Maiestatis, Consiliario Status, Præsidenti in Supremo Italiæ Concilio, & apud Summum Pontificem Oratori extraordinario,

VICEREGI, LOCVMTENENTI, ET CAPITANEO GENERALI In præsenti Regno Neap.

S. & P. F.



Varum laudum præconia (Excellentiss. Princeps) eò vsque peruenere, vt etiam Aemuli ea pertranseundo cum silentio proclament, cæteri verò cum iubilo nusquam acclamare desistant: Quis enim absque inuidiæ nota ea tacendo poterit præterire? quæ hæreditario quasi iure, à tot Hispaniæ Proceribus maioribus tuis per manus desumpsisti, tantoq; Reip. bono, in præsidendo Italiæ Supremo Concilio exercuisti, & in illa extra ordinem, & præter rerum ordinem sumpta, pro Deiparæ Virginis Immaculata Conceptione, ad solamen Orbis, & Catholici Regis, apud Summum Pontificem Legatione, quis enim non miretur prudentiam tuam, in difficillimis Italiæ temporibus eam lustrando percurrere, vt eius Dynastas, ad pacem conciliares? quis tandem non extollet, in hoc Regno moderando vigilantiam tuam cunctis indifferenter iustitiam ministrando? in annonæ copia vndiquè perquirenda? in Togatis Magistratibus deligendis? quanta diligentia, quanta integritas, vbi nec gratiæ, nec commendationibus locus; Verùm de his plura dicerem, sed pertranseo, nè

me ipsum, licet immeritum, & inopinantem in eorum numerum cooptatum haud conspexissem, qui si fortasse posthac tuæ electioni videar respondere, Excellentiæ tuæ sunt gratiæ referendæ, qui inhabiles, habiles tuo iudicio, quodammodo redidisti: Vtquè huius subitæ mutationis aliquod specimen appareat istæ meæ lucubrationes, sub tui nominis auspicijs, nunc absolutæ declarabunt. Vale, atque iterum diutius valeas cum Excellentissima MARIA Gusmana coniuge tua, de cuius maioribus si gloriatur Hispania, de felicibus eius natalibus, nostra exultat Italia, & ipsa Roma Regina Orbis. Neap. die 15. Decembris. 1631.

Excellentiæ Tuæ

Humillimus Seruus, & Deuotissimus

Io. Dominicus Tassonus.




Illustriss. et Excellentissimus Dnūs D. Emanuel de Fonseca, et Zunica Comes de Monterey
et Fuentes, Consiliarius status Catholicæ Maiestatis, Præsidens in supremo Italiæ
Consilio, et Regni Neap. Vicerex, Locumtenens, et Capitanius Generalis.

Nic. Perrey fec.



LECTORI. S.





Pvs tibi ad legendum profero (Amice Lector) quod neque ingratum, nec infructuosum esse puto: noua sanctio, siue Pragmatica diffusè tractatur, qua perstringitur ius antiquum, & temperatur, circa donationes propter nuptias, quod antefatum, in nostro Regno appellamus, & quidem cum adequatione intellectus, nàm ante hanc editam sanctionem nusquàm adduci potui, vt crederem iuri consentaneum fore, vt soluto coniugio, ob viri mortem sine liberis, vxor tàm pingue lucraretur antefatum, etiam quoad proprietatem: controuersia quæ nulla magis quotidie in Tribunalibus agitatur: sed vereor nè tibi, longius progressus esse videar nonnulla differendo, nempè de Regibus, Proregibus, de Concilijs, & Tribunalibus, ac eorum origine, iurisdictione, & potestate; de iure Baronum, eorumq; dignitatibus; de Episcopis, & Abbatibus; de publicis Comitijs, seu Parlamentis in donatiuis Regi nostro præsentandis. Fortè exteris non iniucunda, quod si Candidis Lectoribus tantùm probabo, mearum lucubrationum fructum abbundè sum percepturus. Vale.



Lex

Lex super qua Obseruationes fiunt.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX, &c.



ON PETRVS GIRON Dux Ossunæ, Comes Vreniæ, Marchio Pegnafiel, Maior Camerarius Suæ Maiestatis Catholicæ, eiusq. Regnorum Castellæ Maior Notarius, & in præsenti Regno Præfatæ Regiæ, & Catholicæ Maiestatis Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis.

Tra l'altre gratie, che nel prossimo passato parlamento ci hà dimandato questa Fidelissima Città, Baronaggio, & Regno, è stata la sequente, videlicet, Che fussemo seruiti di concedere il Reg. Assenso alla riforma de' Donatiui, & Antefati: como ancora s'era cōcluso per li deputati di tutte le piazze di questa detta Fidelis. Città, cioè, che alle doti di doc. quattromilia à basso, l'antefato sia per terzo, & il donatiuo à ragione d'otto per cento; alle doti di doc. quattromilia insino à diecemilia, l'antefato sia à ragione di doc. vintecinque per cento, & il donatiuo à ragione di sei per cento; alle doti di doc. diecemilia in vintimilia, l'antefato sia à ragione di vinti per cento, & il donatiuo à ragione di cinque per cento; alle doti di docati vintimilia in trentamilia, l'antefato sia à ragione di quindeci per cento, & il donatiuo à ragione di quattro per cento; & che alle doti di docati trentamilia in sù, l'antefato, e donatiuo siano conforme potrà conuenirse, purche l'antefato non ecceda li quindeci, & il donatiuo li quattro per cento; & che l'antefato, ò restino, ò non restino figli à morte della donna torni per morte sua alli heredi del marito donde è vscito; & che alle donne vedoue quando si torneranno à casare non si possa constituire l'antefato se non per la metà di quello che se li potria costituire se si casassero la prima volta; & che li lazzi, & spingole, che si promettono non si possano cercare dalla donna se non per l'vltima annata quando il marito sarà morto, non mostrando però l'heredi del marito pagamento di detta vltima annata. Et parendoci giusta, e ragioneuole tale dimanda, per la quale ancora prima ne haueuano fatta istanza le Piazze Nobili, e del Popolo di questa Città, ci hà parso con voto, e parere del Regio Collateral Conseglio appresso di Noi assistente, con la presente Pragmatica omni tempore valitura, ordinare, e comandare, che da quà auanti nelli matrimonij che in questo Regno si contraharanno, si debba ad vnguem osseruare lo che di sopra stà reformato, & à Noi supplicato, Verum, à rispetto delli matrimonij consertati, per li quali fin' al presente giorno fussero fatti capitoli matrimoniali per mano di publico Notare, ancorche non fusse seguito il matrimonio, ò sponsali, volemo, che s'osserui, quello che frà le parti serà stato consertato, & capitulato, non ostante la presente pragmatica, la quale volemo che da quà auanti si osserui inuiolabilmente; annullando tutto quello che contro il tenore di essa si facesse direttè, ò indirettamente, e tutti li contratti, promessioni, & oblighi, etiam sotto la fede, e parola di Nobili, ita che le parti non siano in modo alcuno tenute all'osseruanza di quello che contro la dispositione della presente pragmatica fusse cōuenuto, sotto pena alli Notari, e Giudici che stipulassero dette conuentioni della perdita di loro officio, e de altra etiam corporale à nostro arbitrio reseruata. Et acciò in nessuno futuro tempo si possi della presente pragmatica allegare ignoranza, ordinamo se publichi in questa detta fidelissima Città, & per il presente Regno, & il translato di essa se affigga in valuis delli Regij Tribunali di questa detta Città. Datum Neap. die 30. mensis Decembris 1617.

E L D V Q V E.

Vid. Constantius Reg. Salazar Secretarius. Vid. Lopez Proreg.
Vid. Villalob. Proreg. Vid. Alderis. Proreg.

In Pragmat. 1 fol. 36.

MATERIARVM OMNIVM OBSERVATIONVM

Super singulis Versiculis huius Legis

INDEX.

FINIS.



ALLEGATIONVM
VERO ARGVMENTA,

Quas sub Obseruationibus istis secundum subiectas materias congruè euenit collocare, sunt videlicet.

Pro

FINIS.



PRAE-

PRAETERMISSA
IN TYPO, SIC REPARA.



Pag.4.nu.16.ibi, in historia fol.768.

SVpple. notatq; Bouadilla in Politica tom.2. lib.3.cap.8. nu.39. fol.131.

Pag.15.nu.10.post verb.sus commune.

Sup. & hoc nimirum, siquidem testatur Bouad. in polit. tom.1. lib.1. c.9. num.32. pag.142. Hispanias vnquam à Barbaris moribus tanto purgatas, nisi postquam per Concilia, & cum legibus receptum est.

Pag.17.col.1.in fin. ibi, gestorum.

Sup. numero.

Pag.18.col.1.nu.15.ibi, Imperij quod.

Sup. in Italia dominium ipsius semper fuit modicum, Andr.de Isern. in tit.quæ sunt regalia, vers.sed certè, nu.2. &

Pag.18.nu.35.in med. ibi, D Thom. 2. 2. quæst.67. art.1.

Sup. Papa enim habet superioritatem ad Imperium, in quam (vacante Imperio) Imperatori succedit, Clemen. Pastoralis in fine. de re iudicata.

Pag.31.nu.7. ibi, Bal.in cons.159.lib.3.

Sup. & omnia latissimè recenset Iudex Balboa nouiter visus in sua Monarchia Regum, per totum.

Ibid. nu.10. ibi, & notum est.

Sup. Eiusdemque legis verba refert Balboa in eadem Monarchia pag.73. nu.19. circa medium.

Pag.32.col.1.paulo post med. ibi, ubi enim Præsides.

Sup. cum Auditoribus biennales sunt, & syndicatui parere tenentur iuxta ordinem Cæsareæ Maiestatis de anno 1533. in Priuileg. & CC. Neap. pag.94. &

Ibid. col. 2. nu.15. in fine.

Sup. deq; Episcopis, & Archiepiscopis, ac alijs personis Ecclesiasticis possidentibus feuda in Regno, vide infra vers.14.obser.1.

Ibid. col. 2. nu.16. in fine.

Sup. Istius Insulæ Episcopus Messinēsis Archiepiscopi est suffraganeus, Freccia in lib.1. de subfeud.in tit.de antiquo statu Regni, in fine, fol.96. vbi multa de Insula ista.

Pag. 33. col. 2. circa princ. ibi, Neapoli patrata.

Sup. Verum si alia mala per Belisarium Græcū aduersus Siluerium Papam in anno 539. ac etiam plura alia per ipsum, & Antoniam eius vxorē patrata videre velis, post Inglese. in 1. part. historiarum Summorum Pontificum lib. 3. cap.11. in vita Siluerij Papæ 60. pag.104.col.4. cum seq. videas Balboam in sua Monarchia Regum, quæst.2.par.3.nu.41. fol.127.

Pag. 34. nu. 26. ibi, ast nunquam desinit esse ratis.

Sup. merito notab. supplet Eminentiss.Cardin. Bellarminus in disputation. tom. 2. de Ecclesia militante, fol. 3. cap.13. fol.134. Ecclesiam visibilem non posse deficere, & Ecclesiam intelligit non vnum, aut alterum hominem Christianum, sed multitudinem congregatam in qua sint Prælati, & subditi, & Matt. 16. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ Inferi non præualebant aduersus eam, Caluiniq; opinionem confutat, qui de Ecclesia inuisibili hoc admittit.

Pag.47.col.1.vers.2.ibi, Sac.Cons.

Sup. Locumtenente Regiæ Cameræ.

Pag.48. nu.32. ibi, vna il tale.

Sup. ad quod facit etiam l.3. C.de offic. Rectoris Prouinciæ, & l.quoniam.23. C.de Episc. & Cler. vbi quod memoria iusti debet extolli, sicuti & memoria iniusti aboleri.

Pag. 49. paulo post nu.57.ibi, beniuolentia maxima.

Sup. retulit.

Ibid.col.2.in med. ibi, Neapolim petere.

Sup. præcedente etiam supplicatione huius fidelissimæ Ciuitatis, vt in Priuileg. & Capit. Neapolis fol.49. at. in supplicatione facta 5.Octobris 1505.

Pag.52.nu.43.in fine.

Sup. sed si paritas votorum in Regijs Audientijs quo ad causas criminales interueniret, Præses nō vocat, sed D.Prorex est certiorandus, Prag.4.de offic.Iustitiar.

Pag.53. col.2.nu.49. in fine.

Sup. qui quidem Pater Pirott in anno sequenti 1631. fuit in Capitulo generali per Patres diffinitores vnanimi consensu Generalis electus, & magnæ Cartusiæ Conuentus solitam electionem non habuit.

Pag.57.nu.83.ibi, Sen.Cons.Maced.

Sup. verum prouisio, & communicatio fiat cum Regentibus Regiam Cancellariam, vt in Priuilegijs, & Capitulis Neapolis cap. 9. pag.153. ater.

Pag.

Pag.60. colum.2. in princ. ibi, dixit Iustinianus.

Sup. secundum Lecturam Gregorij Aloandri in collat. pag. 208. arer.

Pag.64.col.2.n.119.ibi, huius opinionis.

Sup. & tu vide Emmentissimum Cardinalem Bellarminum io 2. tomo disputationum titulo de Clericis, lib.1. cap.26. fol.286. vbi contrarium tenentes confutat.

Pag 65. nu.121. in fine.

Sup. & D. Riccius in praxi fori Ecclesiastici, par.1. in decis.10. quæ est in pag. 811. nec Bal. doctrina in l. an vsusfructus.63. ff. de vsufruct. vbi quod feuda, & iurisdictiones in Vniuersitates de 100. annis ad 100. annos renouari deberent, obstat in casu nostro, dum Fiscus in fine prædictorum 100. annorum augmentum habere videtur in ducat. 120.mil. & plus.

Pag. 66. num. 128. ibi, & alia iura ibi allegata.

Sup. & facit l.3. C.de errore Aduocatorum.

Pag.71.nu.10.ibi, aspergatur nu.45.

Sup. pœna enim datur etiam loco deserto, Ciuitatibus, ac animalibus, Andr.in cap.1.nu. 23. de Cap. Corrad. & in tit. quæ sint regalia, §.flumina, nu.7.

Ibid. nu.16.ibi, recepit iuramentum.

Sup. Iuramentum hoc (vt fertur) fuit tacto pectore datum; sed quando fuit capta possessio huius Regni à Philippo II. mediante persona D.Cardinalis Siguntini, tactis Euangelijs iurauit, teste Freccia de subfeud. lib. 3. in q. præcedentiæ Syndici huius Ciuitatis, num.44. pag.468.

Pag. 74. nu.1. in fine ibi, constitutionibus sequentibus.

Sup. & facit l.1. C.de officio Vicarij.

Pag. 80. col. 2. in fine.

Sup. & inde Mantua ab Imperatoris exercitu fuit capta 18. Iulij 1630. verũ inde ex eiusdem Cæsaris benignitate eidem Duci fuit restituta 20. Septembris 1631.

Pag. 88. num. 4. ibi, ad Lectorem beneuolum.

Sup. & in versic. 4. obseruat. 3. num.1.

Ibidem nu. 7. in fine.

Sup. In dubijs enim recurritur ad libros Parlamenti, Bellug. fol.6. nu.24.in antiq.

Pag.101.nu.18.in fin.ibi, & tollerare.

Sup. & per speciale Priuilegium Regis Catholici statutum fuit Casalia prædicta in demanium fore detinenda, & non vendi, vt in Priuileg. & Capit. Neap. fol.45. cap.43. Regis Catholici.

Pag.102. col. 2. ante nu.24. ibi, vbi de eius auctoritate habetur.

Sup. & per Aulum Gell. lib.13.noct.actic.c.12.

Pag.108. col.1. in fine. ibi, Salustij contra ipsum.

Sup. & alia Aulus Gellius noct. acticar. lib.12. cap.12. pag.169. quem videas.

Pag.111. col.2. nu. 62. ibi, Sacra Regia Maiestas.

Sup. Reges non sunt mere laici, Frecc. de subfeud. lib.1. tit. de officio magni Cancellarij, fol.53. nu.26.

Pag.113. nu.74. in medio ibi, sub die 1.May 1622.

Sup. pro executione Ritus 12. Mag.Cur.Vic.

Pag.118.col.2.n.107.vers.7.ibi, & facit.

Sup. cum Ritu 4. Magnæ Curiæ Vicariæ.

Pag.123.col.2.in 9.potest.vers.18.ibi, Anna in singul.466.

Sup. & omnia incidentia in causis prædictis sũt iunctis Aulis tractanda, Vinc.de Franch. decis.252. in fine.

Pag. 128. colum.1. circa finem ibi, C.de excusat mun. lib.10.

Sup. & vide infra vers.7. obseruat.1. nu.11.

Pag.130.nu 137.vers.5.ibi fol.289.

Sup. & in l.bene à Zenone, C.de quatrien.præscript. contutores nostri vocantur.

Ibid. ibi, l.4.ff. de orig. iur.

Sup. Imo ab Imperatoribus fuit statutum cognosci non posse à Præfecto Prætorio in criminalibus, nec amouendi, vel priuandi, sed ad Imperatorem referendi, l.2. C. de officio Præfect. Augustal.

Pag.133.nu.146. in fine.

Sup. & vide infra vers.14.obseruat.2.nu.20.

Ibid. nu.148. ibi, Rationales.

Sup. vt in l.vlt. C. de Aduoc. Fisci.

Pag.135.nu.158.in fine ibi, apud alterum.

Sup. dicuntur enim Iudices Mag. Cur.Vic. Regij Consiliarij, & familiares Regis, vt in ritu 288.

Pag.136.nu.16. in fine.

Sup. & etiam habes in Ritibus Mag. Cur. Vic. 256. & 257. & seq.

Pag. 137. in medio ibi, & inde quatuor biennales.

Sup. & à Carolo V. in anno 1534. duo alij fuerunt additi, Prag.1. de offic.Mag.Iustit.

Ibidem nu. 170. circa finem, ibi, Seneca lib.1. de ira. c.14.

Supp. & Aul.Gell.in lib.14.noct.act. describendo Iudicem ex mente Chrisippi ait, Iudicẽ qui iusticiæ Antistes est, oportere esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, contraq; improbos nocentesq; immisericordem, atque inexorabilem, erectumque, & arduum, ac potentem, vi & maiestate æquitatis veritatisq; terrificum.

Pag.138.nu.171.in fin.ibi, Bouadil.
in polit.tom.2.fol.323.nu.26.

Sup. Ipsi enim aduertere debent ad informationem capiendam ea inquisitione procedere non posse, nisi fama præcederet, l.2. C. de offic. Pręf. ꝰ. Vrbi, quo in loco habes, posse Iudices ante eorum præsentiam obnoxios solum duci facere, hinc seruatur prouideri illud, ducatur ante præsentiam.

Pag.139.col.2.in medio ibi. vt in l. 1. C. de offic. Vic.

Sup. Iudices quidem eiusdem Curiam regnor, pragmat. 10. cap.5.de offic. magistr. Iustic. ipsiq; dicuntur Mag. Cur. quia in eis præsidet magister Iustitiarius,& Iudices criminales representant Curiam Capitanei Neapolis, vt in ritu 302. & & ibi Carauita.

Pag.142. nu. 195. ibi. C. de modo mulctarum.

Sup. & facit Ritus Mag. Cur. Vic. 9. & 13. quos videas.

Ibidem nu.196. in fine.

Sup. Verum salarij huius solutio ne dum in hodiernis tempestatibus perquiritur, sed semper mendicatum fuit, l.1.C.de Aduoc. Fisci, & Traiani tantū tempore dici potuit, debes Cęsar, & solues.

Ibid. nu.201.ibi, fol.mihi 366.

Sup. & Reginæ Ioannæ,vt in Ritu M.C.V.44.

Ibidem nu.202. ibi, supra diximus num. 197.

Sup. siquidem vniuersi Ciues, & Collegia ei sunt subdita, l.4.C.de offic.Præfect.Vrbi.

Pag.143. nu.205.ibi, M.C.V.

Sup. Præsidens vocatur in ritu 306.& Illustrissimi titulo est decoratus, l.final. C.de veter. iure enuclean. hodie autem mirificè summoq; decore, ac prudentia, & integritate regit Dominus Don Io. de Erasso nobilissimus Miles Hispanus,Eques ordinis S.Iacobi de spata, Cubicularius Suæ Maiestatis, & Regius Collateralis Consiliarius.

Pag.143. num.205. circa finem,ibi, ff. de officio Præsidis.

Sup. verum quas licentias concedere, & quid exigere valeat,hodie perquire Pragmaticam editam per Excellentissimum Proregem de Monterey 4. Iunij 1633.

Pag. 145. col. 1. in 13. potest. ibi, Cap. Neapol.fol.154.

Sup. & in ritu Magnæ Curiæ Vicariæ 39.

Pag. 148. num. 214. ibi, Mutius Surgens vbi supra.

Sup. & in l.binos, C.de Aduocat. diuers. Iudic. vbi quod omnibus priuilegijs gaudet.

Pag.149.col.1.circa princ.ibi, sub tit. de elect. offic. pag.135.

Sup. & d.l.binos, C.de offic. diuers. Iudic.

Ibidem ante nu. 215.

Sup. & facit text. in l. 1. C. de officio Vicarij.

Ibidem nu 215. vers.13. ibi, eam defendere tenetur.

Sup. l. 3. C.de Aduocatis Fisci.

Pag.150. nu.218. in fine.

Sup. cętera vero in materia Aduocatorum, vide infra vers.7 obser.1.nu.14.& seq.

Pag.156. nu.243. in medio, ibi, de delegat. causar. fol.531.

Sup.& in materia Iunctarū omnino videas Licentiatū Velmorez in suo Secretario,fol.25.

Pag.157. nu. 249. in fine.

Sup. sed caueant Principes appellationes denegare: Caligula enim Populi odium concepit, quando Magistratibus licentiam tribuit absque appellatione iudicandi.

Pag.159.nu.256.vers.6.ibi, vol.2.col.2.

Sup. Hodierna tempestate Magnus Regni huius Cancellarius extat nobilissimus Infans Frācīscus Maria Caracciolus Abellini Princeps, Tripaldæ Dux, Sanseuerini Marchio, Galerati,ac Torellæ Comes,& vnius ex grauium militum cohortium Præfectus, qui à Marino Patre Aurei Velleris Equite posthumus relictus ex Donna Francisca de Aualos filia Marchionum Vasti, & Piscariæ, sub balitatu, & Tutela Illustrissimi Don Thomæ Caraccioli Episcopi Cirentini,omnium virtutum, & scientiarum genere ornatissimi, amabilissimi Patrui, à Serenissima Regina Vngariæ Maria de Austria potentissimi Regis nostri sorore per hoc Regnū transeunte, vt notatur infra pag. 377. Abellini cum suo Illustrissimo Comitatu, & Exercitu hospitata, per Procuratorem constitutum fuit in fontibus Baptismatis susceptus, & merito Prisca familia ista ex quamplurium Ecclesiasticorum, & sęcularium omnium graduū dignitatibus illustrata, hoc etiam honore dignissime decorata videtur.

Pag.162.num.270. versic.18. ibi de Collegio esse.

Sup. l. petitionem. 13. C. de Aduocat. diuers. iudiciorum.

Pag.170. col.1. in princ. ibi, Carau. in ritu 49. per totum.

Sup. Sed reformam huius Tribunalis videas per Pragmaticam editam 28.Iulij 1631.

Ibid. nu.300. ibi, Franch.decis.679.

Sup. Qui in matricula non sunt tanquam priuati habentur, l.cos, cum glos. C.de officio Magistr.Milit. l.2. C.de metriegul. lib.12. & Bart.in l.3.C.de agent.in reb. lib.12.

Pag.171.col.1. in fine.

Sup. & in decis.434. ait, iurisdictionem prædictam criminalem vsque ad mortem exclusiuè extendi.

Ibidem

Ibidem col. 2. nu. 308. versic. 11. ibi, ff. de dolo malo.

Sup. Quoniam licet specialis super Annona cōstituatur, vel super damnis datis, nō propterea tollitur iurisdictio, quia potestatem habet super his ratione vniuersalis iurisdictionis, l. 1. C. de offic. Præfect. Vrb. & facit de Ponte de potest. Proreg. tit. de abundant. Ciuit. §. 1. nu. 17. fol. 54.

Pag. 180. num. 366. in fine.

Sup. Notatq; Petrus Mat. hei in libro titulato Giuditio Politico, fol. 29. Principes ex subditorum infidelitate fuisse coactos exterarum nationum custodiam habere: & quandoq; Romani Imperatores tenuerunt francos, quandoque Italos, quandoque Hispanos, aliquando Alemanos, & quandoque Macedones: At Constantinopolitani Imperatores habuerūt Anglos; sed Tiberius Alemanis fuit vsus, Nero autem Olandensibus: & Herodes in Iudęa Alemanis vtebatur: At primus fuit Alexander Seuerus, qui Milites visū, ruuido terribili, ac formidabili in Romam introduxit, qua de re apud Romanos graui odio fuit prosecutus.

Pag. 181. colum. 1. versic. 5.

Sup. Tribunal istud de immunitate Militum cognoscere non potest, sed ad Collaterale Concilium, vel ad Regiam Cameram Summariæ spectat per Pragmaticam D. Cardinalis Zapatæ 30. Iunij 1622.

Pag. 183. col. 2. nu. 385. in fine.

Sup. Nouiter vero fuit emanata Pragmatica ab Excellentissimo Prorege de Monterey 15. Iunij 1631. qua datur forma in beneficiū D. Secretarij Regni.

Pag. 184. nu. 391. ibi, C. de cursu publico.

Sup. Et in Pragmaticas sub titulo de officio Magistri post.

Pag. 193. nu. 2. vers. 10. ibi, matre.

Sup. & Fabius de Anna in obseruat. 11. in 2. decade. pag. 132.

Pag. 205. num. 91. in fine.

Sup. Possunt.

Pag. 207. num. 100. in fine.

Sup. Imo si debitor fuit ab aliquo institutus, & adire nolit, est compellendus ad adeundum, argumento l. 1. §. 1. ff. si quis omissa causa testamenti. ibi, sed cōpellendus est seruus hoc facere. Debitor enim species serui est in hoc casu. Idem & fideicommissarius, qui officio Iudicis cogi potest ad adeundum, & restituendum, l. si res aliena, §. 1. ff. ad trebellian. Oldrad. in cons. 148. in fine, & alij relati à Cardin. Tusco lit. F. conclus. 274. num. 1. vbi de communi, & vide infra vers. 4. obseruat. 4. nu. 44.

Pag. 208. num. 104. in fine.

Sup. Licet per pragmat. 45. de officio Magistri Iustitiarij, videatur hoc prohibitum esse Mag. Cor. Vic.

Pag. 217. num. 143. in fine.

Sup. Et de Ponte de Potest. Proreg. tit. de prouis. fieri solitis, §. 2. fol. 9.

Pag. 294. col. 2. circa medium. ibi, de Bart. num. 6.

Sup. Et Aulus Gellius noct. attic. lib. 4. c. 5. ait, Romæ fuisse à pueris contra Aruspices necatos ob malum consilium decantatū. Malum consilium, consultori pessimum.

Pag. 313. num. 76. in fine.

Sup. & in Prouincia Bari (vbi Ius Longobardorum nimium viget) maritus post consumatum matrimonium vxori constituit pro meffio, & metameffio ducatos 100. plus, vel minus secundum qualitatem personarum pro primo osculo: & pro matrimonio consomato quartam omnium bonorum viris declaratione tamen prius facta per coniuges, quod matrimonium iam fuit consumatum, vt videre poteris ex processu vertente in Sacro Consilio in Banca de Figliola inter Palcham de Leone, & Illustriss. Ducem Grumi.

Pag. 374. num. 14. versic. 5. ibi, de præpos. sacri cubic. lib. 12.

Sup. Et merito præcedentibus ordinibus Suæ Maiestatis per Pragmaticam editam 28. Iulij 1631. fuit prouisum omnes Doctores prętendentes exercere officiū Iudicum M. C. V. in Regijs Audientijs in Tribunalibus Regijs, vel Demanialibus debere examinari: sed olim per Viceprothonotarium examinabātur, vt hic in pag. 168. nu. 190.

Pag. 376. nu. circa med. ibi diuersis præpositis ministerijs.

Sup. Sique Regis Curiam ordinatam videre cupis, vide Eminentissimum Cardinalem Bentiuolium in eius relationibus Flandriæ, par. 1. cap. 3. pag. 150.

Pag. 380. num. 1. in medio ibi, consultori pessimum.

Sup. Assessoris enim imperitia excusat magistratum, sed non ipsum Assessorem, l. 2. ff. quod quisque iuris.

Pag. 385. col. 2. in 2. versu ibi non dici.

Sup. Vt per eundem Frece. loco citato sub nu. 53. fol. 134. licet aliter aduertat Dominus Tapia in decis. 21. num. 13. supremi Concilij, pag. 337.

Pag. 387. nu. 42. vers. 11. ibi fol. 78.

Sup. Et facit l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudicum, & cap. præterea, & cap. suppletionis, de officio delegat. & licet qui merum, & mistum imperium non habent, carcerare non possunt,

possunt, tamen eis non est deneganda coertio personæ, Campag. in capit. Regni Gramamina, nu.49. in fine, fol.77.

Pag. 387. colum. 2. in princ. ibi, nec unum.

Sup. Visitatio inter parentes de luctu mortuorum per unum diem tantum fieri disponitur in pragmat.4. de Commissarijs non destinandis in fine.

Pag. 390. nu.72. in vers.3. ibi, nu.6.

Sup. Et in ma.uscriptis illorum temporum notatur istum inquisitum fuisse Ioannem Baptistam de Alois de Caserta, qui in anticamera eiusdem Cardinalis alapam dedit creato eiusdem Cardinalis, & intercedentibus omnibus quasi magnatibus Regni non obtinuit gratiam, sed ad instantiam Dominæ Principissæ Salerni Donnæ Isabellæ Villemari de Cardona fuit ei sinistra manus obtruncata in carceribus Magnæ Curiæ Vicariæ.

Pag. 392. colum. 1. in 4. versu ibi, de decim. lib.10.

Sup. Et vide infra vers.8. obseruat.2. num.65.

Ibid. nu.94. versu 3. ibi, auctoritas.

Sup. Et facit l.3. C.de offic.Rector.Prouinc.

Pag. 447. col. 2. in fine.

Sup. De modo denunciandi, & de pœnis contra denunciantes, vide ritus Mag. Cur. Vic. 196. 199. 203. & 237.

Pag. 566. col. 1. post Marchiones.

Sup. Vallis Sicilianæ Marchio Don Ferdinandus de Alarchon, qui alias multas Terras possidet.

Pag. 573. col.2. in fine ibi, post Principes.

Sup. Cassani Princeps Don Gaspar de Ayerba Aragonia.

F. I N I S.



Menda	Emenda
pag.1.verf.1.ibi Lagislatoris	lege Legislatoris
p 3.col.1.n.2.verf.13.ibi eneuit,	lege, eueuit
p.4.nu.17. ibi cursu,	lege, curru
ibid. verb.Regnum,	lege, Regum
ibid.in fin.ibi sed sopradictus	lege, supradictus
p.5.col.1.in prin.ibi magnanimo	lege, magnanima
p.5.col.2.nu.18.ibi, veuerabile	lege, venerabile
ibid. habuerit	lege, habuerint
ibid.nu 29.ibi, vt Res vocētur	lege, vocetur
ibid.nu.30.ibi, vt Pastor	lege. & Pastor
p.6 sub nu.33.ibi, muuiatione	lege, mutatione
ibid.col.2.in fin.ibi, esescitus	lege, exercitus
p.7.nu.29.ibi, in sua cronico	lege, in suo
ibid.col.2 sub nu.40.ibi, multotiea	lege, multotiea
ibid.circ fin Innguninm	lege, Iagunium
p.8.col.1.vers.13 ibi, de Venetia	lege, de Venetijs
p.9.nu.50.ibi, sed cum	lege, sed heù
p.10.sub nu.59. ibi, ceptro	lege, ceptum
p.11.nu.70.ibi, an fit nulla	lege, an fint nulla
p.12.nu.73.ibi, ac etiā euitandū	leg. ac alia euitandū
& ibid.nu.74.ibi, extenduntur	lege, extenduntur q;
ibid.in summar.nu.20.addat in	fine, & quare nu.24.
ibid.in summar.nu.28.ibi, ea	lege, &
p.13.nu.4.ibi, Romulis	lege, Romulus
ibid ibi, Fontanellam	lege, fenestellam
p.14.co.1.circ.med.ibi, Princepa	lege, Principes
ibid. ante nu 8.ibi, cora	lege, corum
p.17.col.1.in fin ibi, ex magnorum gestorum	lege, ex magnitudge storum numero
p.23.n.23.ibi, in vita conditionia	lege, conditoria
ibid n.26.in fin.ibi, extimātur	lege, eximantur
p.28.nu.65.circ.fin.ibi, priuatoe	lege, priuatorum
p.29.col.1.ibi, quod fit Regnum	lege, quid fit Regnū
p.34.nu.27.ibi, Archiepiscopus	lege, Archiepiscopo
ibid.nu.32.in fine ibi, 1945.	lege, 1045.
p.36.col.1.in versu 5. ibi, 1030.	lege, 1130.
p.46.col.1.circa fin. ibi. ac enim	lege, ac etiam
ibid. col.2.ibi, Callellæ Aragonum	lege, Castellę Regni
p.47.nu.26. ibi, elexit	lege, elegit
& paulo infer. ibi, liuetrni	lege, lintrani
p.49. col.2 paulo post med.ibi lugurijs	lege, ligurijs
p.56.nu.74.in fin.ibi, 353.	lege, 373.
p.60.nu.101.circa fin. ibi, muta	lege, mutata
ibid.nu.100.ibi, crescit gratia nutrita fauoribus	lege, crescit culpa
p 75.nu.13.ibi, optinente	lege, obtinente
p.77, nu.22.in fin. ibi, his	lege, hic

Menda	Emenda
p 88.col.2 in fin.ibi, nam d.	lege, num d.
p.98. nu.307. Byssum	lege, byssus
p 99.col.2.nu.1.ibi, optinet	lege, obtinet
ibid. ibi, actameu	lege, attamen
p.100 nu.5 ibi, Surens	lege, M Ant.Surgēs
p.103.nu 28.ibi, in hac Ciuitates	lege, Ciuitate
ibid.nu.31. ibi, prædicti	lege, prædicti
p.104 col.2.in med.ibi, congregatue	lege, congregantur
p.110.nu.58.in fine ibi, nu.2.	lege, nu.25.
ibid. plus cum praecedentia	lege, cum prudentia
p.117.n.101.verf.9.ibi, affirmare	lege, affirmat
p 126.n.117.in med.ibid.n.245.	lege, 205.
p.129.cul 1.in fin ibi, nū	lege, nō
p.135.nu 158.ibi, verum	lege, verum
ibi.in fin.ibi, l.5.de offic.conf.	dic, l.1.
ibid.nu.160.circ.fin.ibi, C.de rustic.	lege, ne rustic.
p.139.in n 179 ibi, fol.305.n 24.	lege, fol.330.nu.14.
p.142.nu.201.ibi, eret	lege, erat
ibid.nu.202.in fin.ibi, seruata forma tradita in exempto	l.exēpto seruata forma tradita in cōstit.
p.145.col.1.in 13.potest.ibi, cum duodus	lege, cum duobus
p.153 col.1.in princ.ibi, quo se non congregat	leg. quo se cōgregat
p.169.col.2.vers.& cum ibi, se à Carolo Secundo	lege, sed a Carolo Secundo
p.195.nu.28.versu 8. ibi, collegiatem	lege, collegiatam
p.198.nu.50.in med.ibi, per dicta	lege, infra dicta
p 204. nu 67.ibi, possuni	lege, possunt
p.206.cul 2.versu 8. ibi, nateralì	lege, naturali
p.207.col.2.verf.10.ibi, nu.122.	lege, 124.
p.267.col.2.versu 10.ibi, pinguit	lege, piguit
p.301.n.10 in med.ibi, officiamq;	lege, officiumq;
p.373. col.1. ibi, parrocinio	lege, patrocinio
p.376.nu.44.verf.3.ibi, ęquestriū	lege, equestrium
p.381.col.1.in 1.versu ibi, prouisioque	lege, prouisio
p.285.n.19.ibi, quis dicatur Dux nu.13. fol.114.	lege, nu.53.fol.134.
ibid. cul.1.in fin.in pen.verf.	lege, Regens
p.393.cul.1.in 1.versu ibi, quinq;	lege, quoque
p 551.nu.63.ibi Galetie	lege, Galletum
p 609 nu 25.in fine. ibi, obse.3. num 20.	lege, nu.19.
p.403.nu.14.in med.	lege, Diuum Paulum 1.ad Cor.12

INDEX LOCVPLETISSIMVS VERBORVM, RERVM, AC SENTENTIARVM INSIGNIVM,

Quæ in hisce Obseruationibus continentur; Alphabetico ordine dispositus.

a Adiuncti

Conci-

Assen-

Austria

darum

Bella

Boncom-

Con-

Totum

Deli-

d In Par-

d 2 Exaspe-

Feudo

Consi-

Feria-

Cum

Giron

Cura

Licitum

Impara

Iulius Cæsar

Iuncta

Iuramentum

L. Hae

Libra-

Mantua

f Poisse

absque

Vnde

Tempore

Si non

Offen-

Patritij

Tollitur

Per

Promittens

Promotoris officium

Promptiores

Propinæ

Propræsidens S.C.

Proreges

Computa

Protestatio

Protocolla

Refu-

Ærarium

Priuatis

Pecunias

Eocon-

Rixa

Substi-

Tempus

Fuit

Turbatio

Magna-

Dema-

FINIS.



IO. DOMINICI TASSONI
I. C. NEAPOLITANI,
ET IN SVPREMIS CONCILIIS, AC TRIBVNALIBVS NEAP. ADVOCATI PRIMARII.

IVRISDICTIONALES, POLITICAEQ; OBSERVATIONES CIVITATIS, ET REGNI NEAPOLIS

SVPER

Explicatione Regiæ Pragmaticæ editæ per Ill. & Excell. D. Offunæ Ducem, eiuſdem Regni Proregem, quæ dicitur de Antefato.

VERS. I.

Philippus Dei gratia Rex, &c.

Pro huius primi Verſiculi indagatione (auxiliantibus DEO omnipotente, ac Matre MARIA Protectrice, & Aduocata noſtra, in cuius Feſto Præſentationis 21. Nouembris 1626. Opus hoc perfici fuit inceptum) de infraſcriptis Obſeruationibus erit videndum.

Primo, quare in Legibus, & Pragmaticis nomen Regis, ſeù Lagislatoris in principio deſcribatur, num ſit neceſſum ita fieri, ſique talis deſcriptio omitteretur, an ſint nullæ: vndeque Reges dicti ſunt: qualeuè ſit eorum officium: & quot ſunt genera regnandi.

Secundo, quare deſcribitur Dei gratia Rex.

Tertio, & poſtremo, quale ſit Regis officium circa leges condendas.

OBSERVATIONIS I.

SVMMARIVM.

1 *Titulorum inſcriptio ortũ habuit in ſacra pagina.*
2 *Artaxerxis titulus.*
3 *Attyla titulus.*
4 *Regis Franciſci Galliæ Primi, titulus.*
5 *Titulus à Chriſto fuit approbatus.*
6 *Chriſtus quare potius voluit vocari Rex, quàm Imperator.*
7 *Titulus deſcribitur ad deſignandam perſonam loquentis.*
8 *Philippus III. de Auſtria ſumma bonitatis Rex.*
9 *Mauri ex Hiſpania eiecti.*
10 *Rex Catholicus eiecit Hebreos ex ſuis Regnis.*
10 *Carolus V. Imperator eiecit Hebreos ex Regnis ſuis, & ex Regno Neap.*
Hebrei, & infideles an e Regno eiiciendi, ibidem.
11 *Philippi III. mors.*
12 *Philippi nomen venerandum.*

13 *Philippus Imperator fuit primus baptizatus.*
14 *Philippus III. quot filios reliquit.*
15 *Philippi IV. Regis ætas, tempore mortis patris.*
16 *Franciscus Rex Galliæ ab Hispanis captus in bello.*
17 *Rex captus in bello non debet occidi.*
Milites capti in bello non occidantur, ibid.
18 *Philippi IV. Regis nostri virtutes.*
19 *Salomoni veniebant Naues à Tharsis, & Regi nostro Flotta ab Indis.*
20 *Philippi III. filij quot.*
21 *Antiquitatis, & originis non debemus esse immemores.*
22 *Reges habuerunt originem ab intellectu.*
22 *Imperium conseruatur artibus, quibus ortum est.*
23 *Rex Christianus quatuor superiores recognoscere debet.*
24 *Rex, vel Regnum, vnde dicitur.*
25 *Male gubernantes non dicuntur Reges.*
26 *Reges aut succedunt, aut eliguntur.*
27 *Filios non habens, creatur Rex in Tracia.*
27 *Rex in Tracia, qui non habet filios, creatur.*
28 *Rex propriè dicitur, qui ab Ecclesia Regnū habet.*
29 *Rex vocatur Pastor à Deo, & quare.*
30 *Rex de victu, & vestitu populis prouidere debet.*
31 Rex *vocatur qui portat orbem, & Angelus, estque* Regno *datus.*
32 *Rex pastor, maritus, & tutor populorum.*
33 *Tria sunt genera regnandi, Democratia, Aristocratia, & Monarchia.*
34 *Ianua vnde dicta, & quando vicit, & perdidit.*
35 *Scopletorum, seu tormentorū inuentio Venetijs, quando cum Ianuensibus bellum habebat in anno 1379.*
36 *Ianua Ciuitas, quibus temporibus floruit, et quando fuit deuicta, & quomodo cum Venetis bellum gessit, & quando Duci Mediolani, & Regi Franciæ fuit subdita, & à Duce Sabaudiæ molestata.*
Thomas Caracciolus, & alij strenui Milites ex Regno mittuntur pro ea defendenda, ibidem.
Frater Lelius *Brancacius transmissus, ibid.*
Milites transmissi pro defendēdis vltra marinas, quomodo honorandi, ibid.
37 *Monarchia qualis modus regnandi.*
38 *Roma omnes tres supradictos modos regnādi habuit, sed Monarchia floruit.*
39 *Venetiarum Ciuitas omni alia in mundo consultius gubernata.*
40 *Fūdatio ipsius quādo, & à quibus habitata.*
41 *Insula subest iurisdictioni territorij adiacentis.*
Venetia est libera nata, et in lagunibus habitis pro derelictis fundata, ibid.
Derelicta loca possunt à quolibet occupari, ibidem.
42 *Venetia est in mare adriatico.*
43 *Rex Portugalliæ est Dominus Gineæ.*
44 *Venetia fuit declarata libera per Imperatores.*
45 *Venetia Imperatoribus auxilium præstitit.*
46 *Saracenos expulit.*
47 *Barensem Ciuitatem à Saracenis liberauit, & num. 48.*
49 *Normandos vicit.*
Soriæ bellātibus Christianis succurrit, & cōtra Imperatorem Emanuelem bellum inijt ibidem.
50 *Alexium tyrannum ex Bizantio eiecit, & num. 51.*
52 *Candiam Insulam, & partes Orientales acquisiuit,*
53 *Sannazarij versus pro Venetia.*
54 *Vnum Reipublicæ corpus, vnius anima regendum.*
55 *Pulchrum pro libertate mori.*
56 *Primogenitus regnare debet, exclusis secundogenitis.*
56 *Regnum, aut dignitas, magis per vnum, quam per plures regitur.*
57 *Pater potest donare filio secundogenito feudum hereditari, sed non feudum ex pacto.*
58 *Secundogenitus quandoquè fuit præpositus primogenito, & primogenitum debet honorare, & ab eo alimenta petere.*
59 *Primogenitura deberet eligi à patre inter filios.*
60 *Rex in sua vita potest declarare, quis ex filijs debeat esse primogenitus.*
61 *Primogenitura vendi potest.*
62 *Nepos ex filio primogenito præfertur patruo.*
63 *Rex Robertus fuit prælatus nepoti, et quare.*
64 *Gemellis insimul ortis, quis dicatur primogenitus, & nu. 69.*
65 *Primogenitus* Regis *non potest donare, si nō est locumtenens patris.*
Effecto monaco, Regnum *nō transit ad Ecclesiam, etiam ipso viuente, ibid.*
66 *Inscriptio requiritur, vt lex liget subditos.*
67 *Lex condenda diebus, & noctibus est meditanda, & indè celeriter exequenda.*
68 *Consilium tardè, velox exequutio.*
69 *Gabelloti spoliant tempore pacis, sicuti & milites tempore belli.*
70 *Inuocatio nominis Domini an sit de essentia in instrumentis.*

71 Crucis

71 *Crucis signũ in literis familiaribus, & alijs est ponendum.*
72 *Abusus titulorũ in literis sublatus à Comite Oliuares.*
Comes Oliuarensium Prorex Regni laudatur, ibidem.
73 *Absurdum est euitandum.*
74 *Statutum extenditur de casu ad casum in multis ad euitandum absurda.*
75 *Nomen Iudicis in citationibus est describendum, & locus citationis designetur.*

VERS. I.

OBSERVATIO I.

Quare in legibus nomen Regis in principio describatur: & an sit necessum ita fieri: siquè talis descriptio omitteretur, an sint nullæ? vndeq; Reges dicti sunt: qualeuè sit eorum officium: & quot sunt regnandi genera.



PRIMA Obseruatio hæc aliqua vtilia, & curiosa affert (curiositas antè nil recusat; *Vopiscus in Aureliano*) Primum igitur sciendum est, quod sicuti cognomina à gestis, vel à fama, siue à virtute, aut à fortunæ fœlicitate, aut ex aliis causis, in hominibus denominari ceperũt, teste *Plutarcho in vita Martij Coriola-*
1 *ni*, ita & titulorum inscriptio in Rege ortũq; habuit in sacra pagina, *Esther* 16. vbi edicta
2 Artaxerxis Regis (cuius vitam vide etiam per *Plutarchum*) sic emanabant.

Rex magnus Artaxerxes ab India, vsque ad Ethiopiam 127. *Prouinciarum Ducibus, & Principibus, qui nostræ iussioni obediunt, salutem dicit.*

Et quando Rex scribit Prouincijs suis, debet scribere iuxta illarũ linguas, & literas, vt ab eis legi, & audiri possit, *Esther* 8. *nu.* 9. licet potentissimus Rex noster in lingua Hispanica scribere solet, & hoc ad finem introducẽdi eam in omnibus Regnis suis, teste *Bouadilla in Politica*, vt iam euenit, nam hodie quasi omnes subditi eam intelligunt eaque loquuntur, vt notum est.

Multa alia de Titulorum inscriptione, notat *Camillus Borrellus in tit. de præstantia Regis Catholici cap.* 46. *per totum, vbi num.* 5.
3 describit titulum Attilæ, his verbis.

Attila Bedebutz filius, nepos magni Nembroth, nutritus in Engaddi, Hunnorũ, Medorũ, Gothorũ, & Danorũ, Dei gratia Rex, terror mundi, & flagellum Dei.

Ploca, etiam videas ibi de Titulis Potentissimi Regis nostri, & in *nu.* 1. refert illud Regis Galliæ Francisci I. qui visis tot titulis, & inscriptionibus Inuictissimi Caroli V. manda-
4 uit, vt in suis literis, & priuilegijs duo tantũ tituli sibi tribuerentur, scilicet

Rex Galliæ, & Gonissæ Dominus.

Tituli, & inscriptiones ab omnibus Potentatibus optati fuerunt; & dum nostro Salua-
5 tori essent dati, ipse illos approbauit, & dixit.

Vos vocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis, sum etenim. Io: 13.

Et Pilato dicenti, ergo Rex es tu, respondit, *Tu dicis, quia Rex sum Ego. Io.* 18.

6 Voluit autem Dominus Iesus Regem, & non Imperatorem vocari: quia Regis nomen est dignitatis, & æquitatis; sed Imperatoris nomen, est supremæ Potentiæ, & necessitatis, *Bal. in cons.* 327. *in fine lib.* 1.

7 Titulus dicitur à Titan, idest Sol, quia sicuti Sol illuminat Orbem, ita & Tituli ad dignoscendam personam loquentis, & eius dominia, ac dignitates describuntur: vt dicimus de Summis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, & Republicis, quæ sui Iuris sunt. & ideo in principio text. nostri descriptum est.
8 Philippus Dei gratia Rex, &c. ergo ista descriptio est de essentia legis: fuit enim iste Philippus Tertius de Austria summæ bonitatis, & clementiæ. Rex enim aures simplices habet, & ex sua natura alios existimat, *Esther* 16. Iste bonus Princeps ex Regnis Hi-
9 spaniarum Mauros eiecit, illaque nudare nõ curauit, nec suis, aut Populorum damnis pepercit, pro purgandis Regnis illo infesto genere hominum, quod vix credi posset, si euidenter ab omnibus non cognosceretur, iam circa annum 1609. hoc euenit. fecitq; ad exẽ-
10 plum Regis Catholici; & fœlicissimæ memoriæ Caroli V. ipsius Aui, qui ex suis Regnis eiecerũt Hębreos, & ex hoc Regno fuit eiecta annum 1510. per Regem Catholicum, *Hieronymus çurita in tomo* 6. *de las empresas, y ligas de Italia lib.* 9. *c.* 16. (vbi ponit etiam rumores euentos Neapoli quando prætẽdebatur sanctam inquisitionem poni) & tempore Imperatoris Caroli V. expulsio Iudeorũ fuit de anno 1540. non obstantibus iteratis supplicationibus huius Ciuitatis Neapolis Carolo V. instanter porrectis, pro eorum habitatione in hac Ciuitate: vt videre poteris in *Priuilegijs, & Capitulis Neapolis fol.* 138. *ater. & seq.* Est enim Domini præceptum in 2. *Paralipom.* 20. *in fine*, quod quando Rex cum inimicis habet fędus, Deus opera eius percutit, & aliud *in Regum* 4. *cap.* 10. *num.* 27. quod Templa Idolorum debent fieri

latrinæ. Quamuis *Oldrad. in conf. 264.* defendit, Saracenos, Iudeos, & Paganos, e Regnis nō posse eici, si pacifici sunt, nisi parere recusarent: vel Idolatræ essent. *Sed in Deutero, 7. & per D. Thomam in 2. 2. quæst. 11. artic. 9* habemus, quod Rex cū infidelibus non debet fędus inire, nec eorum misereri, neque cum eis connubia sociare. Ordinationes, & literas editas in materia expulsionis prędictæ de anno 1609. inscrūtur à *Consil Pascale in eius docto opere de viribus patria potestatis par. 1. cap. 7. in fine*, quas videas, quia exemplaria, &
11 curiosa: Iste pijssimus Philippus Tertius ex hac vita secessit vltimo Martij 1621. post 23. annum suorum Regnorum, ab omnibus ploratus.
12 Hoc nomen Philippi, est nimis venerandū, tām ex bonitate nostrorū Regum huius no-
13 minis, quām etiam ex quo Primus Imperator, qui se baptizauit, fuit vocatus Philippus, & ita etiam vocatus extitit eius filius, qui similiter fuit Christi fidelis, vt aduertit *Card. Baronius Illustrissimus noster Regnicola Soranus in 2. tomo Annalium sub anno 246.* Philippus enim interpretatur Bellicosus, secundum D. Hieronymum in interpretatione nominum hębraicorū. Cumque fęlicitas Principatus non firmatur, nisi per certitudinem
14 successoris. Reliquit nobis supradictus Rex noster tres filios masculos, & duas fęminas, ex Regina Margherita de Austria. & quando cum ea in matrimonio se collocauit, indultum, ac requiem vniuersis Prouincijs dedit, secundum tradita per sacram Paginā *Esther 2. nu. 18.*

Primogenitus Masculus vocatur etiam
15 Philippus Quartus huius nominis, qui tempore mortis patris erat ætatis annorum 16. & in tam tenera ætate, non sicuti Roboam, qui audiuit consilia iuuenum, & perielitatus est, *Regum 3. in c. 12. & Paralipomenon 12.*
16 nec vt fecit Franciscus Primus Rex Galliæ, qui pro insequendis consilijs iuuenum, fuit in bello captus in anno 1527. vt per *Guicciardinum in Historia fol. 768.* & triumphare de Rege capto magna est gloria, vt per *Gubernatorem Christianū Fratrem Io. Marquez lib. 2. cap. 31. col. 7 fol. 340.* (in quo nota, quod
17 Rex captus non debet occidi, *Iosue 8.*) imo bene seruari, & in cursu Regis trahi, & inde demitti, *Regum 3. cap. 20. nu. 33. & Regum 1. c. 15. nu. 8.* Sed à Rege Babilonis contrariū fuit seruatum erga Regem Sedeciam: quem eiectis oculis, vinxit catenis, *Regum 4. c. 25. nu. 7.* quinimo nec Milites inimici capti debent occidi, *Regum 3. cap. 20. nu. 18.* Consilia enim iuuenum non sunt præferenda consilijs senum, *Gulielm. de Benedict. in cap. 1. de renunciat. vbi Innocent. & Bal. dixerunt, quod plus valet vmbra senis, quam ensis iuuenis.* Debet enim Rex sapientes tenere cum eo, & cum eorum consilio cuncta ratiaci, *Esther 1. nu. 13. & 1. Regum cap. 29.* alias gustabit dictum, *chi nō vuol consiglio vuol periglio.* Imo docet sacra pagina, vt Rex historias, & annales priorum temporum legat *Esther 8. nu. 9.* quia inueniet omnes Reges præcedentes seniorum consilia sectatos fuisse: merito dicuntur Senatores à senio, & Romulus senes elegit ad gubernandum, & non iuuenes, vnde illa carmina adsunt.

Roma vetus veteres cum te rexsere Quirites,
Nec bonus immunis, nec malus vllus erat.
Defunctis Patribus, successit praua iuuētus.
Consilijs cuius præcipitata ruis.

Sed sopradictus Rex noster cum maxima ad-
18 miratione, cum sui Consilij maturitate cępit gubernare Regna vtriusque Mundi; adeo vt statim omnes cognouerint vnanimiter, vigere in eo, valorē Caroli V. sui Ataui, qui ad exemplum Dauid senis renunciantis Regna Salomoni filio suo, *1. Paralipomenon 23. renūciauit Regna Philippo filio*, Sapientiam illius Philippi Secundi sui Aui, qui fuit alter Salomon, & gessit plus cum calamo, quam sui prædecessores cum ense, & plus cum potestate absoluta, quam cum ordinaria. Et bonitatem sui Patris Philippi Tertij: Filius solet ambulare in vita patris sui, & matris suæ, *3. Regum cap. 22. circa fin.* & Regis filius quasi viua imago patris virtutes debet referre, sicuti Pictores corporum lineamenta, teste Basilio Imp. *Diuusq; Thom. in 1. par. summa quæst. 119. art. 2.* ait, filius assimilatur patri, à quo aliquid accipit. Deus Optimus Maximus diu nobis eum conseruet, est enim Chri-
19 stianæ Reipublicæ defensor, & clypeus: omnibusque Regibus potentior, & sicuti Salomoni veniebant naues, vt in *3. Regū 10.* ibi. *Quia Classis Regis per mare cum Classe Hirā semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum, & argentum, & dentes Elephātorum, & Simias, & Pauos, &c.*

Ita, & huic Regi nostro, ex Indijs veniunt omnia singulis annis cū nauibus, quæ vulgo dicuntur *la Flotta*, eiusque florida ætas alios deterret. Ait enim *Polyb.* iuuenem Principē belli exercitijs addictum, & deditum, vicini reformidant, vt fecit Philippus Macedo.
20 Secundus filius vocatur Infans Carolus Adolescens indicibilis expectationis, & summæ prudentiæ, & valoris (Infantes enim vocantur filij Regum, qui non sunt Reges, *Glos. in extrauaganti vnica in verb. Infantis de Iudæis,*

Iudæis, & Saracenis.)

Tertius eſt Cardinalis Ferdinandus Archiepiſcopus Toletanus, qui tãta ſanctitate, ac optimis moribus, & magnanimo virtute ſe gerit, vt ab omnibus mirum in modum obſeruetur.

Prima filia eſt Infans Anna, vxor hodierni optimi Regis Chriſtianiſſimi Francorum Ludouici XIII. puritate, & decore maximo imbuta. & ſecunda eſt Infans Maria deſtinata vxor Regi Hungariæ, filio Imperatoris Ferdinandi de Auſtria, prædictæ ſorori non impar. Regiq; noſtro Philippo IV. natus eſt primogenitus Hiſpaniarũ Princeps.. Octobris 1629. vocaturq; Baldaxat Carolus Dominicus, quẽ Deus Opt. Max. nobis cõſeruet, immemorabilis nobilitas huius Sereniſſimæ domus Auſtriæ, ex Imperatorũ numero, (qui ex annis tercentum vſque ad hodierna tempora duodecim ſunt: & in futurum quaſi impoſſibile eſt Imperium ex hac Sereniſſima domo exire, & præcipuè ex Prouincijs quas poſſident, quæ Turcis ante murales exiſtunt:) & ſimiliter ex potentia Regnorum, & Prouinciarum, ampliſſime recenſetur à *Bartholomeo Caſulla in tract. de Imperat. milit. deleg. §. diuitijs*, à *Lancellotto Conrado in tract. de Rege lib. 1. cap. 2. de magnit. Regum fol. 127. & à Borrello in tract. de præſtãtia Regis Catholici*, & ab alijs Scriptoribus. & ideo non eſt opus ad mare aquas ducere, vel in ſylnam ligna ferre.

Redeundo ergo ad materiam noſtram,
21 (ne originis, & antiquitatis ſimus immemores, *l. fin. §. & id quidem C. de iure deliber.*)
22 eſt ſciendum, quod Reges principiũ habuere ab intellectu, & ijſdem artibus Imperium cõſeruatur, quibus ortum habuit, quia vt dicit Philoſophus, *ex eiſdẽ nutrimur, & ſumus Bal. in conſ. 217. nu. 4. in fine vol. 3 nu. 1.* ait enim *Diuus Auguſtin. de Ciuitate Dei lib. 5. cap. 12. Ars eſt artium, & ſcientia ſcientiarum, hominem regere, quia animal variũ, & multiplex eſt*, & *Virgil.*

Tu regere Imperio populos Romane memento
Hæ tibi ſunt artes.

& ortum habuerunt Reges poſt Samuelem, vt notat *Ioan. de Sylua in tract. de beneficijs quæſt. 5. par. 1. num. 11.*

23 Sed Rex Chriſtianus (circumſcriptis dictis artibus) quatuor Superiores recognoſcere debet, ſi vere Chriſtianus haberi, & dici velit; v3. Deum, ſummum Pontificem, Epiſcopum proprium, & proprium Confeſſariũ; vt per *Illuſtriſſimum, & ſapientiſſimum Cardinalem Bellarminium in opuſculo de officio Principis Chriſtiani lib. 1. cap. 1.*

24 Dicitur enim Rex à recto regimine: olim omnes dominantes appellabantur Reges, ſed inde diſtinctum eſt, vt bene regentes, & gu-
25 bernantes, vocentur Reges; male autem nõ. ſecundum *Egidium de Bellamera in conſ. 15* & maximè ſi honorem Subditorũ tangerent, in ſuperioritatibus enim ius honeſtatis exceptuatum intelligitur, vt infra *verſ. 2. obſer. 2. num. 99.*

26 Reges in diuerſis mundi partibus, aut ſuccedunt, aut eliguntur, quos recenſere nõ oportet; ſufficit tantum attingere aliqua magis notabilia: in Thracia enim electione creatur Rex, qui non habuit, nec habet filios,
27 quinimo, & ſi pignus filij ſubſtulerit, gubernio durante, Regno exuitur, ne Regnum hæreditarium fieret, vt per *Ptolomeum de locorum, ac mirabilium mundi deſcriptione cap. 49.* Populi poſſunt conſtituere ſibi Regem, *Regum 4. cap. 20. circa finem.* hinc Appuli, Tarentini, & Calabri eligebãt Regem in vita, quo mortuo eligebãt alium, vt per *D Frecc. in lib. 1. de ſubfeud. in tit. de antiquo ſtatu Regni num. 2. fol. 57.* vbi inter alios Reges fuit Agamemnon. Et apud Indos, non ſuccedit in Regno Regis filius, aut frater, ſed filius ſororis, & id ſeruari apud noui Orbis incolas, teſtatur *Coſtant. Capriol in pract. ſucceſſ. ab inteſt. nu. 31.* quem ſequitur Conſiliarius *Philippus Paſcalis in tract. de patria poteſtate par. 2 cap. 2. num. 10.*

28 Nos autem illum propriè Regẽ dicimus, qui Regnum ab Eccleſia Romana habet, ſecundum *Luc. de Penna in l. 1. & l. 2. C. de conduct. & procur. lib. 11. & Hoſtienſ. in cap. venerabile in verb. Germanos de elect.* licet alij ſunt, qui ab Eccleſia non habuerit, fuit enim ex neceſſitate quadam introductum, vt vnus ſolus præciperet pro vnione, & vtilitate pu-
29 blica, *Oldrad. conſ. 94. num. 7.* & Rex vti Paſtor regere debet, quia ſic vocatur à Deo in *Ezech. 34 & in cap. 23. & 27.* ibi,

Seruus meus Dauid, Rex ſuper eos, & Paſtor vnus erit omnium eorum.

Paſcere debet Populos, vt Rex vocentur, nam Populi repleti acclamant erga Regem, vt euenit in Chriſto Domino noſtro, dum in Deſerto illas multitudines gentiũ pauit: quæ poſtquam ſaturatæ fuerunt, ſtatim voluerunt ei dare coronam, & titulũ Regis, *Io. 6. & in Iſaia 3.* legitur de illo, qui vidit ſe carentem pane, & noluit acceptare titulum Regis, dicens,

Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum: nolite conſtituere me Principem.

30 Idem ergo eſt Rex, vt Paſtor hominum,

quia eis tanquam Rex de iustitia, & tanquam Pastor de alimonijs prouidere tenetur, *Regum* 21. *cap.* 5. *nu.* 2. & sicuti Rex est Dei in filium, ita & Deus erit ei in Patrem, 1. *Paralipomenon* 28. *num.* 6. *in fine.* & ideo Rex scire debet omnem linguam pro respōdendo Nuncijs ad eum venientibus, *Regum* 4. *cap.* 18. *nu.* 26. quibus etiam debet ostendere magnitudines pretiosas suas, *ibidem cap.* 20. *num.* 13.

31 Et in *Iob* 13. Rex vocatur qui portat orbem, & in 2. *Rigum* 19. circa medium vocatur Angelus, nam licet Regnum sit Regi datum, attamen Rex est Regno datus, vt ipsum gubernet, & regat, & dicitur Pater, Maritus,

32 Tutor, & Administrator Populorum, & cum Populis arcta catena vinctus, *Prouerb.* 24. *&* *sicuti filius patitur propter Patris peccata*, 2. *Regum* 21. *in fine*, *ita & Populus propter blasphemiam Regis patitur plagam*, *Tobia* 1. *num.* 21.

Notandum est, quod *Plato in Politico*, *&* *Arist. in Politica lib.* 3. *cap.* 5 *& lib.* 8. *Ethicorum cap.* 10. *& de Republica tit.* 4. *& Gubern. Christianus lib.* 2. *cap.* 21. *fol.* 280. ac cęteri omnes, qui de Republica, & Politica scripserunt, & præsertim *D.Thom. in* 2. 2. *quæst.* 95. *artic.* 4. *vers. & secundum. & Cardinal Bellarminus controuersiarum tom.* 1. *lib.* 1. *tit. de* Romani *Pontificis Ecclesiastica Monarchia*

33 *cap.* 1. *fol.* 506. tria aduertūt Genera regnandi, idest per Aristocratiam, Democratiam, & Monarchiam; est & aliud vocatum Ginecocratia, idest illud rectum à muliere non desponsata viro, vt aduerit *Fr. Ioannes Marquez Gubernator Christianus in lib.* 1. *cap* 30 *fol.* 192. *colum.* 1. in quo disputat de gubernio mulieris, & de hoc nō loquimur, sed vide ibi; sed fuerunt quandoq; mulieres in auxilium populi, vt fecit Iudith, quæ populum obsesū liberauit, *Iudith.* 8.

Primum vocatur Aristocratia, & est in Ciuitate illa, in qua gubernant Sapiētes, & Potentes in libertate: prout in Republica Venetiarum, & talis modus regnandi, non est à Philosophis approbatus ex mutatione, & instabilitate hominum, qui de facili voluntur in ambitionem, & prætentionem dominandi, & Græci vocant, Oligarchia.

Secundus modus regnādi vocatur Democratia, seu Politica, & est gubernium multorum, vt in Republica Ciuitatis Ianuæ à Iano dicta, secundum *Odoardum Ganducium in suo Pitaphio fol.* 35. *&* 36. quæ, & si teste *Sansouino in Chronico Veneto*, nonies cum Venetis bellum gesserit, vsque ad annum 1403.

34 & si in anno 1354. vicit, existente eius Præfecto Pagano Doria, siue Auria, attamen in anno sequenti perdidit, & se Archiepiscopo Mediolanensi tradidit, vt per *Platinam in vita Clementis VI.* sed postea se rebellauit, & cum Venetis fędus inijt, vt ibidem, & habetur per *Angel. in consl.* 190. Inde vero in tantam deuenit potentiā, quod Regem Cipri tributarium reddidit, teste *Platina in vita Gregorij XI. & in anno* 1379. contra Venetos mouit bellum, & adeo eos arctauit, quod vsque ad fossam clodiam, siue Chiozam prope Venetias, deuenerunt Ianuenses, Ciuitatemq; Venetā subiugare credebat, sed quasi

35 miraculosè Veneti se defenderūt ictibus tormentorum, (tunc temporis ibi opera cuiusdam Teuthonici inuentorum,) & Ianuenses expellerunt, teste eodem *Platina in vita Vrbani VI. & Guicciardino in Historia Italia lib.* 1. *fol.* 39.

36 Eademq; Ciuitas Ianuæ secundum temporum calamitates floruit, & subiecta remansit, nam in anno 1413. captiuum in bello nauali fecit Regem Alphonsum Primū, & ad Ducem Mediolani conduxit, vt in *vita Eugenij IV. per Platinā*, sed inde in anno 1464. fuit subiecta per bienniom Imperio Ducis Mediolani Francisci Sfortiæ, vt per eundem *Platinam in vita Pauli II. Veneti. & in anno* 1507. Aloysius XII. Rex Francorum ingressus est Ciuitatem prædictam triumphans, & Ianuenses se dederūt eiusq; arbitrio, & suę descretioni subiecerunt; vt habes per *Guicciardinum, & alios Historicos, & per Paulū Iouium in lib.* 1. *Historiarum fol.* 4. vbi quod Ianuenses cęteras gentes nauali prælio superant, & tandem in anno 1625. euidens passa est periculum, ne subiugaretur à Serenissimo Duce Sabaudiæ, & à Gallis, (quorum sepultura est Italia, teste *Baldo in §. si duo fratres in fine de duobus fratribus de nouo feudo inuest. nu.* 1.) ni viribus nostri potētissimi Regis fuisset adiuta, & signanter ex succursu nostri Regni Neapolis; quinimo ad eam defendendam fortissimos, ac Illustrissimos Viros D. Prorex Regni transmisit. Primo enim iuit Dñus Dux Roccę Thomas Caracciolus strenuus, & expers Miles, Eques Neapolitanus, post cuius captiuitatem, (quæ accidit ex incuria Ianuensium) à Domino Prorege fuerunt transmissi Dominus Frater Lęlius Brācacius similiter Eques Neapolitanus Miles Sancti Ioannis eiusdē valoris Marchio Sancti Siluani, & Cōsiliarius status, qui vt Magister Generalis totius exercitus eos defendit, ac etiam Robertus Dattylus Consentinus, & Io. Aloysius de Rogerio, vti Tribuni Militum, & Magistri Campi, qui cū nimia dexteritate,

ritate,& valore Ianuenſes protegerunt, & liberauerunt. Etenim iſti ad partes trāſmarinas cuſtodiendas miſſi ob eorum probitatē, illis dignitatum inſignibus adorātur, quibus Proconſules, *l.1.C.de Comitibus rei militaris lib.12.* idemque eſt demiſſo ad aliquam Prouinciam citra mare, *l.2.eodem tit.* & idem de Capitaneo ad Guerrā dicit *Capyc. in repet. l. Imperialem fol. 32. verſ.2. notandum*, ſed iſte modus regnandi; ſicuti in Ianua per Politicam, de facili conuerti poſſet in libertatem, quoniam datur occaſio proprijs commodis vacandi,& relinquendi publica,vt in eadem Ciuitate temporibus iſtis fuit expertum:& à Græcis Democratia vocatur. At ſi inconuenientia, & pericula huius gubernij perpendere velis, perquire *Gubernatorem Chriſtianum Fratrem Io. Marquez in lib.2. cap.21.col.11.fol.283.* vbi latè videbis.

37 Tertius autem, & vltimus regnandi modus vocatur Monarchia, ſeu Regnum,& eſt gubernium vnius ſoli,à Monos,quod ſignificat vnum,& Archos. i.Princeps,& eſt dicere, vnus ſolus Princeps. Ea enim eſt cōditio huius imperandi, vt non aliter ratio conſtet, quam ſi vni reddatur,& ab *Ariſt. in 3. Polit.* Regnū vocatur primus, & diuiniſſimus Principatus: tamen ſecundum Philoſophos, hic modus regnandi eſſet periculum tyrannidis, attamen à Populo Hæbreo fuit optatus. vt in *Iudicum 9.*

38 Omnia iſta tria genera regendi in Græcia, & Romæ fuerūt:ſed vltimus modus fuit magis approbatus; ſicque approbant *D. Aug. in lib.2. de Ciuitate Dei, & D.Thom. lib.1. cap.2.de regimine Principum,& habemus in l.2. §. nouiſſimè ff. de orig. iur.* experientia enim docuit, Romam (in qua iſta tria genera regnandi extiterunt) nunquam magis floruiſſe, nec totum orbem rexiſſe, niſi quando eius Monarchia ad vnum ſolum fuit redacta tempore Cæſaris Auguſti, ſecundum *Couar. practicar.quaſt. cap.1. num.5.* (ſed aduerte, quia totus mundus ſubiecit Romæ, tempore Imperatoris Octauiani, & non Cæſaris prædicti, vt infra *verſ.14 obſ.1.num 57.*)& iſtum regnandi modum introduxit Nembroth, *Geneſis 10.* eſt tamen verum, quod Monarchia Ariſtocratiæ, ac Democratiæ admixta, vtilior eſſet in hac vita, quam ſimplex Monarchia,vt defendit *Illuſtriſſ Cardin. Bellarminus in 1.tomo diſputationum fol.511.cap.2. de Romano Pontifice lib.1.cap.2.ſed in cap. ſeq.* confirmat (ſeclu ſis circumſtantijs) Monarchiam ſimplicem abſolutè, & ſimpliciter excellere:& confutat Caluini errorem, qui excæcatus odio Eccleſiaſticę Hierarchię,Ariſtocratiam præfert omnibus alijs gubernandi formis, etiam ſi per ſe,& præciſis circumſtantijs omnibus conſideretur, idemque comprobat *Gubernator Chriſtianus Frater Io. Marquez in lib.2.cap 21 col.6.fol.280.*

39 Sed dici poteſt, hanc regulam fallere in primo modo regnandi, quo ad munificentiſſimam Ciuitatem Venetiarū, quæ vti decus, & ſplendor Italiæ, & conſeruatrix reliquiarū libertatis ipſius, fuit, & eſt prudentius, & conſultius recta omni alia, quæ fuit,vel eſt in mundo,vt affirmant *Matt. Aleman. in ſua ſentinella vita humana par.2.lib.1.cap 7 Ingleſ. par.1. lib.4.cap.21. Marcus Mantua in tract.de viris illuſtribus in tractatibus tomo 1.fol.168. & Sanſouinus in ſua Cronico Veneto, & nouiſſimè Gubernator Chriſtianus Frater Io. Marquez in lib.2. cap.21. col.11. in princ.fol.283.*

40 Et experientia ſic docuit, & docet, ſi quidem à principio ſuæ fundationis libera nata, & fundata ex ruinis, & deficientia Romanæ Reipublicæ, & ex ſtirpe aliorum Principum,& Ciuitatum antiquarum,& Imperatorum Iuſtinianorum, & Regum Boſſinæ, & aliorum Dominorum,redactaq; in illo Portu libertatis de anno 400. regnante Arcadio Imperatore Hiſpano, & Anaſtaſio Pontifice, teſte *Sanſouino in cronico Veneto*, viuit priuata,& regulata, ex diſpoſitione legis recta: præceptumq; politicum *Dion. Helic. lib. 2.* adamuſim obſeruās, Aut vita libera,aut mors glorioſa.regitutq; (communitas talis, quod ex ea eſſe Reges,& Principes Europæ non indignantur:& *Iuſtinianus in §.1.auth.de Prætore Paphlagonia conſt.29. hac verba profert, Paphlagonum gens,& antiqua, neque ignobilis olim exiſtit, in tantum quidem, vt & magnas Colonias duxerit, & ſedes in Venetijs Italorum fixerit, in quibus, & Aquileia omnium ſub Occidēte Vrbium maxima,& qua multoties cum ipſis etiam Regijs certamen ſuſceperit, condita fuit.* (Eſt Paphlagonia regio minoris Aſiæ ad Septentrionale ſitus verſa ſupra Galatiam.) Conſeruatur enim Reſpublica iſta ſemper libera, prout nata extitit,&

41 ad præſens eſt: Nulla ratione de aliquorum dictis, quod ex quo tamquam Inſula territorij adiacentis iuriſdictioni ſuberat: quia reſpondetur, non Inſulam, ſed mare in Gallica Palude Longuninm fuiſſe:& ſic,vel nullius iuriſdictionis, vel vt neglecta, etiam in nullius iuriſdictione fuit, perbelle conſiderat nouiter *Illuſtriſſ. Marchio Corleti Regens Conſtantius in l. 1. C. de claſſicis lib. 11. num. 26. fol. 176.* & per prius conſiderauit *Andr. in præludijs feudorum quaſt.2. nu.35. per totum*,

tum, & Ego addo *l. quisquis* 8. *C. de censibus, & censitis lib.* 11. quo loci dispositũ est, quod loca deserta potest quis authoritate propria inuadere, siue sit vicinus, siue non, & elapso biennio, Dominus non auditur amplius. Acquisiuit enim Respublica ista tot Regna, & Ciuitates, tot tantaq; bella gessit, vt Historiæ canunt, quod superuacuum esset renumerare; vestiunt Domini Veneti purpuream vestem, quam venerandam, & antiquam vocat *Iustinianus in §. 1. vers. vtatur in auth. de Proconsule Palestinæ const.* 103. sanciendo, vt c ius Proconsul simili veste vtatur. De Venetia, & Venetorum viribus, & prudentia, vide per *Paulum Iouium in lib.* 1. *historiarum fol.*
42 3. sitaq; est Ciuitas ista in mare Adriatico, (quod sic denominatur ex Adria Ciuitate Illirico mari proxima, quæ Adriatico nomen dedit, secundum *Ptolomeum in descriptione mirabilium locorum Mũdi cap.* 28.) Et multis quidem rationibus se esse liberam dicit, & signanter de Iure gentium, quia lagunia illa libera, & derelicta occupauit, & eorum dominium acquisiuit, *l. 3. in princ. ff. de acquir. rerum dom. §. fin. & vers. quod enim Inst. de rer. diuis. gloss. in §. & quidem in vers. communia Instit. eodem*, & longa consuetudine, seù præscriptione possidet. licet *in cap nouos hominum.* 23. *quæst.* 5. *in fine habeatur, Totũ Tyrannum Histriam, & Venetias possedisse*; & sicut *Ioannes de Baros in sua historia Asiæ Deca.* 1. *lib.* 6. *cap.* 1. affirmat, Regem Portugalliæ iusto titulo fuisse vocatum Dominum
43 Guineæ, ex quo terra illa à nemine erat defensa, nec limites status habebat, & merito in occupantis dominio cadebat; sed ex quo à Rege Portugalliæ occupata extitit, fuit sua. Cum eodem consimiliq; titulo Respublica Veneta prætendit se Dominam illorum Lagunium, vbi est ædificata; primi enim fundatores illius fugiendo persecutiones Barbarorum Hunnorum, qui deuastabant Italiam, inuenientes Lagunia illa derelicta, & à nemine possessa, iam quod Imperatores ea neglexerant, tamquam minima; ędificauerunt Ciuitatem illam, nemine contradicente, & ideo Domini illius fiti remanserũt, tamquam primi occupatores, etiam ex dispositione *§. in Insula instit. de rerum diuis.* sed secundum *Mart. Laudens. in tract. de Princ. quæst.* 34. quem sequitur *Lancellottus Conradus in tract. de Imperatore lib.* 1. *§.* 4. *de præstantia, & potentia Imperatoris. vers. obedire et omnes debeant. num.* 9. *fol.* 111. habetur, quod & qui in libertate viuunt, si sunt rebelles Imperio, possunt libertate priuari, eam enim habent, uel ex priuilegijs Imperatoris, vel per patientiam eius, vt per doctrinam *Bald. in cap. sicut de iure iurando*, licet isti Domini ex pacto libertatem eorum prætendãt: quoniam leges imperiales non acceperunt, sed sua propria statuta ab Egidio Fontana Padouano cõdere fecerũt, & inde Egidiana vocata fuere: ac in diuisione facta inter Imperatorem Orientis,
44 & Occidentis, fuit declaratum, vt Ciuitas Venetiarũ remaneat libera, imo, quod ad neminem ipsorũ pertineat, sed vt cõterminus remaneat, *& Sigon. in lib.* 4. *de Regno Italiæ, & Sãsouinus in cronico Veneto de anno* 801. quo loci testatur Imperatorem Occidentalẽ fuisse Carolum Magnum, (qui fuit primus Imperator Occidentalis,) & Imperatorem Orientalẽ Nicephorũ fuisse; quæ declaratio fuit cõfirmatio tituli iusti dominij illius singularis Reipublicæ, procedentis ex occupatione prædicta. Tãto magis, quia præscriptio contra Imperatorem allegari potest, vt non cognoscatur in Principem, *Abb. in cons.* 87. *num.* 1. *vol.* 2. Licet enim esset contra legem diuinam supranaturaliter à Christo datam, aliquem Christianum eximi omnino ab Ecclesiæ iurisdictione penès Papam vigente; Attamen contra nullam legem diuinam, nec naturaliter, nec supernaturaliter esset, ve vnus, aut alter, aut multi, aut plurimi Reges ab Imperio Romano, vel ab alia temporali, vel laica potestate exempti sint. Eo fortius, quia ante Christum natum plurimi fuerunt, qui non subrrant, vel subesse tenebãtur alicui potestati sęculari, nec ipse vllam potestatem laicam regalem constituit, vel illam talem vlli commiserit, vt fecit in Papa: ita *Nauar. in relectio. cap. nouit. de iudic in* 3. *notab. num.* 118 *fol.* 145. vbi quod eisdem rationibus, fundar, Regem Hispaniarum, & Hispanias ab Imperio reperiri exemptas, ex quo eorum propijs viribus, & militijs, à Saracenis se liberauerunt, absque auxilio Imperiali Romanorum. Quinimo Imperatores prædicti, & subsequentes à Venetorum amicitia non defecere, & Respublica Veneta semper auxiliũ
45 eis præbuit contra Mauros, & Saracenos; & pręsertim in temporibus infrascriptis, pręter alia, de quibus plenæ sunt Historiæ: circumscriptisq; auxilijs præstitis summis Pontificibus iam notis.

In anno 843. quando Africani Italiam ingressi sunt, Veneti eorum classem cum illa Imperatoris Michaelis miserunt, *Sabell. decebat.* 1. *lib.* 3. *Inglescha par.* 1. *lib.* 4. *c.* 32. *Tarcag.* 2. *par. lib.* 2.

46 In anno 865. Saraceni ex Alexandria deuenerunt ad Candiam, illamque cęperunt, & inde agressi sunt Dalmatiam, & fere totus la-

gonia Venetorum penetrauerunt: ſed Acies Veneta contra eos egreſſa, illos debellauit; paucíq; reuerſi ſunt ad illorum Patriam, relinquendo ea, quæ occupauerant ex Imperio, *Ingleſcba par. 1. lib. 4. cap. 39. Doglionus lib. 1. Sabell decat. 1 lib 3. Tarcag. 2. par. lib. 10.*

47 In anno 1003. Veneti Barenſem Ciuitatē à Saracenis obſeſſam liberauerunt, vt poſt alios teſtatur *Ioannes Antonius Summonte in hiſtoria Neap lib. 1. cap. 12. circa finem fol. mihi 441.*

48 In anno 1008. Saraceni cum in obſidione eſſent in eadem Ciuitate Bari in Apulea; aduerſus eos exijt Claſſis Veneta, & vicit illos in beneficium Imperatoris Græci, *Sabell decat. 1. lib. 4. Doglionus lib. 2. Tarcag. par. 2. lib. 11. Sanſouinus in Cronico, & alij.*

49 In anno 1069. Dominicus Siluius Dux Venetorum, cum validiſſima Claſſe in fauorē Imperatoris Nicephori vicit contra Normandos, *Sabell decat. 1 lib. 4. Doglionus lib. 2. Tarcag. 2. par lib. 11.*

In anno 1122. iidem Veneti cum magna Claſſe in Soriæ Regnum iuere, & Chriſtianis ibi bellantibus ſuccurrerunt, obructioneſque contra eos fregerunt, vt legitur in *Platina de vita Pontificum in vita Caliſti* II.

In anno 1147. Rogerius Siciliæ Rex, bellū iniit contra Imperatorem Emanuelem, & capto Gulfo, deſtruxerat Moream, Acaiam, Thebem, Nigropontum, & Boetiam, & vſque ad Bizantium iuerat, vbi ſiluæ crematæ ſunt cum ardoribus ſagittarum emiſſarū è Claſſe. Sed Domini Veneti pro Imperatore arma ſūpſerunt, & Siculos vicerunt, capiendo quatuordecim naues, & oībuſq; rehabitis, ac aſſicuratis partibus illis, cōtra Siciliam reuerſi ſunt, & actum eſt, vt Imperator cum armis Venetis in ſuam Maieſtatem reponeretur, *Sabellicus decat. 1. lib. 7. Tarcag par 7. lib. 11. & Platina in vita Eugenij 3. fol. mihi 174.*

In anno 1203. Herricus Dandole Dux Venetiarum confœderatus cum Gallis, ex Bizantio eiecit Aleſſium Tyrannum, qui Imperiū

50 Hiſauchio legitimo Imperatori eripuerat, & deorbauerat eum miſerrimè, carceratum detinendo: repoſito ad Imperium Alexio iuuene; ſed eum, quia vix in throno Imperiali fuit repoſitus Alexius, quod vnus proditor eius priuatus (priuati enim ſolent, vt pluri-

51 mum eſſe proditores) qui vocabatur Murzuſflè, ſecundum aliquos, vel ſecundū alios, Alaxius Mirtillus, proditoriè eum occidit, Imperiumq; vſurpauit: At contra illum Veneti, & Galli arma ſumpſere, & ex Coſtantinopoli eum eiecerunt, priuando illum Imperio vſurpato, in quo carēte legitimo hærede, elexerunt in Imperatorem Balduinum Comitem Flandriæ, & à Romano Pontifice omnia fuerunt approbata. Et ex diuiſione Impe-

52 rij ſecundum capitulationes, ad Venetos tetigit medietas, in qua Regnum Candiæ, ac etiā Inſulæ maris Cretici, ac Ægei fuerūt incluſæ, & cum hoc titolo poſſident Veneti partes Oriētales, teſtè *Sabell. decat. 1. lib. 8 Giuſ. Cred Vilibarduinus Gallus in ſuis comment. Ingleſcba par. 1. lib. 5. par. cap. 33. Tarcag par. 2. lib. 13.*

Pluresq; ſunt Scriptores hanc florentiſſimam Ciuitatem laudantes, & eminētiſſimus noſter Poeta Iacobus Sannazarius in Epigrāmaton, hos condidit verſus.

Viderat Adriacis Venetam Neptunus in vndis
Stare Vrbem, & toto ponere iura mari:
Nūc mihi Tarpeyas quātumuis Iuppiter Arceis
Obyce, & illa tui Mœnia Martis ait,
Si Pelago Tyberim præfers, Vrbē aſpice vtrāq;
Illam homines dices, hanc poſuiſſe Deos.

Et in Elegia prima tertij libri Elegiarum, idem Sannazarius ad Federicum Ferdinandi filium Aragonium Siciliæ Regem, dum Italiæ partes laudat, de hac Ciuitate ita canit.

Quis rurſum Veneta miracula proferat Vrbis,
Vna inſtar magni quæ ſimul Orbis habet,
Vna Italum Regina: altæ pulcherrima Romæ
Emula, quæ terris, quæ dominaris aquis.
Tu tibi vel Reges ciues facis, ò decus, ò lux
Auſoniæ; per quam, libera Turba ſumus.
Per quam Barbaries nobis non imperat, & ſol
Exoriens noſtro clarius orbe micat.

Quo vero ad inſignia Leonis eiuſdē Ciuitatis, nota diſticon.

Romanas Aquilæ poſtquam liquere Cohortes,
Magnanimus turmas ducit in arma Leo.

Obſerua: præcipuè iſta fœliciſſima Ciuitas illud *Cornelij Taciti dictum in lib. 1. anal.*

54 vnum Reipublicæ corpus, vnius anima regendum; & tam vnanimes concordeſq; ſunt Ciues illi ad regendum, vt toti Europæ admirandi, laudandiq; ſunt. obſeruantes adamuſſim *Ioſeph de bello iudaico lib. 5. cap. 15. ſententiam; Pulchrum pro libertate mori.*

Cumque ex prædictis cauſis, digreſſionem fecerimus, redeundo ad materiam noſtram dicimus, neceſſum fore, quod ne dum vnus regnet, vel plures iure naturæ, vt declarat dictus *Cardinal Bellarminus in 2. tomo diſputationum fol. 464. de laicis lib. 3. cap. 6.* quoniam Reſpublica non poteſt per ſe ipſam hanc poteſtatem exercere, ſed in aliquem vnum, vel in aliquos paucos, eam transferre tenetur; nec genus humanum etiam ſi totū ſimul conueniret, contrariū ſtatuere, vt nulli eſſent Principes, vel Rectores, poſſet, vt ibid.

ſed

56 Sed introductum est etiam vt primogenitus succedat, exclusis secūdogenitis: vt per plura exempla fundant *Ancbar. in cons 339. nu. 3. & Zabarell. in cons 137. col. 1. in fin. vers. ordine genitura*. vbi hoc esse ait, ne scindatur
57 Regnum, quoniam melius est, Regnum seu feudum dignitatis per vnum, quā per plures Regi: idemque tenet *Molina de primogenijs Hispan. lib. 1. cap.* 1. & merito dixit *Bald. in l. ex hoc iure. col 2. vers. quare quaritur. ff. de iustit. & iur.* semper fuisse, semperq; futurum esse, vt primogenitus succedat in Regno, sequiturq; *Molina de primogenijs Hispanorū, in prafatione num. 32. & Lancellottus Conradus in tract. de prastant. & potent. Imper. fol. 105. ater. lib. 1. cap 1. § 4.* ait, primogenituram non posse tolli per Principem sine causa, ex quo est dignitas, & sic etiam tenet in *lib. 1. cap 2. §. 1. quast. 1. fol.* 121. sēper enim frater maior est honorandus, vt late per *Gubernatorem Christianum habetur in lib. 1. cap. 18. col. 6 fol. 108.* Quia tenetur ex proprijs bonis fratribus alimenta ministrare, quando in oppido titulato succedit, si alia bona libera ex hęreditate paterna nō adsūt, secundum *Molinam in d. cap. 11. num. 30.*
58 Est tamen verum, quod pater posset donare feudum hęreditarium filio secundogenito cū assensu, sed non feudum ex pacto, & prouidētia, renuente primogenito, *Regens de Ponte in tractatu de potestate Proregis sub titulo de refutationibus feudorum §. 10. fol. mihi 429. & seqq.* vbi late de hac materia.
59 Sed quandoque secundogenitus præponitur, vt euenit de Iacob *Genesis 48. circa finē*, & secundū *Zasium de feudis fol. 116.* Primogenitura deberet dari filio magis apto, & magis digno: Cui opinioni assentio, & crederem, hoc esse magis expediens Regi, Patribus, ac Filijs: Dico Regi, quia persona magis apta ei seruiret: Patribus, quia filij magis obedientes essent, & inter se certarent ad magis obediendum patri, vt eius gratiam inuenirent: & Filijs, quia sub spe inueniendi gratiam apud patres, essent obediētiores patribus, & sic sine peccato, sed secundū Dei præcepto, ibi (habeas in honore parētes) valde vacarent: vigeretq; Imperatoris præceptum in *§. soluto ergo. circa finem, in auth. de his, qui nuptias iterant*, secundum *lecturā Alexandri* ibi, *si quis enim ex eis ingratus ostendatur, id minus cateris damus, qui nihil tale peregerint, quo magis, & alios erudimus parentes honorare & fratrum sibi exemplum immediatum proponere*. Spero enim aliquo tempore huic opinioni fore consulendum, & per legem statuendum, vt primogenitura eligatur à Patre, vt prius erat in feudo, nam cui Dominus voluerat, dabat feudum, vt in *cap. 1. § & quia vidimus. de his. qui feudum dare possunt. & Corset in tract. de potestate Regia in part. vltima nu 66. in tractatibus tom. 16 fol. 144 ater.* affirmat, quod Rex in
60 eius vita habet potestatem declarandi, quis ex filijs debeat esse primogenitus, idq; tenet *Martinus Laudensis in tract. de Principibus quast 418. & Bald in cap item sacramenta. nu. 18.* ponitq; exemplum in Rege Aragonię, qui habebat duos filios, & vni dedit Regnum Maioricarum, & alteri Regnum Aragoniæ, qui inter se ipsos diuisionem prædictam perpetuò ratam habere promiserunt: imo quod pater valeat eligere secundo, vel tertiogenitum pro primogenitura, probat text. in terminis *pri. Machabæorū 2.* vbi, *Mathathias elexit secundogenitū Simonem virū consilij in caput. & patrem filiorum, & Iudam virū frontem tertiogenitum cōstituit in Principē militia*. & Dauid elexit in Regem Salomonem, & non Adoniam primogenitum. *3. Regum 2. num. 22. & Paralipomenon 3.* & Roboam elexit Abiam sapientiorē, & potentiorem primogenito. *2. Paralipomenon 11. in fine*.
61 Est tamen notandum, primogenituram vendi posse, vt dixit *Lucas de Penna in l. 1. C. de priuilegijs eorum lib. 11 col. 1.* quinimo si primogenitus consentit secundogenitum inuestiri, sibi præiudicat, *cap. 1. § praterea, vbi Bal. quib. mod feud amittatur, & Mart. Laud. in tract. de Princip quast. 351. & Iason in l. qua dotis num. 65. ff. solut matrimon. per cap quam periculosum. 7. quast. 1. vbi glos.* Pri-
62 mogenitusque dicitur nepos ex primo filio natus, & non patruus, *Iacobus Mandella Albens. in cons. 60. & Ioan. de Ciriet. in tract. de primogenitura. q. 25. lib. 1. nu. 9. qui est in tractatibus tom. 10. par. 1. fol. 38. & Cassan in consuetud. Burgund. rub. 7. vers. en totes successiones fol. 1014.* vbi quod per viam repręsentationis filius primogenitus pręfertur, sed hanc repræsentationem in pronepotes non transfundi, ait. idemque tenet *Gramat. in decis. 1.* vbi disputat quæstionem Regis Ro-
63 berti, cum eius Nepote, circa successionem Regni Neapolis, in qua licet fuerit iudicatū pro Rege Roberto Patruo, euenit, ad euitandum bella, nam Rex Robertus reperiebatur in possessione Regni, & erat alter Salomon, *Bal. in l. vt intestato C. de suis, & legitim.* & nouissimè *D. Marchio Belmōtis Regens Tappia in Sac. Cons. dec. 2. nu. 37.* sed inde viguit, & viget opinio, vt filius ex primogenito pręferatur patruo, licet *And. in cap. 1. de success. feudi*

feudi num. 4. & in §. preterea ducatus. num. 39. in add. de probib. feud. alien. per Fred. contrarium tenebat & pro nepote, opinionem late defendit *Oldrad. in conſil. 224. & Couar pract. qq. cap. 38. num 7. & ſeq.* Quinimo idemmet Rex Robertus in Comitatu Sancti Seuerinę indicauit pro nepote contra patruum, vt per *Oldrad. in conſ. 224. & Tiraquell. de Iure primogeniorum quaſt. 44. nu. 10*, vbi quod idem Robertus tradidit eius neptem Reginam Ioannā filio Regis Vngariæ, ad quem ſpectabat Regnum. Sed tale matrimonium prauum habuit finem, quoniam eadem Ioanna Andream eius virum laqueo ſuſpēdit in Caſtro Aucrſano, vt Hiſtoriæ canunt, & adeſt ſepulchrum in Hoſtio Sacriſtię Archiepiſcopatus Neapolit. in teſtimonium.

V. iq; in primogenito fortitudo, & dolor, & cogitatio patris adſunt, dixit enim *Iacob in Geneſis 49. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principiū doloris mei: prior in donis, maior in Imperio effuſus es, ſicut aqua non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius.*

64 Sed quando duo Gemelli ex eodem ventre oriuntur, quis dicatur primogenitus? ex *Geneſis 25. circa finem, & 27.* videtur colligi, quod cum ex Iſaac nati eſſent Eſaū, & Iacob, quoniam primò egreſſus erat Eſaū, ipſe fuit primogenitus, & vendidit primogeni uram Iacob, vt in *Geneſis 18. in fin.* ibi, *ipſe egredietur prior.* Et ſic affirmat *Neapolitanus in cōſuetudine Neapolis incip. Quartam autem. in verb. ante quarta conſtitutionem. fol. mihi 258. & Anton. Corſet. in tract. de poteſtate Regis quaſt. 63. in 4. part. & Io Lecirier in tract. de primogenitura à quaſt. 6. vſq; ad 12.*

65 Eſt verum, quod primogenitus Regis, vel alterius, nil poteſt dare, niſi eſſet Locumtenens Patris, *Frecc. de ſubfeudis lib. 2. in tit. quis dicatur Dux nu. 36. fol. mihi 130.* quoniam Regnum integrum debet eſſe, & ſi Rex efficeretur Monacus, Regnum non tranſit ad Eccleſiam, vel Monaſterium, etiam viuente Rege, vt dixit *Bald. in l. Deo nobis. col. 6. C. de Epiſc. & Cler.*

Cumque ex prędictis, conſtet perſonarum
66 diſtinctio: Inſcriptiones ergo Regis dominantis ſunt neceſſariæ in legibus, vt ſubditi obedire teneantur, aliàs non ligarent, & eſſēt nullæ, dum non datur cognitio Legiſlatoris. Nomina enim ſunt inuēta ad recognoſcendū perſonas. *l. ad recognoſcendū 10. C. de ingen. manum.* meritò cōcluditur talē inſcriptionē eſſe neceſſariam in Pragmaticis, & legibus condēdis, & probat *tex. in §. 1. in auth. vt Im-*
67 *peratoris nomen in inſtrumētis.* In quibus cū nota, quod ante earum promulgationem sūt meditandæ, & ſecretò tenendæ, diebus, ac noctibus, vt docet ſacra pagina in *Ioſuè. 1.* alias Conſiliarij tenerentur in cōſcientia de damnis euentis ob ſcientiā legis promulgandæ, vt per *Dianam moral. reſolut. in tract. de contract. reſolut. 54.* ibi enim eſt ſalus, vbi
68 multa Concilia, *Prouerb. 11. & 14. ſed Ariſt. in 6. Etic.* ait, *Tardè conſilium, & velox exequutio. Pede enim plumbeo leges determinātur, ſed pennis exequantur.* Et præoculis ſem per habendum eſt *Iſaiæ dictum in 10. ibi. Væ vobis, qui imponitis leges iniquas* licet *Afflict. in conſt. dignum. nu. 3.* intelligat, ideſt nouas
69 gabellas. Gabelloti enim ſpoliant tempore pacis, ſicuti Milites tempore belli. Cętera vero de legum ferendarum forma, vide in *tit. de legibus, & cap. erit autem lex. 4. diſtinct. cum ſeqq.*

Co gruit etiam huic materiæ videre, an
70 in inſtrumentis ſit in principio eorum de eſſentia dicere, In Dei nomine &c. & ſi talis inuocatio omitteretur, an ſit nulla? ſed quæſtionem hanc diſputat *Fontanella de pact. nupt par. 1. in clauſul. 2 vbi ſex affert opiniones,* & concludit, *non eſſe de eſſentia, nec contractus* ob tales omiſſiones eſſe nullos, niſi aliter de conſuetudine obſeruaretur: At piū, religioſumq; eſſet, ſemper ſic facere, nam & Gentiles etiam ita faciebant, *Virgil. eglog. 3. A Ioue principium muſa, Iouis omnia plena.*

71 Quinimò, & in literis familiaribus, ac in alijs omnibus actibus commēdandus eſt vſitatus mos: diuinum inuocare nomen in principio, vel ſaltē à venerando Crucis ſigno exordiri, exemplo *Legiſlatoris in l. 1. C. de veter. iure enuclean. l. Deo nobis. C. de Epiſc. & Cler. &* in pluribus alijs locis, iuxta illud *Pauli ad Coloſ. cap. 3. relatum in cap. non licet. 26. q. 5. Omnia quacunque feceritis, facite in nomine Domini:* Quod extende etiam, ſi inſtrumenta inter Iudęos ſtipularētur, nam & Crucis ſignum, & inuocatio nominis Domini sūt apponēda à Notarijs, vt probat *Cæſar à Coſta variar. ambiguit. lib. 1. cap. 6.* eſt enim omne poſſe faciendum, vt infideles ad fidem reducantur, *cap. gaudemus. de diuor. & Nicephor. lib. 18. cap. 20.* Infidelibus ſcribendo ſignum Crucis apponebat. Nos autem legem habemus, vt in principio literarum familia-
72 rium ſignum Crucis tantum, & nullum aliū titulum, ponere poſſimus, vt ex *Pragmat. 1. de Titulorū abuſu.* condita 29. Martij 1596. per Illuſtri. & Excellentiſſ. Oliuarenſium Comitem Regni Proregem vigilantiſſimum, omniumq; Gubernatorum ſpeculum, & exēplum. Fuit enim lex prædicta inter vtiliores

Regni commendata, quoniam abusus, & inconuenientias multas abstulit,& semper seruanda esset.& Hispaniæ eadem lex viget quo ad Magistratus, secundum *Bouadill. in Politica lib. 3 cap. 1. num. 46.* Fuerunt enim Tituli isti moderati, & sublati secundum leges prædictas, ad euitandum quamplurima ab-
73 surda ex eis causata: ad id enim,ac etiam
74 euitandum, multa fieri prohibentur, extenduntur statuta, *l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusat. tutor. & Imol. in l. si vero. § de viro. in 1. fallent. ff. solut. matrim.* vbi ponderat ad hoc *glos. in clem. final. in glos. 1. & 2. de rescript. Ias. in l fratres. in 2. col. & in l. omnimodo. in 1. colum. C. de inoffic. testam.* & per *Felyn. in cap. translato. in ult. col. de constit. & Cassan in consuet. Burgund. circa fin. in tit. Conclusio, & Approbatio fol. 1503. nu. 8. & seq.* enumerat 31. casus in quibus statutum extenditur ad euitãda absurda: quos videas ibidem.

75 Hinc est, quod in citationibus etiam necessum est in principio nomen Iudicis describere, & locum vbi citatur, vt citatus sciat, si à Iudice competente citetur, ad deliberandum an comparere teneatur, *Andr. Gaill. pract. obseru lib. 1. obseruat 48. nu. 6. & Misinger. centur. 6. obseru 7. per l. si quis ex aliena. ff. de iud. & toto tit ff. si quis in ius voc. & cap. veniens. de appellat.* & alia.

Ex quibus omnibus concludendum est, Regis nomen in principio legis necessum esse describere.

OBSERVATIONIS II.

SVMMARIVM.

1 *Regis introductio in Populis, ex quibus prouenit.*
Nembrot primus qui libertatem occupauit, ibidem.
2 *Reges solum Deum in tẽporalibus recognoscunt in Superiorem.*
3 *Imperator in diuersis legibus, diuersimodè titulatur.*
4 *Romuli lex, vt Magistratus Deum autorẽ faciant.*
5 *Subditi sub vmbra Regis requiescunt.*
Rex quomodo legi subest, ibid.
6 *Pontifex quare non dicitur Dei gratia Pontifex, sed Seruus seruorum Dei, nu. 6.*
7 *Pontifex Deum repræsentat, & ita etiam Alexander Magnus fuit confessus.*
Seruus seruorum Dei describitur, & quare, ibidem.
7 *Alexandri Magni confessio, Pontificem esse Deum, ibidem.*
Cardinales solummodo Pontificem Deo offerunt, & nominant, ibid.
Humilitas nimia à Superiore quando nõ est seruanda. ibid.
Deus Regna dat. & tollit, sine causa, ibid.
8 *Papa ex causis potest deponere Reges.*
9 *Habet potestatem super omnes.*
10 *Rex Quare inscribitur Dei gratia Rex.*
Austriaci Reges nostri pyssimi, ibid.
11 *Catholici quare Reges nostri acclamantur, & qui primus fuit ita vocatus, & in quibus temporibus.*
12 *Rex noster quare, & quando fidei defensor appellatus fuit.*
13 *Normandorũ Reges quomodo titulabantur.*
14 *Rex noster Imperio non subest.*
15 *Hispani legem condiderunt, vt sub pœna capitis non allegarentur leges Imperatorum.*
16 *Sunt docti nimium.*
17 *Libentius visitant limina Apostolorum.*
18 *Regnum Neapolis est patrimonium Diui Petri.*
19 *Succeditur in eo per Ius accrescendi, sicuti in Emphyteusi.*
20 *Appellatio ad Papam non datur à sententia Regis Regni.*
21 *Fallit in magnis causis.*
22 *Papa vt Dei Vicarius quando potest inquirere contra Regem.*
Quando potest manus imponere in temporalibus ibid. in fine.
Habet iurisdictionẽ quasi Ensem intra vaginam, ibid.
Tẽporalia iudicia assumere potest quando duo Reges inter se contenderent, ibidem.
23 *Papa prohibuit exactionem collectarum in Regno.*
23 *Collectæ quando sunt permissæ.*
25 *Reges, qui Imperio non subeunt.*
26 *Florentia habuit libertatem ab Imperatore pro ducatis sex mille.*
27 *Lucca Ciuitas pro ducatis duodecim mille libertatem habuit.*
28 *Rex ex causis potest extraordinaria facere ea causas committere quo ad examinationes, & sibi deliberationem reseruare, ibidem.*
Aequiparatur Imperatori, ibid. in fine.
Potest exigere ab Vniuersitatibus, quæ desunt suo exercitui, ibid.
Potest solus tributa imponere, ibid.
Resecare expensas tenetur, & postea restituere quæ accepit.
29 *Imperatoris electio quando in Alemania sit*

OBSERVATIO II.

Quare dicitur Dei gratia Rex, & aliqua de Imperatore, & eius electione, ac de Summo Pontifice.



1 ANTEQVAM diſputationem huius Quæſtionis, ingrediamur: non inutiliter eſt aduertendũ, poteſtatẽ laicam naturaliter à Deo immediatè mortalium cõmunioni fuiſſe datã, ad ſe gubernandũ in rebus naturalibus, vt benè, ac beatè viuant, ſm rationẽ naturalẽ, vt conſiderat *Nauar. in relect. c. nouit. de iudic. in 3. notab. nu. 85. poſt D. Thom. in lib. 1. de Regim. Princ. cap. 14.* Superuenerunt inde auaritia, iniuſtitia, ac ſubornationes Iudicum, & introductionẽ Regum in Populis cauſauere, vt apertè videtur in 1. *Regum 8.* & notat *Frater Ioan. Marquez Gubernator Chriſtianus in lib. 1. cap. 2. col. 9. fol. 9.* deceptoſq; eſſe Demoſtenẽ, Ariſtotelem, & Ciceronem, inſequentes Heriodotum, tenentem, primos Reges pro Iuſtitia fuiſſe inuentos, affirmat: Quoniam Nembrot ſecundus filius Chan, fuit primus, qui libertatẽ occupauit in Aſſyria, & vocatus fuit Venator, id eſt latro, vt ibidem videre poteris. Introductiſque Regibus, leges, & conſtitutiones fieri neceſſum extitit, & ſucceſſiuè in legibus inuocare gratiam Dei, & ita ſe titulare ad demonſtran-
2 dum, quod in temporalibus neminem in Superiorem recognoſcunt niſi ſolum Deum, à quo omne Imperium permiſſiuè, formaliter, & effectiuè procedit. *Bald. in cap. 1. quis dicatur Dux; & in l. 1. C. de ſum. Trinit. & fid. catholicâ.* vbi quod Deus de Cœlo Imperium conſtituit. *§. qui igitur. col 6. in auth. de inſtrumentorũ cautela, & fide;* meritò n. Impe-
3 rator *in conſt. hac edictali. de pac. iuram. firm. & in c. 1. de pace tenend. & in cap. 1. de probib feud. alien. per Feder. & in c. 1. de ſtatutis, & conſuetudinibus*, & alibi, titulauit ſe, Dei gratia Imperator, regnat. n. ex prouidentia Imperialis Altitudinis. *c. ſi ex bono. de pœnit. diſt. 4. at in c. 1. de probib. alien feud. per Lothar. et in c. 1. quomodo tu crim. læſæ Maieſt. et in c. 1. de pace conſtant.* & alibi, titulantur Diuina fauente clementia: ſed aduerte, q̃ ſi diuerſimodè
4 titulantur, idem in effectu eſt; Romulus enim legẽ tulit, vt nemo Regnum, aut Magiſtratũ iniret, niſi prius Deum authorem inuocaret, *Pomponius Lætus in princ. de Rege poſt Fonteanellam in lib. de Magiſtr. Rom.* quia ſubdi-
5 ti ſub vmbra Regis requieſcere debent, & Reges ſub clypeo Dei, *Iudic. 9.* hinc eſt, quod Rex ſtans in ſolio, & maieſtate ſua, deterret etiam vxorẽ, & eſt quaſi Angelus Dei, *Eſther 15. nu. 16. & ſeq.* Aduertietamen *D. Thom. in prima ſecundæ. q. 96. ar. 6.* quod etſi Princeps ſit legibus ſolutus quantũ ad vitam coactiuam legis, attamen quantum ad vim directiuam legis, propria voluntate lege ſubeſt. *cap. cum omnes. de Conſtit.* dicit enim Sapiens *Patere legem quam tu ipſe tuleris.*

Sed quæritur, cur in Bullis, & motibus Summorum Põtificum, dicitur in principio, *Epi-
6 ſcopus ſeruus ſeruorum Dei*, & non dicitur talis Dei gratia Pontifex, ſicut dicunt Reges? Reſpõdetur hoc in Põtificibus fuiſſe introductũ humilitatis cauſa: qd etiã procedit in Rege, dicitur q; Seruus ſeruorũ Dei à ſeruiẽdo Reipublicæ, *gloſ. in extrauag. 1. Io. 22. de elect.*

Si quidem Summus Pontifex,qui Dei Pontificatum gerit,& Deum repręsentat,(vt per *Quintum Curtium in Vita Alexandri Ma-*
7 *gni lib.* 10 *in fine*, vbi rt prehensus Alexáder cur Pontificem Iudęorum adorasset, respondit se non illum,sed Deum ipsum,cuius Pontificatum gerebat , adorasse;) à Deo enim immediatè potestatem habet, *Clem.pastoralis de sent.& re iudic.* quia etsi homines,idest Illustrissimi Cardinales eum eligunt,seu nominant, solummodò Deo veluti pręsentant, & offerunt,à quo demum suam potestatem accipiat: *Pater Diana morali resolut. tract. 2.de immunit.Ecclesiast.resolut.* 125 *fol* 83. & tamquam custos animarũ, & successor Diui Petri, cui bis dixit Dominus post eius resurrectionem, *Pasce agnos meos,& tertia vice pasce oues meas. Io.*21. & ideo successor, qui habet eandem obedientiã,vt in *Iosue* 1. *circa finem*, magna cum humilitate procedere intendit,& vti caput,& moderator animarũ,ex potestate ei tradita, cum illis verbis. *Et tibi dabo claues Regni Cœlorum &c.* ad ostendẽdendam eius maximam humilitatẽ, (quæ est omnibus hominibus subiacere, *D.Thom.2.2. q* 161.*ar.*3.) titulatur Seruus seruorum Dei; vt latè per *Lancell.Conrad in Templo Iudicũ lib.2.c.1.de Pontifice Maximo,in verb humilitas fol.*128.vbi aduertit,nimiã humilitatem non esse seruandã,ne regendi frãgatur authoritas, *c.quando.86.dist. et gloss.ibi; & in l.obseruandũ.ff.de offic.Prasid.*& Pôtifex,qui primus se ita descripsit, fuit Diuus Gregorius Magnus(hoc nomine primus)vt est videre in principio eius vitę,in suis operibus descriptę.

Et ad similitudinẽ hanc,Princeps Christiani cognoscentes dicta Salomonis,ibi,*Per me Reges regnant, Prou.*8.& q Deus Regna vni, vel alteri nationi dat,& sine causa tollere illa potest,vt post *Abolen. super c.*11.*Iosue*, tenet *Gubern.Christian.in lib.*1.*c.*17.*col.*3.*fol.*158. ad quæ conferunt *Virgil.Carmina* 2. *Æneid. Hostis habet muros, ruit alto à culmine Troia, Sat Patria Priamoq; datũ, si Pergama dextra Defendi possent,etiam hac defensa fuissent.*

Ita titulantur, nõ obstante eorũ maxima potentia in tertiis,in quibus non est,qui eorũ facta dijudicet, vt in *Psal.* 50.ibi,*Tibi soli pec*a-
8 *ui,&c.*licet Papa sit eorũ Superior,& ex causis eos deponere potest, *cap. ad apostolica. de sent & re iudic.in* 6. Papa,n.tanquã Vicarius Christi Dñi naturalis Cęli,& Terrę,habet iu-
9 risdictionẽ super omnes, vt fundat *Martin. Lauden.in tract.de Princip. q.*1.*& Ill.Card. Bellarm.in* 1.*tom.disp.in tit.de Romano Pontifice lib.*1.*c.*15.vbi declarando verba, Pasce oues meas,in Hębreo legitur, .i. dominari;& meritò omnes Christifideles de necessitate salutis,Romano Pontifici subsunt: vtrumque .n. gladiũ habet, & omnes iudicat, & à nemine iudicatur,vt in *extrauag.comun. lib.*1.*c.*1. *de maior.& obed.*& nouissimè *Santarell.in tract.de hęres.c.*30.*&* 31. *dub.*1.*fol.*291. *& seq.*vbi latissimè hanc materiã comprobat,& adeò,vt Sorbonę Consilium Parisiense multa cõtra eum concludere tẽtauit,in anno 1626. & Reges, ac Imperatores à Papa depositos recenset, *Nauar.autẽ in relect.c.nouit.de iudic in 3.notab.nu.5.fol.*107 *et seq.*fundat potestatẽ Pontificiam super Reges, & Imperatores procedere ex omni Iure .i. diuino Canonico,& Cæsareo, & disputat articulũ contra Regẽ Gallię pratendentẽ in temporalibus non subiacere Papæ, & nouissimè *Diana moral.resol in tract.de immun Ecclesiast. resol.*121.*&* 123. Reges.n.recognoscentes hoc beneficiũ à Deo primo motore, ac Dño dominantium,& q nemini absq; Dei voluntate potest Principatus potentiã contingere, *Ioseph lib.* 2.*de bello Iudaico,& Iustinian.in* §.1. *in princ.in auth de hered.& falcid.* ibi, quod vsq; ad huc non dum Deus Romanis, nisi sub nostro Imperio cõcessit. ideò scribunt se sic.
10 Dei gratia Rex;alias essent ingrati: ingratitudinisq; vitiũ est maximũ,vt latè probaui in Tractatu meo de eleemosyna edito in anno 1616.& est infra collocatus *vers.*11.*obser.*2. sed de hoc ingratitudinis vitio nullatenus possũt imputari Reges nostri Austriaci pijssimi, & inuictissimi, fideiq; defensores, qui ob eorũ immensã pietatẽ à Summis Põtificibus
11 acclamantur Catholici; & hoc cognomẽto honestatus fuit primus Rex Ferdinãdus Aragonius,filius Regis Andrę II.Regis Castellę, & alterius Ioannis II.Castellæ Regis Gener, & Hispaniarũ Rex,in anno.n.1477.fuit vocatus Catholicus,vt post Ioannem Michaelem Brenũ Historiographũ,fundat *Camil.Borrel. in tract.de praestant.Regis Catholici.c.*4. *nu.* 10.*fol.*390. sed maturius aduerte, qm Hispaniarũ Reges se hoc cognomento Catholici fuisse decoratos circa annũ 595. prætendũt, asserendo, Philotrũ Gensericũ Reuiariũ Catholicos in Hispania Reges, ex quo Flauius Reuaredus frater Hermenigildi martiris Rex fortissimus, ac sapiens, missis Romã Legatis, Magno Gregorio obedientiã pręstitit,& tanto ardore patrociniũ cõmendatẽ sibi à Gregorio religioni pstitit, vt Sueuis alijsq; nationibus Deo, ac Romanę Sedi restitutis à Gregorio sũmis laudibus celebratus,& à Cõcil. Tolet. Catholicus Rex,atq; Apostolorũ meritũ assecutus,oĩum acclamatione dictus fuit.

Noller autẽ Rex,ne dum Catholici nomi-
12 ne decoratur,sed etiã defensor fidei vocatus extitit in anno 1521.vt per eundem *Borrell. ibid.*

*ibid.c.44.fol.*275. licet ei debeatur agnomen
hoc,tanquam Regi vtriuſq; Siciliæ, ſiquidem
Normãdi Reges huius Regni titulabãtur v3.
*Roggerius in Chriſto pius Rex potẽs,& Chri-
ſtianorum adiutor.* teſte *Thoma Fazello in
Hiſtorijs Siculis decat.2.lib.2.cap.3 in fin.&*
nouiſſimè noſter *Mazzella in diſcriptione
Regni Neapolis fol.* 471. ait, quod erat talis.
*Roggerius Dei gratia Siciliæ, & Italiæ Rex
Chriſtianorum Adiutor,& Clypeus;* Roggerij
Primi hæres, & filius. & Rex Gulielmus ſe
titulabat,vt ibidem, *Gulielmus Dei gratia
Siciliæ Rex, & Chriſtianorum Defenſor.* Et
Gulielmus II. hoc modo. *Gulielmus II. Di-
uina fauente Clementia Rex Siciliæ, Apuliæ
Dux ac Princeps Capuæ,* Religionis *Chriſtia-
næ Adiutor, & Defenſor.*

Meritò potentiſſimus Rex noſter, etiã vti
ſucceſſor dictorũ Regũ,poterat,& poteſt iſtis
14 titulis,Catholici,& Fidei Defenſoris ſe titu-
lare. Eo magis,quia Imperio nõ ſubeſt,quo-
niam tàm Regna Hiſpaniarũ, quàm Regna
vtriuſq; Siciliæ,abſque auxilio Imperatoris e
manibus infidelium recuperata ſunt, *Auendan.
de exeq.mand.Reg.par.1.c.4.in princ.Oldrad.
conſ 69. nu.6.& 9. verſ.certè melius*, licet in
principio dicat, Hiſpaniam fuiſſe Imperij, &
Romanorũ,tñ in *nu.6.verſ.ſed cũ tripliciter.*
aſſerit, Hiſpanos (qui plus quam alia mundi
natio gloriãtur, eorum geſta pede plumbeo,
& pompa facere) legẽ condidiſſe, vt quicun-
15 que in iudicio leges Imperatoris allegaſſet,
capite plecteretur. Sed aduerte,aliter in his
tẽpeſtatibus ſeruari, ſunt enim Hiſpani effe-
cti peritiſſimi interpetres legum Imperialiũ.
eſt bene verum, quod habent proprias leges
Regni, ſed in earum defectu,ſeruatur ius cõ-
16 mune; & quod Hiſpani ſint multum docti, &
quod libentius viſitant limina Apoſtolorum
Petri,& Pauli,& S.Iacobi; teſtatur *Oldrad. in
conſ 62.& conſ.69.*vbi etiam affirmat, Regis
17 Hiſpaniæ filios Infantes appellari,& *Euſeb.
in Hiſtoria Eccleſiaſtica fol.*617.teſtatur,Oſiũ
Hiſpanum Cordubæ Epiſcopum, à Magno
Conſtantino fuiſſe tranſmiſſum ad Chriſtia-
nos concordandos de differentia inter eos
circa celebrationem Feſti Paſchatis.

Reges enim, & Regna Hiſpaniarũ iuſtè ab
Imperio Romano exẽpta eſſe, dicit *Nauar.
in relect.c.nouit.de iudic.in 3.notab.nu.*116,
*fol.*145.& ſi aliquando ei ſubiecta fuiſſent: ex
quo,à tyrannide Saracenorũ,non auxilio Im-
peratorum,aut virtute,ſed diuina,& ſua,in li-
bertatem deuenire, de qua vide per *Plutar-
chum in vita Caroli Magni fol.*374.ſubit .n.
*Nauar.in loc.cit.*ibi,*& duæ primæ gẽtes Na-
uarij.& Legionenſes,quæ hoc facere cœperunt,
Reges ſibi conſtituerũt, & ita alij facere ſunt
inſequuti, adeò quod à Saracenorum faucibus
mira militia,et fortitudine liberati extiterũt.*
Cumq; non ſit contra legem diuinam à laica
poteſtate quẽ eximi etiam per præſcriptionẽ
Andr.in prælud feud nu. 35.ſicuti exemptio
à poteſtate Eccleſiaſtica: meritò ab Imperio
exempti ſunt,vt ibidem. poſſunt enim Populi
Regem ſibi eligere deficiẽte legitimo Rege,
Gubernator Chriſtianus in lib.2.c.3.

Quò verò ad hoc Regnũ Siciliæ Citerioris,
Rex noſter non ſubeſt Imperio,habet .n. illud
ab Eccleſia Romana, & eſt patrimoniũ Diui
18 Petri, *Andr.in Prælud.feud.nu.*38.*gloſ.in c.
cũ Monaſterijs.*19.*q* 3. *verſ.vtiles*, & eſt feu-
dum Eccleſiæ. *Bar.in auth poſt fratres. C.de
legit.hæred* vbi *apoſtilla*; tenet .n. ab Eccleſia
19 in emphyteuſim, & ſuccedìtur in eo per ius
accreſcendi ſm̃ naturam emphyteuſis,*Bal in
conſ* 431. *nu.*1. *verſ ſexta ratio lib* 2.*& in §.
hoc quoq; nu.*12 .*de pace conſt.*vbi pulcher ca-
ſus,& habetur in *cap.ad Apoſtolica.de ſent &
re iudic.*& affirmat *Ill Card.Bellarmin in* 1.
tom diſput ſub tit.de trãſlat. Imperij Romani
*lib.*1.*c.*3 *fol* 926 *l.A.& Guicciardin in lib.*1.
ſua Hiſtoria Italiæ.

Eſt tamen verum, quod licet recognoſcat
Eccleſiam tanquè vaſallus ligius.*clem.paſto-
ralis.verſ.rurſus.de ſent & re iudic.* attamen
quo ad ſubditos, habet ius ſupremi Regis,
*Card.Bellarm.in loc cit. & Egid. Bellam. in
in conſ.*15.*n.*3 *Pariſ conſ.*1.*nu.*97 *et ſeq lib.*1.
*Rol.à Valle in conſ.*88.*nu.*31.*lib.*1.*Io.Franc.
de Ponte de pot Proreg.ſub rub de aſſenſibus
regij fol.*290. *nu.*13.& à ſententia Regis non
appellatur ad Papam, *Decian in conſ.*56.vbi
exẽplificat in ſtatu Ferrariæ *vol.*5.(licet *Na-
uar.in relect.c.nouit.de iudic.in* 3.*notab. nu.*
6.*fol.*108.affirmet,à Regibus Hiſpaniarum,&
Galliæ,dari appellationem ad Papam,) ſicuti
nec appellatur à ſententijs ciuilibus, vel cri-
minalibus Principis Romandiolæ feudatarij
Eccleſiæ,*Pereg.de iure fiſci lib.*1.*tit.*2.*nu.*62,
& 63.fol.mihi 20.vbi hanc regulam limitat,
nõ procedere in ratione manifeſtè,& notoriè
inquiſitionis,& iniuſtitiæ,& in magnis cauſis,
21 vt ibidẽ poſt *Afflict.allegatũ in rub.quæ ſint
regalia nu.*53.*& Andream,& alios*, ad quæ
omnino videas *Mart.Laudenſ.in tract de
22 Princip q.*424.vbi quod ſi Papa viderit Regẽ
notoriè cupidum eſſe ad aliquid faciendum
contra iuſtitiã,poſſet,vt Dei Vicarius inqui-
rere,vt per *Innoc.in c.*1.*in fin.de offic. ordin.
Decian.in d.conſ.*56.*nu.*5.vbi hoc permictit,
quando ageretur de maximo, & intollerabili
præiudicio, & notoriè iniuſto; vt nouiſſimè
declarat *Pater Diana reſolut.moralium in
tract.* 2. *de immunitate Eccleſiaſtica reſolut.*
121.*fol.*81. & ante ipſum *Bal.in § pactiones*

nu. 2. de pace constant. vbi quod Papa potest
adiri per supplicationem, vel denunciationẽ,
vt in cap. 1. de probat. & notab. casum recen-
set Albinus Lucanus in libro de gestis Regum
Aragoniorum fol. 375. Papa enim habet iuris-
dictionem in Habitu quasi ensem intra vagi-
nam reconditum, Nauarrus in relect. cap.
nouit. de iudic. in 3. notab. nu. 2. in fine. Iudicia
enim sine suspitione esse debent, cap. quanto.
de translatione Pralatorum. cap. ego Ludoui-
cus. 63. distinct. & cap. pastoralis. vers. nos au-
tem ex superioritate. de sentent. & re iudic.
multaque vide per Santorellum in allegato
tractatu de haresi. cap. 30. cum sequent. dubio
vnico f. 290. & in Compendio Iuris Canonici
Lancellott. Conrad. in tit. de officio Principis
erga Pralatos fol. 100. & confert Diui Ioan-
nis Euangelista dictum, in cap. 3. nu. 17. &
cap. 12. nu. 47. ibi, Non enim misit Deus fi-
lium suum in mundum, vt iudicet mundum,
sed vt saluetur mundus per ipsum. Papa ergo
vti Vicarius Christi, vt aliquod maximum
inconueniens euitetur, potest manus impo-
nere: habet enim potestatem omnis carnis,
Io. 17. nu. 2. & tanta est eius Maiestas, vt cum
sola reprehensione, aut correctione homines
mortui sint, in Actibus Apostolorum V. & in
casu, quo animarum saluti necessarium esset,
potest Pontifex assumere tẽporalia iudicia,
eo magis, si nullus esset, qui posset iudicare,
vt cum duo Reges supremi contendunt, vel
quando qui possunt, & debent iudicare, sentẽ-
tiam ferre nollent: vt per Illustriss. Bellar-
minum in 1. tomo disputat. sub tit. de Roma-
no Pontifice. lib. 5. cap. 6. fol. 890. col. 1.

Meritò vt euitetur inconueniens, potest
Papa in causis arduis manus imponere, text.
notabilis in l. si vendicari. C. de pœnis, &
Martinus Laudensis in tract. de Principibus
quast. vlt. Albin. Lucan. in loco supra citato,
& Quintil. Mendos. in pract. tit. de inhibit.
quast. 47. & in 4. forma commissionis in verb.
23 deuoluta. Et alias Papa Honorius IV. prohi-
buit Regibus exactionem collectarũ, vt per
Regent. Moles in decis. manuscript. fol. mihi
6. a ter. & in quatuor casibus permissam esse
ait, vt ibi, post quæ scripta vidi Gabr. Pereyr.
de manu Regia. in 2. pralud.

Ratio autem, quare non datur appellatio
24 ad Papam, est, quia Reges in Regnis suis ha-
bent plenitudinem potestatis. Abb. Card. &
Dec. in cap. nouit. de iudic. & glos. in proem.
constit. Regni in verb. habendo respectum. &
dicemus 1. vers. 4. obser. 1. nu. 4. & seq.

25 Nec pretercam, quod Imperio, nec etiam
subest Rex Franciæ, sicuti nec Rex Angliæ,
secundum Ant. Corset. in tract. de potest. Regia
in vlt par. nu. 66. qui est in tractatibus tom.
16. fol. 144. a ter. Parthi, Persæ, & Poloni nu-
quam Imperio fuerũt subiecti, sicuti nec Ci-
uitas Veneta, alij vero supradicti, & si aliquã-
do Imperio subiere: deinde subiectos esse
desiere: & libertatem præscribere potuerunt,
vt per Andr in d. pralud. feudor. nu. 35. Ciui-
26 tas autem Florentiæ habuit libertatem ab
Imperatore Rodulpho, pro ducatis sex mille.
27 Ciuitasque Lucæ pro ducatis duodecim
mille: quę venditiones nõ displicuerunt Papę
Honorio, vt ibidem; sed alij dicunt, quod vl-
tima libertas Lucæ, fuit ab Imperatore Ca-
rolo IV. & ideo in eius monetis imprimitur,
Respublica Lucensis à Carolo IV. Impera-
tore 1348.
28 Potest enim Rex ex causis extraordinaria
facere, eiusq; prudẽtiæ est, in arduis commit-
tere examinationem, & sibi deliberationem
reseruare, l. 1. vbi Bal. C. vectigalia noua in-
stitui non posse, sicuti etiam potest exigere ab
Vniuersitatibus, quæ desunt suo exercitui;
secundum glos. notabilem in fin. in l. nemini.
11. C. de sacros. Eccles. sed aduertat in tali tẽ-
pore, superfluas expensas resecare. & necessi-
tate cessante, tenetur retribuere Populo, Io.
Andr Georg. in repet feudal. cap. 57. per totũ,
vbi disputat, si Rex in Regno potest impone-
re extraordinaria; tu autem circa hæc, vide
1. Regum cap 8. in fin. vbi describuntur Regis
potestates à Deo super Populis traditæ, quã-
do Regem voluerunt, & Samuel ex ore Dei
dixit eis, quæ facturus erat Rex super illis, vt
ibidem. & licet videatur Regem non posse
solum tributa imponere, quia Moyses non
imposuit tributa solus, & ideo Princeps cum
Regni consensu illa imponere deberet ta-
men Gubernator Christianus in lib. 1. c. 16.
concludit, quod solus Princeps imponere illa
potest, vt ibid. fol. 89. et vide 1. vers. 4. obser. 3.
in materia tributorum per totum.

Dum ergo hic fit mẽtio de Imperatoribus,
& Regibus, qui in c. solita. de maior. & obed.
æquiparantur, licet scriptura sacra de Impe-
ratore nil dicat, sed de Rege, vt in Osea 13.
dabo vobis Regem in furore. D. Petrus dixit,
Subditi estote, &c. & hinc, seruite Regi vestro
tamquam praexcellenti, vt in d. c. solita. vbi
registrãtur verba D. Petri, & in omnibus qua-
tuor libris Regum, & in nouo testamento, di-
citur, Cęsarem appellasti; ad Cęsarem ibis, in
actib. Apost. 25. & alibi, non es amicus Casari.
Io. 19. vbi habetur, quod omnis, qui se Regem
facit, contradicit Cęsari, & ibi, Reddite, qua
sunt Casaris Casari, & quæ sunt Dei Deo,
Matt. 22. Principium quidem Imperatoris,
& eius subsequentiam describit Lancell. Con-
rad. in tract. de ornatu animi Imperatoris,
& electio: in q. 2. & quomodo Papa potuerit
trans-

traſferre Imperium,& electionem Regis Romanorum in Germanos fol. 15. ater. & ponit *Nauarrus in cap. nouit de iudic. in relectione notab. 2. ſolut. 17. nu. 124 fol. 145.* Meritò non eſt prætereundum aliqua attingere pro co-
29 gnitione electionis Imperatoris. Etenim Otho Tertius Imperator exiſtēs iuuenis annorum 28. ſupremæ ſciētiæ,& adeò, vt mundi admiratio fuerit vocatus,& exiſtentes Saſſonij homines perſpicaces, operauerunt, vt Pontifex crearetur Gregorius V. qui vocabatur Bruno de Saſſogna, cōſanguineus prædicti Imperatoris Othonis, videnſq; Imperator, quod Itali, & Franchi electionem Imperatoris ad eos trahere intendebant: & quod Alemani inter eos aliquando fuerunt diſcordes: fauente Pontifice prædicto, ex quo Imperatoria ſede vacante iuriſdictio ad Papam deuoluitur. *Extrag. 1. ne ſede vacante aliquid innouetur.* cum eius decreto Electores Imperatoris,& Regis Romanorū fuerunt creati tres Prælati, ideſt Archiepiſcopus Maguntij pro Germania. Archiepiſcopus Coloniæ pro Gallia, & Archiepiſcopus Treuerij pro Ita-
30 lia; Et Principes quatuor, ideſt Boemiæ, qui nunc Rex vocatur: Comes Palatinus Rheni, Dux Saſſoniæ, & Marchio Brandeburgenſis, & hoc fuit in anno ſalutis 1002. & creationis mundi 4993. & fundationis Romæ 1753. & poſt creationem Caroli Magni, à qua erant elapſi anno 201. licet *Nauarrus in relectione cap. nouit, de iudic. nu. 3 in 3. notab fol. 107.* dicat, tranſlationem prędictam fuiſſe in anno 776. per *gloſ. in cap. venerabile. de elect.* (Et hic nota, quod aduertit *Ludouic. Domenichi. in lib. 10. ſuarum Hiſtoriarum*, dum loquitur de iſtis Electoribus, miratur enim, cur non fuerit electus vnus ex Electoribus Dux Bauariæ magnus Princeps, & conſanguineus Othonis Imperatoris; ſed inde euenit, qđ in
31 mēſe Februarij 1623. Comes Palatinus Rheni fuit declaratus hæreticus,& in eius locum fuit ſubrogatus Elector prædictus Dux Bauariæ. & Palatinus extitit priuatus etiam eius ſtatu; pro recuperatione cuius, ad præſens tot bella vigent.)
32 Erat enim extincta linea Caroli Magni,& vti aduertit *Platina in vita Gregorij V.* remanſiſſe Ius Gallis, repetendi electionem ſui Imperij, & ita affirmat *Petrus Matthai in Hiſtorijs Franciæ, & alij*, & Carolus prędictus fuit vocatus Magnus, contrario Patris agnomine, qui paruus dicebatur, *Io. Quint. Hedu. in Ariſtocrat. Chriſtiana Ciuil. tit. de Imperio mixto. verſ. Carolus Francorum Rex, in tractatibus tom. 16. fol. 85.* ſed Plutarchus, qui eius vitam deſcribit, ex magnorum geſtorum, ita voçatum affirmat, fuit enim coronatus, Imperator anno ſalutis 776. vel 850. ſecundum *Fazzellum in Hiſtor. Siciliæ decat. 2. lib 2. cap. 1.* vel in anno 713. ſecundū *Caſtald. de Imperat. quæſt. 7.* vbi latè *tom. 16. fol. 35. ſubdens in quæſt. 73. num. 18.* qui fuit creatus Imperator in ætate annorum 18 ſed veritatem vide per *Plutarchum in vita ipſius Caroli affirmantem*, Carolum obiiſſe quinto Kalendas Februarias ætatis ſuæ annorum 72. & ſalutis Domini noſtri 815. Erat enim Rex Francorum Vigeſimostertius, ſecundum *Io. Quint. vbi ſupra*, & tenuit Imperiū cum ſuis ſucceſſoribus per annos 103. vſque ad Ardulphum, cuius tempore, cum Eccleſia oppugnaretur à Berengario tyranno, nec Ardulphus ſuccurreret: Papa vocauit ſupradictum Othonem Ducem Saxoniæ, qui ſuccurrit,& meritò per dictū Leonem Quintum conſtitutus fuit Imperator, & deinde remanſit Imperium apud Germanos, ſecundum *Ioan. à Capeſtr. in tract. de authoritate Papæ part. 2. in 2. par. princip. num. 131. fol. 47. in Tract. tom. 13. par. 2.* feceratq; hoc per prius Carolus Magnus, qui ab Adriano Pontifice exhortatus in Italiam venire, magno cum exercitu ingreſſus, Longobardos vicit, & Deſiderium eorum 32. Regem apud Tycinum obſeſſum, tandem cępit,& in Galliam cum vxore, & liberis duxit, & ideo maximis priuilegijs fuit inſignitus, *Thomas de Marinis in tract. de feudis tit. 21. nu. 4.* & ſic Longobardos (qui per annos 204. regnauerant) extinxit, vt per *Admiratum ſuper anno 772.* certiorē autem relationem videas per *Plutarchum in vita eiuſdem Caroli Magni*, qui aſſerit, Carolum prima vice veniſſe in Ital ā accerſitus ab Anaſtaſio Papa, & Lōgobardos expuliſſe, & Deſiderium eorum Regem captum in Galliam tranſmiſiſſe. Deinde Carolus reuerſus Galliam, diuerſas ſuperauit Prouincias, ideſt Aphricam penè totam, magnamq; Aſiæ partem vltra Armeniam: & in Europa Hiſpanias, Gallias, Gręciam, Thraciam, & alias nationes, & inde à Leone Pontifice à Romanis oppreſſo, vocatus, iterum Italiam venit, reſtitutaq; dignitate Eccleſiaſtica, à Leone fuit Imperator Romanorum appellatus, aſſentiente, imo applaudente Populo Romano; & inde Galliam pet jt,& in tranſitu, Florentiam Vrbem à Gothis deſolatam reſtaurauit: licet *Guicciardinus in Hiſtoria Italia lib. 1. fol. 26.* aſſerat falſam eſſe opinionem reædificationis prædictæ, ſed *Plutarcho* eſt credendū. Quinimo per prius Pipinus Rex Frācorum Pater Caroli Magni prima vice in anno 755. Italiā venit, & Ariſtolphum Regem Longobardum contra Eccleſiam irruentem refrenauit; vt per *Hiſto-*

riam Casinensem lib.2.c.10.& per Villanum
Florentinum lib.7.cap.9. qui asserit etiam,
quod Pipinus iterum redijt Italiam contra
dictum Aristolphum, quem ad redendum
omnia bona Ecclesiæ coegit,
33 Et licet de alijs nationibus, quam de Alemania non possit eligi Imperator, Lancellot.
Conradus in tract. de ornatu animi Imperatoris.§.1.quæst.3.fol.17. tamen Reges Frãciæ
(de quorum superioritate vide per Bal.in
§ fin.nu.24.de probib.feud.alien per Feder.)
prætendunt posse eligi, si quidem Carolus
34 Magnus tantæ familiæ Princeps, fuit de Alemania, & successiuè eius posteri sunt Alemani. Bald. in cap.venerabilem. de elect. Mart.
Laudens.in tract.de Principibus. quæst.174.
& plenius Ioannes Feraldus in tract.de iuribus, & priuilegijs Regni Franciæ. num.36.
Lancellottus Conradus in loco citato, & notauimus supra in obseruat. 1. & similiter ex
Germania Rex noster dependet, vt notissimũ
est, meritò in Imperij electione est inclusus.
35 Ne prætereas tamen in hac materia Imperij, quod hodie recognoscit Imperium ab
Ecclesia Romana, & non à Populo Romano,
Abb.in cons.82.vol.2.nu 3.& 4. Bal in §.hoc
quoque.nu.14. de pace constant. per totum,
& Antonius de Bruno in cap.per venerabilẽ.
qui filij sint legitimi. Et sicuti Luna recipit
lumen à Sole, ita & Imperator à Papa, Nauar. in select. cap. nouit.de iudic. in 3. notab.
nu.4. & 75. quicquid habetur in cap. si competenter. 2.quæst.7. quoniam text. ille processit, quia sua sponte Leo Papa iudicio sæculari se subdidit, sicuti & Christus sua spõtè
fecit, & declarat D.Thom.2.2.q.67.artic.1. &
ideo caueant, ne à Papa absine, ne eis succedat, vt euenit Aaron, absente Moyse, vt in
Exodi 32. Ecclesia enim est Mater Imperij.
§.1.in auth.vt determinatus sit numerus Clericorum, & habetur in cap.Constantinus. 96.
distinct. & Papa ex causis Imperatorem deponit: & quæ sint causæ, vide per Lancellott.
Conradum in §.2. de ornatu animi Imperatoris, & electione §.2.q.6.fol.24 ater. idemque
tenet Nauar.in relec.cap.nouit.de iudic.in
3. notab. num. 3. & 4. & facit cap. 1. 22.
distinct. ibi, Christus Petro æternæ vitæ clauigero iura terreni simul, & cœlestis Imperij
commisit, & in cap. authoritatem. 15.quæst.1.
habetur: Hæc in mandatis datus, & spiritualis simul, & tẽporalis gladio, malignos illos
insequatur. Et aduertant etiã Imperatores,
& Reges ad quod Politici dicunt, & signãter
Salustius de coniuratione Catilinæ lib.2.
36 Imperium his artibus retinetur, quibus
initium paratum est.
36 Debent enim Reges, & Imperatores, bene
Populos habere, ait enim D. Paul. in 2. ad
Corinth. 13. Deus dedit potestatem non ad
destructionem, sed ad ædificationem; nam,
& Populi tenentur eis obedire etiã discholis,
nec licet ab eis rebellare, etiam si iniqui sint,
vt per Apostolum Paulum ad Themist. 6. ibi,
Quicunque sunt sub iugo serui, Dominos suos
omni honore dignos arbitrentur. & in Epist.
1. cap.2. ait: Serui subditi estote in omni timore Dominis, nõ tantum bonis, & modestis,
sed etiam discholis, hæc est enim gratia. si pro
Dei conscientiam substinet quis tristitias patiens iniustè. & alia per D.Thom.in 2.2.quæst.
104. art. 5. per totum, & art.6.& in 1. Petri
2. etiam habes.
38 Boni enim Imperatores voto expetendi,
qualescumque tollerandi; & quemadmodum
pessimis Imperatoribus sine fine dominatio,
ita quãuis egregijs modus libertatis placet
Andreas autem noster in præludijs feudorũ.
quæst. 2. per totum, disputat, quomodo Prouinciæ possunt contradicere, si diù sub dominio Imperij non steterunt, & affirmat, Regna Galliæ, & Hispaniæ, subiecta Imperio
fuisse, licet hodie non subsint, sicuti nec hoc
Regnum, vt ibi nu.38.& 39.
Est tandem notandum, quod etsi Impera-
39 toris electio nõ habeat certum tempus præfixum; sufficit tamen certum terminum
Electoribus assignare ad Regem Romanorũ
eligendum: eoque elapso, si negligunt eligére, Superior, idest Imperator eligit, Martin.
Laudens.in d.tract.de Principibus.quæst.555
si quæ Imperator moreretur isto interim, &
Electores Imperatorem eligere negligunt,
an Papa posset eligere, vide Bald. in §. hoc
quoque.num.11.de pace constant.& dic vt in
cap. ad apostolica. de re iudic. in 6. & quæ notant Glos.& Cyn. in l.non ambigitur.ff.de
legibus.
40 Per prius tempore Caroli Magni, & Othonis Imperatorum, electio summi Pontificis
erat, eique concessa, & permissa: postea vero
à Pontificibus facultas hæc fuit sublata, Duaren.in tract.de benefic.lib.3. vers.verũ postea
col.1. fol.10.in Tractatibus tom.15. par.2. &
Hieron. Manfred. in tract. de Cardinalibus
distinct. 2.decis.305. in tract. tom.13. par.2.
fol.102. dicit, quod potestas eligendi Romanum Pontificem erat concessa Imperatoribus ad reprimendos insultus hæreticorum,
& scismaticorum; sed postea ex authoritate
consilij, secundum Gondis. de potestate eccle-
41 siastica. nu.18. fuit omnis potestas translata
in Cardinales; & Imperatores renunciauerũt
omnibus priuilegijs sibi cõcessis super dicta
electione, & quod Ludouicus Imperator hãc
facultatem Romano Pontifici cessit, atque
in eom

in eum tranftulit, *Nauarrus in Commentar. in rubr. de iudicijs nu.70. fol.47.* tu autem vide *cap.Conftantinus.96 dift.*

42 Romanumq; Imperium translatum fuiffe à Græcis ad Francos, Summi Pontificis authoritate, ex multis Hiftorijs comprobat *Illuftriff. Cardinal. Bellarmin. in tomo 1. de controuerfijs Chriftianæ fidei, tom.1. e 4. de tranflatione Imperij Romani lib.1. fol. 931.*

43 Ex Græcis quidem ad Germanos per Summum Pontificem fuit translatio facta in *cap. 5.* ibidem latè comprobat, & Imperium ad Germanos non Iure belli, nec à Carolo Magno, nec à Deo immediatè acquifitum, nec iure hæreditario, in *cap.8. & 9.* affirmat: Imo nec authore Senatu, vel Populo Romano, acquifiuiffe, nec deueniffe Imperiū ad Germanos ex donatione Græcorum in *cap.11.* comprobat: & nō ab Othone III. fed à Gregorio V. Pontifice Maximo Electores Imperij inftitutos oftendit, in *cap. 3. lib. 3. fol. 1002. in eod. vol. 1.*

Sed de potentia, & præftātia Imperatoris, latè per *Lancellott. Conrad. in tract. de Imperatore.* videbis, & *Cicero pro lege Manilia.* notat, in fummo Imperatore quatuor has virtutes effe debere, fcientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, & fęlicitatem. & in *lib.1. de finib.* ait, *Eloquentiam in Principe maximè ornamento effe.* Nouulq; Imperator electus fugiat occafionem fubditis præbere de vetere gubernio appetendo: aiebat enim Galba ad Pifonē, tefte *Tacito in lib.17. Nero peffimus quoque defiderabitur, mihi, ac tibi prouidendū eft, ne etiam à bonis defideretur.*

44 Imperatores Chriftianorū funt duo, tefte compēdio Iuris Canonici fub *titulo de rebus Ecclefiafticis, dift.1. fol.134.*

Imperator Romanorum, & Imperator Conftantinopolitanenfis.

Reges vero Chriftianorum, ita ibidem defcribuntur.

Rex Francorum.	Rex Angliæ.
Rex Caftellę, & Legionis.	Rex Aragonum.
Rex Siciliæ.	Rex Portugalliæ.
Rex Vngariæ.	Rex Nauarræ.
Rex Maioricarum.	Rex Cypri.
Rex Armeniæ.	Rex Sardiniæ.
Rex Scotorum.	Rex Noruueyæ.
Rex Daciæ.	Rex Bohemiæ.
Rex Trinacriæ.	Rex Suetorum, &
Rex Polloniæ.	Suetiæ.

In Ibernia.

Catholicus.	Comachiæ.
Rex Coloniēfis.	Rex Minaniæ.

Menæ. Catheliniæ. ibi hodie non funt Reges, quia tota Ibernia eft fub Rege Angliæ, qui & fi ab anno 1536 in circa, defecerit, tamen per prius Ecclefiæ deuotiffimus erat, & *Petrus Matthæi in Hiftorijs Franciæ lib. 7. narrat. 1. fol.636.* hæc verba refert. *Io. Angliæ Regem cum Procerum confenfu vaßallū Pontificis Maximi factum fuiffe, annuumque mille Marcharum Sterlini tributum ac Sancti Michaelis, præter annuum Sterlini Donum, Sancti Petri denarium dictum ab Ina Angliæ Rege an. 740. impofitum dediffe.*

Feudatarij vero Ecclefiæ Romanæ funt.

Rex Siciliæ.	Rex Sardiniæ.
Rex Hierofolymitanus.	Rex Aragonum.
Rex Vngariæ.	

46 Licet Rex etiam dici poffet ille, qui regit, & poffidet vnam Ciuitatem, *l.2. col.5. in fin. ff. de origin iuris,* & notat *Frere. de fubfeud. lib 1. in tit. de Prouinc. & Ciuit. Regni fol.*
47 *72. nu.2.* Alij vero tenuere, Regem non poffe dici, nifi fub fe habeat Regnum, aut imperet decem, vel vndecim Ciuitatibus, *cap. feitote. 6. quæft.3.* & tenet *Abb. in cap. conftitutis. 2. de teftib. col.1. & feq. Dec. in cap. cum caufa. in 1. notab. de offic. deleg.* vbi contrarium dicit tenere *Aretin. & Ludouic. Montal. in tract. de reprobat.* fententiæ *Pylati art.4. nu.1.* qui afferit Regem non dici, nifi fub eo fint decem Diœcefes, & vnus Metropolitanus. Sic etiam Prouinciam dici, quæ decem, vel vndecim
48 Ciuitates in fe continet: quibus, is qui dominatur, Rex dici poteft, *Alciat. in l. notionē.*
49 *ff. de verb. fignif.* vel eum effe Regem, qui tribus Ducibus præeft, quique primatum exprimit, vt per *Speculum in rationali diuinorum lib.2. in probem. col.4.*

Sed veritas eft, quod in his attēditur Confuetudo, quoniam Regnū complectitur quatuor Metroples; Sardiniæ Regnum tres, Si-
50 ciliæ vlterioris Regnum tres. Regnum Calabriæ quatuor, Regnum Apuliæ quindecim; & ita enumerat *Lancellot. Conrad. in trac. de Rege. cap.2. §.3. nu.16. fol.127.* vbi alios Archiepifcopatus, & Epifcopatus exiftentes in Regnis noftri Potentiffimi Regis recenfet, &
51 concludit habere iurifdictionem fuper 277. Vrbibus, etiam non computatis illis, quæ Flandriæ, & in alijs Prouincijs, & Infulis, & in alijs nationibus noui Mundi exiftunt, poft *Bartholom. Capoll. in tract. de Imperat. Milit. relig. §. diuitijs.*

OBSER.

OBSERVATIONIS III.

SVMMARIVM.

1 *Legis promulgatio debet fieri cum magno concilio.*

2 *Legislator promulgata lege, faciem sibi velare debet.*

3 *Seleucus Ciuitatis Locrorum oculum vnū sibi, & alterum filio orbauit, pro obseruatione legis.*

3 *Filiorum Regum occisio ob inobseruantiam legum.*

4 *Leges contra Regem, & eius Curiam sunt seruanda.*

5 *Publius Manilius Torquatus filium securi occidi iussit.*

6 *Aulus. Flauius filium inobedientem occidi iussit.*

7 *Fabius Censor filium occidi iussit pro furto commisso.*

8 *Leges in bello nimis seruanda.*

9 *Miles etiam capite percussus, non debet à signis discedere.*

10 *Reges vix parentes colunt, aut amant.*

11 *Reges sunt Vicarij Dei.*

Proreges, & principales Ministri Dei sunt, ibid.

12 *Vocantur Discipuli Iouis.*

Debent facies ostendere Populis, & audientiam prabere, ibid.

13 *Faciem Regis non videre, pœna est.*

14 *Princeps, est iustitia Pater, Filius, Dominus, & Minister.*

Curare debet circa veritatem, ibid.

15 *Habet sapientiam Angeli.*

16 *Leges Regis ad Ecclesiasticas personas non trahuntur nisi in feudis.*

17 *Reges tenentur defendere Ecclesiam, & eius ministros.*

18 *Sunt etiam instituti à Deo, vt Ecclesiam defendant.*

19 *Si reperiuntur in terris Ecclesia, possunt condere leges cōtra suos subditos.*

20 *Sunt os Pontificis.*

20 *Iurisdictiones altrinsecus ad inuicem se defendent, ibid.*

21 *Rex aduertat, ne absens sit à Papa, quia incidet in malum.*

22 *Legem contra Ecclesiam factam, reuocare debet.*

23 *Clerici non vacantes diuinis officijs, nec in habitu, & tonsura euntes, supponebantur iurisdictioni saeculari, sed postea fuit reuocatum.*

24 *Clericus etiam non incedens in habitu, & tonsura, potest ab Episcopo vendicari.*

25 *Clerici, vel Monaci, & Equites Hierosolymitani cum scupittis reperti, carcerantur à ministris saecularibus, & datur notitia Proregi, pro illis remittendis, & arma amittunt.*

26 *Non sunt totaliter exempti à Regia iurisdictione.*

27 *Constitutio Imperatoris Friderici ne bona stabilia subdita redditibus Curiae transeāt ad Ecclesiam, est reuocata.*

28 *Veneti excommunicati ob edictum, ne bona transeant ad Ecclesiam.*

29 *Papa potest imponere manus contra Reges grauantes subditos.*

30 *Lex humana à Deo per ora Principum procedit.*

31 *Obligat in foro conscientia, si non est super impossibili.*

32 *Debet esse vniuersalis, & particulares personas non respicere.*

33 *Debet esse clara, & non habens plures intellectus.*

34 *Si emanatur super aliqua arte, vel cōmercio, periti illius artis perquiri debent.*

35 *In materia peccati ancillatur totaliter iuris canonico.*

36 *In temporalibus lex ciuilis praualet in terris Imperij.*

Quando ligat Clericos, ibid.

37 *Papa etiam se fundat super legibus ciuilibus.*

38 *Rex in lege condenda debet habere finem ad pacem.*

Pax, & iustitia osculata sunt, & alia de pace, ibid.

Iustitia. & Pax pari passu ambulāt, & alia de iustitia, ibid.

39 *Regis nomen est officium honoris.*

40 *Rex habet officium maiorem super Populis, sicut caput in membris.*

41 *Officium gubernādi Regna est principalius omni alio.*

41 *Regalis scientia est difficilior ad discendum, & magis periculosa ad exercendum, ibid.*

42 *Rex non debet omnia facere, sed sicut simulacrum stare non debet.*

43 *Sceptrum Regale cur à Rege habetur.*

44 *Regis introytus cur ei assignati.*

45 *Rex in Regno quomodo dicitur.*

46 *Eius vigilantia omnes defendit.*

Pro eo est orandum, ibid.

47 *Quando sunt suspendendi contra solit.*

48 *Nomina rebus imposita sunt, sicuti titulus libris.*

48 *Nomen Regis comprehendit omnia, & ideo omnia audire tenetur, ibid.*

49 *Rex fatuus simia est in tecto.*

50 *Visitatores secreti, & publici à Rege sunt mittendi*

mittendi pro grauaminibus Populi.
51 *Rex an ſine cauſa Officiales ad beneplacitũ amouet.*
51 *Philippus Secundus exploratores ſecretos mittebat.*
51 *Officiales ad beneplacitum non debent amoueri ſine cauſa.*
52 *Rex poteſt ad ſuum ſupremum Conſilium cauſas auocare, ſed non illas Regni Neapolis.*
52 *Neapolitanorum cauſa non poſſunt auocari ad ſupremum Conſilium Regis.*
53 *Rex curare debet, ne eius Erarium exinaniatur.*
54 *Belli ſubſtantia, ſunt diuitiæ.*
54 *Belli finis eſt pax. ibid.*
54 *Pax non niſi cum armis, & arma cum diuitijs ſubſtentantur.*
54 *Subditi curent pro diuitijs Regijs.*
54 *Orina gabella quando.*
55 *Philippus Rex Franciæ quintam partem laborum. & introytuum voluit.*
55 *Fœminæ tributum ſoluebant.*
56 *Regalis dignitas, & vigilãtia, inſimul orta ſunt.*
57 *Rex cum quibus perſonis negotia conſulere debet.*
58 *Rex antiquos miniſtros non expellat, quia oculos ſibi clauderet, per eos enim videt, & amici antiqui ſunt.*
59 *Amici boni ſunt inſtrumenta regnandi.*
60 *Amicitia quid, & omnibus rebus humanis præferenda.*
60 *Amicus non tenetur eſſe inimicus, inimici eius amici.*
61 *Amicus erga amicum, quomodo ſe gerere debeat.*
62 *Amicitia non niſi inter bonos.*
62 *Amicus nouus non eſt anteponendus veteri.*
63 *Amico bellum gerere, nil turpius.*
63 *Amicitiæ vis in quo conſiſtat, & rata fuit.*
64 *Amicitia reintegrata, nouis beneficijs viam aperit.*
65 *Philippi Secundi Regis animus erga ſuum famulum Ruiz Gomez.*
66 *Eius prudentia pro ſacienda Hiſpanica Monarchia.*
66 *Priuati Regum ſunt obſeruandi, quia periculi ſubſtinent.*
67 *Delicta Populi, Regi imputantur.*
68 *Deus ſtatuit, vſque ad quam generationem debent regnare Reges, & eius deſcendentes.*
69 *Obedientia in ſubditis requiritur.*
70 *Inferiora ſuperiorum motioni ſubſunt, & obediunt.*
71 *Obedientia debetur omni humana creaturæ Regenti.*
72 *Subditi quando non tenentur obedire.*
72 *Rex vſurpans an ſit obediendus.*
73 *Principes ſunt delicati in contempta mandatorum.*
73 *Deludendum non eſt cum Dominis, nec cũ Leonibus.*
73 *Tirannorum tempore eſt cauendum.*
74 *Lingua in humido ſtans, eſt lubrica.*
75 *Correctio immoderata exaſperat.*
76 *Confidentia debet eſſe in Rege.*
76 *Maſſiniſſa Rex à canibus cuſtodiebatur.*
77 *Beneuolentia vaſſallorum quid operatur.*

OBSERVATIO III.
in ordine, quærit.

In quo conſiſtat Regis officium, circa leges condendas.

1 PRO cuius indagatione dicimus, quod ante legis promolgationem eſt prius cogitandum diebus, ac noctibus, vt in *Ioſue* 1. *& in noſtra cõſtitutione Regni*, *Non ſine grandi conſilio.* ait enim *Caſſiod. Regis conſilium ſolos decet ſcire grauiſſimos.* quinimo, & Iuſtinianus, etiam coniugem conſulebat quandoque, vt in *§. 1. in fin. in auth. vt Præſides abſque vlla datione pecuniæ mittãtur.* Videmus etiam Reges Aragonũ in promulgandis, & condendis legibus, ita feciſſe, nam cum interuentu Infantis Patrui, Epiſcoporum, Nobilium, Militum, & Infantium, & Procerum, ac Ciuiũ Ciuitatum, & Villarum pro ſuis concilijs deſtinatorum, leges condi-
2 dere. vt in principio fori Aragonũ. quæ quidem fiunt, ad effugiendũ illud *Iſaia* 10. *Væ qui cõdunt leges iniquas.* quia Lex debet eſſe honeſta, iuſta, poſſibilis ſecundum naturam, ſecundum conſuetudinem Patriæ, loco temporiq; conueniens, neceſſaria, vtilis, manifeſta, nec aliquid per obſcuritatem in captione contineat, nullo priuato commodo, ſed pro commoditate Ciuium ſcripta, vt docet *D. Thom. in prima ſecunda. quæſt. 95. artic. 3.* & ideo perpendenda eſt ante publicationem, quia ſatis celeriter fit, quicquid commodè geritur. Verum poſtquam promulgata fuerit, Legiſlator faciem ſibi velare debet; vt exemplum dedit Moyſes in *Exodo* 34. *in fine*, ipſamque obſeruari faciat inuiolabiliter, abſq; exceptione perſonarum, quia nulla legum erit vtilitas, ſi in literis dumtaxat conſiſterent, & in effectum non ducerentur. *§. 1. in auth. de Prouinciarũ Præſidibus conſt.* 151. Et immortale exemplum reliquit ille Seleuchus Legiſlator, & Rector, ingentis Ciuita-

tis Locrorum, sitæ in amenissima maritima
magnæ Greciæ, quæ hodie dicitur Hieraciũ,
in Prouincia Calabriæ vlterioris, prope caput
volgatiter dictum, de Sparteuento, sed
à Latinis Herculeum Promuntorium, vbi e
Cœlo ros Mannæ profluit, & natura non solum
pratiosioribus fructibus illam dotauit,
sed fodinis, seù minerijs ęris, ferri, auri, &
aliarum, vt plenæ sunt Historiæ. Istæ enim
Seleuchus legẽ condiderat, vt Adulteri vtroque
oculo orbarentur: Cumque primus cõtraueniens
fuerit eius filius, eum deorbari
iussit, sed intercedente Populo pro venia; vt
4 lex adimpleretur, vòluit nihilominus vnum
sibi oculum, & alterũ filio erui, vt per *Valer.
Max. in lib.5.* & videbis 1. *vers.* 14. *obser.* 1.
*num.*47. *& seq.* leges etiam contra Regem,
& eius Curiam sunt seruandæ, *l.* 1. *C. de fiscal.
vsuris lib.* 10.

Legimus etiam in *Titoliuio lib.*4. 1. *decad.*
5 quod P. Manilius Torquatus, filium coram
omni exercitu securi percuti iussit, ex quo cũ
hoste Gemineo Mutio, Duce Tusculanorum,
inscio, & ignorãte Patre, prouocatus, pugna-
6 uit, & si victoriam reportauerit. & Aulus
Flauius filium euntem in aciem suo iniussu, e
7 vita sobstulit; Fabiusq, Censor filium occidi
mandauit pro furto commisso, non obstante
quod lex non ita seuera esset, *Titus Liuius
in supplemento Decadis secundæ. fol.*206. *in
fine*, & alios casus recẽset *Gubernator Christianus
in lib.*1. *cap.*12. *& vide in versic.* 14.
quæst. 1. *num.* 47. *& seq.* & alij multi re-
8 ferri possent. Leges enim ad vnguem obseruari
debent, & præcipuè in acie belli, vbi
quicumq; absque Principis iussu pugnauerit,
lege Iulia Maiestatis tenetur. *l. lex duodecim
tabularum. ff ad legem Iul. Maiest* Disciplina
9 quidem militaris est tam in bello ar[illegible], quod
Miles etiam capite percussus, e signis discedere
non debet absque Ducis licentia, sine
mortis reatu, *l.* 1. *C quibus non obstat longi
temporis præscriptio, vbi Ang.* & notat *Martinus
Laudens. in tract. de bello. num.* 47. *&
toto tit. C de re milit. lib* 12.

10 Etenim postquam Deus Opt. Max. dignatus
est personas Regum constituere ad Regendos
Populos, talis sunt quasi naturę, vt vix
parentes ament, teste *Petrarca de remedijs
vtriusque fortunæ, in dialogo* 99. *fol.*343. *circa
finem*, licet debeant adorare Patrem, &
Matrem, vt fecit Salomon, qui eam in dextera
sua sedere faciebat, 3. *Regum* 2. *num.* 26.
11 Ipsosque eius Vicarios Deus creauit, *Ioan.
Rendina in tract. de Maiest. Principis vers.
hoc. nu.* 10. & tamquam Dei Proreges, aut
Ministri principales existunt, iuxta illud, cum
essetis ministri Regni illius, non rectè iudicastis,
vt in *Sapiens.*6. *& Psalm.*5.43. *&* 81.
Apostolus autẽ ad *Thimot.* 6. dixit, *Ministri
Dei estis; & ab Homero in* 14. *Hyliad.* Re-
12 ges vocantur discipuli Iouis, ex quo ad similitudinem
Dei administrãt iustitiam, & mandant,
vt fortuna eos vehit, *l. bene à Zenone.
§ cum enim. C. de quatrien. præscript.* meritò
Reges inuigilare debent in regendis, ac amãdis
Populis, cum eorum Imperium consistat
in consensu Obedientium; & pro illorum
satisfactione debent præcipuè audire eos; &
interdũ faciem suam ostendere, vt per *Angel.
de Perus. in tract. de syndicatu. vers. Rex. nu.*
6. 7. 8. *&* 12. quamuis non liceat omnibus
Regem salutare, *l.* 1. *cum glos. C. de veteranis*
13 *lib.* 12. & ideo faciem Regis non videre pęna
est, 2. *Regum* 14. ibi. *Reuertatur in domum
suam, & faciem meam non videat.* & nocens
vultum Regis ferre non sobstinet, *Esther* 7.
*nu.*6. Cumque Rex Populos audit, necessitates
percipit, & facilius prouidere potest;
meritò auditis necessitatibus, leges condere
debębit sine odio, iracundia, aut mala voluntate,
vel cupiditate, vt per *Io. Rendin. in d.
tract. de Maiest. Principis. vers. maximum.
nu.* 3. quimmò in condendo leges, commoda
subiectorum inuestiget eorũ calamitatibus
diligenti cura mederi, & Reipublicæ bonum
statum, ac dignitatem Imperij, omnibus priuatis
commodis præponere curando, *cap.* 1.
de prohib feud. alien per Lothar. in princ. vbi
in medio habes, quod lex generalis debet
condi cum Hortatu, & consilio Archiepiscoporum,
Episcoporum, Ducum, Comitum,
Marchionum, Palatinorum, cęterorumque
nobilium, sicuti fecit Rex Robertus in condendo
legem contra captores mulierum
Neapolitanarum, vt videbis 1. *vers.* 3 *obser* 3.
14 *num.* 11. est enim Princeps, Iustitiæ Pater, &
filius, Dominus, & Minister; Pater & Dominus
in edendo iustitiam, & eamdẽ conseruare;
eitque filius in venerando iustitiam, & Minister
quoque ipsius copiam administrando, vt
in *Const. Regni. Non sine*; curareq; debet cir-
15 ca veritatem, quoniam Rex habet sapientiã
Angeli, vt in 2. *Regum* 14. *circa med.*

Leges Regis quo ad laicos, & suos subditos
16 ordinari debent; & non concernere Ecclesias,
aut ecclesiasticas personas, alias nullæ
sunt, *auth. cassa, & irrita. C. de sacros. Eccles.
cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ. de constit. cap fin.
de immunit. Eccles. in* 6.

Fallit tamen, si ageretur de feudo, quod
Ecclesia à Rege teneret, vt fuit conuentum
inter Papam, & Regem Neapolis, *Gram. in
decis.*61. *nu.*17. & nouissimè *D. Regens Constant.
in suo opere super tribus libris C. l.* 1. *&*
2. *nu.*99. *& seq. C. de filijs officialium. fol.*297.

17 Rex tenetur defendere Eccleſiam, & eius
miniſtros, *Petr. Foller. de contract. cenſuali. verſ. Nicolaus. nu. 17. Hieron. Gigas in tract. de crim. laſ. Maieſt. quaeſt. 2. nu. 4.* ſunt enim
18 Reges à Deo conſtituti, vt Eccleſiam defendant, *Gulielm. Durand. in tract. de modo generalis Concilij celebrandi. rub. 40. nu. 2.* docetq; *Imperator in §. 1. in authent. quomodo oporteat Epiſcopos, & cateros.* nihil eſſe maiori ſtudio Imperatoribus, quam Sacerdotum honeſtas, cum pro illis hij ſemper Deo ſupplicant; & Dauid quando cum Galiath erat pugnaturus, dixit: *Deus non in gladio, aut in haſta ſaluat Eccleſiam.* Regum 1. *cap. 17. nu.* 47. & ſi Reges reperirentur in terris Eccle-
18 ſiæ, poſſunt leges ligantes eorum ſubditos condere, *Bald. in cap. 1. conſtitutiones feudi Imperatoris Lothary. Martin. Laud. de Prin. q. 460. in tractatibus tom. 16. fol. 211.* prout fecit Imperator Carolus V. Bononiæ, ſub die 26. Februarij 1533. vbi edidit *Pragmat.* 41. *ſub tit. de offic. Sacri Conſily.* In qua multas prouiſiones concernẽtes Tribunal Sacri Cõſilij huius Regni Neapolis, emanauit. Sic .n. Præfectus poteſt facere legem ſubditis ſuis extra fines Prouinciæ, *l. fin ff. de offic. Pralati Vrbis,* & notat *Andr. in cap. 1. nu. 5. de cap. Conradi.*

20 Rex eſt os Pontificis, & vtraque iuriſdictio eſt connexa, & dependens ab altera, ſed Eccleſiæ eſt principalior, vt in *Exodo* 4. ibi, *Dominus in Moſſen ait, Aron frater tuus Leuites, ſcio quod eloquens ſit, ecce ipſe egreditur in occurſum tuum, videnſq; te latabitur corde. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius, & ego in ore tuo, & in ore illius, & oſtendam vobis quid agere debeatis, ipſe loquetur pro te ad Populum, & erit os tuũ: tu autem eris ei in his qua ad Deum pertinent.*

21 Aduertat præcipuè Rex, ne abſens ſit à Papa, ne ei eueniat, vt euenit Aron, abſente Moyſe. *Exod.* 32. cum eius officium ſit procurare bonum Regno, & ſi aliquam condidit legem contra libertatem Eccleſiaſticam re-
22 uocare; vt pluries euenit; nam licet Rex Ferdinandus in anno 1469. fecerit conſtitutio-
23 nem, vt omnes illi Clerici, qui non inciderẽt in habitu, & tonſura, diuiniſq; officijs non inſeruirent, iuriſdictioni ſæculari ſupponerentur; quæ conſtitutio fuit etiam innouata in anno 1505. vt refert *Capyc. deciſ. 161. nu. 5.* poſtea tamen non fuit vſu recepta, tanquam contra libertatem Eccleſiaſticam, durauit enim dumtaxat in vita conditionis, licet *Capyc.* dixerit, talem conſtitutionem debere mutari; ſed poſtea ſuper hoc fuit prouiſum per *Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 6.* incipiente *nullus prima tonſura initiatus,* vbi diſponitur idem, quo ad priuilegium fori.

24 Et poſtea Sacra Congregatio declarauit, non propterea Clericum eximi à iuriſdictione Epiſcopi: quia Epiſcopus poterit illum vendicare ſi velit; Et per *Pragmaticam editam per D. Duc. Oſsuna 31. Ianuary* 1619. fuit prouiſũ, vt Clerici, vel Monaci, aut Milites Hieroſolymitani reperti cum ſcopictis
25 carcerentur à Miniſtris iuſtitię, & detur notitia Proregi, pro illis remittendis ad eorum
26 Iudices competentes, & arma amittant, & de his vide *Ripam in cap. 2. de iudic. num. 71. & Guid. Pap. in deciſ. 77.* Clerici non ſunt totaliter exempti à Regia Iuriſdictione, *Aluar. Valaſc. in conſult. 100.* & quandoq; ambo Iudices cognoſcunt, *§. neque. cap. 16. in auth. de mandat. Princip & Vinc. de Franch in deciſ. 691. & de Ponte deciſ. 9. & Maſtrill. deciſ.* 269. Iudices enim Eccleſiaſtici, & ſęculares ad inuicem coadiuuare ſe debent, & quando vnus debeat videre proceſſum alterius, vide in *pract. crim. Diaz cap. 153. in addit. Ignaty Lopez,* quia pro bono pacis, poteſt eis fieri inhibitio, ne arma deferant, *Menoch. de arb. Iudic caſu 394. nu 37. & in* Pragmat. 28 *ſub titulo de armis.* Fuit prouiſũ ne Milites Hieroſolymitani arma deferant, tenentur autem Clerici his legibus, non obligatione coactiua, ſed directiua tantum, niſi leges tales ab Eccleſia approbatæ fuerit; ſed ſi Eccleſia lex de eiſdem temporalibus rebus diſpoſuiſſet, Clerici eam ſequi tenentur, legemq; ciuilem nec directiuè obſeruare obligati eſsẽt, vt per *Cardin. Bellarmin. in 2. tomo diſput. fol 291. verſic. ſecunda propoſitio. ſub tit. de Clericis lib. 1. cap. 28.* vbi fundat, Clericos, & bona eorum Iure diuino eſſe exemptos à poteſtate ſæculari; *& in cap. ſeq.* reſpondet *Couar. & Io. Medina* aſſerentibus (vt ibi) nullam extare legem diuinam, qua Clerici eximantur à iuriſdictione Principum: nam ibi leges hoc probantes afferuntur, quem videas.

27 Fuit etiam alias per Imperatorem Fredericum condita *Conſtitutio Regni. Pradeceſſorum noſtrorum. ſub tit. de rebus ſtabil. Eccleſiaſt. non alienand.* per quam prohibebatur alienatio rerum ſtabiliũ redditibus Curiæ ſubiectorum, in Eccleſiam; Sed poſtea per *Capit. Regni incip. Item ſtatuimus quod poſſeſſiones.* Fuit derogata Conſtitutio prædicta, & ita affirmat *Afflict. in d. conſtit.* licet
28 capitulum prædictum non allegat. Cumque Veneti condidiſſent conſimile ſtatutum in eorum Ciuitate, à Summo Pontifice Paulo V. excommunicati fuerunt 24. Aprelis 1606. & contra ipſos tanquam excommunicatos multi irruere intendebant; ſed cognito per ſanctam Sedem Apoſtolicam expediens non

eſſe,

esse, Rempublicam illam ruere, fuerunt ab-
soluti, habita etiam cōsideratione, quod edi-
ctum prędictum processerat ob angustiam
Ciuitatis prædictæ, fundatæ intus mare, vt
supra vidimus *vers. 1. obser. 1.*

Multa debet esse cura Regis in legibus cō-
dendis, & in Populis regendis, etiam circa
priuata negotia, *§. 1. in auth. de haredib. &*
29 *falcid.* & signanter in non grauando Eccle-
sias: alias Papa posset apponere manus, vt
euenit in Rege Portugalliæ, qui dum Eccle-
sias grauasset, Innocentius IV. eidem Regi
tanquam prodigo, ac male gerenti, eius fra-
trem dedit in coadiutorem, *cap. grandi. de*
supplend. neglig. Prælator. in 6. vbi *glos.* subdit,
quod Ecclesia ex delicto priuat Reges non
recognoscentes superiorem, de quo vide su-
pra *vers. 1. obser. 2. nu. 22. & seq. et infra vers.*
3. obser. 2. nu. 41.

30 Cumque lex humana à Deo dicatur pro-
cedere per ora Principum, & conscientię hu-
manæ lex subiacere debeat, vt quicquid lex
humana statuit, etiam secundum conscientiā
ordinatum dicatur, *Federic. in cons. 21. nu.*
3. vers. in contrarium. in fine, & idem *in cons.*
331. nu. 3. & per totum, dixit, quod si lex ini-
quitatem non continet, & ab habente pote-
statem condatur, fatendum est, quod obligat
31 in foro conscientiæ, meritò Rex curare de-
det, vt honesta, iusta, & possibilis secundum
naturam, lex sit, *cap. erit autem lex. 4. distinct.*
vbi *glos. subdit, quod alias super impossibili*
daretur excusatio, & lex seruanda non esset.
Hinc est, quod si vetus esset malum, & prauæ
consuetudines expelli non possent: docet *Ta-*
citus in lib. 3. annalium. Potius est omittere
adulta, & prævalida vitia: quam illud asse-
qui, vt palā fiat quibus flagitijs impares simus.
omnes enim Politici admiserūt, temporibus
parere: *Cicero ad Atticum 12.*

32 Rex similiter curare debet, vt lex sit vni-
uersalis, & non respicere personas particula-
res, alias iniqua esset, & cassari deberet; *Ro-*
man. in cons. 151. in fin. vers. quo ad secundū,
33 vbi de essentia legis est, vt sit vniuersalis, *d. c.*
erit autem lex. Debet etiam esse clara, & non
dubia, idest habens plures intellectus, nam
alias ad decisionem causarum allegari non
posset, *Ias. in l. 1. nu. 70. & seq. ff. de transact.*
Dubia autem dicitur, quando multipliciter
intelligi posset, *Crauett. in cons. 119. nu. 12.*
vers. 5 sufficies, Decian. in cons. 8. nu. 35. lib. 1.
& vt plurimum debet sequi, & imitari cano-
nes, *cap. fin. in fin. de secund. nupt. & cap. 1. de*
34 *operibus noui nunciat.* sed quando circa me-
dicinas, & artes, vel aliquod commercium
emananda esset, Peritorum iudicia insequi
non dedignetur, *Bald. in cons. 136. nu. 2. vers.*
in contrarium lib. 2. sique ageretur de mate-
35 ria peccati, lex Ciuilis Iuri Canonico tota-
liter ancillatur, & inseruit, vt patet in exem-
plo concubinatus, qui de Iure Ciuili est per-
missū, in titulo de concubinis, & de Iure Ca-
nonico est ꝓhibitus, & statur Iuri Canonico.

Est bene verum, quod si in mere tempora-
36 libus lex Ciuilis legi Canonicæ aduersare-
tur, præualeret illa huic in terris Imperij,
Calder. cons. 18. incip. an Ciuitas. de constitut.
& quo ad contractus ligat Clericos, quando
est approbata per Ius Canonicum, vt in *cap.*
1. de noui oper. nunciat. & sic etiam in causis
feudalibus *Deci. in cap. cæterum. nu. 23. & 24.*
de iudic. & notatur in *cap. 1. & 2. extra de*
feud.

Idemq; est in pœnis, quia leges Ciuiles con-
tra Ecclesiasticos delinquentes seruantur,
sique fuerint incorrigibiles, & degradati, Cu-
riæ sæculari traduntur, *cap. cum non ab homi-*
ne. de iudic. & meritò dixit *Felyn. in cap. san-*
cta Maria. nu. 38. vers. hinc est. de constitut.
37 quod Summus Pontifex in decidendis causis
Ecclesiasticis, & Clericorum, fundat se etiam
super legibus Ciuilibus, *d. cap. 1. de oper. noui*
nunc.

38 Debet etiam Rex in condenda lege finem
habere, vt sequatur pax, quia iustitiæ opus est
pax, vt in *Psal 71.* ibi, *Orietur in diebus eius*
iustitia, & abundabit pax. Et in *Psal. 48.* ha-
betur, *Iustitia, & Pax osculatæ sunt. Iob 3.*
Spiritus sanctus dictauit, fructus iustitia in
pace seminantur facientibus pacem. Plato. n.
in lib. 1. de Republ. dixit, *Iniustitia seditiones*
contentionesq; parit, Iustitia vero concordiā,
& amicitiam. Et Macrob. in lib. 1. de somnio
Scipionis, ait, *Sine Iustitia non solū Respubl.*
sed nec exiguus hominum cætus, nec quidem
parua domus cōstabit. Diuusq; Augustinus
de Ciuitate Dei lib 4. cap. 4. & in 4. sermone,
Dom. 4. in 40. docet, *Regna sine Iustitia,*
non esse nisi latrocinia. Plutarchus autem
in demetrio, hæc verba notat. *Nil tam egre-*
gium, atque proprium esse videtur, quam Iu-
stitia opus. Mars. n. (*vt Timotheus* inquit)
Tyrannus est: lex autem omnium Rex, iuxta
Pindari Poetæ sententiam. Et Reges (vt in-
quit *Homerus*) *non expugnatrices Vrbium*
machinas Æratas, Naues, sed Iustitiā à Ioue
sumptam exercere, custodiriq, debent.

Et Carolus Secūdus Illustris in *cap. Regni*
Regina Iustitia. asserit, ꝙ Rex affectu pater-
no reputat vassallos filios, & Nepotes, & ideo
inuigilet commoditatibus ipsorum.

Cumque vidimus, quid nam Rex obseruā-
re debeat in condendo leges: Deueniamus
modo, ad Regis officium.

39 Vtique nomen Regis est dignitatis, & ho-
noris:

noris : eſt officium honoris, quia ſicuti in
corpore humano omnia membra detinent
eorum officia, & caput habet principaliora,
ita Rex in Populis ; eos enim iudicat, & prò
eis pugnat, vt in 1. *Regum 8. circa finem*, vbi
40 Deus declarauit poteſtatẽ Regis ſuper Po-
pulos. meritò fatendum eſt, Regem eſſe offi-
cialem maiorem, ſicuti caput in corpore ; &
Plato, ac Diuus Thomas dixerũt inter omnes
41 artes regendi, & viuendi, principaliorem, &
maiorem eſſe officium gubernandi Regna.
Scientia quidem Regalis eſt difficilior ad di-
ſcendum, & magis periculoſa ad exercendũ.
42 Rex non debet ex ſe omnia facere ; ſed nec
ſtare, ſicut vmbra, alias Dauid eum vocat ſi-
mulacra gentium in *Pſalm.* 113. debet enim
vigilare verè, nam alias incideret, ſecundum
Cornelij Taciti ſententiam in *lib. 4. annaliũ*,
circa princip. ibi. *Induſtria, ac vigilantia
haud minus noxia, quoties parãdo Regno fin-
guntur.*
43 Et ideo Sceptro Regale vtitur ad ſignifi-
candum ſuperintendentiam, & potentiam in
omnibus officijs. & ſecundum *Senecam in
lib. de clementia.* Rex aduertere debet, Rem-
publicam ſuam non eſſe, ſed ſeipſum Reipu-
blicæ: Reges enim ortum habuere ob publi-
cum bonum, pacem, & quietem ; nam con-
gregatis gentibus, quæ prius ſolitariè viue-
bant. Viſum fuit, vnum dominari debere, &
44 vacare differentijs Populorum, cumque iſte
nõ poterat acquirere, vt viueret, (tunc enim
omnes viuebãt de eorum ſudore) fuit deter-
minatum inter omnes, iſti victum pro ſe, &
eius familia tradere, ne diſtraheretur in alijs
occupationibus, niſi in illis, de bono cõmuni,
& de quiete viuendo : Et ad finem hunc, fue-
rũt ſtatuti Reges, meritò plus bono publico,
quam particulari ſtudere debent : quoniam
45 ſecundum *Philonem Hebræum*, Rex in ſuo
Regno eſt ſicuti ſapiens erga ignarum, Paſtor
erga oues, Pater erga filios, lux in terris, &
ſicuti Deus in terris pro omnibus creaturis.
& ita dixit Deus Moyſi, quando eum caput,
& Regem Populi fieri voluit. *Et Seneca de
conſolatione ad Polibium cap.* 26. notat, quod
46 omniũ domos illius vigilia defendit, omniũ
otium, ipſius labor, omnium delicias, ipſius
induſtria : omnium vacationem, illius occu-
patio: meritò *Diuus Paulus* exhortatur, om-
nes fideles Chriſtianos, vt ſemper pro Regi-
bus orent; & ſic fuit cęptum obſeruari, & ob-
ſeruatur in Eccleſia Catholica.

Sed ſi Reges ſunt peſſimi, & contra Sacer-
dotes aliquid iuberent, non ſunt obediendi,
vt fecerunt ſerui Saul 1. *Regum cap. 22. nu.* 17.
47 vel ſi falſos Deos adorarent, in patibulis eſ-
ſent ſuſpendendi contra ſolem, *Bald. in § in-
iuria punitur. nu 9 de pace iuram firmanda*,
ſed *Frater Io. Marquez Gubernator Chri-
ſtianus in lib. 1. cap.* 7. fundat eos etiam Ty-
rannos non licere occidere, ſed contrarium
tenet *Couar.* tu autem vide ſupra *verſ. 1. ob-
ſer. 2. nu.* 38. Regis proprium eſt (ſecundum
D. Paulum ad Romanos 12. præeſſe in ſolli-
citudine, & conſeruare, & gubernare Regna
in pace, & Iuſtitia, & ita multiplicatur gens :
quia in multitudine Populi, dignitas Regis
conſiſtit. Nomina, quæ Deus rebus impoſuit,
48 ſunt ſicuti Titulus, qui imponitur libro, in
quo paucis verbis continetur totum illud,
quod in tali libro inuenitur. Ideo ſub hoc no-
mine Regis à Deo dato, comprehenduntur
omnes obligationes, & omnes virtutes, ad
quas Rex pro Populi beneficio tenetur, & Ba-
ſilius Imperator eius filio Line dicebat, *Si
bona dicens ſimilia faciès, habebis eos, qui vi-
tam tuã examinare voluẽt, & teſtes, & lauda-
tores, ac imitatores ſine vlla ſimulatione tua
probitatis.* Et ſicuti Officialis, & ſuperinten-
dens omnium officialium, tenetur Rex ope-
rari, & loqui, & audire omnia, quæ fiũt in ſuo
Regno, & ſemper in vno loco reſidere non
debet, ſed longinqua Imperij adire, *Tacit. in
lib. 5. annal. et Hierem. in c.* 12. dixit de Rege:
Virgam vigilantem ego video. Sic & Rex eſſe
debet, nam alias reputaretur ſicuti dixit *D.*
49 *Bernardus lib. 2. de conſideratione ad Euge-
nium cap. 7. Simia in tecto eſt* Rex *fatuus in
ſolio ſuo.*

Simia deſeruit pro ioco puerorum, ſic eſt
Rex faciens videre ſe abſque actionibus re-
galibus, ſine authoritate, & ſine gubernio,
meritò fuit obſeruatum à prudẽtioribus Re-
gibus mittere Viſitatores, & exploratores ſe-
cretos, & publicos per Regnũ, pro viſitandis
50 vaſſallis, & grauaminibus Baronum proui-
dendis, & *Ioan. Vincent. de Anna in ſingul.*
155. affirmat, quod tempore aduentus Im-
peratoris Caroli V. ad hoc Regnum, in anno
1536. fuerunt conſtituti duo Regij Conſilia-
rij pro grauaminibus Baronum contra vaſ-
ſallos. Hodie autem parum ſuper hoc cura-
tur : liceatq; dicere, quod poſtquam officia-
les Iuſtitię cęperunt habere Vaſſallos, graua-
mina vaſallorum ſilere etiam cęperunt ; &
euenit, quia iudicant in cauſa propria, vel
ſuorum filiorum, & deſcendentium. meritò
Rex in eligendis officialibus nimium atten-
dere deberet in hoc, *Gubernator Chriſtianus
in lib. 1. cap.* 3. Ac non minus bonitate, quam
ſcientia inſignes conſtituat; Philippuſq; Rex
Macedoniæ adeo fuit in hoc diligens, vt ex
ſola ſciẽtia, quod quidam officialis mentum,
ſeù ſuam barbam tingebat, eum amouit ab
officio, dicendo, quod in rebus publicis fide-

lis eſſe non poterat ille, qui eius propriæ bar-
bæ non eſt fidelis, ita *Stephan. Guazzius in*
ciuilib. conuerſation. lib. 2. fol. 135. ater. faxit
Deus, vt clementiſſimus Rex noſter ad hæc
proſpiciat, & prouideat: ne Regnum in totũ
dilabatur.

Fuit alias dubitatum, ſi ſtante quod hæc
officia ſunt ad beneplacitum, & manualia
51 Regis, poſſet Rex illos ad nutum amouere;
& tempore magni Philippi Secundi fuit con-
cluſum, quod ſine cauſa amoueri non poſsũt,
ſed cum cauſa etiam inaudito officiali, poſſe
Regem tuta conſcientia illos amouere: Et
meritò exploratores ſecreti per Regna mit-
tebantur à Rege prædicto, & malis Reipubli-
cæ conſulebatur, vt per *Regentem Moles in*
deciſ. manuſcript. 81. & dicemus infra de hac
materia in *verſ. 2. obſer. 2. in 1. poteſtate Pro-*
regis num. 38. licitum eſt enim Exploratori-
bus vti, & ita fecit *Ioſue 2. nu. 1. in bello Dei,*
Gubernator Christianus in lib. 2. c. 6. vbi quę,
& quomodo iſti Exploratores diſſimulare, &
facere debent, qualuè veſtes aſportare liceat,
dixit enim *Tacitus in lib. 3. annal. Quis or-*
do agminis, qua cura explorandi, quantus vr-
gendo, trahendouè bello modus. Rex ex ſupre-
52 ma poteſtate ſuperintendentiam in Regnis
ſuis detinet, & ad ſuum ſupremum Conſiliũ
cauſas auocare poteſt; ſed Neapolitanum
Regnum habet Priuilegia, & Capitula parti-
cularia, ne cauſæ ſuorum Regnicularum ex-
trahantur, vt per *D. Tapiam in deciſ. 1. per to-*
tum vol. 1. Berlicch. deciſ. Lituan. fin. de qui-
bus meminit *Nouar. in praxi elect. fori q. 17.*
2. ſect. in vltima impreſſ. eſt verum, quod
Rex ſolet mandare, vt vota tranſmittãtur ad
ſupremũ Conſilium Italiæ, quibus tranſmiſ-
ſis, prædictum Conſilium non tenetur vota
prædicta inſequi, ſed ſufficit inhærere vni ex
votis prædictis, & ita fuit declaratum per li-
teras Suæ Maieſtatis in cauſa D. Diomedis
Carrafæ; ſed forſan Conſilium prædictum
nõ tenetur inhærere vllis ex votis prædictis,
quoniam vti adiunctum aditur, dum vota
tranſmittuntur; & certum eſt adiunctos non
teneri inhærere nec vni, nec alteri ex votis,
per *gloſ. ſing. in l. item ſi vnus. §. principali-*
ter. in verbo authoritati. ff. de recept. arbitr.
quinimo ſuborto hoc dubio in S.C. ipſoque
toto congregato ſub die 10. Iunij 1610. pro-
tulit decretum generale, declarando, poſſe
adiunctos eorum vota propalare, prout me-
lius de Iure eis videbitur abſque obligatione
inhærendi vni, vel alteri ex votis datis per
alios Iudices, qui prius votauerunt. Aduer-
tere præcipuèq; curare debet Rex, ne mini-
ſtri pro habendis officijs expendãt pecunias,
ne eueniat effectus illius verſiculi:

Emerat ille prius, vendere iure poteſt.

Et poſt præcipuum cultum Religionis, &
53 & ſtudium pacis, & vtilitatis publicæ, vacet
Rex, vt eius Ærarium nõ exhauriatur diuer-
ſis ac inutilibus expenſis, ne ſuccedat illud
Taciti in 2. annalium. Quod ſi ambitione
Ærarium exhauſerimus, per ſcelera ſupplen-
dum erit.

54 Vtique diuitiæ Principum ſunt ſubditorũ
ſolatium, & pacis finis: quia ſunt ſubſtantia
Belli, quod fit ad pacem habendam, finiſque
belli eſt pax, quæ non niſi cum armis conſe-
quitur, & arma non niſi cum diuitijs ſubſten-
tantur, ſique Rex non habet in Ærario, pecu-
niæ cum tributis ſunt extorquendæ, & inde
metere pratum toties, quoties fuerit neceſ-
ſum, ad quæ vide *Gubernatorem Christianũ*
in lib. 1. cap. 16 fol. 88. quinimo plus dico, qđ
& vaſſalli curare debent, vt Regis diuitiæ
conſeruentur, ne illis deficientibus, ponat
Rex manus ad iniquitates, vt per *Afflict. in*
conſtit. Regni ſcire volumus. Hinc patrimo-
nium Regis ſacrum vocatur, *in l. omis. C. de*
offic. Comit. rerum priuat. lib. 11. vbi ſacri pa-
trimonij Comes vocatur Locumtenens Re-
giæ Cameræ Summariæ; neceſſitas enim
multa mala facit, & Philippus vocatus (il Lõ-
55 go) Rex Francorum petijt quintam partem
introytuum, & laborum ſubditorum, abſque
limitatione temporis, aut diſtinctione perſo-
narum, & in *l. cum autem.* vbi *gloſ. C. de agric.*
& cenſ. lib. 11. gabellam, & tributum ſolue-
bant etiam fœminæ: & duæ vti vnus maſcu-
lus ſoluebant etiam in natiuitate, vt ibidem,
& Veſpeſianus Imperator (teſte *Suetonio in*
Veſpeſ. 23.) infamem gabellam ſuper orina
impoſuit; vnde à filio reprehenſus, dum illam
exigebat, *admouit ad nares, ſciſcitans, num*
odore offenderetur: & illo negante: Atqui
(inquit) è lotio eſt. Similemq; orinæ gabellã
Capuæ impoſuiſſe Ferdinandum Secundum
Aragonium, refert *Don Secundus Lancellot-*
tus in lib. oggid. fol. 262. in diſingan. 25. vbi
plurima Tyramnidis exempla perquirere
poteris circa has indebitas impoſitiones.
Merito Rex vacare debet, ne ad has neceſſi-
tates ſit coactus deſcendere, tanto magis qđ
56 ſuæ dignitatis Regalis oneri inuigilare te-
netur, nam vigilantia, & dignitas Regis in-
ſimul ortæ ſunt, & propter Regis peccatum
Populi percutiũtur plaga magna, *2. Paralipo-*
menon 21. nu. 24. & Ægyptij non immeritò
ſuper ſceptro oculum impoſuere, vigilantiã
ſignificãdo, & Camerarius maior Regis Per-
ſonarum ſingulis diebus de mane ad cubile
Regis accedit, dicendo: *Surge Domine, &*
vaca negotijs à Deo tibi commiſſis;
57 Et Alexander Seuerus ſuos Capitaneos de

bellis

bellis, Iudices de pœnis, & præmijs, Prudẽtes
de exemplis ſequendis, vel fugiendis, necnon
& Religioſos de Religionis rebus, cõſulebat.
58 Curare debent etiam Reges, antiquos mi-
niſtros non expellare ſine cauſa, nam alias
oculos ſibi clanderent, vltra quod offendere
poſſent: quoniam amicorum fraudes, & facta
hoſtilia, nec diligẽter cauere, nec actu repel-
lere, facile ſit. merito imfortunium eſt ipſis,
ſi fidos miniſtros non cognoſcunt: quoniam
ſunt loco amicorum, licet impropriè, quia
ſubditi ſunt, & plus pro Principe, quam pro
patre tenentur. Amicoſq; expellere debent
non leui noticia conuinctos, ſed quibus fue-
runt iura cum patrefamilias honeſtis fami-
liaribus quæſita rationibus, amicitia eſt ſer-
uanda, *l. 222. de verb. ſignific.* nam quid dul-
cius, quam verum, & fidum habere amicum?
& *Cornelius Tacitus in 4. lib. hiſtoriarum fol.*
59 *mihi* 449. ait: *Nullum maius boni Imperij
inſtrumentum, quam bonos amicos.*
60 Amicitia eſt ſpecialis virtus, & pars Iuſti-
tiæ, *D. Thom. 2. 2. quæſt. 114. artic. 1. & 2.* ac
omnibus rebus humanis anteponi debet: eſt
enim omnium diuinarum, & humanarum re-
rum cum beneuolentia, & charitate ſumma
conſentio, atque firmamentum ſtabilitatis, &
conſtantiæ, ait enim *Cicero, nil eſt ſtabile, quod
infidum.* & meritò vt ſit firmiſſima, inter pa-
res oportet eſſe, *Q. Curſ. lib. 6.* cuiuſque prima
lex eſt, vt neque rogemus res turpes, nec fa-
ciamus rogati, & vt ab amicis honeſta peta-
mus, & amicorũ cauſa honeſta faciamus, ſed
non tenemur pro amico, inimici eſſe, inimici
eius; *Eccleſiaſt. 6.* ibi, *Noli eſſe pro amico, ini-
micus proximo.* Amicus eſt animi cuſtos, &
ſecundum *Saluſtium, neque nobis, nec cuiq;
hominum ſatisfuit amicorum copia.* ſecretũq;
amici non debet reuelari, etiam ſi non pro-
miſerimus ei tenere ſecretum, vt diſputat
*Andr. in cap. 1. nu. 4. quib. mod. feud. amict.
tit. 2.* & 10 *Prouerb. 25* habetur: *Quæ vide-
runt oculi tui, ne proferas in Iurgio citò: ne
poſtea emendare non poſſis, cum dehoneſtaue-
ris amicum tuũ.* ait enim *Gubernator Chri-
ſtianus Frater Io. Marquez in c. 7. col. 1. lib.*
1. ſecreta amicorũ non reuelanda in iurgijs.
Amicitiæq; termini ſunt, vt eodem modo er-
61 ga amicum effecti ſimus, quo erga nos ipſos;
& vt beneuolentia æqualiter correſpondeat,
& vt quanti quiſque ſe ipſe facit, tanti fiat ab
amicis, *Cicero de amicitia,* vbi affirmat, *Ami-
62 citiam non niſi inter bonos eſſe poſſe, & quod
nouus amicus non eſt anteponendus veteri,*
dicit enim *Eccleſiaſtes 9. Amicum antiquum
ne derelinquas, nouus enim nõ eſt ſimilis tibi.*
63 Subdit etiam *Cicero in loc. cit. Nil turpius
eſt, quam cum eo bellum gerere, cum quo fa-
miliariter vixeris.*

Et affirmat, quod ex omnibus ſæculis, vix
tria, aut quatuor nominentur paria amico-
rum, merito exclamat *Ariſt.* apud *Laert. O
amicus nemo,* & eſt ratio, quia amicitiæ vis
conſiſtit in eo, vt vnus quaſi animus fiat ex
pluribus, vt ſint quaſi anima vna plura cor-
pora regens, & vt anima ſit plus vbi amat,
quam vbi animat; quod difficillimè fieri po-
teſt ob imbecillitatem humanam, quoniam
amicus ſicuti numiſma, antè quam vſus po-
64 ſtulat, debet eſſe probatus. Et ſi amicitia re-
integrata eſt, nouis quoque beneficijs locum
aperit, *Tacitus in 4. lib. Annalium,* & obliuio
omnium, fœdus conſtantis amicitiæ, fideíque
beneuolentiæ, ac moderationis ſempiternæ.
Valeriuſq; Max. docet, quod ſincera fides amici,
præcipuè in aduerſis rebus cognoſcitur, in
quibus quicquid præſtatur, totum à conſtante
beneuolentia profectura, tenaciuſq; eorũ no-
mina memoria apprehẽdit, qui aduerſos ca-
ſus amicorum non deſeruerunt: quam qui
proſperum vitæ curſum comitati ſunt; & *Pe-
trarca de remedijs vtriuſque fortunæ dial. 50
lib. 1.* notat diſtichon

Non tecum qui ſunt, veri ſunt ſemper amici.
Qui manet aduerſis rebus: amicus erit.

& *Plato* docet: quod magnus numerus ami-
corũ indicat bonitatem. Sed deficientia con-
trarium, amicos habere, eſt commodum, &
diuitias habere, & amici ſunt ſemper certio-
randi. Quod intellige de amicis abſque in-
tereſſe: intereſſe enim probat vitam hominis
Iob 1. nu. 11. ait quidem *Ariſt. in lib. 8. Ethic.
cap. 3. Amicitia ob vtilitatem comparata fa-
cilè dirimuntur: nam vtile non idem manet,
ſed alius alias efficitur;* & dicemus infra *verſ.
8. obſer. 2. n. 20.* aiebat enim *Demoſt.* quod bo-
ni, & fœderati amici ſocios ſuos nolunt tur-
batos, & diuiſos, & quod ſi forſan in eo ſtatu
ſint, nullo loco deſunt, quin diſtracti in priſti-
nam concordiam redigãtur. Quoniam ami-
cis fœlicibus, & infœlicibus idẽ ero. Aduertas
tamen, ne hominem exoſum in amicum eli-
gas, quia firmus in amicitia non erit, ſecundũ
Dion. Halicarn.

Videntes ergo Reges fructus amicitiæ eo-
rum Miniſtrorum, & vaſallorum fidelium, qui
ſunt magnum Imperij inſtrumentum, non
de facili eos expellere debent, ſed illos adiu-
uare, & ditare; imo honorandi ſunt, & maxi-
mè ſi Reſpublica titubaret, ita refert *Guber-
nator Chriſtianus in lib. 1. cap. 18. aſſerẽs Ca-
rolum V. ſic ſeruaſſe. fol. 108.* eſt verum, quod
ſi miniſtri infideles eſſent, expellendi ſunt, vt
idem *Author fundat in d. lib. 1. cap. 16. col. 7.
fol. 152.* quoniam vt quiſque maximis opi-
bus, & Principatu, & poteſtate excellit, ita

maximè amicis indiget *Arist.8.Ethic.*est ve-
rum,quod *D.Thom.in 2.2.quæst.168.artic.4.
vers.respondeo,* post *Arist.in 9.Ethic.cap.10.
tom.5.* docet, quod amici pauci pro delecta-
tione sunt habendi, quia parum de delecta-
tione sufficit ad vitam,quasi pro condimen-
to, sicuti parum de sale sufficit in cibo. Me-
ritò sapientissimus ille Rex Philippus Secun-
dus suo famulo Ruyz Gomez aiebat, mea
negotia gere, quia ego geram tua; & dum
65 post mortẽ dicti Ruyz,loqueretur de magnis
diuitijs per eum relictis (acquisita enim per
Cubicularios Principis tanquam Castrensia
sunt, *l.vnic.C.de Castrensi omnium palat.lib.
12.*) Rex ibi præsens respondit,putabam ma-
iora in eum contulisse beneficia: bene enim
sciebat iste sapientissimus secũdus Salomon,
quod etsi Rex magna dat,modica videri de-
bent,secundum *glos. in l.sed etsi susceperit. §.
sed. vers.modici. ff.de iudic.* quoniam largiri,
& auxiliari amico est delectabilissimum,
D.Thom.in 1.2.quæst.37.art.6. & cum priua-
tis talem se ostendere debet Rex; sicuti pri-
uatos esse erga se ipsum cupit. Ita Titus Ve-
spasianus docuit, asserendo, quod sicuti nil
perniciosius Regi, quam odio haberi, ita nil
vtilius,quam amari, *Stephan.Guazzius in
ciuil.lib.conuersationib.lib.2.fol.136.* Priuati
enim Regis sunt fauendi, quia substinẽt one-
ra regendi, & in periculo sunt, *Gubernator
Christianus in lib.1.c.17.fol.104. Petrarcha
de remedijs vtriusque fortunæ.dialog.49.lib.* 1.
hinc dicimus longè à Ioue, longè à fulmine,
licet negari non possit,magnam esse calami-
tatem, priuatos habere, & *Tacitus* dum in
13.*annalium,*laudando Neronem dixit,quod
non habet inter seruos ingenuũ: magno auri
pondere fuit præmiatus. Cupiunt enim pri-
uati Regum, vt omnes ipsis genuflectantur,
Esther 3. nu.5. Hi enim priuati debent esse
primi, & fortissimi, quia ad auriculam Regis
stant,& ita elexit Dauid Bonaiam. *Paralipo-
menon 11.nu.26.* sed aduertant Priuati Her-
mes tragicum finem,idest,non esse faciendũ,
vt Principes absque illis metuant *Pholib.lib.
5.* qua ex re, Ebraim Bassà Priuatus apud
Solimanum,fuit decapitatus,dum dormiebat
ad euirandam promissionem ei iactam,quod
dum viueret, non permitteret eum mori; &
ideo *Antonius Perez* cognoscendo magna
Priuator pericula, aiebat,*la hora dela mança
es cierta muerte.* eo magis,quia omnes inui-
dent,impossibile enim est in rebus secundis,
inuidiam aufugere, *Ioseph de bello Iudaico,*
& hominis mens inquieta,& mobilis est.

Tanta erat prudentia huius Philippi Secũ-
66 di, quod (vt fertur) aspirans, Regem Hispa-
niarum Monarcham euasurum;vidensq; Phi-
lippum Tertium eius filium valetudine care-
re: & quod Serenissima infans Donna Isabel-
la primogenita sterilis habebatur: Serenissi-
mam Infantam Catherinam eius filiam se-
cundogenitam matrimonio collocauit cum
Serenissimo Duce Sabaudiæ,credens ipsam
Catherinam forsan successuram in Regnis,&
successiuè eius Virum Ducem Sabaudiæ Re-
gem Hispaniarum fore, qui de facili ad Mo-
narchiam aspirare valeret cum tot Regnis,
& cũ eius statu in Italia. Sed Deus Optimus
Maximus aliter disposuit, nam idem Philip-
pus Tertius fęlicissimam prolem procreauit,
vt diximus supra *versic.1. obser.1.* pro cuius
perpetua conseruatione semper oremus.

Nec prætereã Regem nimirum inuigilare
teneri ad euitanda delicta: alias ipsi imputa-
67 rentur scelera Populi, vt probat *text. notab.
in cap. si gens anglorum.56. distinct.* infortu-
niumq; est hoc Regibus, omnia enim mala
in gubernio Reipublicæ in eos attribuuntur:
quia sunt tanquã signum positum ad sagittã,
cap.fin. de accusat. & licet boni Reipublicæ
euentus eis attribui solent, sed non omnes;
attamen mala omnia eis imputantur:& ma-
ximè si bonis exemplis non essent imbuti,
quia *Regis ad exemplum totus componitur
Orbis.* refert quidem *Sannazarius in lib. 1.
Epigrammaton fol. mihi* 147. Federici Regis
exemplum,quod emanata lege, ne quis ensẽ
cingeret: ipsemet fuit primus,qui inerme la-
tus monstrauit, equum est enim Imperium,
cum Rex quod iubet,ipse facit. notauitq; *Io.
Bodinus in cap.6.§.conuersationes rerum pu-
blicarum,* Regna potius fuisse deperdita ex
causa inhonestatis,quam crudelitatis,& eum
sequitur *Frater Ioan.Marquez Gubernator
Christianus in lib.1.cap.7.col.8.in fin.fol.37.*
68 licet Deus statuerit vsque ad quam genera-
tionem Rex, & eius descendentes regnare
debeant, *Regum 4.cap.10.nu.30.* quo etiam
loci.*cap.20.num.17.*habetur, quod Ezechias
nunciatus de eius Regni,& filiorum futura
ruina, ait, *fiat pax, & veritas in diebus meis
& c.*ex quo nota interesse proprium,& parti-
culare præesse omnibus, etiam illis filio-
rum.

Quantum vero attinet ad officium subdi-
torum erga Regem, paucis me expediam:
69 sed tantum dico,obedientiam eis apprimè
necessariam,nam sicuti in rebus naturalibus,
vt superiora mouerẽt inferiora ad suas actio-
nes per excellentiam naturalis virtutis col-
latæ diuinitus: ita in rebus humanis, vt supe-
riores mouerent inferiores per suam volun-
tatem ex vi authoritatis diuinitus ordinatę:
70 inferiora quidem rebus naturalibus necesse
habent subijci Superiorum motioni: ita etiã
in re-

in rebus humanis,ex ordine enim Iuris natu-
ralis,& diuini, tenentur inferiores ſuperiori-
bus obedire, *D.Thom.* 2.2.*quaſt.*104. *art.*1.
71 *verſ.reſpondeo.*Obediẽtia debetur omni hu-
manæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi
quaſi præexcellenti, ſiuè Ducibus, tanquam
ab eo miſſis.1.*Petri* 2. *D.Thom.* 2. 2. *quaſt.*
104.*artic.*6. licet ibi ad.3. ſubijciat, quod ſi
72 non habent iuſtum Principatum,ſed vſurpa-
tum, vel ſi iniuſta præcipiãt, ſubditi non te-
nentur obedire, niſi fortè per accidẽs,ad eui-
tandum ſcandalum,ſeù periculum. Caueant
73 ergo ſubditi, vt prompti ſint ad obedientiã,
quoniam Principes ſunt delicati in contem-
ptu mandatorum ſuorum: quorũ tranſgreſ-
ſionem puniunt ſępius,quam diſſimulãt,quia
nec cum Dominis, nec cum Leonibus eſt de-
ludendum. Eoque fortius, ſi aliqua Tyramni
calamitas dominaret, ſub qua, dicta, facta,
ſcripta,recitata,& quæ dumtaxat ſunt medi-
74 tata, in crimen læſæ Maieſtatis, ſeù Religio-
nis rapiuntur. Ergo linguã compeſcant, quæ
in humido ſtans, vt plurimum eſt lubrica.
Theop. Charat. de loquacitate, & ideo Pariſa-
tis Mater Artaxerxis Regis dicebat ei, qui
volebat cum Rege loqui,vtendum eſſe verbis
ſericis,ideſt mellitiſſimis,vt per *Xhinophont.*
debẽt enim ſubditi eſſe in omni timore Do-
minis,non tantum bonis,& modeſtis, ſed etiã
diſcolis,ſecundum declarationem *D. Thomæ*
in 2.2.*quaſt.*10.*art.*10.*&* *Tycid.* eſt dictum:
Crudelis eſt ſemper eorum, qui ſeruiunt in
dominos ſuos victoria: ideo totis viribus eſt
ſemper propulſanda,& impedienda. Ea enim,
quæ cum voluptate agimus, dulcia, quæ cũ
virtute glorioſa ſunt. *Herod. in Oratione*
Alexandri Magni. Sed è conuerſo, ſuperio-
75 res cauti dulciter reprehendãt, quia exaſpe-
rat homines imperata correctio:blandiſſima
iubetur,exẽplo *Lat. Pacat. in Panegir. Theod.*
cogitet autem eſſe Patrem, ſeruetq; notabi-
le dictum. *C. Auguſti, Principem non minus*
ſcaleſte Patriæ iraſci, quam liberos Parenti-
bus. Dominis ſubditos exaſperare non debet.
1.*Paralipom.*10.*num.*5.eiſque fidem habere,
76 & non ſicuti Maſſiniſſa Rex Numidarum,Po-
puli Romani amiciſſimus, parum fidei in pe-
ctoribus hominum reponens, ſalutem ſuam
Cuſtodiæ Canium vallauit,*Valer. Max.lib.*9.
cap. 14. Optimum quidem, & firmiſſimum
Imperium, quod ſubditos beneficijs magis,
quam ſupplicijs in officio continet:Illis enim
beniuolentia, huic metus eſt Comes,& quic-
quid timetur id neceſſitate naturali exoſum
omnibus. *Dion. Helicar. lib.*8. *qui in lib* 37.
ſubdit: *Nil arma,neque multitudo ſubditorũ*
conducunt, ſine eorundem beneuolentia: qui-
nimò hac ipſa, ſi fides abſit, tanto minus tuta
ſunt, quanto ſunt plura.



VERS. II.

Don Petrus Giron, Dux Oſſunæ, & in præſenti Regno Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis.

Pro intelligentia huius Verſiculi, de infraſcriptis Obſeruationibus videndum erit.

Primo, quod ſit Regnum, & ſignanter Regnum noſtrum Neapolis, & in quibus conſiſtat.

Secundo, de Viceregé videbimus: & eius Officium circa quæ conſiſtat,quamue habeat poteſtatem, & quę facere, uel non facere poſſit: & aliqua quo ad Excellentiſſimum Dominum Ducem Oſſunę, huius Legis Conditorem.

Tertio, de Locumtenente Generale Regni.

Quarto, & Vltimo, quid ſit Capitaneus Generalis, & aliqua de Officio Magni Comeſtabuli differemus: & ſimiliter de Vicario Regni.

OBSERVATIONIS I.

SVMMARIVM.

1 *Regnum quid eſt, & multipliciter diffinitur.*
2 *Quid contineat, & nu. 4.*
3 *Rex circumſcripta obedientia Populorum regnare non poteſt.*
4 *Territorium continet quid vniuerſale.*
5 *Regno accedens ei vnitur, quandoque eſt hareditarium, quandoque Iure ſanguinis.*
6 *Ciuitates, & Prouinciæ ſeparatim Regno additæ, ſuis legibus reguntur.*

VERS. II.

OBSERVATIO I.
in ordine delucidanda se offert.

Quid sit Regnum, & signanter nostrum Regnum Neapolis, & in quibus consistat.



ET pro intelligentia dico, quod postquam natura, & essentia cuiuscunq; rei, ex diffinitione perfectius cognoscitur, plus quam ex quauis alia docendi ratione, meritò Regni diffinitio primo loco affertur.

1 Regnum est congregatio Prouinciarum, Populorum, & gentium, sub ditione vnius Pastoris dominantis subiectum, *Bal. autem in Cons. 333. lib. 1. ad intelligentiam sequendorum. circa princ. vers. nam si Imperator.* dicit, quod Regnum est quodam totũ suas partes integraliter continens tàm in personis, quàm in rebus, & continentur Magnates, & vniuersæ mansiones, quæ circũscribuntur sub finibus designatis; & *Roland. à Valle in consil. 1. num. 117. lib. 2.* asserit, quod Regnum ad similitudinem corporis humani consideratur, à quo si abscindatur auricula, non est corpus perfectum, sed mostruosum.

2 Continet autem in se Regnum, ne dum territorium, sed etiam ipsas Gentes Regni:
3 quia ipsi Populi collectiuè Regnum sunt, & Rex circumscripta obedientia Populorum regnare non potest *Bal. in cons. 155. super eo quod. nu. 3. vers. quædam vero procedunt. lib. 3*
Est enim Regnum, quodam vniuersale vniuersalissimum, quod sub se continet alia
4 vniuersalia, prout sunt Ducatus, Marchionatus, & alia, vt dicitur de Territorio, quod est quid

eſt quid vniuerſale, *l.pupillus* 239. *§.territorium.ff.de verb ſignif.* ſed Regnum habet
quid vniuerſale magis,quia continet Ciuitates, & loca habentia territorium ſuum,
*Ruin.in conſ.*22.*nu.*5.*lib.*1.
5 Eſt bene verũ, quod ſi quid acceſſoriè Regno adiiceretur, prout eſt Caſtrum, Ciuitas,
vel Prouincia, debet viuere ſecundum leges ipſius Regni, & priuilegio illius Regni gaudet, ſecus autem ſi ſeperatim adicitur,prout
6 eſt de Comitatu Tholoſę Regno Frãcię principaliter vnito,& de ſtatu Ferrariæ S. Eccleſiæ Romanæ obuento, aut de alijs Regnis, &
Terris Eccleſiæ recadendis. Tali enim caſu ſuis legibus particularibus Ciues vterentur,
*Bart.in l.ſi conuenerit.§.ſi nuda.nu.*3.*ff.de pignorat.actio.* & *vide infra hic nu.*16.
7 Regna quandoq; ſunt Iure ſanguinis,quãdoque hæreditaria, *Bald.in d.conſ.*159.*lib.*3.
quandoq; vero in electione conſiſtunt, vt eſt in Imperatore Romanorum, vt ibidem. Sed
8 ſucceſſio in Regno laudabilior electione,quã ſucceſſione eſſet,vt eſt in Papatu,& Imperio,
cap. Moyſes. 2.*quæſt.*1. & experientia docuit in Samuele, Dauide,& alijs, *Anchar. in conſ.*
359.*num.* 2. & latè comprobat *Gubernator Chriſtianus in electione Moyſis lib.* 1. *cap.* 1.
ac *Illuſtriß. Card.Bellarm. in* 1 *tom. diſput. fol.* 512.*cap.*3. legitur enim de Amaſi Rege
in Egypto electo,erat iſte tempore ſuæ iuuẽtutis pauper,& de furtis, ac rapinis viuebat,
electus poſtea Rex, vitam mutauit,& ad eius ſimulachrum vas argenteum,in quo Egyptij
pedes ſuos lauabant,fundere fecit,& de argẽto iſto Idolum cõſtrui iuſſit, quod à ſuis ſubditis adorari voluit,eis dicendo, quod huiuſmodi eum adorare deberent, poſtquam in
Regem elexerant, ita *Scipio Admiratus in ſua Hiſtoria fol.* 3. quinimo in *fol.* 1. de hoc
Amaſi refert, quod eo Rege effecto, omnia Idola,quæ tempore ſuę iuuentutis ipſum abſoluebant, (quando è rapinis captus ad ea
adducebatur:) tanquam falſa, & mendacia, diſſolui iuſſit. Alia vero Idola, quæ eum condemnabant, ſeruari voluit. Hinc aduertens
diuerſæ nationes inordinatam eſſe rem plurium Principatum,vt aduertit *Thucyda in lib.* 6. Regem ſibi elexerunt ad vitam, vt fecerunt multæ,& ſignãter Calabri,& Appuli,
vt per *D.Freccium in lib.*1. *de ſubfeud. in tit.de antiquo ſtatu Regni. nu.*2.& 7. Et ele-
9 ctione ſucceditur hodie in Regno Poloniæ, quando deſcendentes deficiunt, ſed de Conſuetudine inueterata introductum eſt ibi, vt
ſuccedant deſcendentes, ideſt primogenitus ſolus,& non omnes propter bonum publicũ,
vt per *Anchar.in d.conſ.*339.*nu.*2.& *ſeqq.* &
10 in multis Regnis ſuccedunt fœminæ, vt in Regno Hiſpaniæ,Aragonum, Neapolis, Hieruſalem,Vngariæ,Angliæ,& Portugallię.*Anchar.ibidem*, Regnum autem Franciæ non
tranſit ad fœminas, quia in eo lex Salica viget, vt notum eſt. Lexq; illa ex particulari Dei gratia Regno illi data eſt, vt aduertit
Philippus Comines in lib. 8. *Commentarior. in fine*, nam liberatũ eſt à dominio extranei Principis, qui mulierem ſucceſſuram in eo
ducere poſſet, ſitque ne expediens,vt mulieres in Regno ſuccedãt, latè diſputat *Gubernator Chriſtianus in lib.*1.*cap.*30.*fol.*188.vbi
quamplurima exempla pro,& contra habes.
11 Regnum accipitur diuerſimodè, quandoq; enim pro Regno Cęlorum, vt in oratione
Dominicali: *Adueniat Regnum tuum*:quandoque pro toto mũdo, dixit enim Dominus,
Regnum meum non eſt de hoc mundo: quandoque verò accipitur pro aliqua parte Terrarum Orbis: & ita intelligitur in materia
12 noſtra, in qua loquimur de Regno Siciliæ citra Farum, quod Regnũ Neapolis dicitur,
& ab Imperatore Frederico in *Conſtit.Regni*
13 *occupatis nobis*,vocatur electum quoddam Viridariũ inter agros, & communi ſermone
Regnum Regnorũ non immeritò appellatur. Eſt enim circuitus millearium 1420. in circa, & diuiditur in 12. Prouincias, vt per
*Marc. Anton. Surgen. de Neapol. Illuſtr. cap.*29.*num.*2.*fol.*232. vbi eas declarat, &
14 ſunt ſecundum diuiſionem factam ab Imperatore Frederico, & à Rege Carolo Primo,
& ab Alphonſo Primo, & à Rege Catholico, ſed *Frecc. in lib.*1.*de ſubfeud. in tit. de Prouinc.* & *Ciuit. Regni .num.*16. dicit, ab Alphonſo Primo in 6.Prouincias fuiſſe diuiſum.
Diuiſio enim Prouinciarũ originem habuit à ſacra pagina,vt in *Geneſ.*10. *circa princip.* &
15 Prouincia vult dicere procul ab Italia victa; & prima omnium ſic vocata à Romanis, fuit
Sicilia tamquam prima victa, & nimium à Romanis dilecta, & ideo voluerunt à Prætoribus regi,& à Conſulibus adminiſtrari,*Fazzellus in* 2.*deca. lib.*4. *in princ.* Sed ante Aduentum Domini Noſtri vocabantur Regiones, *cap.*2. 99.*diſtinct.*& à Cicerone vocabãtur Diœceſes,vt infra *verſ.*4.*obſer.*5.*num.*78.
& *Bart.*ſcribit *in l.notionem* 99. *ff. de verb. ſignif.* illam dici Prouinciam, quæ ab Italia eſt ſeparata, & ad primos vicinos pertinet,
*l.Inſula.ff.de iudic.Auend.de exeq.mand.mandat. lib.*1. *cap.*4. *num.*4. licet Prouincia dici
poſſet omnis diſtrictus, *Bald. in §.ita ſi quis nu.*2.*quib.mod.feud.amit.*

Hæ verò 12. Prouinciæ Regni sunt, videlicet.

1 Terra laboris, quæ Campania fœlix dicitur, (sed ex eius appellatione Ciuitas Neapolis non venit, *Afflict. in consil. Regni Communiter. col. 1. in 1. not.* sicuti appellatione dignitatis nō venit Episcopus, quia dignitatis culmen est, *Afflict. in decis. 265. col. 2.*) & habet Terras habitatas 183. comprehensis Neapoli, Ischa, & Procita.

2 Principatus citra, etiam Lucania dicta, continet Terras habitatas 134.

3 Principatus vltra continet Terras habitatas 134.

4 Basilicata habet Terras habitatas 98.

5 Calabria citra comprehendit Terras habitatas 114.

6 Calabria vltra habet Terras habitatas 131.

7 Terra Hydrunti detinet Terras habitatas 161.

8 Terra Bari habet Terras habitatas 59.

9 Aprutium citra continet Terras habitatas 147.

10 Aprutium vltra habet Terras habitatas 120.

11 Comitatus Molisij habet Terras habitatas 99.

12 Capitanata cōtinet Terras habitatas 49.

In istis quidem 12. Prouincijs assistunt totidem Præsides, qui iurant, secundum *l. sancimus. C. ad l. Iul. repet.* curaq; est Viceregis Regni eorum errores corrigere, & punire, alias ei esset imputandum, vt euenit Scipioni Aphricano, qui iniurias per Pleminium Locrensibus illatas nimis leui animo pertulit, & apud Romanos in culpa fuit, teste *Plutarcho in vita eiusdem Scipionis*. Isti enim Præsides Ordinarij sunt in Prouincijs, vt est *text. iuncta glos. in l fin. C. de agent. in reb. lib. 12. & in l. eos. C. de modo multar.* ibi. *Præsides Iure ordinario Prouincias regunt, et in l. fin. C. de fund. patrim. lib. 12.* cum tribus Regijs Auditoribus, Aduocato, & Procuratore Fiscalibus, ac cum Aduocato, & Procuratore pauperum, per quamlibet ius dicūt, eorūq; Tribunalia debent seruare nedū statuta in Regijs Pragmaticis, sed etiam *in titulo, Præcepta Præsidum per tot.* in *auth. collat.* 17. & delinquentes ad inuicem inter se remittere, *§. cæterum si quis eorum. in auth. de Vicarijs, & Locumtenent. constit. 134.* Quoniam magna est Regis cura in Prouincijs pacandis, *§. 1. in auth. de Prouinc. Præsidibus.* In omnibus istis Prouincijs adsunt Terræ, seu Castra 1619. vel secundum aliquos 1981. vel secundum *Frecc. in lib. 1. de subfeud. in tit. de Prouincijs, & Ciuitatibus Regni. num. 15.* Ciuitates, & Terræ Regni sunt 1563. in quibus (excepta Ciuitate Neapolis) adsunt fumantes 482083. præter Albanenses, seu Sclanones, qui sunt 3944. Existūt etiam Archiepiscopatus 21. & Episcopi 123. de quibus Iurispatronatus Regij sunt 8. Archiepiscopi, & 16. Episcopi cōcessi à Clemente VII. Carolo V. sub die 29. Iunij 1529. & sunt Salernum, Tarentum, Brundusium, Otrantum, Tranum, Matera, Lancianum, Regium, Caieta, Aquila, Cotronum, Tropea, Monopolis, Gallipolis, Castrumstabiæ, Puteolis, Cassanum, Motula, Acerra, Ogentum, Arianum, Potentia, Trinentum, & Iuuenatium.

Sed si videre cupis, quot Archiepiscopatus, & Episcopatus sunt in Regno Neapolis, ac in Hispania, & in omnibus Regnis nostri Regis, & aliorum Regnorum, perquire Tēplum Iudicum *Lancellotti Conradi in lib. 1. cap. 2. fol. 127.*

16 Cum Regno Neapolis connumerantur etiam Insulæ multæ circa ipsum adiacentes, & erant septem cum illa Liparis, quæ à paucis ab hinc annis fuit adiuncta Regno Siciliæ, pro maiori commoditate Gubernij, & Ciuium, qua de re secundum leges illius Regni regi, & gubernari debet, *Guid. Pap. in decis. 265. & Bart. in l. Insula. ff. de acquir. rer. domin. Ias. in l fin. vers. ad prædicta. C. de verb. signif. & Prapos. in c. 1. §. fin. de inuest. de re aliena facta, & vide supra hic nu. 5.*

17 Regnum istud tantæ fertilitatis, & pulchritudinis extat, vt corda quamplurium Nationum ad illud deprędandum, & inde ad habitandum, & possidendum rapuerit: vt ex Historijs legitur; & ideò semper fuit in continuis inuasionibus, & motibus vsque ad annū 1501. quo tempore peruenit in posse Regis Ferdinandi de Aragonia Regis Aragonum Catholici, & inde in anno 1516. sub fœlicibus auspicijs Serenissimæ, & inuictissimæ domus Austriæ, sub qua in pace viuit, & diù viuere cupit. Rex enim noster Potentissimus illud possidet vti descendens prædicti Regis Fer-

18 dinandi Catholici, qui ad Regnum venit ex persona Alphonsi Primi eius Patrui, *Freccia de subfeud. lib. 2. quæst. 27. nu. 5. fol. mihi 214. & Regens Moles in decis. manuscript. decis. 114. in quæst. vnic. super Pragmatica adita Thori articu. 8. & Hieron. Zorita in tom. 6. de las empresas, y ligas de Italia lib. 7. cap. 40.*

19 Prima inuestitura Regni fuit Regibus Gallis facta in anno 1266. à Clemente IV. Carolo Primo, cuius inuestituræ tenor scribitur à *Freccia in lib. 3. de subfeud. in differ. 1. inter feudum ex pacto, & hæreditarium fol. 447.*

*fol.*447. nam illa conceſſa Normandis in an-
no 1059. recenſetur infra in hac *Obſeru. nu.*
20 30. Nota tamen, quod in dicta Inueſtitura
Caroli Primi, fuit excepta Ciuitas Beneuēti,
eiuſq; diſtrictus, vt ibidē; prout ſimiliter fuit
ita conuentum, quando Imperator Conſtan-
tinus in 4. die ſui baptiſmi cognoſcens rem
terrenam, non niſi diuino, aut humano Iure
teneri, vt diſponitur in *cap. quicunque.* 23. *q.* 5.
eius ius reliquit Eccleſię, & omniū Italię, ſiue
Occidentalium partiū Prouincias, loca, Ci-
uitates Beatiſſimo Pontifici, ac vniuerſali
21 Papæ Silueſtro conceſſit, vt in *cap. Con-
ſtantinus.* 96. *diſtinct.* ſed Ciuitatem Nea-
polis, pro Camera Imperij ſibi reſeruauit,
quam ſemper retinuit, & per ſuos Gręcos
illam poſſedit, & gubernauit, prout etiam
fecerunt eius ſucceſſores, vt teſtatur *Freccia
ſic vidiſſe in quodam Codice antiquo in lib.* 1.
*de ſubfeudis, & de officio magni Camerarij
fol.* 42. *ſub nu.* 19. quod facit contra illos, qui
22 dicunt, non reperiri donationem factam à
Conſtantino, niſi in *d. cap. Conſtantinus.* 96.
diſtinct. quos recenſet *Caſar à Coſta in
principio lib.* 1. *variarum ambiguitatum*,
& eos refellit, & Doctores eam recenſentes,
& affirmantes cumulat, eamque veram, atq;
realē fuiſſe, firmat *Affiict. in præludijs conſt.
Regni quaſt.* 2. *num.* 1. *&* 3. & validam fuiſſe
teſtatur *Felyn. in cap. ſolita. in fin. de maiorit.
& obedient. & Ioannes Igneus in l. donatio.
num.* 23. *C. de donat. inter vir. & vxor.* &
ita etiam teſtatur *Platina in vita Pontificis
Silueſtri fol. mihi* 67. ſubdens, quod Iuſtinia-
nus Imperator miſit in Italiam Beliſarium
23 Capitanium ſuum, qui Neapolim tunc Im-
perio rebellem cępit: & omnes Gothos in
ea exiſtentes, ac magnam partem Ciuium
occidit, & inde omnes infantes, mares, & fę-
minas in Bizantium ſecum tranſtulit: tunc
enim temporis, & Eccleſiæ depopulatæ, vir-
gines violatæ, & omnia alia mala patrata
fuere, prout patrari ſolent contra Ciuitates,
& rebelles, vt enumerat *ſacra pagina in pri-
mo Maccabæorum cap.* 1. & fuit practicatum
illud Poeticum

Nulla fides, pietaſq; viris, qui Caſtra ſequuntur.
At Deus Opt. Max. hoc Beliſarij ſcælus non
reliquit inultum, teſtantur enim *Petrus Cri-
nitus lib.* 9. *cap.* 6. *de honeſta diſciplina, Iouia-
nus Pontanus, ac Vulterranus relati à Ca-
ſare Coſta lib.* 1. *variarum ambiguit. cap.* 21.
Beliſarium iſtum poſt tot victorias peractas
ab Imperatore excęcatum fuiſſe, non ob aliā
cauſam, quā ob liuoris improbitatem, cōſti-
tutoq; ſibi prope viā Tuguriolo, nūmulos ad
victū quærebat, aiendo, *viator concede obulū
Beliſario, quem liuor, non error excæcauit.* ſed
poteſt dici, Deum permiſiſſe hoc flagellum
in eius personā, propter ſupradicta facinora
Neapoli patrata. Similiſq; clades euenit alias
in hac Ciuitate Neapolis, ſub die 25. Ianuarij
789. erat enim à Saracenis obſeſſa, & in die
prædicto prælium factum fuit, adeo vt Sara-
ceni quaſi omnes homines Neapolitanos oc-
ciderunt, eodemque die ſuperuenerūt Cala-
bri, Appuli, & alij de ora Surrenti pro illa
defendenda, & Saracenos occiderunt, & mu-
lieres Neapolitanas in vxores duxerunt; &
Templū Caſtoris, & Pollucis tunc, Diuo Pe-
tro, & Paulo dedicauerunt in memoriam di-
cti Diei, vt refert *Ioannes Villanus in Cro-
nica Neapolis lib.* 1. *cap.* 52. & ſequitur *Sum-
monte in lib.* 1. *Hiſtoriarū Neapolis fol.* 410.
& 411. ſed pro cognitione Saracenorum,
perquire *Nauarrum in cap. ita quorundam.
de Iudæis. in not.* 4. vbi refert, eſſe Populos
Arabiæ poſt Nabatheos, *Plinio Authore lib.*
6. *cap.* 28. dictos à Sarraca eiuſdem Arabiæ
Vrbe, & non à Sara vxore Abraham, prout
ſe iactant; quam opinionem amplexus Ma-
hometus, Genti iſtæ perſuaſit, eos ſolos eſſe
legitimos poſſeſſores omnium Mortalium
diuinæ profeſſionis; & ideo imbuti Mahu-
meti figmentis, contra Perſas bellum geſſe-
runt, & indè Antiochia, & Hieroſolymis ca-
ptis, deuexatis Rhodo, & Sicilia, Africā, Hi-
ſpaniaſq; omnes, (præter Cātabros, & Aſtu-
res) occupauerunt; reliquaſq; partes erant
occupaturi, ni Carolus Martellus magna
virtute occucurriſſet: & quadraginta millia
Militum ex eis obtruncaſſet, *Paulo Emilio
Authore*.

Quando enim fiunt conceſſiones Regno-
rum poſſunt reſeruari aliquæ Ciuitates pro
Aſylo ad eas confugientium, vt fecit Moyſes
in *Deuteronomio* 4. *in fin.* & *Andreas* dixit
in l. Imperialem. nu. 81. *in fin. de prohib. feud.
alienat. per Fredericum.*

24 Noſtrum Regnum Neapolis eſt hæredita-
rium, vt in *Conſt. Regni Cum hæreditarium*,
& conceſſum fuit ab Eccleſia Romana ſub
annuo Canone, *cap. ad apoſtolica. de ſent. &
re iudic. in* 6. *Alex. in conſ.* 9. *ponderatis. nu.*
9. *vol.* 5. *& Camerarius in d. l. Imperialem.
fol.* 45. *col.* 1. *verſ. nam præſupponit*, ſique Ca-
non non ſolueretur per triennium, caderet
in commiſſum, *Iaſ. in præludijs feudorum
num.* 57. 64. *&* 65. *& Iacobinus in ſua inue-
ſtitura in verb. & cum pacto, quod dicti vaſ-
ſalli præſtent ſingulis annis, Affiict. in §. ſed
nec alia iuſtior. in tit. quæ ſit prima cauſa
beneficij amitt.* & meritò dixit *Bald. in §. aut
ſi libellario. nu.* 2. *in fin. quib. mod. feud. amit.*
quod ſi Regina Apuliæ delinquit contra Ec-
cleſiam Romanam, ſoror non ſuccedit in
feudo,

feudo, & in *l. eum antiquioribus.* tenet idem
nu. 11. C. *de iure delib.* quodque hoc Regnũ
concessum fuerit Carolo Primo pro se,& hę-
redibus, in anno 1265. & fuerũt cum eo Ca-
pitula inita, refert *Andreas in proemio Con-
stitutionum Regni col.* 12. *vers. attende quia*
25 Carolusq; prædictus fuit filius secundogeni-
tus Aloysij Regis Francorum, Nepos Philip-
pi de Bornio,& filius Reginæ Blanchæ, teste
Villano in Historia Florentina, & habes in
vita dicti Caroli, & supradicta concessio fuit
sibi facta, quando Ecclesia ciuiliter possidè-
bat, ex quo Manfredus Princeps filius natu-
ralis Imperatoris Frederici, Regnum occu-
patum detinebat; licet per prius Ecclesia
naturaliter, & ciuiliter possederit, tempore
Innocentij IV. qui à Proceribus Regni ac-
cersitus in hoc Regnũ venit, post excommu-
26 nicationem factam contra Fredericũ Impe-
ratorem, qui Innocentio hos scripsit versus
Roma diu titubans, longis erroribus acta,
Corruet,& Mundi desinet esse caput.
Sed Innocentius respõdit per hoc Distichon.
Niteris in cassum nauem submergere Petri:
Fluctuat, at nunquam desinet esse ratis.
Prædictus enim Pontifex Neapolim euersam
à Conrado filio Frederici restaurauit, nouos
muros ædificauit,& postea requieuit in Do-
mino anno 1254. vt est videre in eius Sepul-
chro posito intus Ecclesiam Archiepiscopa-
27 tus Neapolitani:quæ nostris temporibus ab
Illustrissimo D. Decio Carrafa Cardinale
amplissimo, & Archiepiscopus Neapolis,
summis sumptibus, ac magna vigilantia fuit
nouo laqueatio ornata,& quasi tota de nouo
restaurata,& inde requieuit in Domino,die
24. Ianuarij 1626. cum vniuersali merore
omnium.
Prædictus enim Carolus Primus tempore
inuestituræ iurauit Regnum, & eius homines
28 tenere,& gubernare; prout tractabantur tẽ-
pore Gulielmi Secundi Normandi, vocati, il
Bono, prout similiter iurant seruare omnes
alij Reges Regni, secundum *Andream in
constit. Regni de personis, & in tit. de aliena-
tione feudi. num.* 44 *& in constit Præsenti le-
ge. sub rubrica de offic. Secret. vers. Canones,*
& habes per *Summontem in secunda parte
Historia Neapolis, in vita Caroli Primi*, vbi
inseruntur verba prædictæ inuestituræ,quam
videas, quia vtilis,& curiosa. Et vltra censũ
29 prædictum,Regnum hoc tenetur sub seruitio
vnius Equi singulis annis, *Afflict. in §. fin. in
princ. quid sit inuestitura,& in proem. const.
Regni §. nos itaque. in princ.* & seruatur in
hac tempestate.
Cumque de Normandis mentionem hic
fecerimus,euenit occasio quęrendi,quo tem-
30 pore Normandi in hoc Regnum venere, &
si plenæ sint Historiæ, tamen breuiter scias,
quod *Fazzellus in histor. Regni Siciliæ lib.* 7.
cap. 3. *fol.* 387. ait, Normandos in Insulam
Daniam, seu Daciam se contulisse, & multi-
plicatis ibi gentibus,sunt vsi, vt primogeni-
tus dominaretur,cęteri vero alibi habitationes
sibi procurarẽt, & ideo per Regiones diffusi,
in has venerunt; sed *Illustriss. Cardinalis Ba-
ronius in Annalibus suis, sub anno* 1002. no-
tauit, eo tẽpore quadraginta viros aspectu,
& viribus proceres, e Hierosolymis peregri-
nos,in Salernum venisse,eoque inuento à Sa-
racenis obsesso, accensos notu Dei amoris,
à Graui Mario Maiore Principe Salerni,
Equos,& Arma petijsse,quibus habitis,subitò
prędicti quadraginta viri in Saracenos irrue-
runt, eisque peremptis,& partim fugatis, vi-
ctoriam potiti sunt, & indè, non obstantibus
præcibus Principis Salerni de ibi manendo,
discesserunt, respuendo dona à Principe eis
oblata. Quod videns Princeps, legatos cum
illis in Normandiam, (quæ est Prouincia in
finibus Galliæ prope mare Oceanum Bri-
tanicum) misit,cum ornamentis,& donis ad
inuitandum Normandos, vt in Italiam veni-
rent. Postea in anno 1018. Rodulphus auda-
31 cissimus Normandus vna cum alijs Romam
venit, & contra Græcos pugnare incipiens
(mandante Benedicto VIII. Pontifice) victor
extitit in Ciuitate Beneuenti, postea vero in
anno 1041. (Ardoino Longobardo Duce)
Normandi Apuliã venerunt,& superato Du-
liano Græcorum exercitus Principe, eandem
Prouinciam pacificè possiderunt, eamque
inter se diuiserunt,ob quæ formidabiles eua-
32 serunt.& in anno 1045. Monacis Cassinensi-
bus bellum parabant, sed Sancti Benedicti
ope à Monacis deuicti fuere: quoniam Nor-
mandi relictis armis foras, Ecclesiã ingressi
sunt, & clausa ianua, à seruis Monasterij fue-
runt occisi, vt testatur *Baronius in prædicto
anno* 1945.
33 In anno autem 1053. alij Normandi, qui
remanserunt, bona Ecclesiæ Romanæ occu-
pare,& Italos eorum possessionibus spoliare,
cęperunt: exercitum Leonis Papæ vicerunt,
& Papam captum ad Beneuentum duxerunt,
sed honorificè nimis eum habuerunt: & inde
à Nicolao II. ab excommunicatione absolu-
ti,in anno 1059. (restitutis tamen bonis Ec-
clesiæ,receptoq; ab eis iuramento fidelitatis
Romanæ Ecclesiæ facto;) præter Beneuentũ,
totam Apuliam, & Calabriam Papa cõcessit
Roberto Guiscardo .i. Astuto,cui etiam Sici-
liæ Ducatum confirmauit, & recepto etiam
ab eo fidelitatis iuramento, censumq; quot
34 annis soluendum pro singulis Iugeribus Bo-
bum,

bum, denarios duodecim, conſtituendo.

Ego autem vidi priuilegium (præſentatũ in S.C. in cauſa vertente inter vniuerſitatem Sancti Blaſij, cum Balino Sanctæ Euphemiæ, in Bãca de Izzo) fundationis Monaſterij Sãctæ Euphemiæ, in quo legitur, vt infra. *Ego*
35 *Rogerius Dei Gratia Dux Apuliæ, & Calabriæ, Siciliaq; inter Eccleſias, quæ ſunt ſita ſub Monarchia noſtra, reſtauro vnam &c.* & indè ſequitur: *Regnantibus Imperatoribus in Oriente Conſtantino, in Gallia Philippo, in Saxonia Henrico, & Roma Papa Alexandro anno Domini* 1062. *indittione ſecunda*. De quo etiam vide infra in *verſ.* 13. *obſer.* 1. *nu.* 65. vbi ſunt allegationes in hac cauſa.

36 Et in anno 1066. Riccardus Normandorum Princeps (Campaneæ Prouincia ſubiugata) Romam petijt, vt Imperator fieret, ſed à Romanis pecunia accepta, reuerſus eſt Apuliam, inſequente eum Cometa quadam, & poſt paucos dies ex hac vita ſeceſſit; dominiumq; continuauit Robertus vſque ad annũ 1084. quo tempore Conſtantinopolitanum
37 Imperatorem oppugnauit, & in anno 1085. in Grecia, (vbi Beamundus eius filius reperiebatur) obijt pluſquam ſexagenarius poſt 26. annum ſui Ducatus: & corpus prædicti Roberti Venuſiam Apuliæ fuit tranſlatum, & Comiti Rogerio fratri Siciliam adminiſtrandam reliquit, qui deindè eius, & huius Regni dominium acquiſiuit, & in ſuos deſcẽdentes tranſtulit: ipſeque Rogerius quamplurimas Eccleſias in Prouincia Calabriæ fundauit, & ſignanter in Calabria vltra, in qua reſidebat, Monaſterium Sanctorum Ste-
38 phani, & Brunonis de Nemore inter Arenã, & ſtilum, ac etiam magnam Abbatiam Sanctiſſimæ Trinitatis in Ciuitate Mileti, in qua eius corpus ſepultũ iacet, cæteras vero Eccleſias, & Monaſteria à Normandis ędificata, referuntur per *Frecc. in lib.* 1. *de ſubfeud. in tit. de antiquo ſtatu Regni. num.* 70. vbi Religioſiſſimos, ac Chriſtianiſſimos denominat, & habentes magnas copias Militum, refert: Hæc quo ad Normandos, nam cætera quo ad deſcendentes Reges Normandos nota ſunt.

39 Et redeundo ad materiã Regni, dicimus, quod ex quo, Regnum hoc eſt hæreditarium, operatur, vt ſi aſſenſus ab vno Rege fuerit præſtitus, eo mortuo, poterit executioni demandari: quia ſequens Rex ex Prædeceſſoris facto obligatur, *cap.* 1. *qui ſucceſſores teneantur*. Quæ concluſio fortius procedit, quando moreretur Vicerex, ſecundum *Camerarium in l. Imperialem. fol.* 79. *col.* 4. *ante verſ.* 5. *concluſio ſit*, ibi, *vnum tamen non omittam, & Affl.* poſt *Bal. in prælud. feudor. col.* 18. *nu.* 44. *verſ. niſi ſit ex iuſta cauſa exhæredatus*.

40 Et ſic aſſenſus impetratus prodeſt etiam poſt mortem Regis, nec requiritur aſſenſus noui Regis ſucceſſoris, *Camerarius ibidem fol.* 46. *col.* 3. *verſ. quinta concluſio.*

Bart. autem in *auth. poſt fratres. C. de le-*
41 *git. hæred.* dicit, quod hoc Regnum eſt feudum Eccleſiæ, & non habetur iure ſucceſſionis, ſed ex conceſſione Dominica, vt in *cap.* 1. *de ſucceſſ. feudi.* & meritò fuit deciſum pro Rege Roberto, & nõ pro Rege Vngariæ filio Caroli Martelli, & quod iſta ratio nõ fuit ab alijs Doctoribus conſiderata.

Tu autem tene vt ſupra, quod Regnum eſt hæreditarium, & deciſio facta pro Rege Roberto fuit ad euitanda bella, vt ponderauimus ſupra *verſ.* 1. *obſer.* 1. *nu.* 68. & latè per *Grammat. in deciſ.* 1. & per alios.

42 Regnum Neapolis (ſecundum cõſultationem factam per Regiam Cameram Summariæ in anno 1617. ordine D. Ducis Oſſunæ Regni Proregis Illuſtriſſimi,) eſt redditus duorum millionum, & tercentum ſexaginta trium millium, centum, & quatuor ducatorũ, & tarenorum quatuor, & granorum ſeptem &c. dico, 2363104. 4. 7. & hoc præter excadentias, & bona extraordinaria, & deuolutiones in dies obuenientes ad beneficium Regiæ Curiæ.

Onera verò Regni important ſingulis annis, milliones duo, & quingentum nonaginta quatuor millia, ducentũ octuaginta, tarenos tres, & granos quindecim, dico 2594285. 3. 15.

Ergo exitus ſuperat introytum, in ducatis 231180, quod procedit ex maxima liberalitate ampliſſimi Regis noſtri, qui in dies, quãplurimas gratias, & mercedes concedit, & ſuper hoc Regno ſolutiones imponit, & conſtituit.

Onera vero Regni, & ſituationes, pro illis ſoluendis, videas in *Pragmatica edita per D. Comitem de Lemos Viceregem vigilantiſſimum, ſub die* 15. *Octobris* 1612. In qua curioſus omnia perpendere poterit; ibi enim ſolutiones, ac ſituationes pro Militia Equeſtre, ac Terreſtre habes, & ſimiliter pro Caſtris, Triremibus, Arſanale, Oratoribus S.M. fortificationibus, Curſoribus, fragatis, puluere, ſalenitris, armis, ferrerijs, Præſidijs fixis, vijs, Cuſtodijs Turriũ, pro ędificijs Turrium, Barricellis, Tribunale Campaneæ, & ſoldis, ſeù prouiſionibus Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi D. Proregis Regni, diſtinctè perſpicies, ſecundum magnificentiam, & ſplendorem tanti Regni.

Antiquũ vero Regni huius ſtatum deſcribit, ac animaduertit *Freccia acutiſſimus Doctor in lib.* 1. *de ſubfeudis ſub titulo de anti-*

quo

quo stata Regni. vbi quamplurima recondita videre poteris. notans Regni Reges, & eorũ tempora regnandi.

Normandi enim, qui primi Reges fuere, & in anno 1030. Rogerius Primus Rex fuit titulatus (nam per prius Duces, & Comites ijdem vocabantur) & hi omnes annis 192. regnaauere, sed secundum alios an. 184.

Sueui autem Reges annis 45.

Andegauenses annis 172.

Aragonenses annis 79.

Austriaci autem ab anno 1517. regnare cęperunt, fęliciterq; regnaturos in æternum speratur.

OBSERVATIONIS II.

SVMMARIVM.

1 *MVtatione temporum, statuta variantur humana.*
2 Romuli *origo*.
3 Roma *ex ruinis* Regij, *& Tarenti aucta.*
3 *Primus modus gubernandi per Senatores.*
4 *Numa Pompilius* Rex Roma *electus.*
4 Reges Roma, *qui*.
5 Consules Roma *creati*.
6 *Dictator primus, qui.*
6 *Decemuiri quando.*
7 *Tribuni Militum per quadriennili rexere.*
7 *Proconsul cum lictoribus.*
8 *Proregum origo, & qui fuerunt* in Regno, *& nu*. 14.
8 *Vxores habentes, vel non eligendi.*
8 *Officia eorum temporalia debẽt esse.*
9 *Multipliciter vocantur, & nu*. 11.
9 Continuos 100. *habent*.
10 *Est alter ego* Regis.
Qua non possit facere Prorex, ibid.
11 *Stratagoti officium in Messana Ciuitate, & in Salerno est hodie.*
12 *Prorex est imago Principis.*
13 *Cessat eius potestas presente* Rege.
Rege *mortuo, non expirat eius potestas, sicuti non expirat potestas legati mortuo Papa*, ibid.
14 *Cardinalium cœtus sine causa non potest reuocare legatum.*
14 *Vicarij potestas expirat mortuo Episcopo.*
Proregum aliqua erudimenta, ibid.
15 *Commissio Proregum.*
Proreges fratres à Regibus vocantur, ibid.
16 *Ossuna Dux ex Sicilia Neapolim venit.*
17 *Quanto tempore gubernauit in hoc* Regno.
18 *Carcerati an debeant soluere Custodibus.*
19 *Dux Ossuna scribit ad Ciuitatem Neapolis pro Hospitatione Militum.*
19 *Ciuitas Neapolis est immunis ab hospitatione Militum.*
19 *Appellatur à Prorege ad* Regem.
20 *Ducis Ossuna carceratio ordine Philippi* IV. *& inde liberatus ex carcerum egrotatione, & moritur.*
21 *Fortuna quomodo intelligenda.*
21 *Prafectus Pratorio visitationi non subest, sed infortunijs fit.*
22 *Consiliarius* Rouitus *transmittitur in Hispaniam, & inde reuersus est.*
23 *D. Franciscus Alarcon Neapolim venit, & inde reuertitur in Hispaniam, & aliquos Consiliarios visitauit, & inde reuersus est ad visitandum in hoc* Regno.
Visitatio singulo triennio, & quoties opus fuerit fiat, ibid.
24 *Dux Ossunain Gubernijs vtriusque Sicilia multa bona gessit, & nu*. 37.
25 *Scipio Africanus fuit accusatus pro pecunia accepta à* Rege *Antiocho.*
Linternum in voluntarium exilium elexit, ibidem.
26 *Diuus Augustinus increpat* Romam *de ingratitudine erga Scipionem.*
27 *Carmina in sepulchro Scipionis.*
28 *Annibal* Cartaginensis *in exilium condemnatus.*
29 *Appius* Claudius *Consul carceratur, & condemnatur.*
30 Romani *Pratores multi ab Hispanis delati.*
31 Romanorum *filij ex mulieribus Hispanis in* Carteia *propè mare Oceanum constituuntur.*
32 *Ducis Ossuna oppositiones.*
33 *Verbum viuat, quid operatur, & vnde sumptum.*
33 *Populis licet acclamare bene gubernantem*, dicendo viua il tale.
34 *Verbum*, all'arme, all'arme, *quid operatur.*
34 *Plebs, qua de facto se defendit, vel se defendere tentauit, incidit in crimen lasa Maiestatis.*
35 *Scipionis Africani prudentia, quãdo ab Hispanis acclamabatur* Rex.
35 *Casaris nomen in Imperatoribus quãdo incapit.*
36 *Dux Ossuna sũmi ingenij, scientia, et promptissima resolutionis.*
37 *Gabella fructuum sublata à Duce Ossuna.*
38 *Prorex quomodo Ministros punire potest, & alios subrogare, & an Proconsiliarios, vel Propræsidentes in Regia Camera facere potest.*
39 *Legati à latere Episcopos remouere non possunt.*
40 *Ordo sua Maiestatis ad beneficium Ministrorum.*

Officia-

Officiales, qui in ordine prædicto comprabẽduntur, ſunt illi,qui iudicant, ibid.

41 *Proreges Viſitatores Officialiũ eſſe deberẽt.*

42 *Officiales, qui comprehenduntur in ordine Regis, ne Prorex ſe intromictat contra eos.*

43 *Prorex (ſi vota ſĩt paria in Collaterali Cõſilio) poteſt inhærere alicui parti, cui melius videbitur.*

44 *Poteſt condere legem generalem.*

44 *Poteſt concedere reſtitutionem in integrum.*

46 *Reſtitutionis in integrum materia circa multa.*

47 *Prorex poteſt ſibi Locumtenentem conſtituere in caſu infirmitatis, vel abſentiæ.*

48 *Don Franciſci de Caſtro laudes.*

49 *Locumtenens alium Locumtenentẽ ſibi conſtituere non poteſt ſine Principis auctoritate, & fallentia.*

50 *Prorex quando charitatiuum ſubſidium ſuper bonis Eccleſiaſticis imponere poteſt.*

51 *Charitatiuum ſubſidium impoſitum ſuper bonis Eccleſiaſticis, quæ bona comprahendat.*

52 *Prorex ob bonum publicum bona priuatorũ dare poteſt.*

53 *Poteſt priuilegia reuocare ob publicam vtilitatem.*

54 *Poteſt mandata facere Neapolitanis ſub pœna,& eam exequi.*

Viſitatores condemnãt regios Miniſtros ad pœnam pecuniariam, ibid.

55 *Prorex poteſt condemnare delinquentes ad perpetuos carceres.*

56 *Poteſt accedere ad viſuram locorum, & pro eius dieta ſoluuntur duc. centum.*

57 *Dieta legati à latere,& aliorum,quanta ſit.*

58 *Dietæ Officialium quomodo ſoluantur.*

59 *Dieta eſt 20. milliarium per terram, & 50. per mare.*

60 *Dieta duorum dierum ſi ſit in vno, pro vna tantum habetur.*

61 *Proreges poſſunt prohibere ſubditos, ne ad Regem eant ſine licentia.*

62 *Poſſunt exfractare conſanguineos bannitorum.*

63 *Debent denunciare Regi inſolentes Regni.*

Debent inſolẽtijs, & procacitatibus Iudicum occurrere, ibid.

64 *Proreges poſſunt prohibere,vt Hoſpitalia, & loca pia gubernata à laicis, non viſitentur ab Epiſcopis, & nec vt computa videant nu.65.*

66 *Clerici contrauenientes ſtatuta laicorum circa bona commeſtibilia,poſſunt puniri ab eorum Iudice Eccleſiaſtico.*

67 *Proreges poſſunt in rebus commeſtibilibus ſtatuere pretium, cui Clerici ſtare tenentur.*

68 *Frumenta Clericorum, & Eccleſiarum tẽpore neceſſitatis capi poſſunt pro publica vtilitate.*

69 *Statuta Ciuitatis facta tempore neceſſitatis, ligant Clericos, & Milites.*

70 *Clerici, vel Prælati an poſſint conſeruare frumenta,vt carius vendant.*

Reditus,qui ſuperſũt eorum victui, pio operi implicare tenentur,ibid.

71 *Diuites tempore neceſſitatis tenentur vendere frumenta viliori pretio.*

72 *Banna quando ligant ſcientes ante promulgationem.*

73 *Prorex poteſt cognoſcere Caſtellanos Regni.*

74 *Caſtellani per prius vocabantur Caſtaldi.*

75 *Proreges poſſunt cogere Dominos ad aſſociãdas vxores, qa ceſſat cauſa inhoneſtatis.*

76 *Poſſunt dare præcedentiam Legato,vel Oratori Regis, ordinario, vel extraordinario, etiam ſi Legatus eſſet filius.*

77 *Dux Alua Prorex maximus fontes in Regio Palatio fecit.*

Aqua ad fontes Regij Palatij quando venit, ibidem.

78 *Comeſtabulus Nauarræ venit Neapolim, vt Legatus Regis.*

79 *Filius in dignitate cõſtitutus præcedit patrẽ.*

80 *Fabius Maximus filio obediuit.*

81 *Publica inſtituta ſunt potiora pietate paterna.*

82 *Pater præcedit in priuatis,& domeſticis rebus filium Officialem.*

83 *Prorex Iudices M.C.V. & alios, quomodo conſtituit.*

84 *Officiales, qui ſyndicatui paruerunt, iterum ſyndicare poteſt Prorex.*

85 *Arbiter poteſt eſſe Prorex.*

86 *Aſſenſum in caſibus prohibitis quando præſtare poteſt.*

87 *Eccleſiarum ampliationes poteſt prouidere Prorex.*

Contributiones faciendæ per conuicinos in conſtructione viarum, vel ariorũ, ibid.

88 *Prorex quomodo mobilia, vel Turcas captos habeat vti Capitaneus generalis.*

89 *Stipẽdia quomodo ſuſpendere poteſt ſtipendiarijs.*

90 *Prouiſiones Regias cũ cauſæ cognitione exequatur.*

91 *Non poteſt concedere licentiam ædificandi in publico.*

Nec poteſt concedere licentiam ædificandi per ſpatium cannarum centum circumcirca mœnia Ciuitatis.

uitatis Neapolis.

92 Prsficere, seu reficere, quid sit.

93 Ædificia supra muros facta nō debent dirui.

94 Prorex nō potest creare Officiales perpetuos, nec Proconsiliarios.

94 Proconsiliarios creare non potest.

95 Prorex non potest prouidere officiјs vacaturis post aduentum successoris.

96 Collegium Cardinalium Episcopatus prouidere non potest (Sede vacante) nec alia reseruata Papa.

97 Noua officia introducere non debet Prorex.

98 Prorex non potest vendere iurisdictionem criminalem alicuius Terræ.

99 Nec potest facere gratiam delinquenti absque remissione partis, nisi publica causa concurreret.

100 Soliti delinquere non debent aggratiari.

101 Prorex nō potest creare Clericos inofficiales.

102 Nec tuta conscientia potest personas idoneas in nominatione ad officia prætermittere, & filios Officialium nominare, & Officiales qua ætate creare debet.

103 Non debet periculo se exponere.

104 Non potest dispensare in multis casibus notatis.

105 Non potest facere quin Iura Gabellæ Ciuitatis Neapolis expendantur in alium vsum, quam ad quæ fuerunt destinata.

106 Non potest facere legem contra ius commune.

107 Non potest tollere recusationem Iudicis suspecti.

108 Nec potest cogere Dominas subditorum ire ad Tripudia.

109 Non potest cogere subditos ad cōtribuendū sumptibus erogandis pro erigenda statua Principis, vel alterius.

110 Non potest ante captam possessionē exercere iurisdictionē, sed aliqua prouidere potest.

111 Papa ante coronationem spiritualia non exercet, & appellatur tantum Pontifex.

112 Prorex non debet delegare causas, in quibus requiritur plena cognitio.

113 Non potest vnire, vel diuidere Prouincias sine scientia Regis.

Legatus à latere non potest diuidere Diœceses sine scientia Papæ, ibid.

114 Prorex non potest interuenire in causa, quando allegatur suspectus, & an suspectus allegari possit.

Suspectus allegari an possit Prorex, vel Cardinalis, ibid.

115 Prorex non potest assensum concedere in nouem casibus circa alienationem feudi.

116 Rogerius Comes Normandus ædificauit Monasterium Sancti Stephani de Nemore, & Casalia liberè dedit absque solutione aliqua.

117 Arbitrarium est Regi, vt feuda transeant in Ecclesiam.

118 Rex assentire debet emptionibus feudorum factis per Ecclesiam.

119 Regis est honor, vt Ecclesiæ in sua iurisdictione sita habeant Castra.

Ecclesias habere Castra, honor est Regis, ibidem.

120 Amortizatio in Gallia datur circa feuda.

121 Quindenniū soluitur ab Vniuersitatibus, vel Ecclesijs possidentibus feudum.

122 Ecclesia feudum deuoluitur ad Regem, si non soluitur seruitium.

123 Cartusiana Religio est in magna veneratione in Ecclesia Dei.

124 Battaglinus Præsidens Regiæ Cameræ laudatur.

125 Prorex non potest vendere Terras Fisco deuolutas.

126 Nec donatiua accipere in publicis Parlamentis.

127 Ingressum, & regressum quomodo debet facere.

128 Sententiæ S.C. exequutionem non potest impedire.

129 Prædecessorum præcepta reuocare non debet.

130 Assensum testamento in quo pater reliquit feuda secūdogenito præstare non potest.

131 Non potest dispensare vt Officiales aliquid accipiant.

132 Titulatis eum salutantibus assurgere tenetur.

133 Non potest remouere Fisci Patronum cum ordine particulari.

134 Non potest subditis lædere, aut ab eis aliquid accipere.

135 Non debet ædificare in Prouincia, in qua regit.

136 Nec vxorē accipere in Regno absq; licentia Regis.

137 Nec triremes, aut naues facere.

138 Officia cum salario prouidere non potest.

139 De sodomia inquisitos guidare, vel componere non potest.

Nec inquisitos de blasphemia in tribus casibus, ibid.

140 Titulatum condemnare absque licentia Regis non potest, sed absoluere potest.

141 Turcas captos in bello non habet Prorex.

142 Pro-

142 *Prorex pro suo seruitio capere seruientes Regi non potest.*

OBSERVATIO II.

De Dño Regni Prorege, & circa quæ eius officium principaliter consistat, & quam potestatem habeat, & aliqua specialia, quæ potest, vel non potest facere.

1 CVMQVE ex mutatione temporum statuta quoque variantur humana, *cap. non debet. de consang. & affin.* meritò in varijs temporibus, varius fuit regendi modus, & Gubernatores, secundum varietatem, & oportunitatem temporum diuersimodè constituti fuere.

2 Romulus enim, qui ex Ænea trahebat originem, nam ex Ænea Ascanius, ex quo Siluij fuere, ex quibus Numitor, qui Ream Siluiam virginem vestalem procreauit, quæ à Marte compressa, Romulum, & Remum vno ventre genuit. Qui inter pastores expositi, & aliti, maiores effecti, Amulium occiderunt, & Numitorem eorum Auum creauerunt Regem: Romamq; ædificauerunt, quãuis *Plutarchus in vita Romuli* alios refert ædificatores, sed inde residet in opinione, quod Romulus ædificauerit eam, & Remum fratrem occidit; & & inde ibi Asylũ aperuit, prout fecerat Theseus Athenis, teste *Plutarcho in vita Thesei.* Hinc multitudo gentium ad habitandam Romam conuolauit, & magnus Populus euasit, teste *Titoliuio in principio suarum Historiarum.* (qui in *lib. 1. decante 4. fol. 366.* etiã

3 dixit, ex ruinis Ciuitatum Rhegij, & Tarenti, fuisse Romam auctã:) Senatores enim centum Romulus primus instituit, vocatos ita, ob ætatem, & Patritios ob Patriæ curam, teste *Titoliuio in loco præcitato, in principio suarum Historiarum*, & probatur *in l. fin. C. de petit. hared.* & iste fuit primus modus gubernandi per substitutos, licèt in sacra Pagina ita etiam habetur in *Exod. c. 18.* mortuo

4 enim Romulo, fuit Romę creatus Rex Numa Pompilius, ob eius virtutes, quas à Pithagora Crotoniata didicisse credebant, vt per *Titum Liuium ibid.* Et indè Tullus Hostilius, rexit: posteaq; Anchus Martius, & inde Tarquinius, qui numerum Senatorum auxit; cui successit Geruius Tullus superbus, septimus, & vltimus Rex, cuius filius pudicam Lucretiam Romanam violare ausus est, & meritò ab Imperio fuit eiectus; Et Romæ Regnum per septem Reges tantum durauit, *l. 2. §. exactis. ff. de orig. iur.* & inde libertatem, & consolatum Lutius Brutus instituit, teste *Tacito*

5 *in princ. annal.* Consulesq; duo pro vno Rege creati fuere: & iste fuit secundus modus reguandi.

6 Tertius superuenit modus, quoniam in nono anno, noua dignitas fuit inuenta, quæ Dictatura denominata extitit. Et primus Dictator Laertius vocatus: insurrexit postea Plebs aduersus Senatores, & Cõsules, creatiq; fuere Tribuni Plebis; cessauit inde Consulare Imperium, & pro duobus Consulibus, decem viri creati fuere ad gubernandum, qui Decem viri appellabantur; Potestas quorum

7 fuit maxima; sed indè mutata fuit hæc dignitas, & Proconsulibus Tribuni Militum creati fuere: qui per quatriennium rexerunt, & postea fuit creatus Proconsul, cui Lictores sex fuerunt adiuncti, & isti iurisdictionem delegatam, & non ordinariam exercebant; Sed indè propagatis Imperij finibus, non poterat Mundus subditus commode à Gubernio Romano regi, (Principes enim sunt ordinati nõ solum pro proprijs lucris, & cõmoditatibus, sed etiam pro vtilitate Populorum, secundũ *Diuum Thomam in lib. de regim. Princip.*) & ideo in varias Prouincias Præfecti Pretorio, seù Proconsules mittebantur, cum magna auctoritate, vt in *l. 1. ff. de offic. Præfect.*

8 *Prat. & in tit de offic. Proconf.* dicebatur autem Proconsul, qui longè à Roma aliquam Prouinciam regebat: & erat de Consulibus Romanis electus, quasi Consul procul missus, *glos. in verb. proconsularia. in §. hac autem. cap. 1. in auth. vt Iudices sine quoque suffragio.* sed Roma longo vnquam tempore ista magna officia prorogabat: & quando aliter peregit, serua euasit: meritò Cæsar Imperator effectus, periculum hoc noscens, leges condidit, vt officia hæc tẽporalia fint, *Dion. histor. lib. 43.* quinimo eo tempore disputatum fuit, an isti magni Ministri, deberẽt eligi illi, qui vxores non habebant, vel si eas habebant, secum non ducere deberẽt, & Valerius Mesalinus defendit partem affirmatiuam, sed Seuerus Cecinna contrarium affirmabat, teste *Clemente Alexandrino in lib. 2. stẽmatum in fine*, multaq; argumenta pro, & contra ponit *Gubernator Christianus in lib. 1. cap. 7. fol. 35.* & tandem concludit, vtilius, & expedientius esse Regi, & Reipublicæ, hos Gubernatores, & alios eligendos pro Capitibus Tribunalium, vxores non habere, vel si eas habent ad gubernium non ducere, quia diligentius eorum exercerent officia. Sed multoties vxorum prçces maritos à periculo liberant, vt euenit de Abigail, quæ liberauit Nabal de furore Dauid 1. Regum

gum 25. & Pilati vxor de condemnando Salnatore nostro, maritum euertere tentanit. Etenim in Sicilia Prætor à Iustiniano constitutus fuit eum mandato cognoscendi res ciuiles, & curam militaris impensæ: quo verò ad publica Tributa, ad eius solicitudinem non pertinebant, sed sub Comite Patrimonij Italiæ erant, §. 1. *in auth. de Pratore Italia, constitut.* 104. quo verò ad appellationes, & decreta Primorũ Ciuitatis Siciliæ, tenebat, & examinabat Quæstor PP. post Consolatum Belisarij, vt ibidem: Belisarius enim vocabatur Consul, & alias Capitanens Generalis Iustiniani, qui Neapolim deprędatus, est vt supra *vers.* 2. *obser.* 1. *num.* 33. Cumque inde superuenerint Regnorum, & Prouinciarum diuisiones, superuenientes Reges eorum Gubernatores ad Regna, & Prouincias regẽdas constituebant, ex quo eorum vices, & supremam authoritatem eis communicabant, Viceréges appellanti fuere, & meritò ita seruatur hodie in hoc Regno vt vocetur Prorex,

9 quia Vices Regis gerit in Regno, & respectu Prætotiorum, idest Præsidum in Prouincijs, Prætoriorũ Præfectus Gloriosissimus vocari potest, vt Iustinianus vocabat in *authent. de aqual. dot. & in alijs constit.* immò Iustinianeus Prętor vocabatur. *§.1. in anutb. de Pratore Lycoania.const.* 25. *circa princ.* vbi quod Imperatores Romani veteres etiã Prætores appellabantur, vbi quomodo sint venerandi, & de eius plena auctoritate, & de eius cohorte centum virorum, quos nos centum continuos vocamus, & *glos. cum add. in rubr. de Palatinis. lib.* 11. Comitatenses appellat, & Assessor eis assignabatur. In Regno autem isto, non solum vocatur Prorex, sed Locumtenens, & Capitaneus Generalis, qui titulo excelsi decoratur à Iustiniano in *l.* 2. *C. de veter. iure enucleando.* si quidem vti Prorex, veneratur veluti Rex, vt infra. Vti Locumtenens causas secundum iustitiam terminare facit, & vti Capitaneus Generalis ad modũ Belli, ac leuato velo procedere potest, secundum fuerit expediens, vt infra.

Meritò videndum erit, cur aliquando habet omnia ista tria, nomina, idest Vice Regis, Locumtenentis, & Capitanij Generalis. Aliquando verò duo, idest Locumtenentis, & Capitanei Generalis; & aliquando vnum, idest Locumtenentis Generalis tantum; nam quo ad Capitaneum Generalem tantum, non seruatur fieri.

10 Quando constituitur Prorex, habet omnia supradicta tria nomina, & omnimodam potestatẽ, & vocatur à Rege nostro, Alter ego, siue alter nos, vt ex eius commissione patet, de qua clausula vide *D. Tapia in decis.* 3. *nu.* 3. *vol.* 1. & est cum potestate omnia faciendi, præter ea, quæ prohibentur, vel in instructionibus secretis, vel in Pragmaticis, aut Capit. Regni, aut in literis particularibus Regis, in quibus nõ potest imponere manus; (sicuti nec nostrum est, os imponere) præcipuè non potest præstare assensum in nouem casibus prohibitis in *Pragmatica* 4. *de feudis*; & licèt in parlamento de anno 1534. fuerit Cæsareę Maiestati supplicatum, vt Proregibus plenissimam potestatem concederet pro expediendo omnia illa, quę ipsemet Rex posset facere: sed Maiestas Imperatoris Caroli V. respondit, quod prouidebit, quemadmodum expediet suo seruitio, & bono publico, vt in *Capitulis, & Priuilegijs Neapolis c.* 28. *fol.* 101.

11 Habet enim Prorex in Iure varia nomina: nam quandoq; vocatur Præfectus Prætorio, quandoque Magister Militũ, aliquando spectabilis Præfectus, quandoque Vicarius, aut Proconsul, quandoque Dux, aliquando vir Clarissimus, aut Gloriosissimus, vel Rector Prouinciæ, vt in *l. raptores.* 42. *C. de Episcop. & Cleric. l.* 1. *C. de offic. Vicar. Bude. in l. si aliquem, ff. de offic. Proconsul. & in Exod.* 18. *nu.* 25. vocatur Princeps Populi. Habet enim titulum Excellentiæ, *l. Excellentia; cum glos.* 1. *C. de erogat. milit. annon. lib.* 12. *& §.* 1. *in auth. de referendaris Sacri Palatij*; qui titulus etiam cõpetit Regi. vt in *c. Regni nuper habitatoribus,* vbi *Campagna & in c. Castellano,* & summus Pontifex Pelagius eundem titulũ dedit Narsete patritio in *cap. de liguribus.* 23. *quæst.* 5. (vbi potestatẽ ei tribuit Episcopos Excommunicatos, & damnatos ab Ecclesia, coercere, & comprimere: quia per publicas potestates sunt opprimendi Ecclesiastici, qui Ecclesię resistunt, & ab Ecclesia sunt excommunicati, & damnati) idemque dispo nitur in *cap. seq. ibid.* Isteq; titulus excellentiæ datur ad similitudinem Imperatorum, qui talem titulum dederunt Præfecto Prætorio, vt in *auth. de triente, & semisse. §. fin. & in authent. ne fiant pignorationes. §. fin.* & in alijs constitutionibus sequentibus, at in *§.* 1. *in auth. de Pratore Paphlagonia constit.* 29. secundum *lecturã Aleandri in vers. esto.* habetur, quod Iustinianeus Prætor appellabatur, licet Gręca ipsum lingua, etiam strategum appellat. Sed hodie solum in Ciuitate Messanæ hæc vox Strategi habetur, & similiter in Salerni Ciuitate ita vocatur Gubernator ipsius. Hodie autem Proreges nostros vocamus Illustrissimos, & Excellentissimos, pro vt Iustinianus etiam appellauit, in *l. fin. in fine. C. de veter. iure enucleando.* in interpretatione legis Græcę, & Proconsuli, & non Præfecto Prætorio assimilatur, secundum

Capyc.

Capyc.in rep.l.Imperialē.fol.3 2.verſ.ſecundo notandū. quia Pręfecti Prætorio plures Prouincias,& Regna ſub ſe habebãt, cũ non fuerint niſi tres, Orientis,Aphricæ,& Illirici, vt habetur in *Codice,in rubr.eorū*:At Regnũ dicitur vna Prouincia,*And.in conſt.Regni. cõſuetud.* ergo Proconſul dicitur,vt ſupra hic.

Etenim diuersũ erat officiũ Præfecti Prętorio,ab officio Magiſtri Militũ,vt eſt videre in hoc *verſ.obſ.*4. & ex diuerſis titulis, *C.de offic.Praſ.Prator.Oriētis,& Illirici,et in alio tit. C.de offic.Praſ.Prator.Aphrica,* qui habebat 7.Prouincias ſub ſe,*l.1.col.3.C.eod.tit. et in tit.de offic.Praſ.Milit.*& habetur in *l.2. circ.med.ff.de orig.iur.*ibi,*Capta deinde Sardinia, mox Hiſpania, deindè Narbonenſi Prouincia, totidē Pratores, quot Prouincia in ditionem venerunt,creati ſunt,partim qui Vrbanis rebus, partim qui Prouincialibus praeſſent.* & facit *l.1.C.de offic.Vicar.*

12 Commiſſio eorũ eſt ampliſſima:ſunt enim Imagines Regis,& eis reuerẽtia debetur veluti,& Regi, *c.pracipimus.90.diſt.Roman.in ſing.37.& Abb.in c.ſanè.de offic.deleg.* tu autem diſtingue, non idẽ gẽnus honoris vni, vt & alteri deberi, *l.ſed ſi hac. §.fin. ff. de inius voc.& Caſar à Coſta lib.2.varia.ambig.c.15.* pulchrè notat.ſedent in loco Regis, qñ Rex non eſt in Regno, *Reg. de Ponte in tract. de pot.Proreg. tit.1.nu.1.& Maſtrill.in tract.de Magiſtr.tom.2.lib.5.c.6.fol.145.*& ex nobilioribus magnatibus eliguntur ad gubernandũ Regna, *Gubernat.Chriſtian. in lib.1. c.3. & Ant.*Perez ait, *Coſtũbre es de los Reyes de no eſcoger para los gouiernos de Reynos perſonas ſaçadas de otra eſcuolas,que de la eſcuola de la eſperiençia, y de ſus cortes*; & ad literã id diſponit *tex.in l.in his officijs.C.de diuerſ.offic. lib.12.* Nos autẽ habemus priuilegia, & .ec. Neap. ſancitẽtis,licere Regi ex quacunq; na-
13 tione Proregẽ creare.Sed ſi Rex adeſſet,Proregis poteſtas ceſſat, *c.volentes.de offic.legat. c.antiqua.§.Dominica.de priu.l.fin.ff.de off. Proconſ.*& punctualiter *Oliban. de iure fiſci. c.24.nu.62.*quia vbi adeſt poteſtas naturalis, ceſſat delegata, hinc ſeruatur Romæ, vt in Eccleſia ad quã acceſſurus eſt Papa, ſanctiſſ. Euchariſtiæ Sacramentũ in alio loco collocetur, quia maior dignitas eſt illa, quæ iure proprio obtinetur,quã quæ alieno, *Bar.in l. quod Principi.ff.de leg.2.*Mortuo.n.Rege,nõ expirat iuriſdictio Proregis, (verũ ſucceſſor in Regno,Ciuitati,& Regno ſcribere ſolet, vt ipſius Proregis mandatis pareant, ſicuti obſeruauit Carolus V, tunc Princeps Hiſpaniarum poſt mortẽ Aui Regis Catholici in anno 1515.vt in *priuil.& cc.Neap.p.78.*eſt videre) ſicuti mortuo Papa, non expirat iuriſdictio Legati *Io.Brunell. in tract. de poteſt. Legati,*
14 *concl.33.*vbi quod nec Cardinaliũ cętus ſine cauſa talẽ delegationẽ abrogare, vel reuocare põt, rationẽq; affert *Caſar à Coſta lib. 2. var.ambig.cap.13.*quia Legatus à Latere eſt ordinarius Magiſtratus ad inſtar Proconſulum,& Præſidũ,qui habẽt ordinariã poteſtatem. At in Epõ mortuo aliter eſt,quia iuriſdictio eius Vicarij expirat,& ad Capitulũ defertur; mortuo autẽ Papa,non eſt ita in cętu Cardinaliũ,quia Chriſtus eſt Sponſus,& Caput, & Rector, & Petro, & Succeſſoribus Petri,Vicariatũ dedit, & non cętui Cardinaliũ, vt ibidẽ. Debent.n.DD.Proreges perpẽdere, & obſeruare præcepta data in *authentico in conſtit.17.ſub tit.pracepta Praſidũ. per totũ,* præcipuèq; cogitẽt expediens eſſe Regi nobiles hẽre pacatos,& cũ eis omnia ſcire,ſed nõ omnia exequi, vt per *Tacitũ in vita Agricola.*& gubernia in quibus adsũt Nobiles, vel Regis conſanguinei, vel priuati, ſunt fugiẽda: ſed illa, in quibus multitudo gentiũ, quibus panẽ ad ſaturitatẽ dare ſufficit, cupiẽda:Magnatibus cupientibus ſequelã, ex qua ſcãdala oriuntur, obſiſtãt:& grauitatẽ in publicis audientijs habeant, parũ loquẽdo,& plus aures, quã os operãdo; curentq; de Annona, ex qua Miniſtrorũ reputatio pendet. & aduertãt ad Iudices, à quibus ſicuti à ſerpibus caueant:in arduis negotijs tardè operẽtur, vt potius peniteat parũ operaſſe, quã multũ.Importãtes, & nõ minimas res Regi referant: fugiãt trepudia:& delicta ex cauſa honoris diſſimulẽt: & plus ament vti dexteritate, quã iuſtitia:& demonſtrent in Prouincia inueniſſe potius ſubditos bonos:quã cum ſenitia eorũ bonos euaſos fore:qm̃ gloriari de hominibus ſuſpẽſis, eſt infamia: domos ſuas plus quã plateas curent, quoniam Populis plus offendit vnius Curialis immodeſtia, quã inſolentia Ciuis:& tandẽ potius famã mitis quam crudelis cupiãt, vt in vita Scipionis Aphricani per *Plutarch.* quia homines fragiles peccant:exemplumq; Regum Hiſpaniarũ à quo dependẽt, quorũ mos eſt, potius coli, quã metui malle, habeãt, euenit.n. vt nobili pudore potius quã terrore Regiæ poteſtatis adducti, Imperijs,& legibus pariũt.*Iouius lib.42.ſua hiſtor.p.555 et Bouad.in polit.tom.2.lib.3.c.12.n.8.p.299*

Proreges autem, qui in hoc Regno fuere à tẽpore Regis Catholici (præter Locũtẽnentes notatos infra in hoc *verſ.2.obſ.3.*) hi sũt.

1505 Conſaluus Fernandus Aghilar Cordubę, Sueſſæ Dux, q magnus Capitaneus fuit vocatus ob claras victorias habitas.
1507 D. Io. de Aragonia, Ripæ Curſiæ Dux.
1510 D.Raimũdus de Gardona, Albẽti Comes.

1523 Don Carolus de la Noya.
1527 Don Vgo de Mendozza.
1528 Philibertus de Chialon, Princeps Orãgię.
1530 Cardinalis Pompeius Columna.
1532 Don Petrus de Toledo, Marchio Villæ Franchæ.
1554 Don Petrus Pacecus, Cardinalis Sigontinus.
1555 Don Fernandus Aluarez de Toledo, Albæ Dux.
1559 Bartholomeus Cardinalis de la Cueua.
1559 Don Perafan, Alcalà Dux.
1570 Antonius Perrenotus, Cardinalis de Granuela.
1577 Don Indicus de Mendozza, Marchio Mondesciar.
1579 Don Ioannes de Zunica, Princeps Petræ Persiæ.
1582 Don Petrus Giron, Dux Ossunæ.
1586 Don Io. de Zunica, Comes Mirandæ.
1596 Don Henricus de Guzman, Oliuarensium Comes.
1599 Don Ferdinãdus de Castro, Lemensium Comes.
1603 Don Ioannes Alphonsus Pimentel, Comes Beneuenti.
1610 Don Petrus Fernandez de Castro, Comes Lemensium.
1616 Don Petrus Giron, Dux Ossunæ.
1622 Don Antonius Aluarez de Toledo, & Beamont, Dux Albæ.
1629 Don Ferdinandus Afan de Ribera, & Enriquez, Alcalà Dux.
1631 Don Emanuel de Fonseca, & Zunica, Comes de Monterey, & Fuentes, qui in hac tempestate excelse, ac fœliciter regit.

Commissio autem Domini Ducis Ossunæ legis nostrę Conditoris, (ad instar cuius cæteræ forte fuerunt.) Hæc fuit.

PHILIPPVS Dei Gratia Rex Castellæ, Aragonum, Legionis, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Portugalliæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Gallitiæ, Maioricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Mursiæ, Giennis, Algarbij, Algeziræ, Gibraltaris, Insularum Canariæ, necnon Indiarum Orientalium, & Occidentalium Insularum, ac Terræ firmæ maris Oceani,
15 *Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Athenarum, & Neopatriæ, Comes Auspurgi, Flãdriæ, Tirolis, Barcinonæ, Rossilionis, & Ceritaniæ, Marchio Oristanni, & Goceani. Vniuersis, & singulis præsentiũ seriem inspecturis tàm præsẽtibus, quã futuris Regalis curæ est, & rebus gerendis, & locis præficere viros virtute, et auctoritate præstãtes, tum etiã fide, et vitæ integritate probatos, cum enim Reges, neq; negotijs omnibus interesse, neque omni in loco præsentes esse possint, fit, vt, ac maximâ cura debeant stipulari, quales viros rebus, & locis præficiant. Cum itaque Illustrem Don Petrum Fernandez de Castro, Comitem de Lemos, Consanguineum nostrum fidelem Dilectum, qui nunc in Regno Neapolitano Vicem nostrã magna cum laude obtinet, vocari ad nos decreuimus, vt hic apud Nos in Sacro supremo nostro Italiæ totius Consilio Præsidis munere fungatur. Visum nobis eidem Regno proponere virũ, cui eius administratio cõmitti optimo iure queat, vt qui ille in obsequium nostrum in Regni vtilitatem in vasallorum nostrorum commodum gessit, hic alius prouehere cum magnis virtutis fidei, & constantiæ documentis possit, hęc cum dici nobiscũ, et attente cogitaremus se se præsens obiecit virtus Illustris Don Petri Giron, Ducis Ossunæ, Comitis Vreniæ, et Marchionis de Pennafiel, Consanguinei nostri fidelis dilecti, cui hoc onus cõmitteremus, etenim præter egregia sua in bello, & præclara facinora, quibus se præstantem in Belgio se exhibuit plurima, & præclara bella patrando Ducem se præbendo aduersus hostinatissimos hostes nostri nominis, præter generis etiã antiquitatem, & maiorum suorum virtutem, illud nos denuo incitauit, qui nuper præpositus Regno Siciliensi cum munere Viceregis, clarissimę militię, pacisq; munia omnia administrauerit, ciues tuendo, hostes arcẽdo, vincendo etiam, nos quoque clarissima opera sua decernendo, qua facta, vt Regnum illud in parlamento suo generali decreuerit nobis seruitium trecentorũ millium ducatorum, quot annis nouennium vsque, vt facilè speremus fore Neapolitanum Regnum pari virtute cum eodem Viceregis munere, & integritate à se administrandum: motu igitur proprio, ac ex certa nostra scientia*

firmo,

firmo, ac deliberato animo, ac Procerum nostrorum, qui apud nos assistunt, maturo accedente Concilio, ac deliberatione, iam dictum Illustrem Don Petrum Giron, Ducem Ossunæ, consanguineum nostrum ad unum triennium à die captæ possessionis computandum Viceregem Locumtenentem Generalem nostrum à latere nostro dextero sumpsimus, personamq; nostram, & alterū nos repraesentantem, armorumq; Capitaneū nostrum Generalem, tàm in mari, quàm in terra in dicto nostro Siciliæ citra Farum Regno facimus, deputamus, creamus, constituimus, & ordinamus, itaut deinceps dicto triennio durante, sit Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, & alter nos in dicto Regno, ac vice loco, & nomine nostris, & in personam nostram præsit, & præferatur omnibus, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prælatis, & Religiosis personis, necnon fidelissimæ nostræ Ciuitati Neapolis Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, alijsque Ciuitatibus, Vniuersitatibus, & Terris, ac uniuersis, & singulis Tribunalibus, & Officialibus nostris, tàm maioribus, quàm minoribus, quouis officio, dignitate, auctoritate, & gradu, atque conditionne distinctis, & præcipuè Castrorum Castellanis, armorumq; nostri terrestris Exercitus, & maritimæ Classis Capitanijs. Dantes, & concedentes eidem Illustri Don Petro Giron Duci Ossunæ amplissimam auctoritatem, & potestatem, vt nostriq; vice nomine, & auctoritate, & tanquam persona nostra, & alter nos possit, & valeat super ipsos, & quemlibet ipsorum vniuersaliter, singulariter, ac distinctè disponere, mandare, ordinare, & statuere pro suo arbitrio, quæ seruitio nostro bono Statui conseruationi, & beneficio Reipublicę dicti Regni nostri videbuntur expedire, atque in ipsos, & alios quoscunque dicti Regni subditos nostros, ac etiam super extraneos ibidem existentes, & quomodolibet declinantes, & transeuntes, seù moram trahentes præsentes pariter, & futuros per se, aut Officiales nostros ad id deputandos nostro nomine exercere, & exerceri facere omnem iurisdictionem ciuilem, & criminalem altam, & bassam, & aliam quamcunq; merum, & mixtum Imperium cum omnimoda gladij potestate, quoscunque delinquentes, & culpabiles castigare, & pœnis debitis plectere, aut si ei videbitur de, & super criminalibus excessibus, seù delictis quibuslibet quocunque supplicio dignis, etiā de crimine lęsę Maiestatis in primo capite guidare, remittere, indulgereq; atque reos, & culpatos punire, componere, castigare pacisci, & pœnas tàm ciuiles, quàm criminales, motas, & mouendas etiam supplicationum, & appellationum iam introductarum, & introducendarum, & alias quascunque tàm viduarum, pupillorum pauperum, quàm Vniuersitatum, & singularium personarum ad se, & audientiam nostram Regiam auocare, easque committere, & decidere, & fine debito terminare, & seruatis in omnibusq; Priuilegijs, Constitutionibusq; Pragmaticis, Sanctionibus, Capitulis, & Obseruantijs dicti Regni ad effectum deducere, ac etiam cum potestate summariè, simpliciter, & de plano procedendum præterea guidatica criminum, & debitorum, (vt vocant) & longamenta, saluos conductos amparamenta concedere. quoscumque ex illicito, & damnato coitu procreatos, aut procreandos, tàm ad honorem, quàm ad successionem bonorum burgensaticorū, & feudalium legitimare, & habilitare. deferendi arma, tàm defensiua, quàm offensiua facultatem concedere. Tutores, & Curatores, & Balios pupillis minoribus, & alijs dare, illosq; confirmare, atque in causis spiritum vitæ insufflare, marcandi, & represaliandi, licentias impartiri, quoscunque Officiales maiores, & minores, tàm ad beneplacitum, quàm ad vitam Castellanos Castrorum, Gubernatores, Auditores Prouinciarum, Capitaneos, Iustitiarios, Aduocatos, & Procuratores Fiscales, Magistros Portulanos, Dobanerios, Thesaurarios Prouinciarum, Secretos, Credenzerios, & alios quoscunque Officiales, tàm in casu vacationis, quàm alios, donec consultè prouideatur creare, & instituere, & illos creatos, & si fuerint à nostra Regia Maiestate creati, & ordinati punire, & ex causa ab eorum officijs suspendere,

dere, & priuare, & alios de nouo constituere, & ordinare, prout ei visum fuerit Equites quoque, aut Milites, & Doctores in in quacunque facultate, Iudices ad contractus, & Notarios creare Magistros Actorum ex causa facere, & assumere etiam in casu non ordinato, acta, & processus reualidare, & contractibus super rebus feudalibus assentire, exceptis tamen casibus per Regiam Pragmaticam, vel alias reseruatis. nouas inuestituras quorumcunq; Principatuum, Ducatuum, Marchionatum, Comitatuum, Baroniarum, & aliorum quorumcunque bonorum feudalium, tam titulatorum, quam sine titulo legitimis successoribus, & alijs personis de rebus feudalibus facere, & homagia, & fidelitatis iuramenta à feudatarijs accipere, possit insuper matrimonijs, quæ per magnates, et alios Regnicolos præfati Regni fieri contingant, assensũ præstare, & ordinationibus, & statutis per quascunque Vniuersitates faciendis consentire, necnon prohibitiones, victualia, seù pecuniæ, seù aliæ quęcunque res à pręfato Siciliæ citra Farum Regno extrahantur facere, & super illis dispensare, necnon possit, & valeat dignitatibus, Archiepiscopatibus, Episcopatibus, Abbatijs, & alijs Prælaturis, cęterisq; quibuscunque beneficijs Ecclesiasticis ad prouisionem, collationem, & præsentationem nostram pertinentibus, & spectantibus prouidere, & præsentare personas idoneas, & sufficientes exequutorias, de quibuscunq; Bullis Apostolicis, & rescriptis concedere, consultationibus super dispensationes Regiæ Pragmaticæ digestis per bonæ memoriæ Alphonsum Secundum, Ferdinandum Secundum, & Federicum prædecessores nostros in dicto Regno respondere, & quæ facienda per Consultores erunt disponere, & ordinare, cum quibuscunque Legibus, Pragmaticis, & Constitutionibus ad supradictorum omnium effectum nostro nomine dispensare, & generaliter omnia alia, & singula facere, & statuere, exequi, & ordinare, quæ eiusdem Regni bono, & pacifico Regimini, & administrationi, ac defensioni in præmissis, & circa ea omnia dependentibus, & emergentibus ex eis necessaria visa fuerint, & opportuna, & quæ nos ipsi facere mus, & facere, et exequi, et mandare possemus, si personaliter interessemus, etiam si talia fuerint, quæ de iure, vel de facto personaliter nostram præsentiam exigerent, et sine quibus præmissa, vel eorum aliquod ad debitum effectum deduci requirant, etiam si maiora, vel grauiora fuerint superius expressis, et quæ de iure, vel de facto, aut alias mandatum exigerent magis speciale, quam præsentibus, est expressum: Nos enim in, et super prædictis omnibus, et singulis, et ex eis dependentibus, et emergentibus, incidentibus, et annexis, ac eis quouis modo connexis totum, et plenissimum posse nostrum authoritatem, et facultatem nostram iam dicto Illustri Don Petro Giron Duci Ossunæ, per præsentes concedimus, et plenariè elargimur cum libera, et generali administratione, quibuscunque in contrarium facientibus, non obstantibus, etiam si talia forent, de quibus expressam mentionem fieri oporteret, quibus omnibus, et singulis ijsdẽ motu, scientia, et authoritate derogamus, et derogatum esse volumus per pręsentes supplentes ad cautelam de nostræ Regiæ potestatis plenitudine, omnes, et quoscunque defectus, et sollemnitatũ, omissiones sequi, aut quæ fortè in his omnibus, et singulis interuenisse dici, aut allegari possent. exhortantes vniuersos, et singulos Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Prælatos, et alias Ecclesiasticas personas; mandantes fidelissimæ Ciuitati nostræ Neapolis Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, cęterisque Vniuersitatibus Officialibus, et subditis nostris quocunque titulo, officio, et authoritate fungentibus, Capitaneis quoque Militum, et Equitum, triremium, aliarumq; Nauiũ, Præfectis Castrorum, et quibuscunque alijs in prædicto nostro citerioris Siciliæ Regno constitutis, et constituendis, vt prędictum Illustrem Don Petrum Giron Ducem Ossunæ dicto triennio durante, pro Viceregge, Locumtenente, et armorum Capitaneo Generali, et altero nos eorumque Superiorẽ, et auctoritatem, potestatem, et personam nostram omninò repræsentantem habeant, teneant, reputent, reuereantur, et obseruent,

eique,

eique, & iuſſionibus ſuis, vt noſtris obtemperent, & obediant, omneſq; ei aſſiſtant ſeruitijs bonori, & honorificentia, etiã ſi oportuerit manu forti, & non contrafaciant, vel venire permittant, aut præſumant ratione aliqua, ſiuè cauſa, ſi præter iræ, & indignationis noſtræ incurſum, pœnas confiſcationis omnium bonorum ſuorum cupiunt euitare, & fidelitati noſtræ, qua aſtricti ſunt non contrauenire deſiderant; in cuius rei teſtimonium præſentes fieri iuſſimus noſtro magno negotiorum præfati citerioris Siciliæ Regni ſigillo impendenti munitas. Datum Lermæ die vigeſimoſexto menſis Septèbris, Anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo decimoquinto; YO EL REY. Vidit Comes Theſaurarius Generalis, Vidit Caymus Regens, Vidit Quintana Duegna Regens, Vidit Montoya de Cardona Regens, Vidit Carolus de Tapia Regẽs, Vidit Don Philippus de Haro de Zarate Regens. Soluat ducatos centum vigintiquinque Cantarero pro taxatione. in priuilegiorum Neap. 24. fol. 144. Titulo de Viſorey de Napoles por vn triennio en perſona de Don Pedro Giron, Duque de Oſſuna &c.

Ex hac commiſſione nota, ibi, *Conſanguineo noſtro*, quod Rex iſtos Dominos magnates denominat fratres, ad exemplum 1. *Paralipom. cap.* 28. *nu.* 2.

Hæc inquã fuit commiſſio Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Principis Ducis Oſſunæ, D. Petri Giron, ex antiquiſſima, & nobiliſſima Familia de Ciſneros, & indè Giron, ex cauſa, quia Regi D. Alonſo ſuccurſum præſtiterunt cum Equo, & cæperunt, *el Giron*, vt teſtatur *Ioannes Arz. de Nobilitate Hiſpanica cap.* 3. *ſub num.* 6. *verſ. diuiſa*. Iſte enim

16 Princeps poſt expletum Gubernium in Inſula Siciliæ per annos quinque, cum magna acclamatione, & panegirico omnium, & cũ quiete vniuerſali illius Inſulæ, vt notum eſt, & teſtatur *Giurb. in deciſ.* 9. *in princ. & in*

17 *deciſ.* 118. *in princ.* venit indè ad gubernium huius Regni 22. Auguſti 1616. quod rexit vſque ad 24. Iunij 1620. & quidem magna cum acclamatione gubernare cæpit, omneſ-

18 que ſub timore valido tenebat, carceratoſq; ſumptibus eorum cuſtodiri iubebat, & licet tollerandum credebat, quia Hiſpaniæ ita obſeruari fertur, & eſt ex *l. ſi grauius* 16. *cum ſeq. C. de dignitatibus lib.* 12. vbi Illuſtres non carcerantur, ſed ſub cuſtodia militari cuſtodiuntur. tamen noua res viſa fuit, quia in Regno non erat hoc vſu receptum: ſed practica hæc etiam deſumi poſſet, ex *l. cum ſæpè. C. de erogatione militar. annona, lib.* 12. *& ex conſtit. Regni Humanitate nobis. § fin.* vbi dicta eſt taxata cuſtodi in granis 13. notatq; *Campagna in cap. Regni grauamina. num.* 45. *in fine.* & dum de menſe Septẽbris 1618. ſcripſerit Plateis huius Ciuitatis pro hoſpitandis militibus in ea, quæ

19 & ſi de iure cõmuni teneretur. *l. omnes qui.* 9. *C. de metatis lib.* 12. attamen ex notorijs priuilegijs Ciuitas Neap. eſt immunis à tali grauamine, & etiam facit in *l. vnic. C. de capitatione ciuium. lib.* 12. *& l.* 1. *C. ne ruſticani ad vllum obſequium. de voc. lib.* 11. vbi plebs Vrbana immunis eſt à cenſu capitis, & licet in hac Ciuitate per prius ſoluebantur collectæ, fuit data gabella boni denarij, & fuerunt remiſſæ collectę, *Andr. in auth. habita. C. ne filius pro patre. col.* 9. *Capyc. in ſua inueſtitura feudali. in verb. collectæ. fol.* 282. & de hac gabella boni denarij, quæ eſt granorum 20. pro ſingulis vncijs, vide *pragm.* 1. *de vectigalibus.* Occaſione enim prædictarum nouitatum à Duce motarum, germinauerunt, ac pululauerunt animorum alterationes, & odia, & hinc lacrimæ, & miſſiones Oratorum ad ſuam Maieſtatem, difficile eſt enim in magnis rebus adminiſtrandis, omnibus poſſe placere, teſte *Plutarcho in vita Solonis*, & quoniam à Proregibus appellatur ad Regem. *l. à Proconſulibus. C. de appellat. Franc. in cap. dilectis. col.* 8. *verſ.* 6. *quæritur, verſ.* 2. *quæritur, de appellat.* probaturq; in *l. eos. C. de appellat. & Maſtrill. de magiſtr. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 97. & ſumpta ex his materia, de eo aliqui exceſſus apud Regem noſtrũ optimum Philippum Tertium fuerunt notati; ſed quamplures actiones bonæ ab eo geſtę potius dici poterant, ſed quoniam vt *Saluſtius* docet, *ſuus cuique animus ex conſcientia ſpem præbet*; Hiſpaniam petijt, præcedẽte eius voluntaria venia à Rege petita, vt eſt videre in commiſſione D. Cardinalis Boryæ infra in hoc *verſ.* 2. *obſeru.* 3. *nu.* 16. & tandem mortuo Rege Philippo Tertio, Madrid

20 carceratus extitit ordine noſtri potẽtiſſimi Regis Philippi IV. ſub die 7. Aprelis 1621. ſic currit rota fortunæ, (dico de fortuna per modum loquẽdi) quoniam fortuna, & virtus, raro inſimul congregantur, ſecundum *Maximum Tirium in ſermone* 26. *relatum in libro Hoggedi fol.* 332. ſique ſancta Eccleſia vetat dici ex profeſſo, fortunam ſuper humanis rebus vim habere, tamen non vetat poſſe dici, aliquem fortunatum, vel infortunatum, quia eſt modus loquendi; & *Diuus Auguſti-*

nus

nus dixit: *O fortunati Martyres. Diuusq; Thomas in 1. par. summa. quaest. 116. art. 1. & 2.* concedit fortunam, & fatum in rebus humanis adesse. & à Deo hominibus datur, *Bald. in tit. de pace const. §. hoc quoque. nu. 8. circa med. per l. in nomine Domini.* C. *de offic. Praefect. Affr. in princ. & auth. quomodo oportet Episcopos. in princ. & per alia iura ibidem.*

21 Et si Praefectus Praetorio visitationi non subsit, vnde Imperator Traianus aiebat, *Praefectum Praetorio creasse eum altissima potestate, etiam supra ipsum, Bouadilla in politica tom. 1. lib. 1. cap. 6. num. 10. fol. mihi 99.* vbi Traiani Verba refert, & per *Gubernatorem Christianum in lib. 1. cap. 18.* qui multa exempla, & praecipuè illud Pharaonis cum Iosepho describit. *Gen. 1.*

Et Plato vniuersalis Legislator statuit, omnes Officiales subditos esse, ad reddendũ rationem sui officij, praeter Proreges: vnde dixit Aurelius Iureconsultus in *l. 1. ff. de offic. Praefecti Praetorio*, quod Princeps eos, qui ob singularem industriam exprobata eorum fide, & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibet, non aliter iudicaturos esse pro sapientia, & luce dignitatis eorum, quã ipse foret iudicaturus. Tamen huic acutissimo Proregi aliter euenit, siquidem potentia Regis supra hominem est, & manus prae longa *Herodotus in Vrania.* Sunt enim Principes supra Proreges, Reipublicaeq; clauum habent, sicut Nautae, & Horologia pro noctibus, & pro diebus, & similiter pro fortunis grandium, & inferiorum, secundum gestorũ, seù delictorũ genera. Hinc dicitur omnia non expectanda homini sunt, quantumuis inopinata, *Dionis. Halic. lib. 4.* Attamen & si violenter vsi fuerunt Alexander erga Parmenionem: Galba erga Marcum: & Dionus erga Eraclidem. Reges tamen nostri potentissimi, qui omnia maturè, & secundum iustitiam peragunt, obseruando illud *Cassiod.* dictum, *Faelix querela est, cum leges pietate superãtur: cum Dominus aduersus sua Iudici amabili concertatione dissentit*; ac enim disposita in *§. 1. vers. illud, in auth. de Praetore Lituania in constit. 25.* secundũ *lecturam Alcandri*: vt quando ad Regem recurritur contra ipsos, ait Imperator: *conuenienti cum animaduersione prosequemur: & quemadmodũ ille, neque verba nostra, neque leges, neque formam, & gradum Magistratus veretur, ita neque nos ipsum verebimur: sed perindè ei obutabimus &c.* idemque habetur in *§. 1. vers. quemadmodum. in auth. de Praetore Thracia.* Fuit enim contra istum Dominum informatio capta Neapoli ordine Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis Boryae Locumtenẽtis Regni eius successoris, per integerrimum, ac oculatissimum Scipionem

22 Rouitum Regium Consiliariũ, qui fuit inde transmissus ad nostrum Regem Philippum Tertium 27. Octobris 1620. pro facienda relatione de hac causa, & inde feliciter peracto negotio, reuersus est Neapolim 21. Martij 1622. & post dictam carcerationem eiusdem D. Ducis ordine nostri Regis Philippi

23 Quarti fuit Neapolim transmissus Dominus Don Franciscus Antonius de Alarchon Hispanus, Eques Ordinis Sancti Iacobi, de Consilio Suae Maiestatis, vir summae bonitatis, prudentiae, ac doctrinae, & adeo, quod exemplariter vidimus, vt in singulis diebus, nil scribere, audire, aut pertractare intenderet, nisi audita prius missa: eiusque aduentus fuit, pro repetẽdis testibus examinatis à praedicto Consiliario Rouito, ac etiam pro capienda informatione contra eundem D. Ducem, & pro examinandis testibus in eius defensione; vetus enim ordo (secundum *Liuiũ*) est, vt in capitali lite patruum, inquisitiones, percontationes reorum, testium repetitiones, atque cum reis compositiones, (quae secreto fieri debent) per Commissarios à Rege deputatos fiant; & *Valerius Maximus sub tit. de testibus. cap. 5. fol. 413.* dixit, *Testes etiam magni ordinis, & dignitatis, extitisse repulsatos*, vt in casu isto euenit, nam contra graues viros propositae repulsae fuerunt pro parte eiusdem D. Ducis: venit inquam Neapolim Illustrissimus Eques praedictus 2. Februarij 1622. & inde reuersus fuit Hispaniã 14. Septembris 1623. & in medio tempore, quo Neapoli permãsit, ordine Suae Maiestatis visitauit quatuor Consiliarios, vt ex eius Banno emanato 23. Februarij 1623. est videre: & quoniam magna cum circũspectione, ac mira dexteritate censura magistratuum praedictorũ fuit functus, à Rege nostro magnis honoribus decoratus extitit, & ad supremum Castellae Aragonum Consilium assumptus, & inde pro obseruantia dictorum in *Prouerb. 27. diligenter agnosce vultum pecoris tui.* quem locum de visitando ministros intelligit *Gubernator Christianus Frater Io. Marquez in lib. 2. cap. 31. col. 15. in fin. fol. 344.* Visitator Generalis in Regno hoc fuit electus, & die 26. Iunij 1628. eius Commissio lecta in Regio Palatio, in sala parua, coram Illustriss. & Excellentiss. D. Duce Aluae, Prorege incomparabile, & coram omnibus Concilijs, ac Tribunailbus (hoc ordine) sedentibus. D. Prorex sub solio in capite. Idem D. Visitator in manu leui extra solium, & ante ordinem DD. Regentium,

qui in

qui in ſellis ſedebant cum DD. Præſidente Sacr. Conſil. & Regiæ Cameræ Summariæ, Scriba rationũ, & Theſaurario generale Regni, & inde ſedebant in ſcabellis Regij Conſiliarij, & Præſidentes Regiæ Cameræ, & immediatè ſedebat Fiſci Patronus Regiæ viſitę prædictæ, & inde ſubſequebãtur Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, & duo Auditores Generales Exercitus, & Tertij, ſubſequebatur Iudex Curiæ Admiratiæ, & inde Iudex Generalis Equitum extraordinariorum, (cuius officium eſt nouum in Regno.) & poſtremo Auditor Triremium, poſteaq; eius munus communis cenſuræ aduerſus Officiales, & Viſitationi Regiæ ſubiectos, explere incępit, & iuſtiſſime proſequi non deſinit.

Ex ordine enim Inuictiſſimi Caroli V. de anno 1533. Regentes, & cęteros Miniſtros perpetuos, ſingulo triennio viſitari ſtatutũ erat, vt in *cap. 36. in priuileg. & cap. Neap. fol. 92. ater.* & inde in *cap. 4. de anno 1536. in priuileg. & capit. prædictis fol.* 102. *ater.* fuit confirmatũ, vt ne dum ſingulo triennio viſitentur, ſed crebrius, ſi id fieri oportuerit. Sed *Ioſeph de bello Iudaico lib. 2. cap.* 15. ait, *Superflua aduerſus Rectores eſt querela &c.* eo fortius, quia iſtante communi periculo, conciliari ſolent diſſidentium animi, *Dioniſ. Haly. lib.* 8. nam ſi diſſentirent, vtrique haberet ſuffragatores ſuos, *Iſocrat. in oratio. ad Demo.* & militaret *text. in l.* 1. C. *de lucris Aduocatorum. lib.* 12. qui mandat Officialiũ delicta debere pandi, vt puniantur, & *gloſ. fin. in l.* 4. C. *de numerarijs. lib.* 12. ait, *inferiorẽ debere accuſare ſuperiorem.* Attamen maiorũ delicta vt ſæpius cęlantur, & non puniuntur, & Iuſtitiæ claues errant, *l. ad ſplendoris.* 7. C. *de diuerſis officialibus. lib.* 12. vbi *textus* ſubdit, *Inquiſiti in meliori fortuna poſiti, ſcelera commiſſa occultant, & alia deinceps poſſunt impune committere.* Merito exclamat *Dionyſ. Hali c. 7. lib.* 12. *Delicta occulta produnt, quia facinus in ſolitudine patratũ, nec vllius iudicio proditum, à facto ipſo omnium, & humanarum actionum inſpectrice iuſtitia indubitatis argumentis euincitur.* Magna peſtis Reipublicæ fuit introductio ſubornationis, quæ primo Athenis cępta fuit, & primus ſubornator extitit Anitus Athemeonis filius, Romæ vero, tempore Martij Coriolani. cumq; venditio, & emptio iſta prorupit, & inter concionis ſuffragia aurum, & argentum ſe ſe immiſcuit, hinc iudiciorum, hinc exercituum corruptela vnius dominio ſubiecit, Vrbem auro captiua ſeruiunt arma, ſapienterq; dictum euaſit, Romanũ Populum ex eo tamen primo perijſſe, qui primus epulum ei, largitionemq; dedit, *Plutarchus in vita Martij Coriolani.* Hinc vtilius expediensq; foret ſeruare tradita infra *verſ. 3. obſer. 3. nu.* 101.

Sed redeũdo ad materiã D. Ducis Oſſunæ dico, non eſſe nouum ſub Sole has mutatio-
24 nes ſtatus accidere, quoniam rectè inquit *Ariſtoteles de Republ. lib. 7. cap.* 1. Tantum ad vnumquemque fęlicitatis peruenit, quantum cuique virtutis, & prudentiæ, & actionum, his conſentaniarum, contingit. Dum enim fuit in regimine horum Regnorum vtriuſque Siciliæ, omnes Potentatus adiacẽtes deterruit, Turchas e noſtris maribus fugauit, Diuo Imperatori in Alemania enixe præſtitit auxilia, & Ciuitatẽ Venetam quaſi in collapſum poſuerat, eiuſque prætenſam præſcriptionẽ in mari Adriatico interrupit, Rateſq; ipſius per mare Adriaticũ intercepit. vt etiam refert *D. Valenzuela in conſil.* 100. *num.* 55. *in fin.* aliaq; maxima ſeruitia pro Corona fecit, vt eſt videre ex aſſertione Domini Regis noſtri in commiſſione eidem Duci tradita, quæ eſt ſupra hic *num.* 15. ſic
25 Scipio Aphricanus, qui ab amicis dona, & prouiſiones bellicas pro exercitu armando contra Aphricanos habuit, teſte *Titoliuio fol.* 334. *lit. A. & B. qui in lit. C.* ſubdit, (*Romanos in tanta fuiſſe neceſſitate eo tempore, quod Comitatum Capuæ vendiderunt,*) poſt deuictam Aphricam, & alia pro Populo Romano peracta, accuſatus extitit, quod à Rege Antioco pecunias acceperat, fuit enim conſtitutus coram Senatu, & Linternum ſibi in
26 voluntarium exilium elexit, vnde *D. Auguſtinus in lib. 3. de Ciuitate Dei. tom. 5. cap.* 21. *fol.* 27. *ater.* exclamat ingratitudinem Romę aduerſus Scipionem liberatorem ſuũ; idemq; facit *Valer. Max. in lib. 5. cap. 3. de ingratis.* Vixit autẽ Scipio in dicto Oppido Linterni, & in tanta paupertate, quod Senatus matrimonio eius filias collocauit, vt etiã euenit de Ariſtidis filiabus, vt per *Plutarchũ in eius vita.* & ne ipſo mortuo, in ingrata Patria funus fieret, prope Ciuitatem Caietę eius Sepulchrum fuit erectum, in quo infraſcriptos verſus lege per *Plutarchum in vita Scipionis prædictis fol.* 104.

27 *Deuicto Annibale, capta Cartagine, & aucto Imperio, hos cineres marmore tectus habes.*
Cui non Europa, nõ obſtitit Aphrica quondã,
Reſpice res hominũ, quã breuis vrna premit.

Mitialdes magnus Dux Athenienſiũ, de proditione accuſatus: cauſa cognita capitis abſolutus, pecunia multatus eſt, in 50. talentis, quantum in bello ſumptus factus erat. & nõ potens illa ſoluere, in vincula coniectus, in eis diem obijt ſupremum, *Emilius Probus in eius vita deſcripta in opere Plutarchi.* quo

etiam

etiam in loco de Pausania Lacędemonorum
Duce loquutus, miserum finem refert.

28 Annibal Cartaginensis post tot, tantaq; pro Patria gesta, fuit etiam in exilium condemnatus *Titus Liuius Decade 4. lib. 8. fol.* 454.

29 Appius, Claudius Consul fuit etiam carceratus, & condemnatus, licet ante exequutionem sententiæ, mortuus fuerit, *Titus Liuius decat. 1. lib. 2. fol. 36. ater. lit. E.* qui etiã
in *decat. 5. lib. 3. fol.* 507. recenset quamplu-
30 rimos Prætores Romanos Gubernatores in
Hispania citeriori, & vlteriori, accusationibus Hispanicis in Senatu Romano, fuisse delatos, & inquisitos: subdens, *Eosdẽ accusatores in Senatu institisse, quid erat agendum de quatuor mille hominibus natis ex militibus*
31 *Romanis, & mulieribus Hispanis. Et Senatus statuit eis locum in Carteia propè mare Oceanum;* vbi audio adhuc etiam loqui (saltem corruptæ) latino sermone, vt Romani antiqui eorum patres loquebantur.

Furius Camillus similiter in exilium damnatus extitit, teste *Plutarcho in eius vita*.

Belisarius Iustiniani Imperium sub auspicijs firmauit, Vandalos deleuit, de Persis triumphauit, Italiam, ac Romam Vrbem, & Neapolim liberauit, & tandem post multas Victorias, ac peractos Triumphos ab Imperatore excęcatus remansit, non ob aliam causam, quam ob liuoris improbitatem, & inde prope viam in tuguriolo constitutus, obulum ad victum quærebat, vt supra retulimus *vers. 2. obser. 1. num. 23.* & alia de alijs infortunia referri possent, sed breuitatis causa, & tanquam nota, prætereant.

32 Opponebatur inter alia contra dictum D. Ducem Ossunę, quod in aliquibus locis Neapolis pecuniam spargebat, quod est prohibitum, *l. 2. & 3. §. fin. C. de Consul. lib. 11.* sed ex dispositione *§. primi. in auth. de Consul.* potest Consul pecunias argenteas spargere in septem casibus, aureas verò non licet, vt ibidem: ac etiam, quod in aliquibus locis Ciuitatis Neapolis à plebe acclamatum fuerit, *viua il Duca*, & ipse ad hoc nil respondebat. sed *text.* est clarus in *l. 1. cum glos. C. de quæstor. lib. 12.* disponens, licere Populis rectè gubernantem clamorosis vocibus cõmendare, & acclamare, *viua il tale*. Verbum illud *viua*, desumptum est ex acclamatione Populi *Regum 1. cap. 10.* & est nimis odiosum Regi, quinimo *Cassaneus in consuetudine Burgundiæ rub. 1. fol. 63. nu.* 50. dicit, quod
33 concitans Populum ad acclamandum, *viua*
34 *il tale*, vel *all'arme, all'arme*, incidit in crimen læsæ Maiestatis; ibique *additio subdit, quod Plebs, quæ de facto, & per potentiam se defendit, vel tentauit se defendere, incidit in crimen seditionis*; de qua vide *l. 1. C. de seditiosis, Bald. in cons. 59. num. 2. vol. 1. & §. vt cautant. in auth. de mandat. Princip.*

35 Et meritò prudens Scipio Aphricanus, quando Hispani communi omnium consensu eum Regem acclamauere: vocem hanc Romanis auribus insuetam, subito oppressit, nec eum titulum sibi tribui passus est: quem optimorum Ciuium consuetudini, & Romanæ libertati aduersũ esse sciebat; hortatusq; est tantum Hispanas gentes: vt si in ferendas gratias memores esse vellent, fidem in Populum Romanum, beneuolentiamq; seruarent. *Plutarchus in vita Scipionis prædicti.* (Sic etiam legitur de Iulio Cæsare, qui dum Rex salutaretur, sciens nomen hoc apud Quirites à Tarquinio eiecto, odiosum remansisse: versutè (vt opinari licet) Plebi Regem eum salutanti respondit, se non Regem, sed Cæsarẽ esse: & ex hoc tempore, Imperatores sunt Cæsares vocati. vt per *Suetoniũ in eius vita cap.* 74. & in eius vita per *Plutarchum* legitur.) subdebat etiam Scipio prædictus, quod & si ipse animum regalem haberet, tali tamen nomine eum vocare se abstineant, *Titus Liuius decat. 3. lib. 7. fol.* 308. *ater. in princ. lit. D.* (licet *Nauarrus in relectione. cap. nouit. de iudic. in notab. 3. num.* 161. neget Romanos totam Hispaniam subiugasse, & quod Lusitani, Nauarri, & Cantabri ab eis fuerũt exempti.)

At si Dominus Dux veti Scipio Aphricanus non respondit, euenit, quia Populi non ad alium finem, quam ad laudandum ipsum Ducem tantum, agebant, maximaq; beneuolentia eum prosequebantur ex diuturnis acceptis beneficijs.

36 Erat enim Princeps iste acutissimi ingenij, ac admirabilis perspicaciæ, & adeo, quod in causis inopinanter decidendis, quasi alter Salomon communi omnium consensu reputabatur: sicq; se ostendit in varijs, ac diuersis occasionibus, vt omnibus innotescit, & signanter in Regia visitatione M.C.V. in anno 1619. in tribus enim diebus, carceratos ibi in maximo numero existentes, audiendo, liberando, ac secundum pęnas flagitiorum condemnando, cum admiratione omnium expediuit: illudq; *Prouerb.* 20. quasi fuit visum practicari, ibi. *Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo.* tantęq; erat prudentiæ, vt *Plutarchi sententia de ira*, ibi, *quod subita, & improuisa de statu mentis rationes deijciunt.* ei non obstabat. Siquidem periculosa magis, ac improuisa, lepidiori animo sedabat: experientiaq; sic diuersimodè docuit: & præcipuè in quadam

magna ciuili commotione Ciuitatis huius.
At ipſe placidè comparuit,& tanquam ſydus
in procelloſo mare,omnium animos repente
placauit. Sanctiſſimæ Conceptionis deuo-
tiſſimus viuebat: cupienſque pauperes ſub-
37 leuare, datium, ſeù gabellam fructuum tor-
nicenſis vnius pro quolibet ſextertio,quę prę-
cipuè tangebat pauperes,diù noctuq; aduer-
ſus eam exclamantes, deleuit de menſe Maij
1619. Quod omnibus gratum fuit: Popu-
luſq; cum proceſſionibus Deo gratias,Prin-
cipiq; iſto cum beneuolentia maxima: Ve-
ritatis quidem indagator ſummus erat: ha-
bemus in *Iob.* 16. 10. *Diuinatio in labijs Re-
gis, & in iudicio non errabit os eius.* Veritas
enim eſt virtus ſpecialis, & pars iuſtitiæ, ſe-
cundum *Philoſophum.* 2. *&* 3. *Æthic. lib.* 3.
cap. 5. *&* 7. quem ſequitur *D. Thomas* 2. 2.
quaſt. 109. *art.* 1. *&* 2. ait quidem *Demoſthin.
in Epiſt.* 4. *Dijs mentiri nephas.* Liberaliſſi-
mus ſimiliter, præcipuè erga exploratores
contra Turchas Regiæq; Coronæ inimicos
(*liberalitas enim eſt ſuperabundare in datio-
ne, D. Thom.* 2. 2. *quaſt.* 117. *art.* 4.) ac etiã
pius verè, & effectiuè, licet terribilis ſe oſtẽ-
debat,adamuſim gerendo omnia magni Prę-
fecti Prætorio requiſita: experientiaq; do-
cuit, quoniã in multis exemplaribus cauſis,
potius pietate, quam rigore fuit vſus. Argu-
tiſſima reſponſa, faceta, ac lepida dicta in
eo vigebant, rationibus, ac exemplis actiſſi-
mis reſpondebat ſupplicãtibus, quos omnes
conſolatos demittebat,& adeo ꝙ de eo dice-
batur, vt frequenter etiam hoſtes delectaret.
Magna erat in eo cęleritas in bellicis proui-
ſionibus: & nouus quidem Mars vocabatur
etiam ab hoſtibus Turcis, qui in timore, &
tremore de eo viuebant. Determinationes,
ac condemnationes ſuo marte ſubitò, ac aſ-
firmatè pronunciabat: Proconſiliarium in
in Sac. Conſ. Capuanæ, ac Propræſidentes,&
Proaduocatum Fiſcalem in Regia Camera
conſtituit: quod nouum fuit viſum; ſed an
facere potuerit, perquire infra hic *num.* 38.
verſ. hec duo iura.

Alia quamplurima heroica, & magna ge-
ſta, ac dicta Principis huius referri poſſent:
quoniam vt rectè ait *Frater Io. Marquez
Gubernator Chriſtianus in lib.* 1. *cap.* 15. *me-
moria magnorum Gubernatorum eſt exten-
denda.* Prout fieri deberet de iſto Principe,
ſed tamquam omnibus nota prætereuntur,
Tempus enim veritatis pater clarificauit,
atque clarificat, gubernium, & admirabiles
reſolutiones ipſius, in diea quaſi ab omnibus
optari, & acclamari. Sed quoniam magnis
Gubernatoribus, vt plurimum infortunia
eueniunt, vt ſupra de aliquibus retulimus,
præcipuè dici poſſet, huic Principi eueniſſe,
ſicuti, & illi magno Capitanio Gonſaluo
Aghilar de Corduba, Sueſſæ, ac Terrænouæ
Duci, Regniq; huius Acquiſitori pro Ferdi-
nando Rege Catholico, qui dum Regni Pro-
rex exiſteret, aduerſus eum ad Regem Ca-
tholicũ in Hiſpaniam iuit Io. Baptiſta Spinel-
lus Patritius Neapolitanus, propoſitiſq; quę-
relis in anno 1504. maxima in Rege ſuſpitio
exarſit. conſtitutiſq; Concilijs cum iuncta
particulari DD. Thomæ Malferit, Aloyſij
Zapatæ, Aloyſij Sancij, eiuſdem Io. Baptiſtæ
Spinelli, ac Secretarij Michaelis Perez, fuit
idem Magnus Capitanius in Hiſpaniam
vocatus, qui dum ſe excuſauit mediante eius
Secretario Io. Lopez de Vergara ad Regem
miſſo, auxit ſuſpitio, Regiq; anſam præbuit,
mandandi Caſtellano Caſtri noui, vt ipſum
Magnum Capitaneum in Caſtro prædicto
detineret, quinimo ad Populi Neapolitani
beneuolentiam magis captandam, Rex etiã
Populo ſcripſit,& quinque voces, prout No-
biles in Ciuitate habebant promittebat: ſed
inde aliquibus impedimentis ſubortis, non
fuerunt prædicta exequutioni demandata:
& Rex ſtatuit Neapolim petere, quo à ma-
gno Capitaneo audito, ſtatim obuiam Regi
perrexit, relictis eius Locumtenente Anto-
nio de Cardona Padulæ Marchione, & Tri-
remium Gubernatore, Nunio de Ocampo ex
antiqua Numantia Equite, ſtrenuo militiæ
Magiſtro, Arciſq; Neapolis Præfecto, & in
acquiſitione Regni huius nimium elaborato,
cõſanguineo hodierni eminentis Conſiliarij
D. Franciſci de Ocampo, de quo infra *verſ.
3. obſer.* 3. *nu.* 171. Iſte enim Nunius cum
triremibus ad Caietam Ciuitatem acceſſit,
ibiq; reperto ſupradicto magno Capitaneo,
qui per terram iter habuerat, ex Caietæ
lugurijs allabitur oris, & Regem in Ciuitate
Ianua reperijt, cum quo reuerſus eſt Neapo-
lim 1. Nouembris 1506. in qua Rex paucis
menſibus reſidentiam habuit, nam ob mor-
tem Philippi Archiducis Auſtriæ, & Regis
Caſtellæ eius Generi, Hiſpaniam repetijt,
ſecumq; traxit eundem magnum Capitaneũ,
quem quaſi carceratum vſque ad extremum
vitæ ſpiritum detinuit, prout omnia notat
Hieronymus Zurita in tom. 6. *de las empre-
ſas, y ligas de Italia in lib.* 5. *cap.* 11. 17. *&*
27. *& in lib.* 7. *cap.* 6. 14. *& ſeq.*

Iſte autẽ Dominus Dux Oſſunæ poſt eius
carcerationem fuit mediante ſentẽtia Regia
liberatus, & abſolutus, & inde vitam cum
morte commutauit 24. Septembris 1624. cũ
viua ſpe ſalutis æternæ.

Sed ad materiam DD. Proregum redeun-
do, eſt ſciendum, quod Proregis authoritas,

atque potestas est sicuti illa Regis, *praeter* instructiones secretas, & Pragmaticas, aut literas particulares Regis, specificè eis denegantes aliquid fieri, vt supra diximus, & latè hanc materiam explicauit *doctissimus Ioan. Franciscus de Ponte*, qui verè omnia scire potuit, tanquam Decanus Collateralis Consilij per plures annos, & per plures Regens in supremo Italiae Consilio apud sapientissimũ Philippum II. ac etiam Praesidẽs in Regia Camera Summariae.

Ego autem colligendo spicas, attingam aliqua specialia partim obuenta in diuersis negotijs occurrentibus, & partim recollecta ex dispositione iurium, etiã municipalium, cũ ampliatione, & limitatione vt infra: Verum circa hanc materiam videas primo *text. notab. in §.1. in auth. de Pratore Licoania, & in §.1. de Pretore Pissidia constit.24. & 25. cum seq.* secundum *Lecturam Aloandri*, vbi authoritates, & gesta Proregum plenè reperies, & signanter in *§.1. in auth. de Pratore Paphlogonia. vers. praterea.* Datur enim particularis instructio Proregibus ibi, vt Fisci commoda iustis, & vndique inculpatis accessionibus augeant: habes etiam, quae debent in Republica euitare, & vide infra in *vers. 13. obseru. 1. num.19.* Verum inter caetera generalia, quae Dominus huius Regni Prorex prospicere, & obseruare consueuit, est, cum Principibus Italiae veram habere intelligentiam, & Turcharum repentinas insidias praeuenire: in grauibus negotijs iurisdictionum, Collaterale Concilium cum Capitibus Tribunalium, & alijs Ministris doctioribus (vt ei videbitur) ac Fisci Patrono Regiae Camerae pro eorum expeditione vnire: Religionẽ Hierosolymitanam protegere secundum ordinem Suae Maiestatis, & cum Oratore apud Summum Pontificem optimam habere intelligentiam: & prouidere aliquas Abbatias secundum earum valorem, Lectoresq; in studijs sibi cognitos, & Sacristam maiorem in Cappella, & Cappellanos Regios absque salario constituere: quo verò ad Gubernatores Domus Sanctissimae Annunciatae, curet, vt sint Magistri optimi, licet de eis non habeat electionem: sed in Domo Incurabilium ipse eligit, praecedente nominatione trium personarum in quolibet loco: sicuti etiam eligit Sacristam maiorem in domo praedicta, pro habẽda cura de monialibus. Potest enim D. Prorex omnia facere, quae solitus erat Rex in illa Prouincia, veluti & Legatus Papae argumento. *l. cum plures. §. cum tutor. ff. de administrat. tutor. Petrus Garsia in dicto* 103. Est tamen verũ, quod licet sit ei concessa potestatis plenitudo, illã tamen non exercet sicuti Princeps, sed cum causae cognitione, vt notat *Praesid. Anell. Amat. in consl.4. nu.11.*

Deueniendo autem ad aliqua specialia, quae D. noster Prorex facere valeat dicitur,

38 I. Quod de Iure communi Iudices perpetuos punire poterat, si fures, negligentesq; reperiebat: infirmosq; mutare, & alios loco ipsorum subrogare, *l. si quos Iudices. C. de officio Praefect. Pratoris Orient. vel Illirici, l. 3. C. de lucris Aduocatorum lib. 12.* quene infirmitas sit sufficiens ad remouendum Iudicem, ponit *Castill. in decis.126.*

At in Regno nostro habemus *cap. Regni incip. Item quod praedicti Officiales non ordinentur.* quo cauetur, vt Officiales non eligãtur inhabiles, senes, vel infirmi: sed si fuerint tales creati, non mutentur, nisi ex causa rationabili, vel causa infirmitatis, vel furti, & nominatio fiat Regi: & in casu mortis, antequam Proreges nominauerint, interim faciant administrare, donec Rex scripserit suã voluntatem; consimilis est *text.* in alio *cap. Regni item Magistri passuum*. quo cauetur, vt Prorex nominet in casu Officialis mortui, & interim nominatum exercere faciat.

Haec duo Iura, ac etiam ratio illa, quod Legatus à latere potest beneficia conferre, vt per *Io. Brunellum in tract. de potest. Legati conclus.19. & 21. in tract. tom.12. par. 2. fol. 244. ater.* tuentur gesta D. Ducis Ossunae, quo ad Proconsiliarium in S. C. & Propraesidentes in Regia Camera Summariae, & Proaduocatum Fiscalem creatos, vt infra *vers.14. obseru. 2. num.11.* sed postea in aduentu Illustriss. D. Cardinalis Borgiae Locũtenentis in Regno, fuerunt sublati ordine Suae Maiestatis,

Sed quicquid sit, in Regno hoc non seruatur, vt Proreges possint facere Proconsiliarios, vel Propraesidentes in Regia Camera Sommariae, nec nominatos exercere facere, pendente nominatione: quam practicam credo fuisse desumptam, ex *§. si Iudex. in auth. de iudic. & vt nullus &c.* & ex *constit. Regni cum noua.* & iam in creandis officialibus consuetudo est seruanda, *l. super creandis. 9. C. de iure fisci lib. 10.* sed quo ad constituendos Proregentes, vel Propraesidentem in S.C. aut Prolocumtenentem in Regia Camera, vide infra *vers.14. obseru.2.* In tantum enim creatio, institutio, vel destitutio Ministrorum perpetuorum spectat ad Regem, vt prohibitum sit Proregi aduersus Ministros perpetuos à Rege creatos manus imponere, nisi consulto prius Rege, & cum eius licentia, vt per *Marcum Antonium Surgentem de Neapoli illustr. lib.1. fol.164. cap.17. num.* 42. &

42. & ſpecificè, & expreſsè fuit ita ordinatũ per *Literas S. M. expeditas ſub die 8. Auguſti 1618.* regiſtratas in Cancellaria, occaſione carcerationis de facto per eundem D. Ducem Oſſunium ordinatæ in perſonã DD. Regentium Regiam Cancellariam Conſtantij, Montalui, & Proregentis Lopez ſub die 22. Auguſti 1617. mandauit enim D. Prorex prędictos Regentes ad Palatium venire, & illos recto tramite trãſmiſit in diuerſas regiones, ideſt Regentem Conſtantium, ad Caſtrum Ciuitellæ del Tronto: Regentem Montaluũ ad Caſtrum Manfredoniæ: & Proregentem Lopez ad Caſtrum Cotroni, in quibus ſteterunt vſque ad 11. Octobris 1617. & indè officijs reſtituti fuerunt. Qua occaſione ſumpta Rex noſter infraſcriptum ordinem emanauit, qui fundari poteſt in *l. vnic. C. de Præpoſit. laborum lib.* 12. vbi decernitur, Proreges debere carere omni actione contra Officiales, & ratio eſt, vt vota ſint libera, vt ibidem. ſolus enim Princeps Officiales remouere, quos ipſe creauit, debet; *Luc. de Pen. in l. contra publicam. verſ. 66. C. de re milit. lib. 10.* per *l. ſecundam. C. de Agentibus in rebus lib.* 12. & latiſſimè materiam hanc diſputat nouiter *D. Rigens Tapia in deciſ. 3. ſupremi Concilij*. vbi determinat Officiales non debere diſtingui, ideſt cognoſci ab alio niſi authoritate Maieſtatis Regiæ. Corroboratur etiam ordo prædictus ex *l. 2. C. de offic. Præfect. Auguſtalis.* ibi, *Et ſuper his referendi, non amouendi, vel puniendi habeat poteſtatem.* & in *l. 4. C. de offic. Rectoris Prouinciæ, & Bouadill. in politica tom. 2. lib. 3.*
39 *cap. 7. fol.* 139. *nu.* 57. & pro eiſdem Miniſtris facit doctrina *Io. Brunelli in tract. de dignitate, & poteſtate Legati*, vbi quod Legati à latere Epiſcopos deponere non poſſunt, quia eſt de reſeruatis Papæ, *c. 1. & 2. de tranſlat. Prælatorum*.

Tenor ordinis prædicti eſt, videlicet.

EL REY.

40 *ILluſtre Duque primo nueſtro Viſorrey, Lugarteniente, y Capitan General. Por las informaciones, que me inuiaſtes en carta vueſtra de 6. de Deciembre del año paſſado, entiendo las cauſas, que os mouieren à prender à los Regentes Coſtanço, y Montaluo, y al Proregente Diego Lopez, y como quedauan ya ſeruiendo ſus plaças, que me hà paruido muy bien, y os agradeſco el zelo con que me eſcriueſtes en razon de eſto. Però porque por ordenes mios eſtà prohibido à mis Viſoreyes el poder proceder cõtra ſemejantes Miniſtros, aſſi por el lugar, que occupan, como por la occaſion, que ſe da, para que los ſubditos les pierdan el reſpeto, y la juſticia ſea menos preciada, me hà parecido ordenar de nueuo, que vos en vueſtro tiempo, ni ninguno de mis Viſoreyes, que adelantes os ſucedieren en eſte cargo, en ninguna manera pongais manos en ſemejantes procedemientos contra los Regentes, Preſidentes, Conſejeros, y Miniſtros perpetuos, que me ſiruen, y ſeruiren de aqui adelante en los Tribunales d'eſte Reyno, ni vos, ni los de mas Viſoreyes futuros os podais valer de exemplos, y conſequencias paſſadas para alterar eſta prohibicion como en la pena, y quando hubieſſe alguna cauſa, que pida, porque en todo, y por todo han de depender de mi los dichos Miniſtros, tanto en la proſecucion, como en la pena, y quando hubieſe alguna cauſa, que lo pida, me los auiſareys, para que entendido mande proueer ſobre ello, lo que pareciere mas combenir à mi ſeruicio, y à la recta adminiſtracion de la juſticia, y eſta orden procureis, que ſe regiſtre en la Cancellaria, para que en todo tiempo ſe tenga noticia della, que es mi determinada voluntad. De Sant Lorenço à 8. de Agoſto 1618. YO EL REY. Con ſeñal del Conde de Lemos. Vidit Comes Theſaurarius generalis. Vidit Quintana Duegua Regens Vidit Caymus Regens. Vidit Carolus de Tapia Regens. Vidit Montoya de Cardona Regens. Vidit Don Philippus de Haro Regens. Vidit Canozar Regens. Lopez Secretar.*

Ex his literis (ibi) *Primo nueſtro*, nota, q̃ Rex vocat iſtos Dominos Proreges fratres: ad exemplum 1. *Paralipomenon* 28. *nu.* 2. vt alias diximus.

41 Sed forſan expediens foret Regi, & Reipublicæ practicare, *text. in l. 4. C. de defenſor. Ciuit.* quam omnino videas.

42 Ordo prædictus fuit extenſus ad omnia officia perpetua prouiſa per Regem, etiam quo ad Rationales Regiæ Cameræ, & ad Aduocatum pauperum, licet contrarium ſen-

tiant mens, & verba in ordine præ dicto, in quo illi tantum videntur comprehendi, qui iustitiam ministrant, vt vota sint libera. Hinc est, quod etsi in indultibus generalibus exceptuantur Officiales, qui in eorum officio deliquernnt: intelligitur de Officialibus iudicantibus, & non de illis, qui tantum administrationem habent, vt sunt Thesaurarij, seù Perceptores vicesecreti, & alij similes, *Mastrill. de indulto generali cap. 40. Lanar. in conf. 43. nu. 16. & de Ponte in conf. 49. vol. 1. Camill. de Medic. conf.* 150. sicuti exceprio Notariorũ in Indulto prædicto debet intelligi de Magistris Actorum, quia Hispaniæ Magistri Actorum vocantur Notarij, vt in fine dictæ Pragmaticæ Regij Indultus est videre. ibi, *Et Notarijs nobis in eodem Regno subiectis.* Sed quia de falsitate in instrumentis cõmissa loquitur, aliter videtur sentiendum.

43 II. potest Prorex in decisionibus causarum, (si vota paria fuerint in Collaterali Consilio) inclinare in illam partem sibi visam, *Vincent. de Franch. in decis. 252. nu. 6.* subdens, quod raro hoc faciunt DD. Proreges, sed tres adiunctos dare solent, & in casu quo votum suum dare vellent, in miniorem partem incliuare deberent, vt exemplum dedit Rex Ioannes Tertius Portugalliæ, qui inclinauit in liberationem inquisiti, ne dicatur, quod ex voto Regis moriatur, refte *Gubernatore Christiano in lib. 1. cap. 19. col. 14. fol.* 115. & vide infra *vers. 7. obseru. 3. nu. 27.* sed si adiunctos concedit, ex qualitate Iudicum datorũ, cognosci posset inclinatio Principis, vt infra *vers. 3. obseru. 3. nu. 250. vers. aduerte.* & hinc nota, quod quando D. Prorex in causis interuenit, Aduocatos patiẽter audire debet, *l. nec quicquam 9. §. circa Aduocatos. ff. de offic. Procons.* multaq; alia, quæ debet facere, ponit *Nicolaus Vigelius in 2. lib. digestorum cap. 15. de Procons. & eius Legato fol.* 156.

44 III. potest Prorex legem generalem condere, & in hoc Principi ęquiparatur, *l. 2. C. de offic. Præfect. Prætor. Orientis, & Illirici. l. 1. ff. de offic. Præfect. Prætor. l. formã. C. eod. tit. l. 1. C. de sentent. Præfect. Prætor.* & latè *Ottinellus in repetit. l. Imperium. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* ac etiam per legem generalem prouidere circa ea, quæ facere debeant Tribunalia Collateralis Consilij, & alia Regni, vt fecit D. Dux Albæ, Regni Prorex cum literis expeditis per Scriptorium 24. Ianuarij 1627. vt infra *vers. 7. obseru. 3.* videre poteris. idemque statuit D. Dux Alcalà quo ad iuramẽta à Doctoribus ordinata in anno 1630. vt ibid. in fine.

IV. potest minoribus restitutionem
45 in integrum concedere. non enim ab alijs,
nisi ab ipso concedi fas est. *l. omie. in fine. ff.*
de offic. Præfect. Prætorio, vel à Principe, *l. in*
causa. 2. in fine. cum seq. ff. de minorib. quia
& si restitutio in integrum est cognitio causę
dependentis ex officio, & arbitrio Iudicis,
secundum *Nicolaum Vigel. in lib. 2. ff. cap.*
4. fol. 102. *num. 50. in fine*, attamen à Rege,
vel à Prorege conceditur. Et in hoc Regno,
etiã à Sacto Regio Concilio Capuanæ, vt in
pragmat. 3. de offic. Sac. Conc. & videbimus
infra *vers. 3. obser. 3. in 17. potestate Præsid.*
S. C. sub num 115. & procedit, quia S. C.
46 Principis personam representat, *Vincent.*
de Franch. in decis. 5. circa finem, sed in
hoc aduerte, quia in in integrum restitutio
potest expresse tolli per legem, vt per *Vinc.*
de Franch. in decis. 431. num. 4. & sic fuit
prouisum per *pragmaticam editam per D.*
Comitem de Lemos Proregem 3. Nouembris
1611. *in 9. cap.* decernendo, vt nec per viã
restitutionis in integrum possit allegari suspicio Officialium post 40. dies commissionis causæ, & similiter per *pragmaticam D. Cardinalis Zapatæ Locumtenentis latam 27. Maij* 1621. fuit exclusa restitutio in integrum non petentibus primum, vel secundum beneficium infra mensem, ibidem. Cętera verò concernentia restitutionem in integrum perquire infra in *vers. 13. obser. 1.*

47 V. potest in casu necessitatis, absentiæ,
vel captiuitatis substituere sibi Locumtenẽtem, vt fundat *Consil. Rouitus in pragmat. 24. de offic. Sac. Cons. & in rubr. de Administratoribus, & quod personaliter seruiant; D. Ricc. collect. decis. 1056. Nouar. de elect. fori quæst. 7. num. 7. sect. 2. in vlt. impress. Neap. fol. 77. Regens de Ponte in tract. de potest. Proregis sub titulo de assensibus Regijs. §. 6. fol. mihi* 329. vbi refert exempla quando D. Comes de Lemos Regni Prorex pater substituit Ill. D. Franciscum de Castro eius filium secundogenitum, in eius Locumtenẽ-
rem, dum in anno 1600. Romam petijt ad
48 præstandam obedientiam Summo Pontifici,
& prædictus Illustriss. Dominus licet iuuenis
annorum 19. in circa, adeò fęliciter, & strenuè se gessit in gubernio: quod ab omnibus fuit commendatus, postea vero euenit Comes Lemos, post omnes functiones peractas in Italia cum magno decore pro seruitio suæ Maiestatis, (& tandem cognoscens mundi vanitates illum reliquit, & in sanctam Religionem Sancti Benedicti ingressus est circa

annum

annum 1619.) refert etiam exemplũ Ducis Machedę Proregis in Regno Siciliæ,qui ſimiliter ſubſtituit filium ſuum. Adde,& alia puta die 8. Octobris 1508. Comes Potentiæ nomine D. Antonius de Ghiuara fuit relictus Locumtenens à Comite Ripæ Curtiæ Vicerege, vocato in Hiſpaniam, vt refert *Paſſar. in ſuis annalibus*, & hoc eſt ex diſpoſitione Iuris, vt Prorex poſſit facere ſuum Vicarium, *§. 1. in auth. vt nulli Iudicum*, & Illuſtriſſ. D. Petrus de Toledo quando ab Imperatore Carolo V. fuit Senas miſſus, reliquit Locumtenentem D. Aloyſium de Toledo eius filium tertiogenitum, *Mutius Surgens in additione ad Marcum Antonium Surgentem eius fratrem in tractatu de Neapoli illuſtrata fol.* 444. ad quod etiam vide eundem *Marcum Antonium Surgentem fol.* 276. *in fin.* & nouiſſimè alios caſus cumulat *D. Regens Tapia in deciſ. 9. ſupremi Conſilij*,& in anno 1627. D. Marchio Tauræ Vicerex in Inſula Siciliæ ex hac luce ſecedẽs, reliquit Locumtenentem eius filiũ, qui miro ordine exercuit vſque ad aduentum D.Ducis Alburcherchę Proregis in menſe Octobris 1627. etenim & ſi delegatus à Principe Vicarium facere non poſſit, poteſt tamen filiũ ſuum facere, *gloſ. in rubr. C. de legationibus lib.* 10.

49 Aduerte tamen, quod Locumtenens non poteſt ſibi conſtituere alium Locumtenentẽ, niſi cum authoritate Principis, *Bald. in l.* 1. *§. à præfecto. ff. de legat.* 3. quem ſequitur *Martinus Laudẽſis in tractatu de Officialibus Dominorum. quæſt.*40. *& eſt in tractatibus tom.*16. *fol.* 279. *ater.* & habes in *§. 1. in auth. de Vicarijs &c. conſt.* 134. ibi, *Et hoc ex commiſſione noſtra*, & vide infra hoc *verſ.* 2. *obſeru.*4. *num.*57. *in fine.*

Sed ſupradictis obſtare videtur *text. in §. 1. verſ. inſuper. in auth. de moderatore Helenoponti coll.*28. vbi prohibetur, Vicarios in locum ſuum per Vrbes mittere, ſed ipſe Prorex Vrbes luſtrabit; & idem ſancitum eſt in *§. 1. verſ. enimuero. in auth. de Prætore Paphlogonia conſt.* 29. licet ibi ſequitur, *ſiquidem turpe eſt, vt quandiu in Prouincia ius redit, interim quoque vices ſuas contra legem committat*. Ergò in ſupradictis caſibus abſentiæ, vel infirmitatis ſubſtituere poſſet, ſumendo argumentum à contrario ſenſu, quod ſumi poteſt, quando vel prauus intellectus, vel Iuris antiqui correctio nõ ſequeretur, vt tradunt *omnes in l. 1. ff. de offic. eius*, & præcipuè *Dec. num.* 53. & comprobatur opinio hæc, ex *l.* 2. *C. de condit. inſer. & in l. Conuenticulum. C. de Epiſc. & Cler.* quod enim ſumitur à contrario ſenſu per argumentum, eſt ex vi verborum, & à contrario contextu indirectè *cap. cum apoſtolica. de his, quæ fiunt à Præl. ſine conſenſu Capit.* Argumentum quidem ſumitur ne dum à ceſſante qualitate requiſita à lege, verum etiam à ceſſante mente legis, *Alciat. lib. 2. de verb. ſignif. pag.* 121. *in parua impreſſione.* & poteſt colligi à *Bart. in d. l. 1. ff. de offic. eius.* Subſtitutionemq; hanc in caſu infirmitatis, extende etiam ad Patres Generales Religionum: fuitq; obſeruatum à Reuerendiſſimo Patre D. Brunone Effringuez Generale Ordinis Cartuſienſis, qui in anno 1630. longo morbo grauatus, & hæc omnia ſciens tanquã doctiſſimus, conſtituit ſibi in Locumtenentem Generalem R. P. D. Iuſtum Perrot Scribam Ordinis, ſingularem, ac probatum virum, cui vices ſuas delegauit, & à Capitulo generali fuit iniunctum eius Ordinibus obediendum eſſe, vſq; ad electionem alterius P. Generalis.

50 VI. Poſſunt Proreges tempore Belli, & in caſibus extremæ neceſſitatis, oppreſſionis publicę, Populi, aut Regni, imponere charitatiuum ſubſidium, & ratio eſt, quia cum defenſione vniuerſali, defenduntur bona particularia omnium, & hoc tàm de Iure diuino, quàm humano, iuxta tradita per *Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 16. num.* 162. *fol.* 643. *& in tom. 2. cap.* 18. *num.*296. *& ſequentibus, & in lib. 5. cap. 3. num.* 5. de Iure diuino, allegatur 1. *Regum* 8. *& Caſſan. in cathalogo gloriæ mundi par. 5. conſiderat.* 24. *regul.* 162. *& in ſequenti titulo, conſider.* 35. *verſ. quid autem.* De iure ciuili, habemus *l. Lutius. ff. de euictionibus. l. item ſi verberatum* 13. *§. 1. ff. de rei vendicat. & l. 2. C. in quibus caſibus ſerui præmium libertatis accipiunt*. Quibus Iuribus probatur, quod Domini poſſunt imponere contributionem ſuper vaſallis, & facit *Andr. in tit. de Capitaneo, qui Curiam vendidit.*

51 Sed quæ ſub hoc charitatiuo ſubſidio bona ſubiaceant, diſputat *Gigas in tract. de penſio. quæſt.* 9. *num.* 8. *in tract. tom.* 15. *par.* 1. *fol.* 334. & an pro manutenendo exercitu in partibus inimicorum, gabellam hanc imponere poterit, & quomodo declarat *Diana moral. reſolut. in tract. de immunit. Eccleſ. reſolut.* 78. *&* 132. multa enim pro pace, & quiete publica poſſunt Reges facere, quæ notat *Bal. in §. ſi Clericus. de pace tenenda.*

52 VII. Propter bonum publicum priuatorum bona capere poſſunt Proreges, & alteri concedere, nec tenentur ad emendam, quando fit per viam legis, quia Reipublicæ intereſſet *Alex. in conſ.* 190. *vol.* 2. *Dec. conſ.*

520. *Restaurus Castaldus in tract. de Imperatore q.98. in tractatibus tom.16.fol.71.* Et de hac quæstione in allegatis pro Monasterio S. Stephani de Nemore, cum Vniuersitate Stili: infra *vers.4. obseru.5. num. 23. & seq.* late videbis, & vide infra hic in 25. *potestate.*

VIII. possunt Proreges ob publicam
53 vtilitatem, priuilegia ab eis concessa reuo-
care, *Bald. in l. qui se patris. C. vnde liberi. Lucas de Pen. in l. fin. num. 47. & seqq. C. de locat.prad. ciuslibet lib.11.And.Gaill.pract. obseruat.lib.2. obser.60. in fin.* vbi distinguit de priuilegio subditorum, & non subditorũ; sed ao possint propria manu occidere seditiosos, & delinquentes. disputat *Lancellott. Conrad. in lib.1. de Imperatore §.4. de prast. & potest. Imperij fol.100. ater.*

54 IX. Possunt Proreges mandata facere Neapolitanis, ne sub aliqua pœna e domibus discedant, non obstantibus Capitulis, & Priuilegijs Neapolitanorũ, prohibentibus confiscationes bonorũ: quia mandata hæc pœnalia alicuius quantitatis statutæ à Proregibus, vel Ministris facta, tenent, *Regens de Ponte in tract. de potest. Proreg. fol.8. nu. 21. & seq. & Marcus Antonius Surgens de Neapoli illustr. lib.1.cap.15. num.9. fol.134.* vbi in *num.* 13. dicit, Visitatores solere etiã condemnare Regios Ministros ad pœnam pecuniariam: & hoc euenit in visitationibus annis iam præteritis factis; at in hoc esset nimia perpendendum, ne occasio delinquẽdi præbeatur.

55 X. Possunt condemnare delinquentes ad perpetuos carceres, vigore *constitut. Regni, Hi qui per inquisitionem.* & vide infra *vers.3. obseru.4. num.76.* non obstante *l. incredibile C. de pœnis, Ignatius Lopez in add. ad pract. crim. Diaz cap.* 139. sed istis ita condemnatis ad carcerem perpetuum alimenta denegãda non sunt, alias peiori pœna affligerentur, idest famæ, quæ est vltimum humanorũ supplicium, secundum *Liuium in lib. 2. de bello punico. & Egesippus lib.5. famem, Carnificem appellat. & Hierem. Thren. cap. 4.* ait, *melius esse occidi gladio, quam fame extabescere.* Possunt etiam exulare delinquentes ad beneplacitum: quo casu mortuo Prorege beneplacitum censetur reuocatum, secundum *Fabium de Anna in cons.14. vol.1.* sed in *2. volum.* refert fuisse decisum contrarium, non viso dicto Consilio, sed decisio recte processit, si quidem dispositio iustè facta per mortem Superioris etiam Tyranni, non reuocatur, *D. Thom. lib. 2. de regim. Princ. cap. 6. & Bodin. in lib. 2. de Republ. cap. 5.* vbi quod Nero in primis quinque annis laudabiliter gubernauit, & eius edicta ideo non reuocata. *Gubernator Christianus in lib. 1. cap.8. circa finem.*

56 XI. Possunt accedere ad videndum loca litigiosa differentiarum, *l. 2. C. de quibus muneribus nemini licet se excusare lib. 10.* & pro eorum dicta exigere ducatos centũ, & sic sibi solui fecit Dominus Comes de Lemos in anno 1616. dum accessit ad videndum aquam in Rure Sancti Seuerini, vbi dicitur *alla Pretiosa*, vt testatur etiam *Regens de Ponte in tract. de potest. Proregis §.4. nu. 19. sub tit. de abundantia Ciuitatis,* id etiam fuit seruatum per D. Alcalà Ducem, Proregẽ incomparabilem 27. Aprelis 1630. dum accessit ad videndum Flumen Schifati, & loca conuicinia, pro salubritate aeris.

57 Sed Dieta Legati à latere solet esse ducatorum mille: (Legatus enim Papæ est ferè Pontifici equalis, *c. antiqua. de priuil.*) & ita fuerat destinata quantitas Illustriss. Cardinali Barberino, Nepoti Vrbani VIII. quando de mense Martij 1625. in Galliam iuit pro tractanda pace inter Reges Christianissimũ, Catholicum, & Ducem Sabaudiæ, de rebus, Italiæ, & inde reuersus Romam, perrexit in Hispaniam, vbi baptizauit Infantem filiam Regis nostri, quæ decessit post paucos menses; sed inde tamquam iuuenis sanctis moribus imbutus, ac omnium virtutum, exemplarisq; vita plenus, quantitatem prædictam nõ exegit, sed tantum expensæ in itinere per computantem Cameræ Apostolicæ adnotatæ, fuerunt per eandem Cameram solutæ.

58 Dietæ verò aliorum Officialium taxatæ sunt in *pragmatica Comitis de Lemos Patris 21. Octobris 1600.*

Et aduerte, quod Dieta est viginti milliarium, vt in *cap.13. Modestini descripto in fin.
lib. infortiati fol.1386. & l. 3. ff. de verb. si-
59 gnif.* Sed si est per mare Dieta intelligitur
milliariorũ 50. sm̃ *Bart. in tract. de Insulis in 2.col. vers. nullus,* quem sequitur quidam *Modernus in singul. Bartholomei de Capua in repetitione pragmatica posita in fol.21.ate. & Dec. in cap. cum sit Romana in 5. notab. de appellat.*

60 At si minister in vno die fecerit accessum, quem in pluribus diebus facere poterat: pro vna die tantum salarium habebit, *Redoanus in tract. de simonia cap. 18. num. 13. in tractatibus tom.15. par.2. fol.47.* licet aliter teneat *D. Rouitus in pragm. 6. de Commissarijs non destinandis nu.10.*

61 XII. Poſſunt Proreges prohibere vaſſallis, ſeu ſubditis, ne ſine eorum licentia ad Regem eant: verum ſi licentia petiretur, denegari non poſſet, *text. eſt in terminis in §. 1. verſ. illud in auth. de Pratore Lycoania conſtit.* 25. ſecundum *Lecturam Aloandri, & in §. 1. verſ. nam ſi quem huc. in auth. de Proconſule Cappadocia conſtit.* 30. *ibid.* vbi Proregem aduertit, quod ſi non iuſtitiam fecerit, & ad Regem recurritur, protinus negotium vt ſuſpectũ cum habet, quaſi propter lucrum, vel propter gratiam, vel aliquorum obſequium, factum, & idem tenet *Marcus Antonius Surgens de Neap. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 25. *fol.* 271. idque videtur in particula literarum Regis, quando ſcripſit pro Marchione Paduli, qui ad Curiam acceſſerat ſine licẽtia Proregis; ſed quomodo hæc procedunt poſt *D. Regentem de Ponte in tract. de poteſt. Proregis ſub tit. de abundantia Ciuitatis.* §. 7. *num.* 2. *& ſeq.* videas etiam *D. Regentem Tapiam in deciſ. ſupremi Conſ.* 10. vbi, quamplurimos caſus nimium accuratè refert, vt ſolet.

Similiterq; prohibere poſſunt ne Regni Ciuitates, legatum ad Regem mittant, ſine eorum licentia, *l. fin. C. de legat. lib.* 10.

62 XIII. Poſſunt Proreges exfractum facere contra conſanguineos bannitorum, *l. per omnes.* 6. *C. de defenſ. Ciuit.* ibi. *Non ſinant crimina impunita coaleſcere, remouẽat patrocinia, quæ fauorem reis &c.* & tenentur

63 denunciare Regi inſolentes Regni, *l.* 2. *C. de offic. Rectoris Prouincia, Bart. in tract. de Tyrannide. nu.* 29. debentq; etiam præcipuè inſolentijs, & procacitatibus ludicũ occurrere, *l.* 4. *C. de defenſoribus Ciuitatum*, & diximus ſupra in *prima poteſtate, in hac obſeru. nu.* 38. Eorumque eſt onus Inquiſitores conſtituere contra vagos, & inutiles: & eos, qui validis vtuntur corporibus, ad artificia applicare, vnde victum quærant, ne terræ ſint inutile pondus, perdunt enim Vagabundi iſti omne priuilegium, *gloſ. in l.* 3. *C. de primicerio, & ſecundicerio lib.* 11. & alias diligẽtias facere, vt notatur in §. 1. *per tot. in auth. de quæſtore conſtit.* 80. & ſic etiam abreuiare tempus foriudicationis contra inquiſitos nõ obſtante conſtitut. Regni, quæ requirit annum, *Vinc. de Franch. in deciſ.* 213. *nu.* 36. *Gizzarel. in deciſ.* 16. *&* 17. quia huius Principis authoritas, tribuit poteſtatẽ mandandi, ſic facias, *Bald. in cap.* 1. *nu.* 11. *ſi de inueſtit. inter domin. & vaſall. lis oriatur*, quod alij ita mandare non poſſunt, ſed tantum facias iuſtitiam, dicuntur enim Procuratores Cæſaris, & ideo multa facere poſſunt, vt notat *Bo-nadill. in polit. tom.* 1. *fol.* 670. *nu.* 60. *& ſeq. & vide l. fin. C. de offic. Procur. Cæſaris, & l. quicunque.* 14. *C. de Epiſcop. & Cleric. ac Ignat. Lopez in addit. ad pract. crimin. Diaz cap.* 105. *& Couar. pract. qq. cap.* 35. *nu.* 3.

64 XIV. Poteſt Prorex prouidere, ne loca à Laicis gubernata, & Regiæ iuriſdictioni immediatè ſubiecta, viſitentur ab Epiſcopis, vt in *dicta conſultat. delli* 40. *capi, cap.* 20. *de anno* 1572. prout tenet etiam *Diana moralium reſolut. in tract. de immunitate Eccleſiaſtica reſolut.* 83. *fol.* 67. & ſequitur *D. Riccius in praxi probationis iuriſpatronatus reſolut.* 140. *vbi in num.* 2. *&* 3. limitat quo ad diuinum cultum, & ornamenta, vt ibidem, & in hac materia vide *Bald. in conſ.* 5. *vol.* 3. vbi pulchra dicta habes. (ſignãter quo ad præcedentias, at coram quo ſint iſtæ præcedentiæ Confraternitatum decidẽdæ, *Anna in ſingul.* 90. *Vinc. de Franch. deciſ.* 253. in qua fuit deciſa differẽtia aſportationis haſtæ pallij, quæ à tribunis, & nobilibus aſportari debet, 1. *Paralip.* 15. *nu.* 2.) poteſt tamen D. Epiſcopus clauſuras Monaſteriorum exemptorum tanquam Apoſtolicæ Sedis Legatus viſitare ex diſpoſitione *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ.* 25. *cap.* 5. quinimò ante ſe Crucem portare in viſitatione prædicta, *Vincent. de Franch. deciſ.* 711. *vol.* 4.

65 XV. Similiter poteſt Dominus Prorex prouidere, ne alter, quam ipſe, vel perſonæ per eum deputandæ videãt computa Laicorum gubernantium loca immediatè ſubiecta Regiæ iuriſdictioni, vt in *d. conſultat. delli* 40. *capi cap.* 20. & iuxta ea, quæ deducuntur ex *Sacr. Concil. Trident.* & latè declarat *Diana moral. reſolut. in tract. de immunitate Eccleſiaſtica reſolut.* 83. *fol.* 67. vbi declarationẽ Illuſtriſſimorũ Cardinaliũ refert, nempè vt ſeruetur forma in fundatione appoſita, & probatur in *l. orphanotrophos* 31. *C. de Epiſcop. & Cleric.* licet obſtet *text. in §. Economos. in auth. de Eccleſiaſticis diuerſis Capitulis conſt.* 123. Iſti enim orphanotrophi ſunt ſimiles tutoribus, & curatoribus, & inuentarium conficere tenentur, *§. fin. in auth. de Eccleſiaſticis Canonibus conſt.* 131. Et ſic etiam Domini Proreges non permittant Prouincias commoueri occaſione Religionis, quinimò ſi contra Laicum Canonicũ crimen moueretur, cum Epiſcopo Iudex laicus debet cognoſcere, & decidere ſecundum *§. enimuerò. in auth. præcepta Præſidum conſtit.* 17. & alias fuit practicatum in Regno reſpectu Religioſorum Inquiſitorum de prætenſa, & figurata rebellione cum Laicis, vt

per

per D. de Ponte in decis. 9. & de Franchis
decis. 691. & Mastrill. in decis. 269. nam cum
Iudice Ecclesiastico interuenit etiam Iudex
laicus, tum conditionibus vt ibidem, & sic
Papæ licentia præcedente; sed post hæc scri-
pta, vidi Dianam resolutionum moralium
tract. 2. de immunitate Ecclesiastica, vbi in
resolut. 19. fol. 32. latè disputat quæst. & ad-
ducit constit. Regni Neap. de personis, cum
glos. ibid. recensetq; practicam paulò ante
relatam.

66 XVI. Potest D. Prorex statuere pretium
rebus commestibilibus, secundum Marte-
num Laudensẽ in tract. de officialibus mino-
rum. quæst. 23. in tractatibus tom. 16. fol. 279.
cui taxationi etiam Clerici stare tenentur,
Vincent. de Franch. in decis. 9. sed aduerte
illud procedere vi rationis, & non vi legis, vt
per Illustriss. Cardinalem Bellarminum in
67 replicatione facta ad tractatũ Gersonis cõtra
Venetos fol. 2. in fine, vbi quod Clerici contra-
uenientes in talem legem, ab eorum Iudice
Ecclesiastico puniri possunt, Reg. de Ponte
in tract. de potestate Proregis fol. 47. & 94.
num. 40. & Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2.
cap. 28. fol. 788. num. 122. Etenim tempore
68 necessitatis, Clericorum, & Ecclesiarum fru-
menta capi possunt ob publicam vtilitatem,
præcedente tamen Iudicis Ecclesiastici licẽ-
tia, idem Bouadill. in polit. tom. 2. sub tit. de
la prouision del pan fol. 29. num. 13. & seqq.
Diana moral. resolut. in tract. de immunit.
Ecclesiastica resol. 8. & tali casu prouisiones
69 factæ per Ciuitatem, ligant Clericos vi ra-
tionis non autem legis vt supra, & sic etiam
Milites, Iacobus Cancer. variar. resolut. cap.
4. de seruitutibus. num. 225. & 228. vbi in
num. 277. & seqq. disputat, per quem sint co-
gendi ad obseruantiam prædictam. Tempore
70 enim necessitatis, Prælati, & Clerici fructus
vendere debent, & non expectare, vt carius
vendant, quod intellige secundum Redoanũ
in tract. de Spolijs Ecclesiasticis quæst. 2. num.
58. & seqq. & Bouadill. in polit. tom. 1. fol.
788. num. 122. meritò aduertit Couar. in
cap. cum in officijs num. 3. Prælatos Ecclesia-
sticos vehementer errare, & mortali crimine
esse obnoxios, si ea, quæ præter honestũ eo-
rum victũ de redditibus Ecclesiasticis super-
sunt, pijs operibus non erogent, & contrariũ
affirmare, non procul ab hæresi distat, Prob.
in cap. nemo de electio. in 6. nu. 73. in addit. ad
Io. Monach. & de suis tantundem restituere
an debeant, disputat Cæsar à Costa lib. 1. va-
riar. ambiguit. cap. 40. & affirmatiuam con-
71 firmat. Et similiter dicto tempore necessita-
tis, diuites frumenta vendere tenentur viliori
pretio, l. 1. C. quibus muneribus, vel præstan.
lib. 11. per text. in l. si pendentes. 34. §. si
quid Cloacarij. ff. de vsufruct. & latè Surd. in
decis. 26. & Minadous in constitutione in
aliquibus fol. 26. num. 36. quinimò tanta est
fauorabilis hæc causa, quod quando banna
72 prædicta sunt emanãda, ligant scientes ante
publicationem, Io. Vincent. de Anna in sing.
51. post Bart. in l. contra. ff. de legibus, & fa-
ciunt dicta Baldi in cap. 1. num. 12. de milite
vasallo, qui contumax est, sed contrarium
videtur tenere Diana moral. resol. in tract.
de contract. resolut. 40. & in resolut. 42. di-
cit, quod peccãt Consiliarij, qui legẽ facien-
dam scire faciunt: quia secretam tenere de-
bent, alij vero vendere, & emere possunt ante
promulgationem, & si legem promulgandã
sciuerint, & vide infra in vers. 13. obseru. 3. per
totum.

73 XVII. Potest Prorex cognoscere cau-
sas contra Castellanos Regni ex particu-
lari ordine Suæ Maiestatis, vt refert D. Ta-
pia in decis. 13. supremi Italiæ Consil. non
obstante, quod prouisiones Castellanorum
à Rege fiant: & ideò opponebatur non posse
Proregem procedere, ex dictis supra in prima
potestate: quod fuit in causa Castellani Man-
fredoniæ in anno 1620. de mense Iulij, quo
tempore Classis Turcharum eam prædauit,
74 Castrumq; cępit ad pacta, quæ adamusim
obseruauit. Castellani per prius vocabantur
Castaldi, secundum Andream in cap. 1. de
feudo Guardiæ, & Castaldiæ, & in commis-
sione Proregis specificè datur potestas co-
gnoscendi contra Castellanos, vt ex ea est
videre supra hic num. 15. sed materiam Ca-
stellani videas etiam infra in vers. 3. obser. 3.
num. 353. & seq.

75 XVIII. Potest cogere vxores Titulato-
rum ad vxorem ipsius Proregis associan-
dam, quia cessat causa inhonestatis, Mar-
tin. Laudens. in tract. de Princip. quæst. 16.
& facit Andr. in cap. 1. nu. 9. de his, qui feud.
dare possunt, & vide infra hic, in quibus Pro-
rex facere non potest in 14. casu nu. 99.

76 XIX. Potest, idest, debet, Prorex suum
locum, & præcedentiam Legato Principis,
vel Oratori ordinario, vel extraordinario
Regis, qui Neapolim veniret, cedere,
eique manum dexteram in eundo præbere:
etiam si Orator, aut Legatus esset filius ip-
siusmet Proregis: quoniã vt Regis Legatus
venit, & non vt filius, & ita seruatum fuit 13.
Ianuarij 1627. nam existens hic Prorex in-
77 tegerrimus, & nunquã satis laudatus Heros
D. An-

D. Antonius Aluarez de Toledo, Dux Aluæ, (qui inter maxima eius geſta, aquam in fontibus Regij Palatij Neapolis quaſi deſperatã, & vnquam per prius tentatam, venire fecit in anno 1629.) dum ergo Excellentiſſimus
78 eius filius Comeſtabulus Nauarræ, Orator extraordinarius ad Summum Pontificem Vrbanum VIII. Neapolim venit, parer dexteram dedit filio, dum illum in mole magna recepit, quomodo autem idem Dominus in Palatio fuerit viſitatus à Tribunalibus huius Ciuitatis, vide infra *verſ. 3. obſer. 3. num. 72.*
79 Filius enim in dignitate conſtitutus patrem præcedit, *Valerius Maximus in lib. 2. de*
80 *inſtitutis antiquis cap. 1.* vbi quod Fabius Maximus à Senatu Legatus miſſus ad filium Conſulem Sueſſam, poſtquam animaduertit, eum ad officium ſuum extra menia Oppidi proceſſiſſe, indignatus quoque; quod ex lictoribus nemo ſe equo deſcendere iuſſiſſet, plenus iræ ſedere perſeuerauit, quod cum filius ſenſiſſet, proximo lictori, vt ſibi appareret, imperauit: cuius voci Fabius continuò obſequutus, *Non ego*, (inquit) *fili ſummum Imperium tuum contempſi, ſed experiri volui, an ſcias Conſulem agere*: At filius, *nec ignoro quantum Patriæ venerationi debeatur: verũ*
81 *publica inſtituta priuata Pietate potiora iudico.* Filius enim dum Magiſtratum gerit, patrẽ præcedet, *Lucas de Penna in rub. C. de apparitoribus Præfecti Vrbis lib. 12. & Aulus Gellius in 2. noctium acticarum lib. 1.* refert, quod dum Præſes Cretæ, & pater eius Athenas veniſſent ad Thaurum Philoſophũ cognoſcendum, inter eos, qui potius ſederet, ac potiorẽ locum obtineret, diſceptabatur: Philoſophus autem hanc tulit ſententiam,
82 *In publicis locis, muneribus, atque actionibus patrum iura cum filiorum, qui in Magiſtratu ſunt, poteſtatibus collata, interquieſcere paululũ, & conniuere; ſed extra Rempublicam in domeſtica re, atque vita, ſi ſedeatur, ambuletur, in conuiuio quoque familiari diſcumbatur, tunc inter filium Magiſtratum, & patrem priuatum, publicos honores ceſſare: naturales, & Genuinos exoriri conuenit.*

Multa alia ad rem iſtam affert *Caſſaneus in catalogo gloriæ mundi par. 5. conſider. 24. verſ. in tantum eſt etiam.*

Quo vero ad Legatum attinet, ne prætereas, nimiam fidelitatem in eo requiri pro conſolatione Tranſmittentis, ait enim Salomon *Prouerb. 25. nu. 13. Sicut frigus niuis in die meſſis, ita legatus fidelis ei, qui miſit, eum animam illius requieſcere facit:* Aduertit etiam *Gubernator Chriſtianus Frater Ioan. Marquez in lib. 2. cap. 34. col. 2.* Principis magni Oratores dulcioribus verbis vti, nec imperioſe negotia agere, quoniam magnam imprimeret inuidiam; vt cenſet *Philippus Comines in lib. 5. commentar. in princ.*

83 XX. Iudices M. C. V. conſtituit, & ordinat D. Prorex, *Afflict. in d. conſtit. ſtatuimus num. 7. & Carauit. in pragmat. 1. §. 1. nu. 9. de Senatuſconſult. Maced.* & quando à Rege noſtro aliquis Iudex crearetur, vt in dies videmus, crederem, eum ſupernumerarij, ſeu extraordinarij, locum debere occupare, & D. Proregem ſuas ſolitas prouiſiones Iudicũ facere poſſe. Rex enim cum his prouiſionibus Proregis poteſtati præiudicare nõ creditur, *cap. dudum, cap. in ſuis, & cap. paſtoralis. de priuileg. l. 4. C. de emancip. liber.*

84 XXI. Poteſt Prorex Inquiſitores contra Officiales mittere per Regnum: non obſtante, quod ſyndicatui paruerũt, & liberationis literas obtinuerunt in Regijs Audientijs, vel alibi, vt deciſum refert *Regens de Ponte in deciſ. 26.*

85 XXII. Poteſt Prorex eſſe arbiter, & compromiſſarius, quando partes eum eligunt, vt euenit in cauſa Comitis Villæmedianæ, *Reg. de Ponte in conſ. 141. vol. 2.* & faciunt dicta per *Annam in ſingul. 114.*

86 XXIII. Poteſt ſimiliter D. Prorex præſtare aſſenſum in caſibus prohibitis, ſi rendit in euidentem vtilitatem Regis, puta ſi iuuenis venderet feudum ſeni, *l. ſi qui. ff. de fideicõmiſſaria libertate, Andr. in cap. Imperialem col. 5. de prohibita feudi alienatione per Federic. l. 1. ff. ne quid in ſacro fiat, D. de Ponte in conſ. 23. num. 38. vol. 2.*

87 XXIV. Poteſt etiam D. Prorex pro ampliandis Eccleſijs, cogere vicinos ad vendendum domos, *Gramat. in deciſ. 75. Bouadill. politica par. 2. fol. 101.* vbi multa de ampliatione Eccleſiæ, & *Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 14. num. 7. fol. 377. & §. cogitandum. cap. 8. in auth. de Monachis.* latiſſimè *Nouar. quæſt. forenſ. 31. & 32. & in pragmat. de Baronibus, & de priuileg. miſerab. perſonar. priuileg. 6. D. Riec. deciſ. 138. & 147. par. 1. Genuenſ. in practicabil. Eccleſ. quæſt. 241. Leon. deciſ. Valent. 90. Maſtrill. in deciſ. 290.* vbi de multis caſibus etiam pro, & contra Eccleſiam refert, ſed circumſpectè eſt conſiderandum, qnia ſtrangulatur, qui vendit ex neceſſitate. *l. 1. cum gloſ. C. de pradijs decur. lib. 10.* eo fortius ſi eſſet hæreditas patrum, quæ non debet vendi, vt legimus de Naboth, qui noluit vendere viniã patris Regi Achab.

Regum 3. cap. 20. est verum, quod quando Rex vellet aliquid à subdito etiam pro ædificando Ecclesiam, debet soluere pretium, & subditus debet ei complacere. 1. *Paralipom. cap. 21. à num. 22. vsque ad 25.* Rex enim pacificus Ecclesias ędificat, & non sanguinē effundens. 1. *Paralipomenon cap. 22. nu. 28.* Et pro ampliatione prædicta, possunt cogi vicini ad contribuendum, vt infra *vers 3. obseru. 3. num. 310.* & habes per *Gizzarell. in decis. 38.* vbi quid de Claustrijs, Atrijs, & Via. & de eius contributione. & nouissimè per *D. Tapiam in decis. Sac. Cons. decis. 7.* sed prædiū vicini pro ampliatione non debere capi, probat *text. in Regum 3. cap. 21.*

88 XXV. D. Prorex vel Capitaneus Generalis habet omnia mobilia capta, aut naufragata ab hostibus in hoc Regno, vel in eius maribus, & illa inter ipsum, & Milites diuidere, vt latè fundat *Lanar. in cons. 84.* excluso Fisco, vt ibidem, sed vide infra hic in *casu 36. quæ non potest facere.*

Et pro Annonis potest habere prouisionē particularem ex dispositione Iuris communis, vt infra in *vers. 3. obseru. 3. num. 309.* & xenia, & osculenta recipere, vt infra hic in *casu 29. in his, quæ non potest Prorex facere;* & pro eorū bonis, quæ portant ex loco vnde reuertuntur, sunt immunes à vectigalibus, sicuti etiam sunt immunes Imbasciatores, seù Legati, *l. à Legatis. 8. C. de vectigal.* sed statuas, vel columnas de vna ad aliam Prouinciam non licet eis transferre. *l. nemini 7. C. de ædific. priuatis.* sunt etiam immunes in cursu publico, vt infra *vers. 3. obseru. 3. num. 364. circa finem.*

Et tandem ad quid aduertere debent Proreges pro Gubernio, & vtilitate Ciuitatis Neapolis, perquire infra *vers. 3. obser. 3. nu. 29.* & de alijs ipsorum potestatibus, vide infra *vers 7. obser. 1. & in vers. 14. obseru. 2. circa finem*, & quando præcedentiam dare debet personis prouisis in officio, vide infra *vers. 3. obser. 3. nu. 208.* & in eorū arbitrio stat
89 suspendere stipēdia stipendiarijs prouisis in aliquo officio, vel gubernio, quod probatur in *l. 1. §. sed scimus,* ibi, *vel quo poterat eum adiuuare. C. de latin. libert. tollen.* idemq; in fratre obligato ad alimēta fratri tenet, *Vinc. de Franch. in decis. 178. num. 4.* qui alios refert. Sed ista quæst. dependet ab illa nimis ventilata in anno 1630. inter Regium Fiscū, & Stipendiarios, num mercedes istæ dicātur ex gratia, vel ex iustitia, Fiscus enim ex gratia fundauit esse, Stipendiarij autem ex iustitia, quia conditionata, & onerosa sub seruitio dantur: licet actio non detur pro illis,

Molin. de primogen. lib. 2. cap. 5. num. 58. Surd. cons. 319. num. 12. lib. 3. Marcus Antonius Surgens de Neap. illustr. lib. 1. & Afflict. decis. 307. num 13.

90 Prouisiones autem Regiæ à Dominis Proregibus cum causæ cognitione exequātur ad euitandum absurda, & interesse tertij, *cap. 1. de constit. in 6. P. Rodriquez in explicatione Bullæ defunct. par 2. fol. 103. in editis Panormi in anno 1622. Menoch. lib. 1. de arbitr. Iudic. quæst. 98. num. 2.* quoniam Prorex potest replicare pluries, quando notoriè iniustus esset ordo, *Frater Io. Marquez Gubernator Christianus in lib. 1. cap. 10. &* habetur in *cap. si quando. de rescript. & in l. si vendicanti. C. de pœnis, & in l. 1. C. de relatio.*

Cætera, quæ Prorex potest facere absque Collaterali Consilio, vel è contra, vide infra *vers. 7. obseru. 1. & 2. & seq.*

SVnt & alia, quæ DD. Proreges facere non possunt, vt infra, non obstantibus maximis potestatibus in commissione eorum insertis, vt supra *num. 15. in hoc versiculo.*

91 I. D. Prorex non potest concedere licentiam ædificandi in publico, *l. 1. C. de diuersis prædijs vrbanis lib. 11. Capycius in l. Imperialem fol. 32. col 2. vers. 7.* post *Lucam de Penna in l. pro ædibus. C. de diuersis prædijs vrbanis lib. 11.* ibique *Capyc.* multas alias potestates Proregis, & limitationes ad eas, refert: vt etiam fecit in *inuestitura feudali fol. 277. & seq.* vbi quid si in littore maris potest licentiā ædificandi concedere, & concludit, non posse, si incommodum publicum eueniret. Hinc est, quod ædificans in solo publico, debet Reipublicæ soluere debitam pensionem si expedit, alias solum cum ædificio vendicatur, *l. 2. C. de ædific. priuat. lib. 11.*

II. Nec etiam potest concedere licentiā ædificandi per spatium cannarum centum circum circa mœnia Ciuitatis Neap. *Regens de Ponte in tract. de potest. Proregis sub tit. de abundantia Ciuitatis. §. 2. nu. 19. fol. 58.* ratio autem huius prohibitionis, quæ mouit Philippum Secundum fuit: ne Ciuitas Populo augeretur: Regnumq; comminueretur, & focularia deperderentur, in damnum functionum fiscalium: postquā stantibus grauaminibus per Regnum commissis tàm à Baronibus, quàm à Commissarijs, omnes aufugiūt, & Neapolim veniunt, & in dies calamitas coalescit; sed hoc non est nouum, nam tem-

pore

pote Iuftiniani idem euenit in Conftantino-
politana Ciuitate, vt habemus in *§. 1. in authb. de quæstore conft.* 80. ibi, *Deprabendimus enim paulatim Prouincias quidem fuis denudare incolis, amplam verò banc Vrbem noftram incondita diuerforum bominum multitudine perturbari, & maximè Agricolarum, qui Vrbes fuas, & Agricolationem relinquunt*. Eft tamen verum, quod licentiã
92 reficiendi dare poteft, vt per *D. de Ponte ibidem, & in cap. 3. cum glof. extra de Iudais*.
Ratioq; eft, quia reficere eft, quod corruptũ
extat in priftinũ ftatum reftaurare, *l. 1. verf. reficere. ff. de riuis*, vbi fubdit *text. verbo reficiendi, tegere, fubftruere, farcire, adificare, item aduehere, apportareq; ea, qua ad eam rem opus effent, continentur*. Indè fit, vt fub prohibitione de non conftruendis ædificijs, non continentur refectiones veterum ædificiorum, *Nouarius in pragmatica Regni 2. de adificijs priuatis probibitis num. 2.* vbi & alia conducentia cumulat.

Sed fi quis terrenum, riuum, tignum, ideft lapideum facere velit, reficere non dicitur, vt ibidem in *verf. fed fi quis*.

93 Quo verò ad ędificia antiqua fupra muros facta, non debere dirui, fed tollerari, imo alia fieri vbi eft confuetum, tenet *Auendan. de exequend. mandat. Regum. par. 2. cap. 5. nu. 7. fol.* 154. poft *Alberic. in l. facra. §. muros. ff. de rerum diuifione*.

Quæ nota pro licentijs datis ad reficiendum in fuburbijs huius Ciuitatis, vel prope muros ipfius, vt videmus. Sed ampliores fieri non poffunt, *glof. in d. cap. 3. de Iudais, & cap. confuluit eodem tit.* quo verò ad ædificia maritima, vide notabilem *text. in §. 1. in authb. de nou. oper. contra profpectum in mare, in conftit.* 73. fecundum *Lecturam Aloandri*, quo difponitur, vt infra centum pedes non fiant ædificia in confpectu Vrbis in mare, quod etiam habetur in *vlt. tit. autb. conftit.* 165.

94 III. Non poteft creare Officiales perpetuos, quia hoc foli Regi licet, *§. fi quis autẽ. in autb. de Iudicibus*.

Quinimò nec poteft creare Proconfiliarios, vel Propræfidentes in Regia Camera, vt notauimus fupra in *prima poteftate Proregis*, & vide infra *verf. 14. obfer. 2.* vbi de hac materia.

95 IV. Sicuti non poteft concedere iura duratura etiam finito officio, *l. apertiffimi. C. de iudic.* ita & fimiliter nec poteft prouidere de officijs vacaturis poft aduentum fui fucceffors in Prouinciam, alias effet ponere manus in fegetem fucceffioris, *Iacob. Cancer. variar. refolut. cap. 15. num. 54. & 55. fol.* 311. licet vfque ad aduentum, & poffeffionẽ captam mediante iuramento, adminiftret, *Petrus Rebuffus in praxi benefic. in tit. de fimonia in refignatione nu. 19. fol. 380. Vinc. de Franch. in decif.* 343. fed quid agere debeat nouus Prorex poftquam in Prouinciam ingreffus eft, vide *Gondif. de Villadieeb. in tract. de legato. quaft. 6. & §. 1. in autb. vt magiftratus à depofita adminiftratione conft.*
95. & vide infra hic *num.* 102. ficuti nec etiã
96 poteft Collegium Cardinalium Sede vacante prouidere de Epifcopatibus, & alijs, quæ
funt Papæ referuatis, *Iacobac. in tract. de Concilio lib. 6. artic. 6. num. 6. in tractatibus tom. 13. par. 1. fol.* 289. nouaq; officia intro-
97 ducere non debet, ad exemplum Regis Catholici, qui licet in perfonam Io. Baptiftæ
Spinelli officium Conferuatoris generalis huius Regni prouiderat. At, poftquam Rex venit Neapolim, cognouitq; effe officium nouũ, & omnibus exofum illud expulit *Hieron. Zorita in tom. 6. de las emprefas, y ligas de Italia lib. 8. cap. 3.*

V. Non poteft vendere iurifdictionem criminalem alicuius Terræ, *Anna in repetit. conftitut. diua memoria num.* 72. quinimò
98 fi vnus Baro haberet primas caufas, non
debent alteri fecundæ caufæ concedi, vt per *D. de Ponte in tract. de poteftate Proregis in tit. de affenfibus fuper dotibus. §. 2. num. 10. folio* 272.

99 VI. Non poteft facere gratiam delinquenti fine partis offenfæ remiffione, caufa publica non fuggerente, *Regens de Ponte in tract. de poteftate Proregis fub tit. de prouifionibus fieri folitis. §. 4. nu. 11. fol.* 25. fuitq; practicatum tempore Præfidatus Illuftriff. Cardinalis Zappatæ in anno 1621. qui ordine Suę Maieftatis omnes gratias factas tempore Ducis Offunæ, & D. Cardinalis Borgiæ abfque partis remiffione, reuocauit, & hoc cum ratione, quia gratia abfque partis remiffione eft nulla, *Cabed. decif. Lufitan. 75. centur.* 1. quem refert, & fequitur *Nouarius in pragmat. 4. de compofit.* vbi quod fi facta reperiatur, non approbatur ab Officialibus, & quod fic practicatur, fed *Vinc. de Franch. in decif.* 370. afferit, Principẽ Bifiniani hanc poteftatem habere, etiam parte nõ concordata ftantibus eius priuilegijs, quibus etiam vtitur Venerabile Monafterium Cartufiæ S. Nicolai in Valle Clarimontis vti Baro Terrę Francauillæ in Prouincia Bafilicatæ, quod à Principe prædicto caufam habet. Sed à qui-

bus

bus fit facienda remissio pro gratia consequenda, latè ponit *Consil. Pascalis in tract. de viribus patria potestatis par. 2. cap. 1. per totum*.

100 Aduertant tamen Domini Proreges, quibus gratias faciunt, an sint soliti delinquere, quoniam crescit gratia nutrita fauoribus, & peccantium peruenit ad maiora malignitas, si eos pœnalis inflictio non obstringat, vt habes in *cap. Regni crescit culpa*. Hinc dixit *Bart. in l. 1. C. de desertoribus, & occultatoribus lib. 12.* Officiales plectendos esse, si pœnas à legibus statutas per gratiam, vel dissimulationē, non inferunt, & inuehit contra Officiales dissimulantes delicta, quo casu esse acriter puniendos docuit etiam *Bart. in l. vnic. C. publica lætitia lib. 12.* & de his vide infra *vers. 3. obseru. 4. num. 184. & in vers. 12. obseru. 1. num. 125. & seq.*

101 VII. Non potest Prorex creare Clericos in officiales, *Vinc. de Franch. in decis.* 479. *Marant. in cons.* 103. *Mastrill. de magistrat. par. 2. lib. 4. cap. 17. num. 18. Nouarius in pragmatica Regni 1. de Ecclesiasticis person.* licet *Guido Pap. in decis.* 563. dispucet articulum, & vide etiam infra *vers. 3. obseruat. 4. num.* 151.

102 VIII. Non potest Prorex tuta conscientia personas idoneas prætermittere in nominatione ad officia, & filios Officialium, vel alias personas non ita idoneas nominare, *l. 2. C. de defens. Ciuit.* sic enim iustitia distributiua disponit, alias erraret, & peccaret, *D. Thom. 2. 2. quæst. 63. artic. 1.* vbi quod idem est in electione Prælatorum: est verum, quod filij Officialium in officio patris si adest emolumentum, omnibus alijs sunt præferendi, *l. 1. cum glos. C. de filijs officialium militarium, qui in bello moriuntur lib.* 12. sed in officijs administrantibus iustitiam, virtus est attendenda. Virtuti enim omnia cedunt, *Salust. in Catelin. in princ.* & Cicero filius Fabri fuit Prælatus omnibus in Guberenio, & ausus est dicere,

O fortunatam natam me Consule Romam,
vt in *criminatione Salust. contra ipsum in fin operis Ciceronis* notatur: Scientia multos exaltat, sed in aliquibus bonæ literæ inutiles sunt, sicuti pennæ Pauonibus, quæ & si pulchræ sint, tamen ad volandum sunt inutiles. Sed *D. Thom. in 2. 2. quæst. 139. artic. 3.* dicit, *Viri tuosi non laudantur ex eo, quod cupiunt honores, sed magis ex eo, quod eos fugiunt*. Debet enim Prorex in electione Officialium habere præ oculis requisita in *auth. vt Præsides absque vlla datione pecunia mittantur. §. 1.* Hinc dixit *Iustinian. in §. 1. auth. de moderatore Arabia consstit. 102. qui humiles abiectiq; prius existentes, neque vlli rei conuenienter agendæ idonei, postquam in ampliorem constituimus ordinem, & valentiores per omnia facti sunt, & ita rerum administrationem capessere cœperunt; vt vniuersa in melius commutaretur.* Idemque habetur in *§. 1. in auth. de Proconf. Palæstina const.* 103. & latè explicat *Gubernator Christianus in lib. 1. cap. 3. fol. 19. lit. D.* & aduertat ad quæ dicit *l. 2. circa finem. vers. ergo. ff. de origine iuris*, quod ætas Officialis debet esse annorum 30. & declarat *Gubernator Christianus in lib. 1. cap. 5.* & vide infra *vers. 3. obseru. 3. num.* 80. sed si vltra 75. annos ageret, non debet eligi, quia præsumitur immemor, *Alex. in cons. 29. in princ. vol. 7.* vbi quod senex eiusdem ætatis non debet obligari absque certa solemnitate; sed *Andr. in §. omnibus. num. 2. vers. isti omnes de probib. feud. alien. per Lothar. & de pace iuram. firm. cap. 1. nu. 2. vers. item omnes, & D. Rouitus in pragm. 8. num. 35. de ordin. iudic.* seuem septuagenarium immemorem esse, aiunt, vbi quod non coguntur in testes, nec iurare; & *Bouadill. in politica par. 1. fol. 121. nu. 25. & seq.* & in S. C. in anno 1618. Anellus de Citellis obtinuit decretum in Banca de Felice, quod non molestetur de persona, stante quod est octuagenarius, & produxit consimile decretum S. C. quod Don Didacus de Cardines octuagenarius careeratus pro debito, excarceretur præstita cautione iuratum 25. nec etiam qui officium semel recusauerit, vel id quod præstandum est, præstare nolit, est eligendus *Nicol. Vigil. in lib. 2. ff. fol. 63. vers. tertia exceptio est*, per *l. 7. §. illud. C. de proxim. sacr. scrin. ibi, qui recedūt alij pro eis subrogari lib. 11.* licet in *l. 8. ff. de minor.* spatiū 25. annorum requiratur, & concordat *l. 2. §. final. ff. de iur. immunitatum*. Actamen quos debet D. Prorex eligere, perquire *Nicolaum Vigell. in lib. 2. digestorum cap. 1. per tot. fol. 55. & seq.* Officia enim dicuntur ab efficiendo, quasi efficium, & propter decorē sermonis, muta vna litera, dicitur officium, sed effectiuè pertinet ad actionem: ergo officia sunt actus, meritò danda sunt actis, *D. Thomas 2. 2. quæst. 183. artic. 3. verbic. sed causa*.

103 IX. Non potest, nec debet periculo se exponere D. Prorex, sed seniorum consilio stare debet, vt in 2. *Regum* 18. hinc dixit magnus Poeta *Tassus*, quando Goffredus cū Argante pugnare intendebat.

L'anima tua mentre del Campo, e vita.
& alias

& alias euenit in anno 1600. quod inter Hispanos Milites, & illos ex triremibus Summi Pontificis, magnæ reuolutiones fuere iuxta molem magnam huius Ciuitatis, & dum D. Prorex illius temporis exierat ad sedandum eas: animaduersus de periculo, ad quod Princeps non debet se exponere, reuersus est in Palatium; licet in alia concitatione Populi euenta tempore D. Ducis Offunæ, ipse comparuit, & in procellarum furore sedauit omnia, obseruando *Cicer. præceptum in Philipp. 5. omne malum nascens facilè opprimitur: inueteratum fit plerumque robustius*. Sed Duces vllo loco, nisi quantū necessitas cogit, se committere fortunæ debent. *Liuius* 22.

104 X. Non potest Prorex in infrascriptis casibus dispensare, stante ordine Suę Maiestatis 18. Iulij 1625. euento ex causa Visitationis 4. Consiliariorum, vt supra *verf. 2. obseru. 2. num. 23.*

Primo, vt *Officiales possint esse arbitri, vel vt trigesimam accipiant*, & de hoc vide infra hic in fine in 26. *potestate*.

Secundo, vt *Officiales prædicti possint esse Aduocati, nec etiam vt domi cōsulere possint*. quod etiam de iure stat prouisum in *l. fin. C. de assessoribus*. per prius enim Officiales effecti solebant sibi reseruare aliquas causas clientum.

Tertio, vt prædicti Officiales, vel eorum filij non possint alios compatres habere, quam consanguineos, vel affines vsque ad tertium gradum, à quibus nec aliquid recipere debent.

Quarto, vt *Officiales possint facere mercaturas, etiam si essent in eorum Terris, iurisdictionibus, vel defensis, aut nemoribus*.

Quinto, nec dispensare potest, vt pro visura locorum, omnes Officiales de aula accedant, sed solus Commissarius tantum: verum si partes petierint plures Consiliarios, Prorex cum consensu Collateralis Consilij dispensare debet: actamen si vnum tantum Consiliarium cum causæ Commissario petunt, D. Prorex cum consilio Præsidentis S. C. tantum, dispēsare potest; & ordo iste est registratus penes Secretarium S. C.

105 XI. Non potest D. Prorex operari, quin Iura, & Gabellæ Ciuitatis Neapolis à Ciuite non exigantur, & in vsum, in quem destinatæ fuerunt, & erunt, non expendantur, vt in *cap. 21. in Priuilegijs, & Capitulis Neapolis fol.* 130.

106 XII. Nec potest Prorex contra ius commune legem condere, *Alberic. in l. 1. ff. quod quisque Iuris, Bald. in cap. cum esses de testamentis, Martinus Laudensis in tract. de Principibus quæst. 335. & 454.* & idem *Laudens. in tract. de Cardinal. quæst. 42. vers. 39. in tract. tomo 13. par. 2. fol. 128. & Redoan. de simon. par. 1. cap. 15. num. 9. fol. 44. tom. 15. par. 2.* quinimo *Afflict. in cap. 1. nu. 1. quæ sint regal.* ait, quod nec Princeps potest facere legem, quod spurij, & incestuosi habilitentur ad succedendū, & affirmat hoc fuisse peregrinum dictum *Hostiensis in sũma qui filij sint legitimi. §. nunc videndum*, & notat *Bart. in quodam suo cons. incip. viso testamento locationis*. Sed videmus contrarium, nam in dies isti habilitantur per priuilegia ad succedendum, & in commissione DD. Proregum, conceditur in specie potestas hæc.

107 XIII. Nec potest tollere recusationem Iudicis suspecti, quoniam esset defensionem tollere, *Gemin. in cap. pen. de offic. delegati*, de qua suspicionis materia vide per *Nouarium in pragmat. Regni 1. de suspic. official.* & pulchrè *Hippol. de Marsil. in singul.* 292. vbi an Prorex causam delegare valeat cum tali clausula, *appellatione remota, vel recusatione remota*.

108 XIV. Non potest D. Prorex cogere Dominas vxores subditorum ad tripudia ire, quia in superioritatibus ius honestatis execeptuatum intelligitur, *Bald. in l. quod ex libera. C. de operib. libert. Dec. in l. semper 157. num. 3. de regulis iuris, Reg. de Ponte in tract. de potestate Proregis fol. 55. num. 28. in §. 1. de abundat. Ciuitat.* Verum si dominas prædictas ad associandum vxorem conuitaret, ire tenentur, quia inhonestatis causa cessat, vt ibidem, & *Martin. Lauden. in tract. de Princip. quæst. 16.* & facit *Andreas in cap. 1. num. 9. de his qui feudum dare poss.* & vide alia supra hic *num.* 75.

109 XV. Non potest cogere subditos ad contribuendū sumptibus erogandis pro erigendis statutis Principis, vel alterius, *l. 3. & 4. C. de statuis, & imagin. & in §. 1. vers. denique. in auth. de Prætore Lycaonia const. 25.* arma enim in columnis, & sepulchris ponuntur in memoriam æternam, *1. Macchab. 13. nu. 29.* sicuti in operibus publicis, in quibus Regis, & Proregis tantum, & non aliorum Officialium nomina sunt describenda, *Vinc. de Franch. decis. 443. & decis. 609. Io. Franc. de Ponte in tract. de potestate Proregis fol. 511. sub tit. de insignijs, & armis, & Bouadill. in polit. tom. 2. fol. 110. num. 58.* Nota tamen,

quod D. Prorex opera prædicta, vel colomnas, aut ſtatuas e Regno extrahere non debet, vt ſupra hic *num.* 88. per *l. nemini.7. C. de ædific. priuat.*

110 XVI. Non poteſt iuriſdictionẽ exercere ante poſſeſſionẽ captam, *l.* 1. *& 2. ff. de offic. Præfect. Auguſt. Vincent. de Franch. in deci.* 343. & vide ſupra hic *num.*96. & Papa ante
111 coronationem, ſpiritualia non exercet, *Io. Franc. Pauin. de officio, & poteſt. nu.* 11. *in tractatibus tom.* 13. *par.* 2. *fol.* 419. quia appellatur tantum Pontifex, *Arnulphus Ruzeus de iure regalium priuileg.* 14. *nu.* 6. *fol.* 169. *in* 12. *tomo tractatuum.* Eſt tamen verum, quod Prorex ante ingreſſum Prouinciæ, per duos dies ante ſcribere tenetur alio Proregi diſceſſuro pro cohorte mittenda in eius occurſum, & ex eo tempore annonas accipere, & prouidere: & poſt ingreſſum Prouinciæ, Prædeceſſor deponat infra duos dies, *§.* 1. *in auth. vt magiſtrat. à depoſita adminiſtratione conſiſt.* 95. Sed ſi Regnum vacaret per mortem, aut priuationem prædeceſſoris, aut per eius reſignationem: crederem, quod poſſet prouidere, & alia neceſſaria facere etiam ante captam poſſeſſionem argumẽto eorum, quæ dicit *Rebuff. in praxi beneficiorum in tit. de ſimonia in reſignatione num.* 26. *& ſeq. fol.* 379. & alia ponit *Nicol. Vigelius in lib.* 1. *digeſtorum cap.* 2. *fol.* 86. vbi multa de his, quæ Prorex facere debet. & ſignanter aduertat, ad dicta io 1. *Regum cap.* 24. *in fine.* ibi, *diſplicet Gubernatoribus poſt eorum finitum gubernium mutari eorum mandata, & ſtatuta.*

112 XVII. Non poteſt Prorex delegare cauſas, in quibus plenaria cognitio requiritur, *l. nequicquam* 9. *§. vbi decretum. ff. de officio Proconſ.* & circa hoc vide alia infra in *verſ.* 7. *obſer.* 1. & in *verſ.* 3. *obſer.* 3. *num.* 142. *& ſeq.* vbi de his delegationibus, *& Camer. in repet. l. Imperialem fol.* 78. *lit. P.* poſt *Felyn. in cap. quæ in Eccleſiam col.* 12. aſſerit, quod non poteſt Prorex procedere ſine cauſæ cognitione, & quod non deleget cauſas ſummariè ſimpliciter, & de plano, ſecundum *Lanfranc. in clem. ſæpè col.* 1. *de verb. ſignif.* quod falſum eſt, vt ibidem per *Camer.*

113 XVIII. Non poteſt Prorex diuidere, vel vnire Prouincias abſq; Regis ſcientia, ſicuti nec Legatus diœceſes vnire, vel diuidere, valet, abſque Papæ ſcientia, *Io. Brunell. in tract. de poteſtate Legati concluſ.* 13. quoniam Principis tantum eſt, diuiſiones prædictas facere, vt in *authent. de diuiſ. quatuor Prouinciarum Armeniæ coll.* 31.

114 XIX. Si Prorex allegaretur ſuſpectus, nõ poteſt in cauſa interuenire, & Proregem recuſari poſſe, tenet *Decian. in conſ.* 21. *lib.* 1. vbi refert, quod Ferdinandus Archidux Auſtriæ fuit ſuſpectus allegatus cum toto eius Senatu, alioſque caſus cumulat *Conſil. Rouit. in pragmat.* 1. *nu.* 8. *de ſuſpit. official. & Maſtrill. in deciſ.* 151. *num.* 77. *& ſeq.* vbi, quid fuit practicatum, & alia circa hanc materiã vide infra *verſ.* 3. *obſer.* 3. *num.* 113. *& ſeq.* & multa ponit *Barbatia in tract. de Cardinale legato quæſt.* 3. *& ſeq. & Giurba in deciſ.* 27. *num.* 9. ſed *Lancellottus de attentis cap.* 6. *nu.* 36. refert, quod fuit allegatus ſuſpectus D. Dux Albæ Prorex Neapolis de anno 1559. & ideo omnes Ciuitates ei ſubiectæ erant ſuſpectæ, de quo facit *conſ.* 91. *Portius Imola incipien. inter Illuſtriſſimum. num.* 14. *lib.* 2. *per totum.* & quod allegato capite ſuſpecto, omnes eius ſubditi ſuſpecti sũt, tenet *Giurb. in d. deciſ.* 27. *num.* 9. *Brunus in conſ.* 31. *nu.* 9. *Menoch. in* 2. *reſponſ. cauſa finarienſis num.* 90. *&* 91. *& in conſ.* 94 *qui ſamæ. nu.* 21. *lib.* 1. ſic etiam Cardinalis Iudex poteſt, vt ſuſpectus recuſari, ſed ex cauſa valdè iuſta, & potentior quã in alijs requiritur *Cardinal Albanus in tract. de Cardinalibus quæſt.* 42. *verſic.* 21. *in tractatibus tomo* 13. *parte* 2. *fol.* 159.

115 XX. Non poteſt Prorex cõcedere aſſenſum in nouem caſibus enumeratis in *pragm.* 4. *de feudis*, inter quos eſt ille, ne feudum alienetur non ſubdito: & quomodo non ſubditus intelligatur, declarat *Caphal. in conſil.* 246. *vol.* 2. & aliud ne feudum tranſeat in Eccleſiaſticorum manus, ad quas tranſire non debet, tamquam ad manus mortuas, ſeu perpetuas: quod reſtringe ſi cauſa iuſta eueniret, vt fuit illa diſcuſſa in infraſcriptis Allegationibus pro Venerab. Monaſterio Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore, cum Regio Fiſco, quas inſerere, (prout fuerunt eo tempore datæ) libuit.

IESVS

IESVS MARIA IOSEPH, AC DIVI STEPHANVS, ET BRVNO.

Affenfus vt feudum tranfeat ad Ecclefiam, an debeat à Rege præftari.

ALLEGATIO PRIMA.

ROGERIVS Normandus magnus Comes vtriufque Siciliæ ob euidentia miracula, quæ in dies confequebatur à Domino, mediantibus orationibus, ac interceffionibus Beati Brunonis eo tempore in humanis degentis, dedit prædicto Beato Brunoni, & fucceforibus eius in 116 Venerab. Monafterio Sancti Stephani de Nemore quamplurima bona, & inter alia vnivit eius Cappellam Regiā Sanctæ Mariæ de Arfafia cum eius bonis, & Cafalibus, & præcipuè cum Cafale Arunchi, cum omnibus Iuribus, & pertinentijs, etiam mediante authoritate Summi Pontificis, vt ex priuilegio de anno 1094. fol. 16. (ex qua conceffione liquet, liberum ad Ecclefiam tranfire abfque folutione munerum, quæ antea præftabãtur, *Bald. in l. fin. in fine. C. de reuocand. donat.* fubdens, quod fi referuatio facta fuiffet per donatorem, & tunc non præftabuntur munera nifi honefta, & Ecclefiæ conuenientia, fecundum *Innocent. in cap. verum. de foro compet.* & quod hoc fit verum patet, nam in anno 1544. fub die 22. Martij per decretum Regiæ Cameræ referente Pręfidente Francifcō Reuerterio in Banca Io. Pauli Crifpi, fuit prouifum Monafterium ipfum non effe moleftandum pro prætēfa folutione adohæ, pro Terris, feù Cafalibus Spatulæ, Serræ, Biuungi, Montanri, & Gafparinæ, per Comitem Roggerium datis, & Imperatorem Fredericum confirmatis, & fimiliter per Cæfaream Maieftatē Caroli V. nam liberè, & ab omni folutione, & feruitio, exemptos, & in Burgenfaticum datas fuiffe, ex eius conceffionibus apparere, declarat Regia Camera.)

Euenit tamen ex mutatione temporum, & bellorum, vt Monafterium prædictum perueniret in poffe Religionis Cifterciēfiū per aliqua fęcula, (ficuti etiam fucceffit Monafterio Sancti Michaelis del Bofco de Bononia, tefte *D. Cardinale Tufcho, in verbo mutatio, conclus. 476. nu. 4. fol. 857.*) eoque poftea Religioni Cartufianæ reftituto, ex *Bulla Leonis X. de anno* 1510. dum eius bona recuperare curauerit, eum Reintegratore de anno 1535. reperijt Cafale prædictum Arunchi, (hodie dictum Montem Pauonem) occupatum in poffe Dominorum Ducum Nuceriæ, & ideo in anno 1552. petijt in S.C. prædictum poffefforem condemnari ad illud relaxandum vna cum fructibus, vt ex lite verente in S. C. in banca Figliolæ ab anno prędicto 1552. vfq; ad 1594. fol. 93. eft videre.

In anno 1602. ad finiendam litem prædictam, & ad fedandas difcordias (in dies) cōtingentes inter vafallos Monafterij habitantes in Cafalibus Gafparinæ, & Montis Auri, ibi adiacentibus, Monafterium tranfegit litem prædictam pro fumma ducat. 45000. fol. 22. & dictus Dux ceffit etiam feudum Saginarij, alias Sanguinarij, (quo in loco bellum memorandum inter Cotronēfes, & Locrēfes euenit, & ex effufione magna fanguinis vocatur Sanguinarium, & ita fcriptum vidi in regiftris antiquis, eft enim locus ifte, propè ora Sagræ fluminis magnæ Gręciæ olim limitis inter Cotroniatas, & Locros, vbi 130000. Cotroniatæ à 10000. Locrenfibus maximimo prælio fuerunt victi. *Strab. in lib. 6. & Iuftin. lib.* 2. de quo vide per *Calepinum in verbo fagra.* vbi de vulgari prouerbio Græcorum, de euentu belli prædicti habes.) cum pacto vt pretiū prædictum duc. 45000. folvatur creditoribus anterioribus cum affenfu Regio, & fuit defcriptum in Cedulario in capite laici, fed ad inftantiam Monafterij, vt fieri folet, quando Ecclefia, vel Vniuerfitates emunt.

In anno 1604. Monafterium fupplicauit Suæ Maieftati vt prædicta bona tranfirent in eius poffe tanquam burgenfatica, cum folita folutione adohæ fingulis annis, & relevij fin-

gulis quindemnijs, & fuit remissum D. Proregi vt cum voto Collateralis Cōsilij, & Regiæ Cameræ relationem faceret *fol.* 2. Sed negotio ventilato, & non dum peracto, cum repertum fuerit prædictum feudum Sanguinarij, esse feudum in capite, & non subfeudū annexum, aut subiectum Monti pauoni, Ego inde Aduocatus Monasterij aduertens errorē prædictum, pro illo reparando formaui aliud memoriale Suæ Maiestati, supplicando pro parte Monasterij, tàm pro assensu impetrando de Terra Montis Pauonis, quàm pro dicto feudo Sanguinarij, & fuit ordinatum, vt D. Prorex cum voto Collateralis Cōsilij, & Regiæ Cameræ Summariæ relationem faciat, vt ex literis de anno 1617. *fol.* 46.

Et dum relatio hæc est facienda, sperat Monasterium fore prouidendum, & S.M. cōsulendum, pro concessione assensus petiti.

Primo, quia conuenit Suæ Maiestati illum præstare.

Secundo, quia vtile, & expediēs est Regio Patrimonio.

117 Ad Primum caput fundandum, dicit Monasterium, quod licet Assensus Regis, vt feuda transeant in dominium Ecclesiæ (quod vere Amortizatio vocatur secundum *Bellug. Hispan. in Speculo Princ. rubr.* 14.) sit arbitrarius. Actamen quando adest iusta causa assentiendi, nullatenus est arbitrarius, sed necessarius Regi, & ita fundat *Petr. Peckius in tract. de amortizationibus cap.* 14. *in tractatibus tom.* 12. *par.* 1. *fol.* 324.

Ergo, dum Rex noster est Dominus, Protector, & Defensor omnium Ecclesiarum, & signanter istius Monasterij, Cappellæ Regiæ fundatæ, & dotatæ à Serenissimis Regibus, & Diuus Bruno in eius vita acquisiuit Casale prædictum in remunerationem tot miraculorum receptorum à Comite Rogerio, mediante eius intercessione, iustum, & dignum est assentire, vt Casale prædictum redeat ad Monasterium ipsum, eo fortius, quia Casale prædictum semper fuit penès Ecclesiam etiā ante donationem factam Monasterio, cum qua donatione transiuit merum, ac mixtum Imperium in Monasterium, *Andreas Gayll. pract. obseruat. lib.* 2. *obseruat.* 62. *in fine*, & supra fundauimus. Siquidem erat Diuæ Mariæ Arsafiæ, Cappellæ Regiæ prædicti Magni Comitis, vt ipse declarat in priuilegio de anno 1094. *fol.* 16. Et ex infrascriptis Doct. habentur conclusiones vt infra.

Luc. de Pen. in l. si qui. C. de diuers. prædijs
118 *lib.* 11. ait, Regē debere assentire emptionibus faciendis per Ecclesias, & refellit *Andr.* tenentem contrariū, in *c.* 1. *§. inde potest. de alien. feud.* ex ratione, quia transit ad manus mortuas, seù perpetuas; respondit enim *Lucas de Penna in loco citato*, quod Ecclesia potest seruire per substitutum *Minad. in repet. constitut. in aliquibus vers.* 3. *nota. num.* 56. *fol.* 107 & ideo assensus est concedendus, vt Ecclesia protegatur, nam immēsitas erga eam, est mensura, *Paris. de reintegr. feudorū in tit. assensum an cogatur Rex præstare. num.* 1. *fol.* 14. *col.* 4. *in fin & seq.* approbat, & sequitur opin. *Luca de Penna in loco citato*.

Afflict. in l. Imperialem. vers. 16. *quæro. nu.* 2. licet impugnet dictum *Luca de Penna*, nihilominus concludit, Regem debere assentire ad beneficium Ecclesiæ, cum clausula, *vt Ecclesia teneat à Rege, præstito seruitio etc.* alias fieret iniuria Ecclesiæ. Ergo si Ecclesia offert præstare seruitium, quod in Regno est solutio adhoarum, & releuiorum in quindemnijs, vt infra dicemus, omnino est præstandus petitus assensus, nam alias iniuria fieret, secundum *Afflict. in loco citato.*

Bonadilla in sua politica tomo 1. *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 14. *fol.* 675 recte fundat, honorem
119 esse Regi, vt Ecclesiæ in eius Regnis habeant Castra, & Iurisdictiones cum mero, & mixto Imperio, aliosque *DD.* cumulat pro confirmatione huius opinionis.

Circumspectus Regens Valenzuela in suo tract. defensio iustitiæ monitorij Ecclesiastici contra Venetos fol. 79. *num.* 77. dicit, esse nimium conueniens, Ecclesiam habere iurisdictionem, & Ecclesiasticos esse diuites, ob decentiam eorum status. Quinimo in *fol.* 71. *num.* 43. subdit, Regem posse dare Ecclesijs, & Monasterijs quæcumq; bonorum genera, & adducit *Andr. in cap.* 1. *num.* 6. *de his qui feud. dare possunt.*

Aegidius in tract. decisiones insignes, de amortizationibus. cap. 1. *num.* 4. *in tractatibus tom.* 13. *par.* 2. *fol* 434. notat, solere obseruari ad cautelam Regis assentiētis, vt feudum ad Ecclesiam, Vniuersitatem, vel Col-
120 legium transeat: aut solui aliquam conuenientem quantitatem, vel ponere in capite Laici, & idem *Author in cap.* 3. refert *constit. Caroli Regis Francorum* in qua disponitur, vt solutio tertię partis ęstimationis fiat pro amortizandis rebus feudalibus, licet est tū verum, quod testatur, non solere solui totam tertiam partem, sed aliquam quantitatem, ne angarientur nimium Ecclesiastici, & ita seruari in Gallia. Sed quæso aduertatur in hoc, quoniam in supradicto casu, res transit in Ecclesiā libera, & absque onere aliquo; at in casu nostro Regi offertur solutio duc. 6000. cum concessione secundarum causarum, & similiter adoha, & releuium in singulo

quin-

quindemnio: vt infra dicetur.

Et Fontanella de pact. nuptialibus clauſ. 4. gloſſa 12. nu.25. fol.298. in tomo 1. ponit, quando Rex teneatur amortizationibus aſſentire, & concludit pro nobis.

Quo vero ad Secundum caput dicitur, eſſe vtile, & expediens Regi petitum aſſenſum cōcedere, ex pluribus, & diuerſis rationibus, & ſignanter ex infraſtis.

Caſale prędictum eſt ſituatum in Calabria vltra inter Squillaciū, & Scilum, prope mare Ionium, vbi olim magna Græcia dicebatur, & pluries ex Turcharū inuaſiōnibus fuit depredatum, & combuſtum, vt deponit teſtis de anno 1514. fol. adeo vt ſit redactum ad focularia 123. tantum fol.13.

Reditus ipſius ſunt duc. 1084. incluſis illis feudi Saginarij, vt ex releuijs ſolutis per mortem Ducum Nuceriæ olim poſſeſſorum fol. 3. & 4.

Adoha, quæ ſoluitur pro Monte Pauone eſt annuorum ducat. 43. 1. 0. & illa Saginarij annuorum duc. 40. nam reliqua corpora ſunt allodialia, & in caſu deuolutionis ad Regiam Curiam, iſti redditus feudales non aſcēderent ad duc. 20000. & deuolutio prædicta, quæ ſecundum diſpoſitionem *l. hereditatum. ff. ad l. falcid.* arbitratur ſpatio 100. annorū, *l. an vſuſfructus. ff. de vſufruct. l. vt inter. C. de ſacroſ. Eccleſ. cum alijs concord.*

At Monaſterium ad præſens offert ſoluere duc. 6000. cum ſecundis cauſis, quæ ſolent vendi ad rationem duc. quinque pro ſingulo foculari: calculatis ergo iſtis duc.6000. cum intereſſe per 100. annos, adſcendunt ad duc. 120000. & plus: ecce vtilitas Fiſci, quia prędicti introitus feudales in caſu deuolutionis poſt annos 100. importarēt duc. 20000. tantum, quinimo etiam animaduertatur in hoc, quia nec iſti duc. 20000. liberi ad Fiſcū redirent: ſed obnoxij obligationibus, & hypotecis Creditorum Ducis Nuceriæ venditoris cum aſſenſu, quibus totum pretium ducat. 45000. fuit ſolutum cum ceſſione Iurium, roborata Regio Aſſenſu, vt ex fide fol.94. & merito ſi deuolueretur feudum ad Fiſcum, veniret cum prædictis obligationibus, quibus Rex aſſentijt; & ſucceſſiuè non omnes prædicti duc. 20000. ad Regem deuenire poſſent: quia feudum rediret cum ſuo onere, *Freec. de ſubfeud. lib.2. fol.360. colum.2. verſ. fallit autem. num.8. Andr. in cap.1. num. 5. de inueſt. de re alien. fact.* ceſſioneſq; prædictas cum aſſenſu ad beneficium Eccleſiæ Vniuerſitatum, Collegiorum, & Montium valere, tenet *Regens de Ponte in tract. de poteſtate Proregis in tit. de Aſſenſibus. §. 8. fol. 347.* & ideo deuolutio prædicta nullius vtilitatis Regio Fiſco foret.

121 Vlterius ſi Monaſterium ſoluit ad præſens duc.6000. & in futurum adohas, & quindemnia, ſecundum *regulam Cancellariæ* relatam *à Freec. de ſubfeud. lib. 2. in 3. authorit. Baronis. num.15. circa med. fol.3* 18. nullo iure debet recuſari, quin Regius Aſſenſus nō præſtetur, *Petrus Pecchius in tractatu de amortizationibus bonorum cap.23. num.4.*

122 Et ratio eſt clariſſima, quoniam feudum remanet obnoxium Regi, & ei deuolueretur, ſi Eccleſia non adimpleret, *Andr. de Barulo in l. vltima. num.2 C. de exactoribus trib. lib. 11.* tali enim pacto poteſt feudum per Eccleſiam detineri, ſicuti à quocunque alio, *§. fin. de his qui feud. dare poſſunt. cap. 1. de natura feudi. Andr. in conſtit. iuſtitiarij nomen, & normam. col. fin. verſ. ſed quid in Eccleſia, & Liparul. in add. ad Andr. in §. unde poteſt. de alienat. feudi lit. I.*

Et tandem, vtile eſt Regi, quoniam ſi hæc tranſactio facta cum Duce Nuceriæ diſſolueretur: poſſet vtique Monaſterium litem proſequi cōtra Ducem in S.C. vbi eſt intentata, & eius iuſtitia eſt notoria; conſtat enim de donatione facta à Comite Rugerio Beato Brunoni, & de alijs iuribus Monaſterij per ſcripturas nouiter productas à fol. 16. vſque ad 69. & quod idem ſit Arunchū, quod Mons Pauo, etiam ſi in altiori loco ſit mutatum, *l. grege legato. ff. de legat. 3. l. proponebatur. ff. de iudic. gloſ in l. ſi vſuſfructus. 21. ff quib. modis vſuſfruct. amitt. & Camill de Medic. in conſ. 21. num. 6.* quia etiam per vnum retinetur Vniuerſitas, *l. ſicut. 7. §. 1. in fine. ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nomine, & l. ſi grex. ff. de legat. 1.* & quia eſt prope alia Caſalia Monaſterij, & ad euitandas altercationes inter eos affectatur vnio prædicta, & Rex ſanctiſſimus paces vaſſallorum peramat, & ideo eo magis aſſentire debet.

Ex his enim, & alijs, à Dominis Miniſtris perpendendis pro Monaſterio prædicto, in

123 quo adeſt Venerab. Corpus Sancti Brunonis Fundatoris Religionis Cartuſianæ protectæ ab Eccleſia Dei, plus quam omni alia, vt in *extrauag. ambitioſe de regular.* ſperatur fore conſolendum, aſſenſum prædictum debere concedi. Neap. 1. Aprelis 1619.

Io. Dominicus Taſſonus.

124 Die 28. Iunij 1619. per Regiam Cameram (referente D. Præſidēte Battaglino doctrina, ac ſumma prudentia dotato) fuit facta conſultatio, vt petitus aſſenſus concedatur cum ſecundis cauſis, ſolutis per Monaſterium Regio Fiſco ducat. 8000. & releuijs ſingulis quindecim annis, & conſultatio prædicta fuit

F 5 confir-

confirmata per Collaterale Consilium, & D. Proregem, & Monasterium soluit prædictos duc. 8000. per Bancum Montis Pietatis, & inde sub die 9. Augusti 1619. fuit stipulatum Instrumentum cum D. Prorege Duce Ossunę nomine Suæ Maiestatis, vt ex actis penès Regiæ Curiæ Not. Iulium Cęsarem Guadagnū, seù Notar. Ascanium Crisconium, & D. Vicerex vti Procurator Regis promisit ratificationem, & euictionem; & feuda prædicta fuerunt, & sunt descripta in Cedulario in capite Monasterij, quod cępit possessionem, vt liquet ex actis in Regia Camera Summariæ in Banca Io. Bernardini Tartaglione. Et sic Deo auspice, & intercedentibus SS. Stephano, & Brunone, Ego ansam præbui ad obtinendum assensum prædictum, cum reformatione dicti memorialis de anno 1617. & cum productione scripturarum litis vertentis in S. C. inter Monasterium ipsum, & Ducem Nuceriæ, vt est supra relatum.

Et prosequendo materiā in qua versamur D. Proregis, dico quod,

125 XXI. Non potest Prorex Castra, vel Terras Regias, vel Regi deuolutas alienare absq; speciali mandato Suæ Maiestatis, quod ad tempus solet illud concedi, & ita seruatum vidi in mandato dato Illustriss. Domino Don Petro de Toledo per Imperatorem Carolum Quintum sub die 18. Iulij 1552. qui per annum tantum talem potestatē alienandi concessit, & signanter illas Terras deuolutas ob rebellionē Principis Salerni Ferdinandi Sanseuerini, vt videre poteris in venditione facta de Ciuitate Marsici in demanium: in qua promisit D. Prorex vlla ex causa tale demanium reuocari posse, etiam si filio secundogenito Regis fieret donatio, & in casu contrarij liceret Ciuitati prędictę armata manu resistere: Imò, & tunc non censeatur in crimen lęsę Maiestatis incidere: & citati pro tali resistentia, comparere non sint adstricti, sed sufficiat pręsentatio illius Instrumenti tantum: (quod nota pro cautela Terrarum demanialium, & pro alijs demanium optinentibus, & similiter pro derogatione *Ritus Mag. Cur. Vic.* 269. qui tres tantum exceptiones admittit citatis ad informandum, idest infirmitatis, captiuitatis, vel absentię. Licet pater pro filio, & Dominus pro seruo comparere possent, secundum *Mastrill. in decis.* 267.) In casu autem necessitatis aliter crederem, nam & Roma ob pecuniæ penuriam, Comitatum Capuæ vendidit, teste *Titoliuio lib. 8. deca. 3. fol. mihi* 334. *lit.* C. & de dicto mandato ad vendendum vide *Io. Franc. de Ponte in consf.* 49. *circa fin. vol.* 1.

126 XXII. Nec donatiua in publicis parlamentis accipere potest, quoniam soli Regi, & non Proregi, aut alijs personis, possunt donatiua in publicis Comitijs fieri: vt est sancitum in *pragmatica edita* 18. *Noubris* 1617. renouando aliam editam per Philippum II. in anno 1565. & licet in *l. vnica. C. vt publicæ lętitiæ lib.* 12. dicatur, posse aliquod modicum accipere, loquitur in Nuncijs portantibus nouum lętitiæ. Sed potest extendi ad gubernatores, & nouissimè disputat hunc punctum *Pater Diana de resolutionib. moralium qq. tract.* 3. *resolut.* 29. *fol.* 103. vbi affirmat, in Regno Siciliæ similiter adesse consimilem prohibitionem, vt post *Mastrill. & alios* ibi citatos: ait, quod & si de licentia Regis posset Proregi donatiuum fieri: adhuc omnes de Parlamento debent concurrere: nam si vnus dissentiret, donatio non valet, & non sufficit, vt maior pars concurrat, vt in donatiuo Regis: quia ista donatiua Proregis, omnino sunt voluntaria; sed contrarium sensio, nam data licentia à Rege ad illa faciendum, maior pars præiudicat minori, *l. quod maiori. ff. ad municipal.* & procedit etiam in actibus voluntarijs, *Vincent. de Franch. decis.* 2. Parlamenta enim fiunt ad finem, vt Prorex publicas querimonias audiat, & prouideat, & Regi referat, vt per *Giurbam in decis.* 118. *nu.* 6. sed quo ordine, & loco Comitia prædicta celebrantur, declarat *Marc. Ant. Surgent de Neapoli illustrata lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 24. *fol.* 72. qui quidem Author in *cap.* 24. *num.* 16. *& seq. fol.* 264. *ater.* ponit
127 etiam cerimonias, & modum, ingressus, & regressus Domini Proregis: de quibus vide *l. obseruare. vers. ingressum. ff. de offic. Proconsulis*, vbi quid Prouinciales facere debent, habes.

128 XXIII. Nec potest exequutiones sententiarum S.C. impedire, nec mandare, quod supersedeatur in exequendo, donec de meritis causæ reclamationis fuerit cognitum, vt late concludit *Giurba in decis.* 7. *per l. rescripta. & auth. quæ supplicatio. de precib. Imperat. offerendis*, & alia iura ibi allegata.

Sed limita conclusionem hanc in duobus casibus, idest nisi ex certa scientia mandauerit, vel cum clausula non obstante, quia tunc extraordinariam potestatem exercere videtur.

129 XXIV. Nec debet Prorex prædecessorū gesta reuocare, nam & si sua mandata reuocari cupit, prædecessorum mandatis custodiam prætet, *cap. iustitia.* 25. *quæst.* 1. *cap. confessionis.* 25. *quæst.* 2. *Bald. in consf.* 326. *col.* 3. *lib.* 1.

lib. 1. vbi quod Imperium Prædeceſſoris, & ſucceſſoris, vnicum Imperium dicitur, & de his vide infra *verſ.* 3. *obſeru.* 3. *num.* 211. *in fine, & 1. Regū cap.* 24. *in fine,* ibi, *diſplicet Gubernatoribus poſt eorū finitum gubernilū, mutari eorum mandata, & ſtatuta*; ſed in 2. *Paralipomenon* 10. diſponitur, Proregem debere lenire cum perſequtis à ſuo prædeceſſore, & licet *Capyc.deciſ.*151.dubium reliquit, num dato aſſenſu ab vno Vicerege, poſſit exequutioni demandari tempore ſucceſſoris, *Camer.in cap. Imperialem fol.*59.*lit.R.* concludit poſſe, quia, ea quæ habentur in *cap.*1. *qui ſucceſſores teneantur,* procedunt in mutatione dominij, non autem ſub mutatione Officialiū ſub eodem Domino, cuius nomine conſentiunt, eo magis, quia Regnum hoc eſt hæreditarium, vt ibidem.

130 XXV. Non poteſt præſtare aſſenſum teſtamento, in quo pater relinqueret feudum ſecundogenito, quia alteraretur natura feudi, *Bammacarius in repetit. cap.*1.*ſi de feudo defunctis militis q.* 4. *nu.*60. *fol.* 103.

131 XXVI. Nec diſpenſare poteſt, vt Miniſtri Regij aliquid accipiant à quauis perſona, nec occaſione delegationū, nec ex quauis aliqua cauſa, *Io. Franciſcus de Ponte in conſil.*146. *num.*32. *vol.* 2. & vide ſupra hic *nu.* 104.

132 XXVII. Nec debet Titulato eum ſalutāti aliquantulum non aſſurgere, *gloſ. in l.*1.*C. de ſentent. paſſis. in verb. proceſſiſſe, Felyn.in rubr. de maiorit. & obedient. col.* 4. & late *Purpur. in l.* 1. *num.* 162. *ff. de officio eius*, *Marcus Antonius Surgēt de Neapoli illuſtr. cap.* 23. *num.*17.*fol.*221. qui in *ſequenti numero* aſſerit, non aliquantulum, ſed multum aſſurgere debere: quia & Imperator Præfecto Prætorio, Cardinalibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis ipſum viſitantibus aſſurgere eſt ſolitus, vt ibidem, & *Reſtaurus Caſtaldus in tract. de Imperatore. num.* 65. ſed forſitan in hac tempeſtate ex copia, & qualitate Titulatorum aliter ſentiret.

133 XXVIII. DD. Proreges non poſſunt per literas particulares mandare, aut aliter prouidere, vt Fiſci Patronus Regiæ Cameræ non interueniat in aliqua cauſa, in qua Fiſcus eſſet actor, vel reus, ſicut ſtatutum eſt per *literas particulares Regis de menſe Maij* 1606. quas refert *Conſil. Rouitus in pragm.*5. *de ſuſpition. Officialium,* vbi de verbo ad verbū inſerit eas. Sed Romæ ſufficiebat dicere, *Iudicem ſuſpectum eſſe, hunc nolo*. Hodie vero per *pragmaticas ſub tit.de ſuſpitione Officialium*, diuerſimodè fuit in hoc Regno diſpoſitum, vt ex eis eſt videre.

134 XXIX. Nec poſſunt de Iure ſubdiros ledere, *§. porro ſi contingant. in nouella conſt.* 86.nec in Regno vendere, vel conducere, *l.nō licet* 46. *ff. de contrab. empt.* ſicuti nec etiam donationes accipere, *l. plebiſcito* 18. *ff. de offic. Præſid. & l. quod contra legem* 8. *ff. ad l. Iul. repetundarum, & l.*6. *§.non vero. ff.de offic. Proconſ. & Legati*, niſi ex cauſa publicæ lætitiæ aliquid detur, *l.vnica. C.vt publicæ letitia lib.* 12. vel ſi exculenta, vel poculēta dentur, *d.l.plebiſcito* 18. *de offic. Præſid.* & vide ſupra hic *num.*126.

135 XXX. Nec in Prouincia, aut Regno, in quibus regunt, ædificare poſſunt, *l.vnica. C. de contrac.iudic. & l. auffertur ei* 46. *§. quod à Præſide. in fine. ff. de iure fiſci.*

136 XXXI. Nec poſſunt Vxores ducere in Regno, *l.ſi quis officiū* 38. *ff.de ritu nupt.* & late *Nicolaus Vigel.in lib.*14. *ff. cap.*2. *in except.* 24. *fol.* 38. *par.* 2. requiritur enim Regis diſpenſatio in talibus caſibus, Ac etiā nec poſſunt filios in matrimonium collocare, *l. qui in Prouincia. ff. de ritu nupt.* filias vero poſſent, *l. ſi quis officium. ff. eodem*, quoniam tutor, vel curator filiū ſuæ pupillæ adultæ in matrimonium collocare nequit, *arg. l.curatorem. C.de interdicto matrim.* ſed filiam pupillo adulto dare poteſt, vt ibidem.

137 XXXII. DD.Proreges nō poſſunt naues, aut triremes in Regno ędificare, idest facere, *l. auffertur.*46. *verſic. nam & nauem. ff. de iure fiſci*, eſt verum, quod D. Dux Oſſunę huius legis conditor, quatuor triremes in Regno detinebat durante eius gubernio: quas inde Regiæ Curiæ vendidit.

138 XXXIII. Nec per prius prouidere poterant officia excedentia annuos duc. 100. in emolumentis cum ſalario, vel in ſalario ſolo: quia Regis eſt eorum collatio, ſin vero infra ſummam duc. 100. erunt, DD. Proreges poterant concedere, *prag.* 1. *de officijs ad Regiā Maieſtatis collationē ſpectantibus*, de quo ſoliro cōcedendi reſtatur *Camer.in l.Imperialem.fol.*79.*lit.G.* non obſtāte quod in *l.vnica. C.de prabend.ſalario lib.* 10. diſponatur, non niſi à Principe cōſtitutionē ſalarij fieri poſſe. Hodie autē ſeruatur, vt DD.Proreges conceſſiones prędictas facere nequeant, & ideo eorum prouiſio fuit aucta, cum quo augmento fuit etiā eis ſublata exactio ꝓ tractis dandis, & hodie ad beneficium Regię Curiæ cedit.

139 XXXIV. Non potest guidare, vel afficurare inquisitum de sodomia, *pragmat. 1. de sodomia*, vbi etiam disponitur, quod Iudices dissimulantes, vel non punientes sodomitas, puniantur eadem pœna. addendo, inquisitos de blasphemia Dei, Christi, & Beatæ Mariæ Virginis nostræ Protectricis, nec etiã posse transigi, vt per *Nouarium peritissimũ iuuenem in eius Commentar.* videre poteris.

XXXV. *Io. Platea in l. si grauius. C. de dignit. lib. 12.* quem sequitur *Marin. Frecc. in lib. 3. de subfeud. in tit. de differentijs inter feuda regalia &c. differentia 47. fol. 437.* te-
140 net, quod Prorex Rege inconsulto, non potest titulatum condemnare: sed absoluere potest; idemque tenet *Camer. in l. Imperialem. fol. 78. lit. P.*

141 XXXVI. Non potest D. Prorex Turcas captos à Regnicolis, siue à militibus in eius beneficium applicare sub prætextu, quod sit Dux Belli in hoc Regno: quoniam Iure capientium fiunt: & licet vigeret hęc consuetudo in Regno, vt isti serui essent Proregum, vigore cuius Illustriss. & Excellentiss. D. Dux Alcalà Regni Prorex incomparabilis aliquos Turcas sic captos ad se applicauerit: tamen in vltimis constitutus hic Neapoli, (vbi sub die 2. Aprelis 1571. vitam cum morte commutauit) vti iustissimus in omnibus suis gestis (vt notum est) mandauit DD. Executoribus sui testamenti, vt viros conscẽtiatos eligerent ad hunc punctum decidendum, siq; decreuerint ad capientes spectare, soluerent capientibus ducat. 100. pro quolibet seruo. Pro qua decisione, fuerunt congregati Consiliarij Vincentius de Frãchis, Iacobus Anellus de Bottis, & Franciscus Antonius Dauit, & Anibal Moles Præsidentes Regiæ Camerę, & alij Theologi, & Canonistę, qui vltimo maij 1571. decreuerunt Turcas prædictos spectauisse, & spectare ad capientes, siue milites, siue particulares fuetiut: & iterum ita decisum fuit tẽpore Illustrissimi Cardinalis de Granuela 3. Nouembris 1573. cum septẽ votis conformibus, vt testatur *Moles in dec. 89. manuscripta*, & vide supra hic in 26. *potestate in his, quæ potest facere.*

142 XXXVII. Nõ potest pro suo seruitio capere Officiales destinatos seruitio Regis, *l. 1. C. de apparitoribus Proconsulis, & Legati lib. 12. & in l. 2. eod. tit.* declaratur, quot personas habere poterit Prorex, & clarius in *l. vnic. C. de apparitorib. Comitis Oritẽis lib. 12.*

XXXVIII. Si duorum Regnorum Prorex esset, de vno ad aliud Regnum nõ posset subditos trahere, *Camerar. in repetit. l. Imperialem. fol. 78. ater. lit. O.*

XXXIX. Si quid à Rege raro, & cum difficultate fit, etiam in via confirmationis, non potest Prorex id facere, nec ei demandatum censetur, idem *Camer. in d. l. Imperialem fol. 79. lit. K.* vbi etiam *Andr.*

XXXX. Nec potest D. Prorex assentire alienationi factę, vel faciendę per illum, qui filijs caret, quia feudum subiacet naturæ restitutioni faciendæ ad beneficium Domini, dico faciendæ, quia prohibitum est in *Pragmatica 9. capitum*, dico factę, forsan pro assensu prætito ante dictam pragmaticam, vt aduertit Fisci Patronos *Camer. in l. Imperialem carta 80. lit. A.*

OBSERVATIONIS III.

SVMMARIVM.

1 *Locumtenentes in Regno Neapolis quot, & qui, & in quibus temporibus fuere.*
2 *Locumtenens, & Capitaneus Generalis habet titulum Excellentiæ.*
3 *Excellentia cadit in Principe.*
4 *Prælatio datur ratione Excellentiæ in arte.*
5 *Locumtenens Regiæ Cameræ Summariæ quomodo vocabatur.*
6 *Locumtenens Regis potest facere omnia, quæ Rex, vel Prorex, & nu. 13.*
7 *Locumtenentem offendens verbaliter, vel realiter, incidit in crimen læsæ Maiestatis.*
8 *Condemnati ad mortem crudelem ob coniurationem in d. Locumtenentem Generalem.*
8 *Sententia contra miseros condemnatos ex causa coniurationis factæ contra Locumtenentem Regni, & alios.*
9 *Pœna forcipum igne candentium, quæ.*
10 *Pœna aspersionis salis.*
Condemnati, & delinquentes per Ciuitatẽ debent circumdari, ibid.
Conspiratores viso superiore dispertuntur, ibidem.
11 *Locumtenens Regni si est Capitaneus Generalis, habet titulum excellentiæ.*
12 *Don Franciscus de Castro Locumtenens, & Capitaneus Generalis, & eius laudes.*
14 *Locumtenens non potest facere alium Locumtenentem cum fallentijs.*
15 *Locumtenentis ingressus quomodo.*
16 *D. Cardinalis Borgia ingressus.*
17 *Commissio Locumtenentis generalis.*

OBSER-

OBSERVATIO III.

De Locumtenente Generale Regni videbitur.

ET est animaduertendum, quod de Locumtenēte habemos titulum in *auth. vt de Vicarijs, seù Locumtenentibus const.* 134 & quando nō adest Prorex, sed Locumtenens, absque titulo Proregis, tunc Locumtenentem appellamus. & postquam Regnum hoc peruenit in posse
1 Regis Catholici de anno 1501. & in eius feliciſſimos ſucceſſores Reges noſtros Auſtriacos, multi fuere Locumtenentes tantū, quos pro ipſorum rememoratione, enumerare non erit incongruum.

1506 Antonius de Cardona Marchio Padulæ, fuit Locumtenens relictus à Magno Capitaneo, quando ad obuiam Regi Catholico perrexit, vt supra *vers. hoc. obser. 2. nu. 37. in fine.*

1514 Don Bernardinus Villamari extitit Locumtenens.

1517 Don Franciſcus Remolina Cardinalis de Surrento.

1526 Andreas Carrafa Comes Sanctæ Seuerinæ.

1553 Don Aloyſius de Toledo.

1554 Don Bernardinus de Mendozza.

1557 Don Franciſcus de Paceco relictus Locumtenens à Duce de Alua, *Moles in decis. 91.*

1559 Don Fredericus de Toledo, & Don Ioannes Marriquez.

1601 Don Franciſcus de Castro filius ſecundo genitus Comitis de Lemos.

1616 Idem Don Franciſcus poſt diſceſſum Domini Comitis de Lemos eius fratris.

1620 Don Gaſpar Cardinalis Borya, & Don Antonius Cardinalis Zapata in eodē anno.

1621 Don Petrus de Leiua durante abſentia paucorum dierum, in quibus prædictus Cardinalis Zapata Romam perijt pro creatione Summi Pontificis Gregorius XV. fuit creatus.

Ex ſupra dictis Dominis, aliqui fuerunt Locumtenentes tantum, alij vero Locumtenentes, & Capitanei Generales. noſtra intentio eſt declarare, in quo differant hi Tituli, & Poteſtates.

2 Etenim, ſi eſt Locumtenens, & Capitaneus Generalis, habet poteſtatem maiorem, & titulum Excellentiæ: at quando eſt Locumtenens tantum, titulus Illuſtriſſimi ei datur,
3 vt in dies obſeruatur; Excellentia propriè cadit in Principem, *cap. 1. de probat.* ſed Excellentiſſimus etiam vocatur Præfectus Vrbis, *l. tam dementis. C. de Epiſcop. Audient.* & ſimiliter dicitur Excellentiſſimus Quęſtor, *l.*
4 *ſi quando. C. de appellat.* & ratione Excellentiæ artis, vel virtutis, quis præfertur, dum alias non præfereretur, *gloſ. in l. 1. C. de annona ciuili lib. 11. Iaſ. in l. cum quid. in 1. lectur. col. 4. ff ſi cert. petatur,* & de hoc titulo Excellentię multa dicit *Marcus Antonius Surgens de Neapoli illuſtrata lib. 1. cap. 12. num. 9. fol. 120.*

Et omiſſis pluribus ſpeciebus Locumtenentium, & Capitaneorum inferiorum, qui ſyndicatui parere tenentur, & ſic etiā omiſſa hic materia Locumtenentis Regiæ Camerę,
5 qui ab antiquis Comes rerum priuatarum, vel Sacri Patrimonij Comes vocabatur, vt in *l. vnic. C. de officio Comitis rerum priuatarum lib. 11. & §. 1. in auth. de Pratore Sicilia conſt.* 104. vbi à Iuſtiniano Imperatore Comes patrimonij Italiæ vocatur; gerit enim officium magni Camerarij, & eſt officium magnæ authoritatis, & confidentiæ, vt infra videbimus *verſ. 3. obſeru. 3. in Tribunali Regiæ Cameræ Summariæ num.* 137.

In materia noſtra eſt aduertendum, quod
6 Locumtenēs Regis facere etiam poteſt omnia ea, quæ ipſe Rex facere poſſet, *Frecc. in lib. 2. de ſubfeud. in tit. quis dicatur Dux. num. 33. & ſeq. fol. mihi* 130. & ideo vides, quod in nomine tantum differt à Prorege, & in non habendo titulum Excellentiæ; ſed in verbis non eſt facienda vis, quoniam Regina Maria coniux, Regis Alphonſi Aragonij Locumtenens Generalis vocabatur, & leges condidit in anno 1423. vt in *foro Aragonum eſt videre fol.* 103. & idem fecit Ioanna Locumtenens, & vxor Regis Ioannis Aragonij, vt in dicto *foro fol.* 218. & qui Locumtenentē offendit verbaliter, vel realiter, incidit in crimen lęſę Maieſtatis, quia offendens Vicarium videtur offendiſſe Epiſcopum, & ita in Locumtenente Regis ponderauit *Bal. per l. 2. C. de his qui vic. alter. ger. in l. obſeruare. §. fin. alias aliquando. ff. de offic. Procons. & Legati, & Camer. in l. Imperialem. fol. 78. col. 4. in fine,* poſt *Cyn. in l. ſancitum. ff. de rerum perm.* & ponderat *text. notab. in cap. fin. de officio Vicarij in 6.* & de hoc euenit caſus miſerabilis, & notandus tempore gu-
7 bernij Illuſtriſſ. Domini Cardinalis Zapatæ Locumtenentis, ſummi ingenij, & prudentię Viri, quando infraſcripti miſerrimi trucidati fuerunt mediante infraſcripta ſententia tenorem cuius inſerere non erit incongruum, profutura rei memoria, & ad exemplū aliorum,

rum, eo fortius, quia à Peritissimis Viris fuit prolata, cuius tenor est, vt infra.

1 *IN causa Regij Fisci cum Ioanne Leonardo Carpenterio, & Io. Petro Camardella, inquisitis de crimine læsæ Maiestatis patrato mediante coniuratione, conspiratione, machinatione, & tractatu, de occidendo Illustriss. et Reuerendiss. Cardinalē Zapatam Locumtenentem Generalem in hoc Regnō per Catholicam Maiestatem, ac Illustrem Fuluium Constantium Marchionem Corleti, Regium Collateralē Consiliarium, ac Regiæ Cancellariæ Regentem, tunc Annonæ Præfectum intuitu exercitij eorum gubernij, & administrationis officij, ac etiam Illustrem Paulum de Sangro Principem Sancti Seueri similiter à Latere Consiliarium, & alijs.*

Necnon cum Io. Antonio della Ricba alias Spagnuolo, Cicco Draco alias Impiso, Cicco de Angelo alias Maccarone, Anello Palmerio alias occhi d'Impiso, Michele Angelo Bouardo, Iulio Bouardo, & Ioanne Leone alias Soriee, similiter inquisitis de crimine læsæ Maiestatis, ac coniuratione, conspiratione, & machinatione, & tractatu, de occidendo eundem Illustrissimum, & Reuerendiss. Cardinalem Zapata Locumtenentem Generalem, & pro illius exequutione, impetu incomitiua cum diuersis hominibus armatis diuersis armorum generibus facto sub die 4. Maij præsentis anni inruendo hostili modo, et animo cōtra eundem Illustr. Dñum incedentem, & transeuntē per plateam Vlmi huius fidelissimæ Ciuitatis in eius quatriga, insimul cum Illustre Comite Montis Rey Oratore extraordinario nostri Potentissimi Regis Catholici apud Summum Pontificem Gregorii XV. alijsque Equitibus Hispanis: eundem insequēdo diuersis clamoribus incitando plebem, plurimaq; iniuriosa, & contumeliosa verba in eum vociferando, & deuenīēdo vsq; ad lapidum in eum proiectionem, & alijs vt in actis penes Ioseph Parrinum Actuarium assumptum.

Die 28. Maij 1622.

F*Acta relatione per Magnificum Scipionem Rouitum Regium Consiliarium, & Commissarium delegatum, in Regia Iuncta, cum interuentu magnifici, & circumspecti Ioannis Baptistæ Valēzuela Valasquez Regij Collateralis Consiliarij, & Regiam Cancellariā Regentis, ac magnificorum Consiliariorum Pomponij Salui, & Cæsaris Alderisij Adiunctorum, & delegatoris in præsenti causa, audito; magnifico Fisci Patrono causarum criminalium in Magna Curia Vicariæ; ac etiā Doctore Simone Carola Aduocato prædictorum inquisitorum. Per subscriptos DD. Delegatos prouisum est, pariterq; decretū, quod omnes prædicti Inquisiti denudati in plaustris eucti, & alligati protrahantur, & perducantur per loca publica solita, & consueta huius fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, adhibitis etiam eorum carnibus paulatim per viam forcipibus igne candentibus vsque ad loca delicti; ibique super rota curruli in altum erecta extensi more Germanico trucidentur: ita vt confractis ferreo malleo tibijs, cruribus, bracchijs, pectore, ac temporibus, moriātur, adeo vt anima totaliter à corpore separetur. Eorumque cadauera in quatuor frustra diuisa sparsim appendantur extra mœnia huius Ciuitatis ad escam Volatilium: capita vero in crata ferrea inclusa affingantur, singula in singulis Portis frequētioribus huiusmet fidelissimæ Ciuitatis à parte exteriori, perpetuo ibi detinenda subindè: domusq; eorum propria diruantur funditus, & solo æquata, in eis sale asperso, destruantur singulæ: bonaq; omnia publicentur, & Fisci commodis applicentur, taliter quod ipsis sit supplicium, aliorum vero transeat in exemplum; necnon ante exequutionem præsentis sentētiæ, singuli torquēantur tamquam cadauera, ad sciendum alios complices, fautores, auxiliatores, consultores, & mandatores, prout hac eadem sententia singuli prænominati ad omnia, & singula subscripta condemnantur. hanc eandem &c.*

Valenzuela Regens. Cæsar Alderisius.
Pomponius Saluus. Scipio Rouitus.

Ioseph Parrinus Act. assumptus.

9 Sententia prædicta fuit exequutioni demandata 1. Iunij 1622. & fundata potest dici in *l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiestatis. & in §. illud. in cap. 10. in auth. vt nulli iudicum,* ibi, *ex diuerso autem etiam pœnis eos omnium amarissimis subrogamus.* & facit *extrauagant Io. XX. quæ incipit dierum.* vbi de pœna contra offendētes Officiales; sed audiui, quod respectu forcipium igne candensium, licet fuerint super plaustris aducti, non fuerunt adhibiti carnibus prędictorum miserorum, ex gratia, & pietate prædicti Illustriss. Dñi Cardinalis Zapatæ: & de hac pœna candentis ferri tractat Couar. *variar. resolut. lib. 4. cap. 23. fol. mihi 463.*

Et similiter de dicta dictione subdiò, intellige perpetuo, die, ac nocte, & differt à dictione

ctione fubdiù, quæ quanto tempore intelligatur, habemus *glof. in l. Lutius. ff. de mand.* quæ per decemnium dixit intelligi, fed veritas eft, quod ftat in arbitrio Iudicis, & cum *glof.* tranfeunt *Bald. Alex. & Iaf.* poft alios *in l. pœnam. ff. de verb. obligat. & Iaf. in l. fi fundum per fideicommiffum. num. 11. ff. de legat. 1. & Neguf. de pignor. par. 6. in vlt. membro. num. 46.*

10 De pœna vero afperfionis falis, vide *Iudicum* 9. ibi, *ipfaque diftructa, ita vt in ea fal afpergatur. nu. 45.* & quod delinquentes per totam Ciuitatem debeant circundari, & in loco delicti vita priuari, habetur in 2. *Machabæorum* 4. *nu.* 28. & quo ad fufpenfionem capitis in Arce, vide in 2. *Machab. cap. fin. num.* 33. quo vero ad confpirationes, carbonibus accenfis eas affimila, qui fi in vmbra accenfi funt, apparente fole obcecantur, & in cinerem refoluūtur, ita & confpiratores apparente fuperiore, quia temeritas vbi primum impetum effudit, eft ficuti quædam animalia, quæ amiffo aculeo, torpent. Gentiles in cruce condemnatos mori, & volucribus efcas fieri, permittebãt, vt poft multos teftatur *Gubernator Chriftianus Frater Io. Marquez in lib. 2. cap. 20. in 2. & 3. col. fol.* 275. Moyfes autem moderando legem prędictam iuffit, ex cruce cadauera tolli, vt ibidem, & *Deutero.* 21. 23.

Et ad materiam Locumtenētis redeundo, dico, quod Locumtenens Regis ex intellectu, & fignificatione appellationis, poteft facere omnia, quæ facit Prorex, quinimo fi habet ti-
11 tulum Capitanei Generalis, habet etiam titulum Excellentiæ, *l. excellentia. cum glof. 1. C. de erogatione militaris Annonæ lib. 12. Regens de Ponte in tract. de poteft. Proregis in tit. de affenfibus Regijs. §. 5. num.* 14. & vidimus tempore prædicti Dñi D. Francifci de Caftro, quādo in anno 1601. fuit cōftitutus Locumtenens ab eius Patre Comite de Lemos Proregeinfirmo, & inde mortuo. Nam ei dabamus titulum Illuftriffimi, verum poft
12 aliquos menfes à Potentiffimo Rege noftro fuit decoratus titulo Locumtenentis, & Capitanei Generalis, & ideo dedimus titulum Illuftriffimi, & Excellentiffimi, prout ad prefens habet, ftante quod ipfe eft Comes Lemenfiū inter Hifpanos magnates maximos, qui quafi omnia officia, & legationes in Italia pro Rege noftro, cū maxima circumfpectione, ingenio, ac dexteritate expleuit, vt alias diximus.

13 Et non folum quando eft Locumtenens, & Capitaneus Generalis poteft omnia peragere, quæ facit Prorex vt fupra, fed etiam omnia ea, quæ Rex facit, *Lucas de Penna in l. in officiofo. C. de Caftrenfianis minifterijs lib.* 12. & gaudet omnibus priuilegijs, & prerogatiuis, quibus Dominus gaudet, *l. vnicuique. C. de proxim. facror. ferin. lib. 12. Frecc. in lib. 7. de fubfeud. in tit. quis dicatur Dux num. 33. fol. mihi* 130.

14 Et vltimo nota, Locumtenentem nō poffe creare alium Locumtenentem, *Bal. in l. 1. §. à Præfectis. ff. de legat.* 3. quem fequitur *Iacobi. de fancto Georgio in tract. de feudis. in verb. Vicarius in fine*, quia habet minorem authoritatem, quam Prorex, qui poteft conftituere Locumtenentem, vt fundauimus fupra in hoc *verf. 2. obferu. 2. num. 47. & 49.* differt tamen à Domino Prorege, quia quando Locumtenens in Ciuitatem Neap. ingre-
15 ditur, non habet pontem in mole, (vt habent Proreges, feù Reges, *Bald. in §. nobis intrantibus. de pace conftant.* & fuit feruatum Neap. die 1. Nouembris 1506. quando Rex Catholicus venit Neapolim, nam in mole magna fuit factus pons, vbi Rex iurauit obferuare capitula, *Hieronymus Zurita in tom. 6. de las emprefas, y ligas de Italia lib. 7. cap.* 20.) Locumtenens enim in Turre Sancti Vincentij defcendit (fi per mare venit, vbi Syndicus eum recipit, & facit ingreffum, vt fecit Dominus Cardinalis Zapata:) fi verò per terram, equitat cum Syndico, & Electis, ac alijs Magnatibus, & Minifteis ex parte per quam venit.

16 Sed Dominus Cardinalis Borya recepit iuramentum in Infula Procitæ coram aliquibus ex Confiliarijs ftatus, & Regentibus Regiam Cancellariam, & Electis Ciuitatis, & inde ad euitandum euitanda, abfque ingreffu folemni, vt fieri folet, per terram intus Caftrum nouum venit, noctis tempore, & mandare, ac exercere ftatim cępit, exiftente in Palatio Regio Domino Duce Offunæ ingreffum nefciente: qui paucos poft dies Hifpaniam petijt, vt fupra hic, *obfer.* 2.

Forma Commiffionis Locumtenentium folet effe vt infra.

17 *PHILIPPVS Dei gratia Rex Caftellæ, Aragonum, Legionis, vtriufq; Siciliæ, Hierufalem, Portugalliæ, Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galletiæ, Maioricarum, Hifpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corficæ, Murfiæ, Giennis, Algarbij, Algeziræ, Gibraltaris, Infularum Canariæ, necnon Indiarum Orientalium, & Occidentalium*

lium Insularũ, ac Terræ firmæ maris Oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Athenarũ, & Neopatriæ, Comes Auspurgi, Flandriæ, Tirolis, Barcinonæ, Rossilionis, & Ceritaniæ, Marchio Oristanij, & Goceani. Inter reliquas optimorum Principum curas, quarum in administranda Republica illos rationem habere oportet, & potissimum commendatur, quæ subditorum conseruationem, ac quietem vigilanter incumbunt, ei propterea tum maximè consulitur cum in præficiendis gubernationibus præcipuam curã gerunt, vt æquitate, & beneuolentia comendari subditos in pace, ac Vicinos, in officio contineant. Quare cum Illustriss. Don Petrus Giron Dux Ossunæ, Comes Vreniæ, & Marchio de Pignafiel consanguineus noster, ac in prædicto nostro citerioris Siciliæ Regno Prorex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis nobis petierit, vt ad agendũ de aliquibus magni momenti rebus nobiscũ, tàm seruitij nostri, quàm huius nostræ coronę vtilitatis licentiam huc venire impartiri dignaremur: illam sibi concedere decreuimus, necessariumq; putauimus alium virum in interim nominare, in quo, & omnia colluceant, quibus ad tam præclarum Regnum gubernandũ decoratum esse oportet; ita Reuerendum Admodum in Christo Patrem Cardinalem de Boria, ac Velasco amicum nostrum carissimum ad hoc eligimus, & deputamus eximia prudentia rerum intelligentia, ac ingenio singulari mire decoratum, dignumq; in cuius humeris ea Prouincia imponatur, quæ virum magnum omnibusq; numeris absolutũ ob ipsius amplitudinem, & Regni nobilitatem meritò exposcit; tenore igitur præsentium de certa scientia, Regiaq; auctoritate nostra ex gratia speciali firmo, ac deliberato animo dictum Cardinalem de Boria ac Velasco, Locumtenentem, & Capitaneum generalem nostrum in prædicto citerioris Siciliæ Regno nominamus, eligimus, & deputamus, vt interim in eodem Regno personam nostram referat, vniuersisq; & singulis dicti Regni personis cuiusuis status, & conditionis existant, tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus, Tribunalibus, Ministris, & Officialibus quibuscumque præferatur: omnibusq; iniungat. Iurisdictionem quoque ciuilem, & criminalem altam, & baxiam, merum, & mixtum Imperium cum omnimoda gladij potestate nostris vice, & auctoritate exerceat, eaque omnia faciat, exequatur, statuat, & ordinet, quæ eiusdem Regni conseruatione, & angumento necessaria visa fuerint, & opportuna, & quæ nos ipsi faceremus, & facere possemus, si personaliter interessemus, etiam si talia forent, quę expressam mentionem, & mandatum exigerent magis speciale, cum præsentibus est concessum, & expressum, & quæ non n[illegible] per nosmetipsos corã fieri possent. Nos enim ad omnia, & singula supradicta cum incidentibus, dependentibus, & emergentibus ex eis eisdem annexis, & connexis amplissimã facultatem, authoritatem, potestatem, & vices nostras cum libera, & generali administratione eidem Cardinali de Boria, & Velasco per easdem præsentes concedimus, committimus, & plenariè elargimur, quibuscunq; in contrarium facientibus quoquo modo, non obstantibus, & si huiusmodi naturæ forent, de quibus expressam mẽtionem fieri, aut de verbo ad verbum inserere oportet, quibus omnibus, & singulis eisdem mota, scientia, animo, authoritate, & potestate derogamus, & derogatum esse volumus per præsentes: supplentes omnes, & quoscumque defectus tam iuris, & facti, & solemnitatum omissiones, si qui, vel quæ fortè in præmissis, vel eorum singulis interuenire, aut allegari possent; mandantes vniuersis, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Prælatis, & alijs Ecclesiasticis personis, necnon fidelissimæ Ciuitati nostræ Neap. ac Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus, cæterisque vniuersis, & singulis Officialibus, Tribunalibus, & subditis nostris, quocumque titulo, officio, authoritate, & dignitate fulgentibus, Colonellis, Tribunis, Capitaneis quoque Militum, Equitum, Triremium, & aliarum nauium Præfectis Castrorum, & quibuscumque alijs in præfato nostro citerioris Siciliæ Regno constitutis,

ſtitutis, & conſtituendis, vt dictum Cardinalem de Borya, & Velaſco, vt interim pro eorũ Superiore habeant &c. teneãt &c. reuereãtur, & obſeruent &c. eique tanquã perſonæ per Nos miſſæ,& noſtrã repræſentanti, & eius mandatis veluti noſtris proprijs obtemperent, pareant, obediant, & aſſiſtant, nec contrarium faciant, aut contrafacere, vel venire præſumant, ratione aliqua ſiuè cauſa,ſi gratia noſtra illis cara eſt; iramque, & indignationem noſtram præter alias pœnas noſtro arbitrio reſeruatas, cupiunt euitare; in quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum, præſentes fieri iuſſimus noſtro prædicti noſtri citerioris Siciliæ Regni ſigillo, atergo munitas. Datum in Oppido noſtro Madriti die 27. menſis Ianuarij Anno à Natiuitate Domini 1620. YO EL REY. Vidit Comes de Benaueute, & Proprothonotario, & Magno Camerario. Vidit Comes Generalis Theſaurarius. Vidit Caymus Regens. Vidit Marchio Floreſtæ Regens. Vidit Montoya de Cardona Regens. Vidit Carolus de Tapia Regens. Vidit D. Philippus de Aro Regens. Dominus Rex mandauit mihi Franciſco Douo de Caſtillo nil ſoluat, quia exemptus, Io. Baptiſta de Salinas Protaxatore.

Patente paraque el Cardenal de Borya, y Velaſco con occaſion de la licencia, que ſe hà concedido al Virey de Napoles gouierne en aquel Reyno,ets el interim &c. V.M. comanda &c. regiſtrata in partium Regiæ Cancellariæ Neap. 13. fol. 1.

OBSERVATIONIS IV.

SVMMARIVM.

1 Officium Præfecti Prætorio differt ab Officio Præfecti Militum.
2 Duces Militum in prouincialibus non habebant poteſtatem, ſed tantum bona mobilia capta ab hoſtibus inter milites diuidebant.
3 Immobilia capta ab hoſtibus ſunt Regis indicentis bellum.
4 Duces Militum præcipuè curent fines Imperij ampliari, ac cuſtodiri.
5 Milites ad Prouincias vendicandas ſunt conſtituti.
Secundum vnius cuiuſque labores ſunt meliorandi, ibid.
Sint beneuoli circa vaſallos Regis, nullumq; inferant eis damnum, ibidem.
6 Dux Militum, ſeù Capitaneus generalis in Milites. poteſt leges condere.
7 Præfectus Prætorio in Milites nullam poteſtatem habebat, ſed in prouinciales tantum.
8 Prorex vtramque poteſtatem habet, nam vti Locumtenens in prouincialibus iuſtitiam exercet, & vti Capitaneus generalis in milites.
9 Capitaneus Generalis procedit de facto, & leuato velo, & omnibus præeſt, etiam Duci belli.
10 Magni Comeſtabuli poteſtas.
11 Habet cohortem grauis armaturæ maiorẽ alijs, & alia prærogatiua.
12 Cohortes militum grauis armaturæ, in quo numero ſint.
13 Don Philippus Columna magnus Comeſtabulus in Regno Neapolis, primus Dominus in Italia poſt Principes liberos.
14 Exteri à Regno introytus reuelẽt, & quartam partem reddituum ſoluant per quatuor annos.
15 Don Philippus Columna eſt Ciuis Neapolitanus de platea Portus.
16 Neapolitani de plateis vbicumq; naſcuntur, gaudent vt Ciues Neapolitani.
17 Sedilia, ſeù platea Neapolis à Rege Ladiſlao approbatæ, habent iuriſdictionẽ, & vnaquaque diſtrictum, & vnam portam Ciuitatis.
18 Ciuitas diuiſa in quarteria: quodlibet quarterium eſt vna Ciuitas.
19 Sedilia Neapolis vnde originem traxere.
20 Ciuitates diuidi non eſt nouum.
21 Columnæ Illuſtriſſima Familia notiſſima.
22 Marcus Antonius Columna magnus Heros memorandus per omnia ſecula, fuit Cõſiliarius ſtatus in hoc Regno,& magnus Comeſtabulus.
23 Officialis eſt Ciuis in loco vbi exercet officiũ.
24 Magnus Comeſtabulus omnes præcedit.
25 Concilium ſtatus vnde dicitur.
26 Conſiliarij ſtatus vocantur patres Principis, & patres conſcripti.
27 Aſſimilãtur centum Senatoribus à Romulo electis, & ad nutum Principis congregantur.
Tempore belli Regnum regunt, ibid.
28 Pares Franciæ originem habuerunt à concilio ſtatus.

OBSERVATIONIS IV.
materia erit videre.

Quid sit Capitaneus generalis, & eius potestas in quibus consistat, & aliqua de Vicario generale Regni.



RO intelligētia scias, quod ex destinatione iuris ciuilis,
1 aliud erat officium Præfecti Prætorio circa iustitiam administrandam in Prouincijs sibi commissis: aliud vero erat officium Magistri militum, vt est videre in titulis *C. de officio Præfecti Prætorio Orientis, vel Aphricæ, & in tit. de offic. magistr. militum, & in alio tit de offic. Præfect. Prætor. Aphricæ,* & proba: *text in §. 1. in constitutione 31. in auth. de descript. quatuor Præsidum Armeniæ, in vers. illud,* ibi, *Comitem non tantum ciuilem, sed etiam militarem magistratum fecimus, & in §. 1. vers. ac si bi. in auth. de Præside Pisidiæ constitut. 24.* ibi, *componantur etiam in vnum tam militaria, quam præsidalia insignia;* & clarius idem habetur in *§. 1. de Præt. Lycaoniæ in auth. in const. 25.* & in alijs constitutionibus sequentibus. Erant enim inter se officia ista distincta, & diuisa, siquidem disponebatur, vt viri
2 Illustres, & Magistri peditum, & equitum, in Prouinciales nullam haberent potestatem. Sed tanquam Duces exercitus, bona mobilia quæ capta erant inter ipsos, & milites diuiderent, *Alber. in l. si quis pro redemptione. C. de donationibus, Corset. in cons. 31. lib. 5.* latissimè *Lanarius in cons. 84.* ex quo immo-
3 bilia capta sunt Regis indicentis bellum, *l. diuus. ff. de iure fisci, Bart. in l. si quid in bello. de capt. & postlimi. reuers.* & omnes in *l. 1. ff. de acquiren. possess. & in l. 1. C. de petit. bonor. sublat.*
4 Erat hoc officium militum Magistri Ducis, præcipuè ad ampliandos, & custodiendos fines Reipublicæ, & Prouinciarum, *l. 2. C. de off. Præfect. Prætor. Aphricæ,* vbi circa me-
5 dium habes, milites esse destinatos ad Prouincias vendicandas: præcipuè cum sufficienter, & ipsis, & eorum Ducibus emolumenta præstantur, & secundum vniuscuiusque labores ad

res ad meliores gradus,& ad maiores dignitates perduci debent, ait enim *Seneca de diuina prouidētia, Milites viri gloriantur lati fluentem meliore casu sanguinem ostendant,* & Imperator mandat in loco supra citato, militibus beneuolos esse erga vasallos suos, vllumq; damnum, aut læsionem in eos inferre: alias puniantur, vt in *nouell. constit.* 86.

6 *§. porro si contingat.* talisq; Dux militum,seù Capitaneus generalis potest erga milites legem condere, *l. fin. C. de leg. l. 1. ff. de const.*

7 *Princip.*& è conuerso, Præfectus Prætorio in milites nullam iurisdictionem, vel potestatē exercebat, *l. 1. & 2. & toto tit. C. de officio magistri milit.* & officium hoc erat tanquam Locumtenens, iustitiam tantum in Prouinciales exercendo.

8 Hæ autem duę potestates Præfecti Prætorio,& Magistri militum, ad euitandas contēptiones, sunt hodie vnitæ in personam Proregis,seù Locumtenentis Capitanei generalis,vt est videre per totos titulos in *authent. de Præside Pissidia const. 24. & de Pratore Lycoantia, & de Pratore Thracia const. 25. & 26. & seq.* & ideo Dux ducum est, fortissimusq; omnium eligendus. 1. *Paralipom. 5. in fine.* Nam vti Locumtenens iustitiam exercet super omnibus Prouincialibus, & leges

9 condit,circa negotia ad eos pertinentia: vti vero Capitaneus generalis, de facto pcedit leuato velo, & absque ordine iudiciario, sed ex processu informatiuo pœnam de facto infligere potest, *Gizzarell. in decis. 30. nu. 31.* adeo quod dici possit,eodem tempore,iudicat, & pugnat, vt in *Apocalips.* 19. omnibusq;

10 militibus superior est, ac etiam ipsi Duci belli,seù militum,idest ipsi magno Comestabulo Regni,cuius potestas est magna, vt declaratur à *Freccia in lib. 1. de subfeudis in tit. de officio magni Comestabuli fol. 28.* & à *Mastrillo in tract. de magistrat. tom. 2. lib. 5. cap. 13. fol. 216.* & à *Marco Antonio Surgēte in tract. de Neap. illustrata. cap. 22. num. 10.*

11 habet enim inter alia priuilegia, Cohortem militum grauis armaturæ in numero 80. ac etiam potestatem conferēdi duodecim plazias militares absque obligatione seruitij:

12 cæteræ vero Cohortes sunt numero quinquaginta militū, præter illam Proregis, quæ est numero centum militum, ex dispositione *§. 1. in auth. de Pratore Tracia, & in §. 1. in auth. de Prat. Lycaonia. const. 25. & 26.*

13 Cumque se offerat sermo ad hoc officium Comestabuli spectans: infrascriptas Allegationes inserendas decreui, quas edidi pro Illustriss. & Excellentiss. Domino D. Philippo Columna omnium virtutum numero ornatissimo, & post Principes liberos Italiæ, primum locum optinente, & huius Regni magno Comestabulo mira cum grauitate, & munificentia existēte,in eis enim originem, potestatem, & officij prædicti grauitatem videbis.

IESVS MARIA IOSEPH.



An Dominus D. Philippus Columna magnus Regni Neapolis Comestabulus teneatur soluere quartum suorum reddituum secundum Pragmaticas æditas vt infra.

ALLEGATIO II.

Pro magno Comestabulo Columna.

DVM pro reparandis damnis huic Neapolis Regno obuenientis ex causa adulteratæ monetæ in hac nostra tempestate quasi ab anno 1606. vsq; ad annum 1622. duo fuerunt publicata banna.

14 Primum sub die nono Octobris 1621.quo his verbis cauetur, *Che tutte le persone di qualsiuoglia grado, e conditione si siano, che tengono intrate, ò rendite nel presente Regno (eccetto li naturali di esso Regno li quali si eccettuano, perche non sono in tanta vtilità come li forastieri, & per altra via hauerranno da contribuire per miglior modo che parirà conuenire) debbiano reuelare le loro intrate, che tengono in questo Regno, cosi burgensatiche, como feudali.*

Secundum bannum fuit 31. Maij 1622.his verbis: *Che tutte le persone,che sono di natione forastiera in questo Regno, alle quali per l'altro banno delli 9. d'Ottobre prossimo passato, fu ordinato, che reuelassero le loro intrate, debbiano, & siano obligate pagare per quattro anni il quarto delle loro intrate burgen-*

latiche, & feudali; declarando, che fra dette persone forastiere si comprendano, & non restino esclusi in modo alcuno da detta contributione, quelli di natione forastiera, che fussero, ò havessero fatto incolato in questa Città, & Regno per qualsivoglia corso di tempo, ò acquistato Cittadinanza in questa, ò altra Città, ò Terra del Regno, ò che siano numerati fochi in esso Regno, *con pagar li pesi del foco, ò tenessero moglie, casa, ò fameglia in questa Città, ò altra Terra del* Regno, *ò per privilegio iuris, vel hominis, ò in altra qualsivoglia causa, nella quale per dispositione di ragione,* Pragmatiche, Capitoli, Riti, *&* Constitutioni *del* Regno *potessero opponere di havere acquistato* Cittadinanza, *ò naturalezza in esso* Regno.

Dubitatur autem ad præsens, num Dominus D. Philippus Columna Dux Tagliacotij, & Paliani, Consiliarius status Suæ Maiestatis, & eius magnus Comestabulus in hoc Regno, ac unus ex Magnatibus Hispaniarum, sit inclusus in dictis ordinibus tanquam exterus, & ad soluendū quartum eius introytuum, vt dictis in bannis disponitur: teneatur.

Nos autem qui eius partem tuemur, dicimus, nullatenus in bannis prædictis comprehendi.

Primo, quia ne dum est Ciuis Neapolitanus ex platea Portus, sed est primus Ciuis, vt infra.

Secundo, quia est Consiliarius Suæ Maiestatis in hoc Regno, & obtinet primum locū inter omnes.

Tertio, quia est magnus Comestabulus in hoc Regno, & vnus ex Magnatibus Hispaniarum, & sic tanquam Ciuis, imo vt primus Ciuis habendus, ac reputandus venit.

Primum caput est notorium, si quidem
15 ipse Dominus Don Philippus est Ciuis Nea-
politanus ascriptus in platea Portus, quæ
est vna quinque platearum Nobilium huius
fidelissimæ Ciuitatis, & in ea eius Antecesso-
res etiam fuerunt vti Ciues nobiles deputati
in parlamentis huius Ciuitatis, & signanter
in parlamento de anno 1536. tempore quo
hic erat Imperator Carolus Quintus, fuit
vnus ex deputatis Dñus Ascanius Columna
eius antecessor, vt in *Priuilegijs, & Capitulis
Neap. fol.* 100. *ater.* & si vti Ciuis ipse Don
Philippus potest esse Sindicus, & Deputatus
in parlamentis Ciuitatis, & alia officia exer-
cere, quomodo potest tractari vt exterus?
16 verum est enim, quod si illi de platea nascū-
tur in quocumque loco, habentur vt ciues
Neapolitani, & sic decisum refert Reg. *Moles
in decis. manuscript.* 57. *in fine*, & ratio est
patens, quia ista quinque Sedilia à Carolo
Primo ampliata, ad diuidendum Ciues, vt tu-
17 tius regnaret, sicuti in eius vita legitur, & à
Rege Ladislao approbata: sunt vti quinque
Vniuersitates, & quælibet ex eis habet eius
comprehensorium, iurisdictionem, & distri-
ctum, & vnam portam Ciuitatis, vt per *Mar-
cum Antonium Surgentem de Neapoli illu-
strata fol.* 95. *num* 64. *&* 65. & per *Mutium
Surgentem eius fratrem in additione ibidem
fol.* 414. *in fin. &* 415. *in princ. & Moles in
d. decis.* 57. & ex dispositione iuris, semper
18 quod Ciuitas esset diuisa in quarteria: quod-
libet quarterium est vna Ciuitas, *l.* 3. *ff. de
officio assessorum, Anna in sing.* 83. *Florian.
in l. testatrix.* §. *pluries. ff. si seruitus vendice-
tur*, vbi proprie loquitur de Archo, quod est,
19 quasi de Sedilibus huius Ciuitatis, ex quibus
Archis, seù Subporticis, Sedilia ista originē
traxere, vt testatur *Vincent. de Franch. in
decis.* 2. *num.* 2. *& Moles in dicta decis.* 57.
congregabantur enim complatearij conui-
cini in Archu, seù Subporticu conuicino, &
20 statuta, & modos viuendi inter eos cōstitue-
bant, vt dicitur de vsu Capuanæ, & Nidi: nec
est nouum, Ciuitates diuidi, nam idem fecit
Romana Ciuitas, quando in tres partes diui-
sa extitit, *Liuius lib.* 1. *ab Vrbe condita, &
Pomp. Latus ad Fenestellam. de magistrati-
bus in principio, & Sabell. ennead.* 2. *lib.* 6.
fol. 86.

De hac enim amplissima, & Illustrissima
Familia Columnæ plenæ sūt Historiæ, & ideo
facibus esset illuminare Solē, de ea verba fa-
cere, illud tamen non prætream, quod adeo
21 grata semper fuit omnibus, & signanter suis
vasallis, quod dum Stephanus Columna col-
lega Nicolai de Conti Romæ coronasset Im-
peratorem Ludouicum Bauarum, idem Ba-
uarus post coronationem prędictam, creauit
Antipapam Petrum de Corbario Comitatus
Rieti, vasallum prædicti Stephani Columnæ,
vt legitur per *Plat. in vita Io. XXII.* & de
Ciuitatibus, Terris, titulis, & officijs, habitis
in Regno hoc, ob eorum immemorabilia ser-
uitia, & sanguinem effusum pro seruitio Re-
gni, & Regnum, superfluum esset referre.

Et nedum idem ex prædictis est Ciuis, sed
22 quia est pronepos, & descendens illius per
omnia sæcula memorandi Herois Marci An-
tonij Columnæ (denominati *el Grande*) qui
fuit etiam Consiliarius status in hoc Regno,
vt per *Surgentem de Neapoli illustrata fol.*
222. *sub num.* 14. *& fol.* 291. *num.* 29. & cir-
cumscriptis alijs suis honoribus, fuit vti Præ-
fectus sanctæ Romanæ Ecclesiæ in victoria
nauali habita contra Turcas in anno 1571.
(in sancta liga inter Christianos, cuius Ge-
neralissimus fuit Serenissimus D. Ioannes de 23

Austria.

Austria, in liga enim qui est potentior, & no-
bilior alios conuocat, arg. *l. fin. ff. de fide
inst. c. 1. de maior. & obed.* per *Innoc. & Bal.
in §. ego. de pace const.*) & inde triumphans
Romam ingressus fuit, Indeq; Prorex in
Regno Siciliæ, & postea electus Præfectus in
Belgio, sed morte præuentus, munus exple-
re non potuit, & ad Gubernium illud Dux
Parmæ transmissus fuit. Cumque indubitati
Iuris sit, Consiliarum status esse Officialem,
vt fundabitur in secundo capite, infra hic, &
23 Officialis est ciuis in eo loco, in quo habet
officium, *Roman. in cons. 427.* & idem *Surg.
in fol. 154. num. 18.* ergo etiam ratione ista
potest dici Ciuis Neapolitanus, de quo vide
infra vers. 3. obser. 3. nu. 87.

Ad Secundum vero caput dicimus, quod
24 nedum ex supradictis Dominus iste est Ciuis,
sed etiam ex quo est Consiliarius status in
hoc Regno, quinimo Primus Consiliarius, vti
magnus Comestabulus, qui omnibus septem
25 Officijs Regni præfertur. Etenim Concilium
status, seu Regni, dicitur à statuendo, ex quo
res Regni stabiles detinet, & in Principis in-
timo concistorio assistit, & alio modo voca-
tur Comitatus de aula Principis, *Alciat. in l.
pupillus. §. territorium. ff. de verbor. signif.*
26 & Iustinianus vocauit eos Patritios, idest
patres Principis, *§ filiusfamilias. instit. quib.
mod. ius patr. potest. soluitur, & in l. nemini.
C. de Consulib. lib 11. & Bouadill. in politica
tom. 1. lib. 1. c. 9 nu. 14 fol. mihi 135.* post *Io.
Plateā* ibi allegat. dicit, *hoc esse primū Conci-
liū, & Patritij vocātur, idest patres Principis.*
27 Concilium status 100. Senatoribus à Ro-
mulo in Vrbe electis assimilatur. Regnum
enim in vrgentibus necessitatibus, & tem-
pore belli, regitur per Concilium status ad
nutum Principis congregandum, *Marcus
Antonius Surgens de Neap. illustr. fol. 290.
& fol. 28. & 29.* & ante eum *Titusliuius lib.
1. ab Vrbe condita decha. 1. lib. 2. Fenestella
de Magistr.* Roma *cap. 1. & Plutarch. in
vita Romuli.*

Quinimo vocantur etiā Patres cōscripti,
28 & ab ipsis originē 12. Pares Franciæ traxe-
re, *Bouadill. in polit tom. 2. lib. 3. cap. 8. nu. 2.
29 fol. mihi 153.* duo enim sunt destinata Con-
cilia: vnum belli, & alterum pacis, & merito
Iustinianus in principio institut. secundum
*Redin. in lib. de maiest. Principis. fol. 1. 43.
& 57.* dixit, *Imperialem Maiestatem non
solum armis decoratam, sed legibus armatā,*
adhoc vt cum armis se defendat tempore
belli, & legibus, tempore pacis: est tamen
30 verum, quod inter hæc duo Concilia, & Gu-
bernia, magna est differentia, in illo enim
belli, arma sunt instrumenta militaria, at in
illo pacis sunt libri, & sapientia, quæ rectitu-
dinem quamdā Iudicij importat tam in per-
fecto vsu rationis, quam per connaturalitatē
quamdam ad ea, de quibus est iudicandum,
D. Thom. 2. 2. quæst. 45. art. 2. In Primo, vir-
tus præualens est fortitudo, in Secundo, vir-
tus magis conferens, est prudentia, quæ con-
sistit in ratione practica, & speculatiua, & nō
solum in cognitione vniuersalium, sed etiam
singulariū, & principalis actus ipsius est præ-
cipere: & multitudinem regere, *D. Thom. 2.
2. quæst. 47. art. 2.* In Primo perturbatio, &
continui labores adsunt; sed in Secundo, trā-
quillitas, & quies, vt aduertit *Bouadill. in
politica tom. 1. lib. 1. cap. 6. nu. 8. fol. 98.*

Et idēmet *Bouadill. in lib. 4. c. 2. n. 4. f. 426.
31 in 2. tom.* fundat, Concilium status, propriè
conciliū pacis vocari, quia finis belli, pax est,
& Populos in pace conseruare, sique armis
vtitur, est ad se defendendum ab inquietato-
ribus, idemque post *Aristot. & Isiodor. alle-
gatos*, tenet *Lancellot. Conrad. in tract. de
Imperat. §. 4. num. 2. fol. 50. & Budeus* rela-
tus à *Marco Antonio Surgente in tract. de
Neap. illustr. fol. 290. nu. 29.* affirmat, Con-
32 *siliarios status à Rege electos esse tanquam
Tutores, & Reipublicæ Protectores;* de quibus
infra plenius dicemus in *vers. 3. obser. 3. in
Tribunali Consilij status nu. 37. & seq.*

Ergo, si sunt Patres Patriæ, & Principis
Tutores, & Protectores Reipublicæ, quomo-
do potest dubitari non esse habendos, & tra-
ctandos, vti naturales Ciues, & vt illos Con-
33 cilij pacis? eo fortius, quod lex eos vti præ-
sentes in Ciuitate habet, *l. Senatores. C. de
incol. lib. 10.* & facit *text. in l. municeps. §.
miles. ff. de muner. & bonor.* Officialis enim
est Ciuis illius loci vbi habet officium, vt su-
pra hic *nu. 23.* sed *Cicero in lib. 1. de offic. sub
34 tit. de fortitudine circa med. fol. mihi 154.
lit. B.* dixit, *Non minorē vtilitatem afferunt,
qui togati Reipublicæ præsunt, quam qui bel-
lum gerunt. itaque eorum Concilio, sapè, aut
non suscepta, aut non confecta bella sunt, nō
nunquam etiam illata.*

Ad Tertium vero, & vltimum caput, dico,
35 quod officiū istud magni Comestabuli, quod
*à Pontano vocatur magnus militia Magister,
in lib. 4. Histor. Neapolis,* post *text. in l. 1. C.
de offic. magistr. militum*, operatur, vt iste
36 Dominus [n]e dum sit Regni Ciuis, vt pun-
ctualiter dixit *Bouadill. in politica tom. 1. lib.
1. cap. 9. sub num. 12. fol. 134.* vbi quod sicuti
officium Prætorij est primum inter Ciues, ita
37 etiam esse officiū magni Comestabuli: quod
quamplurimas secum trahit prærogatiuas.

Primo, ad faciendum Ciuem personam
electam, vt supra, & habetur in *cap. 27. Ca-*

ſarea Maieſtatis de anno 1554. *in Priuileg. & Capitulis Neap. fol.* 156. vbi ſeptem offi-
cia Regni Regnicolis, & naturalibus tantum
concedi, declarat Carolus Quintus, & quã-
uis per *capitulum Philippi Secundi de anno*
1558. *fol.* 159. quatuor eſſe Regnicolas, tres
vero ad beneplacitum diſponatur, tamen
capitulum prædictum cõfirmat, vt in *fol.* 159.
ater. in fine.

Secundo, vt ſit de Concilio ſtatus, vt per
Fab. de Anna in conſil. 122. *num.* 23. 29. *&*
34. *vol.* 2.

Tertio, vt ſit primus de Concilio ſtatus,
& in caſu mortis, ſeù alterius vacantiæ D.
38 Proregis, ipſe magnus Comeſtabulus ſit Lo-
cumtenens, vt poſt *Frecc.* refert nouiſſime
D. Regens Conſtantius Marchio Corleti in
L. unica. num. 4. *C. vt armorum vſus. lib.* 11.
fol. 233.

Officium hoc fuit antiquiſſimũ in Regno,
ficuti & Romæ, ſiquidem Valentianus Impe-
rator Valentem eius fratrem Comeſtabulũ
conſtituit, vt per *Ammianum Marcellinum*
in lib. 26. & dicebatur Comeſtabulus, qui tẽ-
pore belli militibus præponebatur; Tutelæ
tuæ copiæ exercitus permiſſi ſolẽt, (ait *Lip-
ſius*) & vetus tuum perpetuumq; munus eſt
equeſtri parti viriũ in Hiſpaniæ Regno præ-
eſſe, imo & totis copijs abſentia Regũ, ideſt
Comeſtabuli magna dignitas, & ea qua Va-
lerius Imperator ipſum fratrem exornauit,
ideſt in proximo gradu ſibi collocauit; quod
bene noſcens magnus Henricus IV. Gallo-
rum Rex, quando Comeſtabulus Caſtellæ, &
Leonis illac tranſiuit, magnum honorem ei
fecit, dicendo, quod erat de domo de Vela-
ſco, in qua dignitas prædicta eſt hereditaria,
& quod talis eſt honoris, vt quaſi de pari cum
ſupremo conſideratur. teſte *Petro Matthai.*
Quinimo quod militum Capitaneus exiſtat,
teſtatur *Vgo Falcandus in pluribus locis ſui*
39 *operis*, & dico fortius, quod in Cœlo princi-
pium habuit, & Michaeli Archangelo tradi-
tum, quando rebelles e Cœlo expulit, & me-
rito vocatur Dux belli, & quando Rex hoc
40 officium confert, hæc verba profert. *Accipe
ſanctum gladium, in quo eijcies aduerſarios
Populi mei.* vt teſtatur *Frecc. in lib.* 2. *de ſub-
feud. in tit. de officio magni Comeſtabuli per
totum.* ſupradictiſq; verbis vſus fuit Ieremias
quando aureum gladium dedit Iudæ. 2. *Ma-
chab. cap. fin. nu.* 16. & ratio eſt, quia victoria
non ſecundum armorum potentiã, ſed prout
Deo placet dignis dat, *ibid. nu.* 21. Ipſe enim
tempore belli omnibus militibus pedeſtris,
ac equeſtris militiæ mandat, & in parlamen-
41 tis primum locum optinet in dextera Re-
gis: tantæque eſt amplitudinis, quod multi
eum aſſimilare voluerunt Præfecto Prætorio,
ſed hæc opinio claudicat: Quoniam perſæpe
Præfectus Prætorio creatur ex ordine Eque-
ſtri, & vnus de probatis, & de numero Proce-
rum Regis, & de gimnaſio ſuæ Curiæ, vt ſupra
eſt dictum, & probatur in §. 1. *verſ. mittimus.*
in auth. de Prætor. Lycoania conſt. 25. vbi de
poteſtate, & reuerentia Proregis habetur, &
quomodo cohortẽ, ideſt 100. continuos, &
Aſſeſſorem habet, de quibus etiã eſt *text. in*
*§. 1. verſ. cæterum. in auth. de Prætore Thra-
cia, & in §. 1. in auth. de Proconſule Paleſtinæ;*
vbi quod quandoque humiles, & impotentes
Proconſules creati fuere, & diximus ſupra
verſ. 2. *obſer.* 2. *num.* 12. *& ſeq.* ſed magnus
42 Comeſtabulus creatur ex grandioribus Ba-
ronibus Regni, vt experientia docuit, &
docet, & teſtatur *Mazzella in deſcriptione
Regni Neapol. fol.* 491. & licet ſubeat Præ-
fecto Prætorio vna cum militibus, tamen
quatenus iuſtè eis præciperet, habet autho-
ritatem, & non aliter, §. 1. *verſ. atque hæc. in
auth. de Prætore Paphlagoniæ.* meritò D. Co-
43 meſtabulus non poteſt dici exterus, tanto
magis, quod miles dicitur Ciuis, vbi ſtipẽdia
meretur, *l. municeps.* 23. *§. fin. ff. ad municip.*
latè *Caſtill. in deciſ. Siciliæ vlt.* eo fortius ſi
ſtipendium haberet, ex quo primus inimicũ
offenderit, quo caſu omnino debereretur. 1.
Paralipom. 11. *num.* 6. videmus enim in hac
noſtra Ciuitate de militibus Hiſpanis exiſtẽ-
tibus in ea, nam priuilegio Neapolitanorum
gaudent, *Carauit. in ritu* 301. *num.* 21. *fol.
mihi* 176. *ater.* ergo tanto fortius dici poteſt
de magno Comeſtabulo, qui eſt caput mi-
litum.

Corroborantur prędicta, ſi quidem Heros
44 iſte eſt Pronepos, & deſcendens ex magno
Marco Antonio Colũna, vt ſupra retulimus:
qui etiam fuit magnus Comeſtabulus, & om-
nibus prælatus in parlamento, teſte *Regente
de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. fol.* 326.
num. 6. *in §.* 5. *de Aſſeſſoribus Regijs*, ſed et
enim in dextera parte, quæ dignior habetur,
cap. ſolita. vbi notat *Abb. de maiorit. & obe-
dient.* quinimo ob eius eminentiam à Ciui-
tate, & à Regno hoc fuerunt ei dati ducati
nonem mille, & ducentum in Parlamento ce-
lebrato in anno 1556. vt ex eo eſt videre in
Priuilegijs, & Capitulis Neap.

Nec prædictis obſtat obiectio, quod extra
Regnum habitat, quoniam vltra quod quaſi
ſemper in Regno eſt, & in ſuis Terris ſitis in
confinibus Regni, vt plurimum perſiſtit: &
in paucis horis Regnum, & Ciuitatem pete-
re poteſt, habitatio ipſius ibidem eſt appri-
mè neceſſaria pro oportuna defenſione
45 Regni, & pro eius Caſtro Paliani ad deuotio-

nem

nem Regis noſtri detepti, vt eſt notum, & in alijs occaſionibus viſum eſt: & ſignanter in illa de anno 1556. quo tẽpore Aſcanius Co-
46 lumna eius Abauus fuit declaratus excommunicatus, & rebellis à Paulo Quarto pro adherentia erga Hiſpanicas partes, vt per *Regentem de Ponte in conſ.* 42. *nu.* 52. *vol.* 1. quinimo fortius dico, officium hoc magni Comeſtabuli eſſe proprium in confinibus habitare, & confinia cuſtodire, & ampliare, *l.* 2. *C. de officio Præfect. Prætor. Aphrica*, & diximus ſupra hic *nu.* 4. Confinia enim ſunt ſeruanda, & in eis nulla Caſtra, aut fortificationes fieri debent, alias eſſet rumpere pacem, vt per *Rubricam, & text. & Bart. in l.* 1. *C. de metatis lib.* 12. merito maius, ac vtilius eſt ſeruitium Regi noſtro, & Regno eius habitatio ibi, quam Neapoli.

Ecce quod ne dum vno, vel duobus modis poteſt dici Ciuis Princeps iſte, ſed ter Ciuis, imo & primus Ciuis, etiam ex priuilegio Principis, quo caſu ſimiliter immunis eſt ex decretibus Regijs, vt per *Regentem Moles in decr. 30. verſ. ſecunda ſpecies in fine*, vbi fuit deciſum, quod Ciuis effectus per priuilegiũ Regis eſt immunis, quæ procedunt nulla habita ratione, quod Bannum prædictum excludit, quoduis priuilegium legis, vel hominis. Quoniam vltra quod dirigitur perſonis, quæ acquiſiuerant priuilegium, & non illis, qui priuilegium habuerunt ab eorum Anteceſſoribus, vt eſt in caſu noſtro, adeo quod nõ comprehendit, neque comprehendere poteſt iſtum Dominum ter Ciuem, vt ſupra fundauimus, tanto magis, ꝙ eius Auus in Regno ortus fuit, & tot Caſtra in Regno poſſidet, & ex deterioratione monetæ in eis damnum ſentit, & ex mente cõprehenſiua primi banni, ibi, *(atteſo non ſono in tanta vtilità, come i foraſtieri,)* etiam participauit, & participat de damnis Regni, & ſimiliter eius vaſalli. habet etiam Cappellam in hac Ciuitate Neap. & vxorem Neapolitanam Excellentiſſimam Dominam Lucretiam Tomacellam, vt alias fuit dictum in conſimili cauſa per *Annam in allegat.* 74. *nu.* 5.

Ergo ex his, & alijs conſiderandis ab hoc eminenti Senatu, ſperatur decerni, ipſum Dñum D. Philippum non comprehendi in bannis prædictis, ſed vt Ciuem habendum. Neap. die 26. Februarij 1623.

Io. Dominicus Taſſonus.

De hac cauſa non fuit amplius locutum, nec moleſtia illata, poſt has Allegationes viſas.

Ex ſupra enim notatis vidimus aliqua de officio magni Comeſtabuli, de quo etiam perquire *Lucam de Penna in l. neminem. C. de re milit. lib.* 12. vbi addit poteſtatem, vt
47 poſſit de vna ad aliam Prouinciam mouere exercitum, non expectato Regis iuſſu, & in *l. fin. eod. tit.* dicit, ſub magno Comeſtabulo omnes Mareſcallos Regni ſubiacere: qui de Iure communi vocabantur Tribuni militum, & ipſe vocabatur Magiſter militum, de quo in *l.* 1. *ff. de offic. Præfect. Prætorio.* ſed quando exercitus trãſit de loco ad locum, quid eſt agendum pro alimentis ipſius, & eius Ducũ, docet *§.* 1. *in auth. de tranſitu militum conſt.* 129. *per totum*, quem videas, nam pulchros habet caſus: perquire etiam titulum *C. de erogatio. militar. Annona.*

Et continuando materiam noſtram Capitanei Generalis, dico quod in principio poſita eſt differentia nominis, & effectus, ſed eſt
48 verũ, quod non vidimus conſtitui Præfectum cum hoc nomine Capitanei Generalis tantum, ſed Locumtenentis, & Capitanei Generalis, vt ſupra diximus. Et ſi aliquando fuit vocatus magnus Capitaneus Conſaluus Er-
49 nandes de Anghilar de Corduba Dux Sueſſæ, & Terrænouæ, ob eius præclara geſta ita denominatus fuit, attamen reuera erat Vicerex Regni huius, vt notum eſt omnibus, & ſupra tetigimus.

Dubitant aliqui num Capitaneus Generalis, vel Dux belli, poteſt pacem promittere? & negatiue reſpondit *Bart. in l. conuentionum. ff. de pact.* quia Rex eſt Dominus Belli, & non ipſe: & quomodo ſit intelligendum, late explicat *Gubernator Chriſtianus Frater Io. Marquez in lib.* 2. *cap.* 24. eſt verum, quod prædam æqualiter diuidere debet Capitaneus Generalis, tam militibus deſcẽdentibus ad prælia: quam remanentibus ad ſarcinas. 1. *Regum* 30. *num.* 24. Mulierumq; verſutijs credere non debet, nec concupiſcere, ne incidat in Holophernes exemplum, *Iudith.* 12. quoniam homines quantum voluptatibus opulenti, tanto magis imbelles, ſecundũ *Tacit.* & ideo exercitus labore proficit, & otio conſeneſcit. ait *Vegeti*: Caretq; Capitaneus Generalis, vt quando à magno Rege quid prætenditur, non eſſe intermittendũ: quia multa magnis Ducibus fient non agredienda, ita ſemel agreſſis non demittenda, quia magnæ famæ momenta in vtramque partem fiunt, vt per *Titumliuium.*

Eſt & alius titulus, ſeù dignitas Vicarij Generalis, pro cuius diſtinctione animaduer-
50 tatur, quod aliqui sũt Vicarij perpetui, prout ſunt illi, qui habent imperium pro ſe, & ſuis, vt fuerunt Duces Mediolani, ſecundum, *Bal. in conſ.* 333. *ad intelligentiam vol.* 1. *& Caſtrenſ. in conſ.* 34. *lib.* 1. & alij tenuerunt

de Duce

de Duce Sabaudiæ, vt per Doct. Martam de
de iuriſdict. par. 1. cap. 33. num. 72. & late
Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. cap. 6. fol. 25. At
Vicarij Regum vocantur aliquãdo Proreges,
quando in commiſſionibus habẽt, alter Ego,
aut alter nos. Quandoque vero Vicarius Ge-
neralis datur cum omnimoda poteſtate Re-
gia abſque limitatione aliqua, & tales ſolent
51 conſtitui, vel vxores, aut conſanguinei Re-
gis, vel aliæ perſonæ eximiæ Excellentiæ, vel
filius primogenitus Regis, qui eo ipſo, quod
eſt primogenitus de conſuetudine Regni, eſt
52 Vicarius Regis, & Dux Calabriæ, & de hoc
non adeſt contraria hominum memoria,
vt teſtatur Afflict. de probib. feud. alien. per
Federic. in princ. verſ. 16. num. 4. Camer.
in l. Imperialem. fol. 79. lit. O. vbi quod in
hoc Regno filius Regis ipſo iure eſt Vicarius.
Iuſtinianus autem confecerat Vicarium in
Iſauria, vt habes in §. 1. in auth. de Comite
Iſauria. conſt. 27.
53 Poteſt Vicarius iſte omnia facere ſicuti &
Rex, & ſimiliter leges condere, vt fecit Fer-
dinandus Secundus Aragonius in Capitulis
Regni noſtri, & tempore Regis Roberti ita
etiam fecit Carolus eius filius vnicus, Dux
Calabriæ, & Vicarius, qui omnia gerebat ſe-
cundũ indigentias Regni, vt in Regiſtris Re-
giæ Cameræ, & in Capitulis Regni eſt videre.
& vxores Regum fuerunt etiam Vicariæ, vt
notum eſt. Vicarius eundem habet honorem
ſicuti, & conſtituens; cap. grandi. de ſupplen.
54 negligent. prælat. quoniam ſicuti filius eſt
imago patris: Nouarius de elect. & variat.
fori. quæſt. 50. ſect. 11. ita & Vicarius eſt ima-
go conſtituentis, Bald. in cap. 1. de controu.
inter me, & dominum. quinimò Rex Vica-
rium ſuum aliquando conſulit in occurren-
rentijs, l. 1. C. noua vectig. inſt. non poſſe, &
exemplũ reliquit Dominus Ieſus ad inſtru-
55 ctionem noſtram, quando ſolutio cenſus ab
eo petebatur, dixit enim Petro, quid tibi vi-
detur Simon. Matt. 17. & ſi ſimpliciter Vi-
carius conſtituitur, poteſt omnia facere, Io.
Franc. de Ponte in conſ. 146. num. 30. vol. 2.
Andr. autem in cap. 1. nu. 12. de probib. feud.
alien. per Fred. ait, Vicarium Generalem
non poſſe donare, nec venditiones feudorum
confirmare; ſed ſi ſimpliciter eſſet conſtitu-
tus, intelligitur ad ſolita, quia inſolita non
tranſeunt, l. fin. ff. de Senat. ſed tandẽ con-
cludit Vicarium omnia poſſe facere, & ſi Rex
non prohibuit, imputet ſibi, cur non prohi-
buit, quia vaſſalli non tenentur quærere Re-
gem extra Regnum pro his, quæ incumbunt.
vt ibidem nu. 13.
56 Commiſſiones Vicariorũ in diuerſis for-
mis ſolent emanari aliquando enim conſti-
tuuntur Vicarij indefinitè, & tunc iſta condi-
tio æquipollet vniuerſali, Bal. in l. 1. §. defini-
tio. ff. de officio Præfect Vrbis. Afflict. in
d. quæſt. 16. num. 8. de probib. alien. feud. per
Feder. vbi nu 11. ſubdit, quod ſi Vicarius eſt
conſtitutus cum libera poteſt omnia facere: ſi
vero aliquid eſt exceptum, poteſt cætera face-
re, præter exceptuata, cap. qui ad agendum.
de procur. in 6. Andr. in cap. 1. nu. 12. de pro-
bib. feud. alien. per Feder. & Camer. in l. Im-
perialem. fol. 78. lit. F. & ſeq. vbi videbis,
57 quas proprietates debet habere Vicarius, &
quæ poteſt concedere vel non, alias vero re-
fert Capyc. in d. l. Imperialem. fol. 29. & alter.
& Frecc. in tit. quis dicatur Dux. nu. 37. &
ſeq. in lib. 2. de ſubfeud. fol. 130. vbi num. 33.
dixit, quod Vicarius Generalis poteſt dare
mobilia, & liberalitatem exercere, Barb. in
conſ. 18. in 1. col. cap. 2. vol... Beltran. in
conſ. 156. lib 3. & Salic. in l. cum indulgen-
tia. C. de ſentent. paſſis.
58 Sed an Vicarius alium Vicariũ ſubſtituere
ſibi poſſit? negatiuè reſpondit text. in cap.
clerseot. de offic. Vicary, & Bal. in l. aliquan-
do. ff. de offic. Proconſ. ſolus enim Princeps
Vicarios creat, §. nulla. in auth. de defenſ.
Ciuit. §. eos. in auth. de mand. Princ. ſed D.
Petrus de Toledo miſſus à Carolo V. ad Se-
narum Ciuitatem ſubigendam, reliquit Don
Aloyſium eius filium tertiogenitum Prore-
gem. ſed vide ſupra verſ. 2. obſeru. 2. nu. 47.
& ſeq.

Vicarius, ſeu Prorex ſaluum faciat Regẽ
ſuum, hinc Philippus Alexandri Maced. pater
reprehenſus, quod in clarã vſque lucem dor-
miret in tanta rerum gerendarum multitudi-
ne, reſpondit, ſecurè ſe dormire: dum Anti-
pater Vicarius ſuus vigilat. ita Plutarch. in
eius vita.

Simile euenit in anno 1629. nam vigenti-
bus bellis in Lombardia contra Sereniſſimũ
Ducem Mantuæ, & Monferrati, Italiam venit
aduerſus eum Imperialis exercitus: & Rex
noſter trãſmiſit Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Am-
broſium Spinulam Marchionem Varuazes,
Vicarium, & Procuratorem generaliſſimum
ad votum, cum omnimoda, & ampla poteſta-
te confœderandi, pacem, vel bellũ ineundi, vt
ſibi videbitur.

u

V E R S. III. ſubſequens eſt.

Frà l'altre gratie, che nel proſsimo paſſato parlamento ci hà domandato queſta fideliſsima Città, Baronaggio, e Regno.

Inter cæteras gratias nobis in proximo præterito parlamento petitas ab hac fideliſsima Ciuitate, Baronagio, & Regno.

Pro intelligentia huius Verſiculi, videbimus de infraſcriptis 4. Obſeru.

Primo, quid ſit gratia, & qui eam facere poſſunt.
Secundo, de parlamento videbimus.
Tertio, Ciuitas Neapolis, in quibus conſiſtat, quotue Tribunalia habet, tam ſæcularia, quam Eccleſiaſtica, & de origine, & poteſtate ipſorum.
Quarto, & Vltimo, quid vult dicere Baronagium, & aliqua de Baronibus Regni, & quæ poſſunt, vel non poſſunt facere.

OBSERVAT. I.

S V M M A R I V M.

1 *Gratia accipitur octo modis, & ſub ſe multa comprehendit.*
2 *Gratiam facere eſt proprium Regis.*
3 *Macula abſtergitur per gratiam, & indultum.*
4 *Imperatori loquebatur de Tu, & Iulius Cæſar fuit primus, qui introduxit, vt loquatur in numero plurali.*
5 *Gratia, quæ propriè eſt.*
Gratia dicitur, quia gratis fit, & ſi eſt maior ex parte dantis, maior requiritur gratiarum actio ex parte recipientis, ibidem.
In Romana Curia eſt excommunicatus, qui aliquid dat, vel promittit pro gratia optinenda, ibid.
6 *Eſt duplex, gratum faciens, & gratis data.*
7 *Gratia gratum faciens, eſt nobilior gratia gratis data.*
8 *Difficilior reuocatur, ſi eſt ob ſeruitia.*
9 *Gratia gratis conceſſa abſque ſeruitijs ad filios, & deſcendentes tantum extenditur.*
10 *Feuda data ob ſeruitia ad tertium, & non ad quartum gradum extenduntur.*
Seruitia ſi non ſpecificantur per Regem, cenſetur de ſtilo appoſita in priuilegio, ibidem.
11 *Gratia generales fiunt ob publicam lætitiam pro indultu.*
12 *Gratia delictorum abſque partis remiſſione poteſt fieri ob aliquod ſeruitium a delinquente factum.*
13 *Bello vrgente, delinquentes aggratiari poſſunt.*
Iurans ſeruire in bello ſub pœna vitæ, an talis obligatio valeat? quod ſic fuit deciſum, ibid.
14 *Gratia abſque partis remiſſione à Prorege facta, fuerunt reuocatæ ordine Regio.*
15 *Gratia non poſſunt fieri ſaluo iure partis.*
16 *Remiſſio partis offenſæ, intelligitur de ſuccedentibus ab inteſtato.*
17 *Quarelandi ius non ad hæredem extraneũ, ſed ad conſanguineum defertur.*
18 *Pax inter magnates eſt loco remiſſionis.*
19 *Cogi quis non debet ad quærelandum.*
20 *Soror dotata, an admittatur ad quærelandum.*
21 *Vxor occiſi quando habet ius quærelandi.*
22 *Pecunia habita pro remiſſione delicti, venit iure ſanguinis, & non iure hæreditario.*
23 *Creditores occiſi non habent actionem ſuper pecunia ſoluta pro remiſſione.*

Iacobus

Iacobus de Franchis Marchio, & pius Consiliarius, ibid.

24 *Gratia particularis quando est.*

25 *Gratia irritatur si de alijs delictis non fit mentio.*

26 *Nisi rescriptum fuit geminatè concessum.*

27 *Expressio qualitatis alterantis, vel grauantis delictum debet fieri.*

28 *Gratia non extenditur ad casum, de quo si Princeps cogitasset, verisimiliter non concessisset.*

29 *Gratia a Principe saeculari Clerico inquisito non potest fieri.*

29 *Clericus inquisitus non potest aggratiari à Principe saeculari.*

30 *Gratia Principis eo ipso, quod est facta, dicitur perfecta, & si non est executoriata. sed intellige cum limitatione, vt ibidem.*

31 *Praefertur ille in officio, qui prius administrare capit.*

32 *Praelatio inter Consiliarios vno tempore creatos, quomodo processit.*

33 *Consiliarius Valdsuiesus praecessit Consiliarios Frecciam, & de Franchis.*

34 *Toga non facit vt quis Officialis dicatur, nisi in Prouinciam veniret.*

Praecedentia inter pares quibus detur, ibid.

35 *Gratia Principis non requirit scripturam.*

35 *Scriptura an requiratur ad probandam gratiam Principis.*

36 *Gratia facta per mortem Principis non expirat, sed aliquando fallit.*

37 *Cardinalis Carrafa Archiepiscopus Neapolitanus, Archiepiscopatum exornauit, & obijt in Domino.*

38 *Cardinalis Boncompagnus Archiepiscopus Neapolitanus.*

39 *Barones praedicte partis remissione possunt componere, & aggratiare.*

40 *Decretum, exulet, vel soluat, quando fieri potest.*

41 *Barones pendēte appellatione gratias facere non possunt.*

42 *Soliti delinquere non debent aggratiari.*

43 *Gratia non extenduntur de vno ad alium, nec de casu ad casum.*

Concessa super feudo, non extenduntur ad regalia, ibid.

44 *Gratia immunitatis concessa pro se, & haeredibus transit ad omnes filios insolidum.*

45 *Gratia finis est adimplendus, vt habeat effectum.*

VERS. III.

OBSERVATIO I.

De Gratia, & qui eam facere possunt.

RESpectu primae obser. in qua videndū se offert, quid sit gratia, & qui eam facere possunt: dicimus, quod esset differendum de gratijs multipliciter concedi solitis, & secundum *Archid. in*
1 *cap. gratia. 1. quaest. 1.* accipitur gratia octo modis, & sub hoc verbo, gratia, comprehēduntur, absolutio, indulgentia, restitutio in integrum, & remissio.

Sunt etiam gratiae diuinae, respectu quarū non est nostrum, sed Theologorum, explicare: vide tamen *Diuum Thomam 2. 2. quaest. 108. art. 1. & seq.* vbi explicationes habebis.

Materia enim nostra erit agere de gratijs
2 Regum, vel Baronum: quamuis gratias facere proprium Regis sit, vt in *Cod. de prec. Imper. offer.* Qui, aut facit eas in concedendo aliquam dignitatem, aut mercedem, vel bona, aut verò in concedendo gratiam delictorum generaliter, vt per indultus generales soletq; fieri ratione publicae laetitiae, vel nu-
3 ptiarum, aut natiuitatis primogeniti. *Esther 2. num. 18.* vel specialiter alicui delinquenti, & tunc omnem abstergit maculam *l. Imperialis. 23. cum §. seq. ff. de nuptijs*, vbi nota, quod loquitur in numero plurali, prius enim
4 loquebatur Imperatori de tu, vt per *Bart. in l. 1. C. de veter. lib. 12.* Iuliusq; Caesar fuit primus, qui inuenit, vt in statu dignitatis loquatur in numero plurali, *Cyn. in l. vnica. C. vti possidetis.* not. ibi *Bart.* non esse male locutum, si Potestati dicitur, tu, & non vos, nisi consuetudo esset in contrarium: quod aduerte, quia in Curijs saepè haec accidere solent, & per Capitaneos fiunt notoria: & poenas exigunt.

5 Gratia propriè est, facere id, ad quod quisque de iure naturali facere tenetur, *Bald. in cap. 1. nu. 18. de allodijs*, & dicitur, quia gratis fit, & in Romana Curia, qui pro gratia, aut iustitia optinenda aliquid dare, vel promittere audet, est excommunicatus, vt in *Extrauag. commun. lib. 5. cap. 1. de sentent. excommun.* vnde autem est maior gratia ex parte dantis: requiritur maior gratiarum actio ex parte recipientis, sicuti maiorem gratiam referre debet qui plus peccat, quam qui minus, *D. Thomas 2. 2. quaest. 106. art. 2.*
6 & vnquam gratia sine culpa amittitur: Est enim duplex scilicet gratum faciens, & gratis data:

ris data: gratum faciens est, quando homo hominis propter merita dat; sed gratis data vocatur, quando absque merito, vel seruitio
7 conceditur. Et sicuti apud Theologos gratia gratum faciens est nobilior, & excellentior, gratia gratis data (quæ est in miraculis faciendis, & in recto sermone *D.Thomas* 2.2. *quæst.* 177. & 178) vt per eundem *D.Thom. in* 1. 2. *quæst.* 3. *artic.* 5. ita & apud nostros
8 Iuristas gratia gratis data facilius reuocatur, quam gratia facta ob seruitia, quia gra-
9 tum faciens vocatur. Quoniam gratia concessa gratis, & absque seruitijs, strictius interpretatur, & ad filios, & descendentes tantum extenditur, & non ad extraneos, si non fuit dictum expressè *Andr. in cap.* 1. *de feudo Marcb.* quinimo si in emissione gratiæ gra-
10 tis factæ, fieret assertio seruitiorum; & seruitia non specificarentur per Regem in priuilegio, sed genericè apponerentur; censentur de stilo apposita, & naturam contractus, vel concessionis non alterant, *Afflict. in §. potestas. num.* 2. *per tot. quæ sint regalia*, & meritò licet successio in feudis emptis extendatur vsq; ad quartum gradum, si tamen feuda fuerint data etiam ob seruitia, non extenditur nisi ad tertium gradum, *pragmat.* 18. *de feud.*
11 Gratiæ, aut sunt generales, aut particulares, vt supra diximus: Generales fiunt per indultus ob publicas lætitias vt supra, & tūc generales abolitiones conceduntur, *l.* 1. *C. de abolitionibus, & Azzo. in summa in tit. de generali abolit.* gratias enim prędictas, qui superiorem non recognoscunt facere valent, etiā de potestate ordinaria, dummodo partis offensæ remissio præcedat, vel infra aliquod breue tempus subsequatur, vt est de stilo in generalibus indultibus apponi. Et habetur in *pragmaticis sub titulo de abolitionibus*, in quibus & si aliqua delicta exceptuantur, debet intelligi de veris, & proprijs delictis, & non de improprijs, & minimis, vt per *Petrum Follerium in pragmat.* 5. *de abolit.* relatum per *D. Consil. Rouitum in d. pragmatica* 5.

De potestate vero absoluta, etiam absque
12 partis remissione, possunt inquisitis indulgere: puta, quando particulare indultum delinquenti concedunt, vel ex voluntate Principis, vel ob aliquod seruitium à delinquente factum, puta, si delinquentem aliquem occiderit: vel Curiæ manibus tradiderit: tunc enim ob pacis, & Reipublicæ bonum potest fieri, *text.* & in terminis in *l. non omnes. §. fin. ff. de re militari*, ibi. *Qui transfugit, & postea latrones apprehendit, posse ei parci, Diuus Adrianus rescripsit.*

Et ita dicit *Bart. in l.* 3. *§. fin. ff. de condit.*
13 *ob turpem causam*. & similiter vrgente necessitate belli fiunt gratiæ absque remissione partis, vt euenit in anno 1625. in circa, nam ob bellorum imminentiam omnes carcerati in M.C.V. & alibi habuerunt gratiam ad se concordandum, vt irent ad seruiendum in bello vrgente in Lombardia, & aliqui iurauerunt vitam, alij verò præstiterunt cautionē deseruiendo, & inter istos fuit quidam infelix Ioan. Vincentius Domini Roberti Baro Palicianelli, existens enim iste condemnatus ad carceres perpetuas in Castro Sancti Erami, Dominus Prorex ei gratiam fecit, vt per septennium seruiret in bello, cum conditione, quod infra mensem discedat à Regno sub pœna vitæ, alias intelligatur forindicatus ipso iure, & sic iurauit, & se obligauit. Cumq; à promissis deficeret, & fuisset captus, & ductus ad carceres Mag. Cur. Vic. ab illis aufugit absque fractura, & iterum captus, dubitabatur, si obligatio prædicta valeret, quia nemo est Dominus membrorum suorum, vulgata *l. liber homo. ff. ad l. Aquil.* sed tandem fuit decapitatus in anno 1630. vt in banca de Seoppa. Et in istis casibus etiam Banniti admittuntur, & finito tempore dicūtur restituti. Sed numquid talis Bannitus restitutus per gratiam, censeatur restitutus quo ad bona? & affirmatiuè respondere videntur *Glos. & Bart. in l.* 1. *§. si quis vltro. ff. de quæstio.* sed intellige quo ad bona à Principe detempta, & nō de bonis, quæ Princeps donanerat Capitanijs, vt in *cap. quamuis, & cap. si perpetua debiti. de rescript.*

Regulariter Proreges non possunt facere gratias, vel concordare inquisitos absque partis remissione, vt supra diximus, nisi con-
14 currerent causæ prædictæ, & quando gratias fecerunt absq; partis remissione ordine Suæ Maiestatis reuocatę fuere: vt refert *Ioannes Franciscus de Ponte in tract. de potest. Proregis sub titulo de prouisionibus fieri solitis. §.* 4. *num.* 8. *fol.* 25. & Nos vidimus, quod tempore Præsidatus Illustriss. Cardinalis Zapatę Regni Locumtenentis, ordine Suæ Maiestatis, fuerunt reuocatæ omnes gratiæ factæ per D. Ducem Ossunæ Proregem, & D. Cardinalem Borgiæ Locumtenentem sub illa conditione, si infra tempus aliquod habuerint partis remissionem, vt in anno 1621. &
15 ratio est, quia gratiæ non possunt fieri saluo iure partis, vt per *Carauitam in ritu* 272. vbi quod *ritus* 274. prouidēs, posse fieri gratias, vel compositiones saluo iure partis, est correptus, per dictum *ritum* 272.
16 Remissio autem partis offensæ, intelligitur de illis, qui succedunt ab intestato, vt in *pragm.*

pragm.8.de compoſitionibus,vbi moderni plu-
ra cumulant, quia ad eos defertur ius vindi-
ctæ, ad quos defertur ſucceſſio ab inteſtato,
17 & meritò ſi occiſus reliquit hæredẽ extra-
neum, non ad talem hæredem extraneum
ſpectat ius quærelandi,ſeù remittendi,ſed ad
conſanguineum,qui ſuccederet ab inteſtato,
*Vincent. de Franch. in deciſ.*611.*vol.*4. ad-
18 uertas tamen, quod ſi eſſet inter magnates,
pax loco remiſſionis habetur, & non eſt ne-
ceſſum remiſſiones facere penès acta, *Reg.de
Ponte in tractatu de poteſtate Proregis ſub
titulo de prouiſionibus fieri ſolitis. §.4. num.*
19 37.*fol.*29. vbi in *nu.*3. aduertit, quod nemo
cogi poteſt ad quærelandum: & ſi fratres ad
quos fuit delata ſucceſſio remiſerunt, ſoror
20 dotata num admittatur ad quærelandum,
*Regens de Ponte in tractatu de poteſtate Pro-
regis ſub titulo de prouiſion. fieri ſolitis. §.4.
nu.*18. aſſerit diuerſimodè fuiſſe iudicatum,
& quod tandem in cauſa Ducis Sanctæ Aga-
tæ, cum Marchioniſſa Burgentiæ, declaratũ
fuit non requiri remiſſionem prædictæ Mar-
chioniſſæ ſororis, & *Ancllus Amatus in
conſ.*18.& nouiſſimè *Dominus Tapia in deciſ.
Sac. Conſ.*28. ſic fuiſſe deciſum referunt; ſed
deciſio prædicta proceſſit, ex quo fuit habitũ
pro vero, quod Marchioniſſa intendebat fa-
cere remiſſionem, & eius maritus recuſabat:
vindicta enim fratris, eſt quandoque licita,
vt probatur *Maccab.9. circa medium.* & de
Iure Longobardorum fœmina non admitti-
tur ad quærelandum,quia non poteſt faidam,
ideſt Vindictam,ſeù inimicitiam leuare, *gloſ.
1. in fin. in cap. 1. §. 1. de his, qui feud. dare
poſſunt.* Vindicta enim quando refertur prin-
cipaliter in malum illius, de quo vindictam
ſumit, & ibi quieſcat, eſt omnino illicita, quia
verteretur in odium, quod charitati repu-
gnat, cum omnes homines debeamus dilige-
re: ſi vero intentio vindicantis feratur ad
aliquod bonum, ad quod peruenitur per pœ-
nam peccantis, & ad quietem aliorum, poteſt
eſſe vindicatio licita, *D. Thom. 2. 2. quæſt.*
108. *art.*2.

21 Et ſic etiam, ſi vxor occiſi, admittitur ad
accuſandum, eius remiſſio nõ eſt neceſſaria,
ſi alij adſunt conſanguinei hæredes, ſecundũ
Oterum in Romanis locubrationibus diſput.
27. licet contrarium ſit verius, ex quo vxor
eſt pars corporis viri, ſed filij præferuntur
vxori ad accuſandum, *Vincent. de Franch.
deciſ.*382. *& Fab. de Anna in collect. obſer.*6.

22 Nota tamen, quod ſi pro habenda remiſ-
ſione ſolueretur pecunia, illa non cedit iure
hæreditario, ſed iure ſanguinis, *Bart. in l.do-
nari. §. Sabinus, col. 2. in §. & pro hoc. ff. de
damn. infect. & in l. pro hæredi. §. fin. ff. de
acquir. hæred.* vbi *gloſ. in verb. ageret.* Di-
cit, actione in factum, quæ eſt pecuniaria,
23 & ſic ſuper pecunia ſoluta pro remiſſione,
creditores occiſi, nullam actionem habent,
*Felyn. & Dec. in cap. in præſentiarum de
probat. alter. in col. 17. verſic. & ſi iſta gloſ.
alius verò in col. 24. verſ. item prædicti. nu.*
57. *fol. mihi* 227. vbi concordantes allegat,
& *Paris in tract. de ſyndicatu in verb. com-
poſitio in cap. incipiente vltimo circa prædi-
cta. col.2. & ſeq. & Vincent. de Franch. in
deciſ.* 611. in anno 1622. in cauſa Franciſci
de Nugata per Sacr. Conſ. iunctis Aulis fuit
indicatum, pecunias ſolutas pro remiſſione,
competere filio iure filiationis: & creditori-
bus hæreditarijs nullum ius cõpetere ſuper
eis, referente D. Iacobo de Franchis Mar-
chione Tauiani, bono, & pio Conſiliario, in
Banca de Ferratijs, quæ deciſio probatur ex-
preſsè in *l.*3. *verſ. ſed ſi in libro. ff. de his, qui
deiecerunt, vel effuderunt.* ibi. *Nec enim hæ-
redibus iure hæreditario competit.* Si vero re-
miſſiones fierent conditionatæ, puta vt in-
quiſitus ſit exul factus à tali loco: ſi nõ adim-
pleuerit, quærelans admittitur ad faciendum
partem in iudicio, *Salern. in deciſ. manu-
ſcript.*27. ratio eſt, quia conuentio tota di-
ſtruitur, ſi in vno capitulo fuerit inobſerua-
ta, & pœnæ copulatiuè concurrunt, *Caphal.
conſ.24.num.2. & 9. vol.*1.

24 Gratiæ verò particulares ſunt, quando
Princeps alicui, vel ex motu proprio, aut per
ſupplicationem indulget, ſi ad ſupplicationẽ
fiunt, & ſupplicans aliud commiſerit delictũ,
25 de quo alias gratiam obtinuit, etiam de eo
eſt facienda mentio, alias ſecunda gratia ir-
ritaretur, *Caſſan. in conſuet. Burgund. rubr.
1. § 5. num.*116. *fol. mihi* 230. poſt *Bald. in
l. nemo. in 1. colum. C. de Epiſcopal. audient.
Andr. Sicul in cap. ſuper litteris. col. 24. de
reſcript. & Iaſ. in l. hac damnoſa. C. de præt.*
26 *Imper. offer.* vbi hanc regulam limitat, quã-
do reſcriptum eſſet geminatè conceſſum.
27 Quinimo in gratijs obtinendis debet men-
tio fieri de qualibet qualitate alterante, vel
grauante delictum, *Franc. de Arct. in l. poſſi-
deri. §. ſi ſeruus. ff. de acquir. poſſeſſ.* ex ratio-
28 ne, quia Principis gratia non extenditur ad
caſum, de quo ſi Princeps cogitaſſet, veriſi-
militer non conceſſiſſet, *Io. Lupus in rubr.
de donat. inter vir. & vxor. §. 66. in fine.*
vel melius dicatur, quod ſi Rex ſciuiſſet in-
quiſitum ſolitum eſſe delinquere, non con-
ceſſiſſet, aut difficilius conceſſiſſet, vt infra
hic *nu.*42. ſed ne prætermittas, quod à Prin-
29 cipe ſęculari non poteſt Clerico inquiſito
gratia fieri, *Bald. in auth. Clericus. C. de
Epiſc. & Cler.* cum *gloſ.* ibi *Stephan. Aufrer.*

in re-

in repetit. clemen. 1. *de offic. ordin. quaſt.* 11.
30 eſt tamen notandum, quod gratia Principis
eo ipſo, quod eſt facta, dicitur perfecta, etiam
ſi exequuta nõ eſſet, *Lap. in allegat.* 17. *Surd.*
in conſ. 103. *num.* 7. *& Molin. de primogen.*
Hiſpan. lib. 2. *cap.* 7. *num.* 64. ſed cum diſtin-
ctione hoc percipe, quoniam aut gratia eſt
facta in dignitatibus, & officijs, abſque admi-
niſtratione, & tunc attenditur tempus datæ.
Prima enim Principis donatio poſteriori præ-
fertur, *l. prædia. C. de locat. prædio. ciuil. lib.*
11. latè *Gall. pract. obſeru. lib.* 2. *obſeru.* 55.
aut verò ſumus in gratia, & officio conceſſo
cum adminiſtratione, & tali caſu tẽpus ade-
31 ptæ poſſeſſionis, & adminiſtrationis officij
attenditur: & in hoc caſu his præfertur, qui
prius adminiſtrare cœpit, vt declarat *Vinc.*
de Praneb. in deciſ. 62. *& in deciſ.* 144. *&*
393. & ratio eſt, quia adminiſtratio hæc à iu-
ramento originem ſumit, *Luc. de Penna in*
l. Iudices. C. de conſul. lib. 12. & nõ attẽditur
dies electionis, ſed dies pñtationis priuile-
gij, *Bar. & Io. de Plat. in l. fin. C. de cõſul. lib.*
12. alias fuit dubitatũ, an Antonius de Auria,
creatus Collateralis Conſiliarius, qui p Pro-
curatorẽ præſtitit iuramẽtũ, vt in *c.* 1. *§.* 1. *per*
quos fiat inueſt. Bal. in c. ſacimus. il primo, quo
tempore mil. & Aret. in l. gallus. §. forſitan.
ff. de liber. & poſthum. & inde venit Neapo-
lim, & adminiſtrare cœpit: habeat ſalarium
à die iuramenti? & fuit deciſum à die admi-
niſtrationis habere, & nõ à die præſtiti iura-
menti, vt refert *Reuerter. in quadam dec.* 36.
Sed caſus euenit, quod in 8. Iulij 1601. fue-
32 runt creati tres Regij Conſiliarij, idest Ioan.
Ruyz de Valdeuieſo Hiſpanus, Cæſar Freccia,
& Iacobus de Franchis: Valdeuieſus eo tem-
pore reperiebatur in Curia Madrid, & ſtatim
induit ſe toga, & eodem die ſibi expediri fe-
cit priuilegium. Iſti alij duo DD. Freccia, &
Franchis cœperunt officium exercere in S.C.
ſub die 27. Auguſti 1601. & priuilegia eorum
fuerunt expedita cum data ſub die 4. Septẽ-
bris 1601. & executoriata Neapoli vltima
Octobris 1601. Venit inde Neapolim ſupra-
dictus Conſiliarius Valdeuieſus, & poſſeſſio-
nem cœpit ſui officij, cum proteſtatione, quod
prætendebat præcedere ſupradictos Frecciã,
& Franchis, ſtante data anteriori eius priui-
legij, & quod induerat ſe toga coram Rege,
& eo fortius, quia ſi fuiſſet Neapoli, vtique
ſtante creatione omnium trium in vno tem-
pore, ipſe debebat præcedere, ex quo Iudex
M.C.V. fuerat: & ſic vſque ad annum 1613.
ſiluit hoc negotium, cum proteſtatione ver-
bali tantum, quando inſimul in Aulis vnie-
bantur. In anno 1613. euenit caſus tranſeun-
di pro Decano in vnam ex Aulis ob mortem
Anteceſſoris, & Valdeuieſus petijt ipſum
præferri: fuit datus terminus in hac cauſa,
& compilato proceſſu, per decretum Colla-
33 teralis Conſilij, referente Regente de Ca-
ſtellet die 10. Ianuarij 1613. fuit prouiſum,
quod prædictus Cõſiliarius Valdeuieſus præ-
feratur prædictis Conſiliarijs Frecciæ, & Frã-
chis: diximus de nullitate prædicti decreti,
& fuit prouiſum, quod fiat depoſitum duca-
torũ nonaginta, quo facto, & propoſitis nul-
litatibus, reſpondendo obiectionibus de in-
34 duitione togæ, quod toga non facit, vt quis
Officialis dicatur, niſi in Prouinciã veniet, *l.*
1. *ff. de officio Proconſ. Lucas de Pen. in l. Iu-*
dices. in fin. C. de dignit. lib. 10. tandem fuit
decretum, nullitates non obſtare, & reſtitua-
tur depoſitum, Acta ſunt penès Marcum An-
tonium Vitalianum à mandatis Scribam. de
hac cauſa mentionem facit *D. Regens Con-*
ſtantius in l. 1. *C. de Conſulib. lib.* 12. *à nu.*
25. *vſque ad* 31. *fol.* 253. vbi etiã refert alios
caſus circa hanc materiã prælationis: alioſq;
vide relatos per *D. Tapiam in deciſ.* 21. *vol.* 1.
per totum, in qua recenſet plures caſus. ne
tamen prætereas, præcedentiam inter pares,
dari illi, qui fuit in dignitate electus, & codi-
cilli adeptione præceſſerit, *l.* 1. *C. de Præfect.*
Prætor. lib. 12. licet in priuilegijs attendatur
dies præſentationis, & non dies datæ, *cap. di-*
lectus. 27. *vbi gloſ. de præbend. cap. capitulũ*
Sancta Maria. de reſcript. ſi quę plures di-
gnitatem acquiſiuerunt, & inde eam depo-
ſuerunt, præfertur, qui prius dignitatem ade-
ptus fuerat, *l. fin. C. de Præfect. Prætor. lib.*
12. & ita etiam præfertur ille, inter habentes
eandem dignitatem, qui prius eam adeptus
eſt, etiam ſi poſterior fuiſſet eam pluries con-
ſecutus, *l.* 1. *C. de Prætoribus lib.* 12.
35 Gratia Principis de eius eſſentia ſcriptu-
ram non requirit, *gloſ. in cap.* 1. *de cenſib. in*
6. *Bald. in l. ſi quis per calumniam. C. de*
Epiſc. & Cler. nu. 5. quia eo ipſo, quod facta
eſt, ſtatim eſt perfecta, *vt ibidem*, eſt tamen
verum, quod ad illã probandam, ſcriptura
requiritur, *Surd. in conſ.* 109. *num.* 6. *& ſeq.*
Burrell. de præſtantia Regis Hiſpaniæ cap.
38. *num.* 57. *& ſeq.* nec per mortem Prin-
36 cipis gratia facta expirat, ſecundum *Archi-*
diac. in proem. 6. *in §. vniuerſitati*, quem
ſequitur *Io. Andr. ibidem*, ſed temporibus
noſtris aliter fuit obſeruatũ, nam à Clemen-
te VIII. Pont. Max. nomine Hippolito Aldo-
brãdino, fuerat gratia facta, & deſtinatus Ar-
chiepiſcopus Neapolitanus Illuſtriſſ. Decius
Carrafa, & mortuo dicto Clemẽte, fuit crea-
tus Pontifex Alexander de Medicis Leo XI.
vocatus, qui poſt 26. dies creationis mortuus
eſt, & fuit creatus Pontifex Paulus V. nomi-

ne Camillus Burghesius, qui renocando gratiam, Archiepiscopatum prædictum dedit Illustrissimo D. Octauio Cardinali Aqueuiuæ: sed Deus omnipotens, qui Ecclesiam prædi-
37 ctam desponsauerat, eidem D. Decio Carafæ, permisit vt idem Carrafa dum Nuntius in Hispania esset, crearetur Cardinalis, & post mortem dicti Illustriss. D. Cardinalis Aqueuiuæ, fuit creatus Archiepiscopus Neapolitanus, & ab anno 1613. Ecclesiam prædictã cum maxima sanctitate rexit, & quasi de nouo refecit cum laqueareo, & omni ornatu: Palatiumq; ampliauit exornauitq; cũ maxi-
38 mis sumptibus vsque quo requieuit in Domino in anno 1626. sub die 23. Ianuarij, & inde eius successor venit Illustriss. D. Cardinalis Boneompagnus nepos Gregorij XIII. die 10. Maij 1626. qui cum maxima, & exẽplari circumspectione, charitate, & sanctitate rexit, & regit, & diù recturum speramus.

39 Gratiæ verò à Baronibus vasallis fieri possunt, præcedente tamen partis remissione, & non aliter, quo casu etiã componere possunt: est tamen verum, quod in delictis minimis solet seruari in Curijs Baronalibus, vt
40 absque partis remissione interponantur decreta, quod inquisitus exulet, vel soluat rantam quantitatem; *Regens de Ponte in tract. de potest. Proreg. sub tit. de prouisionibus fieri solitis. §. 4. num. 15. fol. 16.* & hæc potestas faciendi gratias Baronibus communicata est vigore quatuor literarum arbitrariarum à Carolo Primo eis concessarum, vt videbimus infra *vers. 13. obser. 1.* sed Barones pendente
41 appellatione, gratias facere non possunt, vt aduertit *Consil. Fabius de Anna in addit. ad sing. 458. Io. Vincentij sui patris.* Sed quibus
42 personis gratias faciunt Barones perpendãr, & præcipuè ne sint soliti delinquere, quia crescit culpa nutrita fauoribus, & peccantiũ malignitas ad grauiora peruenit, si eis pœnalis inflictio non obsistat, vt habes in *cap. Regni Crescit culpa*. Nec delicta, aut delinquentes dissimulent, alias puniuntur, *Bart. in l. 1. C. de desertoribus, & occultatoribus lib. 12.* aliaq; multa in materia Baronum vide infra in *vers. 3. obser. 4.*

43 Gratiæ, & si latissimè sint interpetrandæ, tamen si gratia est facta vni, non extenditur ad alium, *§. sed quod Principi. inst. de iure natur. gent. & ciuil. Andr. in cap. 1. §. nec alia iustior. in add. quæ sit prima causa benef. amitt.* & meritò gratia concessa ad beneficiũ mulierum Neapolitanarum vt habeant assensum tacitum super feudis pro earum dotibus non extendebatur ad antefatum, nisi expresse à Rege fuisset concessum, vt infra *vers. 4. obseru. 2. num. 113. & seq.* & ideo cap. prædictum non extenditur ad subfeuda, vt ibidem; cum quibus rationibus conclude, vt nec etiam extendatur ad obligationem officiorum, & regalium, quæ sunt strictionis naturæ, quam feuda, vt in *d. vers. 4. obser. 2. num. 63. & seq.* licet *Freccia in lib. 3. de subfeud. in 2. formul. nu. 25. & seq. vsque in fin. fol. 401.* affirmet, regalia in Regno regulari secundum naturam feudorum, sed negari non potest, illa strictioris esse naturæ quam feuda, & de feudis loquitur statutũ, & non de regalibus, ergo ad illa non extenditur, argumento *l. si vero. 56. §. de viro. ff. solut. matrim. Andr. in l. Imperialem. num. 6. de prohib. feud. alien. per Freder.* summat enim *Bart. in d. §. de viro.* quod prouisio legis contra ius commune non extenditur vltra illud, quod exprimit, licet eadem sit ratio. Hinc est, quod quando S. M. facit gratiam filijs rebellium de bonis maternis: gratia hæc non extenditur ad antefatum, de quo mater erat vsufructuaria, & post eius mortem erat rediturum ad filios hæredes patris, & successiuè ad Fiscum, stante rebellione patris, & ita decisum fuisse refert *Reuerter. in quadã decis. 5.* per *text. in l. quisquis. §. vxores. C. ad l. Iul. Maiest.*

44 Sed est verum, quod gratia omni quo decet complemento est interpetranda, quoniam si alicui sit gratia immunitatis de non soluẽdo functiones fiscales pro se, & eius hæredibus, & successoribus in perpetuum, ad omnes filios insolidum hæc immunitas transit, vt per *doct. Bart. in l. gallus. §. quidam rectè in fin. ff. de liber. & posth. & l. vsus pars. ff. de vsufruct.* fuitq; decisum ita in Regia Camera in quadam *decis. 37. Reuerterij.*

54 Siquè finis gratiæ non adimpleretur: gratia non haberet suũ effectum: puta Rex concessit alicui extero gratiam gaudendi omnibus immunitatibus, & Franchitijs, quibus gaudent Ciues Neapolitani Oriundi; ex quo gratiæ finis est, vt Ciuitas habitetur, & populetur: si iste in Ciuitate non habitaret, vtique gratia non habet suum finem, & successiuè dicta gratia, seu priuilegio non gaudet, & ita fuisse in Regia Camera decisum, refert *Reuerter. in decis. 52. vol.* . .


OBSERVAT. II.

SVMMARIVM.

1 *Parlamentum est verbũ vulgare à parlando, idest loquendo.*
2 *Vulgaris authoritas non est negligenda.*
3 *Loqui licet patrio sermone, & vt vulgares loquuntur.*

4 *Lingua*

4 *Lingua est nuncius cordis.*
5 *Parlamentum, idest parium lamentum, vel parium laudamentum.*
6 *Est actus iudicialis.*
7 *Quæ personæ in eo interueniunt.*
8 *Accipitur pro Senatu in Curia Parisiensi.*
Parisÿ parlamentum quot personas continet, ibid.
9 *Parlamentum in Oppidis, & Terris cur fit.*
10 *Quandoque fit per Ciuitatem, Baronaggium, & Regnum.*
Quot parlamenta fuere à tempore Regum Aragonensium, nu. 14.
Non interueniunt nisi qui habent feuda. nu. 27.
11 *Episcopi, seù Prælati habentes feuda interueniunt in parlamentis, & quo ad concilium, & quo ad auxilium.*
12 *Episcopi vocantur magni Consiliarÿ, & in parlamentis interueniunt.*
13 *Interueniunt in legibus condendis.*
14 *Primum parlamentum celebratum fuit ab Alphonso primo quo ad Reges Aragonenses.*
15 *Magnus Comestabulus habet dexteram in parlamentis.*
Anibal Macedonius Marchio, & magnus Miles, ibid.
16 *Regens Regiam Cancellariã præcedit Procuratorem magni Comestabuli in parlamento.*
17 *Procurator an sedere debeat cum prærogatiua Domini.*
18 *Pupillorum tutores, vel balÿ in parlamẽtis, vel in Palatio non præcedunt.*
19 *Præcedendi ius est honorificum personæ titulatæ infixum.*
20 *Deputati in parlamento mandata facere possunt.*
21 *Rex in collegio Cardinalium sedet in primo loco post primum Episcopum Cardinalem.*
Quomodo recipitur à Summo Pontifice, ibid.
22 *Dignitatis qualitas non attenditur, si ad negotium non confert.*
23 *Regens Regiam Cancellariam si creatur Titulatus, alios in Collegio non præcedit.*
24 *Consiliary in Collegio Doctorum non præcedunt alios.*
25 *Regentes in Collegio Doctorum non præcedunt alios, sicuti nec in parlamentis, si ut Collegiati, vel Barones sedent.*
26 *Septem officia Regni in parlamento non interueniunt.*
28 *Præcedentia datur illi, qui habet vnum ex septem officÿs Regni.*
29 *Procurator non sedet in loco vbi Dominus sedet.*
30 *Honorificum ius non potest cedi.*
31 *Subrogatus sapit naturam sui principalis, quomodo.*
32 *Episcopus Consiliarius sedet immediatè post Decanum.*
33 *Episcopi dicuntur Regÿ Consiliarÿ eo ipso, quod sunt creati.*
34 *Consiliarius interueniens vti Aduocatus sedet in suo loco.*
35 *Procuratores titulatorum non solent præcedere Procuratores Baronum non titulatorum.*
36 *Neapolitani Capituli de recurrendo ad remedia Concilÿ, seù tertÿ loci intellectus,*
37 *Papa permittit, vt Imperator videat eius gesta.*
38 *Submittens se iurisdictioni eius æqualis, vel maioris, potest ei, & aduersus eum ius dici.*
39 *Recursus non impeditur appellatione impedita.*
40 *Clericus oppressus ab Episcopo, an ad Principem sæcularem recurrere possit.*
41 *Papa est supra Concilium, & caput Concilÿ, & Reges, ac Imperatores priuat.*
Imperatores priuati à Pontifice recensẽtur, ibidem.
Reges priuati à Pontifice, qui, ibid.
42 *Sanctus Petrus præcepit debere omnes obedire Episcopis.*
43 *Grauati ab Episcopis ad Metropolitanos, recursum habere possunt.*
44 *Sal, quando remissum fuit Regi in Regno.*
45 *De Iure communi quomodo vendebatur.*
Sindicus præcedit omnes, & habet iurisdictionem, ibid.
46 *Hostica exceptio concedi potest Baronibus vocatis ad parlamentum.*
Barones vocati ad parlamentum, exceptionem hosticam opponere possunt.
47 *Si non habent inuestituram, sed possessionem tantum, an in parlamentum ingredi possunt.*
48 *Procurator in parlamento an possit vnum votum dare nomine proprio, & aliud nomine principalis.*



OBSERVATIO II.

De parlamento, & interuenientes in eo, quomodo sedeant.

1 PArlamentum est verbum vulgare, & à parlando, idest loquendo dicitur. Cęcus.n. adunatus loquitur, & magnas negotiorum moles, pro quibus congregatur,
2 deliberat. Et licet videatur verbum vulgare, non propterea negligendum, propter communem vulgi authoritatem, *l. liberorum. §. si quis tamen Cassius.* vbi *glos. & Bart. de leg. 3. l. labeo. ff. de superlect. leg.* quoniam
3 licet loqui, vt vulgares loquuntur *Andr. in in cap. 1. nu 2. de his, qui feudum dare possunt, per l. Anniculus. ff. de verb. signif. & in 2. Macchab. cap. fin. num.* 29. dixim⁹q; supra
4 ad Lectorem beneuolum. Lingua enim est nuncius cordis, *d. l. labeo.* Dicitur etiam
5 parlamentum, idest quasi parium lamentum populorū paribus factum de quærelis, & lamentationibus. Poteśtq; dici parium lamētum, ac iudicium, per *text. in cap. 1. §. sancimus. quo tempore miles,* & declarat *Boer. in tract. de author. magni Concil. num. 166.*
6 & quoniam parlamentum fit authoritate Principis, est quodammodo actus iudicialis, *Frecc. de subfeudis lib. 1. fol. 19. num. 19.* vbi multa,
7 In quolibet enim parlamento duodecim deputati cōstitui solēt in hac fidelissima Ciuitate pro expetēdis gratijs à Rege, videlicet Titulati Regni solent destinare sex Titulatos, & Priuati alios sex Priuatos, vt est videre in omnibus parlamentis factis de anno 1536. & sequent. *in Priuilegijs, & Capitulis Neapolis fol.* 100. *& seq.*
8 Quandoque parlamentum accipitur pro Senatu, vt est in Curia Parisiensi, in qua sunt centum Consiliarij, idest, 12. Pares Franciæ, 8. Magistratus requestarum domus Regis, & 80. alij Consiliarij, quorum 40. sunt Clerici, & 40. Laici, inter quos adsunt 4. Præsidētes Laici, & ad instar Senatus Romani fuit institutum, *Cassan. in consuet. Burgund. in proem. fol. 21. col. 1. num. 1. Ioan. Maig. in tract. de parlamento. §. hoc sumpto. nu. 1. in tractatibus tom. 16. fol.* 273. & de hoc parlamento non est materia nostra.

Est, & alia species parlamenti, quando in qualibet Ciuitate, vel Oppido, pro concludendis negotijs vniuersalibus fit, vt habetur in *pragm. sub tit. de administrat. Vniuers.* & similiter nec de hoc est nostra materia.

Tertio, & alia species parlamenti est, in
10 in quo congregatur Ciuitas Neapolis, Baronaggium, & Regnum pro negotijs vniuersalibus Regni expediendis, vna cum deputatis, & proceribus, in quo interuenire pos-
11 sunt Prælati tenentes feuda, & vasallos cum iurisdictione tanquā Domini temporales, vt etiā habetur in 2. *Macchab. cap. fin. num.* 3 t. & per *Bal. in §. hoc quoque nos. nu. 6. de pace constant.* vbi quando comparere debēt tam quo ad Concilium, quam quo ad Auxilium; idemque tenet *Pater Diana resolut. moral. in tract. de parlamento. resolut.* 23. vbi quod venire tenentur, & si non veniunt, quid est agendum, & similiter ita asseritur in *consultatione* 40. *capitli S. M. facta vltimo Martij* 1572. quæ habetur manuscripta in *cap.* 26.
12 Episcopi enim vocantur magni Consiliarij, vt ibidem, & in parlamento facto de anno 1283. in Planitie Sancti Martini per Carolū Secundum Illustrem, interuenerunt etiam
13 Prælati, vt in *cap. Regni Idem statuimus, quod constitutiones nouella,* prout similiter in legibus condendis interuenerunt Prælati, vt in alio Capitulo eiusdē Caroli *incip. Regina iustitiæ. in fin. fol.* 322. Et de hoc genere parlamenti est materia nostra; ad indagationē cuius est sciendum, quod præter extera parlamenta in hoc Regno per Reges Aragonenses inita, sunt infrascripta.
14 Primum parlamentum fuit celebratum à Rege Alphonso Primo Aragonio Hispano, Regni huius primo acquisitore. Qui & si destinauerat parlamentū celebrare in Ciuitate Baroli, sub die 21. Ianuarij 1442. & deindè deliberauerat illud in Ciuitate Beneuēti celebrare: & ita missæ fuerunt literæ Magnatibus, Ducibus, & Baronibus Regni: primęq; descriptæ Antonio Bautio de Vrsinis Tarēti Principi, & magno Regni Comestabulo: & indè D. Raymundo de Vrsinis Salerni Principi, & Nolæ Comiti, Magno Iustitiario, & successiuè alijs de septem officijs Regni, ac alijs Baronibus, vt est videre in *Capitulis, & Priuilegijs Neapolis fol. 3. & seqq.* tamen in Ciuitate Neapolis fuit inde parlamentum celebratum 28. Februarij 1442. & modus se-
15 dendi secundum ordinem præcedentiæ officiorum seruatus extitit, & dexteram habuit Magnus Comestabulus, prout habet in alijs, quando reperitur præsens in eis.

ALLEGATIO III.

HInc orta fuit differentia in parlamento celebrato de anno 1621. nam D. Anibal Macedonius Eques Neapolitanus, & magnus Miles, & ad præsens Marchio Turturæ, & de Consilio

Concilio ſtatus vti Procurator conſtitutus ab Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. Don Philippo Colũna magno Comeſtabulo (de cuius præcedentia diximus ſupra *verſ. 2. obſeruat. 4.*) debeat præcedere circumſpectum Regentem D. Ioannem Baptiſtam Valenzuela Valſquez virum omnium virtutum genere ornatiſſimum, qui non vti Regens, ſed vti Pro-
16 curator aliquorum Baronum Regni in parlamento interueniebat, & in parlaméto prædicto fuit prouiſum, dictum Regentem præcedere debere. Quia Procurator non eſt idẽ
17 vt Dominus, licet *Freccia* teneat, Procuratorem debere ſedere cum prærogatiua Domini, vt in *lib. 3. de ſubfeudis in fin. fol. 470. num. 52.* pro cuius intellectu vide *Regentem de Ponte in deciſ. 15. nu. 9. & ſeqq.* vbi quod
18 Procuratores, Tutores, aut Balij Titulatorum in parlamentis, aut in Palatio, non præcedunt, quem ſequitur *Pater Diana moral. reſolut. in tract. de parlamento. reſolut. 28. fol. 103.* quoniam ius illud præcedendi eſt
19 honorificum, & ſpecialiter infixum perſonę, & offibus Titulati, adeò vt ab eo non euellatur: & merito videmus, quod in parlaméto de anno 1442. Procuratores non præceſſerũt, vt in *Priuileg. & Capit. Neap. de tempore prædicto.* Et ideo dixit *D. de Ponte in d. deciſ. 15. num. 9. circa finem*, quod Regentes Regiam Cancellariam, vel Regij Conſiliarij Procuratores, cæteros Procuratores præce-
20 dunt. Er quod Regius Conſiliarius à latere, vel Regens Regiam Cancellariam, qui in parlaméto vti Baro interueniret, & eſſet Deputatus poteſt facere mandatũ pœnale, quatenus aliqua differentia inter ipſos in parlamento oriretur: Non enim dubitant Doctores, quin Baro vocatus ad parlamentum poſſit interuenire per Procuratorem, verbo illo non obſtante, perſonaliter, vt per *Giurb. in deciſ. 118. num. 23. & ſeqq.*

In ſedendo nimis obſeruandus eſt ordo,
21 nam in ſacro Collegio Cardinalium dum à Summo Pontifice miſſa celebratur, Rex qui ibi reperiretur in primo loco poſt primum Epiſcopum Cardinalem ſederet, & pro lauãdis manibus Summi Pontificis celebrantis aquam fundit, ſed per prius recipitur genibus flexis, oſculando Pontificis pedes, & indè vultum, teſte *Guicciardino in 1. lib. ſua hiſtoria fol. 55. in fin.* ita eueniſſe de Rege Franciæ Carolo VIII. Sed ne præcedentiæ præiudicium induceretur, in dicta facti contingentia ſupradicti Domini Anibalis Macedonij tunc Procuratoris dicti D. Comeſtaboli clientis Illuſtriſſimi, infraſcriptas concluſiones perpendebam.
22 Qualitas dignitatis, quæ nihil confert ad negotia Capituli nõ eſt attendenda, *Roman. in l. ſi verò. §. de viro. col. 3. ff. ſolut. matrim. Frecc. de ſubfeud. lib. 1. fol. 22. ſub num. 7.* &
23 ideò ſi Regens Regiam Cancellariam creatur Marchio, cæteros Regentes primo loco in Concilio politos nõ antecellit in ſedendo in illo, quod ſecus eſſet in ingreſſu, & regreſſu, vt alibi dicemus in *verſ. 7. obſer. 3. nu. 49.* Ex quo ibi, non vt Marchio, ſed vt Regens ſedet, & interuenit; idcirco Regij Conſiliarij in Collegio Doctorum, vt Collegiati
24 ſedent, & non vti Conſiliarij, *Frecc. de ſubfeud. d. lib. 1. fol. 23. num. 27.* quod etiam obſeruatur cum Dominis Regentibus Regiam
25 Cancellariam interuenientibus in Collegio vti Collegiati, vel in parlaméto, vti Barones, *Lanar. in conſ. 88. num. 28. verſ. non obſtante.* quia tunc dignitas à perſona ſeparatur, & alterum repræſentat. In parlamentis non in-
26 teruenjunt nec vocantur Magnates de ſeptem officijs Regni, ſed feudatarij, & qui nõ
27 habent feuda, in parlamentis interuenire non poſſunt, *Io. Franciſcus de Ponte in conſ. 14. num. 53. & 62. in fin. vol. 1. & in deciſ. 8.* Meritò in hoc caſu, non eſt in conſideratione dignitas magni Comeſtabuli tantum, eſt bene verum, quod ſi vnus ex ſeptem
28 officijs Regni eſt feudatarius, & in parlamẽtis interuenit vt feudatarius, ex quo habet dignitatem annexam, cęteros præcedit, vt fuit deciſum in cauſa Comitis Caſtri magni Cãcellarij, cum Principe Salerni, ſecundum *Frecc. & de Ponte in locis citatis.* Interuenit enim prædictus Procurator, non vt Procurator magni Comeſtabuli, vti Comeſtabuli, ſed vti Titulati, & feudatarij Regni, (in quo amplos habet titulos, & multa feuda) & ideò dictus Procurator cum alijs Titulatis Baroni-
29 bus non debet admitti: quia Procurator nõ ſedet in loco, vbi Dominus ſedet, nec ei debetur idem honor ſicuti & Domino, *l. ſed ſi hac. §. fin. ff. de in ius voc.* vbi non debetur idem honor, & eadem reuerentia Tutori, & Procuratori, qui debetur Patrono, cuius vices gerit Procurator, nec dicatur Vicesgerentes, qui alienas vices gerunt, eodem honore eſſe habendos, *cap. præcipimus. 93. diſt.* quia, id eſt intelligendum de honore in genere, vt plus honorétur quam priuatus, ſed non eſt intelligendum de eadem proportione, & menſura honoris, vt in *d. cap. præcipimus.* ibi, *ſicut Locumtenens honorabitur*, quoniam dictio illa ſicut, eandem honoris qualitatem, vel ſimilitudinem non ſignificat, ſed vt plus quam priuato debeatur, ita *Cæſar à Coſta in lib. 2. variar. ambiguit. cap. 15.* quoniam
30 ius honorificum perſonæ cohæret, & in aliũ eius nomine cedi non poteſt, *gloſ. in l. ſi*

non fortem. §. libertus. de condit. indebit. Frecc. ibidem num. 56. subdens, quod fieret
deterior conditio Collegij, si alius non eiuldẽ
qualitatis secum sederet.
31 Nec dicatur subrogatum sapere naturam
sui principalis, *l. si cum. §. qui iniuria. ff. si
quis cautionibus.* quia respõderi potest, quod
aut subrogatum sit à lege, vt est in Vicario
Episcopi, vel in Capitaneo Baronis: & tunc
prædicta regula militat; sed si sit ab homine,
vt est in Procuratore, tunc regula non pro-
cedit, vt per *Frecc. ibid. num.* 57.
32 Idem dicitur, quod si Episcopus Regius
Consiliarius creatur, sedet immediatè post
Decanum, *Vincent. de Franch. in decis.* 138.
licet *Fab. de Anna* multa dixerit in *cons.* 40.
nu. 14. *&* *cons.* 42. tamen in *cons.* 122. *nu.* 30.
cõsiderat hoc procedere, quod eo ipso, quod
33 Episcopi sunt creati, dicuntur Regij Consi-
liarij, & meritò dum eis communicatur ad-
ministratio, in Consilio præcedunt alios, ex
quo habent etiam dignitatem Episcopalem.
& similiter Titulatus feudatarius habens vnũ
34 ex septem officijs Regni præcedit: idemque
est in Consiliario, qui interuenit in causa vti
Aduocatus, sedet enim in suo loco, & non in
vltimo, ex quo dignitas est inseparabilis, *D.
de Ponte in decis.* 8. *num.* 6. *& de Franch. in
decis.* 138. & in iuramento præstito de anno
1442. Don Ferdinando Aragonio filio natu-
35 rali Regis Alphonsi Primi, non fuit obserua-
tum, vt Titulatorum Procuratores præcede-
rent Procuratores Baronum non Titulato-
rum, vt est videre ex ordine scripturæ, in
Priuilegijs, & Capitulis Neapolis fol. 3. *&* 7.
ater. qui ordo probat *l.* 1. *de albo scribendo.*
His maximis per me perpensis in causa
prædicta, fuit supralessum in intentando litẽ,
quę prætẽdebatur intentari, vt in futurũ Pro-
curator constituendus à prædicto D. Come-
stabulo præcederet, prout alij Domini Col-
legæ consuluerant. Post hæc scripta nouis-
simè vidi *Dianam resolut. moral. tract.* 3. *de
parlamento. in resolut.* 28. *fol.* 103. tenentem
vt supra; sed subdit, inter Procuratores fieri
differentiam, vt præcedant secundum quali-
tatem suorum principalium.

Cumque simus in materia prædicti parla-
menti de anno 1442. referre non piget aliud,
quod diù me torsit ibidem? supplicauerunt
enim in eo Deputati Neap. vt licentiam im-
partiret destinandi Legatos ad Summum
Pontificem pro petenda confirmatione Re-
gni in personam eiusdem Regis Alphonsi I.
ac prædicti Ferdinandi I. eius filij, subdendo,
36 quod in casu denegationis faciẽdæ per Sum-
mum Pontificem, valeant Deputati ipsi re-
currere ad debita remedia Consilij, seù tertij
loci, vt eis melius videbitur: ita enim legitur
in dictis *Priuilegijs, & Capitulis Neap. fol* 9.
Quæritur ergo, quid velit dicere illud, *seù
tertij loci?* crederem intelligi posse, ex *cap.
nos si incõpetenter.* 2. *quæst.* 7. in quo Summus
37 Pontifex Leo permittit, vt Imperator Ludo-
uicus cognoscere possit de gestis per ipsum
Pontificem contra Clericum, his verbis. *Nos
si incompetenter aliquid egimus; & in subdi-
tos iustæ legis tramites non conseruauimus,
vestro, ac missorum vestrorũ cuncta volumus
emendare iudicio. Quoniam si nos aliena de-
bemus corrigere peccata, peiora committimus,
certè non veritatis discipuli (sed quod dolen-
tes dicimus) erimus præ cæteris erroris ma-
gistri.*
Ecce quod ex permissione, & voluntate
Summi Pontificis, & non aliter, cognitio prę-
dicta procedit, & ita in casu isto posset dici,
& nõ aliter, quia Summus Pontifex à nemine
iudicatur, prima enim est sedes, quæ iudicat,
& non iudicatur, *Cardinal Bellarminus in
1. tomo disput. sub tit. de Romano Pontifice
lib.* 2. *cap.* 26. *fol.* 678 *& D. Thom. quæst.* 67.
art. 1. *ad* 2. declarat *d. cap. nos si incompeten-
ter.* processisse, quia Leo Papa sua spontè iu-
dicio sęculari se subdidit, sicuti & Christus
spontè fecit.
38 Vtique est receptum, vt si quis maior, vel
ęqualis subijciat se alterius iurisdictioni, pos-
sit ei, & aduersus eum ius dici, *l. est receptum.*
14. *ff. de iurisd. omn. iud.* vbi *glos. singul.* ibi,
hoc extendit ad Imperatores, & *glos. in cap.
in synodo. vers. Apostolicam.* 93. *distin. & glos.
in cap. si fortè. in verb. conuocet.* 65. *distinct.*
aliaque *glos. in cap. nemo.* 9. *quæst.* 3. *& in
proem. sexti in verb. seruus.* extendit ad Papã,
per *d. cap. nos si incompetenter.* vt per *Nauar.
in relect. cap. nouit de iudic. in* 3. *notab. nu.*
75. *fol.* 128. nam si in multis casibus impe-
39 ditur appellatio, attamen quęrela, siue re-
cursus nunquam inpeditur, *Socc. in consil.* 39.
num. 12. *col.* 4. *Alex. in auth. quæ supplicatio.
C. de precib. Imper. offeren.* & pulchra *glos.
in cap. ex literis. in verb. supplicauit. de re-
stitut. in integrum.* & alios cumulat *Cacher.*
40 *in decis.* 30. *num.* 20. in qua latè disputat, si
Clericus oppressus ab Episcopo, potest ha-
bere recursum ad Principem sęcularem, &
& respondit affirmatiuè, se remittendo san-
ctæ Romanæ Ecclesiæ, sicuti & Ego, tam cir-
41 ca ista, quam quoad omnia: Papa enim est
supra Concilium, & caput Concilij, vt in
Bulla Cœnæ Domini cap. 2. *in fine, & Caiet.
in fine operis D. Thom. in* 2. 2. vbi latè & *Lan-
cellott. Conrad. in lib.* 1. *de Imperatore.* §. 4.
de potestate, & præstant. Imperat. in versic.
Conci-

Concilium generale nu. 2. vbi multa de Con-
gregatione Concilij habes, & Imperatores,
& Reges Chriſtianos priuat, vt Papa Inno-
centius priuauit Imperatorem Arcadium:
& Beatus Ambroſius Imperatorem Theodo-
ſium excommunicauit; *cap. duo. 96. diſt. &*
cap. nos ſi incompetenter. 2. quaſt. 7. & diximus
ſupra *verſ. 1. obſeru. 3. num. 29.* & Zacharias
Papa Regem Francorum à Regno depoſuit,
cap. alius. 15. quaſt. 6. & Innocentius IV. Im-
peratorem Fredericum, *cap. ad Apoſtolica. de*
ſentent. & re iudic. in 6. & in cap. omnes. de
42 *maior. & obedient.* vbi habetur Diuum Pe-
trum præcepiſſe omnes Principes Terræ, cæ-
teroſque homines Epiſcopis obedire debere,
dixit autem, *Io. 28. mihi data eſt omnis pote-*
ſtas in Cœlo, & in Terra, & in cap. 17. habe-
tur, *dediſti poteſtatem omnis carnis, & in*
cap. 21. ait, *paſce agnos, & oues meas.*

Eſt benè verum, quod in ſacra pagina vi-
demus, aliquando ad Regem fuiſſe habitum
recurſum, vt fecit *Onyas ſummus Sacerdos*
Hieruſalem, in Machabeor. lib. 2. cap 4. ibi.
Ad Regem ſe contulit, non vt Ciuium accu-
ſator, ſed communium vtilitatem apud ſe-
metipſum vniuerſæ multitudinis conſiderans.

Videbat enim ſine regali prouidentia pa-
cem rebus dari eſſe impoſſibile; & per *Con-*
43 *cilium Toletanũ 13. c. 12.* permittitur graua-
tos, & non auditos, ad Metropolitanos Iudi-
ces, vel ad Regios recursũ habere, quãdo nõ
adeſt defenſio Eccleſiaſtica, vt ibidem, & *Ca-*
mil. Borrell. in addit ad Bellug. in ſpec. Princ.
rub. 11. §. ſunt & alia. num. 1. lit. D. multaq;
cumulat *Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. cap.*
18. num. 140. fol. 796. tu autem vide ſingu-
larem diſputationem, & concluſionem *Na-*
uar. circa hæc, in *d. cap. nouit. de iudic. in*
relect. in 3. notab. per totum; & ad eam ſem-
per recurre.

Et proſequendo materiam noſtram de
44 parlamento, non eſt prætermittendum ſo-
lere fieri in eis diuerſa donatiua Regi, vt eue-
nit in anno 1608. nam fuit Regi factum do-
natiuum, ſeù remiſſio ſalis, vt in *pragmat. 2.*
de ſale vendendo; cuius occaſione ſal, quod
per prius vendebatur pro granis 22. pro mo-
dio, fuit alteratũ pretium in carolenis octo,
& granis duobus, & moderatæ fuerunt dona-
tiones Eccleſiarũ abſque priuilegio ſpeciali
in modijs ſex pro qualibet: licet obſtet *l. pri-*
uilegia. C. de ſacroſ. Eccleſ. donatio prædicta
fuit potius remiſſio Regi facta à Populis, ex
quo per prius ex conuentione habita cum
Rege Alphonſo Primo, quodlibet foculare
habebat modium vnum ſalis, & ſoluebat du-
catum vnũ pro functionibus fiſcalibus, vt in
Capitulis, & Priuilegij Neapolis cap. 2. fol. 4.
ater. licet aliqui teneant, quod in 20. Decem-
bris 1449. Rex Alphonſus Primus iuſſerit, vt
pro quolibet foculari daretur vnus modius ſa-
lis, & ſoluerentur caroleni quinque pro eo, &
grana duo pro expenſis conducturæ, & men-
ſuræ, vt ex *Regiſtro 2. Curia illius tem-*
poris fol. 133. & inde in anno 1485. Rex Fer-
dinandus Primus voluit, vt ſoluerentur à
quolibet foculari caroleni 15. & gr. 2. cum
onere ſalis, vt ex *Regiſtro Arrendatorum*
Curia, ob quod exclamat *Loffred. in lectura*
ſua ſuper ritibus, quod in Regno plaga Dei
abundauerat, & ſola Ciuitas Neapolis ex pri-
uilegio expedito 16. Decẽbris 1481. ab hac
exactione fuit exempta *Bald. autem in l. ex*
hoc iure. ff de iuſt. & iure, hæc verba profert
in fine, *Ruſtici olim nõ ſoluebant Imperatori*
niſi modicum ei in 26. denar. pro quolibet ca-
pite, vel fumarte: cum tunc non plus indige-
bat Imperium, vt de verb. ſignif. ager. §. 1. in
gloſ. ſed hodie, proh dolor: pellem Populorum
excoriant, & vix præcarium dimittunt. Sed
multa de ſale vide per *Moles in deciſ. 91. &*
infra verſ. 3. obſer. 3. nu. 311.

De Iure communi ſal non poterat vendi
ſine licentia publicani, *l. ſi quis. 11. C. de*
vectigal. & Romæ à publico vendebatur, ſed
indè occaſione bellorum fuit facta remiſſio,
vt à priuatis venderetur, *Titusliuius in lib. 2.*
dec. 1. fol. 27. lit. A. ſaliſq; remiſſio fiebat à
Demetrio Iudęis: ſi ſecum vnire volebant cõ-
tra Alexandrum *Machab. 10. num. 29.*
45 Et tandem Syndicus, qui præfertur omni-
bus Poteſtatibus, & Officialibus Ciuitatis in
parlamento, *l. præfectura. 3. C. de offic. Præ-*
fecti Vrbis, habet poteſtatem, & iuriſdictio-
nem. Sed quomodo voces Ciuitatis, & Baro-
num procedant, vide infra *verſ. 3. obſer. 4. in*
in cap. 1.

Et de donatiuis factis Regibus in diuerſis
parlamentis, vide infra *verſ. 4. obſeru. 3.* vbi
de quãtitatibus datis in diuerſis temporibus
habes, ac etiam de alijs parlamẽtis, ideo hic
non repetuntur.
46 Solet etiam dubitari in hac materia par-
lamenti, an Barones ad eum vocati, poſſint
opponere exceptionem hoſticam; & conce-
dendam eſſe per illos dies, concludit *Giurba*
in deciſ. 118. num. 19.
47 Fuit etiam dubitatum in eodem Regno
Siciliæ, num Baro, qui poſſeſſionem Baronię
habet, ſed non adhuc habuit inueſtituram,
poſſit ingredi in parlamẽtum, & affirmatiuè
fuit deciſum *Maſtrill in deciſ. 18. per totum.*
48 Sed num Baro conſtitutus Procurator ab
alio Barone, poterit diuerſa vota dare, vnum
nomine proprio, & alterũ diuerſum nomine
conſtituentis? *Pater Diana in tract. de par-*
lament.

lament. resol. 10. *fol.* 96. videtur tenere, quod non, post *D. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 4. §. 1. *nu.* 13. Ego autem crederem, posse fieri, si à suo principale mandatũ haberet ad specificum votum dandum, vel si feuda sui principalis essent in aliquo loco diuerso à suis, & esset diuersa ratio conclusionis, quoniam diuersa ratio pactum reformat, ex regula notata per *Specul. in tit. de teste.* §. 1. *nu.* 95. in mandatis .n. & instrumẽtis rigor seruatur, & quicquid nõ exprimitur pro omisso habendũ est, *l. quicquid astringenda. ff. de verb. oblig.* conceslóq; vno ex prohibitis à Iure, nõ censetur aliud permissum, *l. cum prætor. ff. de iustit. & iure.* dum ergo dat mandatũ, videtur dare vt faciat; quæ expediens fuerint ipsi principali, & non ipsi constituto: duas enim repræsentat personas, quæ diuersos possunt habere fines, quo casu duo contraria possunt esse in eodem subiecto ex diuersis finibus, & causis. Ergo &c.

OBSERVAT. III.

SVMMARIVM.

1 *NEapolis Ciuitas est Regni caput, & Metropolis, & quando, nu.* 5.
2 *Neapolitani quoties, & quando Romam succurrerunt.*
3 *Neapolis secunda Ciuitas Christiana in Europa.*
4 *Reghium prima Ciuitas Christiana in Europa, & prima ædificata.*
5 *Sicilia Regnum quando Regnum Neapolis fuit vocatum.*
6 *Rogerius Comes Calabriæ vbi residebat.*
7 *Vrbanus II. Calabriam petijt ad videndum Comitem Rogerium.*
Rogerius Comes à Pontifice Vrbano visus, ibidem.
Neap. vnde originem habuit, ibid.
8 *Est animarum* 400000.
9 *Quomodo diuiditur in sex plateas, & nu.* 14.
10 *Potest condere sibi vsum viuendi cum assensu Regio.*
11 *Lex debet condi cum consilio maiorum Populi.*
Platea Neap. quot erant tempore Regis Roberti, ibid.
Mercati platea, & alia, ibid.
12 *Iudices ad contractus sunt nobiles.*
13 *Notary sunt nobiles.*
14 *Populi Neapolis platea habet* 29. *Capitaneos.*
15 *Plateæ quomodo gubernentur, & quas iurisdictiones habent.*
16 *Gubernantes, quæ crimina euitare debeant.*
17 *Inertes, idest sine arte quomodo puniebãtur Athenis.*
18 *Vagabundos non adesse Reipublicæ expedit.*
19 *Neapolis Ciuitas potest se congregare sine licentia Proregis præter aliquos casus, et num.* 21. *in fine.*
Donare nõ potest Ciuitas Neapolis, nec aliæ Vniuersitates Regni absque licentia, vt in nu. 21. *in fine.*
20 *Legatus ad Regem mitti non potest à Ciuitate Neapolis sine licentia Proregis, & quando fallit.*
21 *Ciuis Neap. potest fieri ab electis.*
22 *Electi, & Deputati Neap. quomodo sedent, & firmant.*
23 *Populus Neapolis vnam tantum vocem, & partem habet ex sex.*
24 *Sententia Regis Ferdinandi Primi de anno* 1497. *seruatur.*
25 *Author trahit originem ex Ciuitate Ferraria.*
26 *Maiori parti standum est.*
27 *Charestia, seù penuria crescit, vbi non est ordo.*
28 *Gubernandi tria sunt genera.*
29 *Proreges in quo deberent præcipuè iuuare Ciuitatem Neap.*
30 *Deus quandoque mutatur.*
31 *Ciues Regni ab Imperatore Federico optimi reputantur.*
Et cum exteris contrahere matrimonia prohibebantur, ibid.
32 *Regni corruptela ex diuersorum morum processit.*
33 *Cartaginenses Fraudulentes, & mendaces, & cur.*
34 *Diuisio tribus Vrbanæ tempore Fabij Maximi.*
Fabius cur fuit vocatus Maximus, & alia exempla, ibid.
35 *Mostra à Fabio Maximo instituta.*
36 *Concilium quotuplex, & quid, & quot fuere Concilia.*
37 *Concilium status quid est, cur fuit institutũ, & quomodo regitur.*
38 *Præcedentia inter Concilium status, & belli non debet esse secundum Ciceronem.*
39 *Consiliarius status, qui debet eligi, & quæ requisita, & notitias habere debeat.*
40 *Marci Curtij exemplum quando Samnites gubernabat.*
41 *Ratio status quid sit, & in quibus consistat.*
42 *Experientia liber magnus vocatur.*
43 *Secreta Concilij non publicentur.*
44 *Romanos dominari tria fecere.*
45 *Reipublicæ destructio per tria venit.*
46 *Athenensium exemplum in conficiendo caput Mineruæ.*

47 Con-

47 *Conſiliarius ſtatus vtì Medicus cognoſcens infirmitates debet eſſe.*
48 *Amicitia cum infidelibus non habeatur.*
49 *Detractores à diuerſis Imperatoribus diuerſimodè habiti.*
50 *Tollerare debemus Regis imperfectiones ſicuti ſterilitatem temporum.*
51 *Simulatio vetus malum in* Republica.
Laudantes, peximum inimicorum genus, ibidem.
52 *Adulatores, genus peximum.*
53 *Regnare eſt ſeruire in tribus ſpeciebus.*
54 *Expenſas inutiles facere caueant Reges.*
55 *Pecunia, terror validus inimicis.*
56 *Vaſalli curare debent patrimonialia Regis, ne cogitet ponere manus ad iniquitates.*
57 *Pax conſeruat Regna.*
58 *Bellorum iniquiſſima conditio eſt.*
59 *Tiberius Caſar plus cum prudentia, quam cum viribus ſe gerebat.*
60 *Bella à longè ſunt tenenda.*
61 *Acceſſus Conſiliariorũ ſtatus quomodo ſoluatur.*
Conſilij ſtatus inſtructiones multa, & de iuriſdictione, ibid.
62 *Sacrum Conſilium Capuana quando principium habuit, quis in eo primus prafuit.*
63 *Princeps eſt de numero Conſiliariorum, & caput Senatus.*
64 *Debet honorare Conſiliarios.*
65 *Conſiliarij ſunt Aſſeſſores Principum.*
66 *Sunt patres Principis.*
67 *Imperiti non debent eligi ad Magiſtratum, nec ipſi aſpirare debent.*
68 *Conſiliarij in Conſilio Neapolitano quot ſunt, & quomodo diuiduntur.*
69 *Bona Conſilia mora valeſcunt, ſicuti ſcalera impetu.*
70 *Deciſiones S.C. faciunt leges in Regno, & ſecundum eas Iudices inferiores iudicare debent.*
71 *S.C. vtitur aquitate, & arbitrio, quia Principem repreſentat.*
72 *Habet iuriſdictionem ſuper omnes.*
73 *Totum vnitum habet iuriſdictionẽ ordinariam, & non delegatam.*
74 *Conſiliarij ſinguli abſque commiſſione non poſſunt cognoſcere de cauſis.*
Campana ſignum quando incapit, ibid.
Orationes in Conſilio dicenda, ibid.
75 *Conſiliarij ſine harede decedentes, ſuccedit Conſilium, excluſo fiſco.*
76 *Vxor Conſiliarij decedentis ſine harede, an excludat S.C.*
77 *Conſiliarij quomodo debent eſſe.*
78 *Benefacta, male locata, malefacta habentur.*
79 *Conſiliarij dicuntur Principes, & ideò proprias affectiones abijcere, & publicas aſſumere debent.*
80 *Cenſetur à Platone vna Reſpublica.*
81 *Procuratores eſſe nõ poſſunt, nec ad iudicia, nec ad negotia, ſed tutores ſic.*
82 *Vacent eorum officijs, ne adueniat eis illud Iob.*
83 *Filacterias Aduocatorum reſecent.*
Doctor concluſiuè debet loqui, & pauca effundere, ibid.
84 *Partes temere litigantes in expẽſis condemnent.*
85 *Accepto priuilegio efficiuntur patresfamilias.*
86 *Eorum origini quoad quid renunciare poſſunt.*
87 *Habent domicilium in Ciuitate, ſed non facit eum ciuem, vel incolam.*
88 *Filij Conſiliariorum exteri non gaudent in Collegio Neapolitano.*
89 *Pralati, & perſona Eccleſiaſtica poſſunt eſſe de Concilio.*
90 *Irregularitatem nõ incurrunt perſona Eccleſiaſtica interuenientes in condenda lege pœnali, ſi mors delinquentis ſequatur.*
91 *Epiſcopus Conſiliarius ſedet immediatè poſt Decanum.*
92 *Conſiliarij ſecreta Conſilij, vel Collega publicare non poſſunt.*
94 *Conſiliarij, & ſi ad beneplacitum creati sũt, tamen ſine cauſa remoueri non poſſunt.*
95 *S.C. vnitum leges, vel ordinationes condere non poteſt.*
96 *Officia ad arbitrium Regis data, an ad nutum tolli poſſunt.*
97 *Epiſcopus ſine cauſa à Papa remoueri non debet.*
98 *Priuilegium Principis decet eſſe firmum.*
99 *Mutatio Officialium, Reipublica non expedit.*
100 *Rex ſine cauſa Officialem remouere non poteſt, ſecus cum cauſa, etiam Officiali inaudito.*
101 *Philippus II. exploratores ſecretos mittebat per Regna.*
102 *Conſiliariorum admonitio Diui Luca.*
Si ſunt priuati, vel ſuſpenſi, quomodo ſe gerant, ibid.
103 *Diſputare de habilitate, & creatione Officialium, quaſi ſacrilegium eſt.*
Coſiliarij inhabiles non debent retinere officia, nec pratendere, ibid. in fine.
104 *Propina exigebantur antiquis temporibus in Regno.*
Officiales antiquitus exigebant propinas oſcu-

dantur, ibidem in 28. caſu.

137 *Regia Camera Summaria officium, & poteſtas.*

138 *Appellatio dabatur à Tribunali Regia Camera ad M.C.V.*

139 Reipublica intereſt conſeruare bona Fiſci.

140 Regia *Camera Summaria Tribunal in quibus conſiſtit.*

141 *Fiſci* Patroni *in Regia Camera duo debe-rent eſſe.*

142 *Regia Camera Summaria Tribunal vbi, & quando babuit originem.*

143 *Locumtenentes Regia Camera Summaria quot fuerunt vſque ad praſens.*

D. *Berardinus de Montaluo Locumtenens, ibidem.*

144 *Conſiliarius creatus* Præſidens *in Regia Camera præcedit omnes alios* Præſidentes *præter Decanū, etiam ſi Conſiliarius fuiſſet creatus ante dictum Decanum.*

145 *Conſiliarius creatus Aduocatus Fiſcalis in Regia Camera quomodo ſedet.*

146 *Aduocati Fiſcalis immunitas.*

147 *Regia Camera Summaria vbi regebatur.*

148 *Præſidentes* Regia *Camera olim Magiſtri* Rationales, *&* Regij *Conſiliarij vocabantur, & erant nobiles. vſque ad numerum* 75.

149 *Præſidentium* Regia *Camera immunitates, qua extenduntur ad filios.*

150 Regia *Camera Summaria Tribunal in quo vacare debet.*

151 *Diuitia* Regis *ſunt conſeruanda, ne populi grauentur.*

Diuitia quid operantur, ibid.

152 *Præſidentes* Regia *Camera quomodo puniuntur, ſi* Regis *bona non ſeruant.*

153 *Expenſa neceſſaria fiant pro conſeruandis bonis* Regis.

154 *Fiſcalem pecuniam ſubtrahens pœna mortis puniatur.*

155 *Locatio bonorum fiſcalium fiat volūtariè, & non coactè.*

Intereſſe releuiorum quomodo, & quando debeatur etiam à pupillis, vel tutoribus, ibid. in fine.

156 *Tribunal* Regia *Camera Summaria quibus aſſimilatur in alijs Regnis.*

157 *M. C. V. Tribunal in quibus conſiſtebat antiquitus, & ad præſens, & eius poteſtates, & præheminentia.*

Diſcurrebat per totum Regnum *præter* Prouinciam *Calabria, ibidem.*

158 *Habet iuriſdictionem ordinariam, & diuiditur in ciuilem, & criminalem.*

159 *Beatus Ioannes de Capiſtrano fuit Iudex M. C. & cur ſe religioſum fecerit.*

160 *Iudices M.C. an potius de Ciuitate, quam de Prouincijs eſſe debeant.*

161 *Summa minima, qua intelligitur.*

162 *Liquidatio inſtrumentorum fit per M. C. contra quaſcumque perſonas.*

163 *Iudices debent eſſe annales.*

164 *Iudex criminalis vocatur latrunculator.*

165 *M.C.V. criminalis cognoſcit contra quaſcumque perſonas, & etiam de falſitate commiſſa in S.C. aut in M.C.V. ciuili.*

166 *Bellum motum quomodo cognoſcitur.*

167 *Clericus inquiſitus de crimine laſa Maieſtatis an cognoſcatur à M.C.V.*

168 *Conſiliarij duo ad M.C.V. criminalem cur fuerunt tranſmiſſi.*

169 *Ciacci familia alias Conteſtabile.*

170 *Marra familia quando Neapolim venit.*

Iudex qui minus puniuit, fuit ſuſpectus, ibi.

171 *Ioannes Franciſcus Sanſeuerinus* Regius *Cōſiliarius ad M.C.V. tranſmittitur.*

Don Franciſcus de Ocampo ad M.C.V. tranſmittitur, ibid.

172 *Aduocatus Fiſci præferendus eſt, & Comes appellari poteſt.*

173 *Procurator Fiſcalis præfertur alijs Aduocatis ſimplicibus, & poteſt dici Aduocatus Fiſci.*

174 *Procuratores ſunt ſimiles Aduocatis.*

175 *Perceptor M.C. præcedit Aduocatos ſimplices.*

Procuratoris officium nō eſt infame vt aliqui putant, ibid.

176 *Curiales ſequentes hac Tribunalia quando trahunt, & non trahuntur.*

177 *Cauſidici ſunt nobiliſſimi, & à Curialibus differunt.*

Cauſidici dicuntur tàm Aduocati, quàm Iudices, ibid.

178 *Iudices ciuiles M. C. V. debent præcedere Iudices criminales.*

179 *Baro habens iuriſdictionem ciuilem, præcedit Habentem criminalem.*

180 *Baro iuriſdictionis ciuilis dicitur verè Baro, & ei præſtatur ſubuentio, & iuramentum fidelitatis, & non Baroni criminali.*

181 *Abbas Sancti Ioannis in Lamis erat Baro Sancti Ioannis Rotundi, & qui eſt hodie.*

182 *Officiorum petitio prohibita tempore Ducis Oſſuna.*

183 *Propinarum receptio an ſit promiſſa Iudicibus M.C.*

184 *Conſuetudo dandi ceras Epiſcopo pro ordinandis Clericis an ſit licita.*

185 *Communis error facit ius.*

186 *Conſuetudines mala ſunt corruptela, & ideò reijcienda.*

187 *Iu-*

187 Iudices non soluunt suffragia pro officio.
188 Præsidentes Regiæ Cameræ exigunt direɛtum, prò declarando quem Napolitanum.
189 Actuarius, ergo latro.
190 Scribæ fiscales sunt examinandi in M. C. cum interuentu Fisci Patroni.
191 Sunt Adiutores Magistrorũ Actorum.
192 Sportulæ soluuntur ordini.
193 Scribæ possunt etiam dici officiales.
194 Extraordinarius labor, extraordinariam consequitur prouisionem.
195 Iudices pro solutione eorum salarij compositiones reorum exigere possunt.
196 Salarium quando Iudicibus fuit constitutum.
197 M.C.V. potest sibi auocare causas non expeditas infra sex menses à die litis contestatæ.
198 Magnus Iustitiarius est caput M.C.V.
199 Regens M.C. incepit esse tempore Alphonsi Primi.
200 Iuramentum Officialium vnde trahit originem.
201 Regentis M.C. nomen quando.
202 Frecciæ opinio controuertitur ab Authore.
203 M.C.V. duas repræsentat personas.
204 Iudices M.C. cur a Prorege creantur.
205 Prorex cur Iudices M. C. prouidet, & non Rex.
Regentis M.C.V. potestates, & priuilegia, ac limitationes, & quæ facere, vel non facere potest recensentur, ibid.
206 Regens M.C.V. an debeat esse Regnicola, sed quomodo potest esse exterus.
207 Iudices M. C. quando inceperunt pergere per Ciuitatem noctis tempore.
Ammasearati non vtantur veste monachorum, ibid. in fine.
208 Aduocatus Fiscalis debet præcedere Iudices, sed non seruatur in M C.
209 Iudex M.C. Admiratiæ præcedit Aduocatum Fiscalem.
210 Octauius de Piccolellis Regius Consiliarius commendatur.
211 Prorex ex causis potest dare præcedentiam Iudicibus.
212 Fisci Patroni officium erat biennale, & hodie perpetuum.
213 Fisci Patroni officium M. C. an sit dignius illo Regiæ Cameræ Summariæ.
214 Appellatio dabatur a decretis Regiæ Cameræ ad M.C.
215 Fisci Patroni quid facere debeant.
216 Pauperes qui sunt.
217 Aduocatus pauperum pugil vocatur, & est officium impropriè.
Aduocatorum salaria, & pericula, ibid.
219 Magni Admirati officium.
220 Roggerius de Loria extrenuus Calaber.
221 M. C. Admiratiæ officium, ac iurisdictio in quos.
222 Habet iurisdictionẽ in toto Regno.
223 Iudex M.C. Admiratiæ præcedit Aduocatum Fiscalem M.C.V. & habet etiam vltimum locum in Cappella Regia.
224 Regia Camera Summaria nullam iurisdictionem habet super Curiã Admiratiæ
225 Appellatio à decretis M.C. Admiratiæ quomodo procedit.
Io. Vincentius Macedonius Iudex M. C. Admiratiæ quando, ibid.
226 Magnus Admiratus quot personas prouidere potest.
227 Naufragata bona an spectent ad magnum Admiratum.
228 Piratæ non cognoscuntur à magno Admirato, nec etiam alij christiano nomini inimici.
229 Tribunal Sãcti Laurentij Ciuitatis Neap. quas causas cognoscit.
230 Consultor Ciuitatis quando relationes facit in S. C. stat extra Aulam, sed coperto capite.
231 Iudices ciuiles, & criminales vbi præstant iuramentum.
232 Pœna contra assisia applicantur Hospitali Sanctissimæ Annuntiatæ.
Clerici quando tenentur stare decreto Ciuitatis ad publicam vtilitatem facto, ibid.
233 Electi Ciuitatis Neap. possunt aggregare exteros in Ciues, & exfractiari facere personas inhonestas.
234 Electi popularis iurisdictio.
235 Plateæ Ciuitatis Neap. quomodo procedant, & quam iurisdictionem habent.
Differentia orta inter Nobiles si non adest effusio sanguinis, cognoscitur à quinque seu sex Platearum, ibid.
236 Irenarchæ qui sunt.
237 Lucæ Ciuitatis statutum contra rixantes.
238 Pacerij qui sint.
239 Tribunalia mautunata, reuisionis computorum, & aquæ, & fortificationis origo, & potestas.
240 Fortificationis Tribunal quam iurisdictionẽ, & potestatẽ habet, & in quibus locis.
241 Lauarũ iurisdictio est Tribunalis fortificationis.
242 Iuncta delegata quam iurisdictionem habent.
233 Delegati non possunt esse minus quatuor de ordine S.M.
244 Delegati an omnes firmare debeãt actus ordinatorios.

siones ostendere.

291 *Baiuli iurisdictio in quibus, et contra quos, & unde originem sumit.*

293 *Clerici non sint baiuli, neque Iudices.*

294 *Baiuli exactio pro trigesima.*

295 *Liquidatio instrumētorum an fieri possit in Curia baiuli.*

296 *Baiuli an possint portare arma intus Ciuitatem.*

Non tenentur stare syndicatui, ibi.

Subsunt iurisdictioni Baronum, & Officialium Regiorum, ibid.

297 *Sicla Curia qua olim fuit, qua recognoscit, & quomodo.*

298 *Paritas votorum quando erat in ea, quid agebatur.*

299 *Priuilegia antiqua, & scriptura conseruātur in Curia Siclæ.*

300 *Artis Serici Tribunal quando, & quomodo regitur, & eius origo, & priuilegia.*

301 *Serici origo, & quando in Italiam venit.*

302 *Sericum cur ita vocatur.*

303 *Alebermes fit ex verme Serici.*

304 *Artis Serici priuilegijs qui gaudent.*

305 *Artis Lanæ Tribunal quando fuit erectum, & eius priuilegia, quæ.*

Matricula est liber, ubi nomina subditorū sunt descripta, ibid.

306 *Lanæ artificium à quibus populis fuit inuentum.*

307 *Byssum quomodo conficitur.*

Mercatores plus valoris petere non possunt de Iure communi ibid.

308 *Iustitiarij Neapolis Tribunal, & eius potestas, & iurisdictio.*

309 *Annonæ Præfectus, qui & eius potestas.*

310 *Grasserij, seu Annonæ Præfecti potestas, & laudes, & nu. 3[illegible].*

311 *Regens Regiam Cancellariam quando ad M.C.V. vadit, Iudices ei obuiam eunt.*

312 *Cerialis cura particulariter fuit in Imperatoribus.*

313 *Proreges pro cura Annonæ salarium habebant.*

Salarium pro cura Annonæ debetur, ibid.

314 *Frumentaria pecunia priuilegium.*

315 *Grasserij arbitrium quo ad frumentum vēdendum.*

316 *Annonæ priuilegium.*

317 *Annonæ Præfectus, qui eligitur à Prorege.*

318 *Don Ioannes Enriquez Regens, Marchio, & Grassiriui.*

319 *Papinianus fuit etiam Regens, & occisus.*

320 *Portulani Regij Tribunal eiusque potestas, & iurisdictio.*

Portulani per mare differunt ab illis per terram, ibid.

321 *Atria in Ciuitate facere quando licet.*

Contributio pro faciendis atrijs, vel aperturis quando, ibid.

322 *Dobana Neapolis iurisdictio, & à quo regitur.*

323 *Meretriciū gabella, iurisdictio, & potestas.*

324 *Meretrix gabellam soluere non debet.*

325 *Meretrix lupa vocabatur de Iure antiquo Romano.*

326 *Ei mutuari quantum licet.*

327 *Lenones publicè, vel secretè eis tenere non licet.*

Lenonum pœna, quæ, ibid.

328 *Meretrici soluendum est meretriciū, & an detur actio pro eo.*

329 *Meretrici datum ab amasio nō potest repeti.*

330 *Meretrix, quæ proprie dicitur.*

331 *An in his exfractiari an possit.*

332 *Studentes Casalium Neapolis gaudent priuilegio non exfractiandi.*

Barones an possint meretrices exfractiare, ibidem.

333 *Meretrices naturaliter appetunt mortem suorum virorum.*

334 *Sunt quasi stercus in via ab omnibus conculcatus.*

Exfractiari an possint meretrices à Baronibus, ibid. & nu. 332.

335 *Meretrices gaudent priuilegio miserabiliū personarum.*

336 *Meretricū allusionibus ne credant amātes.*

337 *Donationes facta concubinis non valent.*

338 *Concubinæ salarium non debetur, nec donationes ei facta valent, & quæ acquirit, præsumitur acquisiuisse ex bonis cōcubinarij.*

339 *Conditio possidentis potior est in pari causa etiam turpi.*

340 *Concubinatum habere quibus licebat.*

341 *Meretrices aliquando bonum egerunt.*

342 *Gabella meretricum, & ludi ab Alphonso Primo sublata.*

343 *Tollerantur meretrices, & alia mala à Gubernantibus.*

344 *Protomedici iurisdictio, & qui esse potest.*

345 *Triremium iurisdictio, quæ.*

346 *Fugientis à triremibus frater aut filius nō inculpetur.*

347 *Appellatio à decretis Auditoris triremium fit ad Proregem.*

348 *Scriba rationis iurisdictio, & quæ facere potest.*

349 *Libri nouæ militiæ conseruantur à Scriba Rationis.*

350 *Don Petrus Concublet Scriba portionis.*

351 *Thesaurarij authoritas, & potestas, & ad quæ teneatur.*

352 *Primipili debitum habet prælationem.*

353 *Thesaurarius quomodo de Iure vocatum*

354

OBSERVAT. III.

De Ciuitate Neapolis, & eius Tribunalibus.



1 TIQVE magnum esset pelagus essentiam, & consistētiam huius florētissimæ Ciuitatis referre, quæ forte omnium Ciuitatū Europæ pulcherrima, & amenior est, & Prouinciarum nostri Regni principatum optinet, & est Metropolis, *pragm. 2. de offic. Sacr. Consil. vers. igitur.* Vrbs quidem insignis in pulchro solo, clementiq; Cœlo posita, & similiter studiorum omnium caput, & mater est in Regno, vt infra hic *num. 254. & seq. & in cap. Regni Vniuersis præsin.* & merito meo non valet riuolo irrigari; Attamen ad aliqualem notitiam habendam, saltem quoad exteros, quoniam & si peregrè, & à nostris remotis omnia iucundiora videntur, quam re vera sunt, fallit in hac Ciuitate, dum quæ verè pulcherrima sunt: describi nō possunt, sed aliqua pauca attingemus. Fuit enim Ciuitas hæc semper munificētissima in omni tempore, & à Nerone dilecta vti græca Vrbs *Tacitus in lib. 15. annal. nu. 5.* & quando An-
2 nibal Cartaginensis Italiam inuasit, & præsertim Romanos opprimere tentabat: Nea-

OBSERVATIO II.

De parlamento, & interuenientes in eo, quomodo ſedent.

1 PArlamentum eſt verbum
vulgare, & à parlando, ideſt
loquendo dicitur. Cœtus.n.
adunatus loquitur, & ma-
gnas negotiorum moles,
pro quibus congregatur,
2 deliberat. Et licet videatur verbum vulgare,
non propterea negligendum, propter com-
munem vulgi authoritatem, *l. liberorum. §.
ſi quis tamen Caſſius.* vbi *gloſ. & Bart. de
leg. 3. l. labeo. ff de ſuperlect. leg.* quoniam
3 licet loqui, vt vulgares loquuntur *Andr. in
in cap. 1. nu 2. de his, qui feudum dare poſſunt,
per l. Anniculus. ff. de verb. ſignif. & in 2.
Macchab. cap. fin. num.* 29. diximuſq; ſupra
4 ad Lectorem beneuolum. Lingua enim eſt
nuncius cordis, *d. l. labeo*. Dicitur etiam
5 parlamentum, ideſt quaſi parium lamentum
populorũ paribus factum de querelis, & la-
mentationibus. Poteſtq; dici parium lamẽ-
tum, ac iudicium, per *text. in cap. 1. §. ſan-
cimus. quo tempore miles*, & declarat *Boer.
in tract. de author. magni Concil. num.* 166.
6 & quoniam parlamentum fit authoritate
Principis, eſt quodammodo actus iudicialis,
Frecc. de ſubfeudis lib. 1. fol. 19. num. 19.
vbi multa.
7 In quolibet enim parlamento duodecim
deputati cõſtitui ſolẽt in hac fideliſſima Ci-
uitate pro expetẽdis gratijs à Rege, videlicet
Titolati Regni ſolent deſtinare ſex Titulatos,
& Priuati alios ſex Priuatos, vt eſt videre in
omnibus parlamentis factis de anno 1536.
& ſequent. *in Priuilegijs, & Capitulis Nea-
polis fol.* 100. *& ſeq.*
8 Quandoque parlamentum accipitur pro
Senatu, vt eſt in Curia Pariſienſi, in qua ſunt
centum Conſiliarij, ideſt, 12. Pares Franciæ,
8. Magiſtratus requeſtarum domus Regis, &
80. alij Conſiliarij, quorum 40. ſunt Clerici,
& 40. Laici, inter quos adſunt 4. Præſidẽtes
Laici, & ad inſtar Senatus Romani fuit inſti-
tutum, *Caſſan. in conſuet. Burgund. in proem.
fol. 21. col. 1. num. 1. Ioan. Maig. in tract. de
parlamento. §. hoc ſumpto. nu. 1. in tractatibus
tom. 16. fol.* 273. & de hoc parlamento non
eſt materia noſtra.

Eſt, & alia ſpecies parlamenti, quando in
qualibet Ciuitate, vel Oppido, pro conclu-
dendis negotijs vniuerſalibus fit, vt habetur
in *pragm. ſub tit. de adminiſtrat. Vniuerſ.*
& ſimiliter nec de hoc eſt noſtra materia.

Tertio, & alia ſpecies parlamenti eſt, in
10 in quo congregatur Ciuitas Neapolis, Ba-
ronaggium, & Regnum pro negotijs vniuer-
ſalibus Regni expediendis, vna cum deputa-
tis, & proceribus, in quo interuenire poſ-
11 ſunt Prælati tenentes feuda, & vaſallos cum
iuriſdictione tanquã Domini temporales, vt
etiã habetur in 2. *Macchab. cap. fin. num.* 31.
& per *Bal. in §. hoc quoque nos. nu. 6. de pace
conſtant.* vbi quando comparere debẽt tam
quo ad Concilium, quam quo ad Auxilium;
idemque tenet *Pater Diana reſolut. moral.
in tract. de parlamento. reſolut.* 23. vbi quod
venire tenentur, & ſi non veniunt, quid eſt
agendum, & ſimiliter ita aſſeritur in *conſul-
tatione 40. capitũ S. M. facta vltimo Martij*
1572. quæ habetur manuſcripta in *cap.* 26.
12 Epiſcopi enim vocantur magni Conſiliarij,
vt ibidem, & in parlamento facto de anno
1283. in Planitie Sancti Martini per Carolũ
Secundum Illuſtrem, interuenerunt etiam
13 Prælati, vt in *cap. Regni Idem ſtatuimus,
quod conſtitutiones nouella*, prout ſimiliter in
legibus condendis interuenerunt Prælati, vt
in alio Capitulo eiuſdẽ Caroli *incip. Regina
iuſtitiæ. in fin. fol.* 322. Et de hoc genere par-
lamenti eſt materia noſtra; ad indagationẽ
cuius eſt ſciendum, quod præter cætera par-
lamenta in hoc Regno per Reges Aragonen-
ſes inita, ſunt infraſcripta.
14 Primum parlamentum fuit celebratum à
Rege Alphonſo Primo Aragonio Hiſpano,
Regni huius primo acquiſitore. Qui & ſi de-
ſtinauerat parlamentũ celebrare in Ciuitate
Baroli, ſub die 21. Ianuarij 1442. & deindè
deliberauerat illud in Ciuitate Beneuẽti ce-
lebrare: & ita miſſæ fuerunt literæ Magna-
tibus, Ducibus, & Baronibus Regni: primæq;
deſcriptæ Antonio Bautio de Vrſinis Tarẽti
Principi, & magno Regni Comeſtabulo: &
indè D. Raymundo de Vrſinis Salerni Prin-
cipi, & Nolæ Comiti, Magno Iuſtitiario, &
ſucceſſiuè alijs de ſeptem officijs Regni, ac
alijs Baronibus, vt eſt videre in *Capitulis,
& Priuilegijs Neapolis fol. 3. & ſeqq.* tamen in
Ciuitate Neapolis fuit inde parlamentum
celebratum 28. Februarij 1442. & modus ſe-
15 dendi ſecundum ordinem præcedentiæ offi-
ciorum ſeruatus extitit, & dexteram habuit
Magnus Comeſtabulus, prout habet in alijs,
quando reperitur præſens in eis.

ALLEGATIO III.

HInc orta fuit differentia in parlamento
celebrato de anno 1621. nam D. Anibal
Macedonius Eques Neapolitanus, & magnus
Miles, & ad præſens Marchio Turturæ, & de
Conſilio

Concilio ſtatus vti Procurator conſtitutus ab Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. Don Philippo Colũna magno Comeſtabulo (de cuius præcedentia diximus ſupra *verſ. 2. obſeruat. 4.*) debeat præcedere circumſpectum Regentem D. Ioannem Baptiſtam Valenzuela Valaſquez virum omnium virtutum genere ornatiſſimum, qui non vti Regens, ſed vti Pro-
16 curator aliquorum Baronum Regni in parlamento interueniebat, & in parlamẽto prædicto fuit prouiſum, dictum Regentem præcedere debere. Quia Procurator non eſt idẽ
17 vt Dominus, licet *Freccia* teneat, Procuratorem debere ſedere cum prærogatiua Domini, vt in *lib.3. de ſubfeudis in fin. fol.470. num. 52.* pro cuius intellectu vide *Regentem de Ponte in deciſ.15. nu.9. & ſeqq.* vbi quod
18 Procuratores, Tutores, aut Balij Titulatorum in parlamentis, aut in Palatio, non pręcedunt, quem ſequitur *Pater Diana moral. reſolut. in tract. de parlamento. reſolut. 28. fol. 103.* quoniam ius illud præcedendi eſt
19 honorificum, & ſpecialiter infixum perſonę, & oſſibus Titulati, adeò vt ab eo non euellatur: & merito videmus, quod in parlamẽto de anno 1442. Procuratores non pręceſſerũt, vt in *Priuileg. & Capit. Neap. de tempore prædicto.* Et ideo dixit *D. de Ponte in d. deciſ.15. num.9. circa finem,* quod Regentes Regiam Cancellariam, vel Regij Conſiliarij Procuratores, cæteros Procuratores præce-
20 dunt. Et quod Regius Conſiliarius à latere, vel Regens Regiam Cancellariam, qui in parlamẽto vti Baro interueniret, & eſſet Deputatus poteſt facere mandatũ pœnale, quatenus aliqua differentia inter ipſos in parlamento oriretur: Non enim dubitant Doctores, quin Baro vocatus ad parlamentum poſſit interuenire per Procuratorem, verbo illo non obſtante, perſonaliter, vt per *Giurb. in deciſ. 118. num.23. & ſeqq.*

In ſedendo nimis obſeruandus eſt ordo,
21 nam in ſacro Collegio Cardinalium dum à Summo Pontifice miſſa celebratur, Rex qui ibi reperiretur in primo loco poſt primum Epiſcopum Cardinalem ſederet, & pro lauãdis manibus Summi Pontificis celebrantis aquam fundit, ſed per prius recipitur genibusflexis, oſculando Pontificis pedes, & indè vultum, teſte *Guicciardino in 1. lib. ſua hiſtoria fol. 55. in fin.* ita eueniſſe de Rege Franciæ Carolo VIII. Sed ne præcedentiæ præiudicium induceretur, in dicta facti contingentia ſupradicti Domini Anibalis Maccedonij tunc Procuratoris dicti D. Comeſtabuli clientis Illuſtriſſimi, infraſcriptas concluſiones perpendebam.
22 Qualitas dignitatis, quæ nihil confert ad negotia Capituli nõ eſt attendenda, *Roman. in l. ſi verò. §. de viro. col.3. ff. ſolut. matrim. Frecc. de ſubfeud. lib.1. fol.22. ſub num.7.* &
23 ideò ſi Regens Regiam Cancellariam creatur Marchio, cæteros Regentes primo loco in Concilio poſitos nõ anteceſſit in ſedendo in illo, quod ſecus eſſet in ingreſſu, & regreſſu, vt alibi dicemus in *verſ. 7. obſer. 3. nu.49.* Ex quo ibi, non vt Marchio, ſed vt Regens ſedet, & interuenit; idcirco Regij Conſiliarij in Collegio Doctorum, vt Collegiati
24 ſedent, & non vti Conſiliarij, *Frecc. de ſubfeud. d. lib.1. fol.23. num.27.* quod etiam obſeruatur cum Dominis Regentibus Regiam
25 Cancellariam interuenientibus in Collegio vti Collegiati, vel in parlamẽto, vti Barones, *Lanar. in conſ.88. num.28. verſ. non obſtante.* quia tunc dignitas à perſona ſeparatur, & alterum repręſentat. In parlamentis non in-
26 terueniunt nec vocantur Magnates de ſeptem officijs Regni, ſed feudatarij, & qui nõ
27 habent feuda, in parlamentis interuenire non poſſunt, *Io. Franciſcus de Ponte in conſ.14. num.53. & 62. in fin. vol.1. & in deciſ.8.* Meritò in hoc caſu, non eſt in conſideratione dignitas magni Comeſtabuli tantum; eſt bene verum, quod ſi vnus ex ſeptem
28 officijs Regni eſt feudatarius, & in parlamẽtis interuenit vt feudatarius, ex quo habet dignitatem annexam, cęteros præcedit, vt fuit deciſum in cauſa Comitis Caſtri magni Cãcellarij, cum Principe Salerni, ſecundum *Frecc. & de Ponte in locis citatis.* Interuenit enim prædictus Procurator, non vt Procurator magni Comeſtabuli, vti Comeſtabuli, ſed vti Titulati, & feudatarij Regni, (in quo amplos habet titulos, & multa feuda) & ideò dictus Procurator cum alijs Titulatis Baroni-
29 bus non debet admitti: quia Procurator nõ ſedet in loco, vbi Dominus ſedet, nec ei debetur idem honor ſicuti & Domino, *l. ſed ſi hac. §. fin. ff. de in ius voc.* vbi non debetur idem honor, & eadem reuerentia Tutori, & Procuratori, qui debetur Patrono, cuius vices gerit Procurator, nec dicatur Viceſgerentes, qui alienas vices gerunt, eodem honore eſſe habendos, *cap. præcipimus. 93. diſt.* quia, id eſt intelligendum de honore in genere, vt plus honorẽtur quam priuatus, ſed non eſt intelligendum de eadem proportione, & menſura honoris, vt in *d. cap. præcipimus.* ibi, *ſicut Locumtenens honorabitur,* quoniam dictio illa ſicut, eandem honoris qualitatem, vel ſimilitudinem non ſignificat, ſed vt plus quam priuato debeatur, ita *Caſar à Coſta in lib.2. variar. ambiguit. cap.15.* quoniam
30 ius honorificum perſonæ cohæret, & in aliũ eius nomine cedi non poteſt, *gloſ. in l. ſi*

non sortem. §. libertus. de condit. indebit. Frecc. ibidem num. 56. subdens, quod fieret deterior conditio Collegij, si alius non eiuldē qualitatis secum sederet.

31 Nec dicatur subrogatum sapere naturam
sui principalis, *l. si eum. §. qui iniuria. ff. si quis cautionibus.* quia respōderi potest, quod aut subrogatum sit à lege, vt est in Vicario Episcopi, vel in Capitaneo Baronis: & tunc prædicta regula militat; sed si fit ab homine, vt est in Procuratore, tunc regula non procedit, vt per *Frecc. ibid. num.* 57.

32 Idem dicitur, quod si Episcopus Regius
Consiliarius creatur, sedet immediatè post
Decanum, *Vincent. de Franch. in decis.* 138.
licet *Fab. de Anna* multa dixerit in *cons.* 40.
nu. 14. *&* *cons.* 42. tamen in *cons.* 122. *nu.* 30.
cōsiderat hoc procedere, quod eo ipso, quod
33 Episcopi sunt creati, dicuntur Regij Consi-
liarij, & meritò dum eis communicatur ad-
ministratio, in Consilio præcedunt alios, ex
quo habent etiam dignitatem Episcopalem.
& similiter Titulatus feudatarius habens vnū
34 ex septem officijs Regni præcedit: idemque
est in Consiliario, qui interuenit in causa vti
Aduocatus, sedet enim in suo loco, & non in
vltimo, ex quo dignitas est inseparabilis, *D.
de Ponte in decis.* 8. *num.* 6. *& de Franch. in
decis.* 138. & in iuramento præstito de anno
1442. Don Ferdinando Aragonio filio natu-
35 rali Regis Alphonsi Primi, non fuit obserua-
tum, vt Titulatorum Procuratores præcede-
rent Procuratores Baronum non Titulato-
rum, vt est videre ex ordine scripturæ, in
Priuilegijs, & Capitulis Neapolis fol. 3. *&* 7.
ater. qui ordo probat *l.* 1. *de albo scribendo.*

His maximis per me perpensis in causa prædicta, fuit suprasessum in intentando litē, quę prætēdebatur intentari, vt in futurū Procurator constituendus à prædicto D. Comestabulo præcederet, prout alij Domini Collegæ consuluerant. Post hæc scripta nouissimè vidi *Dianam resolut. moral. tract.* 3 *de parlamento. in resolut.* 28. *fol.* 103. tenentem vt supra; sed subdit, inter Procuratores fieri differentiam, vt præcedant secundum qualitatem suorum principalium.

Cumque simus in materia prædicti parla-
menti de anno 1442. referre non piget aliud,
quod diù me torsit ibidem? supplicauerunt
enim in eo Deputati Neap. vt licentiam im-
partiret destinandi Legatos ad Summum
Pontificem pro petenda confirmatione Re-
gni in personam eiusdem Regis Alphonsi I.
ac prædicti Ferdinandi I. eius filij, subdendo,
36 quod in casu denegationis faciēdæ per Sum-
mum Pontificem, valeant Deputati ipsi re-
currere ad debita remedia Consilij, seù tertij
loci, vt eis melius videbitur: ita enim legitur
in dictis *Priuilegijs, & Capitulis Neap. fol.* 9.

Quæritur ergo, quid velit dicere illud, *seù
tertij loci?* crederem intelligi posse, ex *cap.
nos si incōpetenter.* 2. *quæst.* 7. in quo Summus
37 Pontifex Leo permisit, vt Imperator Ludo-
uicus cognoscere possit de gestis per ipsum
Pontificem contra Clericum, his verbis. *Nos
si incompetenter aliquid egimus; & in subdi-
tos iustę legis tramites non conseruauimus,
vestro, ac missorum vestrorū cuncta volumus
emendare iudicio. Quoniam si nos aliena de-
bemus corrigere peccata, peiora committimus,
certè non veritatis discipuli (sed quod dolen-
tes dicimus) erimus præceteris erroris ma-
gistri.*

Ecce quod ex permissione, & voluntate Summi Pontificis, & non aliter, cognitio prędicta procedit, & ita in casu isto posset dici, & nō aliter, quia Summus Pontifex à nemine iudicatur, prima enim est sedes, quæ iudicat, & non iudicatur, *Cardinal Bellarminus in* 1. *tomo disput. sub tit. de Romano Pontifice lib.* 2. *cap.* 26. *fol.* 678 *& D. Thom. quæst.* 67. *art.* 1. *ad* 2. declarat *d. cap. nos si incompetenter.* procesisse, quia Leo Papa sua spontè iudicio sęculari se subdidit, sicuti & Christus spontè fecit.

38 Vtique est receptum, vt si quis maior, vel
ęqualis subijciat se alterius iurisdictioni, pos-
sit ei, & aduersus eum ius dici, *l. est receptum.*
14. *ff. de iurisd. omn. iud.* vbi *glos. singul.* ibi,
hoc extendit ad Imperatores, & *glos. in cap.
in synodo. vers. Apostolicam.* 93. *distin. & glos.
in cap. si fortè. in verb. conuocet.* 65. *distinct.*
aliaque *glos. in cap. nemo.* 9. *quæst.* 3. *& in
proem. sexti. in verb. seruus.* extendit ad Papā,
per *d. cap. nos si incompetenter.* vt per *Nauar.
in relect. cap. nouit de iudic. in* 3. *notab. nu.*
75. *fol.* 128. nam si in multis casibus impe-
39 ditur appellatio, attamen quęrela, siue re-
cursus nunquam inpeditur, *Socc. in consil.* 39.
num. 12. *col.* 4. *Alex. in auth. quæ supplicatio.
C. de precib. Imper. offeren.* & pulchra *glos.
in cap. ex literis. in verb. supplicauit. de re-
stitut. in integrum.* & alios cumulat *Cacher.*
40 *in decis.* 30. *num.* 20. in qua latè disputat, si
Clericus oppressus ab Episcopo, potest ha-
bere recursum ad Principem sęcularem, &
& respondit affirmatiuè, se remittendo san-
ctæ Romanæ Ecclesiæ, sicuti & Ego, tam cir-
41 ca ista, quam quoad omnia: Papa enim est
supra Concilium, & caput Concilij, vt in
Bulla Cœnæ Domini cap. 2. *in fine, & Caiet.
in fine operis D. Thom. in* 2. 2. vbi latè & *Lan-
cellott. Conrad. in lib.* 1. *de Imperatore. §.* 4.
de potestate, & præstant. Imperat. in versic.

Conci-

Concilium generale nu. 2. vbi multa de Congregatione Concilij habes, & Imperatores, & Reges Chriſtianos priuat, vt Papa Innocentius priuauit Imperatorem Arcadium, & Beatus Ambroſius Imperatorem Theodoſium excommunicauit; *cap. duo.* 96. *diſt. & cap. nos ſi incompetenter.* 2. *quaſt.* 7. & diximus ſupra *verſ.* 1. *obſeru.* 3. *num.* 29. & Zacharias Papa Regem Francorum à Regno depoſuit, *cap. alius.* 15. *quaſt.* 6. & Innocentius IV. Imperatorem Fredericum, *cap. ad Apoſtolica. de ſentent. & re iudic. in* 6. *& in cap. omnes. de*
42 *maior. & obedient.* vbi habetur Diuum Petrum præcepiſſe omnes Principes Terræ, cæteroſque homines Epiſcopis obedire debere, dixit autem, *Io.* 28. *mihi data eſt omnis poteſtas in Cœlo, & in Terra, & in cap.* 17. habetur, *dediſti poteſtatem omnis carnis, & in cap.* 21. ait, *paſce agnos, & oues meas.*

Eſt benè verum, quod in ſacra pagina videmus, aliquando ad Regem fuiſſe habitum recurſum, vt fecit *Onyas ſummus Sacerdos Hieruſalem, in Machabæor. lib.* 2. *cap* 4. ibi. *Ad Regem ſe contulit, non vt Ciuium accuſator, ſed communium vtilitatem apud ſemetipſum vniuerſæ multitudinis conſiderans.*

Videbat enim ſine regali prouidentia pacem rebus dari eſſe impoſſibile; & per *Con-*
43 *cilib Toletanū* 13. *c.* 12. permittitur grauatos, & non auditos, ad Metropolitanos Iudices, vel ad Regios recursū habere, quādo nō adeſt defenſio Eccleſiaſtica, vt ibidem, & *Camil. Borrell. in addit ad Bellug. in ſpec. Princ. rub.* 11. *§. ſunt & alia. num.* 1. *lit. D.* multaq; cumulat *Bouadill. in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 140. *fol.* 796. tu autem vide ſingularem diſputationem, & concluſionem *Nauar.* circa hæc, in *d. cap. nouit. de iudic. in relect. in* 3. *notab. per totum*; & ad eam ſemper recurre.

Et proſequendo materiam noſtram de
44 parlamento, non eſt prætermittendum ſolere fieri in eis diuerſa donatiua Regi, vt euenit in anno 1608. nam fuit Regi factum donatiuum, ſeù remiſſio ſalis, vt in *pragmat.* 2. *de ſale vendendo*; cuius occaſione ſal, quod per prius vendebatur pro granis 22. pro modio, fuit alteratū pretium in carolenis octo, & granis duobus, & moderatæ fuerunt donationes Eccleſiarū abſque priuilegio ſpeciali in modijs ſex pro qualibet: licet obſtet *l. priuilegia. C. de ſacroſ. Eccleſ.* donatio prædicta fuit potius remiſſio Regi facta à Populis, ex quo per prius ex conuentione habita cum Rege Alphonſo Primo, quodlibet foculare habebat modium vnum ſalis, & ſoluebat ducatum vnū pro functionibus fiſcalibus, vt in *Capitulis, & Priuilegij Neapolis cap.* 2. *fol.* 4. *ater.* licet aliqui teneant, quod in 20. Decembris 1449. Rex Alphonſus Primus inſſerit, vt pro quolibet foculari daretur vnus modius ſalis, & ſoluerentur caroleni quinque pro eo, & grana duo pro expenſis conducturæ, & menſuræ, vt ex *Regiſtro* 2. *Curiæ illius temporis fol.* 133. & inde in anno 1485. Rex Ferdinandus Primus voluit, vt ſoluerentur à quolibet foculari caroleni 15. & gr. 2. cum onere ſalis, vt ex *Regiſtro Arrendatorum Curiæ*, ob quod exclamat *Loffred. in lectura ſua ſuper ritibus*, quod in Regno plaga Dei abundauerat, & ſola Ciuitas Neapolis ex priuilegio expedito 16. Decēbris 1481. ab hac exactione fuit exempta *Bald. autem in l. ex hoc iure. ff de iuſt. & iure*, hæc verba profert in fine, *Ruſtici olim nō ſoluebant Imperatori niſi modicum ex in* 26. *denar. pro quolibet capite, vel fumante: cum tunc non plus indigebat Imperium, vt de verb. ſignif. ager. §.* 1. *in gloſ. ſed hodie, prob dolor: pellem Populorum excoriant, & vix præcarium dimittunt.* Sed multa de ſale vide per *Molei in deciſ.* 91. *& infra verſ.* 3. *obſer.* 3. *nu.* 31.

De Iure communi ſal non poterat vendi ſine licentia publicani, *l. ſi quis.* 11. *C. de vectigal.* & Romæ à publico vendebatur, ſed indè occaſione bellorum fuit facta remiſſio, vt à priuatis venderetur, *Titus liuius in lib.* 2. *dec.* 1. *fol.* 27. *lit. A.* ſaliſq; remiſſio fiebat à Demetrio Iudæis: ſi ſecum vnire volebant cōtra Alexandrum *Machab.* 10. *num.* 29.

45 Et tandem Syndicus, qui præfertur omnibus Poteſtatibus, & Officialibus Ciuitatis in parlamento, *l. præfectura.* 3. *C. de offic. Præfecti Vrbis*, habet poteſtatem, & iuriſdictionem. Sed quomodo voces Ciuitatis, & Baronum procedant, vide infra *verſ.* 3. *obſer.* 4. *in in cap.* 1.

Et de donatiuis factis Regibus in diuerſis parlamentis, vide infra *verſ.* 4. *obſeru.* 3. vbi de quātitatibus datis in diuerſis temporibus habes, ac etiam de alijs parlamētis, ideo hic non repetuntur.

46 Solet etiam dubitari in hac materia parlamenti, an Barones ad eum vocati, poſſint opponere exceptionem hoſticam; & concedendam eſſe per illos dies, concludit *Giurba in deciſ.* 118. *num.* 19.

47 Fuit etiam dubitatum in eodem Regno Siciliæ, num Baro, qui poſſeſſionem Baroniæ habet, ſed non adhuc habuit inueſtituram, poſſit ingredi in parlamētum, & affirmatiuè fuit deciſum *Maſtrill in deciſ.* 18. *per totum.*

48 Sed num Baro conſtitutus Procurator ab alio Barone, poterit diuerſa vota dare, vnum nomine proprio, & alterū diuerſum nomine conſtituentis? *Pater Diana in tract. de parlament.*

47 *Consiliarius status uti Medicus cognoscens infirmitates debet esse.*
48 *Amicitia cum infidelibus non habeatur.*
49 *Detractores à diuersis Imperatoribus diuersimodè habiti.*
50 *Tollerare debemus Regis imperfectiones sicuti sterilitatem temporum.*
51 *Simulatio vetus malum in Republica.*
Laudantes, peximum inimicorum genus, ibidem.
52 *Adulatores, genus peximum.*
53 *Regnare est seruire in tribus speciebus.*
54 *Expensas inutiles facere caueant Reges.*
55 *Pecunia, terror validus inimicis.*
56 *Vasalli curare debent patrimonialia Regis, ne cogitet ponere manus ad iniquitates.*
57 *Pax conseruat Regna.*
58 *Bellorum iniquissima conditio est.*
59 *Tiberius Caesar plus cum prudentia, quam cum viribus se gerebat.*
60 *Bella à longè sunt tenenda.*
61 *Accessus Consiliariorū status quomodo soluatur.*
Consilij status instructiones multa, & de iurisdictione, ibid.
62 *Sacrum Consilium Capuanæ quando principium habuit, quis in eo primus præfuit.*
63 *Princeps est de numero Consiliariorum, & put Senatus.*
64 *Debet honorare Consiliarios.*
65 *Consiliarij sunt Assessores Principum.*
66 *Sunt patres Principis.*
67 *Imperiti non debent eligi ad Magistratum, nec ipsi aspirare debent.*
68 *Consiliarij in Consilio Neapolitano quot sunt, & quomodo diuiduntur.*
69 *Bona Consilia mora valescunt, sicuti scelera impetu.*
70 *Decisiones S.C. faciunt leges in Regno, & secundum eas Iudices inferiores iudicare debent.*
71 *S.C. vtitur æquitate, & arbitrio, quia Principem repræsentat.*
72 *Habet iurisdictionem super omnes.*
73 *Totum vnitum habet iurisdictionē ordinariam, & non delegatam.*
74 *Consiliarij singuli absque commissione non possunt cognoscere de causis.*
Campana signum quando incapit, ibid.
Orationes in Consilio dicenda, ibid.
75 *Consiliarij sine harede decedentes, succedit Consilium, excluso fisco.*
76 *Vxor Consiliarij decedentis sine harede, an excludat S.C.*
77 *Consiliarij quomodo debent esse.*
78 *Benefacta, male locata, malefacta habentur.*
79 *Consiliarij dicuntur Principes, & ideò proprias affectiones abijcere, & publicas assumere debent.*
80 *Censetur à Platone vna Respublica.*
81 *Procuratores esse nō possunt, nec ad iudicia, nec ad negotia, sed tutores sic.*
82 *Vacent eorum officijs, ne adueniat eis illud Iob.*
83 *Filacterias Aduocatorum resecent.*
Doctor conclusiuè debet loqui, & pauca effundere, ibid.
84 *Partes temere litigantes in expēsis condemnent.*
85 *Accepto priuilegio efficiuntur patresfamilias.*
86 *Eorum origini quoad quid renunciare possunt.*
87 *Habent domicilium in Ciuitate, sed non facit eum ciuem, vel incolam.*
88 *Filij Consiliariorum exteri non gaudent in Collegio Neapolitano.*
89 *Prælati, & personæ Ecclesiasticæ possunt esse de Concilio.*
90 *Irregularitatem nō incurrunt personæ Ecclesiasticæ interuenientes in condenda lege pœnali, si mors delinquentis sequatur.*
91 *Episcopus Consiliarius sedet immediatè post Decanum.*
92 *Consiliarij secreta Consilij, vel Collegæ publicare non possunt.*
93 *Consiliarij, & si ad beneplacitum creati sūt, tamen sine causa remoueri non possunt.*
94 *S.C. vnitum leges, vel ordinationes condere non potest.*
95 *Officia ad arbitrium Regis data, an ad nutum tolli possunt.*
96 *Episcopus sine causa à Papa remoueri non debet.*
97 *Priuilegium Principis decet esse firmum.*
98 *Mutatio Officialium, Reipublicæ non expedit.*
100 *Rex sine causa Officialem remouere non potest, secus cum causa, etiam Officiali inaudito.*
101 *Philippus II. exploratores secretos mittebat per Regna.*
102 *Consiliariorum admonitio Diui Lucæ.*
Si sunt priuati, vel suspensi, quomodo se gerant, ibid.
103 *Disputare de habilitate, & creatione Officialium, quasi sacrilegium est.*
Cōsiliarij inhabiles non debent retinere officia, nec prætendere, ibid. in fine.
104 *Propinæ exigebantur antiquis temporibus in Regno.*
Officiales antiquitus exigebant propinas oscu-

187 In-

187 *Iudices non soluunt suffragia pro officio.*
188 *Præsidentes Regiæ Cameræ exigunt drictum, prò declarando quem Napolitanum.*
189 *Actuarius, ergo latro.*
190 *Scribæ fiscales sunt examinandi in M. C. tum interuentu Fisci Patroni.*
191 *Sunt Adiutores Magistrorũ Actorum.*
192 *Sportula soluuntur ordini.*
193 *Scribæ possunt etiam dici officiales.*
194 *Extraordinarius labor, extraordinariam consiquitur prouisionem.*
195 *Iudices pro solutione eorum salarij compositiones reorum exigere possunt.*
196 *Salarium quando Iudicibus sust constitutum.*
197 *M.C.V. potest sibi auocare causas non expeditas infra sex menses a die litis contestata.*
198 *Magnus Iustitiarius est caput M.C.V.*
199 *Regens M.C. incepit esse tempore Alphonsi Primi.*
200 *Iuramentum Officialium vnde trahit originem.*
201 *Regentis M.C. nomen quando.*
202 *Freccia opinio controuertitur ab Authore.*
203 *M.C.V. duas repræsentat personas.*
204 *Iudices M.C. cur a Prorege creantur.*
205 *Prorex cur Iudices M. C. prouidet, & non Rex.*
Regentis M.C.V. potestates, & priuilegia, ac limitationes, & quæ facere, vel non facere potest recensentur, ibid.
206 *Regens M.C.V. an debeat esse Regnicola, sed quomodo potest esse exterus.*
207 *Iudices M. C. quando inceperunt pergere per Ciuitatem noctis tempore.*
Ammascarati non vtantur veste monachorum, ibid. in fine.
208 *Aduocatus Fiscalis debet præcedere Iudices, sed non seruatur in M C.*
209 *Iudex M.C. Admiratiæ præcedit Aduocatum Fiscalem.*
210 *Octauius de Piccolillis Regius Consiliarius commendatur.*
211 *Prorex ex causis potest dare præcedentiam Iudicibus.*
212 *Fisci Patroni officium erat biennale, & hodie perpetuum.*
213 *Fisci Patroni officium M. C. an sit dignius illo Regiæ Cameræ Summariæ.*
214 *Appellatio dabatur a decretis Regiæ Cameræ ad M.C.*
215 *Fisci Patroni quid facere debeant.*
216 *Pauperes qui sunt.*
217 *Aduocatus pauperum pugil vocatur, & est officium impropriè.*
Aduocatorum salaria, & pericula, ibid.
219 *Magni Aamirati officium.*
220 *Roggerius de Loria extrenuus Calaber.*
221 *M. C. Admiratiæ officium, ac iurisdictio in quos.*
222 *Habet iurisdictionẽ in toto Regno.*
223 *Iudex M.C. Admiratiæ præcedit Aduocatum Fiscalem M.C.V. & habet etiam vltimum locum in Cappella Regia.*
224 *Regia Camera Summariæ nullam iurisdictionem habet super Curiã Admiratiæ*
225 *Appellatio à decretis M.C. Admiratiæ quomodo procedit.*
Io. Vincentius Macedonius Iudex M. C. Admiratiæ quando, ibid.
226 *Magnus Admiratus quot personas prouidere potest.*
227 *Naufragata bona an spectent ad magnum Aamiratum.*
228 *Pirata non cognoscuntur à magno Admirato, nec etiam alij ebristiano nomini inimici.*
229 *Tribunal Sãcti Laurentij Ciuitatis Neap. quas causas cognoscit.*
230 *Consultor Ciuitatis quando relationes facit in S. C. stat extra Aulam, sed copertus capite.*
231 *Iudices ciuiles, & criminales vbi præstant iuramentum.*
232 *Pœna contra assisia applicantur Hospitali Sanctissimæ Annuntiatæ.*
Clerici quando tenentur stare decreto Ciuitatis ad publicam vtilitatem facto, ibid.
233 *Electi Ciuitatis Neap. possunt aggregare exteros in Ciues, & exfractari facere personas inhonestas.*
234 *Electi popularis iurisdictio.*
235 *Platea Ciuitatis Neap. quomodo procedunt, & quam iurisdictionem habent.*
Differentia orta inter Nobiles si non adest effusio sanguinis, cognoscitur à quinque seu sex Platearum, ibid.
236 *Irenarcha qui sunt.*
237 *Luca Ciuitatis statutum contra rixantes.*
238 *Paceri qui sint.*
239 *Tribunalia mautunata, reuisionis computorum, & aqua, & fortificationis origo, & potestas.*
240 *Fortificationis Tribunal quam iurisdictionẽ, & potestatẽ habet, & in quibus locis.*
241 *Lauarũ iurisdictio est Tribunalis fortificationis.*
242 *Iuncta delegata quam iurisdictionem habent.*
233 *Delegati non possunt esse minus quatuor de ordine S.M.*
244 *Delegati an omnes firmare debẽãt actus ordinatorios.*

354

OBSERVAT. III.

De Ciuitate Neapolis, & eius Tribunalibus.



1 TIQVE magnum esset pelagus essentiam, & consistẽtiam huius florẽtissimæ Ciuitatis referre, quæ fortè omnium Ciuitatũ Europæ pulcherrima, & amenior est, & Prouinciarum nostri Regni principatum optinet, & est Metropolis, *pragm. 2. de offic. Sacr. Consil. vers. igitur.* Vrbs quidem insignis in pulchro solo, clementiq; Cœlo posita, & similiter studiorum omnium caput, & mater est in Regno, vt infra hic *num. 254. & seq. & in cap. Regni Vniuersis præsen.* & merito meo non valet riuolo irrigari; Attamen ad aliqualem notitiam habendam, saltem quoad exteros, quoniam & si peregrè, & à nostris remotis omnia iucundiora videntur, quam re vera sunt, fallit in hac Ciuitate, dum quæ verè pulcherrima sunt: describi nõ possunt, sed aliqua pauca attingemus. Fuit enim Ciuitas hæc semper munificẽtissima in omni tempore, & à Nerone dilecta vti græca Vrbs *Tacitus in lib. 15. annal. nu. 5.* & quando An-
2 nibal Cartaginensis Italiam inuasit, & præsertim Romanos opprimere tentabat: Nea-

politani Romam Legatos miserunt cum 40. pateris aureis magni ponderis, offerendo etiam alias: At Romani vnam tantum minoris ponderis acceptauere, vt per *Titumliuium in lib.22. Historiarum ab Vrbe condita fol.* 144. *lit. B.* & in anno 848. quando Saraceni Romam fuerunt agressi sub Pontificatu Leonis IV. Neapolitani magno apparatu eam succurrendo liberauerunt, vt per *Platinam in vita Leonis IV.* quem sequitur
3 *Blondus*, Neapolis secūda Ciuitas Christiana in Italia, trāsiuitq; per eam Diuus Petrus, quando Romam petijt, & ad Christi fidem redoxit; per prius quidem prima Ciuitas
4 Christiana fuerat Rhegiū in Calabria vltra, per quam Diuus Paulus quando Cęsarem appellauit, & ad Romā vinctus ducebatur transiuit, & ibi prædicauit, ac sacrum Baptisma ministrauit, vt in *Actibus Apostolorum* 28. ac Archiepiscopū Stephanum Nicenū eius discipulū reliquit, siū *Marcū Antoniū Politi in cronica.* Fuit ista Ciuitas Rhegij prima ędificata in Europa ab Ascenea nepote Noè, filio Gomer, vt in *Genesi.*10. & videbis infra in *vers.* 14. *obseru.* 1. *sub titulo Ducis Calabria num.*51. quando enim aliqua Ciuitas in caput eligitur, magnis priuilegijs decoratur, vt fecit Iustinianus Ciuitati Cæsareæ, *§.* 1. *in auth. de Proconsule Palestina constit.* 103. & à tributis fit immunis, *glos.in l.*1. *C. de priuileg. Vrbis Constātinopolitana lib.*10. *& l.*1.*ff.de censibus*, & Decuriones ipsius certum Iudicem pro eis habere debent, *l.*1. *C. de decurio. Vrbis Roma lib.*11. vbi *l.*2. *ait, eos esse honorādos, & eorum priuilegia obseruari.*
5 Neapolis vti Regni caput, & decus in anno 1130. à primo Rege Normando Rogerio Primo fuit decorata, vt Regnum Siciliæ, Regnum Neapolis vocaretur, *Marcus Anton. Surens de Neapoli illustrata lib.*1.*cap.*24.*nu.*2. & Carolus Primus eam in Regiam sedem primus statuit, & in ea parlamentum inijt in anno 1288. & ideo Baronum concursus cępit fluere ad eam habitandam; aliæq; Plateæ præter Nidum, & Capuanam antiquiores, esse cęperunt, vt legitur in vita eiusdem Caroli Primi, licet hoc cōtrouertatur per alias Plateas. Per prius enim Normādi Principes,
6 & Reges, alibi residentiam habuere: nam magnus Comes Rogerius in partibus Calabriæ vltra residebat, & præsertim in Ciuitate Mileti, quo in loco Vrbanus Secundus Rogerium visitauit anno 1084. teste *Frecc.in fine libri primi de subfeudis fol.* 95. ibique obijt, & sepultus est in anno 1101. vt ex testimonio eius sepulchri ibidem.

Alij verò Duces Normandi in Melphi Ciuitate, & in alijs locis Regni, & in Panormo
7 sedem habuere. Erat autem eo tempore Neapolis non magna Ciuitas, habuit enim originē à quodam paruo tumulo vnius virginis, aut Syrenæ dictæ Partenope, ad cuius tumulum Neapolitani faces tulere, & Pelcpolis prius, inde Neapolis, idest noua Ciui-
8 tas dicta est, *Frecc.in lib.* 3. *de subfeudis fol.* 464. *nu.*25. licet *Neapodanus noster in prohemio consuetudinū Neapolis declaret, Partenopes dici, parta ne opes, per rationes ibi adductas fol.*17. quas videas, quia curiosę sunt in *nu.*195. & latius, & clarius omni alio, sitū, originem, & consistentiam Neapolis describit *Io. Antonius Summonte in Historia Ciuitatis Neapolis par.*1. *cap.*1. *& seq.* vt testatus fuit Illustriss. Cardinalis Baronius, quando eum legit; sed in hac tempestate Ciuitas ista (consensu omniū) est animarū 400.mil. in circa, & in sex Plateas diuiditur, & singulę vniuersitates appellari possunt, & dicuntur etiam Quartetia: quia singula habent earum
10 iurisdictiones distinctas, ac limites distinctos in quodlibet quarterium, vt supra diximus *vers.*2. *obseruat.*4. *in allegatis pro D. Comestabulo Columna num.*15. poteftq; sibi statuta condere pro vsu viuendi, cum assensu tamen Regis, vt in prohemio consuetudinum Neapolis est videre in *vers. fin.* & tempore Regis Roberti de anno 1332. qui (nō obstātibus Iur is disponētibus circa raptus mulierum, & signanter in *§.*1.*in auth. de muliere raptum passa. constit.* 143. *& in l.*1.*C.de raptoribus.*) condere volens Capitulum Regni *incip. Vniuersis præsentis edicti*; contra
11 Neapolitanos rapientes mulieres: conuocauit prius viros probos omnium Plateārū Neapolis (ita enim fieri debent exemplo Moysis, qui maioribus natu Populi exposuit, quæ factura erant, *Exod.* 19. & sic etiam fecit *Imperator in cap.*1.*vers.Hortatu. de prohibita feudi alienat. per Lothar.* & diximus supra in *vers.*1.*obseru.*3.*num.*14. & Iustinianus etiam cum vxore consultationem habebat in condendo leges, *§.*1. *in auth. vt Præsides vlla datione pecunia mittantur*) videlicet Plateas Capuanæ, Nidi, Portęnouæ, Mercati, Portus, de Summa Platea, de Forcilla, ac de Sancto Archangelo, & legem prædictā edidit. Ex quo quidem Capitulo cognoscitur dd. Plateas sic describi; & licet illi de Platea Mercati non videantur in eo milites vocari: attamen nota, quod alij de Platea Portus, de Summa Platea, de Forcilla, & de Sancto Archangelo, nec etiam vocātur milites, sed nomine proprio tantum, & vocantur etiam Iudices, vt illi de Platea Mercati. Est tamen aduertendum, quod isti Iudices ad contra-
12 ctus sunt Nobiles, *l. iubemus.*14.*§.his quoq;* C. de

C. de ſacroſanct. Eccleſ. & notat *Vincent. de*
Franch. in deciſ. 438. *in princ.* vbi quod per
priuilegia Sereniſſimorum Regum huius Re-
gni Notarij, & Iudices ad contractus vocan-
tur nobiles, vt latius videbimus infra *verſ.* 9.
obſer. 3. *per totum.* Hodie Ciuitas iſta repre-
ſentatur, & conſiſtit in ſex Plateis, *Vinc. de*
Franch. in deciſ. 207. *nu.* 8. quarum quinque
dicuntur Plateæ nobiles videlicet Capuanæ,
Nidi, Montaneæ, Portus, & Portænouæ, &
15 ſexta eſt Platea Popularis, quæ licet 29. Ca-
pitaneos habeat æquiperantes numerum 29.
nobilium, qui regunt ſupradictas quinque
plateas nobiles, quoniam in aliquibus ex eis
adſunt quinque, in aliquibus verò ſex, & ſolēt
vocari quinque; vel ſex talis plateæ, (obſer-
ua tamen hic illud, quod tempore quo vene-
rabilis ſanguis Diui Iannarij noſtri Prote-
ctoris per plateas nobiles, & ad Cathafaleū
in platea Selleriæ, ſingulis annis viciſſim du-
citur: dum Dominus Prorex accedit ad di-
ctum Cathafalcum in platea Selleriæ, iſti 29.
Capitanei coram S. E. ſedent, & Capite non
denudato alloquuntur, & Electus Populi tan-
tum ſtat, & denudato capite loquitur. Quod
priuilegium non habent nobiles ſupradicta-
rum quinque Platearum, quando in eorum
Sedilibus feſtiuitas prędicta celebratur, quo-
niam tunc nobiles cuiuſcumque plateæ, co-
ram Domino Prorege ſtant, & capite denu-
dato loquuntur.) Quælibet enim ex ſupra-
16 dictis ſex Plateis ſuam habet portam, & iu-
riſdictionem diſtinctam, vt notauimus ſupra
verſ. 2. *obſer.* 4. *num.* 17. & omnes vnitæ gu-
bernant, &, ò, vtinam ſeruaſſent illud, vnum
Reipublicæ corpus, vnius animo regendum.
Pauſanias in Laconicis. Etenim ante omnia
curare deberent, vt Iuuenes ſtudijs bonarum
artium indulgeant. Quoniam adoleſcentium
ætas niſi rectè inſtituatur, prona eſt ad volu-
ptates ſequendas, & niſi à teneris annis ad
pietatem, & religionem informentur, ante-
quam vitiorum habitus totum hominē poſ-
ſideat, nunquam perfectè, ac ſine maximo,
ac ſingulari propemodum Dei omnipotētis
auxilio in diſciplina eccleſiaſtica perſeueret:
vt docet *cap.* 18. *in Sacr. Conc. Trident. ſeſſ.*
23. *de reformat.* ait enim *Plato, beatas fieri*
Reſpublicas, quæ à ſapientibus, & à doctis
viris reguntur, vel ſi minus: quoniam non
omnes doctiſſimi euadere poſſunt, mercatu-
ra, nautica, aliaue ciuili ſocietate exercean-
17 *tur.* Et apud Athenienſes, inertes, ideſt qui
ſine arte, ſeu exercitatione viuebant, tanquā
obnoxij delicto, etiam in forum protrahebā-
tur, vt pūctualiter notat *Valerius Maximus*
in lib. 2. *tit. de inſtit. antiquis,* quilibet enim
debet reddere rationē villicationis ſuæ, ideſt
negotiationis, *Luca* 16. hodie hos vocamus
Vagabundos, vt in *pragmat. ſub tit. de vaga-*
18 *bundis,* quos non adeſſe, nimium Reipubli-
cæ expedit, curareq; debent ſupradicti Gu-
bernantes, vt opifices, & artifices, ac etiam
mercatores foueantur, ſecundum *Ariſtot.* 5.
polit. cap. 3. & *Saluſt.* notat, *quod in magna*
Ciuitate multa, & varia ſunt ingenia; Vale-
riuſq; Maximus in cap. 3. *de abſtinentia, &*
& continentia lib. 4. *in princ.* docet, *quod ea*
Ciuitas, id Regnum æterno in gradu facile
ſteterit, vbi minimum virium veneris, pecu-
niaq; cupido ſibi vendicauerit. Homines .n.
ad magna debent ſe eleuari, alias competenta
res eſt homo, niſi ſupra humana ſe exercue-
rit.

Ciuitas iſta habet 36. Caſalia, quæ ad pu-
blicas expenſas erogandas, & contribuendas
cogere poteſt, *Gizzarell. in deciſ.* 74. nam
& ſi aliqua sūt quo ad iuriſdictionem diuiſa,
quo ad reliqua remanent Ciues. *l.* 1. *C. de*
Metrop. birito. lib. 11. *Vinc. de Franch. in*
deciſ. 316. & *Couar. pract. qq. cap.* 37. *num.* 7.
& licet homines Caſalium debent vniri cum
hominibus Ciuitatis in conſilijs publicis. 1.
Paralipom. 13. *nu.* 2. & comprobat *Neapod.*
in proemio conſuetud. Neap. num. 282. *fol.* 23.
vbi quod plebs interuenit in rebus vniuer-
ſalibus, tamen non ſeruatur in hac Ciuitate;
Ex quibus nota, non ſic de facili debere pro-
cedi ad diſmembrationem, ſeù venditionem
dictorum Caſalium, alias eſſet, alas, & mem-
bra huic Ciuitati obtruncare, & tollere. Po-
teſt enim Ciuitas iſta ex particulari priuile-
19 gio ſe congregare abſque licentia Proregis,
vt aduertit *D. de Franch. in deciſ.* 446. & no-
uiſſimè *D. Tappia in dec.* 10. *n.* 3. *in fin. vol.* 1.
20 vbi etiam notat, non poſſe mittere Legatum
abſque Proregis licentia, ad quod eſt *text. in*
l fin. C. de legation. lib. 10. quinimo abſque
licentia miſſum in ſupremo Conſilio non ad-
mittitur, niſi contra Proregē iret, tunc enim
petita à Rege licentia, legatus admittitur, &
multi caſus recenſentur ibidem. Sed in his
caſibus ſolent mandata fieri Plateis ne ſe
congregent abſq; licentia Proregis, vel Col-
lateralis Conſilij, vel S.C. Capuanæ ſecundū
21 caſus occurrentes. Multa alia facere poteſt
Ciuitas iſta, & ſignanter eſt in poſſeſſione
faciendi Ciues, vt per *Lanar. in conſ.* 14. &
Moles in deciſ. 50. & vide infra hic *nu.* 233.
quia Ciuilitas non eſt de reſeruatis Principi.
Lancellott. Conrad. in tract. de præſtant. &
poteſt. Imperatoris lib. 1. *cap.* 1. §. 4. *fol.* 104.
ater. & Ciues Neapolitani Primates dici poſ-
ſunt reſpectu aliorum Ciuium aliarum Ci-
uitatum, *l.* 1. *cum gloſ.* 1. *C. de Alexādria pri-*
matibus lib. 11. & ex cauſa, ad rehabitandū,

& functiones antiquas ferendum cogi possunt, *l.1. C. de priuilegijs corporũ Vrbis Romæ lib.11.* fit enim Ciuilitas per habitationẽ decennij in morantibus causa studij, *l.2. C. de incol.lib.11.* vel per emptionem domus, vt in *glos. ibi, & habes per Pragmaticas de immunitate Neapolitanorũ.* Aliæ verò Vniuersitates Regni absque licentia Superiorum non possunt se congregare, *D.de Ponte in cons. 10. num.2. lib.2.* sed nouissimè sub die 24. Nouembris 1629. fuit edita Pragmatica mandans pro exequutione aliarum Pragmaticarum, vt Vniuersitates Regni, nec Ciuitas ista, aut eius Plateæ, Gubernium, Electi, vel Deputati, aut alij Syndici, & Officiales, sub quouis quæsito colore, occasione, vel causa, possint se cõgregare, nec tractare de faciendo donationes, aut salariũ cõstituere, nec disponere de introitibus vniuersalibus etiã ad beneficium locorũ Piorum cuiuscumodi, nisi prænio porrecto memoriale S.E. in Collaterali, & optento vt possint se congregare, cõclusionemq; trãsmittere ad S.E. à qua licentiam habeant, & non alias, sub pœna ducatorum mille, & alia.

22 Electi, seù Tribuni, vel Deputati Platearum Nobilium in sedendo in Tribunali Sancti Laurentij, vel in alijs publicis locis, præcedentias inter se non habent, sicuti nec etiam in firmandis scripturis, sed qui primus venit primus sedet (Equites enim optinent primũ locum post Consules, *l.1. C. de Equestri dignitate lib.12.* sed si Ciuitatis essent debitores, non possunt in ea habere honorem, nisi soluto prius debito, *l.1. C.de debitoribus Ciuitatum lib.11.*) & similiter scriptura firmatur à primo, in cuius manibus prius peruenerit. Electus verò, vel Deputati Plateæ popularis sedent, ac se subscribunt in vltimo loco.

23 Et ideo nota, quod in hac Ciuitate quinque voces, & successiuè quinque partes habent Nobiles, & vnam tantũ vocem, & partem habet Populus, & hodiernis temporibus, quod à maiore parte istarum sex Platearum concluditur, exequutioni demandatur, ad quod est *glos. in l.2. C. de decretis decurionum lib.10.* quo fit, vt aliquando Populi vox ad nihilum deseruiet, persepè enim Nobiles inter eos concludere possunt. At quomodo Ciuitas ista in collapsum pergat, notum est omnibus, & dictum *Herod.* verificatur, nemo lucro apposuit, quod vtilitatem in communi pariat: quę enim publicę prosunt, parum cuique curæ sunt; vltra regulam notam, quod naturale vitium est negligi, quod commune est. Tempore enim antiquo id est ante Reges Aragonenses Populus mediam habebant partem, vt latè notatur per *Summontem in 1.par. Historiæ Neapolis fol.139. & seqq.* vbi multa accuratè notata videre poteris, idque etiam statuerat facere Rex Catholicus, vt videre poteris supra *vers.2.obser. 2. num.37.circa finem,* & refert *Hieronymus Zurita in tom.6. de las empresas, y ligas de Italia cap.5.11. & 17. & lib.7. cap.6.14. & seq.* Est verum, quod tẽpore Præsidatus Proregum Mirandæ, de Oliuares, & aliorum antecessorũ Electus Populi (qui propriè plebis Prætor vocari potest, vt in *auth. de plebis Prætoribus const.13.* vbi de eius authoritate habetur) quasi mediam partem vocum habebat; quoniam si negotium Ciuitati non erat expediens, ad Proreges recursum habebat, qui secundum eius prudentiam, & scientiam prouidebat. Hodie verò ab hinc paucis annis ordine Suæ Maiestatis mandatum est,

24 vt exequatur sententia Regis Ferdinandi II. de anno 1496. qua prouisum fuit, conclusiones per quatuor ex Plateis factas exequi, tanquam à maiori parte gestum, iuxta *text. in l.quod maior. ff. ad municipal. & l. nominationum. C.de decurionibus lib.10. & cap. cũ omnes de constitut.* & alias fuit etiam conclusum in *cap. 33. in Capitulis concessis per Imperatorem Carolum Quintum in anno 1554. in Priuilegijs, & Capitulis Neapolis.* Sed omni cum reuerentia loquendo, exitus probauit, & probat, hoc non esse expediens, nec Ciuitati vtile, & parcant contrarij: Non enim est prætermittendum verum dicere, eo fortius, quod docet *Iob 4. num.2.* ibi, & conceptum sermonem quis tenere poterit, tantoq; magis, quod circa hanc materiam nul-

25 lum habeo interesse, traho enim dependentiam ex Ciuitate Ferrariæ; sed quia secundũ Dominum, & secundum veritatem, ac iuris dispositionem, & experientiam temporum Scriptores loqui tenentur, vt futurorum sæculorum Lectores veram notitiam præteritorum habeant, & ex experientia rerũ magistra doceant, & cauti sint: non enim vni scribitur Sęculo, sed pluribus, & quæ in vno non placent, in alio perquiruntur, & appetuntur.

Etenim ex dispositione Iuris, gubernium ex vtroq; corpore esse debet, *l.2. col. 8. ff.de orig. iuris,* idest ex Patribus, & ex Populo, illudque est faciendum, quod à maiori parte Populi concluditur *d.l.quod maior, Vinc. de Franch. decis.2. & ibi add.* & per alia iura superius allegata, secundum quæ deberet intelligi de maiori parte hominum in Ciuitate habitantium, & non de maiori parte istarum Platearum: sed maior pars hominum intelligitur de omnibus Ciuibus: ergò secundum, ius de maiori parte hominum,

num, & populi eft intelligendum. Videmus
enim, quod in iftis quinque plateis Nobiliũ
vix adfunt Nobiles duo mille in circa, ergò
non poffunt remanenti Ciuitati quæ habet
homines 400. mil. & plus æquiparari: & fue-
ceffiuè argumentum adaptari non poteft, vt
conclufio maioris partis iftorum, fit maioris
partis hominum in Ciuitate exiftentium.
Sed nõ me latet, poffe ab aliquibus replica-
ri, Nobilium gubernationem fore tutioris, &
fanioris Confilij, nifi alij fapientia, & fcientia
pollerent, quo cafu ifti ad regendum effent
eligendi, vt Romæ euenit de Cicerone Arpi-
nata filio fabri, & de Mario fimiliter arpina-
ta; quia vt plurimum Nobiles doctiores, &
prudẽtiores effe folent, & virtutibus paribus
præferũtur nobiles natalibus, *Neapod. in pro-
bem. confuet. Neap. nu. 227.* & cum eis in hoc
affentio: fed experientia rerum magiftra
(in cafu noftro) veritatem clarefcit, poftquã
in exiguo tempore quam maxima debitorũ
moles in hac Ciuitate ex confufione eft con-
tracta, & vbi non eft ordo, penuria crefcit,
27 *l. 1. C. de frumento Vrbis Conftantinopolita-
na lib. 10.* liceetq; Tria fint genera gubernã-
di fecundum *Ariftotilem in polit. lib. 3. cap.
10. & in 8. Ethicorum cap. 10. & Patritium
in lib. 1. de Republica tit. 1. & 4.* & alios rela-
tos fupra *verf. 1. obfer. 1.* videlicet per Arifto-
cratiã, Democratiã, feù Politicã, & Monar-
chiã: in hac Ciuitates nullũ horum Guber-
niorum genus eft cõfiderandum dum fubeft
potentiffimo Regi Hifpaniarum: Iftaq; tria
regendi genera procedũt quoad iurifdictio-
nem, & ad tuendam libertatem Gubernan-
tium, fed in hac Ciuitate aliud non viget gu-
bernium, nifi circa annonam, & alia concer-
nentia Ciuitatis negotia pro vfu viuendi, in
quo obferuari deberent *Francifci Patritij
praecepta in lib. 1. inftitut. Reipubl. tit. 8.* quod
exemplum Formicarum, & Apum fequi de-
bent, & quafi in communi labore, vt omnia,
quæ neceffaria humano vfui funt fubpeditẽ-
29 tur. Meritoq; ab Excellentiffimis Proregi-
bus in hoc animaduertendum effet, & Regẽ
confulere, quid expedientius foret, quoniam
fecundum tempora, ftatuta quoque varian-
tur humana, *cap. non debet de confanguinit.
& affinit.* eo magis, quando pro communi
vtilitate, excrefcente hominum malitia, vel
conditione rerum mutata, fecundum varie-
tatem temporum tendunt ad noxam, *cap.
fancta. §. verum 63. diftinct.* Deus tantum
30 immutabilis eft, *Malachia 3.* & propter va-
rietatem hominum fit mutabilis aliquan-
do pro bono hominis, vt ibid. *Dextruam,
& perdam illum: fi pœnitentiam egerit, di-
cit Dominus, agam, & ego pœnitentiam à
malo, quod cogitaui facere illi.* Ad quod con-
fonat *cap. immutabilis. 22. quæft. 4.* & alias
dixit, pænitet me feciffe Saul Regem. *Regum
1. cap. 15. nu. 11.* Dum ergo vident DD. Pro-
reges hos modos gubernãdi Ciuitatem pau-
latim dextruere, ad mutationẽ animaduer-
tere debẽt. Nouæ quidem rei, noua funt fur-
genda confilia, *glof. in extrauag. 1. de elect.
Io. 22.* Natura enim ad maiora nos genuit.
*Cicero de finibus bonorum, & mali lib. 1. ad
Brutum fol. 18. in 2. par.* vbi ergo malum
cognofcitur, ftatim ad obuiandum attende-
re tenemur, vt bonum inueniatur. Sententia
enim prædicta Regis Ferdinandi II. de anno
1496. & cõfirmatio Caroli V. de anno 1554.
vt in *priuileg. & cap. Neap. fol. 156. cap. 33.*
proceſſerunt fecundum illas bonas tempe-
ftates. Dictat enim titulus in *auth. de defenf.
Ciuitatum conftit. 15. vt defenfores Ciuita-
tum eligantur viri honefti, fidedigni, & Ci-
uitatis nobiliores, & per circulum præftito
iuramento ab Electoribus, & Electus etiam
iurare debet de bene adminiftrando per bien-
nium;* & inde fancitur in *§. fin. vt per alium
biennium reformari poffit, fi communis eum
Ciuitatis confenfus (nullo reclamante) com-
probet: fed vlterius in infinitum defiftat, ne
adminiftratio prædicta in infinitum exten-
datur.* Videmus hodie Patritios graues, &
infontes aufugere has adminiftrationes,
iuxta illud in 1. *Regum cap. 10. num. 23.* fed
cogi deberent *l. fi ad magiftratũ. 18. & l. ex
omnibus. 31. C. de decur. lib. 10. & Appi. de
bell. ciuili lib. 3.* dicto gauderent, ibi, pulchrũ
aliquid pati pro patria. Ciuis quidem bonus
dicitur, qui patriæ iura tuetur, & ille ad regi-
men eft eligendus, & non qui eft contra pa-
triam, vt poft *Odofr.* tenet *Bald. in tit. de
pace conftant. §. Imperialis num. 27.* vti que
31 veri Ciues Neapolis optimi, & omni boni-
tate prædicti reputabantur ab Imperatore
Frederico in *conftitutione Regni Cum here-
ditarium*; quinimò ne eorum mores macu-
larentur, fanciuit, vt Regnicolæ cum exte-
ris matrimonia non contrahant, his verbis,
*Cum hereditarium Regnum noftrum Siciliæ
cuius præclara nobis hereditas laudabiles mo-
rum fuorum incolarum cõfueuerit enutrire,
& proceffu temporis habitatores ipfius ferui-
ty, & fidei exhibitione claruerunt in necef-
fitatibus Dominorum. Sæpè iam contigiffe
dolemus, quod poft diuerfarum miftarum
gentium paffa eft ex alienis moribus fincæri-
tas Regni corruptelam. Itaque ex quo homi-
nes Regni Siciliæ fe cum alienigenarum filijs
mifcuerunt, denigrata eft puritas hominum,
& excrefcente dierum malitia, & infirmita-
te menfium inquinata conuerfationibus, ac*

vfibus

vsibus caeterorum veritas decreuit in populis ab illorum formento grex est fidelium macu- lata &c.

Sed maris,& commercij occasione, exteri & mercatores venere cum vxoribus,& familijs: alijq; vxores hic duxerunt,& ideo mores infecti, & mutati, atque corrupti. Meritò adaptari posset illud *Ciceronis in Orat. 16. de lege Agraria in fin. vbi de Cartaginensi-*
33 *bus*, dixit ita : *Cartaginenses fraudolenti,& mendaces non genere, sed natura loci, quod propter portus suos multis in varijs mercatorum, & aduenarum sermonibus ad studium, alendi studio quaestus vocabantur*; doceteq; *Aristot. lib. 6. Politicorum. In commercijs Ciuium cum Peregrinis maximè cauendum est, ne Ciuium boni mores exterorum mercibus lasciuiant, aut moribus turpibus corrumpantur.*

Et amplius in hoc non immoror, quia veritas odium parit. *Apost. ad Galatas 4. D. Thomas in 1. 2. quaest. 29. artic. 5.* etenim si quis rebus suis malè prospexerit, nunquam benè prouidebit alienis, *Basil. exhort. cap. 18.* sed ne praetereas hisce temporibus congruũ esse in hac Ciuitate practicare illud, quod alias Romae fuit obseruatũ tempore Quinti Fabij, qui Censor creatus insimul cũ Publio Detio: Fabius concordiae causa simul, ne
34 comitiae in manu humilium, & vilium personarum essent, ex quo Populus differt à Plebe, 1. *Regum 6. nu. 19.* elegit omnem forensem turbam, eamque in quatuor Tribus diuisit, & illas, Tribus Vrbanas vocauit: Quae actio adeò grata Romae fuit, vt Fabius cognomen Maximi acquisierit, quod in tot bellis, & victorijs non poterat consequi, *Titus Liuius in Deca. 1. lib. 9. in fin. fol. mihi 144 ater. in fine*, vbi etiam affirmat ab eodem Fabio
35 Maximo fuisse institutum, vt Equites mostrã facerent, & in Idibus Quintilijs transueherentur. sed & mostra, ac numeratio fuit etiã facta à Saul dum erat pugnaturus, 1. *Regum 11. nu. 8.* est etiam, & aliud exemplum eiusdem Fabij, nam existente eius filio Consule, ad eum fuit Pater legatus destinatus, ad quẽ accedens, iussit Patrem ex equo descendere, prout lex erat, & Pater statim obedijt dicendo, se non in contemptum legis illud fecisse, sed ad videndum si filius sciret se Consulem agere: Cui filius respondit, bene scire Patris reuerentiam, sed publica instituta potiora sunt, quam paterna pietas, vt refert *Prece. in lib. 1. de subfeud. fol. 25. num. 21.* post *Valerium Maximum in tit. de institut. antiq. lib. 2.*

Vigent in hac magna Ciuitate Neapolis plura, ac diuersa Concilia (Concilium enim differt à Consilio, siquidem Concilium dicitur Congregatio virorum prudentum ad Consilium exquirendum, & Consiliũ dicitur sententia ab illis lata, vt per *Boer. in tract. magni consil. par. 1. cap. 1.*) ac Tribunalia, & aliae iurisdictiones, eaque recensere, quoad fieri poterit, non erit inutile: & hoc tam pro notitia ipsorum quoad exteros, quã pro cognitione Originum, & Potestatum ipsorum etiam quoad Naturales Regni: circũ-
36 scripta diuisione Conciliorum, siquidem Concilium triplex est, Generale, ad quod omnes Episcopi generaliter vocantur, & à primo Concilio à Diuo Petro celebrato, in *actibus Apostolorum primo*, vsque ad Sacrum Concilium Tridentinum inceptum in anno 1545. & finitum in anno 1569. fuerunt celebrata 94. Concilia in diuersis locis, & temporibus, de quibus apparet recollectio post Sac. Conc. Tridentinum, & habes in §. 1. *in auth. de Ecclesiasticis Canonibus, & priuilegijs const. 131.* & de modo conuocandi dictũ Concilium generale, habes per *Lancellott. Conrad. in tract. de potest. & potentia Imperat. lib. 1. cap. 1. §. 4. fol. 97. ater.* & per *Caiet. in fine operis Diui Thomae in 2. 2.*

Secundum Concilium est illud, ad quod Episcopi vnius Prouinciae, vel Regni authoritate Metropolitani congregatur, de quo vide per *Stephanum Quarantam in summa Bullarij in verb. Concilium Prouinciale.*

Tertium est Episcopale, quod faciũt Episcopi cum Synodis, & dicitur Concilium Prouinciale, vt late declarat *Caesar a Costa lib. 3. ambiguit. cap. 6.* vbi in fine affirmat, ad eum debere admitti maiores Abbates insignia Episcopalia habentes, quia Episcopis aequiparantur. Et circumscripta etiam diffinitione Concilij, quod dici posset esse conuentum, seù Congregationem Episcoporũ, Abbatum, & Generalium ordinum ex gratia locali Synodo ad tractandum de fide, & Religione, & moribus, authoritate summi Pontificis, vt per *Bandes in prin. 2. 2.* & alios Doctores tractantes de Concilio, vt sunt Dominicus Iacobatius Cardinalis, Marcus Mãtua, Gulielmus Durandus, Castaldinus de Boncompagnis, Thomas Campeggius, & Ioannes Montaigne, & alij, in eorũ tractatibus de Concilio generali, & nouissimé per *Illustriss. Card. Bellarminum in 2. tom. disp. lib. 1. & 2.* quia non est materia nostra; Agimus tantum de Concilijs, Tribunalibus, & Iurisdictionibus in hac Ciuitate existẽtibus, & iusdicentibus: Tribunal enim est Ordinarij, & templum pacis dicitur, *Bouadill. in polit. tom. 2. lib. 3. cap. 14. num. 23. fol. 322.* sed Concilium est Principis, vt declarat *Lancell.*

Conrad. in tract. de ſummo Pontifice lib. 2. cap. 1. verſ. Conſiſtorium fol. 138. Bonaſque, ac licitas eſſe has Politicas poteſtates, eruditiſſimè comprobat *Cardin. Bellarmin. in 2. tom. diſput. fol.* 457. *& ſeq. ſub tit. de laicis lib. 3. cap. 2. & ſeq.* licet tot tantaq; inducta ſint grauamina, vt optimum eſſet, conſilium *Diui Matthei cap. 5.* ſequi, ibi, *Si quis voluerit tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, da ei & pallium. Et 1. Corint. 6. Delictum eſt vobis, quod iudicia habet inter vos; cur non magis fraudem patimini: quare nō magis iniuriam accepiſtis?* His tamen non obſtantibus, plurima ſunt Tribunalia, & Conſilia, & *D. Thom. in 2. 2. quaſt.* 52. *art. 1. & 3.* ait, *Conſilium debere poni inter dona Spiritus ſancti, ibi, ea Conſilium erit in patria.* Sed qui credita ſibi officia diligenter obſeruant, & ita cuncta agunt, vt omnium laude digni ſint, in Veſaniam non prorumpant, nec mendaciorum cuniculis conentur ſubuertere, dum aures Principū ſimplices, & ex ſua natura alios eſtimātes callida fraude decipiant, *Eſther 16.* Et ſecundum ordinem ipſorum procedendo, dicimus infraſcripta eſſe in hac Ciuitate.

CONCILIVM I.

37 PRimum eſt Concilium Status, ſeù Belli, vt poſt *Io. de Platea* ait *Bouadilla in polit. lib. 1. cap. 9. num. 14. fol. 135. & in tom. 2. lib. 4. cap. 2. num. 5. fol.* 426. bellum enim gerimus, vt in pace degamus, & finis belli pax eſt, negotijq; ocium, *Lancelot. Conrad. in tract. de Imperatore §. 3. in verb. Bella prouocatus fol.* 30. & ſimiliter fructus Belli pax eſt, *Gubernator Chriſtianus Frater Io. Marquez lib. 2. cap. 31. col. 4. fol.* 338. quæ cum armis in manibus tractāda eſt; vt docet *Liuius lib. 6.* ibi, *Oſtendite modo bellum, pacem habebitis, videant vos paratos ad vim, ius ipſi remittent.* At *Plutarchus in vita Scipionis Aphricani,* ait, *Eſt enim belli finis victoria, cuius fructus maximè in liberalitate, clementiaq; conſiſtit. Hinc Ducum gloria: hinc Imperatoris laudes emanant.* Licet Bellum à belua dicatur, quia beſtiarum eſt bella mouere, quamuis inter eas eiuſdem generis non præliant vt homines, *Bouadill. in politica tom. 2. lib. 4. cap. 2. num. 6. fol.* 427. Solet enim Concilium hoc in Palatio Proregis vniri, & negotia Gubernium q; Regni, & Belli concernentia pertractare. Interueniuntq; in eo Domini ex ſeptem officijs Regni, & alij Equites, ſeù Magnates à Rege electi, ac etiam DD. Regentes Regiam Cancellariam, qui in leua manu ſedent (Doctores enim in hoc Concilio intereſſe expedit, teſte *Bouadilla in politica tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 24. pag.* 154. vbi quod etiā aliqui Prælati, aut docti viri debent interuenire, quinimo idem *Author ibidem num.* 24. affirmat, Doctores debere Milites præcedere,) quoniā in dextera ſedent Titulati, & alij Equites de Cōcilio ipſo, inter quos ſi aliquis de Concilio ſtatus Titulatus exterus à Regno adeſſet, etiam præcedentiam erga priuatos haberet, vt fuit deciſum pro D. Aſcanio de la Cornia Marchione eſſ. &o à Summo Pontifice; *Camillus de Curte in diuerſorium Iuris feudorum fol. 13. num. 5. & 65.*

Conciliū hoc præcedit omnia alia Regni Concilia, & Tribunalia, licet *Cicero in tract. de fortitudine circa medium,* afferat, *quod Prælatio inter Conſiliarios Status, et Iuſtitia aequalis eſſe debet,* ex rationibus ibi poſitis, & diximus ſupra in *verſ. 2. obſeru. 4. in allegat. pro magno Comeſtabulo Columna num.* 34.

38 Ex hoc quidem Concilio (in caſu deficientiæ Proregis) Decanus in Locumtenentem Regni eligitur: Verū ſi præſens eſſet primus ex ſeptē officijs Regni, ideſt Comeſtabulus, vel alius ſubſequens ſecundum ordinem precedentiæ, & dignitatis, ille erit Locūtenens, vt fundauimus in *dd. allegat. num.* 38.

Cumque negotiū hoc ſit magis, ac magis Regi, Regno, & omnibus naturalibus Regni tam in generali, quam in particulari neceſſarium, ex eorum enim prouidentia, & cura, quies, & inquietitudo pendet, nequeam aliqua requiſita circa perſonas huius Concilij concernentia pertranſire, vt ex diuerſis Authoribus colligere potui, alia vero vide ſupra in *verſ. 2. obſeru. 4. num.* 24. & per te magis intima perpendere cura, nec arguas, ſalcem in alienam meſſem mittere non licere, quia lectio librorum docet omnia, & late defendit hoc *Bouadill. in politica tom. 2. lib. 4. cap. 2. in princ. fol.* 423. quem videas plene circa hanc materiam bellicam.

Etenim Conſiliarij iſti ſapientes, & boni viri, Columnæ Populū ſubſtinentes ſunt ſine quibus ædificium illud Populi collaberetur, & reuerer, ſecundum *Philon.* plus enim extimationi ſunt apud Populos ſtrenui Milites, quam ſtrenui Doctores, ſeù Prudentes *Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 1. cap. 10. nu. 13. fol.*

39 148. Ideirco ex Magnatibus Regni Prudentiores eligi debent, & præſertim hominū negotiorum, & Prouinciarū exterarum experientiam habentes, prout & Reges habere debent, ſecundum *Gubernatorem Chriſtianū in lib. 1. cap. 4.* & prima egregiorum Ducum ſapientia eſt, victoriam ſine periculo comparare, *Polenus lib. ſtratagem.* & aduerſus inopes,

inopes bellum non mouere, quia belli certamen anceps; præmia victoriæ nulla, damna manifesta, secundum *Iustin*. quæ omnia experientia prodeunt, licet *Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 26. fol. 139.* dicat, experientiam absque scientia non sufficere, verum idem *Author in lib. 1. cap. 9. num. 1. fol. 129.* ait, illos sine literis magis astutos, ac sagaces esse solere. Experientia est sicuti aqua fluens, & vina, teste *Antonio Perez*. & similiter vt priuata commoda publicis non præferant, nec veste ex duobus contexta induantur, *Leuitici 19.* quia sine simulatione, aut pectore ficto viri esse debent, quamuis aliquando ad euitanda maiora mala licitum est simulare, secundum *Gubernator. Christianum in lib. 2. cap. 7.* negotia vero magna cum maturitate perpendant, secundũ Magni Philippi II. sententiam illam, *El tiempo y yo, à otros dos*; *Bouadill. in politica tom. 2. lib. 3. cap. 7. num. 43. fol. 133.* Hinc dicitur, melior est patientia, quam penitentia, *Dionys. Haliear. lib. 11.*

Debet enim Consiliarius status in mandatis dandis, & in negotijs resoluendis diligẽs
40 esse, ac sollicitus: cupiditatisq; alienus, exẽplo Marci Curij, qui in Samnytes bellum gerens, ab eorum legatis visus, quod in scãno assidebat, & vasis ligneis vtebatur: Samnytes argentea vasa ad eum miserunt: Quæ recensauit, dicens, malle se eis dominari, qui aurum, & argentum habent, quam argentũ, & aurum ipsum habere, vt per *Cassan. in catalogo gloriæ mundi par. 9. consid. 32.* sed *Plutarchus in vita Catonis* aliter historiam describit, dicens, *M. Curio, qui Princeps inter Romanos ferocissimas gentes subegit. Pyrrumq; de possessione Italiæ eiecit, post tres honestissimos Triumphos adiculam incoluit, vbi cum illum ad focum sedentem, & rapas coquentem legati Samnytum offendissent: magnumq; auri pondus darent: quo quamprimum repudiato: illis auro minimè opus esse, inquit, quibus cœna huiuscemodi satis esset: quisq; aurũ habentes vincere longè pulchrius, quam aurum habere iudicarent.* & Catonis sententia erat, *Publica commoda eius priuatis præferre.* Nihilominus ait *Cicero in orat. 5. in Verrem. quod nil est tam sanctũ, quod nõ violari, nil tam munitũ, quod non expugnari pecunia possit.* Sed quia Cicero ob pecuniã multa non facienda fecit, vt legitur in fine suarũ Operũ, in criminatione Salustij contra ipsũ, forsan ita ex sua conscientia loquutus est; & nõ, quod Viri insontes, & incorruptibiles, & timentes Deum, & eorum Regẽ, & honorem, & rationẽ status, non reperiantur, qui nec pecunia, nec Thesauris corrũpi possent.

41 Ratio status (quæ nil aliud est, quam scientia Regia, seu prudentia Politica) præcipuè consistit in vigore spiritus, & in experientia consomata in rebus publicis peragẽdis, nam qui sapiunt, bellum ęgeliter absoluũt, & pace qua possunt diutissime fruuntur. & ideo in magnis negotijs pertractãdis multitudo Consiliariorum nocere solet, & in huiusmodi negotijs non requiritur, quot sũt electi, sed qui. Homines enim magnæ experientiæ, potius quam alij liberè loquuntur, & senes, & non iuuenes sunt eligendi, indignantur quidem iuuenes per veteres semitas pertransire, & omnia noua sicuti spiritus eorum facere cupiunt, & leuem, sicuti & ipsi pleni sunt vento, & fumo. Experientia est filia memoriæ, quæ capacitatem dat: docet enim *Aristot. 1. Methaphis.* ex memoria fit hominibus Prudentia, quæ consistit in ratione practica, & in speculatiua, & non in vniuersalium cognitione solum, sed oportet singularia cognoscere, & in præcipiendo, & in sollicitudine: Tresq; partes habet, memoriam, intelligentiam, & prouidentiam, vt declarat *D. Thomas 2. 2. quæst. 47. artic. 2. & & seq.* & ideo ad capessendam hanc experiẽtiam nimis breuis vita hominis existit, quo-
42 niam liber magnus vocatur, cui sine doctrina diù quis non studet: meritò difficile est Principi Consiliariũ status totius perfectionis habere, veluti habere Rempublicam similem illi à Platone descriptæ impossibile est, aut Oratorem sicut Cicero adnotauit: vel Capitanium, sicuti Xenophons voluit, & sicuti describitur à *Bouadilla in politica tom. 2. lib. 4. cap. 2. num. 8. in fin. fol. 429.*

Conciliũ status personam Regis pręcipuè cõseruare debet, & nõ permittat, vt Rex personaliter pugnet, quia periculum esset vniuersale, dixit enim Vasti Marchio Generalis Exercitus Carolo V. exponenti se periculis in bello Tunesis de anno 1535. vt vexillo adhereat, quoniam in bellis principalis finis Regis est suam custodire salutem, ex qua totus dependet exercitus, quia Rex in pace non debet esse Iudex, nec in prælijs Capitaneus, sed Iudicibus, & Capitaneis præsidere tantum debet, & bonos pręmiare, malosq; punire, vt refert *Bouadilla in politica tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 27. fol. 151.* Rex enim est omnium salus, & Author, vt per *Lancellott. Conrad. in tract. de Imperatore §. 3. fol. 30. alter.* post *Paridem in tract. de duello. §. mortuo num. 40. & Luc. de Penna in l. 2. C. de Tironibus lib. 11.* & facit *§. Monarchiam 2. quæst. 4.*

43 Disponitur enim in *Iosue. 1.* vt Cõsiliarius status secretè teneat facta Concilij, nec parentibus

rentibus publicare, 1. *Regum* 10. *num.* 16. alias grauiter puniri debet, *l aliud in princ. ff. de pœn.* Bouadill. *in polit. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 29. *fol.* 429. & exemplum dedit Dominus noster in *Matth.* 20. ibi, *Ascendēs Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim Discipulos secretò, & ait illis &c.* Ecce quod negotia grauia secretū requirunt. Eorumq; secreta noscere, fas non est: quia aduersus ea perscrutātes, fulgura, & tonitrua sibi præparātur. Legitur enim apud *Maximū Valeriū*
44 *de institut. antiq.* tria fecisse Romanos domi ari, idest, *sanum Concilium in Republica, secreta tenendo: priuata paupertas: & dictis fuit pertinaciter inhærere, non frangendo fidem. Martinus Laudensis in tractatu de Consiliarijs Principum quæst.* 2. qui quidem *Author in quæst.* 10. *notat*; Consiliarium
45 Principis debere aduertere ad tria, quæ Rēpublicam destruunt. *Non prudens, neque digestum Concilium: priuatum commodum: & latens odium*; quem sequitur *Alberic. in l.* 1. *C. de Iustiniano Cod. componendo, & cap.* 1. *de re iud. in* 6. Huic enim Concilio standum, & credendum est in materia belli, *D. de Ponte in cons.* 13. *nu.* 12. *& seqq. vol.* 2.

Rex enim in eligēdo eos debet prius animaduertere de aliena natione, & sanguine non esse facillimè tenēdos, quoniam semper in eorum nationem inclinant, & Regnum in eorum nationem dare conantur, vt docet *sacra Pagina in Esther.* 16. *num.* 14. nec de nonissimis Populi, vt fecit Ieroboam, propter quod eius domus fuit deleta, & euersa. 3. *Regum cap.* 13. *in fine.* Nec audaces, ait enim *Eccles.* 8. *Cum audaci non eas in via, ne forte grauet mala sua in te.* quod intellige secundum declaratio: *D. Thom. in* 2. 2. *quæst.* 127. *artic.* 1. Debet ergo eligere illos, qui seipsos dignos in bellis ostenderunt, & gradatim ad dignitatis gradus deferantur, *l. vt gradatim.* 1. *ff. de munerib. & honor. l.* 2. *§. illud præcipue. C. de primicerio lib.* 11. & notabilis est *text. in l.* 1. *C. de Castrensiarijs lib.* 11. fallit tamen regula prædicta, quando quis ordine, vel tempore posterior, laborum cōparatione præcedentibus dignior iudicaretur, *l.* 7. *in princ. C. de proximis sacrorum scriniorum*: quia magnus Mars dicitur magnus miles, cui stipendium licitum debetur, *cap. nisi, & cap. militare.* 24. *quæst.* 1. Nec ad aliquos auphanos, aut loquaces oculos habeat: sunt enim aliqui exaltati, & minus Reipublicæ relucent, alij verò, qui vt aliquid appareant in loco conspicuo poni volunt. meritò dixit *Tacitus*, quod *Magistratus virū ostendit*, & talis habet officium, quod si non haberet dignior reputaretur, iuxta illud eius dem *Taciti, dignus esset Imperio, si non imperasset.* Et ex quo secundum *Senec. Non sūt magna, quæ ex paruis non surgunt*, docetq; *Iustinianus in §.* 1. *in auth. de moderatore Arabiæ. const.* 102. quod *qui humiles, & abiecti prius erant, neque vlli rei conuenienter idonei, postquam in priorem constituimus ordinem, & valentiores per omnia facti sunt, & ita rerum administrationem capessere caperunt, vt vniuersa in melius commutarentur*, & idem habetur in *§.* 1. *de Proconsule Palestinæ const.* 103. Iuliusq; Cæsar M. Agrippam ignobilem loco, bonum militia, & victoriæ socium geminatis Consulatibus extulit, *Tacitus in lib.* 1. *annal. circa princ.* & Deus permisit vt Saul perderet Asinas, easque perquirendo venit ad Samuelem, qui eum in Regem elegit, 1. *Regum* 9. tot tantaq; bella fecit, vt sermo fiat, *Num & Saul inter Prophetas (qui videns interpetratur*, 1. *Regum* 9. *&* 10. licet in *eod. lib. c.* 15. legatur, quod Deus elegit Saul in Regē, & inde penituit.)

Consiliarius status debitas debet habere proportiones, iuxta relatū de Phida, & Sula-
46 mene sculptoribus, qui duas statuas Mineruæ, ordine Atheniensium fecerant, & illa Phidiæ ex ebore constructa cubitorum 26. dignior fuit reputata, tanquam habens debitas proportiones in alto; docet enim *Gubernator Christianus Frater Io. Marquez in lib.* 1. *cap.* 3. *circa finē*, hos ministros, eligendos esse de doctioribus, vt Hispaniæ vtitur. Debetq; Consiliarius status aliena facta adamussim exquirere, & maximè Regno proxima, *Iudith.* 5. & si in eis viderint munitiones fieri, rumpant promissa, *Machabæorum cap.* 6. *in fine*, quoniam Præliorum delicta emendationem non recipiunt, *Cato apud Vegetium lib.* 1. *c.* 14. docuit enim *Polybius*, quod proprium huius Concilij est Hostium, Concilia intelligere, & sicuti Medicus potius cum
47 quiete, qua cum medicinis corpora sanat, ita & Concilium status potius cum quiete, quam cum bello pacem conseruare procuret, vt seditiones euitētur, *Gubern. Christian. in lib.* 1. *cap.* 22. *col.* 10. *fol.* 131. sed animaduertat ad illud *Exodi* 34. ibi, *Caue ne vnquā cum habitatoribus Terræ illius iungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam, sed Aras eorum destrue, cōfringe statuas, lucosq; succide.*
48 Qui *text.* docet cum Infidelibus amicitiam non esse habendam, nec confederationem, vt per optimè semper obseruauerunt, & obseruant Reges nostri, qui Turcbas, & infideles destruunt: Curet etiam vt Principes magis amentur, quam timeantur à Populis, & signanter à nouiter acquisitis, aie enim *Lucanus in lib.* 8. *eius farsalia. Nil pudet assue-*

tos scriptis militissima sors est. Regnorum sub
Rege nouo. Quoniam in antiquo Imperio ait
Tacitus lib.14. annal. cap.1. Vetustate Impe-
rij coalita est audacia. Ac etiam vt magnates
vnionem habeant inter ipsos, & quod Prin-
cipes non sint nimis largiores, sed absit quin
dicam, seruitia non esse remunsranda, siqui-
dem Rex Ferdinandus Aragoneus Equum_
suum strenue agitantem contra proditores,
sella, seù Ephippio, & freno, liberauit, *Pon-*
tan. cap. 36. de libert. quinimo secundum_
conditiones hominum remunerationes sunt
faciendæ, & Cæsar (teste *Cornelio Tacito in*
princ. ann.) *Militem donis, Populum anno-*
na, cunctos dulcedine otij pellexit, cæteri no-
bilium quanto quis seruitio promtior, opibus,
& honoribus extollerentur, vt nouis ex rebus
aucti, tuta, & præsentia, quam vetera, et peri-
culosa malunt. Est tamen verum, quod in
casu necessitatis Patrimonij Regalis, solu-
tiones, & mercedes istæ suspendi possunt, vt
euenit in anno 1613. quo tempore Stipen-
diarijs fuerunt suspensæ solutiones pro præ-
terito, consultationesq; videas per *D. Reg.*
Valenzuela in cons.99. & D. Rouitum in fine
suorum consiliorum vol.1. & fuit inde in anno
1630. valde controuersum inter Fiscum_,
& istos Intractenitos, seù Pensionarios, nam
prætendebat Fiscus ipsos esse consignatarios
puræ, & meræ gratiæ tantum, & ideo non_
posse eos concurrere super Arrendamentis
cum emptoribus annuorum introytuum_
super eis, cum sint isti creditores ex iustitia,
& pensionarij ex gratia; sed tantum super
augmento. Et è conuerso prætendebāt Pen-
sionarij ipsos esse creditores ex iustitia, &
debere præferri creditoribus ex emptione_
annuorum introytuum, ex præcipua ratione,
quia eorum custodia, & opera Regnum sal-
uatur, & custoditur, vt dicitur de refectione
nauis, & præsertim *Camillus de Curte in_*
diuersorio Iuris feudorum cap.9.num.18. ait,
istos habere ratam dominij, *Vincent. de_*
Franch. decis. 159. refellendo. Tandem fuit
eis liberata quædam quantitas in compu-
tum, vt in Regia Camera Summariæ in Ban-
ca de . . . . .

Concilium status negligat garrulationes
Plebis, & Regi veritatē pandat. *2. Regum 24.*
detractores Regis non curet, quia sufficit
Regi vindictam facere posse, & eis parcere,
secundum dispositionem *l. 1. C. si quis Im-*
perat. maledixerit, & ita fecit Saul, vt in *1.*
Regum 11. num. 13. Magnates enim vindi-
cati remanent, eo ipso quod cognoscitur,
posse se vindicare, vt per *Stephanum Guaz-*
zium in conuersat. ciuilibus lib. 2. fol. 136.
49 adducēs exemplum magnorum animalium
erga Catulos. Principum opiniones diuersæ
fuerunt erga detractores (sunt enim illi, qui
alienæ famæ denigratores sunt per verba, *D.*
Thom. 2. 2. quæst. 73. art. 1.) quoniam Alexan-
der illos deludebat, Augustus recōpensabat,
Tiberius dissimulabat; vt etiam disponitur
in *1. Regum c. 10. in fine*, & Titus spernebat.
Etenim, linguæ lubricum non facilè ad pœnā
est trahendum, *l. famosi. §. 3. ff. ad l. Iuliam*
Maiest. ait enim *Virgil. in 2. Æneid. Verbis*
odia aspera moui, hinc mihi primum mali
labes &c. magnanimus iniurias nō meminit,
Aristot. in 4. Æthicor. sed in *Exod. 22.* sta-
50 tuitur, non licere Principi maledicere. Sum-
mum enim iudiciū Deus dedit ei, cuius ius-
siones tollerandæ sunt, siue bonæ, siue malæ,
quemadmodum sterilitates, & cætera na-
turæ, mala tolleramus, *Cornelius Tacitus*
lib. 4. Histor. fol. mihi 805. & vide infra *vers.*
12. obser. 1. num. 127. circa hanc maledicen-
tiam_.
51 Simulationes fugiat Consiliarius status,
quia simulatio est vetus malū in Republica,
Tacit. in lib. 1. Histor. fol. 549. & alibi dixit,
pessimum inimicorum genus laudantes. De-
scribitur enim simulator diuersis nomini-
bus, alij Lupum pelle Ouina inuolutum vo-
cant. Hinc *D. Augustinus in princ. 7. tomi*
eius operum, ait, *Maledictum cor lupinum*
contectum ouina pelle. Alij vero Columbam
cum cauda Scorpionis, alij mel in ore, & ia-
cula in sinu habentem: & aliqui sepulchrum
dealbatum, vel pilolam zacchararam, & *D.*
Valenzuela in cons. 99. num. 76. post *Ioan.*
Gersonē in par. 4. & alios ibi relatos asserit,
quod qui Regibus consilium præstant, maius
gratiusq; seruitium illis præstare nō possunt,
52 *quam clarè, & prudenter dicere veritatem,*
nec offensam grauiorē facere, quam adulari,
In quo vis enim loco dissimulatio minorem
partem habere debet, quā in Concilio Prin-
cipis, nam sicuti Princeps debet esse liber,
ita Consiliariorum opiniones debent esse_
liberę, & veritas libera, vt subsistat, nam_
alias mendacium habet breuia crura, veritas
autem adeo fortis est: vt omnes hominum_
calliditates superet, *Æesch. contra Timar-*
chum. Attamen infelix humana calamitas
operatur, vt veritas odium pariat: & in_
Paralipomenon. 2. cap. 25. num. 16. habetur,
quod *aduertens Regis errores; inciait in pe-*
riculum ne occidatur. Hinc est veritatem in
Palatia ingredi non posse, nisi furtiuè, & per
fenestras, contra institutū Domini in *Iudith*
5. nu. 5. mandantis, *vllum verbū falsum esse*
dicendum coram Principe informationem de
aliqua re perquirente. & *Plutarchus in vita*
Anibalis, ait, *perpetuum, malum adulatio-*

nem

nem esse in Regem.

Præcipuum Officium Concilij istius erga Regem est, illum consulere, ad Prouincias gubernandas viros insontes transmittere: & ideo Carolus V. (fęlicis memoriæ) eius filiũ Philippum II. admonuit, quod & si faciem suam in omnibus Prouincijs videri facere, non erat possibile, ostenderet se cum authoritate, & iustitia, in transmittendo Gubernantes insontes, & peritos, ne subditi habeāt locum querelæ, dixit enim *Tacit. in lib. 3. annal. sub num. 6. Non ne plerosq; varijs libidinibus obnoxios, non tamen ideo neminē in Prouinciam mitti. corruptos sæpè prauitatibus vxorum maritos, num ergo omnes Cœlibes integros: placuisse quondam oppias leges sic temporibus Reipublicæ postulationibus: remissum aliquid postea, & mitigatum, quia expedient*.

Et *Diuus Chrisostomus in oratione de Regno, & Tirannide*, ait, quod *Principatus temere administratus est velut nauis absque Gubernatore, quæ sæpius aberrat, nemine eam detinente in Pelago, sed forte fortuna aeris tranquillitate fruitur, quam parua exorta procella, atque vnus facilis fluctus submergit*. In Regnis sicuti in magno corpore, semper aliqua pars pondere ipso tumescit, quam recidi quidem non oportet, sed leuiter curari *Iosepho in lib. 1. de bello Iud.*

Hinc est, quod sacra Pagina in 1. *Machabeorum* 14. *in fine* docet, & notat *Bouadill. in politica tom. 2 lib. 4. cap. 2. nu 32. fol. 441.* vt Concilium status Principis errata nocet, ne successores in ea reincidant: aduertens eum ne potentiæ magnitudine abutatur, sed clemēter, & leniter subiectos gubernare. *Esther* 13. Possunt enim Consiliarij reprehendere Regem non bene loquentem 3. *Regum cap. 22. num. 9.* eumq; consulere ad præstandam audientiam subditis, maiestatem tamen re-

53 giam conseruando, quia regnare est seruire in tribus speciebus .i. seruire sanatui supponendo se eius Concilijs: seruire omnibus in appetendo publicum bonum: & seruire particularibus in redendo ius cuilibet, & eos ab iniustitia defendendo: Idcirco ab aliquibus vita Principis, gloriosa miseria appellata fuit: ab alijs vero nobilis seruitus, vocando bonum Regem seruum publicum: & à Tiberio Cæsare fuit Imperium denominatum Animal Magnum, stantibus extremis laboribus, vt per *Stephanum Guazzium in ciuilibus conuersationibus lib. 2. fol. 135. ater*.

Et præcipuè curare debet hoc Conciliũ, vt Princeps religionem augeat, quia inimici eijciuntur potius precibus orando, quam ferro pugnando, *Iudith. 4. num. 13.* & anima Populi pendet à Sacerdotibus, *Iudith. 8. nu. 21.* meritò si bella irruunt, ad eos recurrēdum, *Machabeor. 7. & Liui. 1. dec lib. 5.* ait, *Omnia prospera euenisse sequentibus Deum, aduersa spernentibus*. Templa enim omni tempore conseruata fuere contra voluntatem Militum, *Titusliuius deca. 1. lib. 1. & 5.*

54 Et vt Populos non exenuet, aut insuetas, vel magnas expensas faciat, ne quod dixit *Tacit. in 2. lib. Annalium*, eueniat. *Si Erarii exhaserimus, per scelera supplendum erit*. & alibi in *lib. 4. Histor. sub num. 8. & 17.* ait,

55 *Aurum, & opes præcipuè bellorum causa, nam neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendijs, neque stipendia sine tributis haberi queunt*. Quia imminentium periculorum remediũ est ipsa pecunia, quæ immensa inter ciuiles discordias terrore valido. *Idemque in lib. 2. Histor. sub nu. 8.* ait, *Quod Aurum est neruus belli*. curiosissimè comprobat *Alexander Tassonus in lib. 8. cap. 38. in libro ditto li pensieri del Tassone*.

56 Hinc *Afflict. in constit. Regni Seire volumus. num. 8.* affirmat Constitutionem illam conseruantem bona patrimonialia Regis, nō ex causa auaritiæ, sed ob causam, & vtilitatem publicā fuisse conditam, nam pro conseruandis bonis Regis debent etiam subditi inuigilare, quia conseruant eorum Regem, nefas enim ducimus Regis læsiones videre, 1. *Esdra. 4. num. 14.* & ideo etiam si Rex sua culpa depauperatur, subditi tenentur adiuuare, quia bonum publicum euenit *Diana resolut. moral. tract. 3. de parla. resol. 4. fol. 92.* quoniam Rex diues existens, nō cogitat ponere manus ad iniquitates contra subditos; docuit enim *Basil. in pranet.* quod *pecunia non ex oppressione, aut lacrymis subditorum corrodenda sunt*, & sequitur *Gubern. Christian. lib. 1. cap. 16. fol. 6.* licitæ enim diuitiæ Christianis sunt, vt docet *Illustriss. Cardin. Bellarmin. in 4. tomo disput. fol. 1158. in lib. 3. de bonis in partic. cap. 10.* cum eis conseruatur Imperium, & arces capiuntur. est verum, quod *D. Thomas in 2. 2. quæst. 83. art. 5. vers. respondeo*, ait, quod *Diuitiæ, Honores, Regna, & sumptuosa coniugia, multis exitio fuere*. Futura præuidere, & aliena gesta inuestigare debet hoc Concilium, & caueat esse opinionis, Principē sine eo viuere nō posse, vt ait *Polibius in lib. 5. Ea est Principum conditio, vt quicquid ipsi faciunt, alijs iubere videantur*, vt per *Quintilianum in declam. 19.*

Et tandem pacem conseruare, & bellum aufugere in quantum est possibile, debet. Bellum enim est mater omnium vitiorum, quo

ex eo nutriuntur, & vigent eiuſque mala
refert *Bouadilla in politica tom.2.lib.4. cap.
2.num.6.fol.427.* Pax vero conſeruat Regna,
& vbi perpetua concordia, ereſcit imperiũ,
Liu.in lib.5. licet *Ioſeph in lib.2.de Bello Iu-
daico c.11.* dixerit, *Inſolitaſere creſcere ſolet
in rebus quietis.* Sed Pax bona inducit multa,
& (vltra alia) diſcordias remouet, & tran-
quillam quietem inducit, ſtatum perſona-
rum, ac Ciuitatum augmentat, honeſtatem
affert, diuitias præparat, Dei, ac Regum
gratiam tribuit, ſuperbiam vnius cuiuſque
excludit, auaritiam cuiuſque repellit, hono-
rem honoratis adiungit, non dum honoratis
præparat, Deo ad ſeruiendum cuiuſque ani-
mum incitat, fructum affectat, expoſtulatũ,
vel affectatum facit acquirere, ſeù nanciſci;
vt per *Bal.in §.fin. de pace conſtant.* nemoq;
57 debet eſſe adeo promptus ad arma, ne po-
tius quietis pretium, quam periculi malit, vt
docet *Tacit.* in 4. *lib. Hiſtor. ſub 18. obſeru.*
& alias dixit, *In turbas, & diſcordias, peſſi-
mo cuique plurima vis: Pax, & quies bonis
58 artibus indigent: Bellorum iniquiſſima cõ-
ditio eſt, proſpera omnia ſibi vendicant, ad-
uerſa vni imputantur:* vt eſt videre in *Iulij
Agricola vita ſub nu.9.*& per *Dion.Halicar.
lib.8.* Multa enim bella impetu valida, inde
per tedia, & moras euaneſcunt, vt per eun-
dem *Tacitum in lib.2. Hiſtoriarũ.* Habemus
2.*Regum 11.num.2.* quod euentus Belli va-
59 rius eſt; & merito in quantum fieri poteſt,
fugiendum eſt, quod præcognoſcẽs Tiberius
Cæſar, plus eum præcedentia, quam cum
60 viribus ſe gerebat, & Germanico ſcribens,
gloriabatur de hoc, eumq; perſuadens noua
cum conſilio, & aſtutia tentare, & bella, &
arma longinqua tenere, vt in 2. *annalium
Taciti.* Si vero neceſſitas indicendi bellum
vrgeat, caueant oe iniuſtè iudicetur, quoniã
ex bello iuſto proſperi euentus ſperari à Deo
poſſunt, ex iniuſto autẽ aduerſa, *Gubernator
Chriſtianus in lib.2. cap.27.* ait enim *Diuus
Auguſtinus in Epiſt. 194.* Quando pugna-
tur, Deus ſpectat, partem quam inſpicit iu-
ſtam, ibi dat palmam. & Bella iuſta indici
poſſe docet *Cardinal.Bellarminus in 2.tom.
diſputat. fol. 476. ſub tit. de laicis lib. 3. cap.
14. & in cap. ſeq.* Iuſtaſq; cauſas declarat, ſi
quæ bellum erit iniendum, faciant præpara-
tiones ſecundum tradita in *Iudith.* 2.& ſi no-
ua inſtrumenta bellica, & hoſtibus incogni-
ta, ac inuſitata inueniantur, magnum inimi-
cis terrorẽ afferunt *Xenophont. de præl.Ciri
lib.1.* ſed *D.Thomas in 2. 2. quæſt.40. artic.1.*
docet, tria requiri, vt bellum ſit iuſtum. Pri-
mo, Principis ſuperioritatem. Secundo, cau-
ſam iuſtam. & Tertio, bellantium rectam
intentionem, ideſt vt ſequatur pax.

Poſtremo Concilij ſtatus cura erit de Prin-
cipis perſona, tam in proſperis, quam in ad-
uerſis fortunis, & cum de ſalute Regis time-
tur, creduli eſſe debent, *Q. Curſius lib. 6.*
eumque conſulere in omnibus caſibus, vt in
2. *Regũ* 12. diligenterq; præcepta adimple-
re, alias paulatim mala creſcunt contra
Regem. 1. *Eſdra.4. num.22.* eumque in affli-
ctionibus cogere ad edendum, & bibendum
1. *Regum cap.28. in fine, & 2.Regum cap.2.
nu.17.* zelus enim, & vnio ſunt effectus amo-
ris, & in triſtitijs amicus condolens eſt con-
ſolator, D. *Thomas 2.2. quæſt.28. artic.4. &
quæſt.28. art.3.*

Quo vero ad iuriſdictionem iſtius Conci-
lij ſtatus, prætenditur eſſe Tribunal forma-
tum, & habere iuriſdictionem ciuilem, & cri-
minalem in eius ſubditos, ſed *Frecc.in lib.3.
de ſubfeud. in 1. different. feudorum titula-
torum num. 20. circa finem fol.* 430. ait, hos
dominos nullam habere iuriſdictionem, niſi
quatenus Dominus Prorex aliquid eis dele-
gat, vel committit, & in Collaterali Concilio
aſſiſtunt, quatenus res Bellicæ tractantur, &
non vltra. Siq; ad videndum loca differentiæ
aliquæ bellicam materiam concernentia
61 accedit, quilibet ex Dominis prædictis exi-
git acceſſum duc.20. pro quolibet die, *D.Ro-
uitus in Pragmat.6. num.5. de commiſſ. non
deſtin.* in anno 1619. quando ad Monaſteriũ
Sancti Martini ſupra Neapolim acceſſerunt
Domini Conſiliarij ſtatus ad decidendum
differentias dicti Monaſterij cum Caſtro S.
Eraſmi, quoad muros, fuerunt ſoluti ducati
decẽ pro quolibet; & Dominis Regentibus
Regiam Cancellariam fuerunt ſoluti ducati
quatuor pro quolibet. Et inter alios Conſi-
liarios ſtatus extitit D.Princeps Aſcoli. Nota
tamen, quod dicta Collateralium, tam Mili-
tum, quam Doctorum non erat niſi duc.10.
pro quolibet die: & D. Comes Mirandæ al-
terauit in duc. 500. pro quolibet menſe,
ſed cum ita continuaue: at D. Comes Oli-
uares; per ſuam Maieſtatem prohibitum
fuit non alterari, vt per *literas particulares
illius temporis.*

Multas habent prærogatiuas, & Gagia
Domini iſti, ſed immunitatem Gabellarum
impoſitarum, vel imponendarum per Curiã,
vel per Ciuitatem non habent, vt per *Ma-
ſtrill.in decis.156.*

Nec prætereã *Taciti præceptum in lib. 1.
annalium circa principium.* qui ne dum Rex,
ſed eius Concilium ſtatus curare debent, ne
Magiſtratus auaritia cupidi, Populos oppri-
mant, aut ſi rectã iuſtitiã non exerceant, qm
periculum eſſet vacillandi, ſicuti euenit tem-

pore naſcentis Imperij Iulij Cæſaris, vt ibid. curareq; debet vt Officiales intus Ciuitatē vbi frequentia eſt hominū, habitent, domuſq; ædificent pro communi vtilitate, *l. ſingulorum. 7. C. de ædific. priuat.* Gubernia q; eſſe danda illis, qui ſecundum legem eorum conditionum, maiora appetere nequeunt, & ita Carolus Quintus Philippum Secundum eius filium admonuit.

Et num hoc Concilium debet fieri tempore diei, vel noctis, diſputat *Polydor. Ripa in tract. de nocturno tempore cap. 10.* & inclinare videtur, debere fieri tempore nocturno, ex quo in eo magis ſedati animi videtur quies, licet *gloſ. in verb. matutino. in §. ſedebunt. in auth. de Iudicibus.* dicat, de die eſſe iudicandum ex neceſſitate: ſed de nocte ex voluntate. Perpendereq; poterit *Tucida in lib. 1.* dictum. *Proſpera fortuna vtentibus, ingens vecordia bellum gerere*, & nimium curandum eſt futuros inſultus præuidere: ait *Ioſeph de bello Iudaico lib. 2. cap. 16. Bonum eſt, dum adhuc ſtat nauis in portu præcauere tempeſtatem futuram, & non eo tempore, quo in medias irrueris procellas trepidare. plus enim virtute quam viribus in rebus bellicis eſt gerendum Flau. Voſp.*

Et tandem Conſiliarij ſtatus dato eorum voto, debent acquieſcere, & non oſtinatos ſe oſtendere, ſicuti Achitophel, qui laqueo ſe ſuſpendit, ex quo Abſalon eius Conſilium non fuit ſequutus contra Dauid patrem ſuū, *2. Regum cap. 17. num. 23.* talis enim ſuæ opinioni inherens ab omnibus odio habetur, vt notat *Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 7. in princ.* & vide infra hic *num. 92.* Caueantq; ne cauſas Religionis per rationem ſtatus tractent, vt aduertit *Gubernator Chriſtianus Frater Io. Marquez. in lib. 2. cap. 34.* alias in mala ibi enumerata incidere poſſent.

CONCILIVM II.

Secundum eſt Concilium Collaterale ad latus D. Proregis in Palatio ipſius aſſiſtens. Cumque de eo infra ſuo loco *verſ. 7. obſer. 3.* aptius dicendum venit, ideò ad locum prædictum eſt decurrendum pro indagatione, origine, & poteſtate huius ſupremi Ordinis.

CONCILIVM III.

Tertium eſt Concilium olim dictum de Sancta Clara, ex quo in eius principio de
62 anno 1445. regnante Alphonſo Primo Aragonio (à quo fuit introductum ad ſimilitudinem Regni Aragoniæ cuius erat Rex, & fuit primus Rex Hiſpanus, qui Hiſpanos introduxit in hoc Regnum) regebatur in Monaſterio Sanctæ Claræ, vbi ſtetit vſque ad annum 1539. quo quidem tempore à D. Don Petro de Toledo Prorege in maiorem formā redactum fuit vna cum alijs Tribunalibus in Caſtro Capuanę, & merito hodie denominatur Sacrum Concilium Capuanæ: & Principis perſonam repreſentat, *Vinc. de Franch. in deciſ. 5.* Cumque in eo Primus præfuit prędictus Rex Alphonſus ſupplicationes dabantur cum titulo Sacræ Regiæ Maieſtati; merito Titulus iſte fuit, & eſt continuatus in ſucceſſores Præſidentes. Prout etiam ſeruatur in Regia Hydruntina Audientia, ex quo in ea ſimiliter prę ſuit Rex Alphonſus Secundus, & quoniam inde diuiſa fuit cum Regia Audientia Barenſi, in vtraque ſeruatur ita, ex quo diuiſio non tollit priuilegia, vt infra
63 in *verſ. 12. obſer. 1. num. 91.* Princeps etiam eſt de numero Conſiliariorū ſuorum, & caput Senatus, *l. ius Senatorum. C. de dignitat. lib. 12.* vbi *Luc. de Pen.* ideoq; Conſiliarios
64 honorare debet ad hoc, vt ipſi honorēt eum, iuxta illud *Oratoris Domitij. Cur ego te, (inquit) habeam vt Principem, cum tu me non habeas, vt Senatorem? cap. ideo ſubiectus. 95. diſtinct.* cauſa quidem occiſionis Cæſaris Auguſti euenit, ex minuſpretio Senatorum,
65 vt alias diximus. Conſiliarij verè ſunt Aſſeſſores Principum, vt probatur in *l. 3. cum gloſ. C. de Aſſeſſoribus*; & meritò Sacrum hoc Concilium Proregibus dat titulum Illu-
66 ſtris tantum, prout dant Reges, & dicitur ſacrum, ex quo Rex illud incepit, & præfuit, & quoniam Rex vngitur ſacra vnctione, ideo Sacrum dicitur eius Concilium, vt per *D. Tapiam in rub. de offic. S. C. num. 8.* vbi pulchram declarationem videbis, & alias per *Bouadill. in politica tom. 1. lib. 2. cap. 6. nu. 2. fol. 373. & nu. 10. in fin. fol. 378.* Sunt enim
66 iſti Patres Principis, *§. filiusfamilias. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſol. & in authent. conſtitutio, quæ de dignitatibus in princ.* & loco patris à Principe coluntur *Eſther. 16. nu. 11. & l. fin. C. de Conſulibus lib. 12.*
67 Aduertant ergo Principes ne permittant imperitos ad talem Magiſtratum venire, ſicuti nec Imperiti ipſi ad illum aſpirare, ſecundum *Diuum Gregorium in lib. 1. Paſtoralis cura. cap. 1.* & infra hic *num. 103. in fine.* Debent autem eligi perſonæ deſcriptæ, ſecundum *Nicolaum Vigellium in l. 2. digeſtorum par. 1. cap. 1. fol. 55. & ſeqq.* verum perſona à Rege electa, recuſare non debet, ſicuti Epiſcopatum iniunctum recuſare non licet, quia otium noſtrum publicę vtilitati, vel neceſſitati non debemus præferre. *D. Thomas 2. 2. quæſt. 185. artic. 1.* vbi etiam declarat,

quomodo sit intelligendum illud, qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Notatur enim in recusando officium, humilitas, in acceptando, obedientia, in exercendo, fidelitas, & in exequendo, dexteritas, & industria, ait *Tobia.* 1. *num.* 13. *Quod à Deo veniunt officia ob bonam vitam, ob quam invenitur gratia apud Regem.* Fuit huic Sacro Concilio destinata sedes in hac fidelissima Ciuitate Neapolis, tanquam matre, & Me-
68 tropoli omnium Ciuitatum Regni, *prag.* 2. *de offic. Sac. Cons.* & vigore *cap. Philippi II. de anno* 1558. *in Priuileg. & Capit. Neap. fol.* 159. Præsidens est ad electionem Regis, & duę partes Consiliariorum Regnicolę, tertia vero ad electionē Regis constitui potest, & consistit hodie in 23. Consiliarijs, qui in quatuor resident Aulis, idest quinque pro qualibet Aula, nam duo alij resident in Mag. Cur. Vic. criminali ad moderandum rigorē ipsius, vt in *pragmat.* 2. *in fine de offic. S. C. vers. nunc verò*, & notat *D. de Franch. in decis.* 148. *in fine.* & vide infra hic *num.* 168. & alter est pro administranda iustitia in Ciuitate Capuę, & singulo biennio mutatur, sed tempore Ferdinandi Primi, Consiliarij nouem, & vnus Præsidens erant, *pragmat.* 2. *nu.* 4. *vers. igitur de offic. S.C.* postea verò auctus fuit numerus in duobus alijs à Carolo V. in anno 1536. vt in *pragmat.* 41. *de offic. S. C. & in cap.* 4. *in Priuileg. & Capit. Neap. fol.* 103. (& in *cap. praecedenti* etiam ordinatur, vt ne dum singulo triennio visitētur, sed crebrius, si id fieri oportuerit.) & inde factus fuerat numerus duodenarius, quorum duo in M.C.V. assistunt alternatim singulo biennio, vel plus ad Protegis arbitrium, *vt in d. prag.* 2. *in fin. num.* 5. salarium istorum DD. erat duc. 500. & à Carolo V. in anno 1536. fuit auctum in centum alijs ducatis, vt in *cap.* 4. *in Priuileg. & Capit. Neapol. fol.* 102. *alter.* sed in anno 1626. fuit auctum ad duc. mille, vt infra.

Præest eis vnus pro capite, qui vocatur Præsidens S.R.C. de quo infra hic videbimus, eiusq; potestates recēsentur in numero 112.

Hoc S. C. reiectis subtilitatibus sola facti veritate inspecta iudicat, prout in *Regia Pragmatica* 1. *de ordine Iudic.* de qua clausula vide per *Gail. pract. obseru. lib.* 1. *obser.* 42. *numer.* 2. ac ęquitati nimium innititur *Ioan. Franc. de Ponte in consil.* 83. *num.* 4. *volum.* 2. quia plus veritas quam scriptura attenditur, *l.* 2. *C. de emancip. liber.* (æquitas est virtus, quia nō definit iustum simpliciter, sed iustum, quod est lege determinatum: nec etiam opponitur seueritati, quem sequitur *D. Thom.* 2. 2. *quaest.* 119. *art.* 1.) nimiumq; maturè, benignè, ac plenè partes audit, eas-
69 que; determinat iuxta illud, *bona Concilia mora valescunt, sicuti scelera impetu, Tacit. in lib.* 1. *historiarum fol. mihi* 561. quia satis celeriter fit, quicquid cōmodè geritur *Sext. Aurel. vict.* Præcipuèq; mouere se debet non ex plena probatione, sed considerata honestate Agentis, & eius, qui conuenitur, & quantitate rei petitæ, *Andr. in cap.* 1. *§. est autem num.* 5. *circa fin. de contro. inuest. & in §. si autem. eod. tit.* & si distinctionem magnā præcognoscet, potest suadere concordiam, & non per hoc erit suspectum, quia non tollit ius parti, *l. ex stipulatione.* 7. *C. de sentent. & interlocut. omn. iudic.* Causas vero graues in exitu Consilij non faciat, vt aduertit magnus ille expers *D. de Franch. in decis.* 549. *nu.* 2. *in fine*, & dicitur Iudex veritatis, maximè in causis Ecclesiarum, idem de *Franch. in decis.* 163. *num.* 10.

70 Decisiones huius S.C. legem in Regno nostro faciunt. iuxta dispositā in *l.* 2. *C. de offic. Praefecti Praetorio Orientis*, & notat *Vinc. de Franch. in decis.* 90. *num.* 5. *& Afflict. in decis.* 169. *&* 190. *in fine, &* 383. *circa finē*: Tu autem vide *text. in l. non ambigitur.* 9. *ff. de legib.* vbi de veritate huius quæsiti, & plenius disputatum in *praludijs extrauagātium Io.* 22. *in vers. decisiones Rota*, vbi quid agendum quando hæ decisiones essent inter
71 se contrariæ. Iudicesq; inferiores Regni iudicare tenentur, vt iste Senatus iudicauit, *Aluar. Valasc. in consultat.* 68. *num.* 3. *vers. verum*, facitq; *text. in l.* 1. *circa finem. C. de veter. iur. enucleando.* ibi, *Debere omnes Ciuitates consuetudines Roma sequi, & leges, qua caput est Orbis terrarum, nō ipsam alias Ciuitates, Roma autem non solum veterem: sed etiam Regiam nostram.* Vtiturq; S.C. arbitrio, stante quod Principis personā repręsentat, vt supra diximus, eiusque arbitrium in multis casibus exercet, vt infra *versic.* 12. *obseruat.* 2. *num.* 20. notabitur, vbi omnino videas, eiusq; stylus pro lege habetur, *cap. ex litteris. de constit. & Gail. lib.* 1. *obseruat. in obseruat.* 1. *in princ.*

72 Sacrum hoc Concilium authoritatem, & iurisdictionem in omnes personas habet, ac etiam super omnibus causis inter priuatos vertentibus, & in quibus de interesse Regij Patrimonij non agitur: quoniam in eis Regia Camera est Iudex competens, vt infra videbimus *nu.* 137. in materia dicti Tribunalis Regiæ Cameræ: in criminalibus vero causis principaliter cognoscere non potest, nisi quo ad nullitates processus, prout notat *Andr. Gail. obseruat. lib.* 1. *obseruat.* 1. *nu.* 28. (vbi etiam habes 34. casus speciales, in qui-

bus

bus S.C. cognofcit principaliter) fed cognofcit appellationes tantum, vt per *Vinc. de Franch. in decif.* 601. *num.* 5. in quibus adnerte, quod fi inquifiti non allegauerint affirmatiuam, vel negatiuam in M.C.V. non admittitur talis exceptio in S. C. nifi cum maxima causæ cognitione *pragmat.* 44. *circa medium de officio Sacr. Conf.* Anthoritas huius S.C. eft magna, etiam extra Regnum, nam eius decifiones deterrent eximios Doctores, vt teftatur *Dec. in conf.* 179. *in princ.* & præcipuè ex doctiffimis decifionibus *Afflicti, Capyeij, Grammatici, Minadois, Vincentij de Franchis, & Gizzarelli,* & nouiffimè *Regentis Tapia Ill. Marchionis Belmôtis.* Hoc enim S. C. in forma Tribunalis nemini obuiam vadit, nifi Regi (quia in fimilitudinem Tribunalis Rex adoratur 4. *Regũ cap.* 10. *num.* 13. Princeps enim adoratur, fed alij falutantur, *l.* 1. *cum glof. C. de filentiarijs lib.* 12.) aut Collaterali Regis, vel Proregi: Hinc eft, quod Sereniffimum Principem Philibertum filium D. Ducis Sabaudiæ confanguineum Regis noftri, in forma Tribunalis vnite falutauit. Idemque fecit de menfe Augufti 1630. quãdo Sereniffima Infans Maria de Auftria foror Regis noftri, & Hungariæ Regina per Neapolim tranfiuit ad eius maritum Regem Hungariæ filium Diui Imperatoris Ferdinandi de Auftria eundo, prout etiam fecit Collaterale Confilium, & omnes Magnates. Quorum aliquibus fecit gratiam, vt eius manum ofculari digni effent. Sed dum in anno 1627. Romã petierit Nauarræ Comeftabulus filius Illuftriff. & Excellentiff. D. Ducis Aluæ tunc Regni Proregis vti Orator extraordinarius Regis noftri ad Summum Pontificem Vrbanum VIII. & inde Neapolim venit ad eius Patrem: eumque ad eum falutandũ accefferunt Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ coniunctim, & fic inde Tribunal M.C.V. fuit dubitatum, an S.C. idẽ facere debebat, & vnitis omnibus Confiliarijs quatuor Aularum, fuit conclufum negatiuè: Sed quod diuifim finguli Confiliarij ad falutandum prædictum Dominum diuifim accederent: & ita fuit exequutum. Et diuerfitatis ratio effe poteft, quia Tribunalia Regiæ Cameræ, & M.C.V. funt tanquam Ordinarij; fed Sacrum Concilium eft Principis, vt per *Lancellottum Conradum in lib.* 2. *cap.* 1. *de Pontifice Maximo. verf. Confiftorium fol.* 138.

73 Totum Sacrum Concilium vnitum iurifdictionem ordinariam habet, & non delegatam (vt aliqui putauerunt) *Anton. Corfet. in tract. de poteftate Regia. part. vlt. num.* 56. *in tractatibus tom.* 16, *fol.* 143. & ex narratis in fupplicationibus iurifdictionem fumit, & cõtinentias caufarum non diuidit, *Andr. Gaill. pract. obferuat. lib.* 1. *obferuat.* 31. *&* 32. & ipfum iniuriantem cognofcit, idem in *obfer.*

74 39. Sed Confiliarij finguli abfque cõmiffione Principis, feù Præfidentis, non poffunt de caufis cognofcere, *Couarru. pract. qq. cap.* 9. *num.* 3. *& D. Rouitus in rubr. de offic. S. C. num.* 4. mihi autem videtur poffe dici, effe ad fimilitudinem fex Lictorum, qui Romæ Proconfuli adiuncti fuerunt, & iurifdictionẽ delegatam habebant, vt fupra dixi *verfic.* 2. *obfer.* 2. *num.* 7. Singulifq; diebus non feriatis vnitur hoc S.C. in Caftro Capuano, vbi & alia Tribunalia Regiæ Cameræ Summariæ, Mag. Cur. Vic. ciuilis, & criminalis, & aliorum etiam adfunt, & de mane ad fignum campanæ ordinatum ex circumfpectione Illuftriff. Cardinalis Zapatæ Locũtenentis Regni fub die 1. Maij 1622. conueniunt, & audita miffa per tres horas caufarum expeditioni vacant. Sed congruum effet obferuare laudabilem confuetudinem in Cathaloniæ Senatu obferuatam, in quo vnus ex Senatoribus fingulis diebus antequam hij conuocati negotijs intendant, folet quadam deuota oratione nomine omnium cõgregatorum diuinum Numen implorare, vt Deus femper benedictus dignetur fuæ congregationi affiftere, & à recto tramite eos deuiari non finat, vt refert *Fontanell. de pact. nuptial. par* 1. *claus.* 2. *in fine.* & feruari in Prouincia Marchiæ teftatur *Stephan. Gratian. in decif.* 1. *nu.* 22. quod in hoc fupremo Senatu fpeculo omniũ Tribunalium, aliquando fore feruandum fperatur: dum omne datum optimum, & donum perfectum de furfum eft defcendens ex Patre luminum.

75 In hoc Sacrum Confilium, & eius Salam, feù Cameram nemo ingredi poteft cum armis, vt videbis infra *verf.* 7. *obfer.* 3. *num.* 36. & fi aliquis ex Regijs Confiliarijs fine hærede decefferit, fuccedit S.C. exclufo Fifco, *l.* 1. *C. de hæredi. Decurio.* vbi *Bart. & Mart. Laudenf. in tract. de Confiliarijs Princ. q.* 5. *& in alio tractatu de Princip. quæft.* 505. *Vincent. de Franch. in decif.* 198. *num.* 3. vbi agit de fucceffione Expofiti, quibus fuccedit Hofpitale, vt ibidem, & nutrientes non fuccedũt nutritis, *l. nutritoribus.* 10. *C. commun. fucceff.* quod intellige in expofitis in Hofpitale, fed fi aliquis effet in domo alicuius particularis expofitus, & ab illo nutriretur, ille particularis fuccederet, vt fuccedit Hofpitale, ex rationibus, & iuribus eifdem. Sed an

76 vxor excludat tale Collegiũ? declarat *Bart. in l.* 1. *C. vnde vir. & vxor.* Vxor enim excludit etiam Fifcum in fucceffione mariti fe

suffocantis, *Mastrill. in decis.* 223. iuxtaq; se porest *auth. praterea. C. unde vir. et uxor.* quæ non esse correcta *Vincent. de Franch. in decis.* 318. *Caphal. cons.* 244. *vol.* 2. Quinimo & Officiali decedenti sine hærede, Officialis Collega succedit in certam portionem, *l. Officialis. C. de Episc. & Cler.* & vide titulum C. *lib.* 10. *quando, & quibus quarta pars debeatur.*

Sententiæ S.C. executionem paratam habent manuq; armata executioni demandantur, *pragmat.* 5. *de offic. S.C.* & reclamatio ab eis non impedit executionem, *auth. quæ supplicatio. C. de prec. Imper. offer.* quod intellige, etiam si cõpilatus reperiretur processus in causa reclamationis, *Vincent. de Franch. in decis.* 290. Reclamatio executionem in multis casibus non impedit, imo nec admittitur, puta à decretis Præcedentiæ in Processionibus, vt in *Sac. Concil. Trid. sess.* 25. *cap.* 13. *Decision. Marchia* 232. *& Panzirol. in cons.* 24. sicuti nec à decretis capit. Regni vt infra *vers.* 13. *obser.* 2. *num.* 102. nec à decretis declarantibus nullitates non obstare, vt ex *pragmatica edita per D. Comitem de Lemos de anno* 1612. *dicta delli* 28. *capi*, nec & à decretis suspitionum Iudicum, secundum alias *pragmaticas eiusdem Proregis de anno* 1611. & fortius dico, quod nec D. Prorex potest impedire executiones prædictarum sententiarum, vt est videre supra *vers.* 2. *obser.* 2. *num.* 118.

77 Consiliarij vltra requisita in *pragm.* 1. *&* 2. *de offic. Sac. Cons. & in l.* 6. *C. ad l. Iul. repetund. & in l.* 2. *C. de dignit. & in l.* 5. *ff. de Decurio.* & per *Gubern. Christian. in lib.* 2. *cap.* 20. *col.* 7. *fol.* 119. *& Bouadill. in Politica tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 6. (vbi quod secundũ Pictagoram potius benigni quam prudẽtes) intus Ciuitatem vbi frequentia hominum adest habitare, vel domos ędificare tenentur, *l. singulorum.* 7. *C. de ædific. priuat. Io. Franc. de Ponte de potest. Proreg. fol.* 124. *nu.* 10. *in* §. 6. *de elect. offic.* suntq; legum obseruatores, quia competentius maior est in illis, qui Rempublicam tractant, quam in illis, qui nullam habent partem, præter obedientiam: ad eos enim recurrunt homines, tanquam ad iustitiam animatam, vt per *Arist. in* 5. *Æthicor.* & bene se gerentes clamorosis vocibus Populi acclamantur, *l.* 1. *cum glos. C. de quastoribus lib.* 12. Idcirco debent esse liberi, & nõ simulati, *cap. fundamentum. de elect. in* 6. Philippus autem Rex Macedoniæ statim quod detexit Officialem quemdam nomine Ceus mentum, seu barbam sibi tingentem, ab officio remouit, dicendo, non posse fidelem esse in publicis rebus illum, qui in proprio mento fidelis non est, ita refert *Stephanus Guazzi in ciuilibus conuersationibus lib.* 2. *fol.* 135. *ater.* quod valde exclamat *Bouadill. in politica tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 49. *fol.* 48. & Turnus aduersus Æneam exclamabat, (vt p *Virgiliũ in Æneidos* 12.) *Semiuiri Phrygis. & fadare puluere crines vibratos callido ferro mirraq; madentes.* *Et Cicero in* 2. *de offic.* dixit, *Totius enim iustitia nulla capitalior est, quam eorum, qui cum maximè fallunt, id tamen agunt, vt viri boni esse videantur.*

78 Solent enim mali Consiliarij bona figurare mala, & è conuerso, contra illud *Ennij: Benefacta male locata, malefacta arbitror.* & ideo quamplurimi Ministri passi sunt mala, quos recenset *Bouadill. in politica tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 27. *fol.* 157. debent etiam esse

79 graues, & experti, *cap.* 1. *eflote* 1. *quæst.* 1. quia dicuntur Principes, *l.* 1. *C. si quacunque prædictus potestat.* & ,pprias affectiones abij-

80 cere, & publicas assumere, aduertendo ad doctrinam *Platonis in Euthydem.* dicentis, *quod ex legis ministris. i. magistratibus, pendet Ciuitatis salus.* Nec ad particulares Aduocatos, aut personas affectum apponere, alias miseri litigantes, qui dictum *Senec.* 4. *controuer.* 5. sciunt, *Nil magis egris prodest, quam ab eo curari, à quo volunt*: ad personas prædictas recurrunt, & forsitan vt plurimum Ministri sunt insontes, ac immaculati, & eorũ Priuati dominati eiũt, & habemus in *Psal.* si mei nõ fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & quia malũ facile persuadetur suspitio criminis est fugienda, *l.* 2. *C. de furt.* & à bono viro aliena esse debet, *l. eiusd.* 5. *eodem tit.* *Diuinusq;* Plato Rempublicam vnam eos fingit, in qua omnia sunt communia, & quisque proprios nescit affectus, *cap.* 1. vbi *glos.* 8. *distinct.* qua de re, in *Senatu Romano* descriptum erat: *Hoc limen intrantes, abiecta priuata charitate, publicam induant.*

Consiliariorũ ætas debet esse annorũ 50. vt probat *text. in l.* 4. *circa finem. vers. ergò. ff. de origine iuris*: Sed Carolus V. in anno 1528. *Cæsaraugustæ in foro Aragonum cap.* 2. statuit, vt sit annorum 30. & annorum sex practicę in illo Regno. Sed latè declarat *Gubernator Christianus in lib.* 1. *cap.* 5. & ætatẽ 25. annorum sufficere credit, & in *cap.* 3. notat, cuius cõditionis debent esse; *Seneca* vero in *Epis.* 109. hæc verba protulit: *Quemadmodum ex amphora primum, quod est sincerissimum effluit, grauissimumq; turbidissimum subsidit: sic in ætate nostra, quod est optimũ primum est.* alia vide supra *vers.* 2. *obseru.* 2. *num.* 93. & ne prætereas vulgare axioma,

Vulpis

Vulpis mingit ſuper Canes ſenes.& vide infra *verſ.11.obſeru.1.num.136.*

81 Non poſſunt Cōſiliarij eſſe Procuratores, nec ad iudicia, nec ad negotia, *l.ſi quis procurationẽ.* 34.& ibi *Bart. C.de decur. lib.*10. nec etiam Tabelliones. *l.vniuerſitas.*15.*eod. tit. Maſtrill. in deciſ.*264. vbi quod etſi non poſsūt eſſe Procuratores, tamen habiles perſonas ſubſtituere poſſunt; ex quo Procurator inhabilis habilem ſubſtituere poteſt; verum Tutores alicuius priuati eſſe poſſunt,vt notatur *in fine libr. infortiati in capitibus Modeſtini, cap.*22. ſed contra facit *l.fin.C.de de excuſat. tutor.* credo hoc fallere in tutela filiorum aliorum Conſiliariorũ, per *l.1.C.de excuſat. veteranorum lib.*11.

82 Tenentur enim vacare eorū officijs,alias ſalarium illius diei quo nō veniunt ad Conſilium, etiam ſi eorum perſona non eſſet neceſſaria, non debetur, *Bouadill. in politica tom.2.lib.3.cap.7.nu.*61.*fol.*141. *& Politici* præceptum eſt,vt cum Aduocatis in publica Audientia nō diſputent articulos Iuris:quoniam melius ſcit ignarus, qui prædicando recitat: quam doctus qui audit: Aduocati enim de proximo materias viderunt: Quinimo ſi aliquid non pertinens dixerint,patienter tollerare,vt in publico honoratos manuteneant: ſed in priuato corrigant; docet .n. *D.Thomas in 1.par.ſumma quæſt.*117.*art.*1. quod vnus homo debet docere alterum: Et ipſi in hac dignitate conſtituti, tanto fortius publicæ vtilitati negotiantium incumbere debent, poſtquam ex pecunijs Regijs percipiunt commoda, ne eis adueniat illud *Iob* 16.*&* 17. *Si fructus eius comedi abſque pecunia,pro frumento oriatur mihi Tribulus, & pro ordeo ſpina*, & ibi *Diuus Gregorius*. Poſſunt tñ ad feſtiuitates ire pro eorū arbitrio, ſed moderate, *l.1. C.de præpoſitis ſacri cubiculi lib.*12.muneraq; non capiant;vt per *Pragmaticas in titulo de muneribus Officialium*, qui enim reſiſtit pecuniæ, celſior eſt animo,quam qui donauit, *Ælian.lib.5.cap.5.* ſed an à Conſanguineis, & ab alijs, quorum cauſas cognoſcere non poſſunt,accipere valeant; latè *Io. Franc.de Ponte in conſil.*146. *vol.*2.verum per prouiſionem factam ordine Suæ Maieſtatis die 18. Iulij 1625. fuit ordinatum, vt non poſſint accipere à conſanguineis,vt ſupra *verſ.2.obſer.2.num.*95. Sed inter eos aliqua munuſcula accipere poſſunt, vt infra hic *num.* 105. *in fin.* Præcipuè enim vacare debent expeditionibus cauſarum: &

83 Aduocatorū Allegationibus, qui filacterias ſuas, & faſtum fœtidum protelando dilatant; (dum concluſiuè Doctor loqui debet,& pauca, & vtilia effundere, *gloſ.in cap.cum ſit ars. de ætate, & qualitate, Paris de ſyndic. in in verb.Iudex nu.* 4.) nullatenus indulgentes, vltra quam cauſa poſcit, niſi quatenus deſideratæ inſtructionis neceſſitas exegerit, *l.* 6. *§. ante omnia. C. de poſtulando, & in conſtitut. Regni Vniuerſos, & ſingulos*. vbi Rex eos aduertit (licet non ſæpius ſeruetur,)

84 vt partes ſouentes malam cauſam in expenſis condemnent, quod etiam ſancitum eſt in in alia *Regni conſtitutione Diuorū Principiū, & Couar.pract.qq.cap* 37. & facit ad hoc *l. properandum. §. ſiue autem. C.de iudicijs, & l. terminato. C. de fructibus,& litium expẽſis.* & eo fortius,quia poteſt S.C. condemnare ad non petita, *Afflict.in deciſ.*45. *in fine, Io. Franciſc. de Ponte in conſ.*137. *num.*12. *vol.*2. Licet regulariter ſententia debet eſſe conformis libello,& declaratur à *Lanfranco in cap.quoniam contra. ſub rubr. interlo: & appell. col.*6. *verſ.vlterius ſecundum.extra de probat. & Grammat. in deciſ.*19. poſt *Afflict. & alios in deciſ.*95.

85 Conſiliarij accepto priuilegio, ſtatim efficiuntur patres familias, *l.ſancimus.*5. *C.de conſul.lib.*12. *§.1. in auth. conſtitutio qua de dignitatibus, & l. filios. C. de Decurionibus lib.*10. & vide *§.filiusfamilias. inſtitut. quib. mod.ius patr.poteſt.ſoluitur.* Et origini pro-

86 priæ quoad quid renunciare poſſunt, *gloſ. in l.1.C.de municipal.lib.* 10. ea ratione quia Senator habet domicilium in Vrbe Principis. *l. penult. C. de incol.lib.* 11. his verbis.

87 *Senatores in ſanctiſſima Vrbe domicilium dignitatis habere videntur.* Et facit *Anna ſingulari* 365.*& Roman. in conſil.*427.*& Surgens de Neapol. Illuſtr. fol.* 154. *num.* 18.& diximus ſupra in *verſic.*2. *obſeruat.* 4.*num.*23. Eſt verum, quod Conſiliariatus dignitas non facit Ciuem, neque incolam. *l.Senatores.*11. *& l.fin.ff.de Senatoribus*, &

88 ideo filius Conſiliarij exteri non natus Neapoli,ad Collegium Doctorum Neapolis admitti non poteſt, *Fabius de Anna in collect. obſeruat.* 7.*fol.*127. cui addo *l. Senatores.ff. de Senatoribus, & l. ſemper.*11. *C. de dignitatibus lib.*12. *& l.fin.C.de decurionibus lib.* 10. ibi, *anterioribus filijs in conditione priſtina remanſuris*. & videbimus infra hoc *verſ.in* 11. *Tribunalis,circa fin. num.*269.

Nec etiam facit,vt gaudeant immunitate Gabellæ imponendæ per Ciuitatem,aut Regiam Curiam, niſi ex ſpeciali priuilegio eſſet eis conceſſum, *Maſtrill. in deciſ.*156.quo loci habetur, quod in Regno Siciliæ Regij Conſiliarij, & Generales Equitum gaudent, & Conſiliarij ſtatus non; quamuis *l.fin.in fine. C.de paſcu. public. vel priuat.lib.*11. diſponatur,vt Officialium bona ſemper aliquo

priui-

priuilegio ganisa sint ordine Regis. Cuilibet ex istis Dominis deberet dari custodia, *l. per Illyricum. 9. C. de cohartalib. lib.* 12. dixitq; *Bouadill. in polit. tom.* 2. *lib* 3. *cap.* 14. *nu.* 26. *pag.* 323. & maximè tempore audientiæ. Epi-
89 scopi, Prælati, & aliæ personæ Ecclesiasticæ possunt esse Consiliarij, & in condendis legibus pœnalibus interuenire: ex quibus si per accidens delinquentis mors inde sequeretur,
90 istæ personæ Ecclesiasticæ non incurrunt in irregularitatem, *Bal. in auth. habita. C. de fil. pro patre, Ripa in cap.* 2. *de iudicijs num.* 59. *add. Igna. Lopez in pract. crimin. Diaz cap.*... taliq; casu Episcopus Consiliarius sederet immediatè post Decanum, & cæteros Consiliarios præcederet, *Vinc. de Franch. in decis.* 138. *num.* 4. *Abb. in cap. postulasti de concess. preben. Boer. in tract. de authorit. magni Concilij num.* 65. 79. *&* 80. *Marcus Antonius Surgens de Neap. Illustr. cap. fin. num.* 37. *fol.* 307. *Marta in voto Pisano* 101. *& Fab. de Anna in cons.* 40. *num.* 47. & alias diximus supra. Sicuti & Canonicus Doctor præcedit Canonicum non Doctorem, & antea Presbyterum, *Mastrill. in decis.* 30. sed in Collaterali Consilio sedent in scabellis, vt cæteri. Sin autem Officiales ipsi Viceregem pro eorum particularibus negotijs alloquuntur, aperto capite, & stantes loquuntur Vicerege deambulante: sique Dñus Vicerex sederet, ipsos sedere, & caput tegere permittit, vt est videre per *Marcum Anton. Surgen. de Neap. Illustr. cap.* 23. *nu.* 29. *fol.* 225.

92 Consiliarij à Ciuitate discedere non possunt absque licentia, *l si quis decurio.* 16. *C. de decurion. lib.* 10. *& per Regiam Pragmaticã de Official.* nec etiam Ciuitatem deserere, aut aufugere, rus habitandi causa, *l. unic. C. si Curialis relicta Ciuitate rus habitare maluerit lib.* 10. secretaq; Consilij nec pandãt, alias punirentur, *Andr. in cap.* 1. *sub nu.* 6. *quibus modis feudum amitt. tit.* 2. vbi habes quid agendum, si reuelant secreta Collegæ, vel Consilij, aut non pertinentia ad Consilium, vel Collegium; Habemus etiam *prag. de secreto tenendo.* disponitq; *text. in l.* 2. *C. C. de exactoribus lib.* 12. vt in officijs suorum Collegarum non se intromittant. Fugiant, & alij Concilij secreta perquire, alias fulmina, ac tonitrua sibi præparãe. Caueantq; Consiliarij eorum opinionibus pertinaciter inhærere, sed naturam compescant hominis, qui animo affectus vult, vt singuli in sententiam eius pedibus manibusq; descendant, & ad illius placita non minime commoueantur, vt erat Herodes. *Ioseph in lib.* 1. *de bello Iudaico.* obseruentq; Epicteti Philosophi dictum: *Ne velis, quæ fiunt, fieri vt velis: sed velis, quæ fiunt, fieri vt fiunt, & propter eris.* & vide alia dicta supra hic in *num.* 61. *in fine circa hanc materiam.*

94 Consiliarij solent creari à Rege per triẽnium, & inde ad eius beneplacitum (Officiales enim debent esse annales, nisi, aut cõsuetudo Ciuitatis, aut authoritas Ordinis per biennium esse compellat, *l. neminem.* 4. *C. de susceptoribus lib.* 10.) hodie tamen sunt ad beneplacitum, & ab officio tuta conscientia remoueri non possunt, nec beneplacitum reuocari sine causa, *Boerius in tract. de author. magni Consily nu.* 153. *&* 154. 174. *& n.* 183.
95 disputat, si Consiliarij possunt vocari Senatores, & in *num.* 179. tenet, quod Sacrum Consilium vnitum nõ potest condere legem, vel ordinationes aliquas: sed restringe, quoad concernentia S.C. vt infra hic videbis *num.* 135.

Fuit alias in supremo Hispaniæ Concilio. & coram Rege Philippo Secũdo dubitatum, num hæc officia data ad beneplaciũ Regis, ad nutum tolli possent: & circumscripta potestate absoluta, secundum quam omnia posset facere vt infra *vers.* 12. *obser.* 2. *num.* 8. sed de potestate ordinaria loquendo dico, quæ affirmauerunt DD. infrascripti, quod
96 dum sunt officia manualia Regis, ad eius beneplacitum posset Rex ad nutum auferre, & Consiliarios amouere.

Peregrin. in tract. de Iure fisci lib. 1. *tit.* 3. *num.* 20. *fol.* 27.

Bouadill. in polit. tom. 1. *lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 155. *pag.* 691.

Loffred. in paraphras. in tit. de feud. Marchia in princ. lib. 10.

Ioannes Faber in §. cum autem. Institut. quib. mod. iuspatr. pot. solu. vers quia si ante.

Bald. in l. qui se patris. C. vnde liberi.

DD. omnes in cap. nouit de iudic. & in cap. qua in Ecclesiarum. de const.

Abbas in cap. venerabilis in 3. *opposit. de except. firm.*

Boer. in decis. 149.

Et in Regno habemus *Capitulum Regis Roberti* incip. *Importuna petentis instantia.* Quo prouisum est, Iudices non esse perpetuos, & reuocauit quosdam in perpetuum, & ad beneplacitum creatos. Officialium enim delicta grauiora sunt, vt notat *Marcus Anton. Surg. de Neapol. Illust. cap.* 17. *num.* 1. *fol.* 149. *& Luca* 20. *in fine.*

Verum in contrariam sententiam sunt infrascripti

Andr. in §. præterea. de cap. Corrad. sub num. 29. vbi quod sine causa quis non debet
97 dehonestari, sicut & Papa sine causa Episco-

pum

pum non remouet.

Afflict. in tit. quæ ſint regalia in verb. vectigalia. nu.9. facitq; ratio, quia ſicut Conſiliarius, vel Epiſcopus renunciare non poſſunt ſine Regis, vel Papæ licentia, *l. legatus. 20. ff. de offic. Præſid.* & ibi *gloſ.* eodem modo Rex, vel Papa abſque cauſa amouere, vel deueſtire infendatum non poſſet, *cap. 1. de natura feudi.*

Gulielmus de Benedictis in cap. Rainuntius. verſ. duos habens filios. num. 38. & ſeq.
98 motus ratione, quia priuilegium Principis
firmum eſſe decet, *cap. decet. de regul. iur. in*
99 *6.* Reipublicęq; expedit Officiales non mutari, *l quod etiam. §. 1. ff. de procurat.* vbi ꝙ etſi procurator mutari poteſt attamen citra eius iniuriam fieri debet.

Io. Franc. de Ponte in conſ. 98. vol. 2. dicit, conceſſionem ad beneplacitum transferre dominium.

Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 1. cap. 16. nu. 36. pag. 271. ait, quod tollere officium, eſt tollere honorem.

Moles in deciſ. manuſcript. 81. q. 3. teſtatur, quod Articulus iſte coram Philippo Secundo diſputabatur, & dum opiniones eſſent hinc inde: ſupremi Conſilij Præſidens retulit, prædictum Philippum Secundum ſapientiſſimum Regem ei dixiſſe, quod ex conſultatione peritiſſimorum Theologorum, & Iu-
100 riſtarum perceperat, quod ſine cauſa Officiales amouere non poterat ad nutum, tuta
conſcientia: ſed cum cauſa, poterat etiam
ipſis Officialibus inauditis: & meritò idem
101 Rex Exploratores ſecretos incepit tranſmittere (& licitè Iure poſſe hoc fieri, probat *Gubernator Chriſtianus Frater Io. Marquez in lib. 2. cap 6.*) qui informationem ſecretam ab extra habebant de qualitatibus, & actionibus Officialium, qua habita Regi referebant, qui Officiales ſecundum merita præmiabat, vel remouebat ad nutum, prout videtur. quod etiã affirmare *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. clauſul. 4. gloſſa 10. par. 1. num. 151.* vbi antea à *nu. 145. & ſeq.* refert alios *DD.* diſputantes hunc articulum quãdo Rex poteſt reuocare beneplacitum prædictum. Sed propter peccata Populi non fuit amplius hoc practicatum; mittuntur enim Viſitatores cum magno Regis, & Regni diſpendio, & exitus probat finem, vt tetigimus ſupra *verſ. 2. obſer. 2. nu. 23. in fin.* & politice ſenſateq; aduertit *D. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. in §. 7. de election. official. pag. mihi 125.* quod D. Prorex verus, & optimus Regni Viſitator exiſteret, ipſe enim cognoſcit omnes, ſique Rex ei Regnum, & alia grauiora committit, rectè, & hoc committere poſſet. Sed non me fugit *Andreæ* doctrina *in cap. 1. §. quicunque. col. 1. de pace tenenda.* quod non bene ſe gerens in officio monitus, vt ſe corrigat, iudicialiter priuari poteſt, arguendo de feudo ad officium, ex quo infertur, quod Princeps iudicialiter priuare debet: nam *Benedictus in cap. Rainuntius. de teſtament. in verſ. duas habens filias. num. 40.* dixit, quod Officialis etiam ad libitum creatus, & gratis, ſine cauſa non poteſt mutari, & idem ſi cauſa eſt neceſſaria, ergò pernecеſſe requiritur citatio ad formandum ſententiam, & in *num. 30.* ſubdit, quod Officialis eſt audiendus in ſuis defenſionibus, quem ſequitur *Boer. in deciſ. 149. num. 18. & ſeq. & in tract. de author. mag. conſ. num. 154.* facitq; *tex. in auth. de referendarijs in princ.* & latiſſimè *Burgos de Paz conſ. 21. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 10. par. 2. verſ. non tenerle fol. 30.* quoniam alias ſi cum dedecore eſſet ab officio remotus diceretur mortuus, *Ioan. Platea in add. ad l. 1. C. de primicerio lib. 12.* ſed ſine dedecore priuilegium durat etiam finita dignitate, *l. vnic. cũ gloſ. C. de magiſtr. ſacror. ſcrinior. lib. 12. & Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 1. cap. 16. num. 17. fol. 271.* & ideò ſic indiſtinctè in his tempeſtatibus ſeruatur nedum cum Officialibus, ſed etiam quoad Titulatos, vt videbis infra *verſ. 14. obſeru. 1. num. 84.*

102 Omneſq; Officiales ad illud *Diui Lucæ an. in fine*, oculos habent. ibi, *Attendite à Scribis, qui volunt ambulare in ſtolis, & & amant ſalutationes in foro, & primas cathedras in ſinagogis, & primos diſcubitus in conuiuijs, qui deuorant domos viduarum ſimulantes longam orationem, hi accipiẽt damnationem maiorem.* Nec illud *Geneſis 49.* prætereant, ibi, *Dan iudicabit populum ſuũ, ſicuti & alia Tribus in Iſdrael, fiat Dan coluber in via, Ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro.* eſt verum, quod Deus aliquando permittit bonos pati, vt detur exemplum poſteris, *Tobiæ. 2. num. 12.* ſed ſi tales patiuntur, & priuarentur, non per hoc debent viam veritatis diuertere, & eorum Regi non eſſe fideles, *Tobiæ. 1. num. 3.* nam ſi bona à manu Dei ſuſcepimus, mala quare non ſuſcipiamus, *Iob 2. nu. 10. Ex. 4.* enim cauſis ſolent Officiales mitti, *gloſ. in l. 1. C. de his, qui non impletis ſtipendijs lib. 10.* vbi videas, & ſi ob delicta mittuntur, officia in quibus ſemel deliquerunt, non habeant, *l. ſi quid. 12. C. de ſuſceptorib. lib. 10.* quoniam degradati dicũtur, qui dignitate ſpoliantur, *gloſ. in l. 1. C. de priuil. ſcholar. lib. 12.* imo ad nullã aliam dignitatẽ aſpirent, *l. 2. C. de Palatin. lib. 12. l. 5.*

C. de

*C.de diuers.offical. lib.*12. Sed si suspensi fuerint finito exilio, pristinam recipiunt dignitatem, *l.1.& 2. C.de his, qui in exilium dati lib.*10. verum ad nouos honores non admittantur, nisi tanto tempore abstinuerint, quo adsueuerunt, *vt ibidem*.

103 Aduertant, & alij ne eos offendere audeant, nam læsæ Maiestatis crimen incurrerent, vt euenit in nece Io. de Isernia (& non Andreæ de Isernia, vt aliqui corrupte aiunt) & post alios ita refert *Fontanell. de pact. nuptialib. par.1. clausul.3.glos.1.num.5.* nec de eorum creatione, aut habilitate disputent, quoniam *l.2. C.de crim. sacrileg & const.Regni disputare.* sanciunt, esse quasi sacrilegium disputare, an is dignus sit, quem Rex elegit, & decreuit, & late videant per *Andr. in cap.1.qui successores teneantur num.*15. & facit *l.sacrilegij.5. C.de diuers.rescript.* & tanto fortius, quia etsi dignitas est de casu, *glos.in l.1.in verbo casu. C.de comitibus, & tribun. lib.*12. *per l. digna. C. de legib. & const.* nemini tamen absque Dei voluntate Principatus potentia contingere potest, *Ioseph lib.2.de bello Iudaico, & Gubernator Christianus in lib.2. cap.3.* Iudicia Regis in manu Dei sunt, & quandoq; Hebetiores melius quam acutiores Rempublicam administrant, secundum *Thucidam in lib.3.* & quandoque vt *Phol. Commieus*, notat, ingenium naturale perfecte bonũ antecelleret omnes alias scientias, & ob populi peccata permittitur aliquando impios, & ignaros regere, & iudicare, sed omnes præsumendi sunt docti, & conscientiati, ac puti. Est verum, quod si inhabiles sunt, officium detinere non debent, vt per *Gubernatorem Christianum in lib.1. cap.6. col.7. fol.33.* quia arbores paruæ vites magnas non sobstinent: & vasa cum licoribus expetiuntur. Sed Eruditorum Consiliariorũ dies vnus plus patet, quam Imperitorum longissima ætas; & *Cicero* ait, *Grauior, & validior est decem virorum bonorum sententia, quam totius multitudinis imperitia.* merito Imperator instissime decreuerat, vt examinentur *l.1.in fine. C.de præpositis sacri cubiculi lib.12.in fine*, maior enim sufficientia, & scientia requiritur in Iudice, quam in Aduocato, *Bouadill.in politica tom.1. lib.1. cap.6. nu.21.* quia Iudex est sicuti Medicus, & sicuti nauis Gubernator, idem *Bouadilla in politica tom.1.lib.2.cap.4.nu.14.pag.355.*

104 Antiquis tẽporibus Iudicantes in Regno, exigebant trigesimam, ac esculenta, & poculenta, vt in *constitut.Regni Cum circa*; in
105 qua notatur, quod Iudices, qui in hoc Regno erant tempore belli (sequuta pace) fuerunt sublati, & alij in eorum locum constituti; De Iure autem digestorum disponebatur receptio xeniorum, vt in *l. solent. ff. de offic. Procons.* qui text. hodie est correctus vt aduertit *Auendanus de exequendis mandatis Regum lib.1. cap.2. num.3. & seqq. vers. & quod*; & etiam in Regno per diuersas *pragmaticas sub titulo de muneribus officialium*, verum inter ipsos ad inuicem possunt recipere aliqua munuscula, *Bouadilla in politica tom.1.lib.1.cap.14. num.23. fol 348.* Habent enim eorum prouisionem statutam, & in anno 1626. fuit aucta prouisio DD. Consiliarijs vsque ad ducatos 1000. quæ per prius erat duc.600. Officialis enim conductio, est contractus innominatus, facio vt des, & secundum labores est soluendum salarium, *Bal. in cap.1. §. sol data. quis dicatur Dux*, & ideo fuit augmentatũ salarium, pro quo augmento soluendo fuit etiam alterata solutio supplicationum in granis 25. quæ per prius erat granorũ 12. ÷ & prouisum, quod obtinentes sententias, vel decreta in eorum fauorem soluerent carolenos 15. pro 100. fuitq; in principio practicatum, vt etiam conuenti absoluti aliquid soluerent; Sed *Afflictus in constitut. Regni Cum circa iustitia*, dicit auctoritate *D. Thoma, & Andrea*, quod prouisiones Officialium debent solui ex Regni redditibus, qui ad hoc sunt impositi, vt ex illis Regnum defendatur, & iustitia ministretur; sed inde fuit prouisum, vt augmentum hoc soluatur super Gabella ducati vnius pro qualibet vini vegete Ciuitatis Neapolis, stante quod ad eius supplicationem fuit augmẽtata prouisio prædicta; sed Delegati Bancorum pro extraordinario labore possunt habere duc.100. annuos, vt in *prag.11. §.2. in fine de officialibus*.

107 Consiliarij tenentur denũciare corruptelam alterius Officialis, sicuti etiam tenentur denunciare committentem crimen contra Imperatorem, vt in *auth. vt liceat matri, & auia, §. si verò contra Imperatorem*, vt notatur *in fine lib.1. constitutionum Regni vers. formam sacramenti*; & facit *cõstitutio Regni corruptela. in fine*; quæ probatur per testes alios inhabiles, & singulares, vt in *pragmat. 3.4.& 5. de munerib. official.& Auendan.de exequend.mandat.par.1.cap.2. nu.18.vers.3. fol.39.* (vbi quod Iudices nec à nõ litigatoribus accipere possunt,) *Bouad.in 2.tom.polit. fol.663.lib.5.c.2.nu.52. de Ponte in decis.16. & cap.Regni vulgaris fama proloquium.* Iudicesq; qui se furtis, & sceleribus fuerint maculasse cõuicti, ablatis codicillorum insignibus, & honore exuti, inter pessimos quoque plebeios habeantur: nec sibi post hac de eo honore blandiantur, quo seipsos indignos iudica-

dicauerunt, *l.Iudices.12. C.de dignit.lib.12.*
& licet quis non teneatur maleficium indi-
care, tamen Proditorem Regis indicare te-
netur, *l.metrodorum ff de pœnis, Andr. in*
cap.1. §.præterea num.7 quæ ſit prima cauſa
beneſ. amit. & ſimiliter delicta Officialium
pandantur, vt puniantur *l.1. C.de lucris Ad-*
uocatorum lib.11. Sed delicta maiorum vt ſæ-
pius cęlantur, & non puniuntur, & Iuſtitiæ
claues errant, *l.ad ſplendoris.7.C.de diuerſis*
officijs lib.12. & inde maiora committunt, *l.*
7. eodem tit. In Romana antẽ Curia aliquid
date, vel promittere pro iuſtitia, & gratia
optinenda non licet, ſub pœna excommuni-
cationis, vt in *extrauagant. commun. lib.5.*
cap.1. de ſentent. excommun. Sed corruptela
pecuniæ ſemper fuit, principiumq; habuit
Athenis, & inde Romæ, teſte *Plutarcho in*
vita Martij Coriolani fol.48. Vbi quis pri-
mus eam inuenit habes. Officialium enim
delicta maiori pœna ſunt plectenda, *Bouadil.*
tom.1. lib.1.cap.3.num.61.pag.54. Legimus
enim in *actibus Apoſtolorum 24.in fine*, quod
fęlix Præſes ſperabat habere pecuniã à Diuo
Paulo carcerato, & in *cap.29. eiſdem actibus*
habetur, Diuum Paulum fuiſſe remiſſum ad
D. Præſidem, ne dicatur, quod Claudius Ly-
ſias erat pecunia corruptus; Hinc eſt, quod
etſi Officiales iurent non reuelare ſecreta:
attamen turpia, & illicita abſque periurio
reuelare poſſunt, *Ioach. Miſing. in ſing. ob-*
ſeruationum, obſeru.78. fol.mihi.132. & tan-
dem caueant, ne incidant in pœnam *Conſti-*
tutionis Regni Si Iudex. cum ſeqq. ſub tit.de
pœna Iudic. qui mal.iudicauit; Nec officia
109 à Baronibus accipiant, vel extra Ciuitatẽ
eant ſine licentia Principis, vt aduertit *Bal.*
in l.dumuirum.53.C.de decurio.lib.10. & ita
ſancitum eſt per plures *pragmat. Regni.* fu-
giantq; partialitatem, vt aduertit *Auendan.*
de exequ.mandat.Regum par.1.cap.2.nu.20.
In qualibet .n. die Iouis S. C. audit relatio-
nes faciendas per Iudices ciuiles, & crimina-
les, ac per Conſultores aliorum Tribunaliũ
huius Ciuitatis, quibus per D. Præſidentem
fuerit iniunctum, quod verbum, ſeù relatio-
nem faciant in S. C. Et licet ob illata forte
grauamina, cauſæ prædictæ deberent rema-
nere in S.C. ad tradita per *Andr.Gaill.pract.*
obſeruat.lib.1.obſeruat.132. Attamen ſtante
vicinitate ipſorum, ſolet prouidere, & nor-
mam iſtis Iudicibus referentibus dare quid
erit agendum in cauſis relatis, vt per *Vinc.*
de Franch.in deciſ.88. Regiaq; Pragmat.41.
de offic. S. C. ordinat, vt cauſa ſemel relata
in vna aula, in eadẽ decidatur, niſi aliter per
Protegẽ viſum fuerit: Sed hoc in cauſis cri-
minalibus tantum practicatur: Sed in ciui-
libus non ſolet obſeruari. Aduerte tamen,
quod in hoc die Iouis non poteſt S. C. alias
cauſas ciuiles facere, & præcipuè in illa hora
criminaliũ, vt ꝑ plures ordines *S.E. in libris*
ſecretarij S. C. eſt videre 26. Aprelis 1588.
19. Iulij 1589. 1.Aprelis 1590. 27. Auguſti
1590. 20. Iulij 1591. 15. Nouembris 1593.
& ordines iſti ſunt in proceſſu vertente in
S.C. in Banca de Mondellis inter Victoriam
Poderscam, cum Dominico Spinula fol.355.
& 356. Olim DD.Conſiliarij cum DD.Re-
gentibus conueniebantur nedum in negotijs
ſtatus, ſed etiam in illis de iuſtitia, vt eſt vi-
dere in *Capit. & Priuileg. Neapol. fol.161.*
ater.c.8. In quo Regi Philippo Secundo fuit
ſupplicatum, vt ſolitum prædictum obſerua-
retur, & reſponſum extitit, quod conſidera-
bitur; & ſimiliter Regentes dabantur Adiun-
cti S. C. ad quod veniebant ad votandum,
vt in *pragmat. 41. cap.3. de officio S.C. edita*
Bononia per Carolum V. de anno 1533. Sed
inde obſeruatum fuit, vt S.C. accedat ad vo-
tandum in Collaterali Conſilio, ſiquidem
Regentis officium præcedit, *Fontanell. de*
pact. nuptial. par.1.clauſul.3.gloſ.1.num.9.in
fine, vbi tenet, quod Conſiliarij, & Regentes
Comites præcedunt in proceſſionibus.

At poſtquam vidimus aliqua concernẽtia
S. C. & eius Regios Conſiliarios in genere:
dum eis vnus pro capite tanquam Primarius
Magiſtratus præcedit, qui Præſidens S.C. de-
nominatur in *pragmat.2. verſ.igitur nu.24.*
ſub tit.de offic. S.C. & docuit *ſacra pagina*
in Exod.18. ibi, *Conſtitues eis Tribunos, &*
Centuriones, & quinquagenarios, & Deca-
nos, qui iudicent Populos omni tempore, &
quicquid maius fuerit referant ad te. Merito
de eo aliqua ſpecialia erunt videnda: ſique
Præſidentis originem ſcire cupis: perquire
Marcum Antonium Surgentem in tract. de
Neapol. illuſtrata cap.26. num.12. fol.288.
110 aſſerentem apud Iuſtinianum Prẹſidentem
fuiſſe Tribonianum, qui vir Magnificus fuit
vocatus, cæteri verò Illuſtres appellabãtur,
vt in *proemio Inſtitutionum*, ex quo notari
111 poteſt Titulum Magnifici, vel Excelſi, ma-
iorem eſſe quam Illuſtris: quinimo & Præfe-
cto Prætorio, & ipſi Regi, Titulus Magnifici
fuit aliquando datus, *Abb. in cap.nouit. de*
officio Delegati, & Reſtaurus de Imperatore
quæſt.59.

Eſt tamen verum, quod hoc nomen Præ-
ſidentis eſt generale, & quemcunque Recto-
rẽ Prouinciæ comprehendit, *l.1. ff. de officio*
Præſid.& l.raptores.42. C.de Epiſc.& Cler.
& l.tam dementis.21. C.de Epiſc.audient. in
quibus Iuribus nomina diſtincta habes tam
de Præſidente, quam de Locumtenente Re-

giæ

giæ Cameræ, quam de Regente M.C.V. Sed in hoc S.C. Dignitas est illius, qui præest cũ Titulo, Sacræ Regiæ Maiestati, vt alias diximus, ex quo in eo præsedit Rex Alphonsus I. Aragonensis, qui principium dedit, & inde subsequentes fuere, in anno autem 1445. (teste *Frecc. in lib. 1. de subfeud. in tit. de antiquo statu Regni num.* 18 *fol.* 67.) Alphonsus Borya Hispanus Episcopus Valẽtinus, qui in se fuit Papa, & Calistus Tertius vocatus: cui successit D. Ioannes de Aragonia Cardinalis, filius Regis Ferdinandi Primi, (qui Titulum Illustrissimi in Collegio Cardinalium primus habuit, & inde Cardinalis de Este, & postea paulatim alij habuere: Sed in anno 1630. fuit eis constitutus Titulus Eminentissimi, & Reuerendissimi) & postea Ferdinandus de Aragonia Dux Montis Alti: & inde Orolandus Roggerij de Pallas Patriarcha Alexandrinus, & Episcopus Vigilensis: Quintus extitit Oliuerius Carrafa Archiepiscopus Neapolitanus: & Sextus Lucas Tozzulus Romanus: Septimus successit Antonius de Alexandro: & Octauus Andreas Mariconda: Nonus venit Antonius de Ianuario: & Decimus Ciccus Loffredus: Vndecimus fuit Hieronymus Seuerinus: & Duodecimus Antonius Santigianus Hispanus: Decimustertius fuit Thomas Anellus Salernitanus: & Decimusquartus Io. Andreas de Curte: Decimusquintus fuit Antonius Orificius: & Decimussextus Io. Antonius Lanarius Pręsidens electus tantum, quia dum ex Hispania Neapolim veniebat, ante adeptam possessionem ex hac vita decessit in Ciuitate Ianuæ: & Tomum eius Consiliorũ habemus. Decimusseptimus fuit creatus Vincentius de Franchis, qui quatuor tomos decisionum eiusdem S.C. cum maxima vtilitate, & dilucidatione negotiorum Tribunalium Neapolis, & aliorum composuit: quo defuncto ad hoc officium fuit assũptus Don Petrus de Vera ab Aragonia, qui Decimusoctauus Pręsidens numeratur: post cuius obitum, venit Camillus de Curte Decimusnonus Præsidens, (quo mortuo infra vndecim dies) Vigesimus Pręsidens successit Marcus Antonius de Ponte cum titulo Marchionis de Sancto Angelo, qui circa annum 1623. vti Regens transiuit ad Collaterale Consilium, & isto interim officium Præsidẽtis rexit eximius ille vir Regens Regiam Cancelleriam Io. Baptista Valenzuola Valasquez, vt alias diximus, donec ex Hispania venit Vigesimusprimus Præsidens in capite Petrus Iordanus Vrsinus Hispanus, sed originem trahẽs ex nobilissima Romana Vrsinorum Prosapia, reperiebatur enim Regens in supremo Concilio Italiæ, ad quod à Potentissimo Rege nostro ex hoc Collaterali Concilio, in quo per prius Regẽs erat, vocatus fuerat: venitq; de mense Iunij 1626. & cũ tanta humanitate, & charitate, officium exercere incepit, & sic continuat, vt vere perscrutator, & indagator veritatis causarũ vno omnium ore, & consensu acclametur.

Titulus solitus dari D. Præsidenti est Circumspecti, quoniam quæ circum stant, videt, *D. Thom. 2. 2. quæst. 49. artic. 7.* sicuti dicitur de prudente, idest quasi procul videns, *ibid. artic. 6.* Alijs vero, puta Regenti M.C.V. vel Secretario Regni, datur Titulus Spectabilis, ex quo spectant, quæ fiunt ab alijs: licet aliquãdo etiam Proconsuli datus fuerit titulus iste Spectabilis, *l. 1. C. de Comitibus Consistorianis lib.* 12. Tituli enim mutantur ex diuersitate temporum, vt in *§. 1. in auth. de sanct. Episcop.* Vbi tunc temporis erat minor Titulus Reuerendissimi, quam Venerandi, & hodie contrarium seruatur.

Huius Domini Pręsidentis authoritas magna est, siquidem superest omnibus Consiliarijs, ac Tribunalibus M. C. V. & C. Admiratiæ, ac alijs, præter Regiam Camerã Summariæ, & subditos suos. Et cognoscit de grauaminibus omnium Decretorum latorum domi per DD. Consiliarios, ac etiam per S.C. & per supradicta Tribunalia: soletque prouidere, quod fiat verbum, idest relatio in S.C. vt expediens ei videbitur, pro reparandis grauaminibus prædictis, ac etiam prouidet quoad decreta interlocutoria lata per M.C.V. vel per alia Tribunalia Neapoli existentia, vt fiat relatio in S. C. vt infra in ordine cuiuslibet Tribunalis videbimus. Nota tamen, quod si à prædicto interlocutorio decreto non fuerit appellatum, in appellatione causæ principalis emendari poterit, si principali negotio præindicat, *l. generaliter. C. de reb. cred. & iure iur. Andr. in §. caderat. de statut. & consuet.* vbi affirmat, magnam de hoc fuisse contentionem inter *Innocent.* affirmantem, & *Hostien.* negantem, & tandẽ *Innocent.* sententia fuit ab omnibus approbata. Quinimò nedum à decretis latis, sed etiam si timor cõminatæ torturæ, vel grauaminis inferendi inesset, similiter prouidet, vt fiat relatio in S. C. quoniam idem est timor, *cap. 1. in verb. timentes se à Iudicibus grauari de dilationibus: & Ancbar. in consil. 87.* post *Senecam* dicentem, *quod peior est belli timor, ipso bello.* Simileq; dicimus, quod timor armorũ facit idem, quod ipsa arma, *l. 1. §. idem labeo. ff. de vi, & vi armata.* A grauamine cõminato datur appellatio, *l. si quis prouocatione. C. de appellat.* Idemq; operatur timor tormentorum, vt ipsum tormentum:

nam

nam ſi ductus ad locum tormentorum confiteretur, ac ſi confeſſus fuiſſet in tormentis habetur, *textus eſt notabilis in l. cum pater. C. de ceſſio. bonorum*, vbi quod pro timore futuri grauaminis, quilibet recurſum habere poterit, & facit *l. quemadmodum. C. de inoffic. teſtament.* vbi præparatio habetur pro præparato. hinc dixit *Bald. in cap. 1. §. ſi quis iniuria de pace iuram. firm.* quod ſi Princeps alicui præcipit, vt talem occideret ſub comminatione mortis, ſi contrarium faceret: excuſaretur iſte occidens ex tali commiſſo homicidio, per *text. notab. in l. ſcientia. §. cum aliter ff. ad l. Aquil. & gloſ. in l. penult. ff. ſi famil. furtum feciſſe dicatur.*

Sed prædictam appellationem limita in cauſis comminatæ capturæ Inquiſitorum, nam per *pragmat. 44. cap. 3. de offic. S. C.* diſponitur, nō debere à Præſidente talē appellationē de verbo faciendo admitti, vt ibid. Cumque varij diuerſique Caſus in dies accidunt D. Præſidentis poteſtatem concernentes, non poteſt vera, & determinata delineatio haberi, ſed de ſimilibus ad ſimilia decidi poterunt, *l. nam ea. ff. de legibus.*

Nos autem aliquos caſus ſpeciales, vt plurimum in facti contingētia circa iuriſdictionem, & poteſtatem D. Præſidentis obuentos, referre non piguit, & præter alios, infraſcriptos notabis.

112 I. Enim poteſt interuenire in qualibet Aula S. C. & in quibuſcumque diebus, & horis, & cauſis, prout ſibi melius videbitur, & neceſſum fore cognouerit *pragm. 41. de offic. S. C.* niſi eſſet ſuſpectus, vt infra hic in 7. & 8. *caſu* videbimus. Et in principio cuiuſlibet menſis Cōſiliarios monet de ſecreto tenendo, vt videbis infra hic in 15. *caſu*; ac in principio cuiuſlibet anni iuramentū Regijs conſiliarijs præſtat de ſecretum tenendo, & ſilentium ſeruando, prout etiam faciunt cæteri, Tribunalium capita, puta D. Prorex in Collaterali Conſilio, & Circumſpectus Locumtenens in Regia Camera, & Spectabilis Regens M. C. V. in ea, vt in *pragmat. 5. de ſuſpitio. official.* & vide infra hic in 15. *caſu.* Illiq; Domini tamquā capita omnibus exēplarem vitam ſubditis præbeant, & recordentur de *gloſ. fin. in l. 3. C. de Palatinis lib. 11.* quæ ait, *Prælatus malus bonum ſubditum timet.*

II. Ex quo facultas dandi Iudicem competit Iure Magiſtratus, *l. 1. ff. de offic. eius, & l. fin. ff. qui, & à quib.* ibi, *Iudice dato à Magiſtratibus Populi Romani, cuiuſque ordinis*, vnde, & de ordinibus videtur agi, meritò antiquæ cauſæ vadunt ad ſucceſſores, *pragm. t. §. 4. de cauſis deciden.* nouas verò committit Conſiliarijs, (ſed non Iudici perito, vt aduertit *Anna in ſing. 280.*) verum cauſæ graues, & Iuris articulos concernentes Dnōrībus committendæ ſunt, diſtribuendo omnia cum æqualitate inter Aulas, vt æqualiter expediri poſſint, & cum circumſpectione, ne vna, vel altera Aula, magis honorata, vel onerata remaneat, *pragmat. 41. de offic. S C.* ait enim *Tacitus in lib. 1. annal. cap. 4. Ne ad vnum omnia deferrent: plures poſſe facilius munia Reipublicæ ſocietatis laboribus exequi. Et Gubernator Chriſtianus Frater Io. Marquez in lib. 2. cap. 20. col. 5. fol. 118.* optimè cōprobat, labores inter miniſtros eſſe diuidendos, & vnum ſolum non grauandum. Aduertat tamen, ne alicui Miniſtro committat id, quod inuitus acceptat, quia ſemper aliquid omitteret, ita enim euenit, quando Dauid commiſit Ioab numerationem gentium, renuerat enim Ioab dicendo, *Quod in peccatum reputaretur, & ideo numerari non debet*: Tamen præualuit ſermo Regis, & Ioab exijt, & numerauit; ſed aliquas terras non numerauit, eo quod inuitus exequeretur Regis Imperium. 1. *Paralipom. 21.* vbi habetur, quod numeratio diſplicuit Deo, & mandauit aut famem, aut bellum, aut peſtem eligi: & Dauid elegit peſtilentiam; meritò *Ioſeph de Bello Iudaico lib. 1.* dixit, nemo magis idoneus ad conſilium exequendum, quam ipſius Author.

III. Non committit appellationes cauſarum criminalium, & ſententiarum condēnationis ad mortē, vel membri abſciſſionis, niſi prius audito Iudice Mag. Cur. Vic. cauſę Commiſſario, ac Fiſci Patrono: ad finem videndi an cauſa ſit remittenda ad M. C. V. vel in S. C. committenda, interim vero executio retardatur, *pragm. 44. de offic. S. C.*

IV. Interuenit Præſidens in decretis interponendis per S C. quando agitur de acceſſu faciendo ſuper faciem loci. Et alias ſine eius interuētu decreta prædicta eſſent nulla, ſecundum *Pragmaticam D. Comitis Mirāda de anno 1597. collocata ſub titulo de offic. Procuratoris Cæſaris. pragmat. 64. §. 7.* & ideo in decretis prædictis eſſet addendum, interpoſita fuiſſe cum interuentu D. Præſidentis, quod non ſeruatur, & fortè deberet ſeruari ſtante Pragmatica prædicta.

Aduertas tamen, quod per *literas Regias expeditas ſub die 28. Maij 1625.* & regiſtratas penès Secret. Sacr. Conc. fuit prouiſum, vt vnus tantum ex votantibus poſſit accedere,

dere, & si interesse Fisci adesset, cum Fisci Patrono; & quod D.Prorex cũ Consilio Præsidentis Sacr.Conf. potest dispensare, vt accedat alter Consiliarius cum Commissario: verum si partes alios pro accessu faciẽdo petierint, dispensatio Proregis insimul cum Collaterali Consilio requireretur, & alias fieri non potest sub pœna ibi statuta, de quibus literis diximus supra *vers. 2. obseruat. 2. in his, qua non potest facere Prorex in casu 10. num. 95.*

V. Si in votando, vota paria existerent, non prævalet pars illa, cui Præsidens inhæret, vt in *pragmat. 1. de causis decidendis, edita in anno* 1574. & notat *Vinc. de Franch. in decis.* 252. sed *Thesaur. in decis. 1. num. 5.* dicit, stylum Tribunalis esse attendendum, & merito in Regia Camera Summariæ seruatur, vt in paritate votorum sententia sit pro Reo, secundum terminos *l. inter pares. 38. ff. de re iudicat. & Vincent. de Franch. in d. decis.* 252. Quod intellige etiam si Regia Camera, in Consilio Collaterali votaret, vt fuit decisum in Collaterali in anno 1629. in causa D.Martæ . . . . . cum Regio Fisco, in Banca de Orilia, præuia maxima discussione. Ac etiã procedit, si Regia Camera votaret cũ Consiliarijs adiunctis, vt per eund. *de Franch. decis.* 105. 252. & 513. *& de Ponte decis.* 31. *& Rouitus in cons.* 102. *nu.* 14. *vol.* 2

VI. Non potest Præsidens causas sibi cõmittere, vel delegare, *l. 4. ff. de tutor. & curator. datis ab his.* Sicuti nec Prælatus potest accipere Prælaturam à se ipso, *cap. vlt. in gloss. super verb. valeat. de offic. Archidiaconi,* prout nec possunt Locumtenens Regiæ Cameræ, vel Regẽs M.C.V. causas sibi committere, *Vincent. de Franch. decis. 86. in fin.* per *pragm. 9. §. 1. de officio Iudicum.*

VII. Præsidens Sacr. Consil. si suspectus in delegando esset, supplicationes in Aula Sac.Conf. in qua residet Decanus, leguntur, sique Decanus suspectus esset, leguntur vbi residet secundus ex quatuor Aularum Præfectis, & sic de singulis subsequentibus, (quia totum S.C. non potest allegari suspectum, *Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 3. cap. 8. nu. 123. fol. 195.) vt in pragm. 73. de offic. Sacr. Conf.* vbi, quod in tali casu supplicationes sunt legendæ coram omnibus de illa Aula, & cum eis fiat prouisio necessaria in supplicatione legenda, vt etiam est ex dispositione *auth. qua supplicatio. C. de precib. Imper. offeren.*

113 Obseruatur tamen in hoc Senatu, quod si Præsidens Sacri Consilij esset suspectus in iudicando, non est suspectus in delegando, vt fundat *Menoch. de arbitr. Iudicum in casu* 458. *num. 19.* post *Bal. in auth. Clericus. nu. 1. C. de Episcop. & Cler. Castr. & Dec. in l. prator. ff. de iurisd. omnium Iudicum.* & tangit *D. Rouitus in pragmat. 15. de suspicione Officialium,* vbi refert decretum Coll. Conf. vt non sit suspectus in prouidẽdo Regias decretationes de verbo faciendo, nisi ex capite inimicitiæ esset suspectus: & notat *Mastril. in decis.* 234. *nu.* 23. *col.* 3. Decretumq; prædictum fundari posset, ex *auth. si vero contingerit. C. de iudic.* de Iure enim ciuili regulariter Ordinarius recusari non potest, *Andr. Gaill. pract. obseruat. lib. 1. obser.* 33. Sed secus est de Iure canonico, ex cuius dispositione etiam Episcopus recusari potest, vt ibid. per *text. in cap. si quis contra Clericum. de foro compet.*

Sed aduerte, quod *additio ad Dec. in loco citato,* notabiliter dicit, hoc debere intelligi ante recusationem propositam, quia deinde delegare non posset, nisi de consensu recusantis, *cap. Iudex. de officio Delegati in 6. & cap. cum speciale sit. de appellat.* & ita tenet *Robert. Lancellott. in tract. de attent. cap. 6. num. 43. in tract. tom. 5. fol.* 340. post *Bertrand. in cons.* 115. *sub nu.* 3. *& in cons.* 127. *sub num. 4. lib. 2.* vbi refert DD. contrarium tenentes. Sed in Regno nostro Ius canonicũ seruatur in suspicionibus proponendis, *Maranta in suo speculo fol.* 109. *ante numerum* 43. & licet *D. Tapia in suo Iure Regni sub tit. de suspicionibus Officialium in Ritu 1. lib. 5. nu. 3. fol.* 178. asserat vt supra diximus, quod si Præsidens S. C. esset suspectus in iudicando, in delegando non erit suspectus, nisi suspitio proponeretur ex capite inimicitiæ, prout etiam dixit *D. Rouitus in loco supra citato*: Attamen ne prætereas, quod delegare est committere, *Abb. in cap. si quis cõtra Clericum. nu. 18. de foro compet.* & qui committit indicat, *l. si prator. 8. ff. de offic. eius, Andr. in l. Imperialem. num. 85. de prohibita feud. alienat. per Fredericum;* & inter se non differunt, iudicare, iubere, & dare Iudicem, seũ mandare iurisdictionem, vt per optime fundat *Cæsar à Costa lib. 2. variar. ambiguit. cap. 5. in explicatione l. fin. ff. de officio Præfecti Vrbis,* vbi refellit DD. contrarium tenentes, sique dum D. Præsidens committit causam, decernit, cui committenda erit pro vtilitate Patris aduersæ: Ergo nullo Iure potest, nec debet interuenire in delegãdo post recusationem propositam, etiam ex alia causa, quam inimicitiæ, vt etiam obseruatur in Barone, quo allegato suspecto, nec ipse, nec eius Officiales possunt causas con-

tra

tra vaſallos committere, vt infra *verſ 3. obſeruat. 4. num.* 22. Fortiuſq; hæc procedunt, quia recuſatio infamiam irrogat, & odium parit, vt alias dixi. Quinimo hoc magis militaret, ſi eſſent decernendæ decretationes de verbo faciendo circa grauamina, vel ſi cauſa eſſet decidẽda in vna, vel pluribus Aulis, nam tunc, non ſolum eſt delegare, ſed iudicare. Et ideo in facti contingentia in Collaterali Conſilio decidere feci (in cauſa Venerab. Monaſterij Sancti Laurentij prope Padulã, cum D. Horatio de Ponte Marchione Padulæ, in Banca de Scacciauento de anno 1614.) vt D. Marcus Antonius de Ponte Marchio Sancti Angeli, & Præſes Sacri Conſilij poſt recuſationem propoſitam ex cauſa conſanguinitatis, non interueniret amplius, nec in delegando, nec in decretando ſupplicationes de verbo faciendo.

Et quando Præſidens S. C. ſuſpectus allegaretur, totum Concilium nõ eſt ſuſpectum, *Giurba in deciſ.* 27. *Maſtrill. in deciſ.* 151. *num.* 83. & vide ſupra *verſ. 2. obſeruat. 2. nu.* 105. & in principio hic. At ſi Magiſter Actorum eſt ſuſpectus, omnes eius Scribæ ſunt ſuſpecti, vt per *Giurbam in d. deciſ. 27. num.* 10. *in fine, & Maſtrill. in deciſ.* 151. *num.* 90. verum ſuſpicio Magiſtri Actorum debet diſcuti in Aula, vt per *D. Rouitum in pragm.* 1. *nu.* 19. *de ſuſpit. Official.*

VIII. Præſidens Sacri Concilij relationi, vel diſcuſſioni cauſarum, in quibus eſt Aduocatus aliquis ſuus conſanguineus non interuenit, ſicut nec etiam interueniunt cæteri Iudices conſanguinei prædictorum Aduocatorum, *pragmat.* 23. *cap.* 3. *& 6. de offic. Sac. Conſ. & pragmat.* 40. *eod. tit. & pragmat.* 1. *§. 5. de cauſis decidendis*. Et tandem per D. Comitem de Lemos ſub die 31. Maij 1616. (ad euitãdas fraudes circa tales ſuſpitiones,)
114 fuit prouiſum, quod Aduocati onus aduocationis cauſarum, in quibus vocant Iudices, qui ſunt eis conſanguinei, vel Affines, acceptare nequeant, ſub pœna pro prima vice ſuſpenſionis officij aduocationis per ſex menſes: & in ſecunda per annum, & in tertia priuationis officij aduocationis: & in tali caſu Iudices non remoueantur: Fuitq; talis prouiſio facta, ne per indirectum partes eligant Iudices, quos vellent, dum Aduocatos eos conſanguineos Iudicum aſſumebant, & ſucceſſiuè Iudices illi interuenire non poterant. In qua quidem Pragmatica etiam
115 prouidetur, ne reſtituantur depoſita ſuſpicionum Officialiũ, etiam ſi capita recipienda non eſſent: vel quia non præponuntur in tempore, vel quia non militant, quod nota.

Et ideo circa hæc aduerte ad conceſſionem factam Ciuitati in anno 1583. *cap. 3. in Priuilegijs, & Capitulis Neapolis pag.* 173.
116 *ater.* vt Iudex conſanguineus non poſſit interuenire in cauſis, quæ ſunt alienius Clientis illius Aduocati, qui Aduocatus generalis foret in alijs cauſis illius Clientis, quod extenditur etiam in gradu affinitatis, vt ibidẽ. Sed limita in cauſa ſimili, quia Iudex non poteſt interuenire in cauſa, in qua fuit Aduocatus, ſed in ſimile ſic, *Vincent. de Franch. deciſ.* 87. *num.* 18.

IX. Arbitrabitur ſi cauſa erit decidenda iunctis Aulis, *pragmat.* 41. *& 66. de officio Sacr. Conſ.* quod intellige in prima inſtantia, quoniam in cauſa reclamationis, ſi agitur de ſumma vltra ducatos 2000. duæ Aulæ sũt concedendæ ex neceſſitate, *vt ibidem*; ſed nõ debet fieri coaceruatio diuerſarum ſummarum ad hoc optinendum, *l. ſi idem.* 11. *ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* Hinc eſt, quod ſi capitale eſſet duc. 1000. & intereſſe aliorum ducatorũ mille, non poteſt prætendi vnio Aularum, *D. Tapia in Iure Regni in conſt. Inſtrumentorum robur lib. 3. fol.* 158. *in fine*. Vbi quod ita fuit deciſum, nõ obſtante quod contrarium teneat *Io. Vincent. de Anna in ſingul.* 466. Nota tamen in his cauſis reclamationũ, nam retractata ſententia, debentur vſuræ pecuniæ ſolutæ pro exequutione prædictæ ſententiæ, *auth. quæ ſupplicatio. C. de prec. Imper. offer. Io. Franc. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. pag.* 175. *num.* 27. *§.* 4. *de regal. impoſ. & Vincent. de Franch. deciſ.* 220. *in fine*.

X. Poteſt vnire Aulas in diebus Mercurij, vel Sabbati, prout ſibi expediens videbitur, *pragmat.* 41. *de offic. Sac. Conſ.* Sicque aliqua ex Aulis numero Conſiliariorum deminuta foret, poteſt de alia Aula, in qua ſuperabundant Conſiliarij, transferre aliquos ad deminutam Aulam, argumento *text. in auth. vt Clerici ex vna Eccleſia ad aliam transferantur ad ſupplendum deficientium ſtatutũ numerum*.

XI. Poteſt decernere, & arbitrari, vt ſibi videbitur, quando per Suam Excellentiam remittuntur memorialia, vt Præſidens prouideat, *pragmat.* 71. *de offic. Sacr. Conſ.* & in eiſdem terminis punctualiter deciditur in *l. generaliter. 9. ff. de offic. Præſid. & Vincent. de Franch. in deciſ.* 300. quia quando Princeps negotium remittit, videtur remittere id, quod Iuris erit, & iuriſdictionem tantum excitat *Andreas Gayllus in obſeruat.* 41. *nu.*

6. *& Mastrill. in decis.* 228. *num. 6. part.* 3. Intelligitur enim, vt fiat, quod debetur, *§. bis igitur. cum ibi add. in auth. de haredit. & falcidia.*

XII. Potest congregare totum Sacrum Consilium, quando sibi expediens visum fuerit, *pragmat.* 42. *§.* 8. *vers. pro decis. causarum. de offic. Sacr. Cons.* quod extende ad Decanum S. C. teste *Bouadill. in politica tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 11. *in fine fol.* 121.

XIII. Potest carcerare Consiliarios, secundum *Bouadill. in polit. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *nu.* 11. *fol.* 121. *& nu.* 56. *fol.* 139. *ibidem.* Vbi asserit, quod licet Præsidens hoc facere possit, tamen Decanus facere non potest. Sed in nostro S. C. non seruatur, & diximus supra *vers.* 2. *obseruat.* 2. *num.* 38.

XIV. Præsidens Sac. Con. (quando adest paritas votorum) si ipse non interuenit in votando, poterit dare tres adiunctos; Verũ si ipse votauerit, ad D. Proregem, & ad Collaterale Consilium est recurrendum pro adiunctis habendis. Verum si paritas inciderit in votandis incidentibus, etiam quod Præsidens votauerit, vnum adiunctũ dare potest, *pragmat.* 1. *de causis decidendis*, vbi *Rouit. & Vincent. de Franch. in decis.* 552. deque modo votandi vide *Bouadill. in polit. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 37. *fol.* 129.

Et si paritas inter duos Magistros Rationales Regiæ Sielæ fuerit, D. Præsidens dat adiunctũ etiam dicto Tribunali Regiæ Sielæ, vt aduertit *Mutius Surg. in addit. ad Marcum Antonium Surgentem eius fratrem de Neapoli illustrata fol.* 444. Licet hodie Tribunal hoc Sielæ sit sublatum, vt infra videbis in 12. *Tribunali*. Et in hac materia adiunctorum nota quod fuit suborta difficultas in S. C. an ij, qui Iudices fuerunt adiuncti in causis vbi fuit paritas votorum, debeant inherere vni ex dd. votis, vel possint vota dare diuersa ab omnibus votis prędictis, in quibus paritas extitit. Et die 2. Iunij 1610. congregato toto S.C. pro decisione difficultatis prædictæ, fuit interpositum decretum videlicet, *Posse prædictos Adiunctos in causis prædictis dare eorum vota, prout melius de Iure eis videbitur, absque obligatione adherendi vni, seu alteri ex votis datis per alios Iudices, qui prius votauerunt. Vt penes Secretarium Sacri Consilij est videre, in die prædicto.*

Isteq; Articulus fuit disputatus in causa Marci Anelli Staraeij condemnati ad mortẽ per Mag. Cur. Vic. & appellatione interposita ad Sacr. Consil. duarum Aularum Consiliarij in pari voto fuere: nam aliqui erant in voto confirmandi, alij verò ad illum condẽnandum ad remigandum vita durante. Fuerunt causæ prædictæ dati adiuncti Consiliarij Ianuarius, Georgius, & Valcarcer, quorum vnus adhæsit vni parti, & alter alteri, alter vero ex istis tribus votauit, quod torqueatur: Dubitatum fuit an ita votare poterat: & fuit conclusũ, vt supra, ad quod facit *Glos. singul. in l. item si vnus. §. principaliter. in verbo autboritati. ff. de recept. arbitr.* Tu autem vide *l. duo Iudices. in fine.* 28. *ff. de re iudic.* quæ contra hanc conclusionem inclinare videtur.

XV. Præsidens S. C. in principio cuiuslibet mensis Consiliarios moneat de secreto seruando, prout etiam faciunt Locumtenens Regiæ Cameræ Summariæ, & Regens Mag. Cur. Vic. seruata forma *Pragmatica edita* 31. *Octobris* 1594. *& est* 9. *sub titulo de suspit. Officialium.* Et de hoc secreto tenendo diximus supra hic *num.* 92. quod limita quo ad turpia, & illicita, quæ reuelare possunt, non obstante iuramento prædicto vt supra hic *num.* 107.

Et similiter in quolibet mense tenetur D. Præsidens listam causarum expeditarum in S.C. ad D. Proregem transmittere, *pragmat.* 10. *cap.* 7. *de officio Sacr. Cons.* Listaq; causarum in diebus communibus describenda esset, vt partes sine in cuto, & ne defatigentur, est verum, quod ab aliquibus ex istis Dominis magis versatis lista prædicta in diebus communibus apponitur, sed ab omnibus apponendam esse, deberet à D. Præsidente decerni.

XVI. Præsidens potest carcerare Regentem M. C. V. non parentem Regijs decretationibus de verbo faciendo, vel alijs ordinibus Sac. Cons. verum solet prius certiorari D. Prorex, prout euenit de mense maij 1621. Regẽs. n. M. C. V. Io. Thomas Scurriolus Hispanus Regiæ decretationi expeditæ per D. Præsidentem S. C. Marcum Antonium de Ponte obedire noluit. Fuit enim habitus recursus ad Illustriss. D. Cardinalem Zapatam Regni Locumtenentem, qui decreuit, vt S. C. determinaret, quid erat agendum, & prouisionem faciendam exequutioni demandaret. Fuerunt enim congregati quatuor Aularum Decani cum D. Præsidente, & prædictum Regentem domi carcerauerunt, eum suspensione eius officij. Sed post quinque dies ad intercessionem eiusdem Præsidentis S. C. fuit prædictus Regens liberatus, & ad officium reintegratus.

XVII.

XVII. Poteſt D. Præſidens concedere Regias decretationes de verbo faciendo an ſit deferendum petitæ in integrum reſtitutioni pro minoribus,& alijs perſonis priuilegiatis *pragmat.* 3. *de offic. Sac. Conſ. & l.* 1. *ff. de offic. Præfect. Prætorio.* idemque dici poſſet de milite, *l.* 1. *C. de iuris, & facti ignor.* Ac etiam de ruſtico, ſi peritiores conſulere non potuit, per *gloſ. ibidem in verb. Armata, & l. fin. C. qui admitt.* at *Caſar à Coſta variar. ambiguit. lib.* 2. *cap.* 2. declarat ruſticitatem debere intelligi de negligentia, & craſſa ignorantia. Attamen mulieri maiori, aut viduæ aduerſus ſententiam S. C. reſtitutio iſta non debetur, *Vinc. de Franch. in deciſ.* 284. quia mulier in exercitio iudicij tantum reſtituitur in Regno, non autem aduerſus ſententiam, vt per *gloſ. in conſt. Regni obſcuritatē,* vbi *Andr. col.* 1. *& Affl. in* 4. *notab.* verum *Io. Franciſcus de Ponte in conſ.* 58. *num.* 13. *vol.* 1. aſſerit, quod exiſtente cauſa probabili, talis reſtitutio ei concedi debet, & ita probat *Regni Conſtitutio. obſcuritatem;* quæ licet in contractibus excludat reſtitutionem mulieribus, tamen ex cauſis eam admittit, *vt ibidem*, ergo & idem in iudicijs. Audiui alias fuiſſe controuerſum coram Præſidente S. C. de Ponte, qui denegauit hanc reſtitutionem viduę, à qua interpoſita appellatione ad Collaterale Concilium, fuit prouiſum debere concedi, vt in cauſa : : : : : : : : : : : : : in Banca de Izzo, hodie de Martino, & Viduam intelligas etiam illam, quæ virum habet, ſed inutilem, puta bannitū, captiuū, vel ad triremes condemnatum, *Barbat. in cap. ſignificantibus de reſcript. Tiraquell. de legib. connubial. gloſ.* 1. *par.* 6. *num.* 12. & alij quos cumulat *Nouar. in praxi elect. & variat. fori quaſt.* 7. *ſect.* 2. *in* 2. *impreſſ. Neap.* Ratio eſt, quia nullum, & inutile ęquiparatur, *Pereſda de renouat. emphit. quæſt.* 12. *num.* 19.

Sed in *Conſtitutione Regni mulieribus ſub tit. de reſtitutione mulierum,* diſponitur. Mulieribus nō modicè lęſis tam per Reges, quā per ſuos Officiales reſtitutionem in integrū concedi debere, & facit *l. ſi cum dotem. §. ſi mulier. ff. ſolut. matr.*

Quo vero ad minores nulla cadit difficultas, quin aduerſus ſententiam S. C. ſit reſtitutio in integrum concedenda, ſi Sac. Conſ. videbitur, *Vincent. de Franch. deciſ.* 86. *Affl. deciſ.* 356. & ibi *Vrſill. & Capyc. deciſ.* 53.

Quo fit, vt ſi minores in iudicijs, vel extra, in modico læſi probentur, reſtituendi ſunt, vt in *Conſtitutione Regni Minorum Iura;* vbi quod minores intelliguntur tam maſculi, quam fœminæ, qui 18. annum non excesserint; ſed limita ſecundum *Andream in §. præterea ſi quis. in addit. num.* 28. *de probib. feud. alien. per Frederic.* vbi, *quod feudatarius poſt* 14. *annum, vt maior contrahere poteſt.* Quo vero ad reſtitutionem concedendam Vniuerſitatibus, vide *conſtit. Regni Beneficium;* vbi quod in iudicijs, & in contractibus reſtitui debent.

Reliqua verò hanc materiam reſtitutionis in integrum concernentia, perquiras infra in *verſ.* 13. *obſeruat.* 1. *circa finem, & ſupra verſ.* 2. *obſeru.* 2. *num.* 45. & de verbo deferre, vide *rubricā C. de dilatoribus lib.* 10. quo vero ad inſufflationes ſpiritus vitæ inſtantijs peremptis, vide *D. Rouitum in rubr. de inſtantia cauſa non reſtauranda,* vbi quod etiam Regię Audientię Hydrunti, & Bari habent hanc poteſtatem inſufflandi ſpiritum vitæ inſtantijs peremptis, ex quo Rex præſedit in Regia Audientia Hydruntina, & inde fuit diuiſa cum Regia Audientia Bari, quæ eodem priuilegio gaudet, *l.* 1. *C. de Metrop. birito lib.* 11. vt infra *verſic.* 13. *obſeruat.* 1. *num.* 91.

XVIII. Præſidens Sac. Conſ. cauſas ciuiles, & criminales tam Magiſtrorum Actorū S. C. quam Porteriorum, ſeu Hoſtiariorum, eiuſdem cognoſcit, vt latè differit *Io. Franc. de Ponte in deciſ.* 36. Et hoc comproba ex Priuilegio apparēte in Regia Camera Sommariæ inter Regium Fiſcum, & Magiſtros Actores Sacr. Conſil. in Banca Anelli de Floribus; *conceſſo per Regem Ferdinandum Primum de anno* 1480. quando vendidit officium Magiſtri Actorū S. C. Franciſco Coppulæ pro duc. 1200. & venditio fuit in burgenſaticum pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ex corpore, & cum poteſtate ſubſtituēdi viros fideles, & legales, de quorum culpis, & defectibus teneatur; Et inde in anno 1481. idem Franciſcus Coppula illud mediante Regio Aſſenſu vendidit Comiti Fundorum Honorato Caietano cum eadem poteſtate, & pro eodem pretio. Et inde in anno ſequēti idem Comes Fundi vendidit officium prędictum 12. Perſonis, vt in morte cuiuslibet extinguatur ad beneficium Regis, licet inde Carolus V. adidit Secretarium Xeam, ita vt ſint 13. & non plus, conceſſitq; prædictis 13. Actorum Magiſtris poteſtatem ſubſtituendi, & quod in omnibus cauſis tam ciuilibus, quam criminalibus, etiam ſuper præſentatione Inſtrumentorum, dicti Actorum Magiſtri, vel ſubſtituendi ab eis non cognoſceantur niſi per S.C. ſed in hac ſubſtitutione ſeruandus eſſet ordo, *l. comperimus.* 13. *C. de proxim. ſacrorum ſcriniorum lib.* 12. Nec præte-

præteresas hos Actorum Magistros teneri ad omnia damna, si processus perderetur, vt in *foro Aragonum, in dispositionibus Caroli I. sub titulo de los processos, que se pierden*. Quinimo si prædicti fuissent citati ad informandum per Mag. Cur. possunt comparere coram Præsidente, secundum *Mastrill. in decis. 189. & 290.* non obstante *Ritu Mag. Cur. Vic. 269.* qui nullam exceptionem admittit, nisi illas tres, captiuitatis, absentiæ, & infirmitatis. Quoniam in hoc casu nõ procedit; & ita alias fuit practicatum ex *l. magisteria. C. de iurisd. omn. Iud.* pro cuius intellectu facit *Vincent. de Franch. in decis. 88.* & aduertit *Consiliarius Patinnus Hispanus* (qui obijt anno 1627. vir integerrimus) in discursu militari descripto in *Commentarijs Pragmaticarum per doctissimum Consiliarium Rouitum in pragmat. 15. de Militibus.* Nota tamen illud dictum in *l. omnes. 12. C. de offic. Rectoris Prouinciæ*; Quod regu-
117 lariter omnes Porterij sunt insolentes: imo voraces, & fraudulenti, vt in *l. 1. C. de numerarijs Actuarijs, & chartularijs lib. 12.* Sed habent aliqua Priuilegia. Nam commissarijs exequutione sententiarum, alij se intromittere non possunt, *Bald. in §. si facta. in fine, si de feudo fuerit controuersia folio 54. ater.* Tenentur penes Præsidentem Sac. Cons. & in portis Aularum Sac. Cons. semper assistere, vt in *pragmat. 20. de offic. Sacr. Consil.* debent enim isti matriculari, *l. quicumque 10. cum seq. C. de cohortalibus lib. 12.* Nec dignitatem habere possunt, sique illam acquisierint, spolientur, *l. fin. eodem titulo*, vt in hac tempestate euenit, nam quidam Porterius Sac. Cons. officium Magistri Actorum in Regia Camera Summariæ emere fuit ausus, & extitit eiectus; vide alia infra hic post *nu. 243. in 11. potest. Regentis M. C. V. in fine*.

Quo vero ad Scribas Sacr. Cons. videtur illos subesse Mag. Cur. Vic. per *l. scriniarios 16. C. de testament. militis*, & per quæ dicit *D. Rouitus in pragmat. 2. §. igitur. num. 7. de officio Sac. Cons.* vbi quod Consiliarij subsunt Mag. Cur. Vic. Sed contrarium suadetur ex dicto Priuilegio, & per *l. 3. C. de Corniculariis lib. 12.* ibi, *cæterisque qui in officio culminis tui merent*; Sed Scribæ subsunt, ac vniti sunt cum Magistris Actorum, & Echo Iudicum sunt, & tamquam radius à Sole, vt infra *vers. 4. obseru. 2. num. 67.* Ita & isti Scribæ. Ergo D. Præsidentis iurisdictioni subsunt, & subesse debẽt, quod eo fortius procedit, dum Mag. Cur. Vic. est Tribunal subordinatum ad Sacr. Cons. & per appellationes ab eo, ad Sac. Cons. deuenitur, in quo causæ terminatum habent finem, ergo nõ potest dici Mag. Cur. Vic. tanquam Ordinariũ Tribunal spoliari causis prædictis, dum ad Sacr. Cons. deueniendum erit. Nota tamen, quod in his casibus non posset Præsidens per se solum causam cognoscere, sed vna cum Consiliarijs examinare, *auth. ad hæc. C. de iudic.* & tandem pro supradicta opinione confirmanda videas *cap. 54. Regis Catholici in Priuileg. & Capit. Neapol. fol. 46. & in cap. 41. Magni Capitanei in dictis Priuilegijs pag. 36. ater.*

XIX. Licet olim Præsidens Sac. Cons. de causis summarijs, & salarijs seruientium cognoscebat, vt in *auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breuiloc. recitan. & l. ne quicquam. §. de plano. C. de offic. Proconsul.* Attamen quia Præsidens in maximis, & arduis negotijs occupatus, in minimis occupandus non erat, vt per *text. in cap. anteriorum. §. illud. 2. q. 6.* meritò prouisum fuit, vt causæ istæ remittantur ad Regentem Mag. Cur. Vic. vt in *prag. 1. §. 6. de caus. deciden.* Nota tamen, quod à sen-
118 tentia lata in causa salarij, non datur appellatio ad finem retardandi exequutionem, vt infra hic *num. 205. in 2. potest. Regentis M. C. V. & Anna in singul. 42.* & salarium deberi non obstante quinquennio elapso ad illud petendum, tenet *Giurb. in decis. 16. vol. 1.* & dicemus infra hic post *num. 205. in 2. potestate Regentis Magnæ Curiæ*, quicquid disputet *Guttier. in tract. de actib. Iudiciar. iurat. num. 20. in tract. tom. 3. par. 1. fol. 385.* Vtrum salarium debeatur elapso triennio.

XX. Si Præsidens esset infirmus, vel absens, aut longo impedimẽto impeditus: De-
119 canus Sacri Consilij eius officiũ exercet, vt ex *pragmat. 6. Maij 1558. relata à D. Regente Tapia in suo Iure Regni sub titulo de officio Sacr. Cons. lib. 2. fol. 161.* Decani enim aliquo præfulgent priuilegio, vt in *l. 1. C. de Decanis lib. 12.* Sed hoc non sẽper obseruatur à DD. Proregibus, sed secundum qualitatem personarum, & temporum, vt dicetur infra *vers. 14. obseru. 2. num. 14. & seq.* prouident, Vidimus enim post mortem Præsidentis Camilli de Curte laboriosi, & docti viri, & Decanus remansit Consiliarius Scipio de Curte eius frater, quod D. Prorex Comes de Lemos mandauit supplicationes legi per quatuor
120 Aularum Decanos à primo Ianuarij 1612. vsque ad primum Octobris 1613. quo tempore ex Hispania venit Præsidens Marcus Antonius de Ponte Marchio Sancti Angeli, & officium exercuit vsq; ad 14. Februarij 1623. quo tempore transiuit ad Regentis Regiam

Cancel-

Cancellariam officium, indeq; obijt 10.De-
cembris 1624.& interim ad Pręſidentis Sac.
Conſ.officium explendum, fuit ab Excellen-
tiſſimo D. Duce Alnæ Principe incompara-
bile tranſmiſſus nunquam ſatis laudatus vir
121 Io. Baptiſta Valenzuola Valaſquez Regens
Regiam Cancellariam vir vndique doctiſſi-
mus, vt ex tot eius operibus cōpoſitis Mun-
dus vider, officinmq; prædictum rexit à dicto
die 14. Februarij 1623. vſq; ad 7. Iulij 1625.
firmabatq; ſe ita, Valenzuela Regens officiū
Præſidentis, & Viceprothonotarij. cumque
fuiſſet poſtea à Potētiſſimo Rege noſtro vo-
catus ad ſupremum Hiſpaniæ Concilium,
122 licet Decanus remanſerat D. Fęlix de Ia-
nuario, ex quo impeditus reperiebatur, fuit
Propręſidens creatus D.Didacus Lopez Sua-
rez Conſiliarius Subdecanus, quo etiam tē-
pore Proregēs Regiam Cancellariam repe-
riebatur, & inſimul vtraque officia magna
cum admiratione, & prompta expeditione
exercuit, vſque quo Regens Regiam Cancel-
lariam fuit creatus, & iſto interim ſuper-
uenit ſupradictus D. Fęlix de Ianuario Mar-
chio Sancti *Maximi Decanus*, & Propræſidēs
fuit creatus, & per menſem Officium prædi-
ctum magna cum cęleritate, ac reſolutione
exercuit, vſque ad aduentū hodierni D. Præ-
124 ſidentis Petri Iordani Vrſini, de quo ſupra
hic *num.* 111. diximus ; ſed ex diſpoſitione
125 Iuris, ſupplicationes leguntur Conſiliarijs
abſente Præſide, vt in *auth. quæ ſupplicatio.
C.de precib. Imper. offer.* licet ibi *Gloſ.* aſſe-
rat, quod ad euitandas confuſiones, coram
Præfecto legendæ ſunt.

XXI. Præſidens Sacri Conſilij præcedit
Locumtenentem Regiæ Cameræ, ſique Con-
ſiliarius ſtatus fuerit electus, præcedit Lo-
cumtenentem prædictum etiam per prius
Conſiliarium ſtatus, *Fabius de Anna in
conſ.22. num.43. Io.Andreas Georgius in
alleg. 25. num. 11. & Regenc de Ponte in
decis. 8. num.15.* Verum ſi ambo eſſent Re-
gentes creari, ille præcedit, qui primus fuit
Regens, *Marcus Antonius Surgens de Nea-
polı illuſtrata cap.37. ſub num.22. & Regens
de Ponte in tract.de poteſtate Proregis tit.3.
§.8. num.35. ſub tit.de elect.official. fol.125.*
At ſi Sacr. Conſil. & Regia Camera in
Collaterali Conſilio vnirentur: Sacrum Cō-
ſilium ſedet à dextris, & Regia Camera à ſi-
niſtris, prout mandauit Sua Maieſtas, *Mar-
cus Antonius Surgens in d.tract. de Neapoli
illuſtrata cap.27. ſub num.24. fol.302.* & dum
126 Sacr. Conſil. præcedit, etiam Præſidens
eius caput præcedit, non obſtante, quod Lo-
cumtenens Regiæ Cameræ fuerit Regens
primus, & in actibus indifferentibus Præſi-
dentem ſolum præcederet: Quoniam (in hoc
caſu) Præſidens antecellit. Quinimo ſi Præ-
ſidens, aut Locumtenens prædicti ante De-
canum Collateralis Conſilij fuiſſent Regen-
tes creati, & in alijs actibus præcederēt: At-
tamen ſi ad Collaterale Concilium accede-
rent, Decanus Collateralis Conſilij, qui poſt
ipſos fuit Regēs creatus, in Collaterali Con-
ſilio præcedit, & in primo loco ſedet, & ſe-
cundus locus erit prædictorum Præſidentis,
vel Locumtenentis, & ita ſeruatur, ad quæ
vide infra hic *nu.144.circa fin.*

XXII. Præſidens Sac. Conſ. videns, quod
D.Prorex iracundia motus ſine cauſę cogni-
127 tione crudeles vindictas mandauerit, exe-
qutionem infra 30. dies differre debet,
(quod verbū interpetratur, ideſt poteſt, *And.
in §. ſi aliquis. num.1. apud quos, vel quem
controuerſ. feudi definiri debet*) adhoc vt in-
terim Principis iracundia ceſſet, *text.* eſt au-
reus in *l. ſi vindicari.* 20. *C.de pœnis*, & eſt, vt
interim ratione corrigatur, quod furore pro-
mulgatum eſt, *cap. cum apud.* 11. *quæſt.3. &
Capoll.in caut.2. num. 5. & Carausta in
ritu 259. num.* 4. & facit illud, quod quando
ex breuitate temporis conſtat, quod cauſæ
cognitio interuenire non potuit, decretum
eſt nullum, *Barbat.in conſ.1.num.32. verſic.
quinimo plus dico. vol.1.* In arduo enim ne-
gotio votum præcipitanter emiſſum, eſt nul-
lum, & non obligat, vt poſt *Anchar. in conſ.*
83. tenet *Surdus in decis. 354. ſub num.* 1.
Debet enim Iuſtitia exequi tempore oppor-
tuno, ſecundum *Fratrem Io. Marquez Gu-
bernatorem Chriſtianum in lib.1.cap.6.col.8.
fol.33.* qui quidem Author in *cap. 10. lib. 1.*
ponit, quoties, & quando debet Principi re-
plicari, & exequutionem ſuperſedere; & facit
§.quapropter.cap.2. vbi *gloſ. in verb. contra-
dicere, in auth. vt determinatus ſit numerus
Clericorum, & l.1.C.de relationibus.* Verum
prædicta procedere credas, quando Prorex
vti Locumtenens de poteſtate ordinaria
procederet, ſecus autem quando vti Capita-
neus Generalis cum poteſtate abſoluta pro-
cedere intendit, ſecundum diſtinctiones po-
ſitas ſupra in *verſ.2. obſeru.3. & 4.* Simileq;
128 dici poſſet, quando Papa aliquid irratio-
nabile mandaret, quia reſcribi, & replicari ei
poteſt, *cap.ſi quando. de reſcript.* Et ſimiliter
129 quando occurrit aliquod dubium facti, vel
Iuris debet Præſidens Principem conſulere,
l. Diuus Marcus. 14. *cum gloſ. ff. de officio
Præſidis.*

XXIII. Quando Præſidens Aulam Sacri
Conſilij

conſilij ingreditur, Conſiliarij omnes tenentur ei aſſurgere, *gloſ. in l. 1. C. de ſententiam paſſis, in verſ. praceſſiſſet, Felyn. in cap. de maioritate, & obedientia colum. 4.* & latè *Purpuratus in l. 1. num. 162. ff. de officio eius*.

130 Et è conuerſo, Præſidens eos ſalutare te-
netur, ſicuti etiam tenetur ſalutare Aduo-
catos, eoſque inuitare ad ſedendum in eius
domo, dum eſt in publica Audientia, *l. final.*
C. de officio diuerſ. Iudicum. de qua ad inui-
131 tem ſalutatione Conſiliariorum, facit *l.*
potiores. §. 1. C. de officio Rectoris Prouinciæ,
cap. eſto ſubiectus. 95. diſtinct. & l. 1. cum
gloſ. C. de ſilentiarijs lib. 12. meritò dixit
132 *Plato ad Dioniſium, ſi noſtra ſibi placent,*
nos quoque honorare debes. Vtique Cæſaris
133 interfectio præcipuè euenit, ob irreueren-
tiam, quam Senatui aſportabat, ſecundum
Dionem, qui ſubdit: *Quod Tiberius Cæſar*
Imperator ſubſequens Magiſtratus honora-
bat, ſicuti Rempublicam, quaſi ipſe illis, &
non illi ei ſubditi eſſent, aſſurgebatq; Conſu-
libus in Senatu, & quando eos ad Cænam
vocabat, vſque ad fores obuiam ibat, & in
diſceſſu vſque ad portas eos concomitaba-
tur.
134 Eſt verum, quod aduertere debet Præſidēs
vt facilem ſe præbeat, conſeruata tamen
authoritate, ne contemnatur, *l. obſeruandū*
119. ff. de officio Præſidis; Nec etiam aduer-
ſus eos, quos malos putat excandeſcere de-
bet, neque precibus calamitantium illacry-
mari, quoniam conſtantis, vel recti Iudicis
non eſſet, vt declarat *Bouadill. in polit. tom.*
1. lib. 2. cap. 5.

135 XXIV. Præſidens Sacr. Conſ. legem, vel
ordinationes facere non poteſt, *Boer. in*
tract. de authorit. magni Conſilij num. 179.
poſt *Alber. de Roſata in rubr. de legibus, &*
DD. ibi allegatos, & in nu. præced. 178. dicit,
quod cum conſenſu Principis, leges facere de-
bet; Cumq; de menſe Ianuarij 1627. D. Præ-
ſidens Sacr. Conſ. feciſſet ordinem, vt Aduo-
cati, Procuratores, & litigantes aſſiſterent,
dum aſſiderent Conſiliarij in Conſilio ſub
pœna vnciarum 2. fuit ſtatim reuocatus,
ad quod facit *l. placet. 8. C. de excuſat. mu-*
ner. lib. 10. Solus .n. Princeps ſubditos arcta-
re poteſt, & legem condere. Conſiliarij cir-
ca ordinatiua litis, aut vero reformant, vel
ſtilum Curiæ addunt, *Caſſan. in catalago glo-*
ria mundi par. 7. conſiderat. 12. in fin. eſt ve-
rum, quod in *pragmat. 20. de officio Sac. Conſ.*
ſtatutum erat, Aduocatos, Procuratores, &
cauſidicos iuſta cauſa non impeditos ad Sac.
Conſ. ire: ſed per decretum D. Ducis de Al-
cala fuit iniuncta inremiſſibilis pœnā Por-
terijs, & Actuarijs tantū, *vt ibidem*, vide etiā
infra *verſ. 7. obſeru. 1. in fine*, quando tracta-
tur de iuramento Aduocatorum. Edictaque
prædicta Sacr. Conſ. ponit in albo Palatij ad
exemplum Prætorum, *gloſ. in verb. edicta*
in §. Prætorum. inſtitut. de iure natur. gent.
& ciuil.

Præſidenſq; Sacr. Conſil. ſolet etiam eſſe
Viceprothonotarius: & quia Prothonotarius
eſt vnus ex ſeptem officijs Regni, vt per
Frecciam de ſubfeud. lib. 1. in tit. de officio
Locotetæ, & Prothonotarij; Officiumq; hoc
cum ſit perſonaliſſimum, non poteſt ipſe aſ-
ſiſtere, & ideo Rex ſubſtituit, & vt plurimum
ſubſtituit Præſidentes Sac. Conſ. *Frecc. ibid.*
num. 17. Licet aliquando alij Miniſtri fuerūt
etiam Viceprothonotarij, vt notat *Afflict. in*
deciſ. 190. & D. Tapia in rub. de offic. Sac.
Conſ. in ſuo Iure Regni. Quæ proceſſerunt
ante Præſidatum D. Salernitani, qui ſuo tem-
pore fundauit, officium Prothonotarij ſpe-
ctare ad Præſidentem Sacr. Conſ. & inde fuit
ita ſeruatum, & ſeruatur, & vti Viceprotho-
136 notarius creat Iudices ad contractus, &
Notarios, & exigit emolumenta, & quando
legitimatur aliquis à Principe, ducatum vnū
pro qualibet firma exigit, vt per *Frecc. ibid.*
num. 21. & videbis infra in hoc *verſ. & ob-*
ſeruat. num. 294.

Solent Viceprothonotarij Commiſſarios deſtinare ad viſitandos Notarios per Regnum, & ad videndum ſi in protocollis adſunt deſcripta Inſtrumenta ſeruata forma Pragmaticarum, & ſi priuilegia habent: ſed multoties deſtinantur perſonæ, quæ neque cognoſcunt protocolla, nec Inſtrumenta, & in hoc nimium aduertare debent DD. Viceprothonotarij.

De poteſtate, & iuriſdictione huius Viceprothonotarij vide infra hic, in *Tribunali 13 num. 292.* & de prouiſione Prothonotarij ad deſcribendū aliquem in locum teſtis demortui in inſtrumento, vide *§. certè. cum ſeq. in auth. quomodo inſtrumentis, quæ apud &c. conſt. 73.* ſecundum *lecturam Aloandri*, in quo titulo, habemus etiam requiſita, & ſolēnitates Inſtrumentorum, & quid agendum, ſi teſtes, vel Notarius ſint mortui &c. vltra *Regni conſtitutio. Inſtrumentorum robur.*

XXV. Præſidens, vel Propræſidens S. C. præcedit Regentem venientem ad S. C. vti Conſiliarius, quia Epiſcopus ſedet vt Canonicus, verum ratione dignitatis immediate poſt Decanum, *Abb. in cap. poſtulaſti. de conceſſ. præben. Boer. in tract. de author. magni Concilij num. 79. & 80.* & fuit ſeruatum in

anno

anno 1612. quo tempore D. Carolus Tapia Consiliarius fuit Regens creatus, & inde cõtinuauit venire ad S.C. pro expediendis causis, & sedebat immediatè post Propræsidentem D. Ioannem Sanchez de Luna; idemque eodem tempore fuit seruatum in Regia Camera respectu D. Regentis de Montaluo, per prius Pręsidentis in ea, dum pro expediendis causis, veniebat vt Præsidens, ad quę etiam vide *cons. Fab. de Anna* 40. *num.* 39. *& Camillum de Curte in diuersor. iuris feudorum fol.* 13. *et seqq.* Aduerte tamen, quod si Visitator Generalis ad S. C. veniret ordine Regis pro assistendo in aliqua causa, ipse præcedit Præsidentem, & ita seruatum fuit in anno 1630. & Secretarius S.C. ei obuiam iuit vsq; ad gradus S.C.

XXVI. Cognoscit mẽdacia, & subreptiones in supplicationibus, pœnasq; exigere facit, *l. si quis obrepserit. ff. ad l. Corneliam de falsis, l. 5. in fin. C. si contra ius, & Menoch. de arbitr. Iudic. casu* 314. Obripereq; Præsidi est, eum fallere, seù fallaciter adire, secundum *Buda. in d. l. si quis obrepserit.* Quo quidem casu, standum est Supplicantis confessioni, quia firmatur in illo, quod contra ipsum facit, *l. cum precum. 9. C. de liber. caus.*

XXVII. S.C. Pręsidens causam reclamationis alteri Commissario committere tenetur, & ideo quando quis reclamat à sentẽtia diffinitiua, si Præsidens prouidet, quod verbum faciat loco reclamationis. Si dum fit verbum, Pars aduersa instat in S. C. causã alteri committi: Sacrum Consiliũ prouidet, quod committatur, prout fuit obseruatum 27. Maij 1628. in causa Aureliæ de Ansora, cum Ecclesia Sancti Francisci, & Matthei, in Banca de Martino. In eadem Banca in causa Gulielmi Melucij, cum Cosmo Busdrachi à sententia contra Cosmum prædictum reclamauimus, & optinuimus verbum fieri loco reclamationis, Pars aduersa instabat dari terminum ad non posita ponendum, & non dicebat causam alteri committi, & fuit prouisum, quod oppositis nũ obstantibus expediretur causa verbi faciendi, prout fuit expedita de anno 1626. vt infra *vers.* 12. *obseru.* 2. *num.* 38.

XXVIII. Pręsidens Sac. Cons. appellationes de futura captura admittere non potest, sed illas ad Mag. Cur. Vic. remittat, vt prouideat, nisi aliter per S. E. fuerit mandatum *pragmat.* 44. *§.* 3. *de offic. Sac. Cons.* in qua etiam disponitur, vt citati ad informandum, si in Ciuitate, aut in Prouincia Laboris per 30. millearia in circa habitauerint, non audiantur in appellatione, cum supplicatione de verbo faciendo in S. C. nisi personaliter comparerent: Ergo (ab argumento valido, quod si statuens interrogatus sic respõdisset, *glos. in l. tale pactum. §. fin. in glos. fin. ff. de pact.* & alij quamplurimi relati à *D. Cardin. Tuscho in pract. lit. A. conclus.* 694.) Alij citati per Regnum vltra 30. millearia habitantes, deberent admitti per Procuratorem ad finẽ videndi per S. C. si bene citentur. Videmus enim quamplurimos citatos in confinibus Regni, illisq; comparentibus, & viso eorum processu per S.C. aut per M.C.V. liberantur: Sed interim maximas expensas patiuntur: tantoq; malo obiaretur; si appellationes admitterentur vigore *pragmaticæ prædictæ*: quicquid dicatur de *§. ad crimen. l. pen. ff. de pub. iud. & l. reos. C. de accusat. Alex. cons.* 188. *vol.* 6. *num.* 14. vbi quod in criminalibus non admittitur Procurator, vt fuit introductum, & ad præsens seruatur, cum maximo damno subditorum, sub prætextu *Ritus M. C. V.* 259. quo omnium exceptionum viæ pręclusę sunt, pręter illas tres, infirmitatis, captiuitatis, & absentiæ. Sed ista innocentię, & impunitatis includi deberet.

XXIX. Præsidens S.C. potest grauamina illata per Curiam Iustitiarij cognoscere, & reuidere, vigore *pragmat.* 6. *cap.* 3. *de Officialibus*, verum hodie non est in vsu, & D. Grasserius recognoscit, vt infra videbimus in *Tribunali Iustitiarij infra hic nu.* 309.

Officiumq; hoc in Regis beneplacito stat de illo conferendo exteris, vel Regnicolis, vt in *Priuileg. & Capit. Neap. pag.* 148. *&* 159. vbi etiam habetur, quod Consiliariorum duæ partes debẽt esse Regnicolę Oriundi, (& quomodo Oriundi intelligantur, ibi declaratur,) & tertia pars ad beneplacitum Regis.

Visis iam prædictis quo ad Concilia, subsequitur videndum de Tribunalibus ipsius Ciuitatis, quę à Concilijsd if- erunt, vt supra, & infra hic *nu. 157. in fine.*

TRIBVNAL .I.

REG. CAM. SVM.

PRIMVM est Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ: Camera enim dicitur quid vniuersale, sicuti mēsa, aut negotiatio, & augmentum, & diminutionem recipit, *l. cum pater. §. mensa. ff. de legat. 2. l. in tabernam. ff. de pignor. Bal. in tit. de notis feudorum num. 3. fol. 95. ater. Andr. in §. si quis vero. num. 10. de pace iurament. firm.* ait, Cameram esse nomen nouum de Iure feudorum. Summariaq; vocatur, vel quia est
137 summa Hæra, idest Domina rerum fiscaliū vel quia agit summa æra, idest summas pecuniarum, secundum *Marcum Antonium Surgentem in lib. 1. de Neap. illustrata cap. 26. num. 25. fol. 289.* Etenim etsi Princeps superiorem non recognoscēs potest esse Iudex in lite propria quā habet cum suo subdito, secus cum alio, *Socein. in cons. 120. col. 6. in princ. vol. 1. & Andr. Alser. in cons. 63. in fine.* Attamen quia tutius est, causas illas delegare, *Andr. in cap. Imperialem. §. præterea si inter. col. 7. et 8. de probib. feud. alien. per Frideric.* meritò Tribunal tale à Diuo Nerua constitutum fuit, *l. 4. ff. de orig. iur.* & successiuè in hoc Regno nostro vocatur Regia Camera Summariæ, in qua omnes Fisci causæ patrimoniū tangentes cognoscuntur, & extēditur, ēt si inter priuatos lites essent, & ex eis interesse Regio Fisco oriretur, vt in *Constitut. Regni Quæstiones. & in Pragmaticis 62. & seq. sub tit. de officio Procuratoris Cæsaris.* & habetur in *l. 1. C. de offic. Comit. rerum priuatarum. in l. 1. C. de officio Com. Sacri Palatij, & in l. 1. & seqq. ff. de officio Procurat. Cæsaris,* vel rationis. & per *Gayll. lib. 1. obseruationum. in obseruat. 20.* verum quo ad aliquas personas, puta Officiales Arrendatorum pro causis, & delictis non concernentibus eorum officia coram Prouincialibus Gubernatoribus cognosci possunt, *cap. 25. Comitis Ripæ Curtiæ fol. 67. ater. in Priuileg. & Capit. Neap.* et alibi. De Iure autem Constitutionum Regni vocabatur officium Magistri Camerarij, vt in *Constitut. Officiorum periculosa.* quo loci disponitur,
138 in quibus consistebat iurisdictio huius officij; & quod ab eo appellabatur ad M.C.V. quod hodie non seruatur, refert tamen *Salernitanus in decis. 28. manuscripta*, quod quidā falsificatus est prouisiones Regiæ Cameræ, & fuit condemnatus ad mortem per Sac. Cons.

Cumque expediens sit Reipublicę Regis patrimonium conseruari, ne Rex ex necessitate ad iniquitates manus imponat; Debent
139 ergo ad illud conseruandū vacare nedum Ministri isti, verū etiam omnes subditi, quia publica, & non priuata dicitur vtilitas, vt aduertit *Afflict. in Constit. Scire volumus nu. 8.* & Ciuitas Neapolis supplicauit Carolo V. pro doctis, & integris Præsidentibus, & Rationalibus in eo constituendis, vt in *cap. 4. Parlamenti generalis in Priuileg. & Capit. Neap. fol. 102. ater. & 103.* Merito pro cōseruando Regis Patrimonio Tribunal hoc constitutum fuit cum eius capite, qui voca-
140 tur Locumtenens Regię Cameræ, (de quo vide aliqua supra *vers. 2. obser. 3. num. 5.*) & cum octo Pręsidentibus Doctoribus, quorum quatuor Itali, & quatuor Hispani constituuntur, & quoniā Doctoribus nullum ratiociniū debet iniungi, sed tantum onus iudicandi, *l. sancimus. 6. C. de Aduocat. diuers. Iudiciorū.* Meritò duo alij Præsidentes non Doctores fuerunt additi, qui vulgariter idiotę vocantur, (licet in *Capit. & Priuileg. Neap. de anno* 1558. per Catholicam Maiestatem Philippi II. disponatur duas partes esse Italos, & tertiam ad beneplacitum Regis, vt in *fol. 148. & 159.*) Isti enim idiotę, (de quibus vide per *Frecc. de subfeud. lib. 3. fol. 432. nu. 23.* & per *Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 1. cap. 9. in fin. pag.* 143. vbi post *Strabonem* idiotas istos vocat quasi pueros) similiter iudicare possunt, *l. pen. C. de iudic. & l. 2. C. si à non compet. Iudic. Bouadill. in polit. tom. 1. fol. 16.* quod intellige vt in *pragmat. 59. de offic. Procur. Cæsaris.* & hi ambo sunt Itali.

Habet etiam Tribunal hoc sui Fisci Patronum, & Procuratorem: & secundum *Gayll. in lib. 1. obseruat. in obseruat. 20. nu. 40.* Fisci Aduocatus ab Adriano, & Procurator Fisci ab Augusto, instituti fuere, *Budæus in annotat. ad tit. ff. de officio Quæst.* Sed expedientius, & vtilius Regi foret, duos habere
141 Fisci Patronos in hoc Tribunali pro maiori, & clariori tuitione eius Patrimonij, & ita asserit *Cassaneus in catal. gloriæ mundi. par. 7.*

par.7. conſider.23. in fine. & *l.binos. C.de Aduocatis diuerſ. Iudiciūm,* & *l.1.* & *2.C.de Aduocatis Fiſci,* & *in rubr.rituum M.C.V.* videmus, quod duo erant Fiſcales. Magna adeſt negociorum moles in hoc Tribunali,& ideò vnus Fiſci Patronus difficiliter omnes cauſas perpendere poteſt. Negotiaq; diuidi inter eos poſſent, prout inter Præſidētes negotia Prouinciarum diuiduntur: & ſic nulla confuſio orirerur. Aduocatus, & Procurator Fiſcalis ad electionem Regis conſtitui poſſunt, vt in *Priuileg.* & *Capit. Neap. fol.148.* & 159. Et Procurator in hoc Tribunali deberet eſſe Doctor, aut Licentiatus, *Andreas Gayll. pract.obſeruat. lib.1. obſer.43. num.7.* ſtante importantia cauſarum feudalium, iuriſdictionalium,& aliarum magni momenti. Alia vero de Aduocato, & Procuratore Fiſcalibus, vide infra hic *nu.208.* & *ſeq.in Tribunali M.C.V.* vbi quomodo præcedant alios; & quomodo,& quando Fiſci Patronus Regij Patrimonij recuſari poterit vti ſuſpectus, refert *D. Rouitus in pragmat. 5. de ſuſpit. Officialium*. reliqua vero de Aduocato Fiſci, vide per *Peregrin. de Iure Fiſci. lib.7. ſub tit. de Aduoc. Fiſc. tit.2.* Dicitur enim Aduocatus Regij Patrimonij, ex quo in omnibus Tribunalibus in quibus habet intereſſe Regius Fiſcus, ipſe interuenit.

Habet etiā illud Tribunal viginti Rationales, Notatorē,(qui Secretarius communiter appellatur) quatuor Magiſtros Actorum: & vigintiduos Actitātes, & hi omnes Regnicolæ eſſe debent, vt in *Priuileg.* & *Capit. Neap.pag.148.* & 159. & licet Tribunal hoc originē ex officio Procuratoris Cæſaris habuerit, teſte *Afflict. in conſtitut. Regni Præſes Prouinciæ. nu.18.* & *Loffred. in conſ. 36. num. 10.* & poſt Cancellarium locum optineat, ſecundum *Budæum in adnotat. ad l.fin. C.de ſentent. fol. 257.* & *Alciat. in tract. de ſingulari certamine. c.34.* quos ſequitur *Lancellott. Conrad. in templo Iudicum. in tract. de Imperatore. lib.1. §.4. fol.90. ater.* vbi quod
142 Illuſtriſſimus dici poteſt, tamen in hoc Regno noſtro tempore primi Regis Roggerij Normandi de anno 1125. incepit, & inde à Carolo Primo Gallo fuit confirmatum,& ab Alphonſo Primo Hiſpano in anno 1441. reformatum in Ciuitate Caietæ, quam eo tempore ſubiugauerat ob mortem Reginæ Ioannæ, Camerariumq; creauit Raymundum de Ponſiltonibus, quo mortuo, creatus fuit Magnus Camerarius Comes Laureti Don Franciſcus de Aquino, qui vtens priuilegio, *l. nullus.60.* & *l.neminem.64.C.de decurio. lib. 10.* vbi Illuſtris perſona poteſt ſeruire per ſubſtitutum, nullatenus in Regia Camera aſſiſtere voluit,& ideo fuit neceſſum creare Locumtenentē (qui ab antiquis Comes rerum priuatarum vocabatur, vel ſacri Patrimonij Comes, *l. vnic. C.de offic. rerum priuatarū. lib.11.* & *l. ſi quando. C.de bonis vacant. lib.10.* vbi de Rationalibus fit menſio, quos Procuratores Fiſcales denominat ibi *gloſ.* eiuſque antiquam originem declarat *Marcus Antonius Surgens de Neap. illuſtr. lib.1. cap.26. nu.24. fol. 289.*) & primus Lo-
143 cumtenēs fuit Nicolaus Antonius de Montibus de Ciuitate Capuæ in anno 1451. & inde ſubſequuti ſunt, Iulius de Scorriatis in anno 1477. & inde Michael de Afflicto vſque ad annum 1509. cui in anno 1511. ſucceſſit Hieronymus de Franciſco, qui filium in coadiutorem habuit, nomine Franciſcus de Franciſco: (licet videatur obſtare *text.in l.3. C.de filijs familias lib.10.*) & poſtea in anno 1541. Bartholomęus Camerarius: in anno autem 1548. Franciſcus Reuerterius: & in anno 1556. Andręas Pons de Leon: poſtea in anno 1569. venit Ferdinādus de Aualos: & inde Hieronymus de Palatijs Hiſpanus: In anno autem 1579. fuit Berardinus de Sancta Cruce: & deindè in anno 1580. Franciſcus Aluarez de Ribera: cui ſucceſſit Franciſcus Antonius Dauid vſque ad annum 1593. & inde Ferdinandus Fornarius, qui obijt in anno 1600. & venit ex Hiſpania Alphonſus Aluarez Suarez in anno 1603. qui hoc officium per aliquos annos exercuit, & poſt aliquas ęrumnas paſſas tēpore Gubernij D. Comitis Lemenſium fuit translatus ad officium Regentis Regiam Cancellariam, & Prolocumtenēte venit Don Petrus de Caſtellet Regens Regiam Cancellariam, donec ex Hiſpania aduenit Dominus Don Bernardinus de Montaluo Marchio Sancti Iuliani in anno 1615. qui rexit, & ad præſens regit officium hoc Locumtenentis nimium mirifice: Eſt enim vir omnium virtutum numero ornatiſſimus, & præcipuè Politicus admirabilis: In aduerſis fortunis Prudens, & in fęlicitatibus Temperatus, & vti caput in dicto Tribunali ſingulis annis Præſidentibus, Rationalibus, & Secretario Iuramentum de ſecretum tenendo, & ſilentium ſeruando præſtat. Prout faciunt cęteri exiſtentes capita Tribunalium, *pragmat. 9. de ſuſpit. Official.* Officiumq; hoc Locumtenētis ad Regis beneplacitum ſtat de illo conferēdo Regnicolis, vel exteris, vt in *Priuil.* & *Capit. Neap. pag.148.* & 159. vbi etiam de alijs officijs videbis.

Tribunal hoc à Tribunali Sacri Concilij in Comitijs publicis, & in omnibus vnionibus, tam in Collaterali Concilio, quam in

quo-

quocumque loco faciendis præceditur, & immediatè post titulum *ff. de offic. Præsid.* sequitur *titulus de offic. Procuratoris Cæsaris;* & si dici posset, primum locum deberi illis, qui plures sunt, *Regum. 3. cap. 18. num. 25.* & dum plures sunt Consiliarij, quam Præsidentes Regiæ Cameræ, debent præcedere: at non ex hac ratione est: sed quia S.C. Principis personam repræsentat, & eius iustitiam exercet, & distribuit generaliter; & Tribunal hoc speciales causas Fisci interesse tangentes, vel dependentes cognoscit. Hinc fit, quod si Regius Consiliarius crearetur Præsidens in Regia Camera Summariæ, omnes Præsidentes præter Decanum præcedit, & ita obseruatum 1. Maij 1505. quando Consiliarius Ioannes Thomas de Mastrillis ordine Domini Magni Capitanei Præsidens Regiæ Cameræ fuit creatus, & ordinatum, vt in primo loco partis sinistræ sederet: sicuti videre poteris in annotat. decretorũ Regiæ Cameræ, quas habeo manuscriptas: idemq; fuit decisum in causa Regij Consiliarij Didaci Salinas, cum Præsidente Scipione Brandulino Decano Regiæ Cameræ, (postea Regente creato ob propria sua merita) & hoc, non obstante, quod Consiliarius Salinas prætendebat præcedere etiam D. Decanũ, sub prætextu, quod fuerat Consiliarius creatus antequam prædictus Decanus fuisset Præsidens in Regia Camera, non obstante decisione relata à *Marco Antonio Surgente in tract. de Neapoli illustrata. lib. 1. cap. vlt. fol.* 30. vbi refert, quod Consiliarius Montoya creatus Præsidens, præcessit omnes in Regia Camera, præter Decanum: quia Consiliarius Salinas respõdebat, quod ipse fuerat creatus primus Officialis, quam prædictus Decanus: sed ei obstabat, quoniam si in Collaterali Consilio est Decanus aliquis Regẽs, qui fuit creatus post Locumtenentem Regiæ Cameræ, vel Præsidentem Sacri Consilij similiter Regentes ante ipsum Decanum, dum accedunt ad Collaterale Concilium sedent in secundo loco post Decanum, vt supra hic *num.* 126. quoniam accedunt ad Conciliũ, in quo Decanus habet primum locum, & campanulam tenet, (si Dominus Prorex non adesset) tamen facta relatione in Collaterali Concilio *sub die 16. Martij* 1623. *fuit prouisum, quod præcederet D. Decanus;* & votauerunt Domini Regentes Constantius, Marcus Antonius de Ponte, Henriquez, & Proregens Lopez Suarez. Et decisionem hanc ponit *Dñus Regens Constantius in l. 1. C. de Consulibus lib. 12. num. 35. fol. 257.* vbi etiam affirmat, quod si Regius Consiliarius crea-
145 retur Fisci Patronus Regiæ Cameræ Summariæ sedebit in loco, in quo Fisci Patroni ordinarij sedere solent, non obstante, quod erat Consiliarius. Secus verò, si Consiliarius transiret ad Regiam Cameram pro Fisci Patrono interim, vel pro aliqua causa particulari, quia tunc habet primum locum in manu leui, & ita semper seruatum fuit, & signanter in anno 1627. quo tempore D. Fabius Capycius Galeota Regius Consiliarius dignissimus, & Eques morigeratissimus accedebat ad Regiam Cameram pro Fisci Patrono in quamplurimis causis, ex quo D. Vincentius Coccionus similiter Regius Consiliarius, & prædecessor Fisci Patronus meritissimus, creatus Præsidens in Regia Camera, non poterat interuenire (in quo nota, quod præteritus Fisci Patronus potest assistere in causis prædictis, & aduertere, quæ illi occurrunt pro seruitio Fisci, vt per *D. Tapiam in decisionibus Sacri Consilij decis. 40.*) sed quia deinde à Sua Maiestate fuit creatus Fisci Patronus in capite stantibus eius meritis, vigilãtia, & doctrina incepit sedere in loco, prout cæteri Fisci Patroni in capite sedere solent, idest post Præsidentem creatum ante quam iste Fisci Patronus fuisset Officialis. Et ita etiã tradit *Marcus Antonius Surgens de Neapoli illustrata. cap. fin. num. 47. fol.* 214. Post hæc scripta superuenit Eruditissimum *consilium D. Rouiti.* 102. *vol.* 2. vbi omnes casus præcedentiæ concinne more solito explicat ad quod recurre, quando de præcedentia Vnionis Tribunalium, vel Adiunctorum tractaretur.

146 Aduocatus Fiscalis immunis est à functionibus Fiscalibus debitis super bonis ei obuentis, etiam ex causa dotis, *l. 2. C. de Aduocatis diuers. Iudicum.* & per *Decretum Regiæ Cameræ Sũmariæ* 14. *Ianuarij* 1580. fuit decisum pro Marcello de Mauro: pro quo fuit etiam determinatum 10. *Martij* 1580. vt interuenire possit vti Aduocatus Fiscalis in causis, in quibus eius consanguineus erat Aduocatus; Sed in materia Aduocati Fisci, nota, quod mandata ad ostendendum titulum fieri non possunt, nisi ipso consulto, secundum *Decretum Regiæ Cameræ Summariæ* 10. *Ianuarij* 1560. pro quorum mandatorum materia vide *Andr. in § illud quoque. num. 67. de probib. feud. alien. per Freder.* vbi quod per abusum incepit in hoc Regno, sub prætextu, quod pro nuda proprietate Dominus vendicat, *l. fructus. in fine glos. ff. de rei vendic.* similiterq; vide *Io. Vincentium de Anna in alleg. 79. & Io. Franciscum de Ponte in tract. de potest. Proregis. § 6. de diuers. prouisionibus nu. 36. fol. 205.* vbi, quod aduersus mandata prædicta titulum verum,

vel

vel preſumptum ſuffieit preſentare: aliaque
ponit *Iacobutius de Franchis in pralud.feu-*
dorū. nu.96. & eſt in deciſ.Vinc.de Franch.
& Petrus Gregor. de feudis. par.1. quaſt.12.
Practicamq; hanc deſumptam eſſe in Regno
ex *l. 2. C. de fundis limotrophis lib.11.* tenet
Afflict. in deciſ.265. num.87. & multa ponit
Camill. Salern. in add. ad Napod. in proem.
conſuet. Neap. fol.41. nu.332.lit.A. Sed quid
ſi eſſet Fiſci Patronus, & Cōſiliarius, & vtra-
que officia exerceret, ſecundū *l. bis quidem.*
C. qui militare non poſſunt. lib.12. vbi quod
duo officia poſſunt haberi, licet obſtet *text.*
in l.banc partem.9.C.de proxim.ſacrorum
ſcriniorum lib.12. num debeant habere duo
ſalaria? *text. in §. illud autem decernimus.*
cap.2. in auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffra-
gio. reſpondit affirmatiuè, *& Gratian.deciſ.*
101.& integri anni deberi, *l. ſi quis in ſacris.*
21. C. de proxim.ſacror.ſcrin. lib.12. Sed ex
quo labor, & pecunia recipiunt diuiſionem,
l.Seio.10. ff. de annuis legat. pro tempore
quo ſeruiuit deberi, tenet *Bald. in §. ſolda-*
ta. quis dicatur Dux. & Gayll.pract.obſeru.
lib.1. obſeru. 44. merito concludit *Bouadill.*
in polit.tom.2. lib.3. cap.8. num.68. fol.171.
quod Officialis duo poterit habere ſalaria,
ſi duo exerceret officia.

Olim Tribunal iſtud regebatur in Caſtro
147 ſancti Saluatoris ad mare, quod hodie di-
citur Caſtrum Oui, vt eſt videre in *Regiſtro*
Caroli Primi; ſed poſtea in anno 1539. fuit
vnitum cum Tribunalibus Sac.Conſ.& Mag.
Cur. Vic. & alijs, in Caſtro Capuanæ, vbi ad
præſens exiſtit:& eius Officiales Præſidentes
148 Regiæ Cameræ appellantur: licet olim
Magiſtri Rationales, & Regij Conſiliarij de-
denominabantur, vt ex *Regiſtro Caroli Pri-*
mi de anno 1267. eratq; eo tempore (pro-
ut ad præſens eſt) officium magnę dignita-
tis, & omnes erant nobiles, & quandoque
fuerunt vſque ad 75.

Præſidentes iſti habēt quamplurimas im-
munitates pluſquam cęteri Officiales, ſe ta-
men abſtineant à negotijs, & cōductionibus
rerum fiſcalium: verum ſi ſuccederent alicui
vti hęredes, poſſent continuare, *l. vnica. C.*
quibus ad conductionem prædiorum fiſcaliū
accedere non licet. lib.11. Sed melius facerēt
ſi renuncient ſtatim.

149 Gaudent enim immunitate Sigilli Regij,
quem non ſoluunt ex antiquiſſimo *Priuile-*
gio Reginæ Ioannæ Primæ de anno 1346.
confirmatum per Regem Catholicū in anno
1507. quod priuilegium immunitatis extē-
ditur etiam ad ipſorum filios, vt eſt notum
in Regia Camera, & diſponit *text. in l. fin.*
cum gloſ.penult.C.de ſilentiarijs lib.12.

Gaudent etiam immunitate omnium di-
rictuum Regiæ Dohanæ, fundaci, nouæ Ga-
bellæ, & omnium vectigalium, & hoc intel-
lige pro vſu tantum, prout etiam eſt notum
in Regia Camera.

Sunt etiam immunes à dirictibus paſſuū,
& vti bona tenentes ab omnibus functioni-
bus fiſcalibus fuerunt facti immunes ab Al-
phonſo Primo, quæ immunitas extenditur
etiam ad bona in dotem ipſis data, & ad do-
natiua Regi per Ciuitatem facta, nec eorum
bona ſubſunt muneribus ſordidis, *l.4.C.de*
dignit. lib. 12. Sed quo ad prædia ſubiecta
muneribus, & functionibus fiſcalibus ad eos
deuoluta tenentur, quia tenetur etiam Fi-
ſcus, *l.fin.C.de collat. funtion. fiſcal. lib.11.*
& l.2. C. de priuileg. domus Auguſtæ. eodem
lib.11. vbi *gloſ.* reddit rationem, quia leuius
portatur, quod à pluribus comportatur; qui-
nimo prædia Principis etiam tenentur ad
contributionem viarum, & pontium, *d. l. 2.*
& l.4. C.de immunitate nemini concedenda.
lib. 10.

Multaſq; alias immunitates vide in con-
ſultatione Regiæ Cameræ Suæ Maieſtati fa-
cta ſub die 30. Maij 1550. regiſtrata in regi-
ſtro primo Curiæ *num.65.*

150 Vacet præcipuè Tribunal hoc pro Patri-
monio Regis, quod augeri, & conſeruari cu-
ret, ne eueniat illud Tiberij Cæſaris, ſi Æra-
151 riū per ambitionē exhauſerimus per ſcę-
lera ſupplendum erit. *Tacitus in lib.2.annal.*
Diuitiæ Regis ſunt conſeruandę, ne Populi
grauentur, quia requieſcunt animum, & ſa-
lubritatem corporum. Imperiumq; diſſolui-
tur, ſi fructus quibus Reſpublica ſubſtinetur,
diminuuntur, *Tacit.in annal.13.* quoniam
illi pro communibus neceſſitatibus impen-
duntur, *l.fin. C. de immunitate nemini con-*
cedenda. lib.10. idemque *Tacitus in loco cit.*
& alibi dixit, *quod aurum, & opes præcipuè*
bellorum cauſa. lib.4. Hiſtoriarum ſub num.
17. & meritò cura huius Tribunalis eſt ſin-
gulis annis tranſmittere ad Suam Maieſtatē
computum, ſeù bilancium ſui Patrimonij cū
introitu, & exitu, argumento *text.in l.appa-*
ritores C.de exactoribus tributorum lib.10.

152 Caueant huius Tribunalis Miniſtri, ne eo-
rum deſidia Patrimonij bona depereant, vel
minuantur, quia punirentur, vt in *Conſtitut.*
Regni Officiales, qui ſua negligentia, & in l.
Iudices.10. C.de annonis, & tributis lib.10.
quę tollit ſalarium. Milites enim, qui à Repu-
blica aluntur, pro ipſa, & non contra ipſam
militare tenentur, *l. milites.31. C.locati.* Ita
& ipſi Officiales tenentur pro Fiſco. Quini-
153 mo expenſę vtiles, & neceſſariæ in rebus
Fiſci, per Officiales admittantur etiam

M abſque

absque mandato, & Rationales in his non faciant dubium sub pœna, vt in *Const. Regni vt Officialibus Procuratoribus nostris.* Sed est verũ, quod non est faciendum id, in quo plus expenderetur, quam de commodo habeatur, *l. mediterranea.* 3. *C. de annonis lib.* 10. prout annis elapsis fuit Regi consultum, non esse expediens mineriã auri in Territorio Maidę Prouinciæ Calabrię existentem fodi, ex quo exitus ęquiperabatur introitui, sed forsan vtilius erat illam exercere, quoniam fiebat de non Ente Ens, & Regi semper vtilitas redundaret ex multis, quæ prętereuntur: sed de hoc vide *Petrarcham de remed. vtriusq; fortunæ. dialog.* 54. & 55. *lib.* 1. caueantq;

154 Ministri prędicti ne pecunias publicas mutuent, *l.* 1. *C. de his, quæ ex publicis collat. lib.* 10. *& in tit. de his, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt. eodem lib. Meles in decis.* 81. aut illas subtrahant, aliàs crimine peculatus, & capite puniuntur, nisi Regia pietas indulserit, vt in *Constit. Regni Officiales Reipublicæ.* Et Ministros Regium Patrimonium fraudantes tolerare, si soluere non possunt, vt cum eorum intelligentia vtilitatẽ Fisco procurare possent; vt aduertit *Gubern. Christian. in lib.* 1. *c.* 25. *col.* 8. *fol.* 152. cum quo non assentio, quia semel malus &c.

155 Res Fiscales, & Demanij locare debent seruata forma *Constitut. Regni, Si quando fortè. cum seqq.* Sed aduertant, ne aliquem ad emendas res Fiscales cogant etiam iusto pretio mediante, vt in *Constitut. Regni Magistris Procuratoribus.* Et quoad taxã Adohę semel factam, amplius non amoueant, vt aduertit *Camillus de Curte in diuers. Iuris feudorum fol.* 41. *num.* 62. Et si Tutores negligentes fuerint in non soluendo Releuium tempore debito, ipsos, & non Pupillos condemnent ad interesse, *l.* 2. *C. de fundis patrimonialibus lib.* 11. quod procedit, si non soluerint Canonem Fisco, vt ibidem, qui *text.* facit contra *pragmat.* 1. *de offic. Procurator. Cæsar.* quæ dabat dilationem pupillis ad soluendum relenia vsq; ad eorum pubertatem, ad quod annuit *Bal. in cap.* 1. *vers. nisi iusta, quo tempore miles, & Capyc. in repetit. legis Imperialem fol.* 53. *vers. extra.* ex ratione, quia Pupillus non potest iurare fidelitatem. Sed oppositum vides ex *d. l.* 2. & fuit decisum in Regia Camera deberi Releuium à Pupillo cum interesse, vt per *Io. Aloysium Mormilẽ in eius opusculo fol.* 93. ætas enim non excusat solutionem debiti, *l.* 4. *C. de hæred. actio.* notat enim *Bal. in cap.* 1. *num.* 5. *quo tempore miles,* quod si Dominus tempore receptionis Releuij, non fuerit protestatus de interesse, ob non solutionem in tempore debito, non deberetur amplius; & ideo cauti sint Fiscales, quando solutiones has recipiunt.

156 Huic Tribunali assimilatur in Gallia Tribunal Procuratoris Demanij, secundũ *Cassaneum in consuet. Burgundiæ lib.* 2. *num.* 7. *&* 9. & in Pedemonte dicitur Camera Ducalis, *Thesaur. in decis.* 213. *num.* 1. *&* 4. Et Romæ dicitur Tribunal Camerę Apostolicę, *Octauius Vestrius in lib.* 2. *Iudiciorum Romanæ Aulæ cap.* 1. & tempore Iustiniani, in Italia Comes Patrimonij appellabatur, *§.* 1. *de Prætore Siciliæ. constitut.* 4. secundum *Lecturam Aloandri*, vbi his verbis habetur *Habeto Siciliæ Prætorem, qui & res ciuiles tractet, et curam gerat militaris impensæ, publica tributa Siciliæ non pertinent ad solicitudinem Prætoris, sed censentur sub Comite Patrimonij Italiæ appellationes, & decreta defensorum: & primorum Ciuitatis Siciliæ tractat, & examinat Quæstor. PP. post Consulatum Belisarij.* Et hic nota, quod ista duo PP. significant proposita, & quod Belisarius vocabatur Consul.

Quo verò ad Exequutores trãsmittendos pro exactionibus Fiscalibus, multa habemus in *§. ac cum de Vrbibus. in auth. de publicis tributis expediendis. constit.* 128. secundum *Lecturam Aloandri*, vbi in *§. qui vero.* disponitur, vt tales Exactores, aut Perceptores nõ possint esse Iudices in locis exactionum, (de quibus vide infra hic *num.* 358. *& seq.*) sicuti Iudices locorum non possunt esse exactores, vel Perceptores Tributorum, & quantum attinet ad tributorum reuelationem, videas in *§.* 1. *in authent. de reuelat. Tributorum publicorum,* secundum *Lecturam Aloandri.* Sique isti Exequutores excesserint, ab Officialibus locorum carcerentur, *l.* 2. *cum glos. C. de exactor. tributorum lib.* 10. & alia vide infra hic *num.* 294. & disponitur ne pro debito publico possint ciues carcerari, secũdum *d. l.* 2. nec possessio Priuatorum capi, *l.* 4. *C. de exequutoribus, & exactoribus lib.* 12.

Sententiæ huius Tribunalis exequutioni demandantur, sicut & illę S.C. & sic etiam significatoriæ, *pragmat.* 38. *de offic. Procur. Cæsar.* Causas, & carceratos huius Tribunalis à nemine cognosci possunt. Quinimò Regentes Regiam Cancellariam in Regia Visitatione quam faciunt singulis Sabbatis in M. C. V. pro carceratis, non possunt cognoscere carceratos detentos ordine huius Tribunalis: nec condemnatos ad triremes per ipsam Regiam Cameram concordare, vt faciunt cum alijs carceratis, & si in hoc Tribunali vota sunt in paritate, pronunciatur pro reo, vt supra hic *num.* 112. & post alios potissimè aduertit *D. Tapia in decis. S.C.* 46,

vbi

vbi declarat, quem debere intelligi reum, Proceditq; concluſio iſta, etiam ſi Regia Camera cauſa referret in Collaterali Conſilio, & ibi cauſa fuiſſet deciſa, vt fuit declaratum in anno 1619. in cauſa Donnę Martę . . . . in Banca de Orilia.

TRIBVNAL II.

MAG. CVR. VIC.

ADeſt in Ciuitate ipſa Tribunal Mag. Cur. Vic. & tempore Iuſtiniani etiam erat Vicaria, *§. hac autem. cap. 1. in auth. vt Iudices*
157 *ſine quoquo ſuffrag.* olim conſiſtebat in vno Magiſtro Iuſtitiario cum quatuor Iudicibus, vt in *conſtitut. Regni, Statuimus. cum alia praecedenti.* & tempore Reginæ Ioannæ Secundæ erant tres Iudices, tres Magiſtri Actorum, ſex Subactuarij, (qui ſunt ad inſtar adiutorum, *l. comperimus. C. de proxim. ſacror. ſcrinior. lib. 12.* vbi *Luc. de Pen. in verb. Adiutorium.*) duo Fiſcales, vnus Ærarius, vnus Aduocatus Fiſci, & vnus Procurator Fiſci, & vnus Aduocatus pauperum, & vnus ipſorum Procurator, quæ Officia ad beneplacitum Regis erant, & perſonaliter, & non per ſubſtitutum exercenda, vt in *rubr. rituum Mag. Cur. Vic.* eſt videre in principio: & verum eſt, quod ante conceſſionem Baronibus factam de quatuor Literis Arbitrarijs, ex quo Iuſtitia debet per totum Regnũ diſcurrere, ſicuti Anima per totum Corpus, ita & ipſa Mag. Cur. per Regnum diſcurrebat, *cap. Regni. Inſuper ad fidelium eorũ dicitur Itatum.* Præterquam in Prouincia Calabriæ, vt ibidem, quo loci Prouincia Calabriæ, non eſt deſcripta, & Magnus Iuſtitiarius Procuratorem Fiſcalem creabat, *Afflict. in deciſ. 366.* & alia faciebat, vt infra *verſ. 7. obſeruat. 3. num. 1.*

Ad præſens autem Mag. Cur. iſta diuiditur in ciuilem, & criminalem Iuriſdictionem cum Iudicibus diſtinctis vt infra, qui Iuriſdictionem ordinariam, & non delegatam habent, vt in *conſtit. Regni. Magiſter Iuſtitiarius. cum ſeq. & praecedenti.* diciturq; Ordinarius, qui eſt Præſes Prouinciæ, *l. fin. ibi, ab Ordinarijs. C. de collat. fund. patrim. & l. peculiari. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12.* ibi, *liberum cum Ordinarijs Iudicibus ingreſſum.* arbitratur autem *Caſar à Coſta in lib. 3. variar. ambiguit. cap. 12.* Tunc Ordinarium dici, quando Iuriſdictio principaliter Magiſtratui, loco, & non perſonæ tribuitur. Princeps enim Magiſtratũ ſibi creare proponit, poſtea verò id ſequitur, vt eligatur perſona, quæ Magiſtratum gerat, perſona autem venit in conſequentiam, alias Magiſtratus nullus eſſet niſi ab aliquo regeretur: vt eſt de ſeruitute, quæ primum debetur Prædio, & in conſequentiam Domino Prædij. & Ordinarius dicitur, quia ex ordine quodam, & certo quodam curſu, & certa quadam Regula conſtitutus eſt, vt eſt in Mag. Cur. Vic. & merito Iudices ipſius abſque commiſſione in cauſis procedere poſſunt, quia habent iuriſdictionẽ inſolidum, *Bal. in §. praeterea Ducatus. in num. 3. de probib. feud. alienat. per Freder.* Sed ad confuſiones euitandas, introductum fuit, vt Magn. Cur. Vic. Regens cauſas inter
158 eos diſtribuat, *Vincent. de Franch. in dec. 143.* Verum ſi abſque tali diſtributione proceditur, coram illo Iudice, coram quo lis eſt incępta, finiri debet, *l. 5. ff. de officio Conſulis,* ibi, *ſed non poteſt his, qui apud alterum.*
159 In hoc Tribunale fuit Iudex Beatus Ioannes à Capiſtrano, ſecundum *Paridem de ſyndicat. in cap. vlt. verſ. ſequitur in fine*, vbi quod, ex quo Regem Ladiſlaum conſulerat, vt pater, & filius inquiſiti de rebellione, (exiſtente patre nocente, & filio innocẽte) filius, & pater ducerentur ad ſupplicium, vt pater ſolus moreretur, & hoc peracto, pater fuit decapitatus, & filius pre dolore, & timore mortuus remanſit; & videns ipſe Ioannes, quod cum ſuo conſilio innocentem mori fecerat, renunciauit officium Regi, & Religionem Mendicantium ingreſſus eſt: vbi ſanctã vitam duxit, & Beatus fuit declaratus, & aliqua opera legalia compoſuit.
160 Hodie Vicaria ciuilis conſiſtit in ſex Iudicibus biennalibus, qui potius de Ciuitate, quam de Prouincijs eſſe debent, *l. 2. C. de officio Pratoris. l. in Eccleſijs. C. de Epiſcop. audient.* Ciueſq; debere præferri in officio, comprobat *Bouadill. in polit. tom. 2. lib. 3. cap. 8. num. 5. pag. 155.* quamuis contrarium faciat *l. fin. C. de officio Rectoris Prouinciae, & l. fin. C. de crim. ſacril. & in Priuileg. & Capit. Neapol. fol. 159.* per Philippum Secundũ in anno 1558. fuit diſpoſitum, Iudices pro medietate eſſe Regnicolas, & alia medietas ad beneplacitum Regis: Sed veritas eſt, quod ſunt attendendi mores, & virtutes: quia nõ Vrbiũ qualitate, ſed fidei puritate, morumq; nobilitate innoteſcere debemus, *cap. nos qui. 40. diſtinct.* & non loca, & ordines, *Lucas de Penna in l. 1. circa princ. C. de ruſtican. ad vllum officium deuocentur. lib. 11.* ſed Regẽs Mag. Cur. non poteſt eſſe Ciuis, vt infra hic, & in *Priuileg. & Capit. Neapol. fol. 80.* & licet ad tempus conſtituantur, deberet practicari, *text. in auth. conſtitut. 1. 3. de Plebeis Pratoribus* (ſecundum *Lecturam Alexandri*) *verſ. ſcire autem.* ibi, *Si incorruptos ſe con-*

seruauerint, & à Deo auxilium habeant, & Magistratus in longiora tempora prorogabi tur. Quis enim vellet eum, qui pulchrè, & recte se gerit, temere mutare? Stant enim isti sex Iudices in duabus Cameris diuisi, & de quibusnis quantitatibus, vel summis cognoscunt. Verum eorum decreta exequutionem non habent, nisi infra summam ducatorum 150. non obstante appellatione interposita ad Sac. Cons. vt in *pragmat. 3. in fin. de offic. Sac. cons. & Vincent. de Franch. in decis. 703* vbi hoc procedere fuit decisum, etiam si sūma esset duc. 150. nec plus, nec minus, & faciunt aliæ suæ *decis. 141. & 308.* Licet de iure

161 re summa ista infra quinquaginta solidos esset: In hac enim summa dicuntur causæ minores, *l. pen. C. de defens. Ciuit.* sed ratio haberi debet ad qualitatem personarum, & facultatum. Tu autem vide *Afflict. in decis. 261.* vbi enumerat multa decreta Mag. Cur. Vic. à quibus non appellatur ad finem impediendi exequutionem.

162 Habet hoc Tribunal ciuilem præeminentiam Instrumenta liquidandi contra quascumque personas, quouis titulo decoratas, & contra Regentes Regiam Cancellariam, Regiosq; Consiliarios, *D. Rouitus in pragm. 2. num. 7. de officio Sac. Cons.* disputatq; articulum latè *Regens de Ponte in tract. de potestate Proregis sub tit. de offensibus Regijs. §. 7. fol. 339.* & similiter contra omnes personas etiam de sanguine Regio descendentes, *Mastrill. in decis. 261. & 290.* vbi cęteros congerit, & nouissimè *D. Rouitus in cons. 90. vol. 2. & D. Tapia in decis. Sac. Cons. decis. 43.* vbi quod contra magnum Admiratū potest cognoscere de liquidatione prędicta, sed nō contra eius subditos, vt per *D. Tapiam ibid.* & per eundem *Rouitum in pragmat. 1. de titulorum abusu.* & quoad alios omnes etiā exemptos procedit, *de Ponte in cons. 48. nu. 5. vol. 2.*

Iudices enim annales esse debent, *l. neminem. 4. C. de suscept. præpositis lib. 10. & in cap. 66. Regis Catholici in Priuileg. & Capit. Neap. pag. 47. Quintilianus Mendotius in annal. casib. numer. 224. in tract. tom. 17.*

163 *fol. 214.* & in Kal. Ianuarij mutari debent, secundum *Andream in tit. de feudo guardiæ num. 3. in fine,* sed isti Iudices nostri biennales deputantur, *cap. 1. in Priuileg. & Capit. Neap. pag. 134. pragmat. 1. de offic. Magistri Iustitiarij. vt in d. l. 4. etiam disponitur.* Verum DD. Proreges ad libitum eos exercere faciunt etiā elapso biennio, & docti, ac probatæ vitæ esse debent, vt in *cap. 4. Parlamenti generalis Caroli V. in Priuileg. & Capitul. Neap. pag. 103.*

Tribunal vero Mag. Cur. Vic. criminalis (quod olim consistebat in duobus Iudicibus, & in vno Notario, vt in *const. Regni. Literas de remissione. §. Specialiter.*) in Iure vocatur latrunculator, *l. solemus. 61. § latrunculator. ff. de iudic.* vbi *glos.* & alias diecbatur Quæ-

164 stor, secundum *glos. penult ff. de offic. Quæst.* Hinc *Budeus in l. 2. ff. de orig. Iuris.* dixit, *quærere, est informationem facere, & legibus vendicare,* à quo quæstio pro publico iudicio accipitur, etiam pro tormentis, & Inquisitionibus, *l. item apud labeonē. §. quæstionem. ff. de iniur. l. 1. §. quæstionem. ff. de Senatus Consulto Syllaniano.*

Meritò Tribunal istud à quodā certo tēpore ex abusu, vt in *cap. 67. Regis Catholici in Priuileg. & Capit. Neap. fol. 47.* cognoscit contra quoscumque ex processu informatiuo (præter Neapolitanos, vt ibi iem, nisi dispensatio interuenerit, *Afflict. decis. 391.*) si delicti qualitas exposcit, etiam cum tormento sediculorum, idest funicellarū, de quib' habetur in *l. 4 C. ad l. Iul. Maiest.* & de ictibus fun ū dandis est *text. in l. quilibet. 4. C. de decurionibus lib. 10.* Sed de facto carcerare non debet, *l. 2. C. de exhibendis reis, & de Ponte de potest. Proreg. pag 7. num. 18.*

165 cognoscitq; de causis, & delictis criminalibus, etiam si falsitas esset commissa coram Iudicibus ciuilibus Mag. Cur. Vic. non obstante *l. nullum. C. de testibus. Vincent. de Franch. in decis. 147. in fine, & 722. num. 4.* similiterq; procedit, si falsitas esset cōmissa in Sacro Consilio, vt in *d. decis. 147. in fine, & pragmat. 43. & 44. de officio Sacr. Cons.* quod intellige, si Sacro Consilio ita videretur, nam multoties proceditur in Sac. Cons. prout expediens visum fuerit. Crimen enim falsi, non requirit locū, aut tempus, *Hippol. de Marsil. in singul. 163.* cognoscit etiam de causis ciuilibus incidenter deriuantibus ex causis criminalibus, *l. 1. C. de officio Rectoris Prouincia, & l. 3. §. si dicatur. ff. finiū regundorum.* vbi *Bart. & glos.* & habetur in *proemio institutionum, in verbo per legitimos tramites;* licet contrarium faciat *l. solemus 61. § latrunculator. ff. de iudic. & l. 1. C. de officio Rectoris Prouincia.* Hodie autem seruatur, quod quando per Mag. Cur. Vic. criminalem prouidetur, quod agatur ciuiliter: causæ remittuntur ad Iudices ciuiles. Cognoscit etiam Tribunal hoc de bello moto, vt in *Ritu Mag. Cur. Vic. 47.* vbi quod sola

166 Magn. Cur. de hoc delicto cognoscit: (& quando Bellum motum videatur, declarat *Regens Constantius in l. 2. C. vt armorum vsus lib. 11. nu. 11. fol. 227.*) cognoscit etiam Clericos proditores, & inquisitos de crimine lęsæ

167 ne lęſæ Maieſtatis, ſecundum *Conſt. Regni*
De perſonis. ſub titulo vbi Clericus de male-
ficijs debet conueniri, & cap. perpendimus.
23. *de ſentent.excommunic.* ſed de hoc vide
quid fuerit practicatum in anno 1601. per
deciſ. Vincentij de Franch. 691. *& Regentis*
de Ponte deciſ. 9. *& Maſtrill.in deciſ.* 269. &
facit *Capyeij deciſ.* 130. *nu.* 75. *Bart.* vero in
extrauaganti ad reprimendum. in verſ.con-
ditione. num. 1. tenet, Laicum non poſſe co-
gnoſcere Clericum pro crimine lęſæ Maie-
ſtatis, niſi ratione feudi; & ita tenet *add. ad*
pract.criminal.Diaz cap. 120. vbi quod licet
aliquo caſu fuerit cognitus, male fuit actum.

Quamuis *D. Io. Baptiſta Valenzuela ad*
præſens Circumſpectus Regens in ſupremo
Conſilio Italico, (de quo ſupra mentionem
fecimus,) *in tractatu, Iuſtificatio Monitorij*
Eccleſiaſtici contra Venetos. par. 4. *num.* 70.
fol. 154. teneat, quod Clericus in Principem
laicum crimen lęſæ Maieſtatis non commit-
tit; tu vide *Bouadill.in polit.tom.* 1. *lib.* 2. *cap.*
18. *num.* 114. *pag.* 785. & circa annum 1600.
In Ciuitate Lucæ fuit decapitatus quidam
Clericus Caſtruccius Interminelli, infimul
cum patre, & fratribus, ex tractatu tradendi
Ciuitatem prædictam in poſſe Ferdinandi
Medicis Magni Ætruriæ Ducis.

In hoc Tribunali per prius duo Iudi-
ces fuerint, vt diximus ſupra, & inde qua-
tuor biennales: antiquus enim mos fuit mu-
tandi Iudices criminales, quamuis in alijs
Tribunalibus perpetui ſint, & *Marcus Ant.*
Surgens de Neapoli Illuſtrata lib. 1. *cap.* 27.
num. 25. *fol.* 302. refert rationem: attamen
promptior eſt illa, ne ex continuata deteſta-
tione criminum, iracundior fiat animus: Au-
guſtus enim ex continuata ſęuitia puniendi
à Mecenate Amico Carnifex fuit appellatus,
vt teſtatur *Dionis.* Attamen sũt iſti Iudices
admonendi, vt inquiſitos interrogandos hu-
mane, & benigne tractent, quia ſępè numero
ad veritatẽ eruendam mire conducunt; ſique
aliquis reus in aliqua dignitate eſſet conſti-
tutus, ipſum in humiliori ſede ſedere faciãt,
& ita aduertit *Ignatius Lopez in addit. ad*
pract. crimin. Diaz cap. 128. vbi de alijs re-
quiſitis, in interrogatorijs faciendis accura-
tè videbis; & ſignanter, ſi reus teneatur con-
fiteri ſub pœna peccati, ſi ex ſua confeſſione
pœnam corporalem non euitabit, & poſt *D.*
Thomam concludit teneri: licet aliqui DD.
ibi relati contrarium dicant. Sed è conuerſo
rei coram Iudice modeſte ſe gerere debent:
Hinc euenit Franciæ, quod quidã reus Iudicẽ
alloquẽdo, barbam ſeu moſtaccium alſiauit,
& fuit ei tonſus, *Petrus Matthei in Hiſtor.*
Franciæ fol. 485. Merito adaiti huic Tribu-
168 nali fuere duo Regij Conſiliarij ſingulo
biennio mutandi, & dicitur, ad moderandum
rigorem ipſius Magnæ Curiæ, *pragm.* 2. *nu.* 5.
de offic. Sac. Conſ. [Et ex tranſmiſſis eo tem-
pore fuit Petrus de Ciaccio Reg. Conſil: vt
eſt videre in proceſſu vertẽte in Sac.Conſ. in
Banca de Scacciauento inter Aſcanium, &
Tarquinium Molignano, cum nonnullis, &
ſignanter in Inſtrumento de anno 1523. 7.
Iulij, ibi, exiſtentibus Egregijs Viris D.Fran-
ciſco de Tarzia de Coſentia Regio Conſilia-
rio, & Regente Mag.Cur.Vic. necnon D.An-
tonio Guardato de Neapoli, ac D. Petro de
Ciaccio, de Coſentia, V.I.DD. ſimiliter Re-
gijs Conſiliarijs, & ipſius Mag.Cur.Vic.Iudi-
cibus; ex quo quidem Petro deſcendunt Pir-
rus, & Ioan: Andreas de Ciaccio, alias Con-
teſtabile, hodie Nobiles in Ciuitate Coſen-
169 tiæ, ſed priſcis temporibus ex cauſa con-
trouerſiarum cum Familia de Marra in
Ciuitate Baruli, in qua degebant: (ex quo
propter delicta gentes transferũtur de loco
ad locum. 1. *Paralip.* 9. *nu.* 2.) ordine Regio
eorum Anteceſſores in Ciuitatem Coſentiæ
170 fuerunt tranſmiſſi, & familia de Marra ve-
nit Neapolim.] De hac moderatione in pę-
nalibus facit Tractatum *Tiraquell. in tom.* 7.
de pœnis legum ſtatutorum, & conſuetudinũ
temperãdis, ſeù remittendis. Sed verè potius
dici poteſt, quod iſti duo Regij Conſiliarij ad
rectos Iuſtitiæ tramites regendos aſſiſtunt:
Delicta enim ſeuerè punienda ſunt, ſed non
crudeliter, (crudelitaſque eſt, quando ex-
ceditur in puniendo, *D. Thomas quæſt.* 159.
artic. 1.) & Carolus Primus ſuſpendi fecit
quendam Iudicem, ex quo homicidam mor-
tis pœna dignum, ad obtruncationem ma-
nus tantum punierat, vt refert *Tiraquell. in*
loco ſupra citato cap. 9. Et meritò à DD.Pro-
regibus ſolent eligi Conſiliarij ſolertes, boni,
& ęqui Amatores pro criminum vendica-
toribus in hoc Tribunali (in quo omnes in-
quiſiti innocentes ſe dicunt, reſpicientes te-
ſtem, & non conſcientiam, *Seneca lib.* 1. *de*
ira cap. 14.) In hac autem tempeſtate à Iu-
ſtiſſimo Principe Duce Aluæ Prorege, de quo
ſupra diximus in *verſ.* 2. *obſeruat.* 2. *num.* 40.
ad refrenandã delictorum frequentiam con-
171 ſtituti fuerunt D.Io.Franciſcus Sanfelicius
Eques Sedilis Montaneæ, doctrina, ſagaci-
tate, & temperantia dotatus, & nunc vnus
ex quatuor Aularum Decanis; publicis ne-
gotijs intentus, illud *Senic.* 1. *controuerſ.*
7. obſeruans, *cætera membra mea ſunt: ma-*
nus publica ſunt. Necnon & D. Don Fran-
ciſcus de Ocampo Eques Hiſpanus, perſpi-
cacia, doctrina, ac prudentia imbutus, ve-
ruſq; indagator pro criminibus detegendis,

vt se ostendit in iniunctis,sibi officijs Cõmissarii Generalis Campaneæ (quod Tribunal à *Valerio Maximo scopulus reorum vocatur, in lib.* 3. *cap.* 2. *sub vers. de Marco Antonio fol.mihi* 61. & in eo iudicatur etiam non sedendo pro Tribunali, sed vbi malefactor reperitur, extraordinarie, & de facto, *Bald. in §.fin.nu.*20. *de probib. feud. alien. per Fred.* & vide alia infra hic *nu.*210. *circa medium*) & inde vt Index in criminalibus in hoc Tribunali Mag.Cur.Vic. tempore D. Ducis Ossunæ, prout etiam testatur *D.Capiblancus* (nunc Iudex Ciuilis meritissimus in hoc eodē Tribunali Mag. Cur. Vic.) *in singul.*85. quinimo, & in cęteris grauissimis negotiis eius diligentia, ac Consilio DD.Proreges vsi sūt, & præsertim D. Dux Aluæ Regni Prorex tēpore miserabilis pestis Panormi de anno 1624. ipsum Commissarium Delegatum deputauit, & mira cum diligentia obseruauit omnia in his temporibus requisita, secundū instituta per *Gubernatorem Christianum in lib.*1. *cap.*124. & alios *DD. in tract. de peste.* & si rectæ menti duo aduersissima notentur, ceieritas, & ira, secundum *Tucyd. in lib.* 5. in eo actissime cumulantur ad malefactores puniendos, & detegendos.

Singulis quidem Iudicibus custodia birrnaria esset danda, vt illis obsecunder, *l per Illyricum. C. de chartalib. lib.* 12. & aduertit *Bouadilla in politica tom.*2.*fol.*323.*nu.*26

172 Adsunt in eodem Tribunali Aduocatus,& Procurator Fiscalis, qui ad paria iudicantur, secundum *Mastrill. in decis.*214,*num.*5. sed Aduocatus Fiscalis est præferendus, *l.*2. *in C.de Aduocat. diuersorum Iudiciorum, Liubimus,& l.restituenda. in verb.primatibus. C. eodem tit.* quia connumeratur inter clarissimos, *Lucas de Penna in l.*1. *C.de dignit. lib.* 12. & etiā spectabilis dicitur, *l. in sacris* 3. *§. modum. C. de proxim. sacror. scriniour.* quinimo,& Comites merentur appellari,*l.*1. *C.de Aduoc.diuers.Iudic.* Sed pro Aduocato Fiscali multa alia ponit *Cassan. in catal gloriæ mundi.par.*7.*consid.*33.

173 Procurator verò Fiscalis antecellit omnes alios Aduocatos simplices, aliam dignitatem nō habentes, nam & Aduocatus Fisci etiam dici potest, *glos. notab. in verbo restituuntur. in l. non intelligitur. §. fin. ff. de Iure Fisci,& glosa Rubricaris C.de Procur.*

174 vbi habes, quod Procuratores sunt similes Aduocatis,imò Procurator dicitur Aduocatus, vt post *Specul.* fundat *Cassan. in catalog. gloriæ mundi par.* 7. *considerat.* 34. & 35.

175 quo loci habetur, quod Perceptor M.C.V. etiam præcedit Aduocatos simplices,ex ratione, quia promotus ad dignitatem à Principe præfertur. Procuratoris officium non est infame, vt passim aliqui Scriptores tradiderunt, per *text. in l.si quis Procuratorem* 34. *C. de decurion. lib.* 10. & sequitur *Bour. in decis.*89.contra quem tenet *ad ist. Perrer. ibidem,& Couar. pract.qq. nu.*4. *vers. sane,* & nouissimis rationibus comprobat *Casar à Costa variar. ambiguit. lib.*1. *cap.*41. vbi fundat Doctores, & licentiatos non debere indignari, illud exercere.

Est enim Aduocatus Fiscalis Magn. Cur. Vic. vniuersalis omnium Tribunaliū Regni, & habet iurisdictionē in certum genus personarum Regni, *Vincent.de Franch in decis.* 722. *num.* 17. & alia de eo dicemus infra hic *nu.*208. & diximus supra *nu.*146.

176 Similiterq; in hoc Tribunali assistunt Aduocatus, & Procurator Pauperum, & Curiales prosequentes Gabiam Mag.Cur. qui habent priuilegiū trahendi causas suas,sed non Iure cesso, & oneroso,vt in *ritibus M. C. V.* 228. 229. & 232. & *Couar. pract.qq. cap.*5. & facit *l.vnic. C.de decurionib.Vrbis Romæ*

177 *lib.*11. Curiales differunt à Causidicis,quia Causidici dicuntur nobilissimi, *l.properandū. C. de postul.* & Causidici vocantur tam Aduocati, quam Iudices, *glos.in l. quisquis. in vers. Causidici. C.de postul. & Andr. in præludijs feudorum. num.* 12. Etenim Iudicum, & Aduocatorum par dignitas est, vt probat *d.l.quisquis. in fin.* ibi, *Nec putet quisquam honori suo aliquid esse detractum, cum ipse necessitatem elegerit standi, & cōtempsit ius sedendi.* Stare enim est Aduocati,sedere autem est Iudicis, vt ibidem, quem *text.* nota pro illis,qui recusant officia. Curiales etiam dicuntur, qui sine licentia non possunt à Curia discedere, *Andr. in constitut. Regni statuimus.*

178 Sed ne mireris,si in ordine præposui Mag. Cur.Vic. Ciuilem,& Iudices criminales præcedunt, & ordo scripturæ attenditur, *l.* 1. *de albo scrib.* quoniam de Iure, Ciuiles Iudices præcedere debēt, vt probat in terminis *tex. in l.*1. *C.de officio Vicarij;* & tenuerunt *Anton.Vrsill. in tract. de Cur. Præsid. auctoritate, & Capyc.* quem sequitur *Foller. in constit.Regni Iustitiæ nomen. col.*3.*vers. in text.* (ibi) *hic est;* & probat *Casar à Costa in lib.*2.*variar.ambiguit.cap.*7. vbi comprobat, Vicariū vices Præfecti gerere, *l.c. §. hi quibus. ff. de legat.* 3. & Spectabilem vocari, & Ordinarios magistratos esse, & Comitibus Orientis ęquiperari, *l. à Proconsulibus,& l. præcipimus. C.de appellat.*& Delegatum,prout videtur in criminalibus, nullum habere titulum Magistratus, & in nullo dignitatis ordine constitutum fuisse, nihilq; habere de insignijs

inſignijs Magiſtratuũ, cum Vicarij hæc om-
nia haberent, vt ibidem; & licet *Frecc. in*
in lib. 1. de ſubfeudis in tit. de officio Magiſtr.
Iuſtit. num. 28. fol. 33. & Caſſan. in catal.
gloria mundi. par. 5. conſider. 26. diſputent
hancquæſtionem, & concludunt, quod ſine
controuerſia hodie Iudices Criminales præ-
cedunt; aduerte, quod non allegant, *d. l. 1.* &
vterque loquitur contra expreſſum caſum
d. l. 1. pro cuius opinionis corroboratione,
videmus, quod ſi in aliqua Terra vnus habet
179 iuriſdictionem ciuilem, & alter criminalẽ,
qui habet ciuilem, dicitur Baro, & præcedit,
Frecc. in lib. 2. de ſubfeud. in 2. author. nu. 21.
fol. 268. & idem tenet in *fol. 305. num. 24.*
ſimiliterq; qui habet iuriſdictionẽ ciuilem,
dicitur Dominus Territorij, & Vaſallorum,
180 eique præſtatur à vaſallis fidelitatis iura-
mentũ, & ſubuentio ei datur, & non habenti
iuriſdictionem criminalẽ, qui eſt ſolum mo-
do Iudex delegatus Regis ad exercendam
illam iuriſdictionem criminalẽ in perſonas
vaſallorum, vt per eundem *D. Frecc. in lib. 1.*
de ſubfeud in tit. de offic. Magiſtr. Iuſtit. nu.
26. fol. 39. & in lib. 2. in 2. author. Baron. nu.
21. fol 268. & iterum in *fol. 72. num. 26.* (in
181 quibus locis loquitur de Abbate Abbatiæ
Sancti Ioannis in Lamis exiſtentis in Monte
Sancti Angeli in Apulea, qui habebat Iuriſ-
dictionem ciuilem in Terra Sancti Ioannis
Rotundi, quæ poſtea fuit conceſſa in emphy-
teuſim Fabritio Mormili habẽti iuriſdictio-
nem criminalem, & hodie vertitur lis pro
annullatione dicti contractus inter Illuſtriſſ.
& Reuerendiſſ. Cardinalem Vrſinum Abba-
tem dictæ Abbatiæ Clientem, & Dominum
meum, cum poſſeſſoribus dictæ Terræ: ſed
heu Princeps iſte optimus ex hac luce ad
Cœlum volauit 22. Auguſti 1626. non ſine
omnium merore, & meo in particulari, &
Abbatia Prædicta fuit à Pontifice Maximo
Vrbano VIII. collata Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ.
Cardinali de Sacchettis, etiam Domino, &
Clienti meo obſeruandiſſimo; ſed ad præſens
eſt Abbas Illuſtriſſ. Don Carolus Carrafa
filius D. Principis Roccellæ, Adoleſcens per-
ſpicaciſſimus, & ad altiores gradus Deo au-
ſpice promouendus, & inter eos ad præſens
vertitur lis) & idem tenet *Regens de Ponte*
in tractatu de poteſtate Proreg. tit. de diuerſ.
prouiſ. fieri ſolit. in rub. de donis Vniuerſita-
tum. fol. 473. nu. 15. Ex prædictis quidẽ ra-
tionibus, Iudices ciuiles etiam præcedere
debent, & idem tenet *Capyc. in inueſt. in*
verbo feudorum aſſicurationes. colum. 2. verſ.
quid autem erit, & ſequitur *Vinc. de Franch.*
in deciſ. 131. num. 3. Sed contraria obſeruan-
tia fortaſſe proceſſit, ex quo cum Iudicibus
criminalibus Regens Magn. Cur. Vic. quaſi
ſemper reſidet, & raro tranſit ad Aulas ciui-
les, & dum eſt loco Magiſtri Iuſtitiarij (cuius
officium latè declarat *Frecc. in lib. 1. de ſub-*
feud. in tit. de offic. Magiſtr. Iuſtit. fol. 31. &
ſeq.) & in honoribus attendatur conſuetudo
Vincent. de Franch. in deciſ. 388. num. 4. &
quia reſidẽt etiam in Vicaria criminali duo
Cõſiliarij, vt ſupra diximus, & Mag. Cur. Vic.
criminalis ſic vnita in qualibet die Mercurij
ad Collaterale Conſilium accedit, pro faciẽ-
dis relationibus cauſarum iuxta ordines da-
tos: meritò talis præcedentia fuit introdu-
cta pro Mag. Cur. Vic. criminali, ſed de Iure
præcedere debent Iudices ciuiles, vt in *d. l. 1.*
C. de offic. Vicarij.

Diximus enim ſupra, quod erant qua-
tuor Iudices criminales: ſed tempore Præ-
ſidatus Domini Comitis de Lemos, fue-
runt additi duo alij Iudices, & diuiſi fuerunt
in duabus Cameris, poſtea verò tempore
Præſidatus D. Ducis Oſſunæ, fuerunt additi
duo alij, & inde à Rege noſtro alij ſupernu-
merarij fuerunt tranſmiſſi: adeò quod vſque
ad 10. deuenere; quinnimo idem Dux de
182 tot prætendentibus tedio affectus, edidit
pragmaticam ſub die 17. Maij 1618. vt ſub
pœna inhabilitatis, officia hæc non procu-
rentur. Quam pœnam etiam aduertit *Boua-*
dilla in politica tom. 1. lib. 1. cap. 7. num. 30.
pag. 121.

Officium hoc Magiſtri Iuſtitiarij Magnæ
Cur. Vic. ab officio Iuſtitiarij per Prouincias
differt, vt in *Conſt. Regni Capitaneorum. cum*
ſeq. & in Pragmaticis ſub diuerſis titulis.

Et quoniam prædicti Iudices Mag. Cur.
Vic. cum Regente, & Fiſci patrono, ſolent
exigere ſportulas, ſeù propinas à Scribis
183 creandis: in viſitatione ordine Suæ Maie-
ſtatis ab anno 1607. vſque ad annum 1612.
fuit à prædicto D. Viſitatore facta Inquiſitio
contra receptionem dictarum propinarum,
& ſuper hoc dedit capita, et à duobus Con-
ſiliarijs eo tempore in Mag. Cur. Vic. reſiden
tibus, & impoſito mihi onere ſcribendi ſuper
hoc articulo, infraſcripta pauca adnotaui,
ex quibus intentio Fiſci Regiæ Viſitæ exi-
nanita remanere creditur.

IESVS MARIA IOSEPH.

An Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ pro admittẽdis Scribis ad exercendum, propinas exigere valeant.

ALLEGATIO IV.

AD excusandum D. Regentem Mag. Cur. Vic. duosq; Regios Consiliarios Assistentes in ea, ac etiam alios Iudices, & Fisci Patronum; quoad exactionem Propinarũ à Scribis Fiscalibus, & alijs ciuilibus, pro decreto admissionis ipsorum ad officium Scribæ Fiscalis, seù ciuilis, sufficeret allegare eorum priuilegia, in quibus conceditur potestas exigendi lucra, gagia, & emolumenta solita, & consueta à suis Prædecessoribus exigi: cumque in facto probatum extitit, nedum ex longa, sed longissima consuetudine, cum patientia, & sciẽtia Illustrissimorum DD. Proregum, & Collateralis Concilij, fuisse, & esse solitum, & consuetũ, tales propinas exigi ab omnibus Prædecessoribus ipsorum: Indubitata resultat Iuris conclusio, hanc consuetudinem eos excusauisse, & excusare, stante magna authoritate consuetudinis, *l. 2. in princ.* C. *quæ sit longa consuetudo*. quæ semper attendenda est, *l. 1. cum glos. C. de exactio. & translatio. milit. annonarum lib. 12.* Vtique consuetudo facit, vt aliquid possit dari, quod alias non liceret: quia licitum est, quod consuetudo cognoscit, hinc est, quod si pro ordinandis
184 Episcopis, non erat licitum aliquid accipere, si postea consuetudo introduxit dari 20. libras auri, exactio fieri potest, *§. si quis autem. vers. pro consuetudinibus. in auth. de sanctiss. Episcopis.* Idem est de Clerico, à quo solitæ consuetudines, & emolumenta pro eo ordinando exigi possunt, *§. sed neque Clericos. in authent. de sanctiss. Episcopis.* & Constantinopoli vtebatur, Consules soluere centum libras auri pro refectione aquęductuũ, *l. 3. C. de Consulib. lib. 12.*

185 Confirmantur hæc omnia, ex regula quod communis error facit Ius, *l. Barbarius. C. de offic. Procons.* (si tamen error posset dici) quod negatur.

186 Sed quatenus à Fisco Regiæ Visitationis obijceretur; quod malæ consuetudines sunt corruptelæ, ad tradita per *Andr. in cap. 1. nu. 8. de statutis, & consuetudinibus*; & ideò sunt reijciendæ, *§. nunc verò. vers. mala, in auth. vt nulli iudicum, l. eos in fin. C. de vsur. l. quod non ratione. ff. de legibus. & cap. 4. 8. distin. & cap. t. dist. 11.* & confert dictum Seneca *de beneficijs cap. 21.* ibi, *Ego ab eo beneficium accipiam, à quo proprietatem accepturus non sim.*

187 Et sicuti Iudices suffragia nõ soluunt pro ipsorum creatione ad ordinem: ita nec ipsi suffragia accipere debent pro his decretis, vt in *tot. tit. in auth. vt Iudices sine quoquo suffragio.* Tantoq; magis, quod in hoc exercitio Scribarum Fiscalium, habilitas personarum à Fisco requiri debet, & non exactio propinarũ, & quod meritò fuit excessum in tales propinas exigẽdo, & successiuè DD. Iudices incidisse in pœnam.

Sed quæso aduertantur responsiones.

Certum est, quod quælibet Prouincia suo sensu abundat, suisq; moribus regitur, & siue bonis, siue malis, minime sunt mutanda, quæ certam obseruantiam habent, *Frecc. in lib. 2. de subfeud. in author. 46. nu. 11. in fin.* cumq; in hoc Tribunali Mag. Cur. Vic. duplex est labor; etenim ex dispositio. *§. sedebunt. cum glos. ibi in verb. mox. in auth. de Iudicib.* habemus, de vesperi turpe esse Magistratibus tali hora iudicare; & in hoc Tribunali introductũ est, vt tam de mane, quã de vesperi singulis diebus accedant, meritò est ẽt introductum, vt aliquas Propinas particulares ha-
188 beant: videmus enim, quod in Regia Camera Summariæ exiguntur derictus pro decretis declaratorijs ciuilitatis Neapolitanorum in 4. gallinis, seù in vno ducato: ita & in hoc Tribunali fuit introductum, vt exigantur istæ propinæ pro admissione Scribarum: tanto magis, quod isti Scribę nedum derictus
189 exigunt ab inquisitis, & quærelantibus, sed illos excoriant, adeò quod *glos.* dixit *Actuarius ergo latro, Carau. super ritu 311. num. 2.* & aiebat *Columella, concessũ in foro latrocinium. & Thom. Actius de ludo scalaccorum quæst. 3. principali nu. 24.* ait, Vt plurimum salarij metas in exigendo excedunt, *cap. statutum. §. Notariorum. de rescript. in 6. &*

Varro

Varro in lib. 2. de vita Pop. Rom. notat, *Crevit forensis dignitas, & ex tabernis lignis argentaria facta sunt; & postem publicam nominauit forensem industriam Constantinus sex. Aurel. Victor*: & secundum *Auend. de exequend. mandat. Regum par. 1. cap. 2. num. 14. vers. & ne exeat, fol 37. Medela indigeret, vt Actuarij subscriberēt sub pœna falsi, qua accipiunt.* Officia Actorū Magistri venduntur à Regia Curia, & consequenter exiguntur emolumenta: meritò non est inconueniens, vt Scribæ Fiscales, qui exigunt plus quam Actuarij, soluant aliquos diritus, & propinas Iudicibus pro eorū decretis admissionum: & idcirco à D. Prorege, & Collaterale Concilio fuit toleratū, vt pro dupplicato hoc labore Iudicū de die, & de mane, possint hæ Propinæ exigi.

190 Vlterius, isti Scribæ Fiscales per Regentē, & Iudices sunt examinandi in Mag. Cur. Vic. cum interuentu Fisci Patroni, & de eorum habilitate vita, & moribus informatio est capienda, & inde admitti, *pragmat. 2. & 7. de Actuar.* Et in foro Aragonum sic etiam obseruatur, nam capi debet informatio de practica quatuor annorum in Tribunalibus, & ætatis annorum 25. vt in *Capitulis editis per Principem Philippum II. de anno 1547.*

191 *Montissoni sub titulo de Tabellionibus.* Isti enim Scribæ fuerunt adiuncti vti adiutores Magistrorum Actorum, *l. comperimus. C. de proxim. sacror. scrin. lib. 12.* vbi *Lucas de Penna in verbo adiunctorum.* Ergo ad instar Magistrorum Actorum debent etiam soluere aliquid pro admissione, & labore Iudicum in examine, & in informatione capienda, & videnda; & sicuti pro admissione Notariorum, & Iudicum ad contractus Viceprothonotarius exigit diritus eodem modo, & Iudices Mag. Cor. Vic. has propinas exigere possunt; quod in terminis probat *text. in §. hac autem omnia. vt Iudices sine quoquo suffragio.* ibi, *Pauca verò prabere occasione corum, qua pro singulis dantur singulis codicillis, & cartis.* vbi *Iacobus de Beluisio in princ. vers. notab. 17.* dixit, *Quod pro litteris continentibus dignitatem potest secundum vsum, & consuetudinem licitè pecunia dari, vt infra tit. proximo, & 1. de sanctiss. Episc. §. pro consuetudinibus, & 1. quæst. 1. c. nullus Episcopus, & extra de simonia. cap. cum in Ecclesijs;* vbi de hoc. Cui addo *l. si mulier ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi quod por-

192 tulæ sunt solum (portuię ordini, & facit *text. in l. 1. C. de suffrag.* vbi promissum est soluere aliquid pro officio impetrando, & facit *d. l. 3. C. de consultib. lib. 12.* Etenim & si Officiali salariato sportulæ non soluantur, si consue-tudo in contrarium esset, est attendenda, *Mastrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 22. nu. 4.*

193 *fol. 104.* At cum isti Scribæ possunt etiam dici Officiales, vt in *ritu 2. Mag. Cur. Vic.* quo loci inter Officiales connumerātur tres Magistri Actorum, sex Subactuarij, & duo Fiscales, qui sunt isti Scribæ, & *Bart. in §. 1. nu. 4. in auth. vt Iudices sine quoquo suffragio*; dixerit, quod pro litteris continentibus dignitatem, licitè pecunia dari potest. Ergo si propinæ istæ soluuntur pro decreto admissionis, quod decretum est loco priuilegij, & sicuti omnes Officiales pro eorum priuilegijs soluunt diritus in Regia Cancellaria, & de Iure Authenticorum erāt etiam taxati diritus pro priuilegijs Præsidum, & aliorū, vt est videre in fine tituli, *in auth. vt Præsides mittantur absque vlla datione pecunia. coll. 8. in fine cum seq.* Iure merito est introductum, vt isti Scribæ soluant pro decreto admissionis exercendi has paruas propinas solitas istis Dñis, in recompensationē eorū laborum, adhoc, vt vbi adsit maior labor, adsit & maius emolumentum, *§. fin. instit. de legitim. patron tutel.* semper enim fuit solitū,

194 vt Ministri pro extraordinario labore propinonem extraordinariam consequantur, *pragmat. 11. §. 2. in fin. de Officialibus*, vbi Bancorum Delegati vltra eorum prouisionem habent ducatos centū pro isto extraordinario labore.

Cumque Scribæ Fiscales, qui per prius erant duo, vt supra notauimus, ex *ritu 2. Mag. Cur. Vic.* & ex dispositione *pragmat. 2. de Actuar.* per prius examinabantur per Sac. Cons. ad præsens vero ex dispositione facta per D. Raymundum de Corduba Proregem in anno 1519. fuit actus numerus in 24. Scribas, & prouisum, quod examinentur per Regentem, & Iudices Mag. Cur. Vic. cum interuentu Fisci Patroni, & quod capiatur informatio de eorum habilitate, vita, & moribus, vt in *pragmat. 21. vers. item mandamus. de officio Iustitiarij.* confirmata per *Cæsariā Maiestatem in anno 1540. in pragmat. 7. de Actuarijs*; concluditur, licitè Iure introductum fore, has propinas, seu parua munuscula potuisse exigi, & sic continuari in futurū per DD. Iudices, vt fuit obseruatum fieri. Cætera suppleant &c. in anno 1610.

Io. Dominicus Tassonus.

Tandem in Regia Visita fuit prouisum, vt exactio propinarum prædictarum sit culpa (forsitan ex ratione, quia excessiuus labor Ministrorum salariatorum non est in consideratione, *Auendan. de exequend. mandat.*

Regum

Regum par. 1. *cap.* 2. *num.* 14. *vers. neque excusat num.* 38. & vide infra *vers.* 3. *obseruat.* 4. *num.* 190. *in fin.*) & fuerunt significati prædicti duo Consiliarij in duc. 40. pro quolibet, sed tam pro propinis, quam pro pullis, & muneribus in festinitatibus receptis, & merito videtur, quod pro propinis prædictis parum, aut nihil fuit habita consideratio.

195 Possunt isti Iudices pro solutione eorum prouisionum exigere compositiones rectorū, *l. multa.* 5. *C. de modo mulctar.* nam licet per *Constit. Regni. Apud Iustitiarios*; nec exculenta, nec poculenta accipere poterant, &
196 tempore Caroli Primi fuit eis constitutum salarium, & exculenta, & poculenta tantum capere permissum erat, vt in *cap. Regni. Hac edictali*. Postea vero per Pragmaticas fuit statutum, vt salario tantum sint contenti, & alia non accipiant, vt in *Pragmaticis toto titulo de muneribus Officialium.*

197 Tribunal Mag. Cur. Vic. tanquam Magistra, & Mater omnium aliorum Tribunalium Regni habet specialem potestatem auocandi ad eum omnes causas non expeditas infra sex menses à die litis contestatæ, vt in *cap. Regni. Insuper ad fidelium* eorundem statū. *Andr. Gayll. in lib.* 1. *practicar. obseruat. obser.* 41. vbi de effectu talis Auocationis, ac etiam potest facere comminationes Curijs Baronalibus, vt causas expediant, *Anna in singul.* 269. *cum addit. Fabij eius filij.* Omnesq; ab ea citati comparere personaliter tenentur, & pro eis exceptio aliqua non admittitur, nisi captiuitatis, infirmitatis, & absentiæ, vt in *Mag. Cur. Vic. ritu* 269. quem limita in patre, vt possit comparere pro filio, & Dominus pro seruo, vt per *Mastrill. in dec.* 267. & post præsentationem citatorum agitur de remissione ad Iudices competentes ipsorū, et quando talis remissio nō potest prætendi, vide per *Nicolaum Vigelium in lib.* 5. *ff. cap.* 2. *in* 15. *except. vers. quinta replicatio est. fol.* 453. & per *Mastrillum in decis.* 200. *&* 289. nec etiam datur remissio secundum *Auend. de exequen. mandat. Regum par.* 2. *cap.* 7. *nu.* 5. *in fine*, quando delictum esset leue, per *§. si vero. in auth. vt nulli Iudicū.* Hinc dicimus Magn. Cur. Vic. esse Iudicem impunitatis; Potest etiam Tribunal istud omnes incolas cognoscere, licet inde forum ad Iudices cōpetentes reuocare poterint, *cap. fin. de foro compet.* exemptosq; cognoscere secundum tradita per *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 67. *art.* 1. *ad* 2. sique ab ea citati procurabunt se carcerari facere in aliquibus carceribus, (vt in dies euenit) nō excusabuntur, *clem.* 2. *de pœnis*, & vide infra hic *num.* 202.

198 Caput huius Tribunalis est Magnus Iustitiarius, de quo multa dixit acutissimus *Freccia in lib.* 1. *de subfeudis in tit. de officio Magni Iustitiarij, & ab Afflict. in constit. Regni fidelium num.* 6. describitur in primo loco, sed præceditur à Magno Comestabulo. Sed quia Ill. Persona non tenetur assistere, ex dictis supra hic *num.* 142. fuit de ordine Regis
199 Alphonsi Primi in anno 1442. prouisum, quod absente Iustitiario, assistat vnus pro capite, qui Regens Magn. Cur. Vic. vocetur cum quatuor Iudicibus Iurisperitis, qui omnes iuramentum præstare debeant de bene, & fideliter administrando, vt in *libro Priuilegiorum, & Capit. Neap. cap.* 12. *Regis Alphonsi Primi fol.* 15. *& in c.* 42. *& Ferdinan-*
200 *di Regis Catholici fol.* 18. *ater.* quod iuramentum trahit etiam originem, ex *Constit. Regni. Inter cætera. Lucas de Penna in l. Iudices. C. de dignit. in fin. & l. non nouam in fin. C. de Iudic. & in auth. in tit. Iuramentum quod præstatur ab his, qui administrare incipiunt.* Verum est equidem nomen Regentis nouum nō fuisse, quoniam de anno
201 1307. tempore Caroli Secundi similiter hoc nomen Regentis Mag. Cur. Vic. erat, vt in *cap. Regni. De statu nostrorum fidelium fol.* 158. & similiter tempore Regis Ludouici, vt in *cap. nouiter nostra Maiestati. fol. mihi* 366. & meritò potest inferri contra *Frecciā*
202 asserentem hoc nomen Regentis nouum fuisse in Regno tempore Alphonsi Primi, vt in *d. loco citato de officio Magni Iustitiarij. num.* 15. *&* 16.

Mag. Cur. Vic. Tribunal cognoscit omnes, vt supra hic diximus *num.* 197. Quinimo & si Collegia artium proprios Iudices habeāt, non per hoc non possunt in Mag. Cur. Vic. Iudice ordinario omniū non conueniri: quoniam tributa Iurisdictione alicui Iudici, Iurisdictio Ordinarij non intelligitur exclusa, *Io. Franc. de Ponte in cons.* 48. *num.* 5. *vol.* 2. *& §. quod vero. in auth. vt omnes Prouinciarum Magistratibus obtemperent.* Intelligeq; prædicta siue de criminalibus, siue de pecunijs agatur negotijs, & vt causæ illic examinentur nemine prorsus per aliquod Priuilegium seruata forma tradita in exempto, vt *const.* 68. *in pand. Floren.* secundum *Lecturā Aloandri*.

203 Nota tamen, Tribunal hoc duas repræsentare personas, idest Locumtenentem Magni Iustitiarij, idest Capitanei Neapolis, & Vicarij Regni, idest Proregis. Erant enim per prius in Ciuitate ista duo Tribunalia, ad præsens verò est vnum vnitum, *Frecc. in d. loco citato, & Carauita in ritu* 1. *Mag. Cur. Vic.*
204 & videbis infra hic in *casu* 10. *Regentis Mag. Cur.* & habetur in *proœmio Rituum*

Mag.Cur.Vic. *Afflict.in conſtitut.ſtatuimus. num.7. & Carauit.in pragmat.1.§.1.num.9. ſub tit. de Senatus Conſult. Macedon.* Hinc eſt, quod ſi à Rege noſtro aliquis Iudex ſupernumerarius conſtitueretur: debet intelligi ſupernumerarius, & vt Prorex ſuas ſolitas Platias prouidere poſſit. & alias fuit practicatum Tribunalium vnioné ſimilem fieri, in *§. illud ſane decernimus. in auth. vt Præſides abſque vlla datione pecuniæ mittantur.*

Cumque caput huius Tribunalis ſit Regens ipſius, qui Annalis debet eſſe,& cautionem præſtare de culpis, & defectibus ipſius ſeruientium, & de ſyndicatui parendo,vt in *cap.66.Regis Catholici in priuileg. & Capit. Neap.pag.47. & in c.1. pag.134.* & alternis vicibus Regnicola, vel exterus eſſe debet, vt in *d. Capit.pag.148. & 159.* non erit inconueniens videre de aliquibus infraſcriptis ſpecialitatibus, & prærogatiuis, ac priuilegijs prædicti Regentis, qui & Illuſtriſſimus Vrbis Præfectus appellari poteſt, vt in *l. fin. in fine.C.de veter.iur.enucleand.* vbi ei cura datur ad obſeruandas leges,vt hodie DD.Regentes facere ſolent.

205 I. Regens Mag.Cur.Vic. dicitur Capitaneus Neapolis,& eius diſtrictus,vt in *cap.24. Regis Ferdinandi Primi in Priuilegijs, & Capitulis Neap. pag.17.* & facit *l.1. in fin.ff. de offic.Præfect.Vrbis, & Conſtit.Regni Honorem debitum.* & ideò omnes cum ſalutare tenentur, *l.5. C.de offic.Rectoris & l.7.C.de offic. diuerſ. Iudic.* & concordat *l.3. eod. tit.* quibus in locis habetur, vt competens reuerentia tribuatur, & honorificentia debita ab omnibus præſtetur, *l.4.C.de Palatinis lib. 12.* Eſt enim caput Iudicum Mag. Cur. Vic. & in ſingulo anno in primo die negotiorum præſtat eis iuramentum de ſecretum tenendo, & ſilentium ſeruando, & in principio cuiuſdam menſis prædicta admonet, prout faciunt, D. Prorex in Collaterali Conſilio, & Circumſpecti Præſidens in S.C. & Locumtenens in Regia Camera, *pragmat.9. de ſuſpit. Official.* Ipſe enim licentiã aſportandi arma per Ciuitatem,& diſtrictum cõcedit, ex quo ad eum hoc ſpectat, quoniam eius eſt onus pacatam tenere Prouinciam, *l. congruit, ff. de offic. Præſidis.* Sed an domum ad ludum paratã haberi, diſpenſare poterit? vide *Dianam moral.reſolut. in tract.1.miſcell.reſolut. 65.* hi tamen, qui has domos tenent infames habentur, in *Conſtitut.Regni.Mores.* D. Regens debet ante omnia ſeruare diſpoſita, & documenta, in *auth.in nouella* 80. *de Quæſtore.* ſecundum *Aloandrum*. Et neminem carcerare debet pro quouis delicto, abſque Conſilio ſaltem vnius ex Iudicibus, & ſi carcerat, non poteſt illum detinere, vel excarcerare abſque Conſilio prædicto, niſi carcerationem faceret de ordine Regio in ſcriptis oſtenſo, vt in *Ritu Mag.Cur.Vic.39.Item quod Locumtenens.* vbi *Carau.* fallit tamen ſi in fragranti crimine, vel cum armis prohibitis, aut contra bannum viderit delinquentem, vt in *cap. 20. Regis Ferdinandi Primi fol. 17. in Capitulis. & Priuilegijs Neapolis.* Quinimo in *cap.49. Magni Capitanei in Priuileg.& Capit.Neap.pag.37.* carcerationes de facto non fieri, fuit ſupplicatum,& ita etiam habetur in alio, *cap.4. Regis Catholici fol.62. ater.*

II. De cauſis ſummarijs ſalariorum famulorum cognoſcit, *l.1. §.1. ff.de offic. Præfect. Vrb. & §. ſi quis ſeruum.* ibidem, *& ſi ab eius decreto appellatur, exequutio retardari non debet, Ann.in ſingul.42.* & vide ſupra hic *num.* 118. & cognitio prædicta procedit ex diſpoſitione *pragmat.1. de cauſis decidendis. edita à D. Cardinali Granuela in anno* 1574. quæ cognitionem iſtam Regenti, & Iudicibus Ciuilibus Mag.Cur.Vic. tribuit, & facit *auth. niſi breuiores. C. de ſententijs ex breui loco recitandis. & in l.ne quicquam. §.de plano. ff de officio Proconſ.* Sed aduerte, quod debet procedere cum conſilio vnius Iudicis Mag.Cur.Vic.vt in *cap.20.Regis Ferdinandi Primi in Priuilegijs, & Capitulis Neapolis fol.17.* & facit *Ritus Mag.Cu.Vic. 115.Item ſi aliquis, vel aliqua venerit ad dictam Curiam.* Perpendereq; debet D.Regẽs Seruorum naturam Dominorum hoſtem, vt pulchrè comprobat *Petrarcha in lib. 1. cap.33. de remedijs vtriuſque fortunæ.* ibi, *Multi ſerui multæ lites, multaq; diſcordia, multa denique bella domeſtica, hoſtes ſunt acerrimi, ac impij, atque peruerſi.* Hinc *Herod. in Artemiſia Oratione* notat: *Hoc tecum reputato, bonis Viris malos ſeruos: malis, probos ſolere contingere, & ideo ſerui aduerſus Dominos bonos ſæpè ſæpius indebita petere ſolent.* Sed *Bouadill.in politica tom.2.lib.3. cap.4. num.63. pag.77. in 1.col.* rectè aduertit, debere taxari ſalaria ſeruientibus,& alijs rebus commeſtibilibus.

Per prius iſtas cauſas cognoſcebat D.Præſidens Sac.Conſ.vt diximus ſupra hic in *Tribunali S.C. in poteſtate Præſidentis 19. num.* 118. hodie autẽ cognitio eſt Regentis Mag. Cur.Vic. ex pragmatica prædicta, & ſalariũ deberi famulo non obſtante lapſu quinquẽnij ad illud petendum, decidit *Giurba in decif.13.vol.1.* & quid ſi debeatur poſt triennium, diſputat *Io.Gutterius in tract.de actibus*

bus

*bus Iudiciar. Iuratis nu.*20. *in tract.tom.*3. *par.* 1. *fol.* 385. Verũ Sutores vltra sex menses non possunt petere mercedem, *Anna in singul.* 492. Sed an salaria hæc præferantur creditoribus habentibus expressam hypotecam? disputat *Rodriquez de priuileg.credit. fol.*76. *à num.*21. *vsque ad* 26.

III. Regens Mag.Cur. non potest vocare in causis pro transmittendis Commissarijs, *pragm.*24. *de officio Magistri Iustitiarij.*

IV. Tenet vnam ex duabus clauibus, sub quibus conseruantur vota Mag. Cur. *pragmat.*29. *eodem titulo.*

V. Potest relaxare tertiam partem pœnę non excedentis summam ducatorum 30. verum si pœna summam prędictam excederet, solus Regens relaxare tertiã partem prędictam nó poterit nisi in plena bancha, audito Fisci Patrono, *pragmat.* 21. *eod. tit. de officio Magistri Iustitiarij.*

VI. Non potest concedere Exulatis nisi vnum terminum ad recolligendum sarcinulas, *Vinc.de Franch.in decis.*487.*nu.*6.

VII. Tenetur dietim inter Iudices causas diuidere, seu distribuere, *pragmat.*21.*&* 29. *vers.item etiam.de officio Magist.Iustitiarij.* & ideo non dicuntur commissiones, sed distributiones, *Vincent. de Franch. in decis.* 143. *in fin.*

Verum in causis criminalibus, nó possunt Scribæ Fiscales (sub pœna vnciarum 25. & priuationis officij) pcessus ad Iudices asportare absque ordine eiusdem Regentis, *prag.* 21. *vers.item per alcuni degni rispetti nu.*5. *& pragmat.* 29. *vers. item etiam mandatum fuit prædictis num.* 39. *de officio Magistr. Iustitiary.*

VIII. Tenetur D. Regẽs decretationibus interpositis per Circumspectum Præsidentẽ Sac.Cons. obedire, alias carcerare posset, vt notauimus supra hic in 16. *potestate Præsidentis Sac. Cons.*

IX. Regens Magn. Cur. Vic. non potest recipere conuiuia à minoribus Officialibus, *prag.*10.*§.*10.*de offic. Fiscalium,& quæ &c.* nec potest exigere tarenum vnum pro executorijs, vt per prius faciebat *pragmat.* 7. *§.* 2. *de delationibus.*

Sicuti nec etiam potest ludendi licentiam concedere, aut lucra, & emolumenta ludorum vendere, locare, vel affictare, aut baratteriæ domos tenere, *cap.*57. *Regis Catholici in Priuileg.& Capit. Neap.pag.*46.

X. Regentis officium hoc est annale, & syndicatui parere debet in Tribunale Sancti Laurentij Ciuitatis Neapolis, sicuti tenentur & Iudices Mag. Cur. Vic. & Curiæ Admiratiæ, qui similiter cautionem præstare tenentur de parendo syndicatui, *cap.* 16. *&* 17. *Regis Ferdinandi Primi, & in Priuilegijs, & Capitulis Neapolis fol.* 17.

XI. Habet comitiuam, seu guardiam 12. seruientium, seu Alguzeriorum, (nomen hoc Arabicum est, *Bouadilla in politica tom.* 1. *lib.*1. *cap.*13. *num.*10. *fol.*200.) ex quo tempore Regis Ferdinandi Primi Vicaria 8. seruientes habebat; Capitaneus vero Neapolis quatuor; sed quia inde Curiæ prædictæ vnitæ fuerunt, (vnio enim ista solet fieri, *§. illud sane decernimus.in auth.vt Præsid. sine vlla datione pecuniæ mittantur.*) fuit vocata M.C.V. meritò tota ista comitiua 12. hominum fuit addita Regenti Mag.Cor.Vic. vt in *cap.*17. *Regis Ferdinandi Primi fol.*17. *in Capit.& Priuileg. Neapol.* Hodie homines isti asportant alabardas, & inceptum fuit in anno 1618. ordine D.Ducis Ossunæ, tẽpore Regentatus D. Don Octanij de Aragonia; Et ordine Ferdinandi Primi, Domini Electi Ciuitatis Neapolis singulis mensibus capiebant mostram huius familiæ, vt in *cap.* 44. *Ferdinandi Primi fol.*18.*in d.Capit.& Priuileg. Neapol.pag.* 18. Isti autem seruientes de Iure Auth. Apparitores vocantur, *§.*1. *in vers. enimuerò. auth.de Quæstore constitut.*8. ibi, *Nec apparitores habẽt sordidos, aut turpi quæstui deditos. & in l.* 1. *C. de apparit. Præfecti Vrb.* Birruarij, & alij de grege isto seruientes Regiæ Curiæ, aut alijs Tribunalibus, matriculari se debent, & alias non seruiant, *l.quicunque.*10. *cum l.seq. C.de cohortalibus lib.*12. Quinimo isti non possunt ad dignitatem aliquam aspirare, sique eam acquisierint, spolientur, non obstante præscriptione 30. annorum, *l.fin. eodem tit.* & vide supra hic *num.*117.*circa finem.* Hinc est, vt prohibitum sit Militibus se intromittere incarcerando delinquentes, *l.*1.*C.eodem titulo.*

XII. Regẽs Mag.Cur.Vic. debet esse Re-
306 gnicola, quia Prætor debet esse de Vrbe, *l.*1.*cum glos. C.de Prætor.lib.*11. Ciues enim sunt præferendi, *l.in Ecclesijs.*11.*C.de sacros. Eccles.* & tetigimus supra hic *num.* 160. sed incepit esse exterus de anno 1514. vt in *Capit.& Priuil.Neap. fol.*77.*ater. in fin.&* 78. & licet postea p literas de anno 1515. fuerit ordi-

ordinarum, vt fit Regnicola, proue in d. fol. 78. & per decretum Sac. Conf. de anno 1520. fuit prouifum, quod non fit Neapolitanus, vt ibid. fol. 80. ater. fuitq; hoc factum ad fupplicationem ipfiufmet Ciuitatis Neapolis, quæ inde in anno 1558. fupplicauit, vt Regens Mag. Cur. poffit effe Neapolitanus Oriundus, vt in cap. 19. fol. 162. ater. in dictis Priuileg. & Capit. Neapol. & non fuit conceffum, vt ibidem, & cum multa ratione, ex quo per prius contrarium fupplicauerat, laborando contra propria commoda, vt adfolet, quoniam nemo Propheta acceptus eft in patria. Eft verum, quod in anno 1586. ex caufa rumorum Io. Vincentij Staraeij Electi Populi occifi à Plebe, fuit creatus Regēs D. Carolus Spinellus Eques Neapolitanus.

XIII. Regens ifte omnia cum voto Iudicum facere tenetur, & alias ad actum aliquē procedere non poteft, vt in cap. 14. Cæfareæ Maieftatis in anno 1554. in Priuilegijs, & Capit. Neapol. fol. 154.

Et cum duodus Iudicibus fi alij funt abfentes caufas vocari facere poffet, abfentia aliorum iudicum non obftante, vt in ritu 53. & 63. Item in Curia ipfa Magiftri Iuftitiarij.

XIV. Regens dicitur Præfectus Vigilum, & pro cuftodia Ciuitatis habet fub fe cohortes, l. 3. ff. de offic. Præfecti Vigil. & meritò Capitanei guardia deftinati funt, vt per D. de Ponte in tract. de poteft. Proreg. fol. 484. num. 3. & 4. qui bacula, vel aliquod fignum afportare tenentur, vt pro talibus cognofcantur. Lucas de Penna in l. ftigmata. C. de fabricēfibus lib. 11. Auendan. de exeq. mand. Regum part. 2. cap. 21. multaq; de eis vide per Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 1. cap. 13 pag. 193. titulo como deue el Corregidor eligyr, tratar, y caftigar fus Alguziales, y del officio dellos, y del derecho de ganar las armas, y de refiftencias.

Ifti enim Capitanei de guardia fingulis diebus de mane, (quando Regens ex cubile furgit) omnia, quæ per Ciuitatem in præcedenti nocte fucceflerunt, referre ei tenētur, & hoc fub pœna ducati vnius pro qualibet vice deficientiæ, pragmat. 19. verf. item, che ogni notte vadi vn Seruiano: de offic. Magn. Iuftitiarij. Ab hinc paucis annis eft introdu-
207 ctum, vt vnus ex Iudicibus Mag. Cur. Vic. tam Ciuilis, quam Criminalis, cum cohorte noctis tempore per Ciuitatem pergat: interq; eos fit diftributio, in fingulis noctibus pro acceffu.

XV. Regens poteft prouidere de adiunctis in caufa paritatis votorum, & poteft dare adiunctos Iudices Ciuiles Criminalibus, & è contra, in pragmat. 1. de officio Magni Iuftitiarij.

XVI. Regens Mag. Cur. Vic. banna emanare poteft, fed non durant, nifi tempore fuo, §. 1. verf. eas verò. inftitut. de perpet. & tempor. actio. & in § pœnales. inftit. de actio. in glof. & notatur in l. in honorarijs. ff. de act. & oblig. & ibi Bart. Afflict. in decif. 290. verf. replicat. Sed pone, quod in banno pœna fpecificata non apponatur, quæ pœna eft adijcienda? dic condemnationem effe pro motu Iudicis, infpectis circumftantijs pro qualitate delicti, Andr. in §. banno Imperiali. de ftatutis, & confuet. verum tantus effe poffet exceffus delinquentis, quod pœna grauari poffet, imo fi non habet in ære, luat in corpore, l. quicunque. C. de feruis fugit. & l. 1. ff. de pœn. ratio eft, quia Bannum eft cōdemnatio Iuris, vel Iudicis, ab ipfo Iudice facienda, Andr. ibidem in verb. ipfo iure, fed in talia Banna ligent ignorantes, ponit Afflict. in conft. cum per partes Apuliæ. col. 3. Banna ifta verè dicūtur Ius Prætorium, quia Prætores introduxerunt gratia adiuuandi, vel fupplendi, vel corrigēdi Iuris Ciuilis deficientias propter vtilitatem publicam, tunc enim nouitates fieri poffent, tefte Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 1. cap 5. num. 10. pag. 80. & Honorarium etiam dicitur ab honore Prætorum, nam & ipfum Ius honorarium viua vox eft Iuris Ciuilis, l. 7. & 8. ff. de iuftit. & iure. Circumfpectioq; debet effe fignanter in Bannis cōtra Ammafcaratos in diebus Carnis fpriuij, prohibendo, ne ipfi, aut Scenici Monachorum Schemate vtantur, quia indecens effet, §. fin. in auth. de fanctiff. Epifcop. alia de veftibus vide infra verf. 4. obferuat. 1. num. 21. & feq.

XVII. Poteft etiam prouidere de falario eius famulis, & feruientibus, fecundum l. 1. ff. de varijs, & extraord. cognitio.

Et tandem nota, quod Regens M. C. V. præcedit Secretarium Regni, fed præceditur à Scriba Rationum, & à Thefaurario Regni, vt aduertit Mutius Surgēs in addit. ad Marcum Antonium Surgentem eius fratrē fol. 446. in tract. de Neap. illuftrata.

208 Cum eodem Tribunali Mag. Cur. Vic. cōprehenditur Fifci Patronus, vt fupra hic diximus nu. 172. & nu. 140. qui fecundum Petrarcham de remedijs vtriufq; fortunæ. dial. 47. lib. 1. Hoftis Populi, & Reipublicæ inimicus dicitur: ifte enim dum Fifcales caufas

agit, omnes alios Iudices eiusdem dignitatis præcedere debet, secundum *Cassaneum in cathal. glor. mund. in 7. par. in 37 consid. fol. 157.* quem sequitur *Vincent. de Franch. in decis. 138. num. 5.* quod intelligit, si agit causas Fisci, & non suas: & verè Quæstoris officium dici potest, *tot. tit. ff. de offic. Quæst.*
209 sed in hac Mag. Cur. Vic. omnes Iudices eum præcedũt, & in vltimo loco sedet, *Mutius Surgens in addit. ad Marcum Antoniũ Surgentem in tract. de Neapoli illustrata pag. 289.* Quinimo Iudex Curiæ Admiratiæ etiam eum præcedit, *Frecc. de subfeud. lib. 3. in tit. de different. inter feuda regalia, & alia num. 23. fol. 432.*

Attamen D. Prorex quandoq; Fisci Patronum præcedere facit, prout euenit tempore nostræ legis Conditoris Acutissimi, qui D. Octauium de Piccolellis Fisci Patronum creatum, Iudices omnes præcedere iussit, Mouentur enim Proreges ex qualitate personarum, sicuti in casu prædicto extiterat, siquidem D. de Piccolellis Iudex M.C.V. Ciuilis, & Criminalis p plures, & plures annos fuerat, & tunc temporis Iudex Criminalis reperiebatur, & per prius Generalis Auditor Campaniæ. (cuius Tribunal propter nimiam eius seueritatem, quæ iustissima vocatur, in *l. 1. ff. de incendio, ruina, & naufra:* & alia vide supra hic *num. 171. circa medium.* scopulus reorum dicebatur, ad exemplum *Luc. Cassij Pratoris, relati à Valeriò Maximo in lib. 3. cap. 7. sub vers. de Marco Antonio. fol. mihi 161.*) Officiaq; prædicta tam exactè, & accuratè exercuit, vt ex proprijs meritis à nostro Potentissimo Rege extitit creatus Regius Consiliarius, & cum nimia vigilantia, integritate, & charitate erga omnes, & signanter erga pauperes se gerit.

211 Imo, quod Prorex possit talem præcedẽtiam tribuere, post *Ioannem de Platea in l. vnicuique. C. de proxim. sacror. scrinior. lib. 12.* fundat *Regens de Ponte in tract. de potest. Proreg. sub tit. de prouisionibus fieri solitis. §. 2. num. 8. fol. 12. & in cons. 7. vol. 2.* & aliqua videbis infra in *vers. 14 obseruat. 1. num. 98.*

Post hæc scripta obiter sum allocutus supra d. Dominum de Piccolellis de incidenti prædicto, & infrascriptas suas Allegationes eo tempore editas tradidit, quas inserere curaui, vt infra, post quas materia Fisci Patroni prosequetur.

ALLEGATIO
Consiliarij de Piccolellis.

Num Prorex mandare valeat, vt Aduocatus Fiscalis Mag. Cur. Vic. pracedat Iudices in ea existentes?

DVM Magnificus Octauius de Piccolellis tunc Iudex Magnæ Curiæ, omnes alios temporales præcedebat, per Regem Catholicum creatus fuit Fisci Patronus, cuius officij possessionem capta per Ducem Ossunæ Proregẽ, subsequens rescriptum motu proprio Proregenti Magnæ Curiæ transmissum fuit his verbis.

Su Excelentia tiene por bien, que Octauio de Picolelis Fiscal desse Tribunal tenga el mismo lugar, que tenia antes deste officio, en consideracion, que es vnos de los mas antiguos Ministros deste Reyno, y ha sido quatro vezes Iuez dessa gran Corte, auertiendo, que esta merced la haze Su Excelentia à su persona por la dichas, y otras causas, y por su edad, y no al dicho oficio de Fiscal, que tiene, de que ne ha mandado l'auise à V. S. que assi lo haga executar de oy en adelante, y haga costar à los Iuezes dessa gran Corte, que assi conuiene al seruicio de Su Magestad, y es la voluntad de Su Excelentia.

Quo rescripto sic exequuto, ac in ea possessione prædicto Fisci Patrono existente, Iudices Mag. Cur. nuper à prouisione facta per D. Ducem, ad Illustriss. Cardinalem Borgiam appellauerunt, qui hoc per Collaterale Consilium aliosq; Adiunctos cognoscendum remisit.

Dubitatur, an possit hoc rescriptum reuocari?

Ad cuius elucidationem animaduertendũ censeo, Proregis potestatem maximam esse, cum Regis dicatur Vicarius, eiusque locũ, & personam representet, vt dicunt *Marant. de ordin. Iudic. par. 5. princ. num. 5. Borrell. de præstantia Regis Catholici in præfat. nu. 60. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. 1. numm. 1. & tit. de assensibus Regijs. §. 5. nu. 3.* aliosque congerit *Mastrill. in tract. de Magistrat. lib. 5. cap. 6. num. 1.*

Isque omnia facere potest, quæ ipse Rex, cuius vices gerit, ad *text. in l. 1. & 2. ff. de officio eius.* vbi *Scribentes, & Doctor. in cap. Imperialem,* vbi præcipuè *Andr. num. 12. & Affl. nu. 16. de probib. feud. alien. per Feder. Bellug. in Specul. princ. rub. 25. num. 1. de Franch. decis. 165. num. 2.* & quamplures citat ibidem *Mastrill. num. 24. Maur. Burg.*

de

de mod. proced. ex abrupt. quaſt. 5 t. *num.* 3. *& 11.cum ſeq.qui nu.*15.*dicit etiam ex poteſtate abſoluta.*

Adeò vt omnia in eum ex commiſſione transfeant, quæ ſpecialiter prohibita non reperiuntur, vt tradit ibidem *Maſtrill.nu.*36. & Princeps reputatur, cum eius vice fungatur *Antonius Scappa de Iure non ſcripto tit. de Principe. cap.* 1. *& Ioan. Grand. de bello exulum quaſt.* 1.*num.*9.

Et ſicut Rex (penès quem ſunt omnes dignitates, & ab eo vti à fonte fluunt, & refluunt, vt dicit *Bald.in cap.* 1. *§.ad hac de pace iurament. firm.* vbi latius *Afflict.*) poteſt alicui concedere officium cum prelatione aliorum Magiſtratuum, maiorem dignitatem habentium, attenta perſonæ, vel ſeruitiorum qualitate, vt eſt *text.* per quem ſic determinauit *Io.de Platea in l.vnicuique. C.de proxim.ſacrorum ſcrineorum lib.* 12. *&* ibi *Rebuff.* poſt Odofred. idem *Rebuff.in l.* 1. *C.de conſultib. lib.* 12. *ad limit. illius legis,& text. in l.nemo. C. de offic. Magiſtri offic. & Franc.Marc. deciſ.*806. *Precoia de ſubſeud. lib.* 2. *tit. quis dicatur Princeps in princ.nu.* 2.*fol.* 140.cuius deciſionem eſſe punctualem, dicit *Regens de Ponte in conſ.*7 *num.*4.*lib.*2. & plura exempla adducit *Verall.deciſ.Rom.* 351. *num.*2. *& & ſeq.*

Ita quoque Prorex cõferre poteſt, ex quo prędicta de poteſtate ordinaria procedunt, vt ijdem DD.vno ore concludunt,& ſic prędicatum in perſonam Ferdinandi Barboti in Præſidatu Comitis de Beneuento, tradit idem de *Ponte in eodem tract. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſionibus fieri ſolitis, §.*2. *nu.* 8. ita quoque obſeruatum vidimus tam in vltimo Iudicatu Ciuili quoad. Don Aloiſi Brancatij, quam in Iudicatu Don Flaminij Conſtantij, poſtremi Iudicis Franciſci Cæſaris, qui alijs Iudicibus prælationem obtinuerunt à Prorege, licet in dictis officijs nouiores eſſent, idque fieri poſſe comprobat *Maſtrill. eodem tract. de Magiſtrat. cap.* 4. *num.*73.*lib.*5.

Ex quibus diluitur regula in contrarium adducta per *Regentem de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de elect. Officialium. §.* 8. *num.* 7. quod Officialis aſſumptus à maiori dignitate ad minorem, primeuam dignitatem, ac ipſius priuilegia non retinebit, quãdo quidem ob merita,& labores concedi ſolet Priuilegium,vt primam dignitatem retineat, licet illius adminiſtrationem exercere non poſſit, vt idem de *Ponte* affirmat ibid. *num.* 8.

Quam gratiã benè Prorex facere potuit, qua de poteſtate ordinaria proceſſit, vt diximus, & quod Prorex iuriſdictionem gratioſam habeat, videlicet diſpenſandi,& gratias concedendi, nemo eſt qui dubitet, *l.* 1. *ff. ad l. Iuliam de ambitu, cap. ſi gratioſa extra de reſcript. Andr.& Afflict. in rub. de Iud, annal. Bellug. in ſpecul. princ. rub.*24. *in verſ.poſtremo num.*5. *Cancer. variar. reſolut. lib.*3.*cap.*3. *nu.*326. *& Maſtrill.d.cap.* 8. *num.* 35.

Et cauſa iuſta in Principe reuocante alterius priuilegium ſufficit,quia ipſemet priuilegium conceſſit, vt tradunt *Angel. in l. Antiochenſium. ff. de priuileg.cred. de Ponte conſ.*152. *num*, 13. *vol.* 1.

Quemadmodum autem Prorex priuilegia concedere poteſt, *Oliban. de Iure Fiſci cap.*4.*num.*58. *Boſſ. de Principe,& eius priuileg. num.*87. *Cancer.variar.reſolut. lib.*3. *cap.num.*329. *cum ſeq. Maſtrill. d.cap.*6.*nu.* 245. *& ſeq.*

Iuſq; præcedentiæ, Priuilegij ſpecies eſt, *Caphal.conſ.*615.*num.*90.*vol.*5. *Io.Baptiſta Coſta conſ.*24.*nu.*9.alios citat *Alex.Caluan. conſ.*29.*nu.*16.

Ita etiam reuocare poteſt,nam ipſe Iudices creauit,maximè cum nullum ipſis damnum inferatur, vt ex infraſcriptis patebit.

Et hoc præſertim, quia voluntas ipſius Principis ſecundum leges eſt regulata, per ea, quæ dicit *Maſtrill. d. cap.*6.*num.*37. & facit Prorex ea, quæ per alios Vicarios in Regno fieri conſueuerunt, vt idem *Maſtrill. præcitato loco num.*104.

Ex his, Fiſci Patronus attentis ſeruitijs in reſcripto expreſſis,alijſq; pluribus Circumſpectis Iudicantibus notiſſimis, ac minimè in eo relatis inquit ex legis auctoritate, meraq; Iuſtitia primeuæ dignitatis retentionẽ, vel vt nouã prætendunt præcedentiæ dignitatem in ipſum rectè collatam fuiſſe, in cuius poſſeſſione cum Iure optimo reperiatur, non amoueri poſſe facilis eſt Iudicij.

Quis enim ex hodiernis Iudicibus tot ipſius ſeruitijs, & laboribus modernos ſuos labores ęquiparabit? hunc ipſe honorem ſalua conſcientia proſequitur, cum ex motu proprio, & ſine ambitu obtinuerit, ſecundũ *Bart.in l. Barbarius Philippus. ff. de officio Prætor.in repet.*Immò mortaliter peccaret, ſi non proſequeretur, ſecundum *Archid. & Io.Andr.in cap. ſi electio. de elect.in* 6.

Nec ſeruitia prędicta probationem indigent, tum qua ſunt notoria, tum etiam quia Principis aſſertioni credendum eſt, adeò vt non admittatur probatio in contrarium, *Ant.de Butrio in cap qua in Eccleſiarum, de conſt. Surd.conſ.*419.*nu.*65.*& 66.*

Immò non debet admitti aliquis opponẽs

ſecundum *Hoſtienſ. in cap. de catero. de re iud. Panorm & Felyn. in cap. fin. de praſumpt. Petr. de Anchar. conſ. 224. incip. iſte Dominus exequutor.*

Eo magis, quia hi Domini opponentes nullum intereſſe prætendere poſſunt, nec damni, nec honoris: non damni, quia nullũ ex hac præcedentia damnum ipſis infertur reſpectu ſalarij: non honoris, quia honor nõ eſt in honorato, ſed in honorante, ſecundum *Bald. in pralud. feud. 2. col.* & officia ſunt temporalia.

Attento etiam quod hic agitur in materia officiorum, vbi præcisè Principis mandato parendum eſt, ſicut de mandato Papæ inter perſonas Eccleſiaſticas dicitur, ſecundum *Innocent. in cap. Inquiſitioni. de ſenten. excommun.* multo fortius in officijs temporalibus, quæ à Principe dependent, prout ita conſiderat *Franc. Marc. quaſt. 807. circa finem. lib. 1.*

Præterea, quia hoc reſcriptum de mera gratia Principis proceſſit, & nullam importat cognitionẽ, ſed ita mandauit obſeruari: ideo non eſt locus appellationi, *cap. nonit. de appellat.* & ſic in proprijs terminis tenet *Franc. Marc. q. 808. lib. 1.*

Non debet quis audiri contra illud, quod facit Princeps ex certa ſcientia, ſed potius repelli debet, & perpetuũ ſilentium imponi, ita *gloſ. in cap. 2. de pace conſtantia in vſibus feudorum. in verbo non admittemus.* Quis enim tantæ ſuperbiæ faſtidio tumidus erit, vt regalem ſenſum negat, inquit *tex. in l. fin. C. de legibus,* facit *l. 2. C. de crim. ſacril. Dec. conſ. 269. num. 8. Beccius conſ. 56. nu. 47. & Surd. conſ. 1. num. 107.*

Eſto enim quod à prouiſione Proregis appellari poſſet. (prout nõ poteſt) in hoc caſu tamen non poſſet appellari niſi ad Regem, *l. à Proconſulibus. C. de appellat. Franch. in cap. dilecti col. 8. verſ. 6. quaritur, & verſ. 2. quaritur. de appellat.* vbi infert, quod licet ſit idem Adiutorium Principis, & eius Vicarij, *cap. 2. de officio Vicarij;* tamen à ſententia Proregis ad Regem appellari debet, & ita dicit probari in *l. eos. C. de appellat. & text. in d. cap. 2. limitari;* quem ſequuti fuerunt *Camer. in cap. Imperialem. fol. 78. ater. & Capye. ibidem verſ. quinto notandum. fol. 32. Mutius Surgens in annot. Neap. illuſtr. cap. 22. verſ. 3.* vt ab eius ſententia *Petrus de Tholoſ. de appellat. cap. 12. num. 4. & cap. 13. lib. 3. Bugnell. in tract. de appell. §. 2. cap. 2. num. 41. & 53. Oliban. de Iure Fiſci. cap. 4. num. 65. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 5. cap. 6. num. 97.*

Nec ſucceſſor controuertere poteſt, ſi quidem ſucceſſor prædeceſſori fidem adhibere debet, *Suar. in allegat. 8.* ſi enim Princeps ſua cupit obſeruari, prædeceſſorum mandatis venerationem præſtet, velut cuſtodiam, *cap. iuſtitia. 25. quaſt. 1.* & illa non ſeruans materiam præbet ſua geſta per ſucceſſores diſſoluendi, *cap. inſtitutionis. 25. q. 2.* ita vt contraueniens, ſibi contrauenire dicatur, cum ſemper ſit vnicum Imperium, *Bald. conſ. 126. col. 2. lib. 1. Muta in probem. conſuet. Panor. nu. 60. & 61. & cap. 4. nu. 34.*

De Piccolellis Mag. Cur. Vic. Fiſci Patronus.

De hac autem vltima Concluſione reuocationis ordinis Prædeceſſoris vide ſupra *verſ. 2. obſeru. 2. num. 119.*

Et proſequendo materiam Fiſci Patroni inceptam ſupra hic *num. 172.* dico, quod officium hoc de Iure communi fuit Annale,
212 & inde biennale, *l. ſancimus. 12. cum ſeq. C. de Aduocatis diuerſorum Iudiciorũ,* & ita fuit ſupplicatum Regi Catholico, vt in *cap. 4. Comitis Ripa Curſia Proregis in Priuil. & Capit. Neap. fol. 65. ater.* poſtea vero fuit in vita, & multas prerogatiuas habet, vt per *Marcum Antonium Surgentem de Neapoli Illuſtrata. cap. fin. num. 47. fol. 314.* ſed carcerandi, vel exequendi ordines expedire nequit abſque mandato Iudicis, vt in *Priuileg. & Capit. Neap. de anno 1541. pag. 145. ater. in fine;* à Iuſtiniano vocatur Clariſſimus, & Spectabilis, *§. 1. in authent. de Iudicib. conſt. 82.* per prius enim vnus erat Fiſci Patronus,
213 tam in Mag. Cur. Vic. quam in Regia Camera Summaria, ſed inde fuit diuiſum ſecũdum *Mutium Surgentem in addit. ad Marcum Antonium Surgentem de Neapoli illuſtrata fol. 446.* vbi ponit, quomodo ſedet in Sac. Conſ. & prætendit digniorem eſſe illum Mag. Cur. Vic. ex dictis ibi.

Sed quod Fiſci Patronus Magn. Cur. Vic. præcedere debeat Fiſci Patronũ Regiæ Cameræ tamquam Antiquior videtur, ex *text. in conſtitut. Reg. Officiorum perieuloſa;* vbi
214 habes, quod per prius à decretis Magni Camerarij appellabatur ad Magn. Cur. Vic. ſed quãdo fuit facta diuiſio huius officij, qui erat tunc temporis Fiſci Patronus D. Antonius Orificius elegit remanere Fiſci Patronum in Mag. Cur. Vic. quoniam digniorem reputauit: & ſic dicit *Mutius Surgens vbi ſupra.*

Hodie vero quando conueniunt inter ipſos, præcedit ille, qui prius fuit creatus Fiſci Patronus, ſed ſi cum Tribunalibus vnitis hi Fiſci Patroni vadunt, quilibet cum eius Tri-

bunali

bunali vnito accedit, & ille Regiæ Cameræ, qui cum ſuo Tribunali præcedente accedit, præcedit Fiſci Patronum Mag. Cur. Vic. vt per *D. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. in tit. 3. § fin. num. 36. ſub tit. de elect. Official. pag. 135.* quinimo ſi ex mutatione temporis ſtatuta quoque mutarentur humana, crederem, quod Fiſci patronus Regiæ Cameræ, qui in grauiſſimis negotijs ſemper vacat, & vt plurimũ Doctores eminentiores perquiruntur, & eliguntur, quia defendit Patrimonium Regis, eiuſque Iuriſdictionem, & cauſas Status, illum Mag. Cur. Vic. omnino præcedere deberet in omnibus ſeſſionibus, vt aliquando fortaſſe videbis.

215 Aduertant denique Fiſci Patroni ne ſint vt plurimum potius clamoribus, quam Iuribus imbuti, vt hortatur *Grammat. in deciſ. 10. in fine*; debent enim vacare ad ea, quæ deſcribit *Regens de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. fol. 162. num. 41. in tit. de Regalibus Impoſitionibus*; & præ oculis habeant *text. in l. aut facta per totum, & l. reſpiciendum. ff. de pœnis*; & cauſas, & qualitates ibi poſitas laté perpendant: Et ſignanter curent veritati intendere, ſique cognoſcant Inquiſitũ innocentem, ipſi primi eum defendere teneantur, poſtpoſita illa vulgi Barbarie, vt non ſint contra Fiſcum; Iſta enim eſt enixa voluntas Clementis Regis, ad hoc eos conſtituit: & ſi quid promiterunt Inquiſitis attendant, quia graue eſt fidẽ fallere, vt poſt *And. in cap. 1. §. hoc autem. num. 18. circa finem. de his qui feudum dare poſſunt.* tenet *Vinc. de Franch. in deciſ. 158. num. 1.* & multa per *Det. in l. cauillationis. ff. de regul. iur.* quicquid dixerit *Afflict. in deciſ. 158. nu. 1.* quod ſi Fiſci Patronus promiſerit ſaluum conductum delinquenti, non eſt ſeruandum, quia eſſet contra bonam fidem, & contra publicũ bonum, & Ius naturale, late *Bouadilla in politica tom. 1. lib. 3. cap. 13. num. 13. fol. 309.* nam etiam hoſtibus fides eſt ſeruanda, *Bart. in l. 1. ff. ad l. Iuliam Maieſt. Dec. in conſ 51. incip. & pro tenui facultate mea. Iaſ. in rub. ff. de iuſtit. & iure. circa finem*; Quo vero ad Iudices inferiores promittentes impunitatem Reo, ponit *Grammat. in voto 25. incip. in cauſa nobilis Donati. col. pen. verſ. inſuper eſt animaduertendum, & Felyn. in cap. accedens. il ſecondo, vt lite non conteſtata. col. 2. verſ. & infertur ad Iudices. num. 5. & Paris de ſyndic in verb. ſalaus conductus. car. 95.*

Debent Fiſci Patroni aduertere, ne ſaluũ conductũ expediant, quia non poſſunt, *Anna in ſingul. 9. & 462.* (licet à Iudice ſuperiore guidatica fieri poſſint, *l. 1. & 2. C. de nauicularijs lib. 10.* ex quo *text.* ſumpta eſt prag. ctica guidandi, *Regens de Ponte de poteſtate Proregis fol. 50 num. 22.*) Vacent'q; in pœnis exigẽdis, quia Fiſcus eſt ſaccus male acquiſitorum, *l. Lucius ff. de Iure fiſc. Andr. in cap. 1. §. Imperator Lotharius. num. 18. de probib. feud. alien. per Freder.* & quo ad delicta grauiſſima ſint fiſcales, caueantq; reſpicere ad perſonas occaſione odij, vel liuoris, vt aliqui male faciunt, teſte *Camillo de Curte in diuerſorio Iuris feudorum. fol. 49. nu. 60.* ſed præ oculis habeant *d. l. aut facta. ff. de pœnis*; & peccata, & non homines odio habeant, *cap. odio habeantur. 86. diſtinct.* & tandem nota, officium Fiſci Patroni, & Procuratoris Fiſcalis eſſe ad electionem Regis, vt in *cap. 1. Philippi Secundi de anno 1558. in Priuileg. & Capit. Neap. fol. 148. & 159.* & ideo Fiſci Patronus poteſt creari etiam exterus, vt euenit de menſe Nouẽbris 1628. fuit enim pro Fiſci Patrono electus D. Don Franciſcus Salgadus Hiſpanus, perſpicaciſſimus, ac eminens Conſiliarius.

216 Diximus, quod in eodem Tribunali Mag. Cur. Vic. adeſt etiam Aduocatus Pauperum pro illis defendendis deſtinatus, & pauperes ſunt, qui pro ſoluẽdo debito, eorum domus vtenſilia vendunt, *Io. Vinc. Ann. in alleg. 88. num. 3.* vel ſecundum *Andr. in tit. quæ ſunt regalia. nu. 55. circa medium*, Inops eſt, qui nec locum poſſidet, nec lucrum facit de artificio, vel induſtria, *tex. autem in l. nonnulli. 10. ff. qui accuſare non poſſunt*; Pauperes denominat, qui minus quam 50. aureos habẽt, Paupertas .n. detegit vilitatẽ, & diuitię faciunt inuidiam, *l. 2. verſ. quod. n. C. quãdo, & quibus quarta pars debeatur. lib. 10. And. Gayll. lib. 1. pract. obſer. in obſer. 142.* vbi declaratio, & priuilegia paupertatis habentur. De Iure communi prouiſum erat, vt non habenti Aduocatum aliquis Doctor ad eum defendendum deſtinaretur, *l. 1. ff. de poſtul. Couar. pract. qq. cap. 6.* Aduocatus enim tenetur defendere pauperes, ſed non ſemper: quia non minor eſt neceſſitas indigentis cibo, quam indigentis Aduocato, ſed qui habet poteſtatem cibandi, non ſemper tenetur cibare: ergo: & idem in Aduocato: *D. Tho. in 2. 2. quaſt. 71. artic. 1.* vbi declarat, quæ conditiones concurrere debeant, vt Aduocatus teneatur. De Iure verò Conſtitutio-

217 num Regni, Pauperum Aduocatus fuit cõſtitutus, & pugil vocatur in *Conſt. lege praſente*; vbi *Andr.* hoc officium vocat certum officium, quaſi impropriè, & *Afflict. ibidem num. 8.* aſſerit officium eſſe, ſed ad beneplacitum D. Regis, & non in vita debere con-

218 cedi. *Ritus Mag. Cur. Vic. 23.* diſponit, Aduocatum pauperum contra Curiam, & contra

contra omnes aduocare posse, exceptis pauperibus, pro quibus gratis teneatur patrocinari, & ita tenet *Capyc. in inuest. feudor. fol.* 275.

Hodie officium hoc est cum honore togę, sed quomodo processerit ex causa prouisionis faciendæ in personam D. Ferdinandi de Quatra postea Regij Cōsiliarij, ponit *D. Rouit. in pragmat.* 13. *num.* 6. *de official.* Datur enim toga inermis, & armata, vt declarat *Petrus Bellinus in tract. de re milit. tit.* 10. *& est in tract. tom.* 16 *fol.* 337. *ater.* Magnum erat onus togæ apud Romanos, nam toga prætexta ab eis mittebatur ad quos amicitiæ vinculo coniungebant, illaq; erat, quæ à nobilibus Iuuenibus, & Magistratibus gestabatur, *Titusliuius in deca.* 3. *lib.* 7. *fol. mihi* 302. *ater.*

Nota tamen in materia Aduocati, nil esse ęquiparandum periculo Aduocati orantis, quoniam sicuti verbum vnum folium decerpat, ita & in vno die existimationem amittere euenit, quam in tot annis acquisierit, si fortè aliqua memoriæ deuiatio, vel verbum incompositum pronunciare occurrerit, & grauissimi Oratores in hoc incidere, Demosthenes enim in perorādo fuit magis mutus, quam piscis, vt *Æschines in oratione de falsa legatione ei exprobat.* Memoriæ enim deuiatio accidit in intellectu sublimi, & magno, ac doctissimo, sicuti declarat *Alexāder Tassonus in lib.* 6. *cap.* 4. 5. *&* 6. *in libro titulato Pensieri del Tassone.* Adsunt etiam pericula, quia multi Aduocati pro eorum officio fuerunt occisi, *Bouadill. in politica tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. *nu* 81. *in fin fol.* 222. Alij vero ęrūnas, ac magna pericula passi fuere, vt ibidē. Et ideo reiecta opinione *l.* 1. *§. si vero. ff. de varijs, & extraordinarijs cognit.* qua cautū erat, Aduocatum non posse habere vltra centum aureos, prout etiam disponebatur in *tit. de salario Aduocatorum, & Bart.* notat *in d. l.* 1. *§. Diuus*; & etiam *Batius in addit. ad Afflict. in constitut. Regni Aduocatus, & Gulielmus de Ruuille in tract. de iustit. & iure lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 8. *in tractatibus tom.* 1. *fol.* 370. contrarium fuit conclusum in Magno Consilio Parisiensi de anno 1602. teste *Petro Matthei in Historijs Franciæ lib.* 5. *narrat.* 2. *fol.* 459. dum Aduocatorum salaria taxare volebat Magnus ille Henricus Quartus, vt ibidem. Etenim salaria ista Aduocatis debentur etiam non constituta, *l.* 1. *§. in honorarijs. ff. de var. & extraord. cognit. Andr. in §. & olim. num.* 9. *circa medium de success. feud.* Aduocati enim, vel Iudices, qui rectè legibus vtuntur, plus merentur, quam Religiosi, *Hostiens. in proem. sua sūma col.* 6. *vers. ciuili verò, & Ioannes Rendina in tract. de Maiestate Principis, qui est in tractatibus tom.* 16. *fol.* 166. *num.* 10. Et ideo absine ab omni quæstuosa auaritia, vt per *Tacit. in lib.* 11. *annal.* ne pulcherrimam, & bonorum artium scientiam sordidis ministerijs fędant, quia nec fides integra manet, vbi magnitudo quæstuum spectatur; est enim ciuilis sapientia res sanctissima, quæ prętio nummario non est æstimanda, nec dehonestanda, *Vlpian. in l.* 1. *ff. de var. & extraordinar. cognition.* At si Aduocatus iniustam causam defendit, peccat mortaliter, & tenetur restituere damna, sed licitè vendit iustum patrocinium (etiam in die feriato ob pecuniam, & non peccat, *Fontanell. de pact. nuptial. par.* 1. *clausul.* 1. *nu.* 18.) sicuti & Iurisperitus verum Consilium, *D. Thomas* 2. 2. *quæst.* 71. *art.* 2. 3. *&* 4. vbi in *art.* 2. decidit, Monachum pro causa Monasterij sui posse esse Aduocatum Abbate præcipiente: sicuti & Clericus pro Ecclesia, & miserabilibus, *Nouarius in tractatu de priuilegijs miserab. personar. priuileg.* 88. Aduocatorum munus dignissimum, & ex eis sancti fuerunt plures, vt refert *Fontanell. de pact. nuptial. part.* 1. *clausul.* 3. *nu.* 19. *vers. tertio tamen.* Nostrorumq; Tribunalium Aduocati nullis alijs secundi dici possunt, & signanter in quæstionibus feudalibus, ac iurisdictionalibus cum enixa veritate, & puritate differendis, & sicuti S. C. Neapolitani Authoritas deterruit, & deterret omnes, vt supra hoc versiculo fundauimus *num.* 72. *circa medium, & vers.* 4. *obseruat.* 2. *num.* 168. *in fine*; ita & Aduocati in eo militantes, à capite enim regulantur membra.

TRIBVNAL III.

CVRIÆ ADMIRATIÆ.

Adest in Ciuitate ipsa Tribunal Curiæ Admiratiæ, cuius caput est Magnus Regni
219 Admiratus, & est tertiū officium ex septē officijs Regni, & sedet in tertio loco in Comitijs publicis, licet *Mazzella in Descriptione Regni Neapol. fol.* 492. referat Magnum Admiratum præcessisse Magnum Iustitiarium. De Magno Admirato, multa tradit *Frecc. in lib.* 1. *de subfeud. in tit. de officio Magni Admirati*, & habemus *Capit. Regni.* 77. *&* 78.
220 Officium hoc est antiquissimum, & *Fazzellus in Histor. Siciliæ lib.* 2. *decat.* 2. *cap.* 1. affirmat à Saracenis principium habuisse: *Regens vero Reuerterius in quadam sua decisio.* 57. ait, eius originem ex Priuilegio

gio Reginæ Ioannæ proceffiffe, & ex Capi-
tulis conceffis quondam D. Berardino de
Villamari Admirato Regni apparere con-
ceffionem Iurifdictionis meri, & mixti Im-
perij in eius fubditos. (vbi etiã fubdit, quod
D.Ferdinandus de Cardona Admiratus præ-
tendebat habere iurifdictionem in omnes
habitantes in Paufilippo, in Plagia, extra
Gruptam,& in Succauo, fub prætexen,quod
eius Prædeceffores per 90. annos illã exer-
cuerant, & fuccubuit.) Sed veritas eft, quod
in Regno ante Reginam Ioannam Primam
Officium hoc fuit, iam quod videmus per
Carolum Primum,& Secundum,& Regem
Robertum priores Reges illud fuiffe colla-
tum Rogerio de Loria ftrenuo Calabro, vt
per *Lucam de Penna in l.pradia. C.de locat.
prædior. ciuil. lib.* 11. & per *Frecc. in loco
citato num.* 1. & nouiffimè ponit *Georgius*
(fimiliter Calaber, Feudorum Lector, &
Confiliarius infignis) *in repetit. feudalib.
cap* 55. *num*:48. *fol.*410. fuit enim Rogerius
tanti valoris, & virtutis, quod quando Prin-
cipem Carolum Primogenitum Regis Ca-
roli Primi carcerauit, & Neapolim verfus
triumphans veniret, Neapolitani acclama-
uerunt, *viua Rogerio de Loria, e morano li
Fråcefi*, vt teftatur *Ioannes Antonius Sum-
monte in Hiftoria Neapolis par.*2.*in vita
Caroli Primi. fol.*313. vbi de eo multas, ac
plurimas laudes refert, & merito Calabri
de eo gloriantur, quia gaudium, & noua lux
eft Nationi, quando aliquis ex ea exaltatur,
*Efther.*8. *in fine.*

221 Habet hoc Tribunal iurifdictidnem ciui-
lem,& criminalem in omnibus caufis mari-
timis, ac etiam liquidationis inftrumento-
rum contra omnes exercentes artem,vel in-
duftriam Maris, & de ea viuentes, & in om-
nes fuos Officiales, ac familiares,& in alios
50. Recommendatos, ac fuper delinquenti-
bus in mare, & quoniam Mag.Cur.Vic. tan-
quam Præfes Prouinciæ habet iurifdictionẽ
vniuerfalem in omnes, *l.omnium. cum l.feq.
ff. de officio Præfid. & in conftitut. Regni.
Statuimus vt Magna Curia. cum feq.* ideo
huic officio fuit tradita iurifdictio cũ *clau-
fula Abdicatiua*, fecundum *Rebuff. in rubr.
C.de Claffieis lib.*11. *& Confil. Fauium de
Anna in conf.*107.*vol.*2.*& Vinc.de Franch.
in decif.* 142. *num.*1. *&* 417. *&* 722. *& D.
Tapia in decif. Sac.Conf.*13. exceptis tamen
Claffium Minifterio deputatis: & nouiffimè
tenet *D. Regens Conftantius in l.*1. *C. de
Claffieis lib.*11. *nu.*72. *pag.*187. vbi de Cu-
ria hac Magni Admirati plura habes: Et
quomodo de rebus naufragatis cognofcat,
ibi referantur decreta: & alia vide in *conf.
Lanarij* 84. vbi quod mobilia naufragata
Hoftium, vel Iudæorum, funt Proregis, tan-
quam Capitani generalis, & inter ipfum, &
Milites illa diuidere poteft; Eandemq; iurif-
222 dictionem exercet abdicatiuã in toto Re-
gno per fuos Viceadmiratos. Ab hac Curia
Admiratiæ appellatur ad S.C. & nõ ad Mag.
Cur.Vicariæ,vel ad Regiam Cameram, *Re-
gens de Ponte in decif.* 13. *num.*1. *& Vinc.
de Franch. in decif.* 722. vbi in *num.*15. no-
tat, diuerfo modo fieri Regias decretatio-
nes, quam in Magn.Cur.Vic. nam D.Præfi-
dens folet dicere eadem Curia Admiratiæ
iuftitiam faciat, aut relationem faciat, fed
quoad Mag.Cur.Vic. dat titulum magnæ, &
dicit Mag.Cur.Vic. iuftitiam faciat, aut re-
lationem faciat: & per Hortatorias proce-
dit, ficuti & Regia Camera Summariæ: fed
ne continentia caufæ ciuilis, vel criminalis
diuidatur, aliquando caufam non remitti
folitum eft, vt per *Maftrill. in decif.* 138.

223 Iudex ipfius vt plurimum folet effe vnus,
(licet plures fieri poffent à Magno Admira-
to) & in Cappella Regia habet vltimum lo-
cum poft vltimum Iudicem Magn.Cur.Vic.
*Frecc. de fubfeud. lib.*3. *pag.*432. *num.*23. *in
tit.de different. inter feuda regalia, & alia*;
vbi etiam tenet, quod præcedit Fifci Patro-
num Mag.Cur.Vic. Et quando in Sac.Conf.
relationes facit, fedet ficuti etiam fedet Iu-
dex Siclæ, *Marcus Antonius Surgens de
Neapoli Illuftrata. in cap.fin. fub num.* 43.
*pag.*311. & in caufis criminalibus dicti Tri-
bunalis interuenit Aduocatus Fifcalis Mag.
Cur.Vic. *Vincent. de Franch. in decif.* 722.
*num.*3. in qua fuit decifum, vt Tribunal hoc
poffit cognofcere in fubditos refiftẽtes exe-
quentibus ordines Mag. Cur. Vic. non ob-
ftante *l.nullum. C. de teftibus*; quoniam ha-
224 bet iurifdictionem priuatiuã, & abdicati-
uam, & latè fcripfit *Confil. Fabius de Anna
in conf.* 117. *vol.* 2. *& Vincent. de Franch.
in decif.* 142. *&* 41. *Regens Conftantius in
l.*1. *C. de Claffieis lib.*11. *nu.*79. *Gizzarell.
in decif.* 76. & nouiffimè *D. Tapia in decif.
Sacr.Conf.*13. qui in alia *decif.*43. ait, fuiffe
decifum Viduæ non effe concedendam ele-
ctionem fori in Mag. Cur. Vic. contra fub-
ditum Magni Admirati,de quo vide *Nouar.
in particulari tract. de elect. fori.*

225 Iudex huius Tribunalis debet effe annalis,
& fyndicatui parere tenetur in Tribunali
huius Ciuitatis, vt fuit prouifum per Regem
Ferdinandũ Primum in *Priuilegijs, & Ca-
pitulis Neapolis cap.* 16. *pag.* 15. *ater.* fed fi
caufæ funt momenti, Præfidens Sac. Confil.
committit appellationes in Sac.Conf. fi ve-
ro funt minimæ, remittit eas ad Magnum

Admiratum, vt per alium Iudicem reuideri faciat. Regię hodie Iudicatus officium omnium virtutum genere ornatissimus D. Io. Vincentius Macedonius Eques Sedilis Portus lepidissimus cum communi applausu, de quo etiam videbis infra in *vers.7.obser.1.*

Residet Tribunal hoc, vt plurimum in propria domo Magni Admirati, & habet signum, dictum (il Pindone) quando aliquem miserum delinquentem cōdemnat ad mortem, & per Ciuitatem vehit, prout facit Tribunal Mag. Cur. Vic. & ita fuit obseruatum in anno 1612. in circa.

226 Magnus Admiratus habet ēt quinquaginta personas sibi tantū subditas, & 12. Commensales, qui eum in diebus festiuis concomitari solent, si sibi placuerit.

Admirati, & Viceadmirati olim refectionem Vassellorum Moli curabant, secundum *Capit. Regni Admirati, & Viceadmirati*, ac etiam mercedes Marinarijs soluebant, vt in alio, *cap. Regni. Item prædicti Admirati*; sed hodie in Arsanale, & in officio Triremiū hæc omnia fiunt.

227 Prætendunt Domini Admirati bona naufragata ad eos spectare, (multa quidem naufragia euenire solent in hyeme præcipuè, & ideo nauigatio à Kalendis Aprelis, vsque ad Kalendas Decembris permissa est, *l.2. C. de naufragijs lib. 11.*) Sed *Constitutio prima Imperatoris Frederici II. sub titulo de statutis, & consuetudinibus. vers. Nau.gia quoque.* disponit, *vt tam Nauiquæ, quam Nauigantium bona illis integrareserruentur, ad quos spectabant ante quam Nauigium illud, & periculum incurreret, sublata omnium locorum penitus consuetudine, quæ huic ad-*
228 *uersatur sanctioni, nisi talia sint nauigia, quæ piraticam exercetur rauitatem, aut sint nobis, aut Christiano nomini inimica*; Idemq; disponit *l. 1. C. de naufrag. lib. 11.* ibi, *quod ius habet Fiscus in aliena calamitate, vt de re tā luctuosa, compendiū sectatur*; & vide *l. 1. C. de pradys, & omn. reb. nau lib. 11.* Quo vero ad furantes bona naufragata, excommunicatos esse in Bulla Cœnę Domini dicit *Nauar. in manuali Confess. cap. 27. num. 60. & 118. & Andreas Gayll. obseruat. lib. 1. obser. 18.* sed limita quando bona naufragata non essent Christianorum, *auth. nauigia. C. de furtis*; & ex verbis Bullæ, quæ bona fidelium saluare intendit. & alias limitationes vide per *Quarantam in verb. bona naufragantium*. Illaq; ad Regem, & non ad Magnum Admiratum spectare, decisum fuit per Suam Maiestatem in anno 1577. vt refert *Moles in decis. 88.*

229 Et tandem nota, quod hoc Tribunal nullam habet subiectionem Tribunali Regiæ Cameræ, nisi à Prorege iniunctum esset, vt per *D. de Ponte in decis. 13. & Grazarell. in decis. 76.*

Et Ego vidi quoddam Instrumentū Madrid confectum de mense Maij 1627. in quo D. Don Aloysius Fernandez de Corduba de Aragonia Suessæ, & Summæ Dux, titulatur Magnus Admiratus Neapolis, & Capitaneus generalis in mare huius Regni, de quo facit *decis. Capyc. 163.* circa concessionem eo tempore factam.

Et ideo vera est opinio, qđ Magnus Admiratus possider officium nomine Regis, & eius nomine iurisdictionem exercet, immo officiū non est suum, sed Regis, solum enim habet nudum exercitium, nudamq; administrationem, nec illud præscribere potest, *Alber. in l. fin. C. de iurisd. omn. Iud.* quem sequitur *D. de Franch. in decis. 723. num. 18.* quapropter Rex potest titulum prædictum restringere, vel modificare, ēt nō citato ipso Magno Admirato, cum sit subditus, vt per *Innocent. in cap. olim. de verbor. signif.* quinimo & si diuersæ essent concessiones factæ diuersis Admiratis, dum Sua Maiestas declarauit velle concedere Capitula intelligūtur, prout fuerunt cōcessa proximis Magnis Admiratis vltimis Concessionarijs, *Capyc. in decis. 163. & Capiblanc. in pragmat. 4. de Baron. num. 16.*

Et quomodo cognoscat Nautas circa vsuras, habes titulum in *§. 1. in auth. de vsuris nauticis, constit. 130.* est tamen verum, quod licet subditi Magni Admirati ab eius Tribunali cognoscantur quo ad liquidationem Instrumentorū per superius dicta, attamen ipse Magnus Admiratus M. Cur. Vic. subest super liquidatione Instrumentorum, vt nouissime dicit *D. Rouitus in cons. 90. vol. 2. & in pragmat. 1. de titulorum abusu.* vbi de Magno Admirato multa videbis.

TRIBVNAL IV.

CIVITATIS NEAP.

Tribunal hoc est illud Ciuitatis Neapolis, & dicitur Tribunal S. Laurentij, ex quo in Ecclesia Sancti Laurentij Maioris existētis in medio Ciuitatis regitur (quo in loco erat prius Magnum Palatium Ciuitatis, & in eo se vniebant Electi, sed Rex Carolus Primus ad finem illud dextruendi, viresquē, & vnionem Ciuium tollendi, figurauit votū de construendo Ecclesiam Diuo Laurentio, & ideo Palatium prædictum sub hoc colore dextrui fecit, & Ecclesiam Diui Laurentij con-

conftrnxit, & Ciuitati remanfit folammodo paruus ille locus, quem hodie videmus, in quo fe non congregat, vt legitur in *Hiftor. Sammontis, & aliorum in vita Caroli I.*) Cumque Decuriones certum Iudicem habere debeant, vt diximus fupra hic *num.4.in*
229 *fine*; Ideirco fuit conftitutũ Tribunal hoc caufas fyndicatus Regẽtis,& Iudicum Mag. Cur.Vic. & Curiæ Admiratiæ, & aliorum Officialium Neapolis cognofcit, vt in *Ritu Mag.Cur.Vic. 108. & in cap 66. Regis Catholici in Priuileg. & Capit. Neap. pag. 47.* ac etiam caufas fubditorum Tribunali prædicto, vt in *auth. de defenf. Ciuit. collat. 15.* & habetur in *Priuilegijs,& Capitulis Neap. del ben viuere, & in cap. 5. Regis Catholici in Priuileg. & Capit. Neapol.pag. 39. ater.* Electi enim folẽt caufas prædictas alieni ex Aduocatis Ciuitatis committere,& tunc dicitur Confultor Ciuitatis, à cuius decretis ad Sac.Conf. appellatur, fique prouideretur
230 quod fiat relatio in Sacr. Conf. Confultor in prædicta relatione facienda in Sac.Confil. capite non denudato, loquitur verum ftar. Et ita obferuatũ vidi, & refert *Marcus Antonius Surgens de Neapoli illuftrata.cap.fin. num. 43. pag. 312.* quo vero ad Aduocatos loquentes in hoc Tribunale feruatur, vt in fella fedeant,& capite non denudato loquũtur, Imo DD. Electi affurgere fe debent, vt poft *l.fin.C.de Aduoc. diuerf. Iud. Bouadill. in politica tom.2. lib.3.cap.8. nu. 19.pag. 161.*
Regitur Tribunal iftud à fex Electis Ciuitatis, qui iuramentũ à Iudicibus Ciuilibus, & Criminalibus,& à Regente Mag.Cur.Vic.
231 recipiunt,vt in *d. cap.66. Regis Catholici*, Affifiamq; rebus commeftibilibus cum pœnis pecuniarijs, & corporalibus imponunt, vt in *cap. Regni Ladiflaus*. Eorumque ordines,& mandata cuftodes Mag.Cur.Vic. exequi tenentur fecundum *Capitulũ Regis Fer-*
242 *dinandi de anno 1476.* Verum omnia intercepta, ac pœnæ pecuniariæ fupradictæ Sacro Hofpitali Sanctæ Mariæ Annunciatæ huius Ciuitatis applicantur, ex conceffione eiufdem Regis, vt in *Capitulis Neapolis. 35, 38. & 52. fol. 18.*
Decretaq; faciunt, ac conclufiones, pro expedientibus Reipublicæ: fique publicam vtilitatem concernerent, [illegible] etiam Clericos, *Bal. F[illegible]lyn. & alij in cap. fancta Maria. de confil. Caffan. in confuet. Burg. rub. 1. verf. corpalalmet. num. 91. & in rub. 13. §. 5. num. 2. Olsban. de Iure fifci, in repetit. vfatici aliud namque. cap. 1. num. 133.* vbi quod Clericus in diuerfis factis per Iudicem fęcularem in fauorem Reipublicæ comprehenditur: Idemque eft de militibus, qui in

quibus non funt fpecialiter exempti, comprehenduntur ad ea, quæ ad ornatum Ciuitatis eiufque Politicam, & vtilitatem pertinent, *Calic. in viridar. milit. num. 25. & Iacob. Cancer. variar. refolut. tit. de feruit. num.223.& feq.* vbi omnia prædicta videas.
233 Poffunt ifti DD.Electi aggregare exteros in Ciues, *cap.12. Regis Ferdinandi II. de anno 1495. & cap. 22. Magni Capitanei in Priuileg.& Capit.Neap. pag.35.* & fimiliter exfractare facere ftudentes, & mulieres inhoneftas ex vicinijs honeftis, ex *cap. Regis Catholici 59. de anno 1505.pag.46. ater.* & vide fupra hic *num. 21.* & quæ Priuilegia habeant ifti Ciues aggregati, vide per *Fontanell. de pact. nuptial. par.1. claufal.3.glof. 3.fub num.79.fol. 31. & cap. 53. Regis Catholici in Priuileg. & Capit. Neap. pag. 45. ater.*
234 Succeffiuè fequitur Iurifdictio Electi Popularis, qui ex Priuilegio Regis Catholici 18.Maij 1507. In propria domo fingulis diebus fummariè, & de plano reddit ius omnibus venditoribus rerum commeftibilium, & tangentiũ gaffiam Ciuitatis, & notatur per *Summontem in 1.par. Hiftoria Neapolis fol. 146.* & deberet exercere iurifdictionem traditam in *auth.de Plebeis Pratoribus conftitut.13. & in cap.22. Magni Capitanei in Priuileg.& Capit.Neap. fol.35.*
Ifti DD. Electi in publicis lętitijs, & alijs feftiuitatibus,& in ingreffu Regis habent veftes feftiuas ex publico tam ipfi, quam eorũ Porterij Ciuitatis, vt eft videre in ingreffu Caroli V. de anno 1536. *in Priuileg.& Capit. Neap.pag.100.* fed *l.1. C. vt publica lætitia. lib. 12.* hoc non dicit, fed tantum aliquid dari portantibus nouum lętitiæ, & ideo illæ deberent Reipublicæ reftitui finita lętitia, ficuti redduntur veftes feftiuæ viro, quæ præparauerat vxori,& veftes lugubres hæredibus viri, fi vidua tranfiuit ad fecundas nuptias,& ita deberẽt reddi veftes iftæ,vt perbelle cõfiderat *Auendan. de exequen.mand. Reg. lib.2.cap.10.num.13.pag.179.* (licet fecundum *glof.in l.1.C.de excoctione,& tranflatione militum. lib. 12.* habemus, Regionis confuetudinem effe attendendam.) Quo vero ad veftes lugubres intellige fecundum *Annam in fingul.591.* fi infra annum luctus mulier tranfiuerit ad fecunda vota,vt etiam declarat *D.Rouitus in conf.97. vol.1.* qui in *conf.9. vol.2.* dicit, veftes lugubres effe onus hæreditarium. Supra dicta enim veftimenta feftiua debent effe communia,& honefta: vt neceffitati nil defit, nil accedat vitori, quia in veftibus poteft effe virtus, & vitium, *D. Thom. 2. 2. quæft.169. artic.1.* vbi in *refpon.* ad 2.

ad 2. ait, quod in dignitatibus constituti
veantur vestibus preciosis, non ad sui gloriã,
sed ob ministerij, & dignitatis, vel cultus di-
uini excellentiam.

TRIBVNAL V.

PLATEARVM.

Est Iurisdictio 5. Platearum huius Ciuita-
tis, & quęlibet ex se diuisim cognoscit.
235 Istæ enim Plateæ nobilium differentias or-
tas inter nobiles cognoscunt, si tamen effu-
sio sanguinis non euenit, tunc enim nullus
Officialis potest se intromittere, sed tantum
isti quinque, vel sex nobiles in eorum sedili-
bus, vt in *cap.* 48. *Regis Ferdinandi Primi
de anno* 1486. *in Priuileg. & Capit. Neap.
pag.*18. *ater. & Cæsarea Maiestatis de anno*
1540. *cap.* 5. *fol.* 124. *& Regia Maiestatis
de anno* 1557. *cap.* 18. *fol.* 162. & multa per
Regentem Moles in decis. 53. *manuscripta.*
& declarat *Regens de Ponte in tractatu de
potestate Proregis. par.*4. *nu.*6. vbi istos sex,
236 vel quinque Irenarchas vocat, per *l.* 1. *C.
de Irenarchis. lib.* 10. sed qui sunt hodie isti
Irenarchæ, declarat *Bouadill. in polit. tom.* 1.
*pag.*898. *sub num.* 16. *in lib.* 2. *cap.* 21. dicẽs
apud Romanos fuisse deputatos pro institu-
tione publicæ disciplinæ, pro correctione
morum, pro sedandis differentijs inter vici-
nos, & pro captura latronum per Ciuitatẽ,
veluti hodie Commissarij Campaneæ faciũt,
l. 6. *C. de custo. & exib. reor.* personale mu-
nus est istud Irenarchæ, *l.* 18. *§. Irenarchæ.
ff. de muner. & honor.* Quælibet enim Pro-
uincia suo sensu abundat. Audio statutum
237 adesse in nobili Ciuitate Lucæ, Reipu-
blicæ nimis prouidæ, quod qui primus pro-
uocat, & ensem euaginat, tenetur absque
alia requisitione infra 24. horas in Curia
se præsentare, alias exulabit per decennium
ipso Iure, sed si postea pacem cum Aduersa-
rio habuerit, remanet liber absque alio de-
creto.
238 In Ciuitate Colentiæ isti Irenarchæ vo-
cantur Pacerij à pace, quam procurant in-
ter Ciues, vt post *Ægidium Columnam in
par.* 1. *cap.* 6. *& cap.* 13. *lib.* 3. *de Regimine
Principum*, tenet *Augustinus Caputius Co-
sentinus in tract. de Regim. Reipublica. cap.*
7. *§.* 13. *pag.* 254. nouissime autem *D. Tapia*
facit *decis. Sacr. Cons.* 30. vbi plura de pote-
state istorum quinque, vel sex nobilium, &
de eorum conclusionibus, & de nullitate ip-
sarum, videre poteris. Tu autem ad materiã
istã de mandato faciẽdo per istos Dominos
pro pace tuenda, vide omnino *Andr. Gayll.
obseruationum lib.* 1. *in tract. de pace publi-
ca per totum.* vbi de mandatis istis faciendis
sine clausula, plene habes.

Quo vero ad electionem Sindici faciendi
per istas quinque Plateas, vide *Reuerterium
in decis.* 1. *vol.* 3. vbi quod de anno 1523. istę
quinque Plateæ mediante publico instrumẽ-
to iurato ordinationem sibi fecere de Syn-
dico eligendo, & ita confirmauerũt in anno
1554. & quia Platea Popularis non fuerat
vocata, dictæ conuentioni nolle stare decla-
rauit, vt ibidem. Et licet reformatio à Pro-
uincialibus facta sine assensu Principis, vel
Præfecti Prætorio non teneat, *l.* 5. *C. de lega-
tion. lib.* 10. in hac autem Ciuitate, Plateæ
modum viuendi sibi constituere possunt, vt
dicetur infra hoc *vers.* 4. *obseruat.* 5. *in princ.*

TRIBVNAL VI.

EIVSDEM CIVITATIS.

Adsunt etiam in Tribunali Sancti Lauren-
tij, ẽt Tribunalia seperata Computorum,
seù Reuisionis, & Mautunatæ, & Aquæ, ac
etiam Fortificationis, quæ priscis tempori-
bus ista erant vnita, sed hodie diuisa sunt, vt
infra, & in quolibet ex eis, vnus ex Regijs
239 Ministeris à D. Prorege deputatus residet,
& assistit nomine Regio, ordinesq; datos per
dd. Tribunalia exequutioni demandat: ve-
rum ab eorum decretis ad Sac. Cons. appel-
latur.

De Tribunale Mautunatæ (idest curę ster-
nendi vias Neapolis lateribus) mentionem
facit *Regens de Ponte in tract. de potestate
Proregis in tit. de abundantia Ciuitatis. §.* 6.
num. 21. *fol.* 77. quo vero ad aquam ex quo
incile est Regis, & administratio est deputa-
torum Nobilium, & Popularium Ciuitatis,
ideo Officialis, seù Minister Regius, aut Pro-
uisor Aquæ interuenit in omnibus actibus
concernentibus materiam aquæ, *cap.* 9. *Re-
gis Ferdinandi II. in Priuilegijs, & Capitu-
lis Neapolis*; & multa in *pragmat.* 1. *de aquis,
& aquaductu. & de Iure communi in titulis
de aquaductu*. Huiusq; Tribunalis caput est
hodie Illustr. Marchio Campi Circumspe-
ctus Regens Enriquez, de quo infra hic *nu.*
309. eo enim superintendente ex Territorio
Airolę Aqua ad Molẽdina circa muros Nea-
polis existentia venit in anno 1629. sumpti-
bus Cęsaris Carmignani Equitis Sedilis Mõ-
taneæ, sub guberno, & cura Magni proregis
Ducis Aluæ, qui etiam fontes in Atrio Re-
gij Palatij fieri iussit, vt alias diximus. Aquę-
ductus multa quidem priuilegia habent, vt
in *pragm.* 1. *& 2. de aquis, & aquaductis, &*

toto

toto titulo C. de aquaductu. lib. 11. imo in Ciuitate Constantinopolitana quando quis Consul creabatur 100. libras auri Ciuitati soluebat pro refectione aquaeductus, *l. 3. C. de consulib. lib.* 12.

Quo vero quod Officiales Tribunalis pecuniae, seu Computorum, licet duo ex singulis Plateis eligãtur cum vno Fiscale, tũ cum Proregis, & Collateralis Consilij cõmissionibus exercent, & Officiales Regij dicuntur, originemq; habuere tẽpore Praesidatus Illustriss. D. Petri de Toledo Regni Proregis in anno 1547. sub die 29. Aprelis, interueniũt enim in eo duo Ministri Regij, quorum vnus est, aut Regens, (*vt est hodie Regens Didacus Lopez, de quo dicemus infra versic. 14. obser. 2. num. 19.*) aut Consiliarius, vel Praesidens Regiae Camerae Doctor, & alter est Praesidens Regiae Camerae, qui non est Doctor, (& hodie est D. Claudius Blanditius Minister integerrimus, & deuotissimus Sacerdos.) in principio autẽ erectionis huius Tribunalis, fuit statutũ, vt singulis diebus congregaretur in vna Camera Castri Noui; deinde in anno 1550. fuit iniunctum à D. Prorege, vt continuaretur in Tribunali Sancti Laurentij huius fidelissimae Ciuitatis Neapolis, non obstante intermissione ipsius, & hoc ad supplicationem eiusdem Tribunalis, vt ex libris, & literis ibi registratis est videre, & significatoriae istius Tribunalis ad instar illarum Regiae Camerae exequuntur.

Quo vero ad fortificationis, seu muniminis Tribunal, videtur omnium esse principalius; assidet enim in eo pro capite vnus ex Consilio status cum commissione Proregis, & Collateralis Consilij vita durante, & in hac tempestate est D. Thomas Caracciolus Roccae Comes, de quo supra *vers. 1. obser. 1. nu. 36.* eique assistunt septem Deputati temporales, idest quinque ex nobilibus Sediliũ, duo ex Platea Popoli. Tribunal hoc est antiquissimum, & à Caesare Augusto fuit perpetuum muros Neapolis ampliari. In anno autẽ 540. idem fecerunt Belisarius, & Narsetes Eunuchus. Quinimo Papa Innocentius IV. (qui Neapolim à Conrado euersam restaurauit, & inde Neap. decessit, & sepultus est in Archiepiscopatu Neapol.) Tribunal hoc persistere curauit; & idem fecere Carolus Primus, & Carolus Secundus in eorum tempestatibus, Ferdinandus autem Primus in anno 1491. elegit Officiales pro Fortificatione, & Alphonsus Secundus pro ea imposuit Gabellas, & in anno 1505. Rex Catholicus Magno Capitaneo imposuit, vt cum electis fortificationi vacet; Idemque iussit Imperator Carolus Quintus in anno 1537. mãdans D. Petro de Toledo Proregi, vt caput, & Officiales in eo destinaret. Qui vnum Magnatem, & 2. Deputatos, idest tres ex qualibet Platea, & sex de Populo constituit. Quinimo Imperator ipse multa donatiua fecit pro amplianda fortificatione: Ampliataque Ciuitate ex parte Superiori de praedictis 2. Deputatis, remanserunt septẽ pro fortificatione. Caeteri vero pro Mattonata, & Aqua, & Reuisione. Ex quo quidem tempore Tribunal hoc fuit rectum, & regitur cum capite Magnate, & de Consilio Status, vt supra ad modum belli procedẽdo, solumq; Proregẽ in superiorem recognoscendo.

Tribunal hoc omnia vacua intus, & foris Ciuitatem recognoscit, ex quibus in paucis annis Ciuitati ducatos 8000. annuos reditus auxit; Cognoscit etiam de lauis, idest de aquis pluuijs, & meritò eius iurisdictio extenditur à principijs vsque ad fines ipsarum versus Ciuitatem, & mare. Aduertendum est tamen, quod vias maritimas cum impa-
24 t lazzatis, seu pedationibus in mare, fuit ab hoc Tribunale constructa, & ideo in eis nec Portulanos, nec Iustitiarius Neap. iurisdictionem habent, sed huius Tribunalis est cognitio, quod secundum *l. 3. ff. de via publica.* procedit officiumq; aedilium vocari potest, intellige tamen praedicta quatenus ad impediendam fortificationem tantũ pertinerent.

TRIBVNAL VII.

IVNCTARVM.

Solet à Dominis Proregibus constitui tertia species iurisdictionis, seu Tribunalis, & di-
34 citur Iuncta delegata, non obstante quod ex *Priuileg. & Capit. Neap. de anno 1554. cap. 17. fol. 154. ater*, fuerit concessum, non posse noua creari Tribunalia pro expediendis causis ciuilibus, seu criminalibus, sed in Ordinarijs suis Tribunalibus illas debere expediri. Fiunt enim haec à DD. Proregibus pro celeri expeditione causarum, ait enim *Seneca de benef. Crudelitatis acerbissima est, quae trahit ad poenam; Misericordia genus cito occidere*; Eligit enim Ministros solertes, eisque causas graues committit; notatq; *Plinius lib. 18. cap. 15. Periculosissima fortissimis imperat Dux*. Quoniam in paucis ex multis, quae secundum virtutem est, vita saluatur, *§. vnico. circa medium. in auth. de referendarijs*, & maxime vt lites abreuientur, *l. 4. ff. de aqua pluuia arcenda*. nec mireris, si hoc in loco collocatur, dum Delegatus Principis debet prius antecellere, tanquam maior quolibet Ordinario. *Guidus Papa*

Papa in decis. 287. Principis enim personam
repreſentat, *cap. paſtoralis. de officio Ordi-
narij. cap. ſtuduiſti. de officio Delegati.* & *§.
fin. in authent. de appellat. conſtitut.* 23. ibi,
*Si autem à nobis Illuſtres ſint dati Iudices,
quibus Apices dignitatum ſuper ſpectabilem
ſunt, vel Duces, qui omnino ſpectabilitate
ſunt decorati, vel hi, qui à Principe delegati
ſunt, ſpectabilem habent dignitatem*; & vi-
demus, prius eſſe collocatum titulum *de of-
ficio eius, cui mandata eſt iuriſdictio*, & inde
titulum, *de iuriſdictione omnium Iudicum*.
quia hoc factum fuit, ne peruertatur ordo
Tribunalium Ordinariorum quinimo non
deſunt DD. tenentes Ordinarios debere
præcedere tamquã luminare maius, vt per-
belle differit *Caſar à Coſta variar. ambig.
lib. 3. cap. 12.* & 13. Iſta enim Iuncta iſta in
cauſis delegatis ſolet procedere, & hodie
de ordine Suæ Maieſtatis non poteſt eſſe mi-
243 nus quatuor Iudicum in cauſis criminali-
bus, incluſo Commiſſario, vt in *pragm. edita
per D. Cardinalem Zapatam die 13. Ianuarij*
1621. poteſt .o. Proconſul hanc ſuam iuriſdi-
ctionem delegare, *l. 4. §. poſt hac. ff. de officio
Proconſul.* & *l. 6. §. ſicut autem. ff. eodem*.

Sed has delegationes non debere fieri, cũ
à Tribunalibus ordinarijs cauſæ deberẽt co-
gnoſci, vt habemus per *cap. 5. Comitis Ripa
Curſia Proregis in Priuileg. & Capit. Neap.
fol. 65. ater*. aduertitq; *Reg. de Ponte in
tract. de poteſt. Proreg. in fine dicti libri ſub
tit. de delegat. cauſarum. fol.* 535. Verum
admonitio iſta procederet, quando in Tri-
bunalibus Ordinarijs adeſſent Miniſtri cum
requiſitis debitis in eorũ perſonis: At quan-
do Tribunalia ordinaria illis carent, DD.
Proreges coacti ſunt delegatos eligere, &
merito in *d. cap. 5.* fuit reſeruatum quando
pro vberiori Iuſtitiæ cultu aliter viſũ fuerit.
244 Fuit alias dubitatum, num in iſtis Iunctis
omnes Delegati ſingulos actus firmare de-
beant, vel ſufficiat, quod ſolus Commiſſarius
cauſæ proceſſum ſubſtantiet, & actus firmet?
& obſeruatũ extitit, vt decreta illa, quæ vim
diffinitiui habent, ab omnibus Delegatis fir-
mentur, alij autem actus à ſolo Commiſſa-
rio cauſæ, ex quo in Pragmatica prædicta
dicitur, vt interueniant quatuor Iudices,
idemque obſeruatur in actibus irretractabi-
libus: Ergò ſolus Commiſſarius cauſæ illos
firmare poterit.

Ego autem in facti contingentia in hac
materia, infraſcripta conſiderabam, & alle-
gabam in quãdam cauſa.

Quando Princeps pluribus cauſam dele-
gat: Iuriſdictionis exercitium apud omnes
ſimul eſt, ſiq; ab vno ſolo procederetur actus
nullus eſſet, *cap. prudentiam*. vbi *gloſ. in
verbo tenetur. de offic. & poteſt. Iudic. deleg.
l. duo ex tribus. ff. de re iudic.* & ideò vt poſ-
245 ſit vnus procedere, vel duo, neceſſum eſ-
ſet, clauſulam illam apponi, ſi vnus intereſ-
ſe nequierit, vel ſi non omnes &c. *gloſ. in
princ. in verbo præſupponendum, in cap. cum
plures. de offic. deleg. in 6.* ſemper enim quod
pluribus committitur negotium, vnus ſine
alio procedere nõ poteſt, *d. cap prudentiam*.
& ita punctualiter dixit *Bald. in l. 1. num. 4.
de officio Conſulis*; loquendo de delegatis.
Aliter enim exercetur mandatum legis, quã
hominis, *l. pluribus. ff. de procurat. l. ſi duo.
ff. de arbitris*. In mãdato hominis, ideſt Prin-
cipis, vnus ſine alio procedere non poteſt, vt
eſt in pluribus Tutoribus, vel in pluribus
Arbitris, *l. creditor. §. duobus. ff. mandati*. &
ſic punctualiter tradidit *Marant. in ſuo Spe-
cul. par. 4. verſ. & ſi iudicium. diſtinct. 5. nu.
31. pag. mihi* 107. vbi hęc verba. *Quod dele-
246 gati nõ habent exercitium iuriſdictionis in-
ſolidum, & ideo vnus ſine alio non poteſt pro-
ferre, nec interlocutoriã, nec diffinitiuã*. Et
per prius ita affirmauerat *Abb. in cap. cauſã.
in 1. notab. de offic. deleg.* & *Bar. in l. ſi vni.
ff. de re iudic.*
247 Ratio eſt, quia Delegatus Principis, qui
dicitur de conſcientia legis legatus, *l. legati.
ff. de officio Proconſ.* eſt maior quolibet Or-
dinario, & Principis perſonam repreſentat,
procedit nomine Regio. & defenſiones ar-
ctat, *D. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg.
in tit. 12. de delegatio. cauſ. pag. 534. num. 5.*
Merito dum Princeps à Tribunali ordinario
cauſam aufert, & ipſam Iudicibus particu-
laribus delegat, eligit induſtriam perſona-
rum inſimul collegialiter; Ideirco vnus ſine
alio procedere non poteſt, *d. l. duo ex tribus.
ff. de re iudicata*. & nouiſſime idem fundat
Maſtrill. in dec. 292. à nu. 8. vſq; ad 13. vol. 3.
vbi q vnus Delegatus ſine alijs, teſtes exa-
minare, & in cauſa procedere prohibetur.

Et dum in cauſa Auditoris Ioannis Pauli
Voni, nullitates propoſitæ fuiſſent ex cauſis
prædictis, ex quo in omnibus actibus non
erant firmati ſinguli Delegati, vt diſponitur
per *l. 4. C. quando prouocare non eſt neceſſe*.
Fuit prouiſum, nullitates prædictas non ob-
ſtare, in Banca . . . . . . Sed deciſio fuit
in Mag. Cur. Vic. delegata cum quatuor Iu-
dicibus, qui proceſſum compilauerant.

In cauſa foriudicationis Hectoris Minu-
tuli, fuerat etiam dictum de nullitate, ex quo
ſolus Commiſſarius proceſſerat ad actus or-
dinarios abſq; alijs delegatis in eius domo,
quoniam Delegatus poteſt in eius domo iu-
dicare, *Bal. in § fin. num. 22. de probib. feudi*

alium

alien.per Freder. & fuit prouiſum nullitates non obſtare; in Banca Bruni.

Sed in cauſa Sauini de Sapio Aduocati pauperum inquiſiti de pluribus, vt in Banca de Puteo, penes Migliaccium Actuarium aſſumptū, omnes Actus ordinatorij fuerunt firmati ab omnibus delegatis, pro nullitate iſta euitanda. Commiſſio delegationis debet inſeri in citatione mittenda contra inquiſitum: & eo cōparenti originale reſcriptum eſt oſtendendum, ex quo Delegatio nō præſumitur, niſi oſtendatur, vt per *Gizzarell. in deciſ.* 17. & per *Ioeb. Myſinger. in obſer.* 1. *centur.* 3. *pag.* 336. *alter.* vbi quod in Ordinario ſecus eſſet.

Sed pone caſum, D. Vicerex mandauit, vt Delegati procedant in cauſa Talis de tale: Num ſi in dicta cauſa alij inquiſiti, & carcerati pro eodemmet delicto in eodemq; proceſſu adeſſent: delegatio iſta cōtra iſtos alios ſocios extendatur? & negatiue eſt reſpondendum per *cap. cum p. & q. de offic. delegati.* & ita decisum fuit per Collaterale Conſiliū ad relationem M. C. V. ſub die 14. Nouembris 1605. in cauſa Camilli de Alexio, in Banca de Barreſe, & de hoc vide infra *verſ.* 12. *obſeruat.* 2. *num.* 28. ſed contrarium eſſet, ſi laudaretur aliquis vt Author in cauſa ciuili delegata, quoniam ratione cōnexitatis, Delegatus cognoſcit, vt per *Afflict. in deciſ.* 227. nō obſtante quod Author laudatus aliter prætendebat, ex diſpoſit. *d. cap. cum p. & q.* & ſic etiam poteſt Delegatus teſtes falſum deponentes coram ipſo cognoſcere, *Felyn. in cap. de cauſis.* 5. *col.* 6. *verſ. quærit hic Abbas, de officio delegati. & Iaſ. in l.* 1. *§. fin. col.* 6. *ff. de officio eius, cui mandat. eſt iuriſd.* & nouiſſimè *Nouarius de elect. ſori. quæſt.* 45. *ſect.* 1.

248 Quando autē delegatur cauſa, cum clauſula, *leuato velo, & quod Delegatus Iuris nexibus non ſit ligatus*: non per hoc Delegatus contra ſtatutum Ciuitatis, vel contra honeſtatem, vel bonos mores procedere poſſet, *Alex. in l. ex imperfecto. num.* 2. *C. de teſtam. militis. & Bald. in §. ſententia. nu.* 3. *de pace conſtant.*

249 Delegati ſententia habet exequutionem non obſtante appellatione, *l. præcipimus. circa medium. verſ. hac ſi appellatio. C. de appellat. D. Rouitus in pragmat.* 5. *num.* 16. *de offic. Sacr. Conſ.* ſed per viam recurſus, & querelæ remedium conceditur, *Gram. in deciſ.* 35. De Iure vero Authenticorum appellationes eorum ad competentes Iudices referuntur, *§. fin. in auth. de appellationibus.* Maximè ſi non habent delegationes cum clauſula *Appellatione remota*, vt per *Rouit. ibidem*, ſique appellatione remota delegatio fieret, intelligi debet, vbi grauamen non eſt notorium, vt notat *Alex. in conſ.* 77. *fol.* 28. *lib.* 3. poſt *gloſ. in cap. ex conqueſtione. de reſtitut. ſpoliat. Bart. in l.* 1. *in princ. ff. de oper. nou. nunc. & Bal. in l.* 1. *C. ſi de moment. poſſeſſ. fuerit appell. & Andr. Gayll. pract. obſer. lib.* 1. *obſeruat.* 33. *num.* 5. vbi idem intelligigit, ſi delegatio fieret recuſatione remota, nam de friuola, & leui recuſatione intelligitur, & non de graui, *cap. ex parte. il ſecundo. de offic. Iud. delegat. & Hippol. in ſingul.* 292. *incip. nihil eſt.* vbi habes, an Legatus à latere cauſam delegare valeat appellatione remota. Similiterq; nec prætereas, quod appellationis remotæ clauſula nō tollit remedium nullitatis, nec etiam reuiſionis, ſecundum eundem *Gayllum lib.* 1. *pract. obſer. in obſeru.* 135.

250 Sed numquid Prorege mortuo, vel diſcedente à Regno, expiret delegatio? *Bald. in rubr. C. de Iure fiſci. lib.* 10. *num.* 15. & 16. concludit negatiuè, & ſimiliter ſi alicui delegatio eſſet commiſſa ſub nomine dignitatis, ſi iſte ſuſpectus allegaretur, & inde moriretur, & alter in illa dignitate eligitur, nūquid iſte ſecundus electus in tali dignitate procedere valeat, *Alex. in l. ex facto. nu.* 76. *ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* diſputat quæſtionem, quem videas.

A Delegati ſententia, non ad Ordinariū, ſed ad Delegantem tantum appellatur, *d. l. præcipimus.* 32. *C. de appellat. l.* 6. *§. legatus. ff. de offic. Proconſ. & Nicol. Vigel. in* 2. *lib. digeſtorum. cap.* 15. *de Legato Proconſulis. pag.* 160. & ſic etiam à grauamine Delegati, *Andr. Gayll. pract. obſeruat. lib.* 1. *obſerat.* 35. *nu.* 5. & multa alia in materia Delegati perquire in *Capycij deciſ.* 101. & per *Gram. deciſ.* 35. & *Rouit de offic. Sac. Conſ. pragmat.* 5. *num.* 16. Debent enim Delegati appellationes ſuſcipere, etiā ſi à Principe delegati eſſent, & appellatione pendente nil innouare poſſunt, *§. ſed hoc. in authent. de Vicarijs, & Locumtenentibus, & mulieribus adulteris. conſtit.* 134. *ſecundum lecturam Aloandri.*

Et tandem aduertant Delegantes, quod vni ſoli non debet fieri delegatio, dixit enim *D. Ieſus in Ioanne.* 8. *Ego non iudico quemquam, & ſi iudico Ego, iudicium meum verū eſt, quia ſolus non ſum, ſed Ego, & qui miſit me Pater, & in lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominum teſtimonium verum eſt.*

Aduerte tamen, quod animus Principis (quando delegat cauſas) ex Miniſtris in delegatione electis perpenditur: aie quidem *Antonius Perez. Es gran ſeñal del animo de vn Principe la election, que haze de Conſejos*

para la resolucion de vn negocio; & Gubernator Christianus Frater Io. Marquez lib 1. cap. 10. col. 6. in princ. ait, *que los Principes no executen por manos de los, que no sienten lo mismo, que ellos*. Hinc est, quod etiam cognoscitur malus Principis animus, quando nominat aliquem, non nomine proprio, sed filium talis, vel alio signo vocat, *2. Regum 20 num. 27. & cap. 22. nu. 7.* quia Regis voluntas, lex non scripta est: *Melyss. epist. ad Claretam. Imaginatio enim facit casum, & turbant homines non res, sed quas de rebus habetur intentio, aut opinio, Epic. Enchir.* Voces enim sunt signa, ac notæ effectuum animi scripta, *Arist. inter præcepta, cap. 2.* & Iuppiter quando mortalibus beneficium contulere volebat, solus agebat: sed quando cum fulgure, tempestate, aut bello, aut peste, malum agere intendebat, alios conuocabat Diuos, & cum eorum consilio vltionẽ faciebat, *Stephanus Guazzi. in ciuilib. conuersationib. lib. 2. fol. 136.*

Et vltimo nota, quod Delegati non possunt constituere Procuratorem Fiscalem, sed eum Ordinario debent procedere, vt per *Afflict. in decis. 366.* & ne te fugiat, ordinem datum fuisse ab Excell. D. Duce Aluæ Proregẽ Regni per Scriptorium Iustitiæ sub die 8. Octobris 1627. penes Perceptorem M.C.V. registratũ in Vicaria 1. fol. 15. vt omnes sententiæ latæ per M.C.V. vti delegatam, siue per Scriptorium, siue per Collateralẽ, debitę executioni demandentur, non obstantibus reclamationibus, siue ordinibus, quod relationem faciat in Collaterali Consilio, & reclamationes, & relationes prædictæ non admittantur absque speciali ordine S.E. tam quo ad sententias, quam quo ad cætera acta.

Quo vero ad Baronum delegationes vide infra *vers. 4. obseruat. 4. num. 35. & seq. & nu. 198.* Dubitantq; Doct. an Principis Delegatus ad causas criminales, causas meri, & mixti Imperij subdelegare valeat, & communis opinio est, quod sic, per *l. vnic. C. qui pro sua iurisdict. & glos. singulari, ibidem in verb. iudicandus.* vbi *Bart. Angel. & Castr.* eo maxime si multitudo causarum distantia, absentia, aut infirmitas Delegatum detinerent impeditum, ita *Andr. Gayll. pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 97. circa finem.*

TRIBVNAL VIII. ALM. COLLEG. NEAP.

EST & octauũ Tribunal Almi Collegij Doctorum, & circumscriptis priuilegijs tẽ-

254 pore Græcorũ, habemus, quod Imperator Fredericus illud constituit in hac Ciuitate Neapolis tanquam rerum copijs abundante & commodiore, statuitq; sub pœna ne scholares extra Regnum eant, nec in alijs locis Regni, eosque sub eisdem Doctoribus iurisdictioni subiecit, & vt sicuti cæteri Ciues victualia emant. Superuenit inde Carolus II. & in anno 1298, & 1299. vocauit Iacobum de Belusio Bononiensem pro Lectore, quem examinari fecit à Cancellario, & Cõciliarijs secretè, & publicè, & in vno die duas leges est interpetratus, & Priuilegia cõfirmauit, vt ex *Registro Caroli II. D. fol. 253.* Lectores enim debent approbari ab ordine, vt infra hic *nu. 271. circa medili*; & prædictum Iacobum de Belusio allegat *Andreas in §. præterea si inter duos. num. 89. de probib. feud. alien. per Freder.* qui in *§. item. de statutis, & consuetudinibus*; Priuilegia Scholariorum illaq; extendit etiam ad Scholares in Camera studentes *num. 14.* Superuenit inde *cap. Regni. Vniuersis præsentis.* in quo Rex Robertus confirmando Priuilegium Caroli II. potestatem Collegio tribuit cognoscendi omnes causas eiusdes, & criminales, actiuas, & passiuas, tam super 14. Collegiatos Legistas, quam super Collegio Philosophorum, vt per *Afflict. in decis. 41. & Parid. de syndic. in verbo iurisdictio, & in verbo arbitrium Bar. in l. pen. in add. C. de Cano. largit. tit. lib. 10. & Grammat. in decis. 30. incip. in causa Regentis Comitis Arni*; siquidem in priuilegio concesso 18. Maij 1228. ad instantiã Ottini Caraccioli Cancellarij dedit formam Collegio Legistarum pro Neapolitanis ortis, & oriundis, cum forma data in doctorando, & de munusculis dandis Cancellario, & Doctoribus, ac etiam Archiepiscopo, & Iustitiario, si interuenirent, eum iurisdictione ciuili, & criminali, & inde 18. Augusti 1230. ad instãtiam eiusdem Cancellarij; Collegium Medicorum eum forma iurisdictione, & instructione, vt ex eo, similiter erexit, & inde à Regina Ioanna fuit ampliatum Priuilegium vt infra. A decretis huius Tribunalis ad Sacr. Consil. appellatur, *Vincent. de Franch. in decis. 234.* vbi *num. 9.* affirmat,

255 quod 14. Ordinarij tantum hoc priuilegio gaudent, & non supernumerarij, cui addo *l. 3.* vbi *Bal. C. de Episcop. & Cler.* vbi habes, quod Supernumerarij non gaudent priuilegio Ordinariorum, vel Canonicorum, & est etiam *text.* expressus in *l. fin. C. de apparit. Magistr. Milit. lib. 12. & Io. Franch. de Ponte in tract. de potest. Proreg. fol. 225. nu. 53. in tit. de prouis. fieri solitis. & Vincent. de Franch. in decis. 353. & l. 3.* vbi *Bal. C. de Episcop.*

Epifcop. & Cler. & text. notab. in l. 1. §. 1. C. de colleg. lib. 11.


256 Huius Almi Collegij, & Tribunalis caput exiftit Magnus Cancellarius, cuius officium eft vnum ex feptē Regni, & in publicis Comitijs fedet in fexto loco, & præcedit Magnum Sinifcalcum, vt per *Ioan. Francifc. de Ponte in conf. 82. vol. 2. col. 2.* Officiumq; hoc primus afsūpfit Auguftus Imperator, vt per *Lancellottum Conradum in lib. 1. de Imperatore. §. 4. in tit. de Cancellarij magni officio. pag. 89. ater.* (licet in Gallia, & Romæ Cācellarij fit primus locus) vt latè per *Prec. in lib. 1. de fubfeud. in tit. de officio Magni Cancellarij. pag. 49.* & latiffimè per *Caffan. in catal. gloria mundi. par. 7. confider. 7.* vbi late de hac dignitate, & de illa Magni Comeftabuli, & quæ fit maior, & qui fuerunt Cancellarij in antiquiffimo tēpore videbis. In hoc autem Regno Magnus Cancellarius Regis figillum conferuabat, & literas, & priuilegia Regia figillabat, *Lucas de Penna in l. milites. C. de re milit. lib. 12.* quod hodie fpectat ad Regni Secretarium, *pragmat. 1. de his, qui in Regia Cancellaria &c.* & Magnus Cancellarius remāfit ficut Auis fine pennis, & folum cum hac iurifdictione: & pro examinandis, & doctorandis Scholaribus depu-
257 tat fuum Vicecancellarium, qui Neapolitanus effe debet, & habet primum locum in Collegio prædicto caufafque committit: & quando recitat Doctorandus, habitis votis à 10. Collegiatis votantibus, ipfe Vicecancellarius pronunciat, & facit Doctorem cum illis claufulis, & honoribus fecundum vota Collegiatorum, quoniam alij 4. Collegiati ad numerum 14. funt Promotores, & Protectores Doctorandi, & votum non ha-
258 bent, ficuti nec fex fupernumerarij, qui afsiftunt vti teftes, & priuilegio Ordinariorū non gaudent, vt fupra dixi. Quo vero ad mo-
259 dum pronunciandi, vel approbādi Doctorem, vide *Annam in alleg. 123.* vbi refert decifiones Almi Collegij; Doctor enim effectus omnibus gaudet priuilegijs, ac poteft vti carrocijs, ficuti & Princeps, *l. vnic. C. de honoratorum vehiculis. lib. 11.* & tenet *Petrus Lenaudarius in tract. de priuileg. Doctorum. par. 2. num. 16. in tract. tom. 18. pag. 7. ater.* Præminentia Vicecancellarij nimis veneranda videtur, multoties enim in Collegio adfunt, & Regentes Regiam Cancellariam, & Præfidens Sac. Conf. & Locumtenēs Regiæ Cameræ, & Confiliarij, & Princeps, & Magnates, quando ad honorandum Doctorandum accedunt, & Vicecancellarius tanquam caput eo loci, campanulam detinet, & omnes prædictos Dños filere facit, fi oportunitas requirerit, & ita vidi feruari per D. Hortenfium Petium Vicecancellarium, Aduocatum Primarium, ac confcientiatum virum in pluribus occurrentijs Doctorum.

Cumque de hac materia agamus, nō erit inutile, aliqua perquirere pro cognitione obferuantiæ in Doctoratu, vt infra.

260 Vicecancellarius, aut perfona ab eo deftinata, mane ad Collegium accedit, & circa primam horam diei Doctorando punctos affignat cum interuentu tamen perfonarum ab eo ad hunc actum explicandum admiffarum: fique Vicecancellarius non adeffet, nec alter ab eo deftinatus Antiquior Collegij hunc actum explicabit.

Cumque Doctorandus in die fequenti lectionē recitauerit, fi Vicecancellarius abeft, & Perfona ab eo deftinata non adeffet, tunc & Antiquior Collegij (recitata à Doctorando lectione, datifq; votis 10. Ordinarijs) ad fedendum in loco Vicecancellarij accedet, & actum doctoratus explicabit vti Vicecancellarius, fi præfens effet, explicaret. Verum in hoc cafu Antiquior non exigit nifi eius portionem, vti Collegiatus, fecundum votū Regentis Salernitani de anno 1576. vt in libris Almi Collegij eft videre, & manufcriptum habeo.

Sed quoniam aliquando dubitari folet, an Vicecācellarius (qui eft vnus ex Ordinarijs, poffit effe Promotor, & vno eodemque tempore duas exigere portiones videlicet Vicecancellarij, & Promotoris, in præiudicium primi Supernumerarij, qui fubingrederetur in locum Ordinarij deficientis, prout in hac tempeftate fecit quidam Dominus de Collegio, qui Vicecancellarius exiftēs mihi dixit, quod ipfe vnam portionem, vti Cancellarius exigit, & aliam vti Pomotor, quia in eius locum alium fubftituit Ordinarium, ad affiftēdum vti Promotor: quod etfi fieri non poffet, forfan Collegiati commiffionibus caufarum à Vicecancellario committendarum in admiffione ad Almum Collegium, & aliarum caufarum occurrentium allecti, contradicere non audent: fed crederem hoc fieri non licere, ex infrafcriptis confiderationibus, vt ei ftatim oretenus replicaui: & poftea cum his fcriptis explicare volui ad meā inftructionem; non quod Patres illi eis indigeant, ftante eorum notoria fapientia, vt videtur.



ALLEGATIO V.

Vicecancellarius in Almo Collegio, si est Ordinarius in eo, an possit habere duas portiones, vnam vti Vicecancellarius, & aliam vti Ordinarius, & Promotor, substituendo alium in Promotorem in eius locum, & vno eodemq; tempore duas repræsentare personas?

ALMVM Collegium huius Ciuitatis Neap. in Viceeancellario, & in 20. Doctoribus ex senioribus Ciuibus huius Vrbis consistit: quorum 14. Ordinarij, & sex Supernumerarij existunt, *Vincent. de Franeb. in decis.* 234. & ex hoc Priuilegio Reginæ Ioannæ 8. Maij 1428. teste *Afflict. in decis.* 41.

362 Ex prædictis quidem 14. Ordinarijs, quatuor sunt Promotores in quolibet Doctoratu, qui Doctorandum protegunt, promouēt, & repræsentant, & inter eos ille adest, qui doctorandū in punctis tentatiuis audit: reliqui verò votant, & decernunt an Doctorandus Doctoratu dignus erit: quibus votis habitis
363 Viceeancellarius Doctorem promulgat, sicuti Promotores prædicti insignia conferunt: & in aliquibus partibus Promotores iurant saltē de credulitate, *Abb. in cap. proposuisti. num.* 12. *& seq. de probat.* & ibi *Barbat. num.* 14. *Bart. in l. magistros. C. de profess. & medic.* sique isti iurantes indoctos pro doctis admittunt à pœna temporali si excusantur Inferni pœnam non fugient: agitur enim de interesse publico, *cap. 1. in fine. de Magistris. Abb. in cap. de illis. de dispensat. impub. Cagnol. in proem. ff. veter. num.* 87. quem allegat *Frecc. in lib. 1. de subfeudis. de officio Magni Cancell. num.* 8.

Iudices Ordinarij de Iure debent esse septem, in Perusio sufficiunt quatuor ex dispēsatione Summi Pontificis: sed in hoc Almo Collegio decem esse debent, qui de peritia doctorandi iudicant, & ideo non iurant, *Bar. in tract. de testibus. vers. testis.* dicit aliqua *Abb. in cap. cum dilectus. de probat. Canon.* & per breuia dant vocem, *Cagnol. in d. nu.* 87. diuersiq; sunt Promotores à Iudicibus, *Abb. in d. cap. proposuisti. num.* 9. & ideo si omnes decem non adessent, numerus per antiquiores ex sex extraordinarijs, qui super-
364 numerarij, vel subsidiarij vocantur supplendus erit, *Purpur. in l. 1. ff. de officio eius. num.* 13. quia decretum decem Curialium, seù Seniorum, quibus Doctores præsentātur requiritur, *cap. 1. & 2. de Magistris*; promolgaturq; decretum istud à Viceeancellario facto scrutinio, & habitis votis; à quo po-
365 stea facultas Promotoribus cōceditur: qui Doctoratus insignia conferunt, *clem. 1. & 2. de magistr. & Bart. in d. l. Magistros.* liquet ergo ex prædictis, officia tria in hoc actu interuenire, vnum est illorum quatuor Promotorum, seù Protectorum, præsentantium Doctorē penitus diuersum, & incompatibile ab officio Viceeancellarij, & Ordinariorum: Aliud est 10. Ordinariorum Iudicantium an doctorādus dignus sit, & quibus insignijs, & alterum est Viceeancellarij faciens scrutinium votorum, & qui Doctorem pronūciat, facultatemq; conferendi insignia doctoratus concedens: sicuti differt persona præcipiēs ab ea, cui præcipitur, *l. pen. ff. de arbitris. Ripa in l. 1. §. si autem Collegium. num. 7. ad trebell.* & ibi *Ias. num.* 9. Personarum distinctio adesse debet, cum vtrumque officium ab vno retineri, & explicari non possit, *l. ille à quo. §. tempestiuū.* vbi *Alber. Imol. & alij. ff. ad trebell. glos. in cap. ex literis.* vbi *Doct. de probat. Bal. in l. si Consul. ff. de adoptio. in 1. lect. in 3. opposit. l. hac parte. C. de proxim. sacror. scrinior. lib. 12. l. is quidem. C. qui Militare poss. eodem lib.* 12. & ibi *DD.* & eo fortius hæc procedūt, quia de iurisdictione contentiosa agitur, in qua nō potest quis vices plurium substinere; sicuti quis Aduocatus, & Iudex esse non posset, *l. quisquis. C. de postul. l. nemo. de assessor.* sicuti nec Iudex, & testis, *cap. 1. 4. quæst. 4. & cap. forus. de verbor. signific.* Quinimò nec in iurisdictione voluntaria quis potest substinere vices plurium, si exercitium vnius actus impedimentum alteri præstaret: quia mutuo se impedirent, *d. l. nemo, & d. l. quisquis. Bart. in l. fin. ff. de colleg. illicit.*

366 Licet quis possit plura beneficia simplicia habere, attamen si quodlibet residentiam requireret, tunc vnum tantum habere potest, *cap. conquerente. de cleric. non resid.* quia impossibile esset in vno eodemq; tempore, in diuersis residere, *cap. non potest. de præben. in 6.* quia propter impotentiam facti, duorum vices substituere nō potest, *cap. de multa. de præben.* & sic etiam propter impotentiam Iuris prohibetur, vt in Iudice nō valente iudicare in facto proprio, quia Iudex, & Actor esse nequit, *l. 1. C. ne quis in sua causa Iud. l. pen. ff. de arbitris. Abb. bene in cap. ex literis. num. 10. vsque ad nu.* 13.

Ex his indubitanter sequitur, quod quando vnus ex dictis 14. Ordinarijs Viceeancellarius esset, nullatenus alium in suum locum substituere poterit, vt Promotoris officium expleret: quia sequeretur, quod eodem tē-
367 pore exerceret duo officia, idest Viceeancellarij ex propria persona, & Promotoris ex per-

ex perfona fubftitui, cum infrafcriptorum inconuenientium fubfequentium.

Primo, quia eueniret euidens damnum primo ex fex Supernumerarijs, qui in locum deficientis in numero 14. Ordinariorum fubingredi debet, & fucceffiuè alterius primi Doctoris, qui fubingrederetur in numero fex Supernumerariorum, iam quod vnus ex eis cederet locum.

Secundo, duas haberet penfiones in eodē Collegio, quod Iura vetant, *cap.literas. de conceff. praben. in clement.* meritò Vicecancellarius vnam tantum penfionem habere debet: nam alias tolleret partē fupereffenti, & fubingredienti in locum fubfectum, *Iacob. in l. filures. ff. de pact. num.9.*

Tertio, quia corpus Collegij, quod debet confiftere in 14. Ordinarijs, reduceretur ad 13. & honorabilius eft Collegium ob maiorem numerum Collegiatorum, *Regum.3.cap.18.num.25.* & ideo omnes adeffe debent, *Io. Andr. & Butr. in cap.cum olim. de fentent. & re iudic.* & decor eft in Collegio, vt Vicecancellarius fie diuerfus ab Ordinario, feu Promotore, *Abb. in d. cap. cum olim. nu.6. & ibi Abb. in l. A. & Reftaur. in tract. de Imperatore. q.81.*

Quarto, dum Supernumerarius proximior in locum Ordinarij (ad fupplendum numerum decennarium) iudicat pro habilitate doctorandi, & fe exponit periculo Animæ, in quo Ordinarius, qui tranfit pro Promotore debebat federe, debet etiam habere emolumentum, *l. fecundum naturam. ff. de reg. iur. Bal. in l. qui duobus. ff. de condit. & demonftrat. Aret.* poft *Bart. in l. nemo. num.3. ff. de duobus reis, Dec. & Cagnol. in l. diem functo. ff. de offi. Affeffor.* Et meritò pactio inita inter Vicecancellarium, & Ordinariū, qui tranfit pro Promotore, eft ipfo Iure nulla in damnum euidens tertij fubintrantis.

168 Portiones, quę dantur Doctoribus in Collegio dicūtur diftributiones quotidianæ, feù munufcula, quæ tantū dantur præfentibus, & intereffentibus propter eorum intereffentiam, *cap. 1. de cleric. non refiden. in 6. cap. olim. de verbor. fignif.* (licet in *clement. cum fit. de Magiftr.* vocentur expenfæ, & ibi taxantur, & infignia doctoratus declarantur;) Meritò Vicecancellarius, qui vnam tantum perfonam reprefentat, duo munufcula exigere non poteft, fed vnum tantum recipit, *cap. à collatione. de appellat. in 6. Anton. de Butr. poft Io. Andr. in d. cap. cum olim.* & ideo eft aduertendū, quod DD. contrarij loquuntur in habentibus duas voces, & dignitates, quæ tendunt circa idem, & funt compatibiles, nec vno eodemque tempore, & actu explicantur, nec repugnantiam Iuris, aut facti, vel intereffe tertij habent, vt in cafu noftro, vt per eundem *Felyn. ibidem nu.2.* quoniam fingula officia fingulis minifterijs debēt effe contenta, *cap. cum fingula. de preben. in 6. l. nemo. C. de affeffor. glof. in cap. literas,* vbi *Innocent. de conceff. preben. & clem. 1. de cleric. non refid.* & ita intelliguntur regulæ, quod quando duo Iura concurrunt in vna perfona, cenfeatur non tanquā vna, fed tanquam plures, *l. à capiendis. ff. de author. tutor. glof. in d. l. fi plures ff. de pact. vbi Iacob. nu. 9. Alberic. & Bal. & Caffan. latè in par. 1. confider. 62.* & tradunt *DD. in l. fin. C. de offic. Affeffor.*

Quinto, inconueniens effet, quia Vicecancellarius ex obligatione (faltem antidorali) quā haberet cum doctorando, qui eum in Promotorem elegit: diceretur potius Ad-
168 uocatus, quam Iudex, & fucceffiuè propter affectionem quam haberet, rectum iudicium periclitaret, *Dec. in cap. poftremo. 3. notab. de appellat.* Ex qua quidem ratione, Aduocatus idoneus teftis non eft, *Bart. in l. deferre. §. idem decreuerunt. de iure fifci.* & præfertim in eodem Collegio, ex periculo vtriufque officij, vt bene confiderat *Purpur. in rubr. de officio eius. num.147.*

Sexto, & Vltimo dicitur, quod officium Vicecancellarij, & Promotoris vniri nō poffunt, poftquam DD. dicunt, quod habens iurifdictionem, & adminiftrationem in Ciuitate non poteft legere ordinariè, fi ex vtroq; officio falarium percipere intendit, ne cum vtroque feftinet, neutrum bene peragat, *d. l. fin. C. de Affeff.* quam ad hoc allegant *Bart. Alex. & Roman. in l. lecta. ff. fi cert. petat.* quapropter fubnectit *Purpur. ibidem nu. 12. & 14.* non effe permittendum, vt habens talem iurifdictionem, vtrumq; officium exerceat etiam propter eius authoritatem, & poteftatē: fiquidem femper attraheret Scholares promouendos in præiudicium aliorum Ordinariorum, quod præiudicium confiderandum venit, ne peccatum mortale caufet, & ad reftitutionem in attrahendo obliget, vt declarat *fumma Angel. verf. interrogationes. §.34. & Purpur. in d. l. lecta. num.4.*

Nec refragatur exemplum, quod quando olim D. Regens Conftantius fuit Vicecancellarius, & inde in Hifpaniam vocatus per aliquos menfes reliquit fubftitutum, qui officium Vicecancellarij explicabat, & ipfe habebat lucrum: & dictus fubftitutus habebat eius portionem ordinariam: quia vltra quod exemplis nō eft iudicandum, illud euenit ex voluntate totius Collegij, fed credentem, quod nec talis voluntas fufficiebat, quia

requirebatur consensus Doctoris subingredientis in primum locum: imò nec etiam sufficiebat, dum si bsequebatur interesse alterius Doctoris subintrantis, & sic de singulis quasi in infinitum, merito talis pactio, vel consensus fieri non poterat; sed si exemplis esset inspiciendum audiui, quod tempore Viceeancellariatus Cæsaris Pinti, vnā tantū portionem exigebat, & erat etiam vnus ex 14. Ordinarijs, vt ex libris Collegij videri posset.

Et quando fuit assumptus ad officium Vicecancellarij Doctor Altimarus, tanquā Decanus Collegij, vnam portionem Vicecancellarij exigebat, & in eius locum subingressus est Doctor Albasius, primus supernumerarius, iuxta dispositionem *l. vnicuique. C. de proxim. sacror. scrin. lib.* 12. quæ est in terminis pro hac quæstione dirimenda.

Merito concludendum est, nullatenus potuisse, nec posse prouideri, vt Vicecācellarius ordinarius Doctor de 14. hodiernis Collegiatis, possit pro Promotore assumi, & ipse aliū in eius locum Promotoris substituere, ad finem duas eodem tempore exigendi portiones cum euidenti damno subsequentium. De Mense Aprelis 1627.

Io. Dominicus Tassonus.

269 Et prosequendo materiā huius Almi Collegij, dicimus fuisse alias dubitatum, num stante quod Regius Consiliarius dicitur Ciuis illius Ciuitatis, in qua officium exercet, *Roman. in consi.* 427. *& Marcus Antonius Surgens in tract. de Neapoli illustrata. fol.* 154. *num.* 18. *Nouarius de elect. fort. quæst.* 39. *sect.* 2. & diximus supra hic *nu.* 88. filius ipsius, qui extra Ciuitatem fuit ortus, possit gaudere in hoc Collegio, in quo tantum orti in Ciuitate, vel oriundi gaudent? *Fabius de Anna in collectan.* 7. *fol.* 127. *quæ est Ioan. Vincentij sui Patris*, dicit, quod Casus accidit in anno 1578. & votata causa in Collegio, fuerunt septem vota pro parte affirmatiua, & sex pro negatiua.

Oriundus autē intelligitur in Regno quo ad officia gaudenda, etiam natus extra Regnū, dummodo ex Priuilegio Ciuitatis Neapolis, vel aliarū Regni, quæ ius faciendi Ciuem habeat, vxorem Regnicolam duxerit, & domos proprias in Ciuitate, in qua factus fuerit Ciuis haberet, & per quinquenniū habitauerit, & similiter qui Baroniam, vel alia feuda, & qui per annos decem in Regno cum vxore habitauerit, bona stabilia possidendo, vt in *cap.* 4. *Cæsareæ Maiestatis in Priuileg. & Capit. Neap. pag.* 148.

Quo vero ad exteros aggregatos, vt Ciues Neapolitanos, vide *Bal. in l. omnes populi. num.* 92. *ff. de iustit. & iure, & Io. Franc. de Ponte in consi.* 107. *vol.* 2. *Plato autem in lib.* 8. *de legibus*, voluit, Inquilinos Ciuibus esse equales, & Romæ gaudebant vt Ciues, *l.* 1. *C. de priuilegijs corporum vbis Roma lib.* 11. exteri enim sunt sicuti arbor radicibus eruta, & in alieno fundo posita, quæ sibi coalit, donec radices alimento crescant in terra aliena.

Sed quicquid sit de Iure, & per *l. Ciues. C. de incol. lib.* 10. hodie non seruatur, vt gaudeant: quia dicuntur Ciues per fictionem, & non per veritatem, vnde facto legato mulieri, vt nubat originario Patriæ Testatoris, non sufficit, vt nubat forensi effecto Ciui illius Patriæ cum quibuscumque plenissimis causis, quia est Ciuis per fictionem, & non naturaliter, *Fulgos. in consi.* 61. *Domina Catherina per totum*, & maximè in *num.* 71. necessum est enim, vt quis sit ortus in hac Ciuitate, vel oriundus ad finem gaudendi in Collegio, nec sufficit, quod sit de aliquo Sedili ipsius Ciuitatis, si ipse, vel eius pater nō sunt nati Neapoli, *D. de Ponte in consil.* 33. *num.* 13. *vol.* 2.

270 At quo ad prælationem in Collegio, ille prius sedet, qui primus ad eum fuit admissus, & nō qui prius fuit doctoratus, & postea admissus, *D. de Ponte in d. cons.* 33. sed aduerte, quod decreta Almi Collegij solent interponi, vt admittatur, & gaudeat à die doctoratus, & iustissimè procedit, quoniam quando quis doctoratur, petit admissionem, & ideo est sibi Ius quæsitum, & inuidia aliorum, qui recusauerunt eum admittere, non debet ei nocere, vt considerat idem *D. de Ponte in d. cons.* 33. *in fin.* allegans *Paulum de Monte Pico ff. si cert. pet. l. cum quid.* disponit enim *l. petitionem.* 13. *C. de Aduocat. diuers. Iudiciorum.* quod nomina eorum, qui sunt de Collegio, debent describi in matricula cum tempore quo recipiuntur in ipsa, quæ probat eos de Collegio esse, ergo tempus doctoratus attendi debet, & ideo *in præiudicium* Iuris quæsiti, non potest quid fieri; & hinc est, quod si Doctor de Collegio fuit priuatus, & inde restitutus, non intelligitur restitutus in præiudicium eorum, qui medio tempore doctorati sunt, vt post *Bart. in l.* 2. *ff. de Decurion.* tenet idem *D. de Ponte in d. consi.* 33. *num.* 7. *in fin. vol.* 2. & probat *tex. notab. in cap. existimationes.* 26. *extra de simonia.* & dicetur infra hic.

Sique Episcopus aliquis de Collegio esset, non in sedia, sed in scamnis, vt cæteri Collegiati sedebit, *Marcus Antonius Surgens de Neap,*

*Neap. illuſtr. cap.fin.nu.26. fol.*303. idemq; eſt de DD. Regētibus, aut Conſiliarijs, *Anna in ſingul.*6.& ibi *Additio.& ſingul.*216. ait, *Filium Collegiati non ſoluere niſi munuſcula in doctoratu*.

Sed qui ſi huic Collegio adderentur alij, quomodo ſint tractandi, vide *Alex.in conſil.* 178.*vol.*2. vbi de additis Collegio Bononiēſi loquitur; Sed poſt hæc ſcripta euenit, quod ſub die 26.Martij 1629. ordinatione D.Proregis, fuerunt additi alij ſex Doctores Ordinarij,& vt per prius erant 14. Ordinarij,hodie ſunt 20. & hi ſex fuere *Don Aluarus de Luna*, *Carolus Tapia Decanus Regens in Collaterali Conſilio*, *& Marchio Belmontis*, *Io. Franciſcus Sanfelicius Regius Conſiliarius*, *Octauius de Piccolellis Regius Conſiliarius*, *Marcellus Lanfrācus*, *& Iulius Bonadies*. Fuitq; auctum depoſitum faciendum per doctorandos,& ſicuti prius erat duc.51. 1. o. nunc quo ad Neapolitanos eſt duc. 59. 1.10.& quo ad exteros duc.57. 1.0. & illud Neapolitanorum eſt maioris quantitatis, ex cauſa ianuæ apertæ,& admiſſionis ad Collegium.

Et quid ſi aliquis ex Collegiatis fuit priuatus,& inde admiſſus,quomodo ſedeat? facit *tex in cap.ex inſinuatione.*26.*de ſimonia*; & in vltimo loco dicit *Bart. in l.*7. *ff. de decur. Franc.in lib.*2.*de ſubfeud. in tit.quis dicatur Dux.num.*26.*& Io. Franc. de Ponte in conſ.*13.*nu.*7. *vol.*2.*& in l.*1. *C.de primicerijs lib.* 12. cum *Ioannis Platea addit.* vbi dicitur Priuatū haberi pro mortuo,& *Andr. in cap.*1. *§.ſed plures.num* 7.*verſ.item cum quis definit per quos fiat inueſtit.* intelligit, ſi cum dedecore fuit ab officio remotus,tunc enim nec in Vrbe, nec alibi vbi Imperator eſt,morari licet, *l.*2. *verſ. ignominia miſſus. ff. de his, qui notatur infamia*. Quinimo ſi eſſet ſuſpenſus tantum, non recuperat ſalarium, nec ad officium redit abſque licentia Regis, *Moles deciſ.*84. *de Ponte deciſ.*25.*nu.* 8.*& in conſ.*153. *vol.* 2. *& l.excubias, & l. fin. ff de re milit.*

Similque eſt in primogenito feudatario rebelle tēpore mortis patris, ſuccedit enim ſecundogenitus: & primogenito reſtituto, locus eſt occupatus, *Vincent. de Franch. in deciſ.*213.*num*,3. Et ita eſt in filio primogenito naturali, nam ſi ſecondogenitus legitimus,& naturalis adeſt, in feudo ſuccedit, nō obſtante quod Pater (mortua vxore) ducerét in Vxorem per prius concubinam,ex qua filius naturalis primus natus fuerat, *Bartholom. de Capua in conſtitut. Regni,vt de ſucceſſionibus*, per *text. in l. quoties duobus, ff. de rei vendicat.*

Quo vero ad filios artiſtarū vilium, num debeāt admitti ad Collegiū Doctorū? diſputat *Cath. in conſ.*238.*vol.*2.ſed Neap.ſeruatur, ſufficere Neapolitanum eſſe ad finem gaudendi in Collegio,vt per *Annam in locis citatis*.

Doctores habent dignitatem ſine adminiſtratione, *gloſ.in l.* 1. *C. de honoratorum vehiculis. lib.* 11. vbi *text.* ait Doctores, & Militum Capitaneos poſſe vti vehiculis intus Vrbem, & ita dixit *Lanaudarius in tract.de priuilegijs Doctorum.par.*2.*num.*16.*in tractatibus tom.* 18.*fol.* 6. de que Priuilegijs, & decore Adnocatorum vide per *Fontanell.de pact. nuptial.tom.*1.*clauſ.*1.*gloſ.*1.*per.totum.*

TRIBVNAL IX.

D. CAPPEL. MAIORIS.

ADeſt ſimiliter Tribunal Reuerendi Cappellani Maioris, qui cum Conſilio Conſultorum à D. Prorege tam in prima, quam in ſecunda inſtantia deſtinatorum, nedum habet authoritatem ſuper Studijs,& Guidellis, ſeu Bidellis, ſed etiam ſuper Scholaribus quarumuis ſcientiarum, vt eſt declaratum

271 in *Pragmatica edita tēpore Domini Ducis Oſſuna ſub die* 22. *Nouembris* 1616. & euenit dicere, vt de Cap. Papæ Honorij, quæ à Papa Martino fuerant condita, & ob mortē Martini, fuerunt publicata à Papa Honorio vt infra *verſ.*4. *obſeruat.* 1. *num.* 10. videbis, idem eſt in hac Pragmatica, quæ vere fuit condita ex ſolertia Dñi Viceregis Comitis de Lemos eius prædeceſſoris,qui ſtudia prędicta ex Atrio Monaſterij Diui Dominici extra muros Ciuitatis prope Portam Conſtantinopolitanam tranſtulit in anno 1615. quæ ordinauit in magnifica,& ampla forma, prout videntur (Heroes huius familiæ Illuſtriſſimę ampla ędificia in hac Ciuitate perfecerūt, nam Dominus Don Ferdinandus de Caſtro Pater in hoc Regno Vicerex in anno 1600. incepit conſtrui facere ampliſſimas ſedes noui Palatij Regij, & Dominus Don Petrus Fernandez de Caſtro Comes de Lemos eius filius,ac etiam Regni Vicerex illas ampliauit; & ita conſtruxit ſtudia,quæ ædificia maximè ornauerunt, & ornant Ciuitatem noſtrā Neapolis:) Quo vero ad ſtudia iam fuerunt decorata priuilegijs ſuperius enunciatis, & præcipuè Priuilegio Reginæ Ioannæ,& inde à Rege Catholico prouiſum, vt eorum Lectoribus ſoluantur duc.2000. & fuerat ſupplicatum,vt Doctores Neapolitani, & Regnicolæ præferantur exteris in Lecturis, vt eſt videre in *Capitulis, & Priuilegijs*

legijs Neapolis fol. 54. *& ater.* in Priuilegio datum Segouiæ 5. Octobris 1505. cõfirmatum per Carolum Quintum in Parlamento generali de anno 1536. *cap.* 30. *in dictis Priuilegijs pag.* 107. *ater.* vide etiam *l.* 1. *C. de studijs liber. Vrbis Romæ. lib.* 11. vbi quomodo studia, & Lectores, & Scholares studeant: & quod circa Studia, & Scholas publicas, Faber mallere non possit, & *Vinc. de Frãch. decis.* 625. Lectores debent ab ordine approbari, *l. magistros.* 7. *C. de Professorib. & Medic. lib.* 10. sed hodie *pragmat.* 1. dat formam: si quis autem inutiliter legeret Cappellanus Maior curet reprobationem, *l.* 2. *C. eod. tit.* & in electione Lectorum sunt præferendi Ciues, *l. in Ecclesijs.* 11. *C. de sacrosanct. Eccles.* sicuti Prætor debet esse de Vrbe, *l.* 1. *cum gloss. C. de Prætoribus. lib.* 11. sed contra facit *cap. nos qui.* 40. *distinct.* vbi virtutes sunt spectandæ, & *Luc. de Penna in l.* 1. *C. ne rustici ani ad vllum officium. lib.* 11. *&* 2. *quæst.* 2. *cap. item opponitur*; nouissime fuit edita pragm. 31. *Decembris* 1629. In qua augmentatur authoritas D. Cappellani Maioris quo ad Scholares, & Doctorandos, vt in ea, & sine eius fide de cursu Studij, non fit Doctor, vt ibidem.

Et pro iurisdictione prædicti Dñi Cappellani Maioris facit *l.* 1. *cum seq. C. de Officio Magistri officiorũ.* habet etiam iurisdictionem in Cappella Regia, & in Cappellanos Regios, *Castillo in decis.* 142. *vol.* 2. & vide *Frecc. de subfeud. lib.* 1. *in tit. de officio Magni Cancellarij. num.* 28. quo vero ad Cantores Cappellæ Regiæ, ponit *Castillo in decis.* 140. *vol.* 2. vbi quod pro debitis ciuilibus non tenentur: gaudent enim foro belli tamquã de familia Regij Palatij, dummodo actu seruiant, *Reg. Constant. in l. vnic. num.* 21. *C. de Palatijs, & dom. Domini. lib.* 11. vbi de iurisdictione Cappellani Maioris multa habes. Ab eius enim decretis appellatur ad D. Proregem, qui alium destinat Iudicem cum voto, cuius reuidetur causa ab ipsomet Cappellano Maiore; & isti Iudices possunt recusari absque deposito pœnæ statutæ in Regijs Pragmaticis, quoniam etiam Doctores priuati possunt esse Iudices, *Gizzarell. in decis.* 69. *& D. Rouitus in pragmat.* 5. *de suspitio. official. Nouarius forens. quæst.* 160. *lib.* 1.

Quo vero ad iurisdictionem temporalem ex infrascriptis Allegationibus perpendere poteris originem, & potestatem ipsius, quæ noua, & curiosa visa fuerunt omnibus.

272 Nota tamen, quod alternis vicibus est externus, & Regnicola, vt in *Capitulis Caroli V.* 35. *de anno* 1554. *in Priuilegijs, & Capitulis Neapolis fol.* 156.

IESVS MARIA IOSEPH.



De Iurisdictione D. Cappellani Maioris.

ALLEGATIO VI.

EXEMPLARIS Articulus de quo agitur Iustitiam Fisci, & querelantis ex facto dilucidat, & ideo amicitiæ vinculo in hac causa scribere coactus: dico, verum esse, in facto, quod dum in Mag. Cur. Vic. in Banca de Puteo, informatio caperetur contra Sauinum Sapium Aduocatũ Pauperum, ac contra Piciuum, & Ferdinandum Russum, & alios particulares Iugliani, de pluribus ac diuersis delictis commissis in causa procuratæ Inquisitionis contra V. I. D. Octauium Giraldum innocentẽ, prout inde fuit declaratũ; dum in ista informatione, & & processu veniret etiam Inquisitus Donnus Fabritius Russus Frater prædictorum Picini, & Ferdinandi, per Mag. Cur. Vic. fuit captus carceratus, & inde vti Cappellanus Regius remissus ad Reuerendissimum D. Cappellanum Maiorem, iuxta practicam traditam per *D. de Franch. in decis.* 189. & per *Ritus Mag. Cur. Vic. ibi allegatos.* & remissio prædicta fuit facta sub die... Augusti 1620. in Banca de Bruno.

Existenteq; isto D. Fabritio pro causa prædicta in Regijs carceribus Castri noui de ordine D. Cappellani Maioris. Superuenerunt contra ipsum duæ aliæ Inquisitiones In Mag. Cur. Vic.

Prima, de mandato dato duobus assassinijs ad occidendum ipsum Octauium mediante pecunia, & iam quoad ipsum, & mandatarios actus fuit consummatus, siquidem in primo die Veneris Martij 1619. fuit immissus ictus scupicti in ipsum Octauium, qui Dei gratia fuit liberatus.

Secunda est, quia non contentus iste bonus

nus Presbyter de prædicto aſſaſſinio commiſſo in menſe Martij 1619. & de capitibus falſis, & infamatorijs porrectis de menſe Nouembris 1619. iterum & de nouo tentauit aliud aſſaſſinium de menſe . . . 1620. & depoſitis duc. 300. dedit mandatũ ad occidendum ipſum Octauium, vt ex actis plenè conſtare creditur.

Meritò pro prædictis duobus delictis aſ-
ſaſſinij per Mag. Cur. Vic. (referente ocula-
273 tiſſimo D. Conſiliario Rouito tunc in ea
pro Iudice in criminalibus) fuit prouiſum,
quod fieret empara contra iſtum D Fabri-
tium in carceribus Caſtri noui, vbi M.C.V.
ipſum inquiſitũ reperijt, ad tradita per *Ang.
de maleſic. in verb. fama publica. col. 17. verſ.
7. quæro*, & per *Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 34.
in fine*, quos ſequitur *Cardin. Tuſchus in
ſua pract. in lit. C. concluſ. 83. num. 11.* poſt
Bart. lib. 1.

Et ſub die . . . 1620. facta fuit empara prædicta, quæ vere manus iniectio dicitur, vt declarat *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. clauſul. 4. gloſſ. 14. par. 4. num. 75.* vbi etiam quid aliud ſignificat, habes.

His ſic ſtantibus D. Cappellanus Maior petijt in Mag. Cur. Vic. emparam prædictam tolli, adhoc, vt ſit libera eius cognitio contra prædictum D. Fabritium, petijtq; ſimiliter copiam actorum, & in ſuo memoriali fol. . . negat qualitatem aſſaſſinij contra D. Fabritium inquiſitum adeſſe.

Per decretum Mag. Cur. Vic. fuit prouiſũ, emparam factam firmam remanere: ab hoc decreto D. Cappellanus Maior appellauit ad Sacr. Conſ. & fuit confirmatum in Aula D. Conſiliarij de Ianuario, cum interuentu Circumſpecti D. Præſidentis S.C. Marci Antonij de Ponte.

Ad præſens verò idẽ D. Cappellanus Maior tentat cauſam prædictam reuideri in Collaterali Conſilio, & non explicat ſi per viam reclamationis, vel quomodo: Nos autem dicimus, quod quorſum tendit, caret actione.

Nam ſi prætendit venire per viam reclamationis.

Indubitata eſt Iuris concluſio, quod etſi
petitio remiſſioniscauſæ criminalis Articu-
274 lus ciuilis dicatur, dum adſunt duo decre-
ta conformia Mag. Cur. Vic. & S.R.C. non
datur reclamatio, vt fuit plenè, & ſolemni-
ter, ac punctualiter diſcuſſum, & deciſum
in cauſa remiſſionis petitæ à Religione Hie-
roſolimitana de Fratre Henrico Maluindi,
D. de Franch. in deciſ. 710. vol. 4. quo loci in
fine ſe emendat de eo, quod dixerat in *deciſ.
470.* quod dabatur reclamatio, ex quo in-
cidens erat ciuile, & hoc per rationes ibi re-
latas, & ſignanter quia non erat hoc oppoſi-
tum. Et ſuper hoc aſſumpto ſuperfluum eſ-
ſet alia referre, cum fuerit ita deciſum iunctis Aulis, & Articulo plene diſcuſſo, vt in dicta *deciſ. 710.* vbi teſtatur ſic paſſim ſeruari.

Sin autem prætenderet remiſſionẽ cauſæ
formiter petere ſub prætextu, quod tantum-
modo petijt tolli emparam, & nõ dixit cau-
ſam remitti, & tunc replicamus, quod vſque
adhuc non expreſſit, ſed ſi hoc exprimeret
ante omnia Articulus eſſet remittendus ad
Mag. Cur. Vic. ad illum decidendum: & ex
nunc pro tunc, dicimus, quod ei obſtat ex-
ceptio rei iudicatæ, & litis finitæ iam oppo-
ſitæ in comparitione vltimo loco preſentata
275 fol. . . . ad quam fundandam nulli dubium
eſt, quin concurrant omnia tria requiſita, ad
notata in *l. cum quæritur. cum duabus ſeqq.
ff. de except. rei iudic.* ſumus enim inter eaſ-
dem perſonas, & de eadem re, ac idem eſt
modus agendi.

Et quod ſit idem modus agendi, patet, quoniam D. Cappellanus Maior petijt emparam factam tolli, adhoc vt ſit ei libera cognitio contra prædictum D. Fabritium, petẽdo copiam informationis, vt liquet ex eius memorialibus, quod aliud non eſſe niſi petitionem remiſſionis cauſæ virtualiter, & interpretatiuè, dubitari non poteſt. Ergò ſẽper quod tria requiſita concurrunt verè, vel interpretatiuè, obſtat exceptio rei iudicatæ, *D. de Ponte in conſ. 137. num. 13. volum. 2.* quinimo ſi veniret diſcutiendum idem ius, iam deductum diſcuſſum, & deciſum dependens ex eodem fonte, etiam quod res ſit diuerſa, etiam quod diuerſus ſit modus agendi, ſemper exceptio rei iudicatæ obſtat, vt tenet *Caſtrenſis in l. ſi quis cum totum, §. fin. ff. de except. rei iudic.*

Et dubiũ non eſt, quin per Mag. Cur. Vic. & per Sac. Conſ. deciſum, & cognitum fuerit D. Cappellano Maiori nullam competere actionem, nec iuriſdictionem in hunc Clericum aſſaſſinum ex cauſis diſcuſſis, in quibus ſemper principalis Iuſtitia eſt ſcopus Iudicantibus.

Sed ad demonſtrandum, quod ſi non eſſet
deciſum, ita etiam decidendũ foret, & quod
nullo vnquam futuro tempore D. Cappella-
nus Maior hanc remiſſionem prætendere
valeat, dicimus, quod reſpectu primi capi-
tis ictus ſcopicti emiſſi, etiam quod mors
276 (Altiſſimi gratia) ſequuta non fuerit, deli-
ctum eſt conſumatum, & in crimen aſſaſſinij
incurſum, vt in *cap. pro humani. de homicid.
in 6.* ibi, *quamquam mors ex hoc forſitan non*

ſequa-

sequeretur. Et sic decisum refert *Afflict. in constit. si quis aliquem. sub num.* 16. contra illum, qui traxit dardum cum balistra, & dedit in Arzone equi, & non percussit hominem, quia fuit punitus, vt homicida, & assassinus, *Grammat. in vot.* 9. *& Capyc. in decis.* 155. *& Muscatell. in pract. crimin. in tit. de poenis delictorum. nu.* 23. *&* 24. dicit, quod emisso ictu scopicti, & effectu non sequuto, est pœna mortis naturalis, & Iudex illam minorare non potest; & idem tenet *Caualcant. de brachio Regio. par.* 1. *num.* 78. *& 79. pag.* 15.

277 Qui enim tale patratur crimen Diaboli officium assumit, qui non cessat instigare, & sollicitare homines ad malum scienter, & ex proposito, vt per *B. Ioannem de Capistrano in tract. de vsuris. num.* 32. *& est mihi in tractatu tom.* 6. *fol.* 93. assimilatur enim crimini lęsæ Maiestatis, *Capyc. in decis.* 155. merito ob immanitatem talis criminis assassinij, Clericus est omni priuilegio clericali
278 priuatus, vt in *d. cap.* 1. *de homicid. in* 6. & sic decisum, & ita seruari referunt infrascripti DD.

Capyc. in decis. 112. *nu.* 4. *& decis.* 155. *post num.* 25. *vers. sed hanc subdens in* 26. quod Index sęcularis est Iudex competens in puniendo hoc delicto assassinij contra Clericũ, & alios allegat, & in *num.* 27. *vers. sed quia dicit*, quod inter alias pœnas contra Clericum assassinum est, vt cognoscatur à Iudice sęculari.

Gram. in vot. 8. *num.* 4. *& in vot.* 11. *circa princ. vers. & quoad primum*, & idem tenet in *vot.* 9. *num.* 18.

Clar. in § fin. quæst. 36. *num.* 30.

Bouadilla in politica tom. 1. *fol.* 359. *num.* 58. *lib.* 2. *cap.* 18.

D. de Franchis in decis. 176. *in fine*, vbi fuit decisum non dari remissionem causæ in delicto assassinij, quia Iudex laicus debet cognoscere, ex quo Clericus assassinus est omni priuilegio clericali priuatus.

Salernitanus in decis. ad Pennam 24. vbi quod Clericus inditiatus de assassinio, vt possit torqueri, non debet remitti.

D. Riccius in collectan. 101. *in fine*; qui alios refert iste enim Dominus propter eius eminentissimam doctrinam, & puritatem vitæ, fuit (post hæc scripta) ab Vrbano Octauo, ex proprio motu creatus Episcopus Vici Equensis.

Episcopus Diaz in pract. cap. 93. *nu.* 4. vbi quod Clericus assassinus omni priuilegio clericali est spoliatus.

Ignatius Lopez ibid. in addit. in d. c. 93.

D. Carolus Tapia circumspectus Regens, & Illustr. Marchio Belmontis in eius laboriosissimo, & vtilissimo Iure Regni, tit. de sacrosanct. Eccles. in constitut. de personis nu. 11. *fol. mihi* 17. vbi quod absque degradatione proceditur contra Clericos assassinos, quia ipso Iure amittunt priuilegium clericale.

Remigius de Gonny in tract. de immunit. Ecclesiast. fallent. 15. *num.* 10. *qui est in tract. tom.* 13. *par.* 1. dicit, quod Clericus assassinus est spoliatus omni priuilegio clericali, & Iudex laicus est Iudex eius competẽs, & alios cumulat.

Muscatell. in pract. crimin. sub tit. de homicidio cum mandato assassiny. nu. 86. idem tenet, quod Iudex competens contra Clericos assassinos, est Iudex laicus, & alios allegat.

Camillus Borrellus de Regis Cathol. præstant. cap. 18. *num.* 121. *fol.* 475. dicit, quod Iudex competens, est Iudex laicus, à quo debet puniri Clericus assassinus, & alios refert ex ratione, quia tale delictum committens, priuilegium clericale perdit, vt in *d. cap.* 1. *de homicid. in* 6. licet prius sit declarandus talis nempe assassinus, sed à quo declarant *Mastrill. decis.* 288. *par.* 3. *& Nouarius conclus.* 1. *de assassinio*, vbi referunt quandam Bullam Clementis VIII. & *Diana moralium. resolut. tract.* 2. *de immunit. Ecclesiast. resolut.* 30. *fol.* 50.

Patet ergò, quod respectu huius primi capitis assassinij consumati, nullo iure potest prætendi remissio causæ ad Ecclesiasticum, & successiuè ad D. Cappellanum Maiorem.

Respectu vero secundi capitis tentati assassinij, idem dicimus, quod non potest prætendi remissio causæ, & alias fuit iudicatum in consimili casu, nam inquisito in M. C. V.
279 Reuerendo Prothonotario Capuano de tentato assassinio, in quo licet non fuerit deuentum ad actum proximum, sed ad tractatum tantum (vt est in hoc secundo casu nostro) tamen fuit compositus in duc. 400. cũ consensu Illustriss. D. Cardinalis Columnæ Locumtenentis in Regno, & Collat. Consil. vt per *Grammat. in vot.* 8. præsupponendo, quod intentato assassinio sit locus compositioni.

Licet *Clarus in §. assassinium. vers. scias.* ab opinione *Grammat.* dissentiat, & affirmat intentato assassinio pœnam esse arbitrariam Iudici, quinimmò *Grammat. in vot.* 9. est sibi contrarius, & tenet in mandatario tentante assassinium imponi pœnam, vbi licet præsupponat mandantem debere puniri mitiori pœna videtur, quod errat in hoc, quia plus delinquit mandans, quam mandatarius, ex

quo

quo mandans ſcandalizat duos in Republica, videlicet mandatarium,& offendendum, ſed mandatarios ſcandalizat offenſum tantum, ergo &c. ſed *Grammat.* opinio defendi poteſt ex ratione, quia mandans mouetur ex cauſa,nã ſine cauſa nemo delinquit,ſed mandatarius mouetur ex iogorditia, & auaritia pecuniæ promiſſæ.

Et quod mandans,puniatur crimine aſſaſſinij, etiam ſi ad actum proximum nõ fuerit deuentum, tenuerunt.

Episcopus Diaz in pract. cap.98. num.6. in fine.

*Angel. in conſ.*13.*vol.*1.

Caſſan. in conſuet. Burgun. verſ. des Iudices.ſub rub. verſ. aduerte. fol. mihi 53. *&* 172. *num.* 11. vbi ponit exempla, & refert fuiſſe ſuſpenſos tres pro tentato aſſaſſinio in Ciuitate Mediolani.

*Iacobus de Sancto Georgio Magnus practicus in l.*1.*§.hac verba. ff.quod quiſque Iuris.* idem tenet, quia in tali delicto punitur affectus, licet non ſequatur effectus, & idem tenuit *Caſſan. vbi ſupra in d.fol.* 172. *num.* 11. & alij,quos recenſere prætermittir.

280 Regula enim, quæ ſe habet,vt non puniatur affectus,niſi ſequuto effectu, fallit in hoc crimine aſſaſſinij, *Card. Tuſchus in pract. in verbo aſſaſſinium, num.*41. ex ratione, quia immediatè, quod mandans declarauit diabolicum animum ſuum, dando mandatum, conſumauit delictum quoad ſe: ſi quidem benè poterat eſſe vt mandatarij ſtatim executioni demandarent tale peſſimum mandatum, & ideo puniri debet, ac ſi delictum eſſet conſumatum, ita pũctualiter tenet *Remigius de Gonny (poſtea viſus) in d.tract.de immunitate Eccleſiaſt. fallent.*15.*num.*4. *in tract.tom.*13.*par.*1.*fol.*100.

Ex his,& alijs breuitatis cauſa prætermiſſis, liquere credimus.

Quod tam in aſſaſſinio conſumato, quam tentato cognitio criminis ſpectat ad Iudicẽ temporalem priuatiuè.

Quod benè noſcens ipſemet D. Cappellanus Maior dum petijt tolli emparam, & copiam actorum dari, conatur euitare hunc Articulum,& qualitatem aſſaſſinij adeſſe negat, vt in eius memoriali fol....

Ergo ſi adeſt qualitas aſſaſſinij,prout vere credimus conſtare ex actis, non poteſt prætendere hanc remiſſionem etiam ſecundum eius confeſſionem in dicto ſuo memoriali.

Sed quatenus cognitio talis delicti ſpectaſſet ad Eccleſiaſticum, & ad Secularem cumulatiuè, vt inquiſitus prætendit: licet veritas ſit in contrarium,per ſupra allegata, adhuc dicimus, quod etiam nullo Iure D. Cappellanus Maior poteſt prætendere cauſam, nec copiam actorum ſub figurata præuentione carcerati, quia verbaliter,nec realiter præuenit.

Non verbaliter, quia non habet informationem, nec citauit.

Non realiter, quia Magn. Cur. præuenit arreſtando, & emparando Inquiſitum in carceribus Regijs,vbi eum inuenit, imò dictum Inquiſitum poſtea habilitatum à D.Cappellano Maiore pro ſua cauſa carcerauit, vt eſt notum.

281 In cauſis quidem præuentionum Iuriſdictionis,ille Iudex præuenire dicitur,qui prius citauit *Afflict.deciſ.*219. & in pari cauſa potior eſt conditio Iudicis, qui præuenit, *Bal. in l. neganda.* 1. *notab. C. qui accuſ.non poſſ. D. de Franch. in deciſ.*147. *num.*5. *& deciſ.* 505. *num.*3.& paria ſunt, vt quis præueniat realiter, vel perſonaliter *Angel. in l. ſi quis poſtea quam. ff. de iudic.*

Cum ergo Magn. Cur. Vic. verbaliter, & realiter præuenerit, quia habet informationem, & arreſtauit Inquiſitum in carceribus Regijs, & inquiſitum à manibus Cappellani Maioris non vendicat: ſed illum arreſtatum detinet in carceribus Regijs, nullo Iure poteſt prætendi remiſſio cauſæ, vel actorum ad Ordinarium,vt alias fuit deciſum per *Capyc. in deciſ.*112.*num.*7. ex ratione, quia habet cauſam in manu Clericum arreſtãdo, vbi eum inuenit; Et ex conſultatione facta S.M. de anno 157. dicta *delli* 40. *capi in cap.* 13. expreſſe dicitur copiam informationis non dari, licet *Maſtrill. in deciſ.* 278. contrarium teneat.

Attamen ne terminos confundamus in materia præuentionis, dico, tunc eſſe tractandum de præuentione, quando ageremus de iuriſdictione ordinaria,quę pluribus pertineret, non autem quando aliquis Iudex ex

282 priuilegio procedit, vt eſt in caſu noſtro, tali enim caſu Iudex, qui prætendit habere priuilegium, illud exhibere tenetur, alias de eo non eſt iudicandum, niſi eius tenore inſpecto, ſecundum continentiam priuilegiorum iudicetur, *cap. porro. de priuil.* & ante eius exhibitionem de præuentione non eſt diſputandum,*Grammat.in deciſ.*30.*num.*12. Priuilegium enim D. Cappellani Maioris eſt ſpeciale,& non ordinarium, *cap.cum cappella.*16.*de priuileg.*ergo &c. & licet ex priuilegio *l.magiſteria. C. de iuriſdict. omn. Iudic.* poſſet à Iudice ſpeciali procedi: non per hoc eſt ſublata cognitio Iudicis Ordinarij, *Vinc. de Franch. in deciſ.*88. & diximus ſupra his *num.*202.

Io. Dominicus Taſſonus.

Facta

Facta relatione de hac causa in Collaterali Consilio, fuit prouisum, quod emparafacta firma remaneat, & Mag. Cu. Vic. super supplicantis de iustitia prouideat, idest super remissione causæ, quæ postea fuit remissa ad prædictum D. Cappellanum Maiorem de anno 1622. vt infra *vers. 12. obseru. 1. num. 43. in fine*.

Et in materia D. Cappellani Maioris, nota, quod secundum aliquos ortum habuit in hoc Regno tempore Imperatoris Frederici,
283 & successiue Regis Caroli Primi, qui specialem licentiam à Summo Põtifice habuerant de vno Iudice deputando super Clericos Cappellæ Regiæ: & inde ab Alphonso Primo Aragoneo fuit deputatus, & primo loco vocatus Cappellanus Maior teste *Freccia de subfeud. lib. 1. in titulo de officio magni Cancellarij, num. 28. fol. mihi* 53. sed si curiosus Lector antiquiorem originem Cappellani Maioris in hoc Regno perquirere voluerit, illam reperiet fuisse tẽpore magni Comitis Rogerij Normandi de anno 1094. Dum Venerab. Monasterio Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore tradidit bona eius Cappellæ Regiæ Sanctæ Mariæ de Arsafia, vt videbis ex Priuilegio inserendo infra *vers. 4. obseru. 3. in fine. num. 47.*

284 Eius enim iurisdictio est ordinaria in Castris, & in Cappella Regia, ac in Cappellanos, *cap. cum Cappella. de priuilegijs*, & in causis emergentibus circa remedia Capit. Regni, quoad violentias, & turbationes de facto inter Ecclesiasticas personas euenientes, solet Cappellanus Maior prouidere, quãdo per Collaterale Consiliũ ei fit commissio, vt notatur infra *vers. 13. obseru. 1. num. 103.* & nouissime multa de Cappella Regia, & eius Cappellanis ponit *D. Reg. Constãt. in l. vnic. num. 21. C. de Palatijs, & domibus Dominicis. lib. 11. fol. 240.*

285 Cappellanus Maior aduersus Cappellanos Regios conuentos Iure congrui Iua dicit, *Vincent. de Franch. decis. 285. num. 2.* non obstãte quod ex speciali Ritu Curiæ Archiepiepiscopalis Neapolis denegetur petitio Iuris congrui contra Clericos, quod in alijs Curijs Episcopalibus conceditur: quo fit, vt in hac Ciuitate, nec Clerico contra Laicum ius congrui conceditur, vt ibidẽ per *Franch. & Abb. in cap. cum Cappella. nu. 5. de priuil.*

TRIBVNAL X.

VICEPROTHONOT.

Similiter adest Tribunal, seù Iurisdictio Viceprothonotarij, & caput ipsius est Magnus

285 Prothonotarius, de cuius officio latè dixit *Freccia in lib. 1. de subfeud. in tit. de officio Magni Prothonotarij. pag. 42.* & Primicerius in Iure vocatur, custodiens Arcam, & Instrumenta, & acta Principis, ac scrinium Curiæ, & sollicitat, ac regulat alios, vt per *Io. Plateam in rub. C. de primicerio, & secũdicerio. lib. 12. & in l. fin. col. 2. C. de decurio. lib. 10*, & ponit *Lancellott. Conrad. in tit. de Imper. lib. 1. §. 4. fol. 92, col. 1*, sed hodie Viceprothonotarius habet omnimodam potestatem, & spectat ad Dominum Pręsidentem Sacr. Cons. vt supra diximus in hoc *vers. & obseru. nu. 136. in materia Præsidentis Sac. Cons. in vltima potestate.*

287 Hoc officium erat per prius legere scripturas coram Rege, & illas conseruare: sed à Rege Catholico fuit translatum in Secretarium Regni, & in Scribas à mandatis, scilicet authoritas illa legendi memorialia, Et Viceprothonotario remãsit potestas Notarios, & Iudices ad contractus creandi, ac etiam filios naturales legitimandi, *Afflict. in constitut. locis demanij. num. 17. & 21. & Frecc. in loco citato num. 9. & 10.* & Priuilegium firmatur à Prorege cum vno Regente, & Viceprothonotario; verum si in vita
288 patris, aut pater in testamento disposuit legitimationem, nullis citatis fit legitimatio etiã quoad honores, & natalia, & quoad sedilia ponitur clausula, citra præiudicium Tertij, vt notat *D. de Ponte in tract. de potest. Proregis tit. 10. sub rubr. de legitimatione filiorũ. fol.* 480. & Viceprothonotarius exigit emolumenta, idest pro Notario ducatos duos, pro Iudice ad contractus, si est per Re-
289 gnum ducatos sex, si per Prouinciam ducatos quatuor, & pro qualibet legitimatione filij naturalis, ducatum vnum, & Emolumenta hæc ascendere possunt ad annuos ducatos 1000. Prothonotarius est exemptus à muneribus personalibus, *l. eos. 11. C. de excusat. munerum. lib. 10.*

290 Et quoad dependentia ex officijs Iudicum ad contractus, & Notariorum, habet iurisdictionem ciuilem, & criminalem cõtra eos, etiam si amplius officium non exercerent, *Anna in singul.* 360.

Olim Prothonotarius examinabat Iudices, & Assessores constitutos per Regnum, vt in *cap. Regni. vt status Respublicæ, et l. 1. in fine. C. de Præpositis sacri cubic. lib. 11.* quod hodie non seruatur, sufficit enim examen doctoratus in Collegio, *pragmat. 22. de offic. Sac. Cons.* sed de mense Octobris 1629. literę Regiæ peruenerunt mandantes examinari Doctores, forsitan ex *l. nemini. 11. C. de Aduocatis diuers. iudicior.* sed illa processit, ex

quo

quo erant ibi numerus determinatus. Sed vtilius foret examinare Officiales, secundū dispositionem *l.fin.in fin. C.de propositis sac. cubic. lib. 11.* Tandem per Pragmaticā editam 10. Decembris 1629. fuit ordinatum Doctores debere præstare iuramentum in principio cuiuslibet anni, & non practicantes per triennium debere examinari.

Visitare enim facit Viceprothonotarius, omnes Notarios in Regno, si in Protocollo fuerint instrumenta descripta secundum Ppragmaticas editas: habetq; in eos iurisdictionem, vt per *Mastrill. in decis. 52.* sed si Commissarij isti aliquod delictum, vel excessum commiserint, non obstante regula, quod Officialis loci potest delictū, vbi fuit commissum cognoscere, *Alber. in l. si quos. C. de offic. Præfect. Prætor. Orientis.* debet tamen Iudex Inferior superiori Iudici, idest Domino Viceprothonotario delictum denūciare, & Officialem delinquentē capere, & ad eum remittere cū informatione, vt puniat. *l. 2. C. de exact. trib. lib. 11. glos. in l. officiales. C. de officio Rectoris Prouinciæ. l. Senatus. ff. de officio Præsidis. Anendan. de exequen. mand. Regum. par. 1. cap. 11. in fine. & cap. 2. num. 12.* alia vide infra *vers. 3. obseruat. 4. nu. 204.*
291 & nota, quod isti, & alij Commissarij tenētur eorum commissiones ostendere. *l. 2. C. de collat. fundor. fiscal. lib. 11.* sed hoc fallit in Illustribus personis, & in nuncijs publicis, secundum *Io. de Platea ibid.* & ad istud vide *cap. 35. Cathol. Maiest. in Priuileg. & Capit. Neap. pag. 61.*

TRIBVNAL XI.

BAIVLI.

Adest Tribunal Baiuli, vt in *toto titulo de officio Baiuli*, & cognoscit de damnis datis in campis, & de causis minimis infra ca-
292 rolenos triginta, & gubernatur à Baiulo cum Actuario, & quinq; Iudicibus pedaneis, datis à quinque Sedilibus Ciuitatis, nam quodlibet Sedile vnum deputat Iudicem, & à decretis huius Tribunalis appellatur ad Tribunal Curię Sielę, de quo infra; Per prius cognoscebat de ponderibus, & mensuris, vt infra videbis in proximo Tribunali Siclæ. Originemq; habuit ex officio Magistri Camerarij, vt in *constit. Regis Rogerij: Magistri Camerarij.* & ex cōcessione Magistri Camerarij causas minimas cognoscebat; cumq; à Rege Alphonso Primo concessio feudorum in ampla forma inceperit cum omnibus Iuribus &c. cęperunt venire baiulationes ipsę, quę à Rege possidebantur: ac Barones eę perunt exactiones pœnarum, & contrauentionis bannorum exigere, *Moles in dec. 124. & 60.* sed vbi nō sunt soliti exigi prouentus isti, non exiguntur; sed possunt exigi tanquam prouentus iurisdictionis, *Bart. in l. fin. ff. solut. matrim. Dec. cons. 4. & Boer. decis. 8.*

Et cum baiulatione officium Magistri Iurati annexum erat, se à Carolo Secundo fuit diuisum, vt in *cap. Regni. Item statuimus, quod Officialium Magistri Iurati.* Eo quidē tempore Baiuli erāt illi Iudices annales, qui in Terris ius reddebant, vt in *cap. Regni. ordinata iustitia. fol. 347.* quæ Iura fuerunt cōdita à Carolo Illustri Duce Calabriæ, vnigenito Regis Roberti, & in vita sui Patris mortuo relicta eius filia Ioanna Prima, quæ 39. annis regnauit.

Baiulus, quæ seruare debeat, habemus in *constitutione Regni. Puritatem. cum seq. & in constit. locorum Baiuli. cum seq.* vbi de iurisdictione ipsius, & in *constitut. officium Baiuli, & in constitut. sæpè contingit.* disponitur, vt non adsint nisi tres Baiuli in loco, sed in *constitutione sequēti* ordinatur, vt Cle-
293 rici non sint Baiuli, neque Iudices, & licet olim Baiuli exigebant trigesimam, vt in *constit. Regni. constitutionum Prædecessorū*, postea per aliam *constitutionem incipiente*
294 *Pro scripturis, & scriptoribus*; fuit introductum, vt exigatur centesima pars existimationis ab eo, qui obtinuit sententiam in eius fauorem. Hodie autem adest pandecta, & debent seruari statuta in *Pragmaticis sub tit. de officio Baiuli.* multa de iurisdictione Baiuli descripserunt *D. Tapia in suo Iure Regni. sub tit. de officio Baiuli. & alij Moderni, in pragmatica de offic. Baiuli*, ad quos recurre, disputat enim *D. Tapia ibidem*, si in
295 Curia Baiuli possint liquidari instrumenta, & pro, & contra Baiulum Ciuitatis Catanzarij adsunt Allegationes, vt ibidem, & vide per *D. Rouitum in pragmat. 2. num. 38. de iurisd. ad inuicem non turbandis.* Fuit
296 alias dubitatum an Baiuli possint portare arma intus Ciuitatem, & *Anna in sing. 47.* refert fuisse datum terminum in causa, & interim quod Baiulus abstineat intus Ciuitatem, sed extra valeat arma deferre, & in *singul. subseq. 48.* dubitat, an Baiulus teneatur stare syndicatui, & non fuit decisum, ex quo Capitanei locorum quotidie eius grauamina audiunt, quod procedit etiam si in Priuilegijs appellationum causas non haberent, *Freccia de subfeud. fol. 349. vers. 16. nu. 16.* Baronum autem Baiuli sub Baronum iurisdictione subsunt, & Officialium Regiorum, & ita decisum refert *Fontanell. de pactis nuptial.*

ptial. clausul. 4. glos. 10. par. 2. num. 64. vers. successit. fol. 271. & allegat *Carauit. in ritu 49. per totum.*

TRIBVNAL XII.

SICLÆ.

297 ADerat Tribunal Curiæ Siclæ, quod per totum Regnũ circa pondera, & mensuras, & circa fraudes commissas in vendẽdo vnam rem pro alia cognoscebat, cognitioq; prædicta per prius erat Baiuli, vt in *constitut. Regni ad officium Baiuli. sub tit. de officio Baiuli, & §. qui verò per totum. in authent. de publicis Tributis expediendis. constit. 128.*

Tribunal istud regebatur à 24. Magistris Rationalibus, & ab eorum Iudicibus creatis à Vicerege vita durante, cognoscebantur causæ etiam criminales eorum subditorum, & filiorum, & ab alijs Tribunalibus petebantur remissiones causarum, *Vinc. de Franch. in decis. 599.* in qua non fuit remissa causa stupri; Isti enim Commissarios per totum
298 Regnum contra culpatos expediebant, & à decretis huius Tribunalis ad Sac. Cons. appellabatur. Quinimo si disparitas aderat inter duos Iudices huius Tribunalis, ad Præsidentem Sacr. Cons. recurrebatur: qui alium ex Magistris Rationalibus eiusdem Tribunalis Doctorem, vel alium suo arbitrio dabat adiunctum. Verum ipsi Magistri Rationales Regiæ Cameræ Summariæ Tribunali subdebant: à quo eorum culpæ, & defectus cognoscebantur, vt late per *Consiliariũ Ioannem Andream Georgium in allegat. 42.* vbi plenè de vtilitate huius Officij, & de modo regendi, & habemus *Pragmaticas sub tit. de ponderibus, & mensuris*; quas vide.

Hodie vero, Tribunal hoc est extinctum, nam per Regnum fuerunt vendita pondera, & mensuræ Baronibus, vel Vniuersitatibus, qui subrogantur loco Regiæ Curiæ, vt per *D. Rouitum in cons. 93. vol. 2.* & in hac Ciuitate Neap. vnus solus Iudex remansit. Extinctioq; prædicta subsequuta fuit stante cõsultatione facta tempore gubernij Illustriss. & Excellentiss. D. Comitis de Oliuares eminentissimi ingenij, & magnæ experientiæ, & iustissimi Proregis, & prædicta ponimus, pro non deperienda memoria præteritorum: & pro habenda notitia in futurum. Veterum enim non debemus esse comptentores, vt sepius notauimus. Sed an hoc Tribunal iurisdictionẽ habebat priuatiuè, vel cumulatiuè, vide infra hic *versic. 3. obseruat. 4. num. 51. & seq.*

299 In hoc Tribunali, seu Archiuio adsũt omnes expeditiones Regiæ vsque ad tempus Ioanne II. In eo enim registrabantur omnes scripturæ, prout hodie registrantur in Cancellaria.

Et per prius Tribunal hoc cognoscebat etiam de ponderibus monetarum, hodie autem adest iurisdictio separata in Palatio Siclæ, in quo Magister Siclæ reddit ius operarijs ibi existentibus.

Iudex Siclæ quando relationem facit in Sacr. Cons. sedet, vt etiam sedet Iudex Curiæ Admiratiæ, *Marcus Antonius Surgens de Neap. illustr. cap. fin. sub nu. 43. fol. 311.*

TRIBVNAL XIII.

NOBILIS ARTIS SERICI.

ADest etiam Tribunal Nobilis Artis Serici, cum tribus Consulibus cognoscens contra suos subditos eiusdem artis priuatiuè. *Vincent. de Franch. decis. 722. num. 24.* qui probantur per matriculam, *l. petitionem. 13. C. de Aduocat. diuers. iudicior.* & habet suum
300 Iudicem, *Vincent. de Franch. in d. decis. 722. num. 17. & 18.* & Fiscus Mag. Cur. Vic. interuenit, idem *Vincen. de Franch. in decis. 679.* Erectumq; fuit insimul cum Tribunale Artis Lanæ, vt infra in *subsequenti Tribunale videbimus*, & à Ferdinando Primo introductum in anno 1465. A decretis ipsius appellatur ad Sacr. Cons. Capuanæ: sique prouideretur, quod Iudex relationem faciat in Sacr. Cons. tempore relationis faciendæ Iudex stat capite denudato, & inde in decretis dicitur, audita relatione Iudicis &c. absque titulo Magnifici.

301 Nota interim, quod in Historijs Romanis scribitur de Eliogabalo Imperatore, qui fuit primus induens Sericũ: & Sericum in Oriente fuisse, notitiam non habemus, nisi quod duo Monaci Indiani tempore Iustiniani semen Serici in Greciam duxerunt, secundum *Ganoram in vita Iustiniani*, & inde ex Historijs Imperatorum habetur, quod hoc semen fuit asportatum in Italiam, vt per *Procopium, & Ganoram*, qui aiunt, quod ex Perside in Constantinopolim eo tempore serici panni veniebant, & inde prędicti duo Monaci semen attulere, & per prius in Scitia Asia-
302 tica à Populis Sericanis fuerat inuenta, & ideò Sericum fuit vocatum, quod nomen etiam in Prouincia Calabrię adhuc seruatur, nam communi vocabulo vocatur *il Sirico.* & in *Esther. 8. num. 15.* habetur, quod Mardocheus serico pallio amictus pergebat.

De vestibus sericis, & eius Artistis vide-

tit.

*tit.C.lib.*11.*de veſtibus holoberis,& auratis.*
*lib.*11. In tempeſtate noſtra à Gallorum Re-
ge Henrico Quarto de anno 1603. in Galliã
fuit introductũ, cum magna illius Regionis
vtilitate. Non prætereundum eſt, quod virtus
huius Vermis non ſolum eſt in ſerico confi-
303 ciendo, ſed ex eo componitur Alchermes
contra humorẽ malinconicũ, ſiue attrabilẽ.

Gabella Serici in Calabria erat D. Salua-
toris Zurli, licet per D. Principem Biſinia-
ni fuit poſſeſſa, vt in *Priuil. & Capit. Neap.*
*cap.*67.*pag.*38.

304 Eſt tamen aduertendum, quod ſi ſubditi
huic Tribunali aliam artem exercerent, hu-
ius fori priuilegio nõ gauderent, vt deciſum
refert *D. de Franch. in decis.*175. & faciunt
dicta per *Andr. in tit. de ſtat. & conſuetud.*
verſic. ſuper aliquo. col. fin. ibi, *quid ergò ſi*
intrat. & *Alciat. in l. cum ſub prætextu. verſ.*
minus, C. de ſacroſ. Eccleſ. & idem eſt, ſi extra
Ciuitatem degerent, *l.* 4. *C. de agentibus in*
rebus. lib. 12. Collegium huius artis Serici
habet beneficia, ideſt reſtitutiones in inte-
grum, vt deciſum refert *Salernitanus in de-*
*ciſ.*23. quam ad pœnam habeo.

In tribus libris C. prius ponitur titulus
de Mariregulis, ideſt de Officialibus Artis
Pannorum, & inde ſequitur titulus de veſti-
bus holuberis, ideſt de Officialibus artis ve-
ſtium auri, & ſerici, vt declarat ibi *gloſ. in*
rub. de veſtibus holoberis. At nos non ita
fecimus, ſed à dignioribus prius diximus.

TRIBVNAL XIV.

ARTIS LANÆ.

SVbſequitur Tribunal Artis Lanæ, à Rege
Ferdinando Primo erectum in anno 1480.
cum quampluribus Priuilegijs ad inſtar iam
305 dicti Tribunalis Artis Serici: & per ſuos
Conſules ſingulis annis electos à deſcriptis
in matricula in arte prædicta regitur. (Ma-
tricula enim eſt liber, vbi nomina ſubditorũ
ſunt deſcripta, qui à Iudice conſtituto co-
gnoſcuntur, ſi officium non depoſuerunt, aut
extra Ciuitatem non habitent, *d. l.* 4. *C. de*
agentibus in rebus. lib. 12.) habetq; ſuum
Iudicem, à cuius decretis ad Sac. Conſ. Ca-
puanæ appellatur, vt eſt in Arte Serici, &
exercet iuriſdictionem ciuilem, & crimina-
lem priuatiuè à Magn. Cur. Vic. vt teſtatur
Vincent. de Franch. in deciſ. 722. *num.* 28.
vbi etiam in *num.* 17. & 18. habetur, quod
Fiſci Patronus Mag. Cur. Vic. interuenire
poteſt in Tribunalibus prædictis Artis Seri-
ci, & Artis Lanæ; & in alia *deciſ.* 679. idem
affirmat.

Sed eſt verum, quod Regia Camera Sum-
mariæ differentias ſuborientes in creandis
Conſulibus, & ſimiliter grauamina ab illis
facta ſuis ſubditis, recognoſcit.

306 Artificium Lanæ, & Goſſypij à quibuſ-
dam Populis Aſyæ (vocatis ſeris) fuit in-
uentum, & hodie dicitur Regnum Ciamba-
lù, non autem in Lachina, vt Cardanus
ſcripſit, Illi enim Populi plumas Lana mol-
liores ex arboribus colligebant, eaſque in
aquis madebant, & inde filium tenue con-
307 ficiebant, ex quo quandam telæ ſpeciem
contexebant, & Byſſum denominabant; qua
de re *Seneca in lib.* 7. *de beneficijs*, aiebat,
Mulieres Byſſo indutas, potius nudas, quam
veſtitas dici poſſe.

In hiſq; artibus, & magiſterijs, ne præte-
reas illud, quod prudentiſſimè à Iuſtiniano
Imperatore ſancitum extitit, *in §.* 1. *in*
authent. edictum. de formula artificum. in
conſtitut. 122. ſecundum *Aloandrum*, ibi,
Omnis artifex, aut mercennarius, aut mer-
cator, ſecundum auctionis formam opera
locato, mercesq; vendito: nam ſi quid am-
plius acceperit: pœna triplici ſubiaceat. O
quam vtile iocundumq; foret Reipublicæ, ſi
textus prædictus in conſuetudinem, & ob-
ſeruantiam deueniret.

TRIBVNAL XV.

IVSTITIARII.

EST etiam & Tribunal Iuſtitiarij huius fi-
deliſſimæ Ciuitatis Neapolis, cum ſuo Iu-
308 dice, Fiſci Patrono, & Actuario, & in om-
nes vendentes contra aſſiſiam, aut in minori
pondere Ius dicit in omnibus locis huius Ci-
uitatis, vt in *Priuilegijs, & Capitulis Neap.*
fol. 70. *& ſeq.* quæ dicuntur *del ben viuere.*
pœnaſq; exigit, *l.* 1. *§. cura carnis. ff. de officio*
Præfect. Vrb. Verũ huius Tribunalis cogni-
tio eſt criminaliter tantum, *l. penult. ff. ad l.*
Cornel. de falſis, l 6. *§. fin. ff. de extraordin.*
Crimin. l. in dardanarijs. 37. *ff. de pœnis, &*
l. arbitrio. 19. *§. de eo. ff. de dolo malo.* Sed an
in ementes pœna hæc extendatur? ponit
*Bour. in deciſ.*48.*num.*4. poſt *Io. de Plat.* Re-
buff. & Luc. de Penna in l. fin. C. de Cupreſ.
*lib.*11. nota tamen, quod prima pœna eſt pe-
cuniaria, ſed ſecunda, & ſequentes ſunt cor-
porales, vt in *ordine Cæſareæ Maieſtatis de*
anno 1534. *in Priuileg. & Capit. Neap. pag.*
95. vbi quod ad inſtantiam huius Ciuitatis
fuit in officio prædicto deputatus Creden-
zerius pro pœnis prædictis adnotandis. A
decretis ipſius appellabatur ad D. Præſiden-
tem S.C. *prag.* 6. *cap.* 3. *de official.* ſed in hac

tempestate appellatur ad Annonæ præfectũ,
309 quem vulgari sermone Grasserium voca-
mus, (sed vere Annonæ Præfectus est vocan-
dus, quia sic vocabatur ille, qui Salomoni
Annonam ministrabat, 3. *Regum cap. 4. nu.*
7. & Salomoni non fuit, nec erit similis in
sapientia, *eod. lib. 3. cap. 3. nu. 12.* & similiter
ita vocatur in *l. 1. C. de apparitorib. Præfecti
Annonæ, lib. 11.* at in *l. 2. C. de curiosis. lib. 12.*
videtur, quod posset vocari agens in rebus)
Dominus enim Annonæ Præfectus Electis
Ciuitatis, & Iustitiario prædicto præcellit, &
Caput est: & verè Cerealis etiam dicitur à
Cerere, & à Diuo Iulio Cæsare fuit constitu-
tus, *l. 2. col. 9. ff. de orig. iur.* Sed in hoc Regno
originem sumpsit tempore sapientissimi Re-
gis Robetti, vt in *cap. Regni in tit. priuilegij
Studij Neapolis*, Quo etiam statutum erat,
vt etiam super Scholaribus, & Doctoribus
iurisdictionem exerceret: Verum inde non
fuit vsu receptum, sed iurisdictio in venden-
310 tes contra assisiam remansit, & ad francos
fuit extensa à Rege Ferdinando Primo in
anno 1476. vt in *Priuil. & Capit. Neap. cap.
26. fol. 17. ater.* Laudes Officij Annonæ Præ-
fecti recensentur à *Marco Antonio Surgẽte
in tract. de Neap. illustr. cap. 24. nu. 15. & seq.
fol. 240.* qui in *cap. praeced. nu. 20.* notat, quod
quando dictus Grasserius ad Tribunal De-
curionum in Monasterio Diui Laurẽtij exi-
311 stens, accedit, Decuriones tenentur ei as-
surgere tantum, & non ei obuiam ire, quod
secus est, quando Regens Regiam Cancella-
riam accedit ad Magnam Curiam Vicariæ
pro faciẽda Regia visitatione, quia tunc tota
Magna Curia cũ duobus Regijs Consiliarijs
ibi existentibus, & Fisci Patrono, vsq; ad gra-
das Curiæ obuiam ire tenentur, *vt ibidẽ per
Surgentẽ*, sed veritas est, ꝙ accedunt vsq; ad
primã portam salæ ipsius Tribunalis M.C.V.
vbi Regens M.C.V. habitat, & ita seruatur.

Tanta enim fuit huius officij Cerealis cu-
ra apud Diuos Imperatores in omnibus tẽ-
pestatibus, vt erga illud extraordinaria sta-
312 tuere. Hinc est, quod etsi Proreges ante in-
gressum in Prouinciam nil gerere debeant:
circa Annonæ materiam prouidere, præci-
pere, & decernere per duos dies ante ingres-
sum prædictum possunt, *§. 1. versic. quia
autem. in auth. vt Magistratus à deposita ad-
ministratione &c. constit. 9.* Et Imperator Iu-
313 stinianus salarium, & prouisionem parti-
cularem ne dum Proregi pro Annonæ cura
taxauit, vt in *§. 1. vers. volumus. in auth. de
moderatore Asiæ. constitut. 102. & in §. 1.
vers. cæteri. in authent. de Proconsule Pa-
lestinæ. constitut. 103.* (quæ Iura perquire
secundum *Lecturam Gregorij Aloandri in
Pandectis*) sed etiam Assessori, & homini-
bus eius taxatum est salarium, *l. 2. §. final.
versic. & hac notitia. C. de officio Præfecti
Prætorio Aphricæ*, ibi, *Assessori Ducis, &
officio, & hominibus eius quatraginta an-
nuos, nonaginta & semptem*, Habet etiam
Præfectus Annonæ Compulsores suos, & Ap-
paritores particulares, *l. 1. & 2. C. de appa-
ritoribus Præfecti Annonæ. lib. 12.* Præci-
puèq; curare debet, ne frumentaria pecunia
in alios conuertatur vsus, *l. 2. §. quod de fru-
mentaria. ff. de administrat. rerum ad Ciuit.
pertinent. & §. si autem. ibid.* Pecunia enim
314 frumentaria habet priuilegium, vt aduer-
sus eam non opponatur compensatio, sed re-
stituenda est *d. l. 2. §. frumenti.* & sine mora
est soluenda, vt ibidem *§. frumentaria.* Sed
si mora interuenerit, vsuræ soluantur, non
autem vsuræ vsurarum, *d. l. 2. §. si indemni-
tas.* dictus Grasserius curare debet, ne in
permutatione frumenti vna pro alia species
315 detur, *l. fin. C. de Canone frumentario. lib.
11. & l. 1. C. de frumento Vrbis Constanti-
nopolit. d. lib. 11.* veteraq; frumenta debet
prius expendere, & si quę corrupta sunt, cum
nouis misceat, *l. 1. C. de reconditis in publi-
cis Horreis. lib. 10.* Arbitriumq; habet quanti
est vendendum frumentum, *l. 3. in princ. ff.
ad l. Iuliam de annona, & l. 1. C. de frumento
Alexãdrino. lib. 11.* (in quo titulo datur mo-
dus faciendi quotidianas distributiones fru-
menti per Ciuitatem) ac etiam cognoscit
contra Inientes societates, vt Annona carior
fiat, aduersus quos publica est accusatio, *l. 2.
in princ. ff. ad l. Iuliam de annona.* & Darda-
narios mandantes, & mandatarios punir, vel
cum relegatione, vel cum condẽnatione ad
triremes, secundum cõditionem personarũ,
l. 6. ff. de extraord. crimin. Similiterq; in one-
rantes stateras mensuris adulterinis seuit, *d.
l. 6. § orerant.* & in alijs, quæ veniunt appella-
tione grassiæ, *Anna in sing. 228. Minad. dec.
23.* quo vero ad Annonę militaris dispositio-
316 nem, vide totum titulum *C. de erogatione
militaris Annonæ. lib. 12.* Et priuilegiũ An-
nonæ est, vt rustici laborantes agrum, non
possint capi pro debito ciuili, *auth. agricul-
tores. C. quæ res pignori obligar. poss.* sed male
seruatur, verũ quo ad Boues aratorios nõ fit
exequutio, *prag. 48. de offic. S.C. & prag. 1. &
3. de bestijs vacinijs, & in c. Regni. Pridẽ fuit
innouatũ, & l. exequutores, C. quæ res pignori
oblig. poss.*

Stante ergo huius tãtę rei mole, à qua to-
tum Guberniũ regulatur, à DD. Proregibus
solet eligi ex Concilio Status, vel ex Colla-
317 terali Concilio Minister insons, conscien-
tiatus, promptę resolutionis, & cum mundis
manibus

manibus (vt tantum negotium requirit, pro
iſta machina Annonæ regenda.) In hac qui-
dem noſtra tempeſtate ab Anclyto Principe
Duce Aluæ Prorege (de quo diximus ſupra
verſ. 2. obſeru. 2. num. 40. in fine) poſt di-
ſceſſum D. Fratris Lęlij Brancacij, vt ſupra
diximus in *verſ. 1. obſer. 1. num. 36.* fuit præ-
electus Illuſtr. Marchio Campi Don Ioannes
318 Enriquez Regens Regiam Cancelleriam,
tantæ moli non impar, (& Deo auſpice) à
die 25. Aprelis 1625. quo cępit regere, in
dies creuit, & creſcit abundantia, & Populi
ſuper ollas carnium ſedent, & comedunt
panem in ſaturitate. Eques enim iſte tam
eminente ingenio à diuina Prouidentia fuit,
& eſt dotatus, vt ex ſua nobiliſſima Hiſpana
Proſapia à Potētiſſimo Rege noſtro Philip-
po Tertio fuerit tranſmiſſus ad officium
Præſidentis Regiæ Cameræ Sommarię huius
Regni in ætate ſua annorum 25. & in illo, &
in alijs ſibi iniunctis negotijs, cum maxima
dexteritate ſe geſſit, ita vt à Rege noſtro Phi-
lippo Quarto, Marchionatus titulo fuerit
decoratus, & ad ſublime officium Regentis
Regiam Cancellariā in hoc Regno euectus
extitit in ætate annorum 36. in qua etiam
319 Emilius Papinianus à Seuero Principe ſi-
mili dignitate fuit decoratus, *Bouadilla in
politica tom. 1. lib. 1. cap. 7. num. 22. fol. 21.* vbi
alij Iuuenes eminentiſſimi enumerantur, &
*Socein. in l. cum auus. in princ. C. de condit.
& demonſtr.* ſed à Baſſiano Seueri filio oc-
ciſus, *Caſar à Coſta lib. 3. variar. ambiguit.
cap. 8.* licet *Bouadilla in politica tom. 1. lib. 1.
cap. 15. num. 27. fol. 257. à Caracalla furori
Militum traditum fuiſſe, ait.*

Inſeruit etiam ipſe vti caput in Tribunali
Mantunatæ, & aquæ, vt ſupra hic *num. 239.*
quo vero ad inſtructiones, & Miniſtros Iu-
ſtitiarij, vide *Pragmat. 6. ſub tit. de Officia-
libus*, vbi multa.

TRIBVNAL XVI.

REGII PORTVLANI.

EST Tribunal, ſeù iuriſdictio Regij Por-
tulani, quod differt ab illo per mare, quod
320 eſt cuſtodire portus, ideſt locum conclu-
ſum ſtatione munita, *l. portus. ff. de verb.
ſignif.* & litora, & alias exituras Regni, ne
merces extrahantur, *l. 1. & 2. C. quæ res
alport. non poſſunt. l. cotem. in princ. C. de
publie. l. 2. C. de commerc. & mercat. & l. 2.
C. de naut. fœnor.* & ideo ſi alicui eſt conceſ-
ſum ius Portulaniæ, non per hoc poterit co-
gnoſcere de extractoribus per mare, & pœ-
nas extractionum, ſeù exituræ exigere; quia
extractio iſta eſt de regalibus, & ad Regem
ſpectat, & ita deciſum refert *Moles in decis.
80.* in cauſa Ducis Amalphiæ, cū Regio Fiſco
12. Auguſti 1569. per mare eſt cura iſta vi-
ciſecreto debita, cuius officium eſt ſcire in
quam Prouinciam Nauclerij ſunt ituri, *l.
unic. C. de litlorum, & itinerum cuſtodia
lib. 12.* ſed Portulaniæ per terram de qua
loquimur, eſt cura, conſeruare loca publica
in diſtrictu, & in hac Ciuitate, ne ab alijs
occupentur: & abſque eius licentia nil poteſt
in publico fieri: nec etiam pennatæ ligneæ
conſtrui, aut alia impedientia aerem, vt per
*D. Rouitum in pragmat. 1. ne quid in loco pu-
blico*; vbi alia in hac materia: omnia enim
ædificia turbantia, vel impedientia decorem
locorum publicorum ſunt demolienda, vt
Populus commodum percipiat, *tit. ne quid
in loco publico, & Iaſ. in l. de quibus. nu. 22.
ff. de legib.* ſemper demolitio iſta fieri poteſt
à Iudice ſæculari, etiam ſi ab Eccleſia ædifi-
cium factum fuerit, *l. praſcriptio. C. de oper.
publ.* & notat *Angel. in l. quamquam. ff. de
aqua pluuia arcenda*, & ſequitur *Auendan.
de exequen. mandat. Regum. par. 1. cap. 12.
num. 17. fol. 96.* qui quidem *Author in par. 2.
cap. 5. num. 7. verſ. item Iudex. fol. 154.* affir-
mat, Iudicem laicum non ſolum muros, ſed
etiam Eccleſiam dirutam reparari facere
poſſe, per *cap. ſicut Excellentiam. 23. quaſt. 4.*
ſed de conſuetudine non ſeruari, niſi belli ne-
ceſſitas aliud dictaret, notat *Bal. in l. 2. C. de
ſumma Trinit. & fide catholica.* Hinc eſt,
321 quod ſi quis in Ciuitate aliquem locum
aperire voluerit, aut eſt faciendum ſubpor-
ticum, vel via noua, & vicinorum contribu-
tio eſt facienda, ipſi Portolano à Collaterali
Conſilio committitur relatio, vt per *D. de
Ponte in tract. de poteſtate Proregis. ſub tit.
de regal. impoſit. tit. 4. §. 1. num. 66. in fine.
fol. 151. & in tit. de diuerſis prouiſionib. fieri
ſolitis. num. 11. fol. 512.* Vicinoſq; ac Ciui-
tatem teneri ad contribuendum pro Atrio
Eccleſiæ faciendo, deciſum refert *Gizzarell.
in decis. 39.* & tandem videas *D. Tapiam in
decis. Sac. Conſ. 7. num. 8. nouiſſimè edita*,
tum etiam vide *text. notab. in l. ad portus. C.
de operib. publis. & l. nec ſplendidiſſime. 20.
eodem titulo.*

Sed in Plateis maritimis cum pedationi-
bus, ſeù vulgo Impalazzatis, nec iſta iuriſ-
dictio, nec illa Iuſtitiarij habent authorita-
tem, quia ad Tribunal fortificationis ſpectat,
vt diximus ſupra hic *num. 241.* officium hoc
regebatur à Domino Ioanne Simone Moc-
cia morigerato Equite Sedilis Portæ Nouæ,
ob cuius obitum ſine filijs maſculis ad Regiā
Curiam fuit deuolutum, cuius nomine hodie

regitur per Regium Consiliarium Ferdinandum Branciam Equitem Sedilis Capuanæ, omnium virtutum numero ornatissimum; qui tandem ad supremum officium Regentis Regiam Cācelleriam assumptus Hispaniam petijt... Iunij 1629.

Est verum, quod videtur officium hoc parere contrarium effectum pro quo est institutum, nam omnes Plateæ sunt impeditæ, quod vix transitus est liber, & procedit ex licentijs in dies concessis.

TRIBVNAL XVII.

REGIÆ DOHANÆ.

ADest Tribunal Regię Dohanæ, seù maioris Fundaci, & suus Iudex cognoscit frandan-
322 tes diritus spectantes dictæ Dohanæ, vt in *constitut. Regni. Magistros nostros fundicherios. sub tit. Magistrorum fundacorum.*

Regitur hoc Tribunal à Dohanerio vita durante, & ab eius decretis appellatur ad Regiám Cameram Summariæ: & Dohanerius iste cognoscit etiam frandantes circa materiam salis, sed ciuiliter tantum.

Dohana est verbum Normandum, & aliquod speciale ius significat, sed combinationem, & vnitatem multarum Gabellarum, & Iurium, quæ sub vno verbo comprehenduntur continet, *Andr. in cap. 1. § similiter. de probib. feud. alien. per Freder. & in cap. 1. colum. 1. de controuers. feud. apud pares termin.*

In materia Dohanæ prædictæ vide quamplurima notata per *Regentem Molei in decis. manuscriptis sub tit. de Iure Dohana*, vbi Iura complectentia sub hoc verbo Dohanæ habes, scilicet *Iura fundaci, Ancboragy, noua gabella, ponderatura, mensuratura, exitura, & passagy, & vltima exitura Regni, & Refrica, seu Ius salmarum, & alia*; & quo ad salis materiam vide aliqua supra *vers. 3. obseru. 2. num. 44. & seq.*

TRIBVNAL XVIII.

GABELLÆ MERETRICVM.

ADest Tribunal Gabellę Meretricum, & est officium concessum in feudum, & regitur per Iudicem electum à Domino dicti officij
323 cum suo Aduocato Fiscale electo ex confirmatione Proregis, & cognoscit si meretrix in libro gabellæ describi debet, ac etiam contra lęnones: & à decretis huius Tribunalis appellatur ad Sac. Cons. & eius superintendens solet esse Præsidens Sac. Cons.

324 Solutio huius gabellæ contra formam Iuris videtur, quoniam meretrix gabellam soluere non debet, *Angel. in auth. de lenonib. in princ. & Capyc. in inuestitura feudali fol. 114. in vers. meretrices.* non obstante, quod propter mercedem fit coitus, & quod meretrici promissum adimpleri debeat, *Genes. 28. Nouarius de elect. & variat. fori. quæst. 19. num. 5. sect. 2. in vltima impress.*
325 Variæ dispositiones factæ fuerunt in materia miserabilium meretricum; etenim de Iure antiquo Romano Lupę vocabantur, *Titus liuius in lib. 1. dec. 1. fol. 2.* & de Iure cōmuni habitu distinguntur à veris matronis, *l. item apud labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniurijs. & in authent. in tit. ne quo in loco per Romanum Imperium lenones adsint*; earum miseriæ enarrantur, & contra lęnones pœnæ infliguntur, sicuti in *l. fin. C. de Spectaculis. lib. 10. & in pragmat. 1. de meretricibus,*
326 fuit prouisum, vt eis nō mutuetur, vel credatur vltra vnciam cum licentia expendēdi in alimentis pro victu, vel infirmitate ipsarum, & aliæ obligationes per eas factæ nullæ sint, vt *prag. 3. eod. tit. de meretricibus, & in §. 1. in authent. ne à mulieribus, quæ se præstita erunt fideiussor, aut ius iurandum exigatur, const. 51. secundum lecturam Gregorij Aloandri.* Disponitur, vt ius iurandum, & fideiussio à talibus mulieribus non exigatur;
327 est enim eis prohibitum lęnones tenere publicè, vel secretè sub pœna fustigationis, & exfractationis à Regno, & vt bullentur in fronte, & qualiter etiam puniantur lęnones, laté *Pascalis in tract. de viribus patria potestatis, par. 2. cap. vltimo, & Menoch. de arbitr. Iudic: casu 334. Nouarius in prag. 1. de lenonibus.* Solet etiam dubitari, si mere-
328 tricibus debeatur merces pro meretricio? & deberi probatur *Ezechiel. 16. circa med. & Genes. in d. cap. 28.* sed an teneatur meretrix quemlibet admittere ad se recognoscendam? *Couar. variar. quæst. lib. 3. c. 14. num. 2,* disputat quæstionem; & an detur actio meretrici ad sibi soluendū facere meretricium, disputat *Andreas de Isernia in cap. 1. in addit. num. 11. quib. mod. feudum amitt.* vbi quod quis Iure Poli, & non fori
329 tenetur. At si Amasius dedit meretrici, nō repetit datum; sed *Consiliarius Nicolaus Gizzarellus in decis. 54.* dicit, dari actionem meretrici pro meretricio, *D. Riccius in decis. Curia Archiepisc. 73. par. 4. Nouar. de elect. fori. quæst. 21. num... sect. 2.* & vide *Surd, consil. 469.* ac in *Michea. 1.* habetur,
330 quod omnia congregata de mercibus meretricum comburantur igne.

Et quę propriè dicatur meretrix, habetur in l.

in l.palam. 43. *ff. de ritu nupt.* & per *Couar.*
*in cap.*8. *in* 2. *relectio.* §. *num.*4. *fol.*116. *&*
Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 535. *& Vin-*
*cent. de Franch. in deciſ.*68.& per eundem
Menoch. de arbitrar. Iudic. caſu 531. *num.*2.
vbi in *num.*5. habetur, quod meretrix dici-
tur à merendo, & *Catullus* refert, meretri-
ces ſuo tempore obſeruaſſe Tabellas, cum
ſigillo ſupra portas tenere, dum intus ali-
quis vir permanebat, ne alter ingredere-
tur,
331 Meretrices, & Studentes, & exteri ſine
vxoribus à vicinia exfractari poſſunt, *Vinc.*
de Franch. deciſ. 316. & adeſt *cap.* 59. *Regis*
Catholici, in priuileg. & capit. Neapol. pag.
46. *ater.* intellige etiam ſi proprias domos
habeant, *Gaſpar Theſaurus in deciſ. forenſ.*
quaeſt. 33. *Menoch. de arbitr. Iudicum. caſu*
535. *num.*16. *& ſeq.* ſed in *num.*19. limitat,
ſi maritum habeant non conſcium, alias ſe-
cus, vt per *Gizzar. in deciſ.*56. poſſunt equi-
dem cogi ad aſportandum habitum diſtin-
ctum à monialibus, vel maritatis, *l. mimae.*5.
332 *C. de Epiſcop. audient. & Paſcalis de virib.*
*patria poteſt. par.*2. *cap. fin. num.*36. ſed an
Scholares Caſalium Neap. gaudeãt priuile-
gio non exfractandi? *Vinc. de Franch. deciſ.*
316. dixit, quod ſic, Doctores vero, & Cleri-
ci exteri ſine mulieribus habitantes à vici-
nia exfractari an poſſint? *Io. Vinc. de Anna*
in ſing. 338. ſed an Barones ex eorum Ter-
ris meretrices exfractare poſſint? vide *Bal.*
in §. *Dominus. de forma fidelit.* vbi quod ſine
cauſa, negatiuè reſpondit, & *Io. Franc. de*
Ponte in tract. de poteſtate Proregis fol. 56.
*nu.*3. *&* 470. *col.*2. *& D. Rouitus in pragm.*
4. *de Baron. num.*4. *in vltim. impreſſione, &*
*Anna in ſingulari.*54. contrarium videntur
ſentire,
333 Meretrices naturaliter optant mortem
ſuorum virorum, *Bal. in cap.*1. *num.*2. *in fin.*
qualiter iurare debeat vaſſallus fidelitatem
Domino ſuo, per *l. Pater Seuerianam.* §. *ſo-*
cerus. ff. de condit. & demonſtrat. miſerrimae
334 enim ſunt, & quaſi ſtercus in via, quod ab
omnibus praetereuntibus conculcatur, *Ec-*
cleſiaſt. 9. & ita affirmat *Beatus Ioannes à*
*Capiſtrano de poenit. & remiſſ. num.*355. *in*
fin. fol. mihi 382. *ater.* & ideo gaudent pri-
uilegio *legis unicae. C. quando Imperator in-*
ter pupillum, & viduam; ſecundum *DD. in*
conſtitut. Regni. Item ſtatuimus. in verbo mi-
ſerabiles, Muſcatell. in praxi Sacr. Conſil.
gloſ. priuilegia, Franch. deciſ. 233. *num.* 7.
Viuius deciſ. 321. *num.* 5. *D. Riccius in*
*collect. deciſ.*1. *&* 163. & notabilis *text. in l.*2.
C. de donat. inter vir. & vxor. aduertit mi-
335 ſeros amantes, ne credant adulationibus
meretricũ, quia fictae ſunt, ſicuti & illae con-
337 cubinarum, vt ibidem, & ideo donationes
eis factae à Milite, vel Aduocato non valent,
vt per *gloſ. in d. l.*2. *in addit. & Rolan. in*
*tract. de teſtament. rub.*41. *num.*2. *in fin. fol.*
27. *in tract. tom.*8. *par.*1. per *Bart. in l. mi-*
lites ita. de re iudic. & Gama in deciſ. 106.
338 vbi habes, quod concubinae non debetur
ſalarium pro tempore, quo ſtetit in concu-
binatu, nam alias ex delicto ſuo haberet cõ-
modum, & per *Andr. in titulo quibus modis*
*feudum amittatur. num.*11. & è conuerſo, ſi
339 concubinae fuit donatum aliquid, nòn po-
teſt repeti, quia in pari cauſa etiam turpi,
potior eſt conditio poſſidentis, *Gama in*
*deciſ.*223. *&* 236. quinimo durante concu-
binatu, praeſumitur concubinam acquiſiuiſ-
ſe de bonis concubinarij, *Alciat. in tract. de*
*praeſumpt. praeſumpt.*26. *num.*2. *tom.*4. *fol.* . .
& Andr. Barbatia de praeſtant. Cardinal. in
3. *quaeſt. & Gama in deciſ.*223. De Iure ciuili
340 antiquo, concubinam poterat habere, qui
non habebat vxorem: ſed qui vxorem habe-
bat, nec de Iure antiquo, nec nouo, concu-
binam habere poterat, *l. fin. in fin. C. com-*
mun. de manumiſſ. ſed de Iure *Sacr. Concil.*
Trident. concubinatus eſt peccatum gra-
uiſſimum, *ſeſſ.*24. *de reformat. matrim. cap.*8.
*& ſeſſ.*25. *de reformat. cap.*8. *& ſeſſ.*25. *de*
*reformat. cap.*14.
341 Aliquãdo miſerę meretrices bonas actio-
nes egerunt, vt videre poteris *Ioſue* 2. vbi
meretrix ſaluos fecit viros, vt per *Guberna-*
*torem Chriſtianum in lib.*2. *cap* 6.
342 Rex Alphonſus Primus gabellã hanc me-
retricum, ac etiam ludi, ſubſtulit, & ſatisfe-
cit de pretio cuidam Nobili Neapolitano,
cui data erat, vt refert *Ludouic. Domenichi*
in lib. 1. *hiſtoriarum fol.* 23. ſed hodiè illam
videmus eſſe, vt per prius in poſſe ipſius ga-
bellae Conceſſionarij, ſeu Emptoris.
343 Qualiter autem miſerrimae iſtae mulieres
in Republica ſunt tollerandae, perquire *Gu-*
*bernatorem Chriſtianum in lib.*1. *cap.* 28. *&*
*D. Auguſtinum in lib.*2. *de ordin. cap.* 4. *&*
D. Thom. 2.2. *q.*10. *artic.*11. *& Nicol. de Lira*
*lib.*4. *de regim. Princ. cap.*14. in Regimine
enim humano, qui pręſunt, rectè aliqua mala
tolerant, ne peiora incurrantur; ait enim
Auguſtin. loco citato, aufer meretrices hu-
manis, turbaueris omnia libidinibus, vide-
mus enim Eccleſiam tolerare ritus Iudęo-
rum, & Infidelium, *D. Thom.* 2. 2. *quaeſt.*10.
artic. 11.

TRIBVNAL XIX.

PROTHOMEDICI.

ADest etiam iurisdictio, seù Tribunal Prothomedici, qui similiter cum suo Iudice
344 cognoscit contra Obstetrices, Aromatarios,& alios suos subditos,& contra Medentes absq; priuilegio,& iubeat Regiæ Cameræ Summariæ; sed ab illius decretis appellatur ad Sacrum Consilium, & Regnicola debet esse, vt in *cap. 34. Caroli V. de anno 1554. in Priuilegijs, & Capitulis Neapolis fol. 156. ater.* sed in anno 1612. D. Comes Lemensium Prorex creauit eius Medicum Hispanum, qui per prius ciuis Auersanus erat declaratus, vnde fuit orta quæstio in supremo Italiæ Consilio, vt per *D. Tapiam in decis. 14.*& Sua Maiestas mandauit, vt sit ortus in Regno, vel exterus allectus in Ciuem, pro cuius intelligentia vide *cap. 4. Cæsarea Maiestatis in Priuileg.& Capit. Neap. pag. 140.* vbi declaratur, quomodo sint intelligendi Oriundi, vel allecti in Ciues, ad hoc gaudendi priuilegio Regnicularum quoad officia optinenda.

TRIBVNAL XX.

TRIREMIVM.

TRibunal Triremium, ideſt Capitanei Generalis ipsarum, cum suo Generali Audi-
345 tore adest, & omnes subditos illius exercitij cognoscit, *l. magisteria. 6. C. de iurisdict. omn. Iudic. Vincent. de Franch. in decis. 88. & Regens de Ponte in decis. 26.* & nouissimè plura refert *Regens Constantius in l. 1. C. de classicis. lib. 11. num. 64. & 79. vsque ad 96.* vbi inseruntur Instructiones Philippi Secũdi Regis, *nu. 78.* affirmans iurisdictionem hanc non priuatiuè, sed cumulatiuè exerceri ab hoc Tribunali, & ita dixerat *Vincent. de Franch. in d. decis. 88.* Sed duo requiruntur, vt quis huic iurisdictioni subeant. Primo, vt Classicus contra Classicum delinquat, & Secundo, vt delictum fit in Classe, vt ibidem *num. 80.* vbi etiam contra exterum delinquentem in Classe extendit, irruendo contra
346 Officiales Triremium capientes fratres, vel filios, pro fratribus, vel patribus fugientibus à Triremibus; quoniam esset contra *cap. Regni. Item præsenti Viceadmirati prosentini &c.* & contra Titulos, *ne filius pro patre, vel è contra.*& contra dictum Domini, *filius non portabit iniquitatem patris*; licet in *Exod. 20. & Genes. 7. & 4. Regum. 5.* Pœna patrum, & coniunctorum fuit transfusa in filios, sed intellige secundum declarationē *D. Thomæ in 2.2. quæst. 108. art. 4.*

347 A decretis huius Tribunalis appellatur ad D. Proregem, qui appellationem diuersis Ministris, seù in Collaterali Consilio committere solet, vt visum fuerit expediens.

Quomodo autem Capitanei, & Officiales Triremium esse debeant, vide *cap. 8. Parlamenti Generalis Caroli V. in Priuileg. & Capit. Neap. pag. 103.*

TRIBVNAL XXI.

SCRIBAE RATIONIS.

ADest officium Scribæ Rationis, seù portionis, qui numerationem, seù matriculã conseruat, vulgo dictam, *il Rollo*, (de quo est *text. in l. 2. & 3. C. de commeatu. lib. 12.*
348 omnium Militum Regni, & eorum stipendiatorum; regitur hoc Tribunal à Scriba rationis, qui in Collaterale Concilio post Locumtenentem Regiæ Cameræ sedet,& tenet intelligentiã cum Thesaurario, & describit Patentes literas Militum hospitantium, & ordine Domini Proregis; multa de hoc officio vide per *Frecc. fol. 430. & Loffred. in consil. 4. num. 19.* exemplificat hoc officium Credenzerijs per Prouincias, & nouissimè per *Pragmaticam editam 31. Martij 1624.* ordine Illustrissimi Principis Ducis Aluæ Pro-
349 regis, sancitum est, libros militum nonæ militiæ debere cõseruari in hoc officio Scribæ Rationum, & non per Secretarium Proregis.

Et Scriba rationum præcedit Thesaurarium, & Regentem Mag. Cur. Vic. & Secretarium Regni, vt aduertit *Mutius Surgens in addit. ad Marcum Antonium Surgentem eius fratrem de Neapoli illustrata. pag. 446.*

350 Regiturq; hodie mirificè à D. Don Petro Conclubett de Bauaria, & Aragonia filio D. Marchionis Arenarũ, cuius Antecessores ne dum prædictæ Terræ Arenæ fuerũt Domini, sunt anni 500. & plus, sed etiam quamplurimas alias domnere in Prouincia Calabriæ, vt notum est, & antiquissima, ac nobilissima Familia semper fuit, & eius originem trahit ex Ducibus Bauariæ.

Officium hoc vulgari sermone vocatur *Scriuan de Ragione*, ex quo vnicuique tribuit quicquid ratione officij consequi debet à Regia Curia; quinimo & quo ad quid Marescalli officium gerit, dum militibus equestris, ac pedestris militiæ cuiuscumque nationis hospitia distribuit per Regnum, *Frec. in lib. 3,*

in lib. 3. de ſubfeud. in 1. different. feudorum : regalium, & aliorum, ſub nu. 21. fol. 431. col. 1. reliqua vide in *Pragmaticis ſub tit. de officio Scriba Portionis.* Voſ tamen nota, quod ipſe tenetur de culpis, & defectibus ſuorum Officialium, & præſertim ita obſeruatum in cauſa Ducis Sanctæ Agatæ, & ita procedit in omnibus habentibus poteſtatem ſubſtituendi voluntariè : ſecus vero erit, ſi tantū nominat, & Prorex diſpenſat, quia tunc in ſubſidium tantum tenetur, *Moles in dec. 86.*

TRIBVNAL XXII.

THESAVRARII.

ADeſt Tribunal Theſanrarij (Tribunal enim vocatur in *pragmat. 2. in princ. de officio Quaſtoris*. licet iuriſdictionem non habeat, nec ſub comprehenſione Officialis veniat, vt infra videbis.) qui propriè Primipilus vocari poteſt, *l. 1. C. de primipilo. lib. 12. Regens de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. ſub tit. de regalibus impoſitionibus. §. 8. pag. 219.* &
351 ad nullam aliam dignitatem poteſt aſpirare, *l. 13. C. de cobartalibus. lib. 12.* commoda
primipili etiam ad hæredes tranſeunt, *l. 1. C. de primipilo. lib. 12.* ſed quid de eius filijs ſit
faciendum habes in *l. 5. C. de cobartalibus. lib. 12.* officium hoc eſt exigere pecunias Regias, & ſingulis ſex menſibus rationes reddere in Regia Camera Summariæ, *prag. 5. de officio Quaſtoris. Reg de Ponte de poteſt. Proreg. fol. 164. nu. 58.* & ſi infra annū moritur, hæredes eius habebunt ſalarium integri anni, vt in *d. l. 1. cum gloſ. C. de primipilo.* eiuſque filius etiam non heres patris pro debito primipilatus tenetur, *l. fin. eodem titulo.*
352 in quo adeſt *l. 3.* diſponens, vt pro debito
primipili prælatio detur etiam reſpectu dotis, quia vtilitas publica eſt præferenda priuatis, vt ibidem. Theſaurarius iſte adimplere tenetur diſpoſita in *pragm. de offic. Quaſtoris.* nam antiquitus Ærarij Quæſtor dicebatur, *l. 2. ff. de orig. iur.* & ſub Imperatoribus Comes ſacrarum largitionum, *Caſſiod. in lib. 6. variar. Equit.* & num inter Illuſtres ſit connumerandus, diſputat *Lancell. Conrad. in templo Iudicum ſub tit. de Imperatore. lib. 1. §. 4. nu. 3 fol. 90.*
353 Theſaurarius de Iure Codicis vocabatur
Suſceptor, *Bart. in l. 2. num. 1. C. de iure fiſci lib. 10.* & dicitur Illuſtris, vt probat *cōtinuatio ad rubr. C. de officio magiſtr. official. ibi, hac vſque de Illuſtribus tractauit, & praecedit titulus de officio Quaſtoris*; & clarius probatur in *l. 1. C. de officio Quaſtoris.* Fuit alias dubitatum, an Theſaurarius Eques alicuius Sedilis debeat præcedere cæteros Equites in eodem Sedile, & fuit determinatū negatiuè, *Marcus Antonius Surgens de Neap. illuſtr. cap. fin. nu. 25. fol. 302.* olim per Regem Catholicū fuerat introductum nouum officium Conſeruatoris Generalis in perſonam Io. Baptiſtæ Spinelli dum in Hiſpaniam iuit, vt ſupra diximus *verſ. 2. obſeru. 2. nu. 37. fol. 49.* ſed inde Rex venit Neapolim 1. Nouembris 1506. & officium hoc omnibus exoſum, tamquam nouum, videns, illud expulit, vt refert *Hieronymus Zorida in Hiſtorijs tom. 6. de las empreſas, y ligas de Italia. lib. 9. c. 26.*
353 Præſumitur Theſaurarius effectus diues
de bonis Fiſci, *l. defenſionis. in verb. concordat. C. de iure fiſc. lib. 10.* & ibi *Alex. in addit.* & ideò prohibitum eſt ei mercari, *Lanar. in conſ. 93.* vbi an ſit crimen peculatus vti pecunia publica. Et ſic etiam nec poteſt
355 pecuniam fiſcalem mutuo dare ſub pœna
quatrupli, *l. 1. & 2. C. de his, qui ex publica ratione mutuam pecuniam acceperunt, Reg. de Ponte in tract. de poteſtate Proregis. in tit. de regal. impoſit. §. 3. num. 1. & ſeq. pag. 166. & in ſua deciſ. 7. & prag. 1. de off. Quaſtoris*, qua ſancitur ſpecies pecuniarum debere notari, quod per prius erat diſpoſitum in *l. fin. C. de ſuſcept. Prapoſitis, & Arcbiarijs. lib. 10.* Quo vero ad prohibitionem mutuandi pecuniam Regiam, multa videre poteris per *Regentem de Ponte in ſuis deciſ. 7. 16. & 21.* quas fecit contra Dohanerium Fogæ.
356 Tempore vero Imperatoris Frederici le-
gimus ordinatum, Theſaurum debere conſeruari in Caſtro Sancti Saluatoris, hodie dicti *dell'Ouo*, treſque deſtinauit perſonas pro cuſtodia, ſcilicet *Angelum della Marra, Marinum de Valle, ac Ephremum della Porta*, vt in *ſcriptura de anno 1229. in regiſtro fol. 23.*

Theſaurarius à Scriba Rationis præceditur, vt ſupra hic *nu.* 334. ſed ipſe Decanum Regiæ Cameræ præcedit, quando in Camera Summariæ ſedet, vel in Collaterali, in quo ipſe ſellam habet, & Decanus Cameræ ſcabellum.

Quo vero ad actiones tām ciuiles, quàm criminales contra ipſum intentandæ coram Iudice Ordinario deciduntur, *l. 2. C. de pri-*
357 *mipilo. lib. 12.* vbi *gloſ.* quia Officialis non
dicitur, nec appellatione Officialium venit, vt infra videre poteris, dum fuit petitum à Theſanrario Prouinciali gaudere Regio generali Indulto, in qua cauſa infraſcripta ponderabam.
358 Solent Reges in publicis lętitijs
quietem vniuerſalem Populis concedere, vt ſacra Pagina docet *Eſther. 2. nu. 15.* Quod

ada

adamosim obseruauerunt, & obseruant Re-
ges nostri pijssimi tàm in nuptijs, quàm in
natiuitate Primogenitorum, sicuti Inuictis-
simus Rex noster Philippus Quartus statuit
ob nimiam ab ipso, & à subditis expectatã,
ac optatam natiuitatem *hodierni Principis
Hispaniarum Ducis Calabriæ Baldaxaris
Caroli Dominici in prima Octobris* 1629.
ob gam enim quietem, pacem, ac Indultum
generale vasalis tribuit; Omnes enim, qui
ea indigent hilari animo amplectantur, pro-
ut ad præsens gaudere intẽdit Thesaurarius
Prouincialis Calabriæ Citra inquisitus (li-
cet nulliter, ac leuissime) de aliquibus præ-
tensis excessibus in officio suæ Administra-
tionis. Nulla habita ratione de prætensis per
Fiscum, quod inquisitus ipse in gratia ista
non sit comprehensus, stante clausula, ibi,
præter eos, qui in eorum officijs deliquerint.
Nostrum ergo erit probare, de hoc Officio
Thesaurarij, seù Perceptoris exceptionem
ipsam non loqui, quia Exequutores tantum
sunt ad debitores per Regiam Cameram
assignatos compellendum: sed tantum de
Officialibus ad Iustitiam administrandam
constitutis debere intelligi.

Et circumscriptis regulis illis, quod in
pœnalibus, & statutis strictissime proceditur
nec de casu ad casum, aut de re ad rem fit
extensio: & in gratijs, & fauoribus istis præ-
sertim motu proprio concessis, latissima fit
359 interpetratio, *l. beneficium, & l. fin. ff. de
constit. Princ.* vbi *Angel. & alij*, ac Doctores
omnes, qui Pragmaticas abolitionum sunt
interpetrati, tamquam DD. Iudicantibus
bene notis, & meritò prætereundum erit.

360 Verba enim in gratia ista sunt proprie
intelligenda, hinc est, quod in exceptione
criminis lesæ Maiestatis, de proprio crimi-
ne, & in proprio significatu sunt intelligen-
da, & non de illo, quod in puris finibus co-
gitationis persisteret, *Petrus Foller. in in-
terpetr. prag. 5. de abolitio.* relata per *D. Ro-
uitum in eadem prag. 5. num.* 21. & 22. quo
etiam loci subdit, in tantum hoc esse verum,
quod si in indultu exciperetur falsæ monetæ
crimen, de moneta aurea, vel argentea, &
non de ęnea intelligi deberet, vt etiam pro-
batur infra *vers. 5. obseruat. 3. nu. 9.* quia in
odiosis gratia non comprehendit vilissima,
generosus enim, & excelsus prædas viles
negligit. Idemque dicitur de assassinio, quia
si illud excludit, de consumato, & vero, ac
proprio, & non aliter, est intelligendum, vt
ibidem *nu.* 25. similiterq; est in exclusis, si
contra ministros Regios deliquerint, quia
de ministris iustitiæ offensis intelligitur, &
non de alijs, vt ibidem *nu.* 26. & 34. *in fine*.

361 Et tandem in *nu.* 39. explicando verba
ista in Indulto, *præter eos, qui in officio de-
liquerint*; affirmat debere intelligi de mini-
stris Iustitiæ, qui iudicant.

Sed Thesaurarius etiam maior Regni ap-
pellatione Officialium non venit, quia est
Quæstor tantum, nilque aliud facit, quam
362 pecuniam conseruare, & Minister pecu-
niarius tantum vocatur, vt in terminis te-
nuerunt *Camill. de Medic. in cons. 150. nu.
16. & 27. Ioan. Franc. de Ponte in cons. 49.
num. 54. & 59. vol. 1. & Lanar. in cons.* 41.
num. 15. 16. & 17. qui omnes concludunt
Thesaurarium nullam habere iurisdictionẽ.
Et ita punctualiter tenet, ac decisum refert
*Mastrill. in tract. de indultu. cap. 36. nu. 20.
& in cap. 40. num. 5.* affirmans, Indultum
ipsum non excludere Officiales absque iu-
risdictione, prout sunt Actuarius, & Thesau-
rarius, qui iurisdictionem non habent, nec
Iudices esse possunt in locis exactionum, *§.
ac cum de Vrbibus. in auth. de public. trib.
expediem. constl. 128. secundũ lecturã Alexan-
dri*, & quæ ad Actuarium, ac est *decis. Vinc. de
Frãch. 407. nu. 5. et Gizzar. dec.* 24. Officialiũ
enim appellatio largè, & strictè accipitur,
largè de omnibus intelligitur etiã de Actua-
rijs, & seruientibus Curiæ, *Afflict. in tit. quæ
sint regal. vers. potestas. num. 8. & Carau. in
ritu 49. nu. 27. post Innocent. in cap. dilectus.
de pœnis*. Strictè autem intelligitur de Offi-
cialibus ad iustitiam tantum per supra alle-
gata, & ratio facit, quoniam Officiales isti
ad iustitiam iurant rectè iudicare, sique cõ-
trafecerint, graue est peccatum, tum quia
deierant, partes enim Dei faciunt in iudicã-
do, quo casu si turpe iudicant, sacrilegium
in Deum committunt, & merito Rex noster
ipsos tamquam indignos, & fallaces à sua
gratia in hoc Indultu excludit. Quæ ad Mi-
nistros pecuniarios adaptari non possunt,
dum iurisdictionem non exercent, nec iudi-
cant, & in casu nostro, nec iurant: sed tan-
tum eis datur nota debitorum per Regiam
Cameram ad illos exigendos, & compellen-
dos, si retinentes fuerint, prout quilibet me-
rus Exequtor facere solet, & in hoc actu iu-
risdictionem exerceri non potest dici, sed
tantum ministerium adhibere, & operare,
vt Fisci debitores soluant.

Et quod isti Thesaurarij iurisdictionem
non habeant, vltra iuris præsumptionem,
quæ iurisdictionem non præsumit, vt in *con-
stitut. Regni. Ea quæ ad decus*. Transfertq;
in Fiscum onus probandi ad demonstrandũ
istos iurisdictionem habere; Probatur ex-
pressè in *cap. 12. Cæsareæ Maiestatis, in
Priuilegijs, & Capitulis Neapolis. pag.* 104.

alter.

ater. & 105. confirmatum in alio *cap.4.pag. 128. ibidem*, in ſpecificè declaratur, Officia in quibus iuriſdictio, aut coertio inſunt, vendi nullatenus poſſe, ſed Officium hoc Theſaurarij venditur, vt eſt notum. Ergo & vltra, quod ſupradicti DD. de *Medicis*, *de Ponte*, *& Lanarius in locis citatis* ita firmauerunt *D. de Ponte in d. conſ. 49. num. 63*, ait, *quod vnquam Fiſcus fundabit Theſaurarium habere iuriſdictionem*; quinimo in principio teſtatur, Theſaurarium Generalē in viſitatione generali inquiſitum, quod vti Officialis bona Regij Fiſci emerat, fuiſſe liberatum, ex quo in Officialium numero non comprehendebatur, nec de Iure commoni, nec de Iure Regni. De Iure commoni probatur in *d. §. qui vero. in auth. de public. trib. exped. conſt. 128. ſecundū lect. Aloandri.* De Iure Regni, *in cap. Regni, Officiales omnes. ſub rub. quod Officiales omnes.* cōnumerantur omnes Officiales, & non videtur cōnumeratus Theſaurarius, & ſcripturæ ordo attendendus eſt, *l. 1. de albo ſcrib. in tit. de officio Quæſtoris.* In Pragmaticis noſtris nulla videtur iuriſdictio conceſſa Theſaurario, imo in *pragmat. 13. eiuſdem tit.* declaratur, quod ex quo pro exercitio ſuo gaudet ſalario Regiæ Curiæ, ideo ſolutiones illicitas nō recipiat, & indebitè exactum reſtituat, & illum ſub alijs pœnis, ſub quibus Officiales iuſtitiæ ſubmittuntur, non ſubmittit. In alio titulo, in *pragmat. de Quæſtore generale*, nec etiam iuriſdictio aliqua Theſaurario communicata perſpicitur. Nec in inſtructionibus ei per Regiam Cameram datis, iuriſdictio aliqua communicata videtur, nec iuramentum ei datur, ſed ſolummodo in illis ſe ſubſcribit. Imo quod Officialium numero non comprehendatur Theſaurarius liquido apparet, quoniā de Ordine D. Proregis inquiſitio hæc eſt facta, & tamen eſt notū, quod *ordine Suæ Maieſtatis 8. Auguſti* 1618. Officiales abſque expreſſo Regis mandato inquiri non poſſunt. Nec dicatur ordinem prædictum, ad hunc non extendi, quia etiam ad Rationales Regiæ Cameræ, & Aduocatū pauperum Mag. Cur. Vic. fuit extenſus, vt notum eſt, & in caſu noſtro eſt clarum, remiſſionē partis non requiri, quoniam vltra quod querelę non adſunt, & ex officio fuit proceſſum: Partis remiſſio non requiritur, quando offenſiones perſonales non adſunt, *D. Rouitus in prag. 11. num. 19. 20. 43. & 52. de abolitio.* nec etiam in conſideratione poterit euenire, quod ex hoc exemplo Regia generalis Viſitatio ad præſens contra Officiales vigens lęderetur: quoniam quæ de nouo emergunt, nouo indigēt auxilio, Regia enim viſitatio fuit longe ante hanc nouam, & optatam lętitiam: quam Generalem Dominus Rex facit, & de Regia viſita nullam expreſſionem habet, ſiq; volębat, bene ſciebat, non fuit expreſſum, ergo.

His tamen non obſtantibus, facta relatione in Regia Iuncta, coram Illuſtriſſ. D. Don Franciſco Antonio de Alarcon Viſitatore Generale Regni, qui in iunctis nō votat, ſed aſſiſtit tantum per D. Conſiliariū Io. Franciſcum Sanfelicium Commiſſarium cum DD. Adiunctis, fuit prouiſum, quod non gaudeat. Fuit in cauſa Regij Fiſci, contra Theſaurariū Calabriæ Citra, in Bāca de Rogerio Actuario in Regia Camera Summariæ.

Excluſio prædita forſitan proceſſit, ex euidenti læſione Regiæ viſitationi eueniendæ, interpetrando mentem comprehenſiuam Suæ Maieſtatis fuiſſe, Regiæ viſitationi prædictæ nolle lędere. Sed vere interpetratio iſta ad Regem, vel ad eius D. Proregem, & Collaterale Concilium ſpectabat, ex notatis infra *verſ. 7. obſeruat. 3. nu. 26.* Ambigua ſunt Fata cauſarum, & vt plurimum quod capita, imo quot capilli, tot ſententiæ, ſicuti late perpendit *Regens de Ponte in deciſ. fin. in fine*, vbi quod ſentētia connumeratur inter caſus fortuitos: etenim alio tempore aliter iudicatū refert idem de *Ponte in d. conſ. 49. in princ.*

TRIBVNAL XXIII.

MAGISTRI GENERALIS CAMPI.

Magiſtri Generalis Campi, ſeù Auditoris Generalis exercitus adeſt Tribunal, &
363 cognoſcit in omnes Milites Hiſpanos, ſtipendiarios, & illos dictos *Piazze morte*, & Capitaneos, ac Signiferos etiam Italos, *l. 1. & 2. C. de officio Magiſtri militum, & l. 1. C. de exibend. reis*, ac etiam 50. Continuos Regi aſſignatos, qui prouiſionē habent duc. 200. annuorum, *cap. 23. Maieſtatis Cæſareæ in Priuileg. & Capit. Neap. pag. 90. ater.* de que eis facit mentionem, *text. in §. 1. in auth. de Prætore Lycoaniæ. conſt. 25. verſ. denique*, non obſtante quod *Frecc. in lib. 3. de ſubfeud. in 1. different. inter feuda titulata, & alia. nu. 21. circa fin. pag. 411.* aſſerat de eorum origine, & quomodo inſtituti fuerint in Regno non habere notitiam. *In pragm. edita per D. Comitem de Lemos 12. Octobris 1614. confirmata per D. Cardinalem Zapatam 3. Ianuarij 1622.* alios caſus circa cognitionem huius Tribunalis perquire, licet in *§. volumus autem. in authen. vt Iudic. ſine quoquo ſuffragio.* diſponatur, vt milites

in

in fiscalibus, & criminalibus causis Ordinario Iudici Prouinciæ subeant. Quo vero ad cognitiones militum, & excessus ipsorum in Rundis, aut de disciplina, & deficientia in Corpore Guardiæ, & alia requisita, Iudex iste recurrat ad politissimum, *Bonadillã in politica tom. 2. lib. 4. cap. 2. per totum*, vbi plura perpendere poterit.

A decretis istius Tribunalis ad D. Proregem appellatur, qui appellationes committit diuersis Ministris, vt sibi videbitur, & quandoque in Collaterali Consilio mandatur relationem fieri per eundem Auditorẽ, vt per *D. Constantium in l. vnic. C. de classicis. lib. 11. nu. 95. pag.* 195. Quid obseruari facere debeat Auditor Generalis Exercitus, quando de loco ad locum Exercitus transit, habemus in *§. 1. in auth. de transitu militum constit.* 129. vbi quomodo concussiones puniat, deciditur.

364 Cognoscit etiam omnes de Palatio Proregis, vt in dictis *pragmat.* & per *Vincent. de Franch. in decis. 458. num. 5. & Castill. in decis.* 171. vbi quid si in Palatio alapam dederit; tu autem vide 2. *Paralipom. cap. 18. num.* 23. vbi quod alapa data coram Rege, non fuit punita, alia vero concernentia hãc materiam vide infra *vers. 7. obseru. 3. nu. 29.* cognitio autem in Palatio procedit præuia notitia data Architrelino, seu Præfecto Regij Palatij, (de cuius officij potestate vide per *Lancellot. Conrad. in lib. 1. de Imperatore. §. 4. sub tit. de obligat. Imperatoris. fol. 88. ater.*) per prius enim cognoscebat Magnus Siniscalcus, qui Comes, & Magister officiorum vocabatur de Iure Codicis, *l. 3. C. de præposit. sacr. cubic. lib.* 12. & est vnus ex septem officijs Regni, licet recesserit ab Aula, vt declarat *Freccia in lib. 1. de subfeud. sub tit. de offic. magni Siniscalchi. fol. 46. & Vincent. de Franch. in decis. 458. in fine, & de Ponte in consil. 82. vol.* 2. vbi quod magnus Siniscalcus à magno Cancellario præceditur: & quoniam Cantores Cappellæ Regiæ sunt de familia Regij Palatij, belli foro gaudent, *Castill. decis. 142. vol. 2.* At D. Cappellano Maiori subsunt, vt supra in *Tribunali D. Cappellani Maioris diximus.*

365 Sed quoad excubias Alemanas, cognitio est eius Capitanei, vt in *d. pragmat. 12. Octobris* 1614. *cap.* 5. qui vere appellatur Protector, ex quo armatus coram Principe assistit, vt per *glos. in tit. C. de domesticis, & Protectoribus. lib.* 12. habetq; potestatem, vt in *l. 1. eodem titulo.* ac spectabilis vocatur, *l. 2. eodem*, & si infra annum decesserit, eius hæres habebit integrum salarium, *d. l. 1. cum glos.* Custodia ista Alemanica, seu Germanorum antiquissima est apud Principes, & ex experientijs multis fidelissima: verum
366 ante eam antiquior fuit Custodia Hispanorum penès personam Iulij Cæsaris Augusti, vt probat *Ioannes Redin. in tract. de maiestate Principis. in verbo non armis. nu. 16. & 17. qui est in tractatibus tom. 16. pag. 148. & Bouadill. in polit. tom. 2. lib. 4. cap. 2. num. 16. pag.* 431.

367 Delinquentes à Palatio nõ possunt extrahi, ad tradita per *Regentem Constantium in l. vnic. C. de palatijs, & domibus dominicis lib. 11. num. 41. pag.* 243. & vide infra *vers. 3. obseru. 4. num.* 210. sed limita quando essent proditores: tale enim delictum est alienum ab omni facie Principum, & in Curia Principis stare non potest, *Bal. in cap. 1. num. 2. an ille, qui interfecit fratr. dom. sui, l. sed & miles. §. sed ignominia missi. ff. de excusat. tutor.* Et in delinquẽtes in Palatio, vel alios offendẽtes in eo, proprius Iudex est Auditor Campi, secundum *Constantium ibidem nu. 15. & 16. & Frecc. de subfeud. in lib. 1. de officio magni Senescalli, & Cassan. in catal. gloria mundi. par. 1. consider. 24. num.* 125. verum in D. Proregis electione erit alteri causas prædictas committere, vt de anno 1628. euenit in quadã causa, quã silere licet.

368 Regij Palatij Cameram ingredi quis non potest sine licentia Proregis, *glos. in l. 1. C. de honoratorum vehiculis. lib.* 11. per quam ita dixit *Regens de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. de electio. offic. §. 4. sub num. 30. pag.* 134. Verum Doctores ingredi posse, probat *Paris de syndic. in verb. notorium Iudici. nu. 13. & text. in l. vltim. C. de officio diuer. Iudic.* his verbis. *Sciant Principes, & Cornicularij, & Primates officiorũ, & Iudices etiã ternas libras auri à suis facultatibus eruendas, si honoratis viris (quibus etiam Concistorium nostrum ingrediendi facultas præbetur) Secretarij Iudicum nõ patuerint ingressus, aut reuerentia non fuerit in salutione delata, aut sedendi cũ Iudice societas denegata.*

369 Palatia enim ad regendam iustitiam, vel pro habitatione Principis constituta, inter Regalia connumerantur, *Andr. in cap. 1. quæ sint regalia. in verb. palatia.* sique in Ciuitate Palatia publica, vel consueta existunt, possunt Iudices ad habitandum vendicare, *l. 1. C. de palatijs, & domibus dominicis. lib.* 11. nota tamen, quod si ad Palatium Regiũ essent conducta bona ex præda nauigij capta, transiunt cum onere suo, *l. 1. C. de prædijs. lib.* 11. quoniam Regia domus nec etiã est immunis ab excoctione panis militaris annonæ, *l. 2. C. de excoctione, & translatione militarium annonarum. lib.* 12. sicuti nec

excu-

excufaretur ab angarijs,& perangarijs tem-
pore expeditionis, *l.nullos.21.C.de curfu pu-
blico.lib.*12. vide alia de Palatio Regio infra
*verf.3.obferu.4.nu.231.et verf.7.obfer.3.nu.
38.& feq.*

TRIBVNAL XXIV.

TERTII HISPANI.

ADeft iurifdictio, feu Tribunal Tertij Hi-
fpani, cuius Auditor cognofcit de cunctis
370 caufis ciuilibus, & criminalibus inter Hi-
fpanos Tertij refidentis in Ciuitate Neapo-
lis, à cuius decretis appellatur ad Tribunal
Auditoris Generalis.
371 Hifpani omnes Neapoli habitantes gau-
dent priuilegio Neapolitanorum,vt aduertit
Carauita in ritu 301. *num.* 22. omnis enim
qui in Ciuitate eft ftipendia merens, Ciuis
dicitur, *l.municeps.la feconda, in verf.fin.ff.
ad municipal.*fed *Soccin.in rub.de foro com-
pet. num.*69. intelligit,quoad negotium mi-
litare tantum, & quoad forum tantum, dicit
Iacobinus in l.Collegium. C.de hered. inftit.
& facit *text.in l.origine. C. de municip.* hinc
eft,quod Milites tam Hifpani, quam Itali ad
funtiones fifcales tenentur pro bonis, quæ
poffident, *cap.* 25. *Regis Cathol. in priuileg.
& capit. Neap.fol.*60. Ciuis enim fit, fecun-
dum *l.ciuem. C.de incolis.lib.*10. origine, al-
lectione,manumiffione, adoptione,& fecun-
dum *Lucam de Penna ibi*, re generatione,
fed ex *pragmat. Regis Ferdinandi Primi*,
cum vxore Neapolitana,& domo propria,
quoad hanc Ciuitatem Neapolis, & extra
hos cafus, dicitur incola, & non ciuis,& vide
372 fupra in hac *obfer.nu.*269.*& nu.*8.Priuile-
gia Militum Hifpanorum funt in toto titulo
*C.de re militari.lib.*12.vbi in *l.*5.habes,quod
miles defertor, & reftitutus non habebit fti-
pendia.Sed miles licentiatus à Tribuno,non
ad alios vadat,fed ad Regem, *l.nemo.*13.*eod.
tit.* Militia fimplex non eft dignitas, *Glof.in
l.*1. *C.de Equeftr.dignit.lib.*12.quinimo mi-
litantes funt fub poteftate Patris, *l.*3. *C.de
Caftrenf.pecul.lib.*12.& à mercimonijs,quæ-
ftu animalium,& cultu agrorum debent ab-
ftinere, *l.milites.*15. *C. de re militar. lib.*12.
nec in fraudẽ funtionum fifcalium licet mi-
litare, *l.*2.*C.qui milit.non poff. lib.*2.

TRIBVNAL XXV.

CASTRORVM.

ADfunt Tribunalia in tribus Caftris exiftẽ-
tibus in hac Ciuitate Neapolis, videlicet
373 Caftri noui, Sancti Erafmi, & Sancti Salua-
toris, alias dell'Ouo: & in quolibet ex dictis
Caftris adeft vnus Auditor à Caftellano ele-
ctus cum fuo Actuario, & Curiæ Coadiutore
habenteq; iurifdictionem fuper Caftrẽfianis,
ideft habitantibus in Caftris, & fuper filijs,
& vxoribus eorum,præter tributa, & delicta
commiffa, *l.fin.& toto titulo. C.de Caftren-
fianis. lib.* 12. & ab iftorum Auditorum de-
cretis appellabatur ad D.Proregem, qui ap-
pellationes diuerfis Miniftris committebat,
vt per *Vincent.de Franch. in decif.* 458. *in
fin.* fed inde ex *Pragmatica D. Comitis de
Lemos* 12.*Octobris* 1614. fuit prouifum, ap-
pellationes prædictas reuideri per Audito-
374 rem generalẽ Exercitus, nifi aliter in pri-
uilegio eorum effet prouifum,vt in *num.* 12.
ibidem, quod fuit confirmatum per *pragm.
D. Cardinalis Zappata* 21.*Ianuarij* 1622.&
375 Iudex Caftri noui cognofcit etiã in Turre
Sancti Vincentij.

Caftellani funt depofitarij, nilq; aliud co-
gitare debent, nifi quod Princeps eis confi-
dit, reddere,vt per *Herodot. lib.*6. & merito
tam ipfi, quam eorum Auditores extra Ca-
ftra prædicta iurifdictionem non exerceant,
376 nec arma deferre poffunt, vt in *cap. Regni.
quod Caftellani,& in conft. Regni. Caftella-
nus.* nifi in cafibus fibi permiffis,qui quomo-
do procedant, habes in *conft.Regni.Culpa
non immerito*. & fimiliter intus Arces, nec
ipfi, nec eorum milites concubinas introdu-
cere poffunt,vt in *cap.Regni.Caftellanus, &
Vincent. de Franch. in decif.*458. difputat
articulum, quoad Priuilegiũ Caftellani Ca-
ftri noui, & fi extra Caftrum habet iurifdi-
ctionem,tu autẽ aduerte, quod Caftellanus
Caftri noui habet iurifdictionem quoufque
ex Caftro patet afpectus.
377 Subfunt etiam Caftellani iurifdictioni D.
Proregis, *l.viros.*8. *C.de diuerf.officialib.lib.*
12. & diximus fupra *verf.*2.*obferu.*2. *nu.*74.
& habes in *conft.Regni.Caftellanis*, & olim
Caftellanus D. Frãcifcus de Ghiuara in Ca-
ftro Ifchiæ ordine D. Proregis fuit inquifitus
ob venditionem frumenti veteris exiftentis
in Caftro prædicto, & loco veteris venditi
non pofuit nouum,vt habes in quadam *decif.
Regentis Reuertera.*16. verum fi contra eos
grauis effet imponenda pœna, Rex eft con-
fulendus ex particulari ordine Suæ Maiefta-
tis, relato per *D.Regentem Tapiam in decif.
fupremi Concilij.*13. in qua refertur caufa
Caftellani Manfredoniæ occafione Claffis
378 Turcarum, quæ illud cępit de menfe Iulij
1620.vt ibidem. Præcedente prætermiffione
eius Caftellani Hifpani, non obftante præ-
cepto politico, quod Gubernator Caftri

absque extrema, & euidentissima vi, Castrũ reddere non debet. Sed optimi Gubernantis officium est, non solum resistendi, sed cedẽdi, prudenterq; tempora prospicere, *Polyb. lib.* 3. quia nulla fortior necessitas, quam impotentia, *Basil. de perenet.* & similiter est aduertendum Castellanos venire appellatione Officialium, legibusq; Regni subiacere quo ad mercaturas non faciendas, *D. Rouitus in cons.* 92. *col.* 2. & tandem nota, quod isti Castellani tempore nocturno debent custodias dupplicare expensis Domini, *Polidor. Ripa in tract. de nocturno tempore. cap.* 75. *nu.* 13. *& seq.* alias nimis confidens incautus est *Ioseph lib.* 1. *cap.* 24. *de Bello Iudaico.* Aduertas tamen, quod Castellanus non potest esse & Gubernator in eadem Terra, seu Ciuitate, *cap.* 46. *Regni Catholici. in priuil. & capit. Neap. fol.* 59.

TRIBVNAL XXVI.

REGIAE RATIAE.

ADest etiam iurisdictio, seu Tribunal Regię Ratiæ, vulgo dictæ Caualleritiæ, cum suo
379 Auditore, & Actuario, à cuius decretis appellatur ad Regiam Cameram, & caput ipsius est Equitator maior (vocatus Comes sacri stabuli in *l.* 1. *C. de Comitibus, & Tribunis. lib.* 12. & dignitatem habebat, vt ibidem) qui in propria Domo cum iurisdictione ciuili, & criminali, ac mixta, super Officialibus Regalis Ratiæ tàm Neapoli, quàm in Apulea, vel in Mazzono, (& olim in Calabria, sed in anno 1600. in circa fuit ibi sublata, sub prætextu, quod Regiæ Curiæ erat damnosa, sed inde experientia rerum magistra docuit, & docet, quod nimis expediens erat Regi illam detinere) vel alibi residentibus.

380 Regis equos, vel equas subtrahens ex Regia Ratia, punitur in libra auri, nisi sponte eos optulerit (nimis enim operatur spontanea oblatio, vt infra *vers.* 12. *obser.* 1. *nu.* 154) sique priuatos equos subtraxerit, puniatur in sex vncijs aureis, *l.* 1. *C. de grege dominico. lib.* 11. ex quo *text.* etiam nota ibi, *propositis edictis sublimis magnificentia tua*, officij huius grauitatem vt supra.

TRIBVNAL XXVII.

VENATIONIS.

ADest etiam Tribunal, seu iurisdictio Venationis cum suo Auditore, & Actuario, cuius caput patrio sermone vocatur Monterios maior, qui Venatoribus licentias concedit, quarum vigore arma gerere possunt per totum Regnum, & Circa hanc materiã vide *l.* 1. *C. de venatione ferarum. & Auendan. in fine sui operis de exequen. mandat. Regum. & in foro Aragonum in capit. editis per Carolum Quintum in anno* 1527. testa-
382 tur, quod Venationis vsus nimis necessarius est pro implicandis nobilibus in eo, & ideo prohibet modum venandi, vt ibidem notat tamen *Afflict. in constit. Regni. Scire volumus. num.* 9. quod Rex venationem non potest prohibere, nisi in demanio, aut defensa sua, quia ita & quilibet priuatus facere posset. Venationes sunt Principibus occasiones exercendi stratagemma, & actiones, & ideo insequendę: est enim venatio veritissima rerum bellicarum meditatio, & signanter venatio Leonum, vel Ferarum, quæ licita est, quod procedit etiam si Leones mansueti pro derelictis essent, *l. vnic. C. de venat. ferarum. lib.* 11. vbi *glos.* sed aduerte, quod venator ab vllis muneribus excusator, *l. venatores. C. de excusation. munerum. lib.* 10. vbi *glos.* subdit, *nullum venatorem legimus esse sanctum*, sed vide de S. Iuliano, an venator fuerit; Venatio militiæ comparator, & Alexãder Magnus venationibus delectatus fuit, sicuti & omnes Principes, *And. Gayll. pract. obseruat. lib.* 2. *obseruat.* 67.

TRIBVNAL XXVIII.

ARSENALIS.

ADest iurisdictio, seu Tribunal Arsenalis cognoscens subditos exercentes artem
383 in Arsenali prædicto, & dicitur Ars naualis, ex quo in eo Naues fiunt; Regiturq; alternis annis secundum diuisionem negotiorum à D. Locumtenente Regiæ Cameræ faciendam ab vno ex Dominis Præsidentibus Regiæ Cameræ, cum iurisdictione ciuili, & criminali, & ab eius decretis ad Regiam Cameram appellatur, & quoniam adest *prag. edita à Carolo Quinto in anno* 1536. *quæ est* 1. *de incisione arborum.* qua cautum est,
384 vt arbores aptæ pro seruitio triremium existẽtes per 30. milliaria circa Neapolim, non incidantur à radicibus, nisi in ramis sub pœna vnciarũ 100. nisi ex aliqua iusta causa, vel ex licentia Proregis: crederem, ad hanc iurisdictionem pertinere talem curã, deque arborum incisione vide *l.* 1. *C. de cupressis, & luco dempni. lib.* 11. de intellectu cuius perquire *Cæsar. à Costa lib.* 1. *variar. ambiguit. lib.* 1. *cap.* 5. vbi multa curiosa habes, & cupressorum incisionem prohiberi, quia non

ecui-

reuiuiſcunt,& ideo arbor hęc meſta,& ſepulchralis eſt,ſecundum *Plin.* Hæc quo ad Tribunalia Militiæ notanda fore credidimus.

A paucis vero hinc annis noua fuit introducta iuriſdictio circa Militiam, ideſt illa ſuper quatuor Comitiuis Equitatus leuis armaturæ, & denominatur Generalis Equitatus Extraordinarij: à principio eius Auditor Togam geſtabat,ſed inde non fuit ſeruatum, nec obſeruatur. Et quia noua officia in Regno non ſunt introducenda tum ex diſpoſitione Iuris,quam etiam ex diſpoſitione Regis Catholici, vt alias diximus, & merito de facili officium hoc erit abolendum, ideo in numero aliorum Tribunalium prętermittitur.

TRIBVNAL XXIX.

SECRETARII REGNI.

ADeſt iuriſdictio Spectab. Secretarij Regni ſuper ſex Scribis à mandatis (qui poſſunt
385 etiam vocari Scriptores,Notarij, libellenſes, memoriales, pragmaticales, epiſtolares, & exceptores, vt in *rub.C.de tabularijs, lib.* 10.) ac ſuper quatuor Cancellarijs, & ſex Scribis Regiſtrorum, & ſigilli,ac ſuper alijs, vt notabimus infra in *verſ.7.obſeru.3.nu.14.* & habetur in *pragmat.ſub tit. de offic. Secretarij, & de his, qua in Regia Cãcellaria &c.* & pro hac iuriſdictione vide *l.1. C.de officio Comit. ſacr. largit.* Diciturq; officium Quæſtoris, ſecundum *l.1.in fine. de offic. Quæſtoris.* ibi, *qui epiſtolas eius in Senatu legunt.* Secretarius iſte primum ſeruare oportet ea, à quo nomen ſumpſit ideſt ſecretum,*pragm. 2.de officio Secretarij.* vbi ſubdit, *quod Secretarij integritas probitaſq; ſumma eſſe debet, ſummaq; ope niti debet, vt cuncta in eo fideliter, incorrupta comiter, & demum rite rectéque gerantur, vt negotiatores celeriter expediantur,& benigne tractentur.*tenereq; debet prouiſiones factas, ſecundum *Luc. de de Penna in l. fin. C. de petit. bonor. ſublat. lib.*10. vbi quod eſt ſimilis Locothetę Regni D.Secretarius præceditur à Scriba Rationũ, & à Theſaurario,& à Regente M.C.V.vt notat *Mutius Surgens in addit. ad Marcum Antonium Surgentem eius fratrem in tract. de Neap. illuſtr. fol.*446. reliqua de eo vide infra *verſ.7. obſeru.3.nu.14.* & per *Luc.de Pen. in rub.C.de Præpoſ.ſacri cubic.lib.*11.& per *Frec.in lib.3.de ſubſeud.in 1.differ.feud. regal.& aliorum.nu.*21. *fol.*431.vbi quomodo ſedeat in Collaterali,& quomodo eſſe debeat, habetur, & in *pragmat. ſub tit. de offic. Secretarij.* multa habes.datur ei titulus Spectabilis,ex quo ſpectat.i.videt ea,quę ab alijs fiunt: alijs vero facientibus, vt ſunt capita Tribunaliũ, & DD. Regentes vocantur Circumſpecti, ex quo conſiderant,quæ circumſtant, *D.Thom.2.2,q.49.art.7.* ſed *Bouadill. in polit.tom.1.lib.1.cap.9.nu.15.pag.135.* declarat titulos iſtos poſt *Io. Plat. in l.2. C.de Comit.rei milit.lib.*12.& *in l.1.C.de Comit. qui Prouinc. regunt. eod. lib.* aſſerens,nimiũ Illuſtrem vocari Conſulem,Illuſtrem Præfectum Prætorio, ſpectabiles vero vocat militares Miniſtros, vel Proconſulem, Rectores vero Prouinciæ Clariſſimos eſſe ait, alioſq; municipales Iudices infimos vocat, idemq; ait *Petr.Gregor.de ſyntagm.iuris.lib.47.cap. 22.nu.11. vſque ad finem.*

TRIBVNAL XXX.

CONSVLVM NATIONVM.

ADſunt Tribunalia, ſeu Iuriſdictiones Conſulum nationum exterarum, ideſt Cata-
386 lanorum, Ianuenſium, Florentinorum, Venetorum, Raguſeorum, Gallorum, & Liparentium,quę negotia ciuilia mercaturarũ, & maritimorum, cognoſcunt cum conſilio vnius Doctoris,à quibus appellatur ad S.C. vt per *D.de Franch.in deciſ.*723.& per gratiam conceſſam Ciuitati iſtæ,poteſt etiam ipſa Conſules tenere in qualibet parte, etiã extra Regnum, *cap.20.Regis Catholici, in priuileg.& capit.Neap.pag.63.ater.*

TRIBVNAL XXXI.

GABELLÆ VINI.

ADeſt,& Iuriſdictio Gabellæ vini, à duobus Arrendatoribus recta, cum cognitione ciuilium, & criminalium cauſarum ſuper
387 Cauponis, ſeu Albergatoribus, Tabernarijs, & Magazenerijs vini,quoad fraudes cõmiſſas in vendendis vinis, & ſuper differentijs inter ipſos quoad eandem materiam, & ſuperintendens ſolet eſſe vnus ex Præſidentibus Regiæ Cameræ, & à grauaminibus illius appellatur ad Regiã Cameram, Prædictaq; intellige de Gabella vini, quæ ſpectat ad Regiam Curiam, & non de Gabella vini vnius ducati pro qualibet vegete, iam impoſita in anno 1623. in circa, quæ eſt Ciuitatis Neapolis, & regitur per ſuum Delegatum, qui in his temporibus eſt Eruditiſſimus D.Regens Regiam Cancelleriam Scipio Rouitus.

TRIBVNAL XXXXII.

GABELLÆ LVDI.

Adest Iurisdictio Gabellæ ludi, cognoscens ciuiliter circa ludentes ad prohibitos lu-
388 dos pœnasq; in Bannis contentas exigit, & ab eius decretis appellatur ad Regiam Cameram, & per *pragmat. sub tit. de aleatoribus, & lusoribus.* multæ prouisiones tactæ sunt, Priuilegia huius Gabellæ referuntur à *Io. Francisco de Ponte in consil.* 31. *vol.* 2. & debitum ex causa ludi deberi, fuit decisum in anno 1571. *Anna in singul.* 108. sed contrarium tenet *M. Ant. de Amat. decis.* 87. tolerat enim Respublica ludos, & in superfluitate, & modo potest esse peccatum, *D. Thom.* 2.2. *quæst.* 168. *art.* 3. sed de Iure digestorum, ludus indistinctè est prohibitus, *l. fin. C. de relig. & sumpt. funer.* præter aliquos permissos, vt ibidem, & in *l. quibus rebus. ff. de alea lusu, & aleator.* lusores à testimonio repelluntur, *Auend. de exeq. mand. Reg. par.* 2. *cap.* 9. vbi multa de hac materia, & mutuata in ludo non debere restitui, dicit ibi in fine per *Gram. in decis.* 40. notatur enim in *consist. mores dissoluta. sub tit. de his, qui ludunt ad dados &c.* Eos, qui aleas, & dados tenent, vt eas prædictis ludentibus commodent inter infames haberi, ita vt nec ad testimonium, nec ad officium aliquod publicum admittantur.

TRIBVNAL XXXXIII.

CONSVLVM AVRI FABRORVM.

Adest iurisdictio Consulum auri Fabrorū, ciuiliter cognoscens in subditos eiusdem
389 Artis quoad fraudes, & pondera: imò per nundinas Regni possunt Commissarios trāsmittere pro cognitione prædicta, & à Rege Ferdinando I. in anno 1470. instituta fuit.

TRIBVNAL XXXIV.

DELLA IVDECHA.

Adest Iurisdictio Plateæ denominatæ della Iudecha, (ex quo in Platea prædicta Iudei habitabant ante eius expulsionem de anno 1540. vt alias diximus) cum quatuor Con-
390 sulibus: & eorum Iudex generalis solet esse vnus ex DD. Regijs Consiliarijs, qui cognoscit quoad bona subtracta, & incępit in anno 1589. olim etiam Porcarij habebant priuilegium, vt solummodo coram Vrbis Prætore, actiue, & passiue, litigarent, *l.* 1. *&* 2. *C. de Suarijs. lib.* 11.

TRIBVNAL XXXV.

D. CVRSORIS MAIORIS.

Adest etiam quædam Iurisdictio D. Cursoris Maioris, seù cursus publici, vel Generalis Tabellariorum Præfecti, super Procaccios, & alios circa hoc officium versantes:
391 de quo multa dicit *D. de Ponte in decis.* 28. *& in consil.* 135. *& seq. vol.* 2. & habemus in *tit. C. de cursu publico*, & per *Mut. Surgent. in addit. ad Marc. Ant. Surg. eius fratrem in tract. de Neap. illustr. pag.* 446. *& in §.* 1. *in auth. de Proconf. Cappadocia*, ibi, *Proconsul cursum publicum illæsum cōseruabit:* & alia multa per *D. Frecciam in lib.* 2. *de subfeud. in tit. quis dicatur Dux. nu.* 41. *pag.* 131. Cursus publici cura est DD. Regentiū, vt in *l.* 2. *C. de curios. & stationar. lib.* 12. & ideo sunt immunes à solutione portus literarum, vt ibidem, sicuti D. Proregi gratis debent euectio ad Regē, vel discessus ab eo, *l. euectionibus.* 6. *C. de cursu publico. lib.* 12. & & in alijs vt supra *vers.* 2. *obseru.* 2. *nu.* 82. *in fine.* Deque cura in equis mulionibus, sellis, via, & alijs concernentibus cursum publicū, vide per *Nic. Vigel. in lib.* 3. *digest. p.* 8. *per tot.*

Potest Correrius Maior arrestare currentes sine licentia, *l.* 4. *C. de cursu publico. lib.* 12. & prouidere ne currentes à recto itinere deuient. *l.* 5. *eod. tit.* sed non potest carcerare, vel litē contestare, *l. fin. C. de curiosis. lib.* 12.

Sunt & aliæ iurisdictiones in Ciuitate ista cum iunctis particularibus, in quibus cum delegatis procceditur, sed recensere parum expedit, quia in dies mutabiles sunt, vt DD. Proregibus expediens fore videbitur.

Quo vero ad Ecclesiastica Tribunalia.

TRIBVNAL XXXVI.

ARCHIEPISCOPATVS NEAP.

Archiepiscopatus adest Tribunal formatū, cuius caput est Reuerendiss. Vicarius pro
392 tempore cōstitutus ab Illustrissimis, & Reuerēdissimis DD. Archiepiscopis (prout hodie est D. Iacobus Terragnolus Beneuēranus oculatissimus, & eius prędecessor Illustriss. D. Aloysius Riccius Eques Neapolitanus, & inde ab Vrbano VIII. motu proprio Episcopus Viciequensis creatus) cū suo. n. Magistro
1 Actorū, & Scribis & sęcularibus, (qui subditi sūt eidē Tribunali quoad officiū) cōtra personas sęculares fideiubētes in dicto Tribunali inquisitis, exequi. n. facit cōtra ipsos pro promissionibus, & fideiussionibus incolatis, ac etiam

etiam cognoſcit contra illos, qui deponunt falſum in cauſis merè Eccleſiaſticis, ſecundum diſpoſitionem *l.nullum. C. de teſtib. et in cap.* 15. *&* 17. *in conſultatione* 40. *capitum Suæ Maieſtati facta in anno* 1572. ac etiam in cauſis mixti fori, vt infra *verſ.* 12. *obſeruat.*1. *nu.*9. *& ſeq.*

TRIBVNAL XXXVII.

D. NVNCII APOSTOLICI.

Tribunal quoque adeſt Reuerendiſſimi D. Nuncij Apoſtolici, ſeù Collectoris gene-
394 ralis in Regno Neapolis, cuius domus ad inſtar illarum Oratorum Regum debet eſſe immunis, ait enim *Cicero, quod nō modo inter ſociorum, ſed inter hoſtium tela,incolumis verſitur, in oratio.* 6. *in Verrem.* & iniuriæ eis factæ vendicantur, ita fecit Dauid. 1.*Paralipom.* 19. & Alexander (Tyro capta) ob iniuriam ſuis Legatis factam,nemini parcebat, *Q. Curtius lib.* 2. Pro huius Tribunalis euitandis erumnis,vide *cap.*27. *&* 28. *Caſa rea Maieſtatis in priu. & capit.Neap.p.*91. In hac autem tempeſtate mirificè, ac prudenter reperitur Nuncius Illoſtriſſ. & Reuerendiſſ. Nicolaus Enriquez Herrera Romanus, omnium virtutū genere ornatiſſimus, qui poſt plura pro ſancta Sede feliciter expleta munera,ad iſtud venit anno 1629.& ad maiora tendere ſe oſtendit.

TRIBVNAL XXXVIII.

REVERENDÆ FABRICÆ.

Tribūnal Reuerendæ Fabricæ eſt inceptū de anno 1540. cique deſtinari fuere Mini-
395 ſtri Regij pro cognitionibus primarum, ſecundarū,& tertiarum cauſarum: quinimo ſi aliquis ex his Miniſtris ad ſublimiorem gradum aſcenderet, puta Regentatus, aut Præſidentis S.C. vel Locumtenentis R. C. S. iſtam commiſſionem retinet, vt per *D. de Franch. in deeiſ.*445. *&* 565. Ciuitas iſta de anno 1540. pro tollendis vexationibus ex eius Commiſſarijs cauſatis, ſupplicauit S.E. pro interponendis eius partibus cum Sua Sanctitate pro extinguendo hoc Tribunali, vt in *priuil.& capit.Neap.fol.*138.*ater.*& D. Viecrex reſpōdit,quod ſe informabit,& partes ſuas interponebit apud Summum Pontificem,*vt ibidem*, nota tamen,quod ſi citati ab hoc Tribunali Auctores laudare voluerint, diſpenſatio per Suā Excellentiam eſſet impetranda, & de facili conceditur. Sique Teſtator aliquis in ſuo teſtamento diſponeret, nè Tribunal hoc in ſuis diſpoſitionibus ſe intromittat, prohibitio non tenet, *auth. licet. C. de Epiſc. & Cler.*

TRIBVNAL XXXIX.

MILIT. S. IO. HIEROSOLYMITANI.

Adeſt Tribunal Militiæ S.Ioannis Hieroſolymitani rectum à Priore Capuæ, qui cū
396 ſuo Cōſultore adminiſtrat iuriſdictionem ciuilem,& criminalem contra eius ſubditos, multa de hoc dicit *M. Ant. Surg. in tract.de Neap.illuſtr. cap.fin. nu.*32.*fol.*705. & in fauorem Equitum Regnicularum fuit in Parlamento generali ſupplicatum Imperatori Carolo V. vt ſuas interponeret partes ad hoc, vt beneficia Prioratus, & Baiulatus in Regno exiſtentes Regnicolis ipſis conferecentur,vt in *cap.*7.*pag.*135.*in priuileg.& capit.Neap.& in alio cap.*2.*pag.*160.

Adſunt etiam quamplurima Eccleſiarum iuriſdictiones; quarum Clerici, & alia perſona in eis degentes à ſuis ſuperioribus cognoſcuntur, & inter cæteras ſunt videlicet.

Eccleſia ſanctiſſimę Spineæ Coronæ Domini Noſtri Ieſu Chriſti in antiqua Platea Correggiarū (hodie vero Incoronatæ) à Regina Ioanna Prima fundata in anno 1373.&
397 mediante Bulla Summi Pontificis Gregorij XI. tradita Reuerendo Priori,& Venerab. Conuentui Monaſterij Sancti Martini ſupra Neapolim illibati Ordinis Cartuſienſis (qui de anno 1080. ſuæ Inſtitutionis Auctore
398 Diuo Brunone eius Fundatore,& Patriarcha, reformā vllam paſſus eſt, imo in maxima veneratione habetur in Eccleſia Dei, teſte *Diuo Antonino Florentino* relato à *Bozio in tractatu de vita, & ſtatu Heremitarum.nu.*4. & pręcęteris omnibus ordinibus Priuilegio fulget in Eccleſia Dei, vt videbis infra *verſ.*4. *obſeru.*5. *nu.*94. & habes in *extrauaganti vitam ambitioſa. de regul*) cum omnimoda iuriſdictione ſpirituali, ac temporali, ſubdendo: *Statuta, & ordinationes circa diuina officia in Eccleſia prædicta celebranda, necnon circa mores, & obſeruantias perſonarum in ea pro tempore degentium, ad prædictos Priorem, & Conuentum pertinere, eximendo illam cum perſonis in ea degentibus ab omni iuriſdictione, dominio, ac poteſtate Domini Archiepiſcopi Neapolitani, & quorumlibet aliorum Iudicum Ordinariorum, ſed Priori prædicto, ac Conuentus immediatè ſubijcere velit.* Subdendo etiam, quod *prædictus Archiepiſcopus, vel*

quinis loci Ordinarius præter Priorem, & Conuentum prædictos, non possint auctoritate ordinaria excommunicationis, suspensionis, aut interdicti sententias promulgare, vel alias, etiam processus, seu contractus, vel res de qua agitur, vbicumque committatur delictum, inratur contractus, vel res ipsa consistat, iurisdictionem aliquam quomodolibet exercere, Constitutionibus Summorum Pontificum quibuscuis non obstantibus; Subdens quoque in Bulla prædicta, *& quod dictæ Ecclesiæ eum personis in ea pro tempore degentibus, omnibus Priuilegijs, ac immunitatibus, & libertatibus gaudere possint, & debeant, quibus prædictū Monasterium Sancti Martini, & alia Monasteria, & loca dicti Ordinis gaudent, seu gaudere possunt, & debent.* Postea verò subsequitur: *Duodecim Sacerdotes, qui Cappellani vocantur, quorum vnus Vicarius, & quatuor Diaconi in diuinis seruituri eum certis ministris, & seruientibus, tàm infra, quàm extra septam eiusdem Ecclesiæ Priori & Conuentui prædictis subsint; vt ex dicta Bulla Gregorij XI. apud Villam nouam Auinionis Kalendis Septembris Pontificatus sui anno tertio. & alia Pij V. datum Romæ 1565. Kalendas Martij Pontificatus sui anno primo.*

Ex istis enim Priuilegijs, & ex immemorabili, ac pacifica possessione Monasterium ipsum cognouit, & cognoscit Presbyteros, Clericos, & personas infra sectam Ecclesiæ prædictæ degentes tam in spiritualibus, quā in temporalibus, ac in ciuilibus, & in criminalibus, & Ego vti Aduocatus Monasterij prædicti Consultos sui RR. PP. Priorum pro tempore gubernantiū: multasq; causas prædictarum personarum cognoui, ac decreui.

Quinimò dum in anno 1589. quidam Presbyter Dominus Vincentius Maio Ecclesiæ prædictæ seruiens, reperiretur inquisitus in Curia Archiepiscopatus Neapolis, & per eam remissio à Monasterio petita, fuisset denegata, interposita appellatione ad Sanctissimum, commissaq; appellatione prædicta Domino Nuncio Apostolico, compilatoq; processu coram eo, fuit pronunciatum: *male fuisse iudicatum per Vicarii Curia Archiepiscopatus Neapolis, & bene appellatum pro parte Monasterij, & de nullitate dictum: declarando Presbyteros, Clericos, Diaconos, & alios Ministros in diuinis seruientes in Ecclesia prædicta Spinea Corona fuisse, & esse subiectos Priori, & Conuentui S. Martini, & liberos immunes, ac exemptos, ab omni iurisdictione, dominio, & potestate pro tempore existentis Archiepiscopi Neapolitani, & quorumlibet aliorum Ordinariorum. Iudicum, iuxta continentiam, & tenorem Priuilegiorum eiusdem Monasterij, imponendo perpetuum silentium Fisco, & Curia Archiepiscopali, vt ex dicta sententia 13. Augusti 1591. in processu cōseruato in Tribunali D. Nuncij Apostolici, ac etiam in Archiuio Archiepiscopatus Neapolitani, prælitata in processu agitato inter R. Fiscum inquirentem ex vna, & Dominum Ascanium Campanellam ex altera, qui de anno 1599. in Curia Archiepiscopali inquirebatur de concubinatu, & assassinio, & fuit oretenus remissus ad R. P. Priorem S. Martini ordine Illustriss. D. Cardinalis Iesualdi tunc Archiepiscopi.*

Imò dum in anno 1614. quidam Clericus Io. Franciscus Ioannella in Ecclesia prędicta seruiens, in carceribus Archiepiscopalis Curiæ carceratus reperiretur, similiter fuit cōsignatus V. P. Don Faustino Saleroo eiusdem Monasterij meritiss. Procuratori, me pręsēte.

Et in anno 1615. in exilium per quinquennium condemnauit Dominum Hieronymum Cardami Sacerdotem seruientem in eadem Ecclesia ob vulnus in personā alterius Clerici eiusdem Ecclesiæ, ac de trina celebratione missarum in eodem die.

399 Hinc est, ꝙ Presbyteri, & Clerici prædicti ab oībus Processionibus (præter illas duas sāctissimi Corporis Christi, & S. Ianuarij Patroni, & magni nostri Protectoris) exempti exīstū, & Prior dicti Monasterij in eos sententias excommunicationis fulminare, ipsosq; approbare ad confitendū degentes infra septam Ecclesię pędictę auctoritatem habet, & Vicarius ibi exīstēs, degentibus intus Ecclesiæ prædictæ septā Sacramenta ministrat, ac ius sepeliendi habet absq; interuentu, seù licentia Ordinarij, à cuius Synodo etiā Presbyteri, & Clerici prædicti fuerunt, & sunt exempti: cum prædictis Priori, & Conuentui subditi sint tam circa Officia in Ecclesia prædicta celebranda, quā circa mores, & obseruantias personarū prædictarum: dum prędicti Prioris, & Conuentui sit, leges eis præscribere, & circa diuina celebranda, statuta condere, vt ex supra dictis Bullis. Sed an Priores, & Abbates à Synodo Episcoporum sint exēpti, vide supra hic *nn. 26. vers. tertium est.*

400 Ecclesia Sancti Antonij, siue eius Abbas etiam iurisdictionem exemptam in eius Ecclesia, & districtu habet.

Ecclesia Sancti Iacobi Hispanorum (cui in anno Victoriæ 1571. fuit additum Hospitale Sanctæ Mariæ de Victoria per Serenissimum Don Ioannem de Austria erectum, pro militibus infirmis, & vulneratis tempore Victoriæ, & similiter fuit adiunctum Monasteriū Sanctissimæ Conceptionis) habet suas iuris-

iurifdictiones, & Clericos exemptos.

401 Et tandem in qualibet Religione adfunt cognitiones caufarum in Monachos, & Monachas, in eadē Ciuitate exiftentes per fuos Prælatos.

Monafteriaq; Monachorum, & Monacharum, ac Conferuatoria, & Hofpitalia sūt numero 166. in circa. Quorum 29. funt Monafteria Monacharum: 5. Conferuatoria Puellarum: vnum Conferuatorium pro Senibus: & 12. Hofpitalia, & nouiffimè infurrexere loca Scholarum Piarum, quæ an Reipublicæ profint, tempus veritatis Pater, pandet.

Ex his enim molem tantæ Ciuitatis cognofcere poteris, cętera vero de ea dicenda prætermittuntur, breuitati ftudendo, quoniam quamplurima alia per Scriptores fuos adnotantur.

OBSERVATIO IV.

Pro explicatione huius Quartæ Obferuationis tria Capita obferuabuntur.

Primo, quid vult dicere Baronaggium in hoc Regno.

Secundo, quot funt Titulati, & Barones in eo.

Tertio, & tandem, quæ Barones facere, vel non facere, erga eorum vafallos poffint.

SVMMARIVM.

1 *Baronaggium quid.*
2 *Syndicus, & Electi Ciuitatis Neapolis præcedunt in Parlamētis omnes Titulatos, & Barones Regni.*
3 *Syndicus in actu, & die Parlamenti habet omnem poteftatem Ciuitatis.*
4 *Ciuitas Neapolis in die Parlamenti non habet vocem, fed in feffionibus fequentibus per fuos Deputatos interuenit.*
5 *Deputati à Ciuitate firmant literas ad Regem mittendas, & præcedunt Barones.*
6 *Voces Ciuitatis, & Platearum, & aliorum in Parlamento quot funt.*
7 *Syndicus eft caput Parlamenti, & facit ordines, & mandata pro exequendis neceffarijs in Parlamento.*
8 *Titulati in Regno quot funt.*
9 *Principes in Regno quot funt.*
10 *Duces in Regno quot.*
11 *Marchiones in Regno quot.*
12 *Comites in Regno quot.*
13 *Barones fimplices in Regno quot funt.*
14 *Barones feudatarij quot.*
15 *Antiquitatis nō debemus effe contemptores.*
16 *Vafallorum erectio in Regno quando.*
17 *Domini ante aduentum Normandorum neminem in fuperiorem recognofcebāt, nec Ecclefia Romana, nec Imperatorē.*
18 *Vfus feudorum tempore Normandorum non erat, ficut eft hodie.*
19 *Carolus Magnus quo tempore regnauit, & Longobardos fuperauit.*
Dedit licentiam liberè difponendi in Ecclefiam, ibidem.
20 *Comes Pennæ in anno 974. tranftulit in Ecclefiam Cafa noua iurifdictionem.*
21 *Rodulphus Maccabæus quomodo fe titulabat.*
22 *Sancta Maria de Pifticio à quo fuit cōdita.*
23 *Normandi omnia in allodium poffidere.*
24 *Reguli vocabātur dominantes tēpore Normandorum.*
25 *Iurifdictiones non tranfeunt hodie fine fpeciali priuilegio.*
26 *Barones in Regno vocantur illi, qui habent iurifdictiones in eorum Caftris, & num. 28.*
27 *De Iure communi, qui dicuntur.*
28 *Dicuntur fortes, & verè Capitanei.*
In Francia, qui dicuntur, ibid.
29 *Sunt Ordinarij fuorum vafallorū.*
30 *Sunt omnes Titulati.*
31 *Multi funt in Regno propter peccata Populorum.*
32 *Officia erant annalia tempore Regis Frederici.*
33 *Litera arbitraria Baronibus conceffa.*
34 *Conftantius Regens impugnatur.*
Vafalli non poffunt in ius vocare Dominū abfque licentia Regis, ibid.
Vifitator contra Barones effe debet, & Prorex aduertere contra eos, ibid. in fine.
35 *Baronum poteftates plures connumerātur.*
Prælati habentes iurifdictionē, poffunt caufas committere abfque metu irregularitatis, & quid fi vafallos grauant, ibid. in fine.
Barones poffunt committere caufas vafallorum fummariè de Iure Regni, ibid.
36 *Delegare caufas vafallorum, poffint, fed appellatur poftea ad Regem.*
37 *Sed contrarium fuit decifum.*
38 *Proprias caufas delegare an poffint.*
39 *Delegatus Regis eft maior Ordinario, fed non Delegatus Baronis.*
40 *Barones (vti primi Ciues) curent, vt in fingulo biennio reddantur computa Vniuerfitatum.*
Syndici fraudantes Vniuerfitates in compotis

potis factis quomodo puniendi, ibid.

Donationes in fraudem functionum fiscalium facta non admittantur, ibid.

Custodia clauium, & portarum spectat ad Syndicum, ibidem.

41 *Barones quomodo pascuis vtātur cū vasallis.*

Tenentur contribuere cum vasallis, ibidem.

42 *Possunt guidare vasallos.*

43 *Possunt cogere vasallos ad appellandum ad eorum Iudices secundarum causarum.*

44 *Inquisitis quando gratias facere possunt.*

45 *Contributiones à vasallis quando pro maritagio, & monacatu filiarum petere possunt, ibid.*

46 *Subuentiones Baronibus debita pro monacatu, aut maritagio filiarum quomodo debeantur, & soluantur, & sic etiam pro filia Regis, vel fratre.*

47 *Rex pro maritaggio filiarum, vel pro fratre milite quomodo exigere potest subuentiones.*

Quid pro maritanda filia spuria, vel faciendo filio naturali milite, ibidem.

48 *Feudatarij non habentes successores, quomodo feudum vendere possunt.*

49 *Barones quomodo carcerare possunt Commissarios exequentes in eorum Terris absque licentia ipsorum.*

50 *Possunt cognoscere de ponderibus, et mensuris, si habent mixtum imperium.*

Mercata an facere possint, ibid.

51 *Portulania per Terrā, quomodo cognosci pōt.*

52 *Monasterium Sancti Martini est Baro Casalis Noui, olim vocati Piri.*

Priuilegia concessa pro salute animæ amplissima, ibid. in fine.

53 *Barones transigere quando possunt inquisitos de blasphemia.*

54 *Possunt vasallos relegare ad tempus in vna suarum Terrarum.*

55 *Baronia quælibet dicitur vna Prouincia.*

Prouincia dici potest vna Baronia, ibid.

56 *Barones debent Auditorem secundarum causarum in vna ex eorum Terris constituere.*

Actuarios, & Vicegerentes creare possunt, ibid.

57 *Possunt cognoscere de crimine falsæ monetæ.*

Capitanij Terrarum non possunt extra Terram pernoctare.

58 *Possunt exigere ius Portelli à carceratis.*

59 *Barones possunt Cameras reseruatas facere, & aliquid exigere.*

60 *Camera reseruata non potest fieri ab Episcopo, vel Abbate Monasterij.*

61 *Barones possunt præferri in venditione fructuum suorum vasallorum, & quando.*

62 *Habentes iurisdictionem ciuilem, possunt cognoscere testem falsum.*

64 *Possunt cogere vasallos ad dandum proprias domos Officialibus.*

64 *Possunt cogere vasallos ad contribuendum in expēsis factis Regi.*

65 *Possunt Terras steriles concedere absque assensu, dummodo non adsit fraus, ibid.*

66 *Possunt in causa ciuili, sed non in criminali petere remissionē causa in qualibet parte iudicij, & ibi fallentia in causa criminali.*

Possunt petere remissionem delinquentium intus Ciuitatem Neapolis, si sunt eorum vasalli, ibid.

67 *Possunt cogere vasallos ad faciendū excubias in Terris maritimis.*

68 *Possunt prohibere vasallos, ne ad Regia Tribunalia eant, sed ad Iudices secundarum causarum.*

69 *Possunt concedere assensus in alienatione feudi plani, et de tabula.*

70 *Possunt cogere Vniuersitates ad eis præstādum Erarios, vel Camerlengos.*

71 *Possunt inuitis vasallis vendere feuda.*

72 *Possunt pro seruitio feudi cogere vasallos ad seruiendum eum proprijs animalibus, etiam si haberent animalia propria.*

Præscriptio in Iuribus liberalibus non currit contra vasallos, ibid.

73 *Possunt in Terris appatronatis collectis segetibus fidare animalia, sed moderatè ne impediatur vsus patronorum.*

74 *Vsus non debet extendi in capiendo animalia ad soccidam.*

75 *Spicha de Iure diuino (secatis segetibus) sunt pauperum.*

Barones, quæ alia possunt, vide ibidem in numero seq.

76 *Carceris perpetui condemnatio potest fieri à Baronibus.*

77 *Banna emanare possunt.*

78 *Testes falsos in Curia Baronali deponentes punire possunt Barones.*

79 *Iniuriantes, vel Turbantes iurisdictiones Baronum ab eorū Curijs cognoscuntur.*

80 *Multa à Baronibus imponi possunt pro defensione*

125

125 *Natura non patitur, vt alienis spolijs ditemur.*
126 *Ius congrui an contra Clericos, & Ecclesias competat.*
127 *Nobiles à negotijs abstinere debent.*
Mercaturas facere Barones non debent, ibidem.
128 *Officia vendere prohibitum est Baronibus.*
129 *Carceratos extrahere Barones non possunt.*
130 *Foueas subterraneas non debent tenere Barones.*
131 *Clericos Officiales creari non possunt à Baronibus.*
Prorex non potest creare Clericos in officiales.
132 *Exteri non possunt esse Officiales in Regno, & nu. 137.*
133 *Officiales delinquētes in officio an teneatur Baro illos exhibere.*
134 *Baro potest citari in loco feudi.*
135 *Est Ordinarius vasallorum.*
136 *Per Officiales iurisdictionem exercere debet.*
137 *Exhibere homines liberos, quis non tenetur.*
138 *Substituens in officio an teneatur de culpis substituti.*
139 *Eligens an teneatur de culpa electi.*
140 *Fideiussores non tenentur exhibere reum fugatum à Curia.*
141 *Citatio sola ponit in fuga.*
142 *Baro non tenetur exhibere Officiales delinquentes.*
143 *Si est contumax, non exercet iurisdictionem.*
144 *Inquisitos de sodomia, vel blasphemia, non potest guidare, vel aggratiare.*
145 *Nec prohibere vasallos ne faciant hosterias.*
146 *Syndici cōfirmatio quomodo à Barone fiat.*
147 *Custodia carceratorum vasallorum non est Vniuersitatis, sed Terrarum maritimarum fit.*
148 *Gratias facere pendente appellatione Barones non possunt.*
149 *Vasalli ad seruitia personalia cogi non possunt, nisi sint Angarij, nu. 173.*
150 *Iniuriantes ipsos, vel suos vasallos, Barones non possunt cognoscere.*
151 *Barones non possunt exfractare Mercatores, vel Aromatarios, nec Rex.*
152 *Nouas defensas, vel forestas non possunt facere.*
Mercatores exfractari an possit à loco Baronali, ibid.
153 *Baro criminalis non potest cognoscere Baronem ciuilem iurisdictionem habentē.*
Par in parem, non habet imperium, ibid.
Baro ciuilis, est propriè Baro, ibidem.
Corradini Verba contra Iudicem, qui eum condemnauit, ibid.
154 *Occidentes Baronem habentem iurisdictionem ciuilem, possunt cognosci à Barone habentem iurisdictionem criminalem.*
155 *Baro ciuilis potest cognoscere delicta coram eo patrata, puta testem falsum.*
156 *Falsitas commissa in M.C.V. ciuili remittitur ad M.C.V. criminalem.*
Clericus deponens falsum coram Iudice laico, vel laicus coram Ecclesiastico quomodo cognoscantur, ibid.
157 *Barones Neapolitani delinquentes vti Barones, non gaudent priuilegio Neapolitanorum.*
158 *Non possunt cognoscere delinquentes, vel furtum committentes cōtra ipsos.*
159 *Fidare animalia in fundis alienis non possunt.*
160 *Remissiones vasallorum renunciare non possunt.*
161 *Non possunt inter eos consilium facere absque licentia.*
162 *Praeminentias Mag. C. V. quando exercere possunt.*
163 *Venationē vasallis prohibere quando possint.*
164 *Vēditionem Nemoris Vniuersitatum prohibere non possunt.*
165 *Confinare vasallos ad loca ipsis non subdita, non possunt.*
166 *Vsura crimen quando cognoscere possunt.*
167 *Damna clandestina cognoscere non possunt.*
168 *Remissiones causa quando praetendere nō possunt, & n. 169. et 170.*
171 *Infeudare res allodiales nō possunt.*
172 *Rem feudalem burgensaticam facere non possunt.*
173 *Vasallos cogere ad opera personalia non possunt nisi essent Angarij, & Perangary.*
174 *Quando sunt suspecti, non possunt committere causas vasallorum.*
175 *Alienare bona Baronia per viam subinfeudationis non possunt.*
176 *Feuda eorū Curijs deuoluta hodie concedere possunt.*
177 *Regi subuenire tenentur in casu publicae necessitatis.*
178 *Seruitia indebita vasallis iniūgere non possunt.*
179 *Exercitia iurisdictionis diuidere; & plures Capitaneos facere non possunt.*

180

exigendo subsidia sub pœna.
233 Vasallos cogere non possunt ad præstandum auxilium contra Regē.
234 Assensum denegare non possunt in alienatione subfeudorum.
235 Denegantes consanguinei præstare assensum in aliqua venditione Iudex supplet.
236 Inuestituram in feudo secundum quid denegare nō potest persona electa à Rege.
237 Extra Regnum quando seruitium præstare tenentur Regi.
238 Contrauentionem Regiorum Bannorum circa venditionē victualium cognoscere non possunt.
239 Vasallos ad querelandum non cogant.
240 In eorum sententijs clausula (saluo Iure cōmutandi, vel moderandi) non ponant.
241 Fiscum habere non possunt.
242 Prohibere Vniuersitates, vt non se congregent, quando agitur de re contra ipsos non possunt.
243 Causas criminales cōtra Syndicos, & illos de Regimine litigantes cum ipso non cognoscant.
244 Saluaguardia vasallis litigantibus cū Barone quando conceduntur.
245 Non deputent Iudicem, vel Auditores extra Territorium.
246 Vasallos vltra Dietam non extrahant pro eorum seruitijs.
247 Dieta est viginti milliarium per Terram, & quinquaginta per mare.
248 Adiutoria quando debētur Baronibus, vel Prælatis.
Prælati quando adiutoria petere possunt, ibidem.
249 Barones non habeant homines recommendatos, idest Brauos.
250 Vasallos obligare ad perpetua seruitia sine Regio assensu non possunt.
251 Ius succedendi non habent, nisi in feudalibus.
Prælati Barones nō habent ius succedendi, ibid.
252 Filias, & vxores vasallorum non cogant.
Rex potest omnia facere etiam circa filias, & vxores vasallorum, ibid.
253 Barones (mortuis suorum antecessoribus) non recipiant Sacramentum à vasallis sine Regis licentia.
254 Turres, vel Castra erigere non possunt.
255 Nec cogere vasallos ad refectionem murorum suorum Castrorum.
256 Nec Clericos sub figurato delicto assassinij carcerare.
257 Receptatores Bannitorum Regiorū Tribunalium non cognoscant.
258 Confiscare bona vasallorum quādo possunt.
259 Si sunt forindicati, vel Banniti, nō cogant vasallos ad eis seruiendū.
Disrobatores stratarum non cognoscuntur à Curijs Baronalibus, ibid. in casu 114.
Episcopos offendentes non cognoscuntur à Baronalibus Curijs, ibid. in casu 115.
Condemnare vasallos ad triremes ad beneplacitum, non possunt barones, ibid. in casu 116.
Condemnati ad triremes perpetuo sunt insuccessibiles, ibid.
Mercata, seu nundinas non possunt facere Barones, ibid. in casu 117.
Aqua a fluminibus publicis possunt vasalli capere pro irrigandis agris, ibidem in casu 118.
260 Aqua maioris quātitatis intrusio operatur, vt facto proprio possit diuerti.
Et procedit etiam, si aqua intruserit ex se ipsa, ibid.
261 Seruitus reuocata dicitur, si concedenti incipit esse damnosa.
262 Aqua per fundum alienum duci non potest Domino inuito.
263 Seruitus non habet causam naturalem, sed est aut constituta, aut præscripta.
264 Contra consuetudinem antiquam non potest alterari.
Præsumitur cōcessa sine præiudicio alicuius, ibid.
265 Molendina plura fieri non possunt, si aqua ducitur pro vno.
266 Seruitus non extenditur vltra modum, quo vsus erat.
267 Toti latitudini dilatatæ non debetur, si pro vno prædio erat constituta.
268 Seruitus dilatari nō potest in præiudicium prædij seruientis.
269 Seruitute alterata, quilibet tenetur ad damna.
270 Aqua ingressa in fundum meum, possum de ea facere quicquid volo, quomodo intelligitur.
271 Molendina in flumine publico facere quis potest, etiam si alteri noceat.
272 Onus probandi spectat ad habentem præsumptionem Iuris contra se.

OBSERVATIO IV.

De Baronagio, & Baronum materia, ac poteſtate.



RIMI Capitis explicatio huius quartæ Obſeruationis eſt videre, quid velit dicere Baronagiũ in hac lege
1 noſtra, & dicimus, quod eſt adunatio omnium Baronũ tam Titulatorum, quam non Titulatorum, & Feudatariorum Regni pro concludendo quid erit agendum tam in donatiuis præſentandis Regi, quam pro petendis gratijs ab eo, ac etiam pro expedientibus Regni, ſecundum concluſiones faciendas.
2 Et licet Ciuitas Neapolis, ideſt Syndicus, & Decuriones ipſius in parlamentis præcedant omnes Titulatos, & Barones Regni (præter illos de ſanguine Regio, vt vidimus in lætitia facta de anno 1630. pro natiuitate Principis Hiſpaniarum, in qua D. Dux Montis Alti Gener Dñi Alcalà Ducis in Regno Proregis Electos, & Principem Conchę Magnum Admiratum Regni in Equitatu præceſſit tanquam deſcendens ex Matre de ſanguine Regio, licet magnus Inſtitiarius Marchio Fuſcaldi noluit interuenire, ne ſibi præiudicaret. deq; poſſeſſione Ducis Mõtis Alti in præcedendo facit *Reg. de Ponte in trac. de pot. Proreg. tit. de aſſenſ. reg. §. 5. nu. 6. pag. mihi* 326.) ex quo Syndicus totam Ciuitatem, ac etiam Barones, & Regnum repreſentat, &
3 in hoc actu Parlamenti omnis poteſtas Ciuitatis eſt transfuſa in Syndicum, verum in
4 ipſo actu, & die Parlamenti, Ciuitas nõ habet vocem, quoniam ipſa nil donat ex priuilegio ſpeciali ei & habitantibus in ea conceſſo, vt in *cap. 27. magni Capitanei, & cap. 32. Regis Catholici, in priuilegijs, & capitulis Neapol.* Verum in ſequentibus Congregationibus, & ſeſſionibus, interuenit per ſuos Deputatos electos: qui ſunt duo ex qualibet Platea in-
5 cluſa etiam Populari: Iſtiq; Deputati tam in gratijs petendis à Rege, quam in firmandis literis ad Regem mittendis habent vocem, firmant cum alijs Baronibus, quibus etiam præcedũt tam in loquendo, quam in firmando, & omnes ex Platea ſex voces diſtinctas
6 habent: Baronumq; voces ſunt aliæ duodecim, ideſt ſex ex parte Titulatorum, & ſex ex parte Baronum, & Feudatariorum: In quo caſu Syndicus eſt caput, & facit ordines, & mandata pro exequendis neceſſarijs in Parlamento, vt latè congerit *Reg. de Ponte dec. 15. nu. 23. & ſeq.* & videre poteris in *priuilegijs, & capitulis Neap. & in libris Parlamentorum exiſtentibus in Tribunali S. Laurentij Ciuitatis Neap.* & per *Frecc. de ſubfeu. lib. 3. in fin. pag. 459. in quæſtione quam facit adhoc.* Sed quomodo equitent in Regis ingreſſu, in quo Syndicus, & Electi præcedunt omnes, & claues Ciuitatis præſentant Regi, videas in *priuil. & ca. Neap. pag. 99.* quo loci Cæſareæ Maieſtatis Caroli V. deſcribitur ingreſſus, & per *Frecc. in loc. cit.* deque materia clauium perquire *Bouadill. in polit. tom. 2. lib. 3. cap. 8. nu. 22. & ſeq. pag. 162.* honor enim qui debetur Regi, debetur & Reginæ, quæ Regis priuilegijs gaudet, *l. Princeps. 31. ff. de legibus.*

Secundi Capitis materia in hac 4. *obſeru.* eſt videre, quot ſunt Barones in Regno, & quot Titulati, & aliqua priuilegia eorum.
8 Sunt enim in hoc floretiſſimo Regno Barones Titulati vſq; ad præſens tempus notati infra *p. 558. & ſeq.* & in dies coaleſcunt, quia Tituli in dies concedũtur, & vendũtur, vt per *Io. Franc. de Pont. in conſ. 134. & 135. vol. 2.* licet qui titulos emunt, Titulares non ſunt, *Anna in ſing. 166.* per *Salyc. in l. fin. C. vbi Senatores, vel Clariſſimi*, quẽ ſequitur *Marc.*
9 *Ant. Surg. de Neap. illuſtr. cap. fin. nu. 10. fol. 297.* & probatur apertè in *l. 1. C. vt perfectiſſimatus dignitate lib. 12.* honor enim nõ ambitione, ſed labore acquiritur, *l. contra. 14. C. de re milit. lib. 12.* & probitate, & non pretio datur, nam ſi emunt, aut aliqua negotia adminiſtrauerint, nobiles non dicuntur, vt ibid. cum *gloſ.* nec verè Comites ſunt, vt per *Annam in ſingul. 166.*

Titulatorum priuilegia enumerat, idem *M. Ant. Surg. in tract. de Neap. illuſtr. c. 23. nu. 17. & ſeq. fol. 224. ater.* receſſit enim ab Aula doctrina *Frecciæ in lib. 3. de ſubfeud. in tit. de differentia feudorũ regalium titulatorum, & aliorum, propè nu. 6.* vbi quod Tituli deputari, ſeu collocari non debent niſi ſuper celebri Ciuitate, ac in perſonis de genere, & proſapia Magnatũ; & ideò actũ eſt, vt titulati per Procuratores litigare debeãt tam in ciuilibus, quã in criminalibus cauſis, ne cogantur aſſidere cũ Magiſtratibus, quo ipſi in loco indicant, aut ſtare tanquam litigantes; Vtraq; enim res cum periculo fit, ſiue dignitates efficiantur cõtumelia, ſiue iudiciarius ordo præter dignitatẽ procedat, *§. 1. in auth. vt illuſtres in Prouinciarijs omnimodo per Procuratores cauſas agant. conſt. 71. ſecundũ lecturam Aloandri, & Vinc. de Franch. in deciſ. 138. in fin.* eſt verum, quod Titulati inquiſiti ante quam ſint conuicti ſedent, cæteri vero Feudatarij non, *Frecc. in lib. 3. de ſubfeud. in tit. de differentijs inter feuda regalia. in differ. 48. fol. 437.* Iſti enim Titulati verè Regni, vel Regis Capitanei dicuntur. *cap. 1.*

de his qui feud.dare poss. & tenet *Lancellott.*
Conrad.in templo Iudicum, lib.1.cap.3.de
Principe, pag. 128. suntq; Regij Officiales,
V.de Franch.dec.274.nu.3. Tempore enim
Rogerij I. in vtroq; Regno Siciliæ non erant
nisi 30.Titulati, quo etiam tempore cęperũt
esse septem officia Regni, vt per *Summontẽ*
in 2.par. Histor.Neap.fol.34. hodie autem
in hoc Regno Siciliæ citra Farum.

Principum, & aliorum numerus, ponetur
infra Deo dante insimul cum Ducibus, Mar-
chionibus, Comitibus, Baronibus, & alijs
Feudatarijs, in *vers.14.obser.1.* vbi Titulorũ
materia declarabitur.

10 Duces quot, & qui sint, videbis, ibidem.

11 Marchiones quot sint, & qui, videbis, ibid.

12 Comites qui, & quot sint, videbis ẽt, ibid.

13 Barones simplices quot, & qui sint, vide-
bis infra in eodem *vers.& obser.*

14 Feudatarij autem in Regno quot, & qui
sint, videbis infra in eodem *vers.& obser.*

Tertium, & postremum Caput huius 4.
obseruat. concernit potestates, & priuilegia
Baronum.

15 Et ne antiquitatis simus contemptores
contra terminos *tex.in l.fin.§.& hac. C.de*
iure delib. initia enim, & antiquiora tempo-
ra obseruanda sunt, *cap.1.§.1.de his, qui feud.*
dare poss. habemus enim in *l.2.circ.med.ff.de*
orig.iur. quod Offilius Iulij Cęsaris amicis-
simus fuit primus, qui de iurisdictione scri-
16 psit, & est animaduertendũ, quod vltra tria
tẽpora enumerata à *Capycio* circa erectio-
nem vasallorum in *decis.168.* De Iure Codi-
cis Domini Castellorum, & locorum iurisdi-
ctionem habebant, *l.2.cum glos. C. de fundis*
limotrophis. lib.11. sed ex Imperatoris con-
cessione: quoniam si authoritate propria il-
lam occupassent, capitali poena plecteban-
tur, vt ibidem. Barones enim eo tẽpore vti
emphyteutæ considerabantur, qui colonis,
idest vasallis non poterant prohibere vsum
aquæ, *l.1.C.de mancip.& colon.lib.11.* & ante
aduentum Normandorum ad hoc Regnum,
Regiones, & Populi in eo erant sub diuersis
17 dominijs, idest Comitibus, Principibus, &
Ducibus, qui Magistratus constituebant, le-
ges condebant, & neminem in Superiorẽ re-
cognoscebant, nec Ecclesiam Romanã, nec
Imperatorem Constantinopolitanum, quod
apertè cognoscitur, & ex eorũ priuilegijs, in
quibus solũ Deum testantur in Superiorẽ, &
ex *Herempertoin suo epitome,* talesq; Domi-
ni donationes liberè, & plenariè prætertim
18 Ecclesijs, & Prælatis faciebant: & fortasse eo
tempore vsus feudorum non erat in hoc Re-
gno, eo modo, quo ab Imperatoribus inde
19 inductus fuit. Et Carolus Magnus, qui im-
perauit circa annum salutis 800. (vel alio
vt supra diximus *vers.2.obser.1.nu.32.*) post
deuictos Longobardos, vnicuique concessit
licentiam liberè in Ecclesias disponendi, vt
in *tit. de Beneuentutijs in Longobarda.* Hinc
20 est, quod in anno 974. Comes Pennæ tran-
stulit in Ecclesiam Casænouæ iurisdictionẽ,
vt post *Ricc.* notat *Frecc.in lib.1.de subfeu.*
in tit. de antiquo statu Regni, nu.1.64.65.
& seq.pag.70. (& aliqua infra hic in *vers.12.*
21 *obser.1.nu.94.*) & Rodulphus Machabeus ti-
tulabat se, *vt Dominus voluit Ciuitatis Se-*
uerianæ, & Castelli Pisticcij, & Appij Domi-
minus, & aliarum Terrarum. Iste enim cõ-
22 didit Monasterium S. Marię de Pisticcio, cui
quamplurima territoria dedit cum potesta-
te habitare faciendi Ciuitates, Villas, & Ca-
stra cum vasallis, vt liquet ex *Priuilegijs de*
anno 1087.& 1095. Quæ iurisdictiones cum
defensa S. Basilij olim Casale sunt hodie Ve-
nerab. Monasterij S.Laurentij prope Padulã.

23 Sed postquam omnes Regiones Regni in
posse Normandorum peruenere, ipsi omnia
in allodium dominiũ, & proprietatem possi-
debant, & ideo Dei gratia Duces, & Comites
titulabantur, vt per *Frecc. in tit.loc. de anti-*
quo statu Regni.nu.69.pag.70. habebãt enim
omnimodam iurisdictionem ciuilem, & cri-
24 minalem, & Reguli, & nõ Barones vocaban-
tur; idem *Frecc.de subfeu. in 2.auth. Baron.*
sub nu.21.vers.& qui in Regno erant, p.267.
circ.med.in lib.1. & in illis tempestatibus ita
obseruabatur. Superuenerũt inde Normandi,
& Regnum possiderunt diuersis legibus, sed
inde Imperator Fredericus Regni Rex in an-
no 1222. constitutiones condidit, legemq;
25 particularem in *constit. Ea, quæ ad speciale*
decus, vt iurisdictiones, & alia Regalia ad Ba-
rones non transeant, nisi specialiter, & ex-
presse concessa fuerint, *Io.Vinc.de Anna in*
alleg.42.nu.10. meritò dixit *Bal.in cap.1. de*
allod. num.11. quod iurisdictiones sunt apud
Cæsarem tanquã apud fontem, à quo fluunt,
& refluunt, sicuti flumina ad mare, ab eo .n.
per concessiones, commissiones, & confessio-
nes fluunt, sed ad eum per appellationes, nul-
litates, & querelas refluunt, vt per *Innoc. in*
cap.cum M.Ferrariensis.de constit. & ideo in
26 Regno omnes habentes iurisdictionẽ in eo-
rum Castris, seu Oppidis, secundum commu-
nem vsum loquendi Barones appellantur,
Frecc.in lib.1.de subfeud. in tit. de orig.Ba-
ronum.pag.8. nu.11. vbi latè de nomine, &
origine Baronis. Quinimo & si Regij Offi-
ciales dicuntur, vt supra, tamen si quis eos
offenderit, in crimen lęsę Maiestatis non in-
cideret, *Anna in c.1. nu. 12. quib.mod.feud.*
amittatur. & quid in Hispania significent, &

quando

quando originem ſumpſerunt, ponit *Fonta-
nell. de pact. nuptial. tom. 1. clauſul. 4. gloſ.* 10.
par. 1. & Maſtrill. de magiſtr. lib. 4. cap. 2. nu.
54. vbi quod quando Carolus Magnus Sa-
racenos expulit ex ea, diuiſit in 9. Comites,
9. Vicecomites, in 9. Valuaſores, & totidem
Barones.

27 De Iure autẽ communi, non dicitur Baro,
qui habet plura feuda, niſi ſub ſe feudum
quaternatum haberet, *Andr. in cap. 1. num.
per totum*, de Capitaneo, qui Curiam ven-
didit, vel ille, cui Rex feudum in Baroniam
daret, idem *Andr. in cap. 1. num. 11. de con-
trouerſia feudi apud pares terminanda. verſ.
ſed ſi Rex. Io. Andr. Georg. in alleg. 3. num. 5.*
& latè declarat *Caſſaneus in catalog. gloriæ
28 mundi. par. 8. conſid.* 13. vbi quod Baro vult
dicere fortis, & verè Capitaneus dici debet,
& quod in Regno noſtro omnes Nobiles ha-
bentes iuriſdictionẽ in ſuis Oppidis, vel Ca-
ſtris dicuntur Barones, ſed in Francia Baro
non dicitur, niſi habẽs quatuor Caſtellanias
ſub ſe, Hoſpitale fundatum, aut Eccleſiam
Collegiatẽ cũ ſigillo autentico, vt *ibidẽ verſ.
in multis*. De Iure autẽ communi omnis, qui
præeſt Villæ, vel Caſtro, dicitur habere di-
gnitatẽ, *Bal. in §. cæteri. quis dicatur Dux.*
vbi quod minores Valuaſores, ideſt ſubfeu-
datarij non ſunt nobiles, niſi antiqua feuda
haberent.

29 Baro eſt Ordinarius ſuorum vaſallorum,
Andr. in §. ſcriba. ſub num. 26. ibi, *Dominus
eſt Ordinarius ſuorum vaſallorũ. de prohib.
feudi alien. per Freder.* per *§. ſi vero, in
auth. de Quæſtoribus. & infra hic num.* 135.
*Bouadill. in politica. par. 1. pag. 640. & ſeq.
30 Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proregu.
fol.* 32. *num.* 58. & licet Regij Officiales vo-
centur in *deciſ. Vinc. de Franch.* 211. *nu.* 7.
& 274. contrarium tenet *Andr. in cap. 1.
num. 13. verſ. & quidem. de controuerſ. in-
ueſt.* & in effectu omnes dicuntur Barones,
etiam ſi Titulati forent, ex quo omnes feu-
dum dare poſſunt, *cap. 1. §. fin. de his, qui
feudum dare poſſunt.* & ſi Princeps, vel Du-
ces, vel Marchiones, aut Comites vocantur,
tamen impropriè, & abuſiuè dicuntur, *Bo-
uadill. in polit. par. 1. lib. 2. cap. 16. num. 218.
pag. 655. & Fontanell. de pact. nuptial. tom.
1. clauſul. 4. gloſ. 10. par. 7. circa princ.* &
ideo ſub generali vocabulo Baronum com-
prehenduntur omnes prædicti, differũt enim
in vno, quia Titulatis alimenta debentur ſe-
queſtratis bonis ad inſtantiam Creditorum,
ſecundum *Roderiquez in tract. de concurſu,
& priuileg. credit. par. 1. artic. 1. num. 77. fol.*
15. verum hoc obſeruari non video, tu autẽ
perpende dicta infra hic *num.* 82. vbi quid
erit in magna paupertate Baronis, per do-
ctrinam *Freccia* ibi allegatam.

31 Cumque agimus de materia Baronum,
qui propter peccata Populorum, multi, ac
multi in Regno exiſtunt, licet tempore Im-
peratoris Frederici in Regno vnus erat
Magiſter Iuſtitiarius, & in ſingulis Prouin-
cijs Regni, vnus Iuſtitiarius, vnus Iudex,
vnus Actorum Notarius, & vnus Magiſter
Camerarius: & in ſingulis Ciuitatibus vnus
32 ordinabatur Baiulus, & vnus Iudex, & om-
nia prædicta officia erant annalia, vel ſaltem
biennalia, vt in *Regni conſtitut. occupatis no-
bis*, & eſt in *l. 4. C. de ſuſcept. lib.* 10. Tempore
enim prædicto Barones iuriſdictionem non
habebant, & Terrerij vocabantur, & pœnam
vnius Auguſtalis tantum imponere poterãt,
vt infra in *verſ. 12. obſeru. 1. num.* 102. quini-
mo iuriſdictio nõ vendebatur, vt notat, *Bal.
in §. ex ea lege. num. 2. de lege Corradi*, vbi
quod inde conſuetudo fuit in contrarium:
& conſuetudo vincit legem, & inde per qua-
tuor literas Arbitratias à Carolo I. & Rege
33 Roberto Baronibus conceſſas, fuit comuni-
cata iuriſdictio cũ mero, & mixto Imperio,
vt videbimus infra in *verſ. 12. obſeru. 1. num.
99. in cap. ad ſecundum punctum.* Et ſic ad-
uerte ad illud, quod dicit *D. Regens Conſtã-
tius in l. 1. de Iure fiſci. lib. 10. pag.* 58. quod
34 ab Alphonſo Primo fuit comunicata co-
gnitio Baronibus de mero, & mixto Impe-
rio. Quoniam non ab Alphonſo Primo, ſed
à Rege Roberto fuit talis comunicatio fa-
cta, vt infra videbimus in *d. verſ. 12. obſeru. 1.
nu.* 107. nam Alphonſus Primus ſolummo-
do confirmauit merum, & mixtum Imperiũ
Baronibus, vt in *capit. & priuileg. Neap. cap.
9. fol.* 5. & non principaliter conceſſit, ſed
quid veniat ſub hac conceſſione meri, vel
mixti Imperij, aut ſimplicis iuriſdictionis, &
baſſæ: quæſo ne pigeat videre, *Caſſan. in con-
ſuet. Burgund. in verb. des Iudices. rub. 1. nu.
90. & ſeq. fol. 76. & ſeq.*

Eſt ergò videndum de aliquibus, quæ Ba-
rones poſſunt, vel non poſſunt facere vigore
ſuorum Priuilegiorum, præter relata ab *Af-
flict. in deciſ.* 265. & per alios Doctores in
diuerſis locis, & per *Andr. in §. præterea,
& §. fin. quid ſit inueſtit.* vbi Domini ex vſu
à vaſallis curtizãtur. Et inter alia infraſcri-
pta adnotanda curari, forſitan non inutilia,
quæ vt plurimum in facti contingentia eue-
nerunt. Licet in dies pullulent grauamina,
etiam incogitata, quamuis hoc ſit vetus ma-
lum, quoniam ſemper Pauperes Vniuerſita-
tes de Dominis conqueſtę fuerunt, *§. 1. & §.
ſi vero. in auth. de Quæſtore.* & Hiſpaniæ ſer-
uatur, non poſſe vaſallos in ius vocare Do-

minos absque licentia Regis, *Auend. de exequend. mandat. Regum.par.1. cap.11. in princ.* quo casu saluaguardia vasallis litigantibus cum Barone cōceditur, & vocatur segulo real, *vt ibidem per eum*, & de his vide infra *verſ.7.obſeru.3. num.53. & Fontanell. de pact.nuptial. tom.1.clauſul.4.gloſ.12. nu.143.* affirmat vnam Aulam destinatam esse Cathaloniæ pro audiēdis grauaminibus vasallorum. Sed *Andr. noſter in §. & ſi Dominus. num.11. verſ. forte.de milite vaſal.* testatur, quod Hispani, & Catalani guerram faciunt Dominis, quando iniustitiam ab eis habent. Sed remedium esset proficuum, Visitatores per Regnū mittere cōtra Barones, vt aduertit *Io.Vinc.de Anna in ſing.155. ac Capye. in repet.l.Imperialē.fol.14.col.1.* post *Bald. in conſ.283.vol.3.* & contrauentiones *pragmaticarum ſub tit. de Baronibus.* recognoscere, & secundum *l. vnicam. C. quibus ad conductionum prædiorum fiſcalium accedere non licet. lib. 11.* iudicare, & punire, quod præcipuè Dominorum Proregum cura esse debet, iuxta illud *Ioſeph lib. 1. de Bello Iudaico.decet Regno clariſſimo Præſidentem iniquitate oppreſſis manū porrigere.* Sed ad materiam deueniamus.

Primo, enim notabuntur aliqua, quæ possunt.

Secundo, verò, quæ non possunt Barones facere.

Quæ possunt inter alia, sunt infrascripta.

35 I. Possunt Barones causas vasallorum sūmariè committere, & de hoc de Iure Regni per *Regias Pragmaticas de ordine Iudiciorum*, quæ dant potestatem prædictam cum clausula sola facti veritate inspecta, de intellectu, cuius vide *Grammat. in conſ. ciuil.91. num.23.& Cacheran.in deciſ.1.* quia de Iure cōmuni non possent. Soli enim Principi hoc est concessum, *Carauit. in ritu 288. num.9. circa merium, Paris de ſyndicatu. in verbo. ſententia. verſ. eſt tamen. fol. 293. alter. & Auend.de exequend. mandat.Regum.par.1. cap.5.num.7.* sicuti etiam potest Baro alteri delegare, secundum *Abbatem in cap.caterli. de iudic.& in cap.prudentia. col.4. & 5. de offic. deleg. & in l. fin.ff. de officio Præfecti Vigilum.* quæ procedunt etiam in Prælato habente vasallos cum iurisdictione, potest enim causas etiam committere metu irregularitatis cessante, *cap. fin. ne Clerici, vel Monaci. in 6. Diaz in pract. crim. cap.10c.* vbi quid si Princeps Prælatis delegat causas criminales, & *Ripa in cap.2. num.57. de iud.* quo vero ad grauamina à Prælatis illata in vasallos molentes in eorum molendinis, vel coquentes in eorum furnis, aut eorum bona occupando, vel appellationes prohibendo, vide *clement. vnic. de exceſſibus Prælatorum.* Sed aduerte, quod licet à Delegato ad

36 delegantem appellatur, & successiuè à Delegato Baronis appellaretur ad Baronem, secundum *Frecc. in 13. author. Baronum num.3. lib.2. pag. 245. & Bouadill. in polit. tom.1. lib.2. cap.16. num.76. pag. 220.* contrarium tenet *Couar.pract.quaſt.cap.4.nu.8.* dicens, quod si Baro delegat causam, à decreto huius Delegati appellatur ad Regia Tribunalia, & non ad Iudices secundarum, vel tertiarum causarum Baronis, cui assensio, & ratio euidens est, quoniam si Baro recedit à remedio ordinario, & illo extraordinario delegationis vtitur, ei est imputandū: & plura priuilegia habere non debet.

37 Sed quod Baro non possit causam delegare, *deciſum fuit in S.C. in anno 1597.* in causa Vniuersitatis Castellucciæ, cum eius Barone, in Banca de Figliola, & vide infra hic *num.198. & 206.*

Fuit etiam controuersū, num possit Baro causam propriam, quam habet cum vasallo delegare, & *Maſtrill. in deciſ.234. vol.3.* videtur inclinare in partem affirmatiuam, & in eadem sententia est *Couar.variar.reſol. cap.18.nu.46.fol.403.* sed contrarium tenet *Bouadill. in polit. par.1. lib. 2. cap.16. num. 140. & 164. fol 643.* & sic decisum refert *Vrſill. ad Afflict. deciſ.265. num, 35.* ex ratione, quia Baro in hoc casu nullam habet iurisdictionem cum vasallo, & ad M.C. spectat cognitio; & ita teneas, alias maximum sequeretur inconueniens, quoniam delegaret causam cui vellet, & esset contra *textum in l. Iulianus.17.ff.de iudic.* & in causa propria per indirectum iudicaret, contra *text, in l.1. C. ne quis in ſua cauſa iudicet.* Solius enim Regis est, proprios Iudices sibi constituere, vt in *toto tit.de offic. Procur. Cæſaris*; & diximus supra in *verſ.3.obſeru.3.nu.137. & Lancellot. Conrad. in templo Iudicum. lib.1. cap.8. pag.134.* Nota tamen hic corollariè, quod licet Delegatus Regis sit maior Ordinario in illa causa, vt tetigimus supra in *verſ.3. obſeru.3.num.142.* tamen Delegatus Baronis non est maior Ordinario Baronis secundum *Bouadill. in polit. tom.1. lib.1. cap.16.nu.1011.pag.630.& Franc.Marcus in deciſ.72. num.1.& 4. lib.1. Corraſius lib. 3. miſcellaniarum. cap. 19. & Roland. in conſ.12. cap.1. vol.2.* sed circa hoc cogita, quoniam delegata causa, Ordinarius non potest in ea se intromittere.

II. Barones vti primi Ciues (*Vincent. de Franch.*

Franch. in decif. 197. *num.* 18. *& in pragm.*
11. *&* 12. *de Baronibus)* poſſunt, imò de-
bent curare, vt ſingulis annis reddantur cō-
40 puta ab Adminiſtratoribus Vniuerſitatum,
ſecundum diſpoſita in *pragmat.* 5. *§.* 19. *de*
Adminiſtratione Vniuerſitatū. & idem dixit
Frett. in lib. 2. *de ſubfeud. auct.* 18. *pag.* 350.
& Bouadill in polit. tom. 1. *lib.* 2. *cap.* 16. *fol.*
615. ſique Syndici, vel alij adminiſtrantes
pecuniam publicam fraudauerint, aut in
aſcriptionibus illicitis, vel in exactione im-
moderati fuerint inuenti, pęna plumbearum
ictuum puniantur, *l. quilibet.* 40. *C. de decu-*
rionibus. lib. 10. curareq; debent, ne vendi-
tiones, donationes, vel alij contractus fiant
cum potentioribus ad fraudādas ſolutiones
funtionum fiſcalium, & aliorum onerū Vni-
uerſitatis, *l.* 1. *C. vt nemo ad ſuam protectio-*
nem &c. lib. 11. ſiq; donationes eſſent factæ
à patre filijs Clericis perquirant, *Felyn. in*
conſ. 46. ſecundum quod fuit iudicatum Ro-
mæ in anno 1596. inter Vniuerſitatē Stili, &
Epiſcopum Squillacenſem, nota tamen hic,
quod etſi Baro eſt primus Ciuis, nō per hoc
cuſtodia clauium Ciuitatis, aut portarum
tempore peſtis ad ipſum ſpectat, ſed ad Syn-
dicos, & Decuriones Ciuitatis, *Fontanell.*
de pact. nuptial. tom. 1. *clauſul.* 4. *gloſ.* 10. *par.*
2. *num.* 17. *& ſeq.* de qua materia videas
etiam *Bouadill. in polit. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8.
num. 22. *pag.* 162. *ater.* vbi conſuetudinem
eſſe attendendam, ait,

III. Poſſunt ratione iuriſdictionis quam
habent in publicis paſcuis tot animalia im-
mittere, quot duo Ciues ex ditioribus, *Co-*
uarru. pract. quaſt. cap. 37. *verſic. eſt de-*
nique. cap. 1. & ideo per *Regiam Pragmat.*
11. *&* 12. *ſub tit. de Baron.* eſt ſtatutum,
41 vt Barones moderatè vtantur commodita-
tibus, & paſcuis publicis, & per prius dixerat
Bald. in l. 2. *C. de paſcuis publ. lib.* 10. *in* 2.
col. & Paris de ſyndic. in tit. de exceſſibus
Baron. cap. 1. *num.* 20. *& Frecc. de ſubfeud.*
lib. 2. *in author.* 46. *fol.* 374. *& Auendan. de*
exequend. mandat. Regum. part. 1. *cap.* 4.
num. 25.

Et ſic etiā poſſunt lignare in montaneis
vniuerſalibus, *Bouadill. in polit. par.* 1. *lib.* 2.
cap. 16. *num.* 168. *fol.* 644. ex ratione, quia
contribuere tenentur, *vt ibidem fol.* 651. *nu.*
175. *& infra hic num.* 73. *&* 205. ſed quo-
modo vaſalli, & Barones altrinſecus paſce-
re teneātur, habemus *ſingul. Io. Vincent. de*
Anna 80. ad quem ſemper recurrimus in
hac materia propter deciſiones ibi relatas
hinc inde, quem videas.

42 IV. Poſſunt guidare vaſallos, *Regens de*
Ponte de poteſt. Proreg. §. 4. *de prouiſ. fieri*
ſolitis. num. 54. *pag.* 31. guidatica enim ha-
bent originē, ex *l.* 1. *&* 2. *C. de nauicularijs.*
lib. 10.

43 V. Poſſunt vaſallos cogere ad appellan-
dum ad Iudices ſuarum ſecundarum, vel ter-
tiarum cauſarum, & non ad Regia Tribuna-
lia per ſaltum ire, *D. Ricrius in collectanea*
1923. & ratio eſt, quia Barones ſunt Officia-
les Regij, *Vincent. de Franch. decif.* 274. qui-
nimò vaſalli de communi conſenſu non poſ-
ſent in præiudicium Baronis prorogare iu-
riſdictiones in alios, *Bal. in cap. Imperialem.*
col. 1. *de prohibita feudi alien. per Feder. fol.*
88. ſed cognitis cauſis prædictis per eorum
Iudices, non poſſunt poſtea prohibere, quin
appelletur ad Regia Tribunalia, alias inci-
derent in crimen læſæ Maieſtatis, *Luc. de*
Penna in l. 1. *in fine. C. vt nemo ad ſuum*
patrocin. lib. 11. per *l.* 4. *C. ad l. Iul. Maieſt. &*
Capyc. in decif. 130. *num.* 10. ſed *Io. Vinc. de*
Anna in ſingul. 62. tenet, quod nec poſſunt
prohibere vaſallos, niſi in præiudicium eo-
rum iuriſdictionis veniret: & infra hic in 24.
poteſtate videbis. quæ tamen intellige, ſi ha-
bent ſecundas cauſas, alias etiam de volun-
tate vaſallorum, non poſſent cognoſcere,
Auend. de exequend. mandat. par. 1. *cap.* 16.
in princ.

44 VI. Poſſunt (pendēte appellatione ad Iu-
dicē ſecundarū cauſarum) remittere Pęnas,
& facere gratias inquiſitis, *Vinc. de Franch.*
decif. 370. quod intellige cum partis remiſ-
ſione, alias ſecus; fuit enim carceratus qui-
dam Baro, qui pendente appellatione, com-
poſuit inquiſitum abſque partis remiſſione,
Anna in repetit. cap. 1. *de vaſall. decrep. ætatis.*
num. 139. *& Regens de Ponte in tract. de*
poteſt. Proreg. tit. 3. *de elect. official. §.* 1. *nu.*
11. *&* vide infra hic *nu.* 148. *&* 183. *& infra*
in verſ. 12. *obſeru.* 1. *nu.* 102. *& ſeq.* vbi quo-
modo ſint faciendæ tales gratiæ, ſeu compo-
ſitiones, & ſupra in *verſ.* 3. *obſeru.* 1. *num.* 39.
& de decretis exulet, vel ſoluat etiā videbis,
& an foriudicationis gratiam cōcedere va-
leant ſuis vaſallis.

45 VII. Poſſunt pro maritanda, vel mona-
canda filia ſubuentionem à vaſallis petere,
quod intellige in tempore quo verè fit ma-
trimonium, vel monachatum, *Vincent. de*
Franch. in decif. 42. *Fontanell. de pact. nupt.*
tom. 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 4. *nu.* 22. *& ſeq.* & extende
tàm pro prima, quàm pro ſecunda, & alijs ſe-
quentibus filiabus, *Andr. in conſtit. quamplu-*

rimum, Bartholom. de Capua num. 11. & in constitut. Comitibus. quod procedit etiam si feudum peruenerit ex concessione auunculi, Salernit. in decis. 22. & sunt manuscriptae: verum si ipsi Barones, vel eorum filij vxores ducerent, secus esset, vt ibidem; sed non desunt, qui hoc etiam admittant, gloss. in l placet 5. in verb extraordinarium. cum seq. C. de sacrosanct. Eccles. licet glos. illa loquatur in Principe, & vide infra hic in potestate 43. 51. 53. 60. & 65. & in causa Comitis Arenarũ, & Stili, per Regiam Cameram (referente Praesidente Antonio Baldasseino Hispano sub die 23. Iunij 1524.) fuit facta cassa carolenorum quinque pro quolibet foculari, pro sub-
46 uentione maritagij filiae dicti Comitis, & in causa D. Ducis Suessae fuit data dilatio vnius anni ad soluendum subuentionem praedictã, vt ex decreto R.C. 14. Maij 1544. in Banca : : : : : : idest medietas in fine octo mensium, & alia in fine anni.

Sed pro monacagio soluuntur grani 25. vt ex decreto Regiae Camerae 6. Iulij 1551. in causa Michaelis Io. Gomez, cum Vniuer-
47 sitate Albanellae; Rex autem pro maritagio eius filiae, vel sororis 15000. vncias auri exigere potest, vt in capit. Papa Honorij IV. fuit conclusum, vbi quod pro faciendo fratre milite 12000. vncias exigere potest, & pro defensione Regni, vel redimenda persona Regis 50000. vncias exigit; & in vita Regis Manfredi leg.tur, quod Rex dotabat filias cũ dote ducatorum 18000. vt per Summontem in vita Manfredi. & de capit. Papae Honorij vide infra in vers. 4 obseru. 1. nu. 9. & simile adiutorium deberi matri dominae vasallorũ, decreuit Rex Gulielmus, quia non datur diuersa ratio, quam in patre, Freccia de subfeud. lib. 2. in quaest. fol. 277. graue enim est munus pro filia maritum quaerere, & difficulter, & raro congruum, & caeteris paribus idoneum adinuenire. At pro maritanda filia spuria, vel naturali subuentionem non deberi, tenet Freccia in lib. 2. de subfeudis, quaest. 3. fol. 289. sed cõtra ipsum posset argui, siquidem in quaest. 16. fol. 305. tenet vasallos teneri ad subueniendum pro faciendo filio naturali milite: ergo & pro maritanda filia naturali etiam tenentur.

48 VIII. Possunt Barones non habentes successores vendere feudum, dummodo pretiũ implicetur in emptionem subiectam loco feudi in casu deuolutionis Regio assensu mediante, Regens de Ponte in tract. de potestate Proregis. fol. 210. num. 8. sub titulo de regalibus impositionibus. §. 7. quo verò ad renunciationẽ hypothecę super feudo vide Lanar. in cons. 87. & eundem Regentem de Ponte in d. tractatu de potestate Proregis. fol. 318. §. de assensibus Regijs.

49 IX. Possunt Barones carcerare Alguzerios, vel Commissarios citantes, vel exequẽtes in eorum Terris absque licentia Domini Regentis M.C.V. & requisiti illam ostendere tenenantur, alias carcerentur, l. 5. C. de exequut. & exact. lib. 12. & ad Iudicem suum remittantur ibidem, & adest cap. 35. Cathol. Maiestatis, in priuileg. & capit. Neap. pag. 61. quo disponitur, vt carceratos extrahere non valeant, nisi ostensis prius eorum commissionibus; sed in criminalibus, post exequutum effectum licentiam petant, pragm. 36. nu. 12. de offic. Magistri Iustitiarij; limita tamen, nisi citatio exequutio contra ipsos Barones, vel eorũ Officiales essent facienda, quia tunc nulla licentia ab eis peti debet, vt ibidem.

X. Possunt cognoscere de ponderibus, &
50 mensuris, si habent mixtum Imperium, Cassaneus in consuetud. Burgund. in verb. des Iustices. rub. 1. num. 97. vers. item ius mensurandi. fol. 78. per text. in auth. de coll. §. fin autem collatores. col. 9. & l. modios. C. de susceptoribus. lib. 11. & l. item quaeritur, §. si quis mensuras. ff. locati, Anna in singul. 388. & in alleg. 52. in fine; vbi quod Ecclesia, quae hebet merum, & mixtum Imperium de ponderibus, & mensuris cognoscere potest, & similiter possunt mercata facere sine Priuilegio Principis, secundum Bal. in l. 1. C. de nundinis. sed dubito, per dicta; idest in his, quae non possunt facere casu 127.

Quinimo etiam Baiulus de ponderibus, & mensuris, & assisijs potest cognoscere, idem Anna in repetit. constit. Regni. Si quis aliquem. nu. 26. quae est posita post primum volumen Consiliorũ Fabij de Anna eius filij,
51 idemq; Anna in sing. 47. sed quomodo Portulaniae ius per tertam possit cognosci, idem Anna in singul. 187. & in causa Venerabilis
52 Monasterij Sancti Martini supra Neapolim Baronis Casalis Noui, olim vocati Piri, siti in Territorio Auersae, cum Ioanne Thoma Cardillo eius possessore officij Sielę Ciuitatis Auersae Actore in Regia Camera Sũmariae, in Banca de Raimo, dicebam, quod Monasterium poterat, & potest cognoscere de ponderibus, & mensuris in vasallos dicti Casalis, & alibi habitantes, cum solo priuilegio meri, & mixti Imperij, etiam si non adesset clausula (cum ponderibus, & mensuris) per supra allegata. & licet D. Tapia in repet. l. beneficium. ff. de cõstitutionibus Principum, cap. 2.

cap.2. nu.50. dixerit, in hoc Regno ſpeciale priuilegium quoad pondera, & menſuras requiri, ſtante Tribunali erecto Magnæ Regiæ Curiæ Siclæ (de quo diximus ſupra hoc *verſ. obſeruat.3. num.298.*) & quod hoc perceperat oretenus à Regente Ribera Locumtenēte Regiæ Cameræ Sommariæ; & D.Tapiam, ſequitur *Maſtrill.de magiſtrat.par.2. cap.16. nu. 95. pag. 78.* qui allegat *D. Capiblancum in pragmat. 8. de Baronibus num. 153.* ſed intellige in *pragmat.8.par.1. nu.296.* tamen prædicti DD. non reſpondent ad allegata per *Annam in locis prædictis*, quinimò *Anna in ſingul. 388. in fine*, hoc cumulatiuè admittit, ſtante authoritate Magnæ Curiæ Siclę (quæ ad præſens eſt extincta, vt ſupra diximus *verſ.3.obſeru.3. num.299.in fine,*) Nos autem ſumus in Eccleſia habente merum, & mixtum Imperium eo ipſo, quod ei fuit Caſtrum conceſſum, *Gayll. pract.obſeru.lib. 2. obſeru.61. in fine*, cuius Iura fauorabiliora ſunt, & non agimus cum Fiſco, ſed cum dicto Cardillo, qui fundatur in ſuo Priuilegio, quod ſtrictiſſimè eſt interpretandum, & non extenditur vltra Ciuitatem Auerſæ, nec ſecundum *Gayll. pract. obſeru. lib. 2. obſeru.62.num.9.* poteſt extendi in præiudicium Baronum poſſidentium Caſalia in Territorio Auerſæ, in quo ante annum milleſimum Barones fuere, vt teſtatur *D.Freccia in lib.2.de ſubfeud. in tit. quis dicatur Baro num.9.fol.101. & Bal. in cap.1. num.10. de cap qui Curiam vendi.* poſt *Io.Andr. in cap. ſi Ciuitatis . de ſent. excommun. in 6.* dixit, quod ſi conceditur Priuilegium, vel immunitas Ciuitati, non includit Caſtrum, & ſi Caſtrum, non includit Villas exiſtentes ſub ipſo. In caſu noſtro validior etiam ratio eſt, quia Monaſterium habet ampliſſima Priuilegia Reginæ Ioannæ Primæ, & Secundæ, & aliorum Sereniſſimorum Regum, ante Priuilegium prædicti Cardilli, & Priuilegia ſunt Monaſterio cōceſſa pro ſalute animæ Regis, quo caſu omnia Iura etiam cum mero, & mixto Imperio in Eccleſiam tranſiunt, *Oldr. conſ. 253. & Fabius de Anna in collectanea obſeruat.20.*

53 XI. Poſſunt tranſigere inquiſitos de blaſphemia Sanctorum, præter illam de Deo, de Chriſto, & de ſua glorioſiſſima Matre, vt in *pragm.3. de ſodom.* & notat *Anna in ſingul. 67.* quod aduerte, ne cum generalitate erres, quod de blaſphemia non debet fieri tranſactio, *pragm.3. de blaſphemantibus*, quia procedit in dictis tribus caſibus, vt ſupra, & in quadam cauſa grauiſſima ſic obtinui in Collaterale Concilio, & quendam Inſipientem aliter prætendentem, arreſtare feci, vide infra in quibus Barones nō poſſunt, in *caſu 15. num.144. & in verſ.12.obſeru.1. num.115.* Tamen in hac materia blaſphemiæ nota, quod eſt pęnam remigationis per quatriennium, *pragm. 1. de blaſphem.* & teſtes non repulſantur niſi ex capite inimicitiæ, *Anna in ſingul. 67.* & reliqua habes apud *Nouar. in opuſculo Iuris Pontificij noui concl.1. de blaſphemantibus.*

54 XII. Poſſunt vaſallos in vna ſuarum Terrarum relegare ad tempus, ſi plures Terras habent, *Vinc.de Franch.in deciſ.526.* Ratio
55 eſt, quia quælibet Baronia dicitur vna Prouincia, *Andr.in cap.1.num.3. de Capitaneo, qui Curiam vendidit, Frecc.de ſubfeud. lib. 2. ſub tit. quis dicatur Comes. num. 31. fol. 107.* ita etiam & Regnum Prouincia vocari poteſt, vt ibidem; Hinc eſt, quod hodie ab Hiſpanis Prouinciæ vocantur Regna, quæ à noſtro Potentiſſimo Rege poſſidentur.

56 XIII. Poſſunt, ſi plures habent Terras, conſtituere Audientiam ſecundarum cauſarum in vna ex eis, *Vincent.de Franch.in deciſ.526.* ſed debent conſtituere Officialem per tempus ordinatum, & non modo vni, & modo alteri, cauſas cōmittere, vt alias fuit in facti contingentia Iudicatum, *Capiblanc. in pragm.1.num.120.de Baronibus*, & ſimiliter eorum Viceſgerentes, & Notarios, ſeù Actuarios creare, *gloſ.& ibi Innoc.& Doct. in cum P.Tabellio.de fide inſtrum.& Auend. de exequend.mandat.par.1.cap.10. in princ.* vbi quod Actuarij, & numerus Miniſtrorum non debent augeri, & iſti Officiales municipales non poſſunt municipium exire, *l. dum virum.53.C.de decur. lib.10.*

57 XIV. Poſſunt de crimine falſæ monetæ cognoſcere, ſi merū Imperium habent, & in eorum priuilegijs non adeſt exceptuata cognitio criminū læſæ Maieſtatis, ac falſæ monetæ, *Affict. in verb.monetas.num.13.in tit.quæ ſint regalia.* licet contrarium teneat *Bouadill. in polit.tom.1.lib.7.cap.16.nu.195. pag. 651.* poſt *Tiberium Decianum in conſ. 52.tom.crim. lib.4. D.Rouitus in prag.1. nu. 43. vbi de crim. agi oport.* Articulus iſte fuit diſputatus in *deciſ.Vinc.de Franch. 275.* & concluditur, quod non, ſed inde in cauſa Principis Biſiniani, fuit deciſum pro Principe, vt per *Bammacarium in cap. ſi vaſallus culpam. num. 181. ſi de feudo defuncti milit.* ſed in cauſa prædicta cōtendebant duo Iura inter ſe oppugnantia videlicet *l.1.ff.de nundin.& l. viam publicam. ff.de via publica.*

in d.

in d.l.1. habetur, quod per non vsum decennij amittitur Priuilegium; & dum Princeps Bisiniani non erat inpossessione per multa tempora non debebat obtinere; sed respondebatur cum *d.l.viam publicam*, vbi quod si nunquam euenit casus, nunquam amittitur Priuilegium, (hinc *Antonius Perez* ait, in actibus raris sufficere vnum exemplum.) sed sic erat, quod nunquã euenerat casus huius falsæ monetæ, ergò non amittitur priuilegium, & ita fuit decisum, vt per *D. Regentẽ Tapiam de Iure Regni, in constit. statuimus, num.8.* quid in crimine vsurarum? vide *Annam in consit. Regni, statuimus, cum seq. & pragm. sub tit. de vsuris.*

58 XV. Possunt à carceratis ius pottelli exigere, etiam si hoc nõ habeant in Priuilegio, & ita decisum refert *D. Rouitus in pragmat. 19. de Baronibus*, ratioq; esse potest, quia si habent potestatem carcerandi, quæ præsupponit potestatem faciendi carceres, intẽsiuè, & cõprehensiuè venit potestas exigendi Iura solita à miseris carceratis, & sic tacitè accrescit suę iurisdictioni, vt infra hic *n. 62.*

59 XVI. Possunt pro facienda Camera reseruata, aliquid ab Vniuersitate exigere, *Camillus de Curte in diuersorio Iuris feudorum fol. 36. 46. & 47. Regens de Ponte de potest. Prorég. tit. 1. §. 6. nu 22.*

Et possunt si sunt Principes, aut Titulati etiam facere plures Cameras reseruatas, si plures habent Terras, secundum qualitatem personarũ, *Moles in dec. 28. & in c. 4. in priu. & cap. Neap. fol. 134.* vbi quod emptor vnius Terræ Cameram reseruatam facere potest, sicuti faciebat venditor; Sed limita, quia per transitum, idest per vnum diem, & vnam noctem tenentur Cameræ reseruatæ hospitari, *cap. 18. Cæsareæ Maiestatis. in priuileg. & capit. Neap. pag. 130.*

60 Sed numquid Episcopi, Prælati, Abbates, & Monasteria, qui Terras possident, Cameras reseruatas facere possint? fuit in facti contingentia dubitatum in Regia Camera, & decisum, quod non, vt per *Regent. Moles in decis. manuscripta 28. in fin.* vbi quod nec subfeudatarij gaudent hoc priuilegio, & ratio fuit, quoniam gratia illa de faciendo Cameram reseruatam, processit ratione mulierum, ne milites stent, vbi Baronum mulieres habitant, *vt in priuilegijs, & capitulis Neapol. fol. 61. in cap. 32. Cathol. Maiest.* sed in Prælatis, & alijs personis Ecclesiasticis hæc ratio cessat, ergo cessat, & priuilegium; Quo vero ad potestatem Prælati delegantis causas criminales, vide supra hic *num. 35. in fine*, & circa Prælatos Barones quomodo iurisdictioni Regię subeant pro vasallis, vide *Fontanell. de pact. nuptial tom. 1. clau. 4. glos. 10. par. 1. circa princ. & seq.*

61 XVII. Barones possunt præferri in venditionibus fructuum suorum vasallorum, quando volunt emere pro ipsis, *Frecc. de subfeud. lib. 2. in authorit. 34. num. 7.* & vide *Nouar. in prag. Regni 1. de Baronib. à num. 22. cum seq.*

62 XVIII. Possunt etiã Barones iurisdictionem ciuilem habentes eorum insignia, & arma, quæ denotant dominium depingere, *D. Capiblancus in pragm. 1. nu. 64.* ac etiam cognoscere vasallum falsum deponentem in eorum Curia, & sic decisum refert *D. Riccius in collect. 243. in fin.* & fuit in causa Pauli Buzzuti Baronis Afragolæ, & facit *l. nullum. C. de testibus, & l. si is 21. C. ad l. Cornel. de fals.* & ratio est, quia tunc tacitè accrescit suæ iurisdictioni, *Bar. in l. 3. §. aqua. ff. de aqua quotidiana, & æstiua*, & supra hic *num. 58.* & vide infra in *casu 39.* ac etiam in *num. 153. & 165.*

63 XIX. Possunt salario mediante cogere Vniuersitatem ad dandum proprias domos solitas locari pro eorũ Officialibus, *Capibl. in prag. 19. nu. 32. de Baronib.* & DD. pro, & contra refert. Sed nemo inuitus tenetur vendere, vel locare, vel de propria domo exire, & Baro debet domum construere. *Capiblanc. loc. cit.* sed intelligi potest, quando domus absque incommodo, vel tertij præiudicio, posset accomodari, & non aliter. Officiales enim in Palatijs, seu Prætorijs publicis debent habitare, *l. nulli. ff. de offic. ciuil. Iudic. l. 1. C. vt omnes causa. Paris de syndic. in vers. officialis. num. 1.*

64 XX. Possunt vasallos cogere ad contribuendum in expensis, quas Barones tenentur facere Regi per Regnum transeunti, *vt in const. Regni. quamplurimum.* & ibi *Andr.* quod seruatum fuit tempore Caroli V. per hunc Regnũ transeuntis in anno 1536. *Frec. de subfeud. lib. 2. in author. 23.* & ante eum *Capycius in inuestitura feudorum, in verbo ac hospitio.*

65 XXI. Possunt Terras demaniales parum vtiles, aut nemorosas, & incultas concedere, vigore *constitutionis Regni. Constitutionem diuæ memoriæ*; & in tali concessione assensus Regis non requiritur, *Andr. in cap. 1. §. fin. in fin. an ille, qui interfecit fratrem*

Domini sui; *& in cap. preterea. nu. 8. de cap. Corradi. Io. Thomas de Marinis de feud. tit. 27. num. 6.*

Et licet in Cōstitutione prædicta dicatur, debere fieri concessionem ad partem fructuum, tamen etiam in pecunia potest fieri, vt per *Frecciam de subfeud. lib. 2. in author. 19. pag. 213.* quod limita, nisi adesset fraus: & ita seruatur, vt per *Petrum Gregorium Siculum in tract. de concess. feud.* relatum à *Cumia in cap. si aliquem. vers. in capite. nu. 24. fol. mihi 90.* & vide infra *casum 33. & decis. Afflict. 376.*

XXII. Possunt remissionem causæ ciuilis petere nedum post datum terminū, sed etiā post sententiam *Anna in singul. 55.* sed in
66 causa criminali, post forīudicationem latā per Mag. Cur. remissionem petere non possunt, idem *Anna in singul. 56.*

Sed contrarium fuit decisum in causa remissionis petitæ per Principem Bisiniani, *D. Riccius in collectan. 1799.* vbi de ratione, & exemplis. Quo verò ad vasallos delinquentes in Ciuitate, vel Territorio Neapolis possunt etiam remissionem petere, & in anno 1611. me patrocinante fuerunt remissi ad Curiam Monasterij Sancti Martini Vincentius, & Lucas Verolla eius vasalli inquisiti de homicidio commisso in massaria Vrsoloni prope Antignanum Casale Neapolis, vt videre poteris in Banca de Daniele, & per duo decreta M. C. V. fuit confirmatum: multaq; de hac materia ponit *D. de Franch. in dec. 129.* & Antonius de Iorio inquisitus de furto cū schaliatione intus Ciuitatem Neapolis fuit remissus ad Monasterium Casælucis, vt per *decretum M. C. V. in Banca de Apuzzo*, cōfirmatū per *S. C. 17. Decembris* 1598. quod exemplum in processu prædicto fuit deductum, nam etsi delictum in Ciuitate commissum grauius puniatur, quam in agro, *l. 3. C. de incest. nupt. & Couar. pract. quæst. cap. 11. num. 9. vers. vndecimo quæro.* nihilominus iurisdictio Baronibus nō tollitur, & remissio fieri debet, vt supra fuit obseruatum.

Nota tamen, quod aduersus Neapolitanos, aut habitantes in Casalibus Neapolis quo ad iurisdictionem seperatis, & existentibus sub iurisdictione alicuius Baronis, non possunt remissionem petere, hinc est, quod in anno 1615. Vitus Antonius Russus de Casale Mileti (diuiso à Ciuitate Neapolis quo ad iurisdictionem) cōuenire fecit in Sac. Cons. quendam Casalis Sancti Antami, cuius vtilis Dominus Dux Calandræ petijt remissionem causæ sub prætextu, quod Casale Mileti à Ciuitate Neapolis est diuisum, & per Sac. Cons. fuit prouisum, quòd causa remaneat, in Banca Borrelli; Casalia enim diuisa veniunt appellatione Ciuitatis, *Vinc. de Franch. in d. decis. 129. num. 5. Couar. in cap. alma mater. in 2. relect. §. 1. num. 8. & seq. & l. 1. C. de metrop. Birito. lib. 11.* vt alias diximus in *vers. 13. obseru. 1. nu. 92.*

67 XXIII. Possunt vasallos cogere ad faciēdum excubias, seù vigilias in Terris maritimis, *Anna in singul. 63.* & ita decisum fuit in anno 1621. in causa D. Marchionis Fuscaldi, cum Vniuersitate Paulæ in Collaterale Consilio, Acta sunt penès : : : : : : Scribam à mandatis; Sed aduerte, differentiam esse inter vigilias, & excubias: siquidē vigiliæ sunt nocturnæ tantum, excubiæ verò tam diurnæ quam nocturnæ existunt, & vide infra *num. 84. & 147.*

68 XXIV. Possunt prohibere vasallos, vt in causis appellationum ad Regia Tribunalia nō recurrant, sed ad eorū Iudices secundarū causarum, vt supra hic diximus in *casu 5.* & sic seruari testatur *D. Ricc. in collect. 1923.* ex quo de eorum præiudicio agitur, & ideo prohibere possunt, *Paris de syndic. in tit. de excessibus Baronum, Boer. decis. 114. & Io. Faber in l. 1. C. de officio Præfect. Vrb. Anna in singul. 62.* & plenè *Capyc. in decis. 130. num. 10.* Sed fallit, si causas delegarent, vt supra diximus in 1. *casu*, per *Couar. pract. quæst. cap. 4. num. 8. ibi alleg.* vel si ipse Baro contumax esset, quia etsi Baro petere remissionem causæ eius vasalli contumacis poterit, si tamen ipse contumax esset, non posset, *Anna in sing. 120.*

69 XXV. Possunt concedere assensus in alienatione suorum subfeudorum, *Afflict. decis. 243.* quod procedit, si sunt feuda plana, & de tabula tantum: quoniam si feuda secundum quid essent assensus vtriusque, idest Baronis, & Regis requireretur.

Fuit in facti contingentia dubitatum, an assensus Capituli Neapolis concessus mulieribus Neapolitanis, extendatur ad subfeuda plana, & de tabula; & ex allegationibus collocatis infra *vers. 4. obseru. 2. nu. 113.* videre poteris, quod non.

70 XXVI. Possunt cogere Vniuersitates ad eis dandum vnum Ærarium pro conseruandis fructibus feudi etiam culti ab ipsis Baronibus soluto tamen salario, *Vincent. de Franch. decis. 128.* & similiter ad præstandum Camerarium, seù Baiulum pro exigendis redditibus feudalibus, *Capyc. in*

decis.

decis. 118. *num.* 1. quod semper intelligas salario mediante.

71 XXVII. Possunt vendere, locare, & alienare feuda inuitis vasallis, *Vinc. de Frāch. in decis.* 17. quinimò & similiter pignorare inuitis vasallis, *Andr. in cap.* 1. *num.* 4. *de prohib. feud. alien. per Federic.* etiam in duriorem Dominum, *Add. Camilli Salerni in consuet. Neap. conductor domus. de locato, & condu. fol.* 377. verum vasallis datur prælatio, *Camillus de Curte in diuers. Iuris feud. fol.* 9. *& seq. & Rouitus in pragmat.* 54. *de off. Procuratoris Cesaris*; sed prælatio prædicta debet peti comunicato consilio in publico parlamento, alias non competit singularibus vasallis, vt fuit decisum in Collaterale Consilio vltimo Augusti 1610. referente Consiliario Salgo, in Banca de Amico, in causa Pirri Garofali, cum Vniuersitate Bisignani; Sed dubium fit, an in hac conductione veniat ius præsentandi beneficia? & negatiuè videtur respondere *Castrens. in cons.* 57. *venerabilis vir. num.* 1. quem sequitur *Fabius de Anna in consil.* 3. *num.* 31. qui alios refert; Sed laudemia, ac releuia cedere ad beneficium Affictatoris, seù vsufructuarij, tenet idem *Anna in loco citato num.* 37. quo vero ad operas obsequiales, aut adohas debitas à subfeudatarijs tenet non venire ad beneficium Affictatoris feudi, *ut ibidem in fine*, ad quod allegat *Andr. in cap.* 1. *num.* 10. *de lege Corradi*.

72 XXVIII. Possunt cogere vasallos ad seruiendum cum proprijs animalibus pro seruitio feudi salario mediante prout inter ciues, non obstante quod ipsi Barones haberēt animalia propria, *Vincent. de Franch. decis.* 211. sed in hoc aduerte, quod Barones non possent allegare præscriptionem, quia in iuribus liberalibus non currit præscriptio contra vasallos, *l. fin. C. de longi temp. præscript. Marta dec.* 229. *Nouar. in tract. de pri. miser. person. pri.* 24; *Gabr. concl.* 10. *&* 11. *de præscr. Balb. de præscript. in* 4 *par.* 5. *par. princ. q.* 1.

73 XXIX. Possunt fidare animalia in Territorijs appatronatis apertis, & campestribus, & in spicis collectis segetibus, *Anna in sing.* 108. *Io. Andreas Georgius in repetit. feudal. cap.* 4. *num.* 36. *fol.* 76 a. vbi limitat, non posse fidare in tanto numero, vt vsus vasallorum tollatur, vel restringatur; & ideo S. C. solet prouidere per decreta, quod Barones moderatè vtantur, & vide supra hic *num.* 41.

Sed *Freccia in lib.* 2. *de subfeud. in author.* 46. *pag.* 374. late disputat articulum, & *Consiliarius Rouitus in pragm.* 1. *de salarijs eorum, qui mittuntur pro seruitio Curiæ*

74 & è conuerso ciues non possunt eorum vsus extendere, puta in capiēdo animalia ad soccidam, vel vt alijs exteris vendant, vt ibidem per *Frecc. nu.* 4. & sic fuit decisum per S. C. 17. Iulij 1605. me patrocināte pro Venerab. Monasterio SS. Stephani, & Brunonis de Nemore, cum Vniuersitate Stili actrice, in Banca Longhi, referente tunc Regio Consiliario Tapia, & nunc Regente Regiā Cancellariam meritissimo, ac Illustr. Marchione Belmontis, & Decano Collateralis Consilij.

75 Nota tamen hic, quod de Iure diuino, spicæ secatis segetibus sunt pauperum, *Leuitici circa medium*.

XXX. Possunt, si habent Ius cōfirmandi Syndicos, vel Capitaneos ex causa refirmare, *Viuius decis.* 129. sed ex dispositione Iuris tenetur confirmare eum in Syndicum, qui habuit maiora suffragia in electione, *D. Rouitus in pragm.* 2. *num.* 49. *de administr. Vniuersit. Vincent. de Franch. in decis.* 210. *sub nu.* 1. & multa ponit *Camillus de Medic. in cons.* 87. & vide infra *num.* 145. & confirmationem differre non debet sub pœna, *l. si quos* 59. *C. de decurionib. lib.* 10. verum de confirmatione prædicta ad nihilum tenētur, sed potius Electores ipsorum, vt in *rub. C. de periculo numinatorum. lib.* 11. ad materiam hanc vide *Gizzarell. in decis.* 31.

XXXI. Possunt prohibere furnorum cōstructionem, si ex conuentione cum vasallis legitimè esset hoc actum, *Thesaur. in decis.* 25. *Auendan. de exequend. mandat. Regum par.* 2. *cap.* 5. *num.* 22. sed per *pragm. Regni* 14. *de Baronibus*; facere non possunt, & ibi Scribentes.

XXXII. Possunt interuenire in parlamētis Regni generalibus, & vocem dare *Mastrill. decis.* 18. *lib.* 3. & diximus supra

XXXIII. Possunt feuda plana, & de tabula concedere, vt in *constit. Regni. Pœnam foriudicationis. §. sanè. Io. Andreas Georgius in repetiton. feudal. cap.* 9. *num.* 7. *pag.* 47. sicuti & excadentias locare possunt, vt diximus supra *num.* 65. quod limita, si tamen non sunt feudo incorporata, *Io. Vincent. de Anna in repetit. cap.* 2. *de vasall. decrep. ætat. num.* 63. & maxime si sunt solita conced, *Afflict. in decis.* 376. sed vide infra *vers.* 4. *obser.* 2. *nu.* 114. *& seq.*

XXXIV. Possunt hodie concedere subfeuda

feuda ipsis deuoluta, *Anna in allegat.45. nu. 24. Afflict. in decif.292. & in cap.1.num.20. qua sint regalia.*

XXXV. Possunt de feudo facere allodium cum assensu tamen Regis, *Camill. de Medic. in cons.53.nu.11.* in Regia Camera Summariæ cõparuit Feudatarius, & declarauit velle feudo submittere quodam Territorium emphyteoticum Ecclesiæ, prout per Decretum Regiæ Cameræ fuit submissum: Euenit casus, vt secundogenita prætenderet portionẽ super hoc Territorio emphyteotico, primogenitus dicebat esse feodale stante submissione prædicta, & dum dubitaretur an sit feudale, vel burgensaticum, in anno 1599. fuit declaratum esse burgensaticum, sed submissum, & incorporatum feudo prędicto, in causa Iuliæ Museettolæ, cum Alphonso Piscicello, in Banca Salerni, in qua pendebat reclamatio, & prætendebatur decretum prædictũ non posse subsistere stante directo dominio Ecclesiæ, quod feudo vniri, vel submitti non poterat, nec etiam vtile, quod Ecclesiæ posset reuniri cum directo, vt est notum. Causa in reclamatione non fuit decisa, quia partes concordia omnia terminauerunt; Nota tamen, quod vtile dominium directo præfertur, *Andr. in §. quid ergo. nu.3. de inuest. de re alien. facta.*

XXXVI. Possunt cõcedere rem particularem feodi ad annuum redditum, siue censum, & sine enunciatione seruitij, & tunc res illa censualis, & non feudalis erit, quoniam redditicia feudi non sunt feodalia, *Camillus de Medic. in cons.117. num.17.*

Sed contra hanc conclusionem facit *prag. 4. de feud.* quæ prohibet diuisionem, seu dismembrationem feudi, tu autem intellige hic de minimis, & sterilibus rebus, vt in *const. Constitutionem diuæ memoriæ.* non autẽ de magnis, vt in *d. pragm.* & vide multa per *Afflict. in decis.376.*

Si vero bona burgensatica sua vellet Baro in feudum dare, poterit Domino tamen approbante, *Andr. in cap.1. num.6. an ille, qui interfecit fratrem Domini sui. & in §. ille tamen. num.11. de controuers. feudi apud pares termin.*

XXXVII. Possunt condẽnare delinquentes ad carceres perpetuos, secundum *Bald. in auth. interdicimus. C. de sacrosanct. Eccles. Bellug. in speculi Princip. rub.23. §. dicimus num.7. fol.162.* non obstante quod de Iure
76 ciuili talis condemnatio fieri non potest, *l. aut damnum. §. solent. ff. de pœnis.* quoniam si talis condemnatio fit, valet; *cap quamuis carcer. de pœnis in 6. Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. cap.16. nu.56. fol.616.* & adest *Regni constitutio. Hi qui.* & diximus supra *vers.2. obseru.2. num.55. Eutropius in lib.1. de gestis Romanorum.* inuentionem carceris ad custodiam, & terrorem Tarquinio superbo ascribit, at inuentorem carceris Ancum Martium quartum Regem Romanorum, *Plinius minor in suo libello de viris illustribus, & Liuius ab Vrbe condita,* affirmant, & meritò carceris ius occupans, læsæ Maiestatis crimen incurrit, quia inuentum Regium fuit, vt per *Ignatium Lopez in add. ad pract. crimin. Diaz cap.126.*

77 XXXVIII. Possunt etiam Barones emanare Banna, ne arma deferantur, nec etiam vt extrahantur victualia pro bono publico, *Alex. in cons.124. col.2. volum.4. Homodeus cons.108. col. fin. Rolan. cons.3. nu.14. & seq. vol.2. Bouadill. in polit. tom.1. lib.2. cap.16. num.59.* sed vsque ad augustalem poterant pœnam imponere, vt infra in *vers.12. obser. 1. n.102.* soletq; à Superioribus ministris, Baronalibus Curijs iniungi, vt pœna non excedat damnum.

78 XXXIX. Possunt testes exteros deponẽtes falsum in eorum Curijs punire, & cognoscere, *Vincent. de Franch. in decis.582.* per *text. in l. nullum. C. de testib.* sed contrarium tenet *Bouadilla in polit. tom.1. lib.2. cap.16. num.136. fol.637.* tu autem sequere primam opinionẽ, quia offensæ sunt aures illius Curiæ, in qua falsitatem deposuit, & meritò ab ea cognoscere debet, *d. l. nullum, Borrell. cons.78. centur.1. Peguer. decis.60. & 79.* sed si Clerici essent testes, coram Ecclesiastico Iudice debẽt cognosci, *Pater Diana moral. resolut. in tract. de immunitate Ecclesiastica. resolut.109.*

79 XL. Possunt cognoscere iniuriantes circa concernentia officium, seu iurisdictionẽ ipsorum, ex quo pœna est certa, & legalis, *l. creditores. ff. ad l. Iul. de vi public. cap. nunc autem.21. distinct. cap.1. de pœnis in 6. Bouadilla in polit. tom.1. lib.2. cap.16. num.140.* & facit *l.1. ff. si quis ius dicenti non obtemp. & doctissimus Nicolaus Vigelius in lib.2. digestorum. cap.4. fol.100. col.1. in fine.* omne enim crimen commissum coram Iudice pro Tribunali sedente, notorium dicitur, & ordinem iudiciarium non requirit, *pract. crimin. Diaz in cap.94.* per *Lucam de Penna in l. quoties. C. de dignitatib. lib.12. Paris de synd. in verb. notorium Iudici. nu.11. fol.181.* vbi ponit

ponit de eo, qui irreuerenter loquitur corã Officiali, & vide infra hic *num.* 150.

80 XLI. Possunt multas imponere pro defensione eorum iurisdictionis, dummodo non excedant tres solidos aureos, *Leon. C. de modo multarum. l. 1. C. de Sport. DD. in l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtemp.* vbi *Angel. Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 16. num.* 143.

In Regno pœna est vnius Augustalis, & quoad pascua, dummodo pœna non excedat damnum, vide infra *vers. 12. obseru. 1. num.* 102, sed pro intelligentia vide infra hic in *casu* 75.

81 XLII. Possunt Barones successores Officiales constitutos per Barones prædecessores expellere, quia iurisdictio prædecessorũ est expirata, sicuti mortuo Episcopo, expirat iurisdictio Vicarij, *Ioannes Faber in §. item si adhuc. num. 5. instit. de mandato. Couarru. pract. qq. cap. 4. num. 4. in fine*; vbi quod non est idem in Rege, nam eo mortuo continuãtur officia, *Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. c. 16. nu. 145. fol.* 639. sed dum annales esse debẽt, videtur, quod dum nec ipsi Officiales possunt discedere iure merito, nec à Baronibus (durante anno) expelli possunt, vt per *Vinc. de Franch. in decis.* 409. & vide infra hic *num.* 202.

82 XLIII. Possunt imponere contributionẽ vasallis pro emenda Terra, aut pro emenda aliqua dignitate filijs suis, sicuti pro monacandis, aut maritandis filiabus, aut pro seruitio Regis, vel eius exercitus, aut si Rex hospitaretur in eorũ Terris, vel si Baro caperetur ab hostibus, aut esset in magno periculo, vel in euidenti paupertate, vt post *Frecc. de subfeud. lib. 2. in 2. author. num. 1.* per *cap. licet vasallus. in 2. respons. si de feudo controuersia fuerit inter Dominum, & agnatum, & cap. super quibusdam. de verb. signif. Bouadilla in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 16. nu.* 162. & vide infra in *casu* 51. & 60. & supra in *casu* 70. & *in num.* 30. & Terram intellige, siue muro circumdatam, siue sit sit Motta, Oppidum, vel Casale, in quo habitant vasalli; & ideo si quis Dominus vnius Villæ, Oppidi, Casalis, vel Mottæ, in quo essent decem focularia vasallorum, plus, vel minus emeret aliquam Terram, vel Casale, adiutorium habebit, ita *Freccia in lib. 2. de subfeud. in 2. authoritate Baron. nu. 25. per tot. fol.* 271.

83 XLIV. In grauissimis causis delinquentium possunt ad horas procedere, & leges alterare, secundum *Bouadilla in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 21. num. 136. pag.* 929. per multa loca ibi allegata, & signanter per *l. si quis filio. §. hi autem. ff. de iniust. rupt. & irrita fact. testam. & glos. in l. hodie. ff. de pœnis.*

84 XLV. Possunt tempore belli Ecclesias, & campanilia incastellare, *Lucas de Penna in l. si diuina, C. de exactoribus tributorum lib. 10. Cynus in l. nullus hæreticus, C. de summa Trinitate, & fide catholica, Capyc. in decis. 27. num. 6.*

Et similiter vasallos cogere possunt ad faciẽdas excubias in Terris maritimis, *Anna in singul.* 63. & diximus supra hic in *casu* 23. quinimo si excubiæ essent destinatæ alicui Castro, & hoc Castrum dirueretur, & loco ipsius aliud construeretur: illi Castro nouiter constructo prædictæ excubiæ debebentur, *Decian. in cons. 43. vol. 3.* & propria loca muris circumdare possunt, *l. per Prouincias 10. C. de ædificijs priuatis*; ac etiam Turres facere, *l. Turres 17. C. de operibus publicis*; sed vide infra hic *num.* 254.

XLVI. Fiscum etiam habere possunt Barones, secundum *Auendanum de exequendis mandatis Regum, par. 1. cap. 7. num. 12. fol.*
85 *mihi* 83. at in Regno nullus Baro habet Aduocatum, seù Procuratorem Fiscalem, sed Curiæ coadiutorem tantum, vt in *cap. Regni plerumque, & Regens de Ponte in tract. de potestate Proregis, sub tit. de prouis. fieri solitis. §. 4. nu. 60. fol. mihi 32. & Regens Constantius in rubr. de Iure fisci. lib. 10. fol. 3.*

Verum Princeps Bisiniani solus, ex particulari priuilegio potest eligere Procuratorẽ Fiscalẽ, vt testatur *D. Tapia in lib. 2. de Iure Regni. sub tit. de officio Aduocati, & Procuratoris Fiscalis. num. 2. fol.* 285. & parte non concordata, potest idem Princeps remittere delinquentibus, *Vincent. de Franch. in decis.* 370. sed remissio partis querelãtis à quibusdam personis requiratur, latè *Consiliar. Pascalis in tractatu de viribus patriæ potestatis par. 2. cap. 1. per totum, & prag. 8. de compositionibus.*

86 XLVII. Possunt etiam Barones manuteneri in possessione extractionis, lite pendente si ius non resistit, *Marcell. de Mauro in in alleg. 32. num. 1.* & pœnas resultantes cõtra extrahentes exigere, vt alias diximus infra hic *num.* 99.

87 XLVIII. Possunt Barones habere subfeuda eorum Baronijs subiecta, etiam si in alieno Territorio sita essent, vt notat *Andr. in tit. qualiter iurare debet vasallus. in addit.*

& in

& in *cap. 1. quæ sit inuestitura*, & ibi *Loffred.* qui allegat *Romanum in conf. 376.* vbi quod idem est in collatione Abbatiæ existentis in alia Diœcesi, & multa per *Marcell. de Mauro in allegat. 2. num. 14.* & ratio esse etiam potest, quia feudum est homo mutus, & diuersa membra habet.

88 XLIX. Possunt denegare Regi seruitium personale extra Regnum: quia in tali casu adhoam tantum soluere tenentur, *Iacobus de Asello in tract. de iure adhoæ, num. 15. & 16.* sed fallit, si bellum esset extra Regnum pro tuitione ipsius Regni, vt infra videbis in his, quæ Barones facere non possunt, in *casu 94.* quo vero ad vasallos grauatos à Baronibus pro seruitio exercitus Regij, nota, illos non posse inde à Rege grauari, ne duplici onere affligantur, *Andr. in §. & extraordinaria collatio. quæ sint regalia.*

89 L. Possunt Locumtenentem creare in absentiam Capitanei, *Io. Antonius de Nigris in cap. Regni, quia de Vicarijs, nu. 10. & vide infra hic nu. 237.*

90 LI. Possũt similiter Barones exigere subuẽtiones à vasallis, nedũ in casibus numeratis supra *casu 7. & 43.* sed ẽt in infrascriptis.

Primo, pro redimenda persona Baronis capti ab hostibus Domini.

Secundo, pro faciendo filio milite.

Tertio, pro maritandis, vel monacandis omnibus filiabus.

Quarto, pro eméda Terra, Castro, vel Ciuitate, Motta, vel Casale.

Quinto, pro exercitu Imperiali.

Sexto, Pro Corredo Imperiali.

vel per *Burrell. in tract. de Regis Catholici præstantia, cap. 18. nu. 64. & seq. & in cap. 20. nu. 36.* vbi *nu. 37.* addit, tamen subuentionem non deberi pro faciẽdo filio Doctore, vel pro maritanda filia spuria.

91 LII. Possunt Barones habẽtes iurisdictionem ciuilem tantum, subuentionem prædictam à vasallis petere, *Frecc. de subfeud. lib. 2. in author. 2. nu. 21. Anna in alleg. 105.* vbi fuit decisum, & facit *Vinc. de Franch. in decis. 131.* & diximus supra *nu...* & vide *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. clausf. 5. glossa 4. num. 36. & seq.*

92 LIII. Possunt sm̃ prædictos Doctores, aliqua exigere pro vxore ducta, vel ꝓ conuiuio, vel pro natiuitate filiorũ, sm̃ *glos. in l. placet 5. in verb. extraordinariũ, cum seq. C. de sacros. Eccles.* sed aduerte, ꝙ illa *glos.* loquitur in Principe, vt per *Petr. Antib. in tract. de muneri b. vers. restat nunc, nu. 7.* & vide supra *nu. 7.* & ideo nullatenus Barones pro causis prędictis, vel pro fatera filiorũ aliquid exigere.

92 LIV. Possunt exigere portiones contingentes, à vasallis in donatiuis, & alijs oneribus, etiam si Rex remisisset Baroni ratã sibi tangentẽ in dictis donatiuis, *Iacob. de Asello in tract. de adhoa, nu. 60.*

93 LV. Possunt cognoscere contra vasallos receptantes contumaces M.C.V. vel Regiarum Audientiarum, *Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. sub tit. de prouis. fieri solit. §. 4. nu. 58. fol. mihi 21.* sed contrariũ tenet *Vinc. de Franch. in dec. 470. & Rouit. in pragm. 2. nu. 13. vbi de delict. quis conuen. debet*, & ita tenet etiã ex dispositione *l. nullũ, C. de testib.*

Receptatores cõuincuntur ex confessione duorum delinquentium in tortura deponentiũ fuisse receptatos, sed guidatos, *prag. 5. de recept. malefact.* sed aduerte, quod requiritur repetitio ipsorum, *prag. 1. de persequ. reis.*

94 LVI. Possunt guidare eorũ vasallos bannitos, *Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. in tit. de prouis. fieri solitis, §. 4. nu. 58. fol. 32.* sicuti etiam possunt pro subditis absq; mandato agere, quia interest Dominis subditos esse diuites, vel nõ esse in iuratos, *And. Gayll. pract. obseru. lib. 1. obseru. 125.* imo & pro vasallis appellare, in *obseru. seq.*

95 LVII. Possunt denegare augumentũ seruitij Dño Regi, non obstante, ꝙ redditus feudi aucti sint ex industria Baronis, *Barthol. de Capua*, fine alter in eo *in sing. 69.* per *glo. in l. si merces, §. culpa, in verb. diligenter, ff. de act. empt.* Sed quid si augmentũ prouenit ex tempore? cogita, nam hæc esset magna Regis vtilitas, & posset fieri noua taxa, quæ fieri nõ potest, vt diximus.

96 LVIII. Possunt animalia capere à vasallis pro eorum seruitio, salario mediante, *Vinc. de Franch. dec. 211. Afflict. in constit. omnes Officiales, & in const. sic nostra seruitia*, & ibi *Andr.* & vide infra hic *nu. 207.* sed non possũt cogere vasallos ad seruitia personalia ẽt salario mediante, sm̃ *Afflict. in constit. persequẽtes, in 6. notab.* nisi vasalli essent angarij, & perangarij, vt infra hic *nu. 219.* vbi videas.

LIX. Possunt Barones, vt pares Curiæ interuenire in priuatione feudi contra alium Baronẽ, cum in hoc casu tm̃ in Regno remãserit iudicium Parium, vt per *Andr. in const.*

Regni. si vasallus à Domino, & in c. 1. nu. 7. de controuers. apud pares terminand. sed *Lanarius in cons. 88. num. 28.* dicit, quod hodie
97 sublatum est hoc iudicium parium, quoniã Rex potest esse Iudex in causa propria, & Iudices sibi elegit, vt est de Tribunali Regiæ Cameræ summariæ, vt in eo diximus. Sed Ego vidi sententiam condẽnationis ad mortem, & adpriuationem feudorum contra Comitem Venafri rebellem de anno 1529. in qua interuenerunt pares Curiæ, quæ sententia fortè inseretur infra *vers. 14. obser. 1. in 4. cap.* & nouissimè *D. Regens Tapia in decis. 24.* dicit, quod pares Curiæ recesserũt ab Aula.

In causa Plombini coram Diuo Imperatore agitata de anno 1623. dum contrauerteretur ad quem status prædictus spectabat, Dña Isabella Appiana de Aragonia Posseditrix coram Imperatore in consilio Aulico, pares Curiæ petijt, & indignatus fuit Imperator, & ipsam indignam declarauit ob talem petitionem Parium; sed postea in gratiam Regis Philippi Tertij, fuit restituta ad agendum, licet indè declaratum fuerit, statum prædictum ad neminem ex prætensoribus spectare, sed postea ratione maioris equitatis per eandem Aulam Imperialem fuit prouisum, vt præferantur Appiani de Ciuitate Florentiæ. Agitur nunc si sententia Imperialis debet exequi, (& Deo dante) infra ponemus, quid euenerit, nam super hoc laboramus, iam quod ab Excellentiss. Prorege, & eius Collaterali Consilio est videndum, si prædicto decreto Imperiali est danda exequutio.

Quo vero ad pares Curiæ, vide *cap. 1. apud quem, vel quos cõtrouersia feudi terminetur, & cap. 1. de lege Corradi, & l. Imperialem, §. fin. de probib. feud. alien. per Fredericum,* vbi habes, quando pares interuenire debeãt, vel non, & infra in *vers. 14. obseru. 1. num. 87.* aliqua tanguntur, circa hanc materiam: erga quam nota, quod si pares Curiæ essent suspecti, Ordinarius cognoscit, *Bal. in d. §. fin. de probib. feud. alien. per Freder. & Præpositus in cap. 1. nu. 2. de inuestitura in maritum facta.*

LX. Possunt Barones, prout etiam possunt Prælati habentes vasallos, adiutoria à vasallis petere, vt diximus supra in *casib. 7. 43. 51. & seqq.* & hoc vigore *constitutionis Regni, Quamplurimum, & in cap. Regni, Comites, & Barones, & Feudatarij, pag. 329.* &
98 quo ad adiutorium pro maritanda, vel monacanda filia, vel nepte, intellige de omnibus filiabus, *Vincent. de Franch. decis. 42. & 215* etiam si in vno anno duas maritasset filias, vt per eundem *de Franc. in decis. 306.*

Tamen nota, quod si filia ex causa suę pulchritudinis dotaretur, subuentio hæc non deberetur, *Freccia de subfeud. lib. 2. quæst. 2. pag. 282. & 269. num. 23. & in pag. 283.* affirmat, non deberi subuentionem pro maritãda filia spuria, vel naturali; sed fallit in Rege, vt euenit in anno 1548. quo tempore pro maritagio Donnę Mariæ de Austria filia naturali Imperatoris Caroli Quinti, cum Duce Parmæ, fuit facta impositio carolenorum quinque pro quolibet foculare, & factum donatiuum ducatorum 150000. vt infra in in donatiuis Regni *vers. 4. obseru. 3.* videbis. Aduerte tamen, quod in casu debitæ subuentionis ex causa prædicta, secundum *Capitulũ Regni, de Comitibus*; fieret idest ad rationẽ carolenorum quinque pro quolibet foculare in maritandis vt supra, sed pro monacanda filia, ad rationem granorum 25. pro quolibet foculari, vt etiam notat *Frec. de subfeud. lib. 2. pag. 269. num. 23. & fol. 272. num. 27.* & diximus supra hic in *casu 7. 43. 51.* fuit etiam dubitatum, num vasalli Albanenses teneantur adhoc adiutorium? & decisum fuit, quod si per 20. annos habitassent, teneãtur, idem *Frecc. in quæst. 11. fol. 299. & in fol. 272. num. 26, circa medium in d. lib. 2. de subfeud.*

Et adiutorium hoc deberi, quando frater maritat sororem, etiam si feudum peruenisset ex successione Auunculi, tenet *Vinc. de Franch. in decis. 73.* sicuti etiam & fratri vita militia super tali feudo debetur, secundum *Capyc. in decis. fin.* licet contra decisionem illam fuerit inde determinatum per *Gizzarellum in decis. 37.* sed multi putant decisionem prædictam nõ fuisse *Capycy*: & difficultas est, quia aliqui tenent, quod vita militia debetur ad instar legitimę, secundum *Andr. in constit. Comitibus*; quem allegat *Capycius in d. decis. fin. num. 4. in fine,* & per *Fabium de Anna in cons. 6.* licet contrarium tenuerit *Minadous in cons. 1.* asserens deberi ratione exclusionis feudi, & partim participat de legitima, & partim de alimentis, vt ibidẽ: (quanta autẽ sit vita militia declarat *Vinc. de Franch. decis. 61. & Menoch. in cons. posito in 2. vol. consiliorum Faby de Anna cons. 120.*) vasalli verò Burgenses ad hoc adiutorium non tenentur, secundum *Afflict. in decis. 265. nu. 56. & 57.* sed contrarium fuit decisum *Vincent. de Franch. in decis. 131. & Andr. in constit. Regni, Comite, vel Barone*; dixit, quod vasalli Burgenses rari sunt in Regno, & in *cap. 1. num. 4. circa finem, de his, qui feudum dare possunt*; docuit, vasallaggiũ

acquiri

acquiri ſpacio 30. annorum; Cuius dictum procedebat tempore quo Reges erãt in hoc Regno; hodie autem, quod Rex eſt abſens à Regno, requiritur ſpatium centum annorũ, ad traditaīn *conſtit. Regni Quadragenalem*, & vide infra *nu.* 248.

99 LXI. Poſſunt Barones pœnas in Regijs Pragmaticis ſtatutas inconrrauenientes exigere, non obſtante, quod in Pragmaticis prędictis dicatur, ſub pœna Regio Fiſco applicanda, vt notat recolendæ memoriæ *Regẽs Conſtantius in l.* 1. *num.* 24. *C. de iure fiſci. fol.* 56. & vide infra hic in his, quæ Barones facere non poſſunt in *caſu* 95. *nu.* 238. *& Io. Franc. de Ponte in conſil.* 105. *vol.* 2. *& Moles in deciſ.* 80. dicit, pœnas extractionum eſſe Baronum, & vide ſupra hic *nu.* 86.

LXII. Pœnas pecuniarias vaſallis remittere poſſunt, etiam inuitis creditoribus ipſorum Baronum hypotecam habentibus contra ipſos Barones ſuper eorum bonis, *Iacobus Mandella Albenſis in conſ.* 451. *&* 452. *num.* 32. quia in quærendis poteſt de-
100 bitor creditoribus præiudicare, *l. qui autẽ ff. de his, quæ in fraudem creditorum*; & nouiſſimè ſic deciſum refert idem *Regens Conſtantius in l.* 1. *C. de iure fiſci. nu.* 62. *lib.* 10. *pag.* 66. hinc *Abb. in cap. ex tranſmiſſa. num.* 2. *de decim.* dicit, quod ſi ex acquirendis decima eſſet ſoluenda, poteſt quis non acquitere, & decimam non ſoluere.

Quod quæſo ſanè intelligas, quoniam in obligationibus, quilibet obligat ſe, & bona ſua acquiſita, & acquirenda, Iura, & actiones præſentia, & futura, conſtituendo creditorẽ in locum ſuum, tanquam Procuratorem in rem propriam, & ideò creditor tanquam Procurator vt ſupra, poſſet acquirere ea, quæ debitor renuit acquirere, tanto magis, quia præſumitur, debitorem illud facere in fraudem creditorum, qui cum eo contraxerunt etiam ratione, & ſpe iurium obueniendorum, quæ ſi debitor renunciauerit, periturus remaneret, & creditor Procurator in rẽ propriam conſtitutus (qui æquiparatur Domino, *Rimin. Iunan conſ.* 65. *num.* 23. *vol.* 1.) poſſet acquirere, & ſicut hæres inſtitutus poſſet officio Iudicis cogi ad inſtantiam fideicommiſſarij ad hæreditatem adeundam periculo fideicommiſſarij, cui hæreditatẽ reſtituat, *Andr. Gaill. pract. obſeru. lib.* 2. *obſeru.* 31. *nu.* 1. ita & creditor facere poſſet, & *text. in d. l. qui autem.* non procedit in legitima, nec in dote, nec contra Fiſcum, *Fabius de Anna in conſ.* 76. *nu.* 3. *& ſeq.* nec ibi, nec in *l. alienationis.* 28. *ff. de verb. ſignif.* diſponitur, vt creditores nequeant acquirere, quæ debitor renuit, quinimo quod debitor ex iuſtitia tenetur hæreditatem adire, alias peccaret, dum in fraudem creditorũ cedit, *Ant. Santorell. Ieſuita in tract. de Hæreſi. cap.* 15. *in* 4. *&* 5. *dubio*; idemq; dicitur de Iudice, qui pœnam pecuniariam inquiſito remittit, ipſe enim tenetur in foro conſcientiæ Domino ſoluere, vt infra *verſ.* 12. *obſeruat.* 1. *nu.* 122. *circa medium*; & pro hac materia vide *Vinc. de Franch. in deciſ.* 101. *& Surd. conſ.* 300. *num.* 17. *& Lanar. in conſ.* 42. *nu.* 1. vbi pulchra diſtinctio. Ego autem ſemper credidi, & teneo, creditores in hoc caſu tanquam Procuratores in rem propriam poſſe talem hæreditatem acquirere, *argum. text. in l. & ſi lege.* 28. *§. perinde. ff. de petit. hæred. & l.* 2. *§. ſed & ſi quid dolo. ff. de hæred. vel actio. vend.* vbi dolus malus conſideratur nõ ſolum in cõmiſſione rei acquiſitæ, ſed etiam in non acquirendo; facit quoque *§. fin. in eadem l.* vbi præſumitur emptor hæreditatis ab initio inſtitutus, & ac ſi venditor nunquã fuiſſet hæres, ſic in caſu noſtro, in quo creditor cõſtitutus Procurator in rem propriam poterit omnia acquirere, nulla habita conſideratione de dolo debitoris nolentis acquirere; opinioq; iſta fortius probatur in *l. ſi vero.* 65. *verſic. dabit. ff. ſolut. matrim.* ibi, *perueniſſe accipimus, ſiue iam exegit, ſiue exigere poteſt, quia actio ei delata eſt*; *adijcitur in lege, vt & ſi dolo malo aliquid factum ſit, quoniam ad eum perueniat, teneatur.*

101 LXIII. Ad fideiubendum pro eis vaſallos cogere poſsũt tam in ciuili, quã in criminali cauſa, verum Barones tenentur eos indemnes, & illeſos extrahere, vt in *conſtit. Regni. Si Dominus vaſallum, & in conſtit. ſi vaſallus à Domino.* quibus in Iuribus diſponitur, etiam Dominos teneri fideiubere pro vaſallis, & ſic correlatiuè procedit, tu autem vide nouam prouiſionem in *pragmat.* 10. *ſub tit. de Baronibus*; in qua limitata eſt fideiuſſio vaſallorum pro Dominis, in caſibus prouiſis per *conſtit. Regni, Tantum.*

102 LXIV. Poſſunt cogere vaſallos ad eis præſtandum aſſecurationem ſeruata forma *conſtit. Regni. Domini à vaſallis*; & alterius *conſtit. Si vaſallus à Domino.*

103 LXV. Poſſunt (cum iuſta cauſa) vaſallos verberare, vt probat à cõtrario ſenſu *Regni conſtitutio. Si vaſallus à Domino,* ibi, *vel illum ſine iuſta cauſa verberauerit*; ergo cum iuſta cauſa poſſet, eo fortius, quia argumentum à contrario ſenſu etiam in ſtatutis valet,

ler, *Bellug. in Specul. Princ. rub. 17. §. milites. num. 4. vers. & præsupposita;* quem sequitur *Consil. Rouitus in pragm. 26. de feud. nu, 48.* Sed circa hoc vide infra in his, quæ Barones facere nō possunt *nu. 113. in casu 5. 77. et 86.*

Et cogita si argumenta à contrario sensu in hoc casu valeant, siquidē nullas vires habent, qñ ad probandum contrariū eius, quod alio Iure claro statuitur, assumuntur, iuxta *cap. à nobis, il secondo, de sent. excom. & glos. in cap. significasti. de foro compet.* cum multis alijs per *Felyn. & Nouar.* ibi adductis; & eo fortius si prauus resultaret intellectus in præiudicium tertij, idest vassallorum, vt esset in casu isto.

104 LXVI. Possunt Barones sine literis Curiæ à vasallis adiutorium petere, vt in *cap. Regni Item statuimus, quod Comites, & Barones, & aly feuda tenentes,*

LXVII. Possunt Baronum Curiæ in causis minimis interponere decreta, exulet, vel soluat, *Regens de Ponte in tract. de potestate Proreg. sub tit. de prouis. fieri solit. §. 4. num. 15. pag. 26.*

105 Vbi quod hæc forma decreti non comprehenditur in *pragmat. fin. de Baronibus,* quæ certam pœnam in decretis determinari iubet, & vide infra hic *num. 240.* & ratio interponendi decreta prędicta esse potest, quia partis remissio requiritur vbi vulnera, aut percussiones verbales interuenirent, quia cętera extra offensas personæ non requirunt partis remissionem in indultu gaudendo, *D. Rouitus in pragmat. 11. num. 17. 43. & 52. de abolitio.* & vide infra hic *num. 183.* & ad hanc materiam nota, quod si vasallus se gratijs Curiæ submitteret, & grauaretur, potest appellare, *Gizzarellus in decis. 57.*

106 LXVIII. Possunt constitnere Magistros Iuratos in eorum Terris, vt in *cap. Regni, Item statuimus; & Vinc. de Franch. in decis. 34.* nisi Vniuersitates essent in possessione illos eligendi, & constituendi, vt in alio *cap. Regni ad quietem.* ad hanc materiam vide *Camill. de Medicis in cons. 87.* sique Vniuersitas nominauerit Baroni tres personas (vt solect) & nominatio nō est idonea, ad quem spectet electio? disputat *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. clausul. 4. glos. 10. par. 1. num. 40. in fin. & seq.* & si ignoranter fit, iterum debet nominatio fieri.

107 LXIX. Possunt diuidere exercitium iurisdictionis in plures, *l. 2. in princ. vers. postea aucta. ff. de orig. iuris;* & ita *Bart. in cons. 184. num 7. & in l. inter tutores. nu. 7. ff. de admi-nistr. tutor. & Vinc. de Franch. in decis. 166.* & vide infra in quibus Barones non possunt in *casu 46. num. 179.*

108 LXX. Possunt ex consuetudine habere certa loca priuata in fluminibus, vbi ne quis possit nisi ipsi piscare prohibent, secundum consuetudinem, vt aduertit *Andr. in verbo redditus piscationum. sub tit. quæ sint regal.* sed de hoc vide infra hic *num. 113. & 199.* sicuti etiam possunt habere feudum de per se in alterius Baronia situm, *Andr. in cap. 1. num. 1. vers. item & potest, de capit. qui Curiam vendidit,*

109 LXXI. Possunt ius dicere inter vasallos extra Territorium in Terra Demanij, vt disputat *Afflict. in constit. Regni. De quæstionibus. 2. col. vers. nota primo,* & aliqua ponit in *decis. 190.* at *D. Rouitus in pragm. 1. num. 14. de iurisdict. inuic. non turbandis;* sentit, vt exequutio fiat in proprio Territorio, vbi subdit, q si per mille annos hãc iurisdictionē in alieno Territorio exercerent, non præscriberet; sed quid si Baro habens merum Imperium, & successiuè confiscationem bonorum, possit bona illius contra quem fit confiscatio, exequi, si extra suum Territorium sita essent? vide *Aurnd. de exequend. mandat. Regum, par. 1. cap. 7. num. 1. versic. & quod.*

110 LXXII. Possunt cogere vasallos soluentes decimam prædialem fructuum, ad illam conducendam vsque ad horrea Baronalia, & non sufficit in area illam consignare, si tamen consuetudo aliter non se haberet, *Vinc. de Franch. in decis. 124.* & licet *Anna in alegat. 94. & in singul. 141.* declaret de quibus fructibus debeatur decima, & affirmat etiam de rapis, lupinis, & palea milij deberi. Ego obtinui decimam deberi ex omnibus, & quibuscunque fructibus tam inferioribus, quam superioribus nascentibus in Territorio, vt videre poteris in processibus vertentibus in Sac. Cons. in Banca de Borrello, inter Venerab. Monasterium S. Iacobi Insulæ Caprearum, cum Vniuersitatibus Gragnani, Literarum, & alijs: & quia sunt circa 20. volumina, si tua interest, perquire vltimum ex eis, & sententia fuit lata in anno 1620. viso prius loco differentiæ in feudo Marinæ, quod per prius erat feudum Cancellariæ, cuius Officiales viuebãt de fructibus dicti feudi, antequam directus exigerentur in Cancellaria, vt testatur *Andr. in cap. 1. nu. 3. de feudoguardia,* & multa in materia decimæ

vide

vide per *Decian. in cons. 16. & 49. volum. 2.* præter alios.

LXXIII. Possunt Barones pro solutione affictus feudorum præferri illis, qui dederunt semen ad serendum specificè in dictis feudis, *Decian. cons. 45. vol. 3.* non obstante *l. interdum. ff. qui potiores in pignore habeantur*.

LXXIV. Possunt etiam Barones procedere vigore quatuor literarum arbitrariarum, quas habent contra vasallos in casibus enumeratis infra in *vers. 12. obseru. 1. num. 112. & seq.* vbi an ex officio procedere possint in crimine furti differitur.

LXXV. Possunt imponere pœnam vltra Augustalem, si habent merum, & mixtum Imperium, quia illud, quod dicitur, vt non possint imponere pœnam vltra Augustalem, procedit in Baiulis: & quando Barones habent iurisdictionem ciuilem tantum, sed non quando habent merum, & mixtum Imperiũ, & sic decisum refert *D. de Ponte in cons. 53. num. 13. vol. 2.* & vide supra hic *num. 80. & D. Rouitum in pragm. 1. num. 11. de offic. Baiuli.* post *Dec in cons. 198. visis, & Auiles in cap. 17. Pratorum. in glos. emendat. num. 22.* qui pœnam augeri posse ait, si temporis qualitas exposceret, & quid in proprijs Territorijs, *ibid. & nu. 24.*

LXXVI. Baro habens iurisdictionem ordinariam in aliquo Casali, potest cognoscere omnes exteros delinquentes in eo, quod intellige etiam, si non ostenderet Priuilegiũ de iurisdictione sibi concessa, vt per *Andr. in l. Imperialem. nu. 89. Capye. Couar. de Ponte, & Bouadilla in locis citatis per D. Rouitum in pragm. 2. num. 15. vbi de delict. quis debeat conueniri*; & intellige non obstante, quod alter Baro possideret iurisdictionem in Capitaniam, idest officium in personas aliquas habitantes in dicto Casale, vt est in Casale Iugliani in pertinentijs Ciuitatis Auersæ, in quo Baro erat Dux Montis Leonis, vt latè fundat *Regens de Ponte in consil. 76. vol. 2.* & faciunt dicta per *Fabium de Anna in cons. 61. num. 32. & Capye. in inuestit. in verb. feudorum augmenta. versic. vasallorum. fol. 85.* At hodie est Principis Petræ pulcinæ, & vertitur lis in Sac. Cons. cũ Duce Achiruntiæ, in Banca de Felice, super cognitione vasallorũ exterorum, & lite prædicta pendente, datur præuentio, verum Sac. Cons. solet habilitare inquisitos cũ cautione de parendo suis mandaris, & se præsentare coram Iudice declarando, si ad illud habetur recursus.

LXXVII. Assisam etiam ponere potest Baro cum pœna, & licet Vniuersitas posset assisam ponere, tamen absque pœna, facit *Io. Franc. de Ponte in cons. 105. vol. 2.* Sed veritas est, quod in his consuetudini locorũ esset standum, ac etiam temporum calamitatibus, secundum quas potest Baro se regulare, & tempore charestiæ prouisiones extraordinarias, & banna facere circa victualia, si tamen merum, & mixtum Imperium habet, *Borrell. de magistr. edict. lib. 3. cap. 14. nu. 8. & Soccin. Iun. in cons. 76. vol. 4.*

LXXVIII. Possunt recurrere ad Proregem, & extractari facere ex eorum Terris vasallos infestos, & odiosos, *de Ponte in tract. de potest. Proregis, sub tit. de diuersis prouis. fieri solitis. fol. 470.* post *Bal. in cap. 1. §. donare. de forma fidelit.* hinc dixit *Bart. in tract. de tyrannide, num. 29.* quod quando in Ciuitate adesset aliquis rixosus, & seditiosus, debet à quolibet iusto Iudice expelli, & D. Prorex potest in hos prouidere, & Regi referre, vt diximus supra *vers. 2. obseru. 2. num. 63.* aiunt enim Politici, temerarietatem insolentiæ esse coniunctam, & ideo ex Republica expellendam.

Hactenus audistis conscriptas ex ordine aliquas Baronũ potestates, quæso ne pigeat aliqua videre inter quæ facere prohibeãtur, circumscripta regula, quod cognito vno de contrarijs &c. *l. qui accusare, ff. qui accusare non possunt*; aut alia, quod exceptio firmat regulam in non exceptis, in *auth. de non alienand. vel perpetuand. & c. cap. 2. §. aut autem lex*; quia in hoc casu non militant, per *text. in l. bos accusare. 12. ff. qui accusare non possunt*; vbi enumeratis prius, qui accusare possunt, describuntur deinde, qui accusare non possunt, merito aliqua hic adnotare nõ inconuenit.

III I. Non possunt Barones iurisdictionem criminalem in eorum Terris exercere sine expresso priuilegio, & licentia Regis, alias eorum Terris priuarentur, *Capye. in decis. 130. num. 24.* Imo incurrerent in crimen vsurpatæ iurisdictionis, nisi legitimam præscriptionem habuerint, *pragm. 8. de Baron.* quod intellige de Castris possessis post *constitutionem Regni, Ea qua ad decus*; quæ in anno 1222. fuit condita: & non de possessis ante dictam constitutionem, vt est in quamplurimis Monasterijs, & Ecclesijs, quæ ante constitutionem prædictam possident vasallos, & habent omnimodam iurisdictionem ex priuilegijs ante dictam constitutionem quæ forte infra enumerabuntur, quia iurisdictio

S 3

dictio erat etiam de Iure Codicis, *l. 2. cum gloſ. in verb. territoria. C. de fundis limotrophis lib. 11.* & ſi quis eam occupabat in aliquo Caſtello cum Territorio, capitali pœna plectebatur, *d. l. 2. in fine.*

112 II. Non poſſunt vaſallos cõtra iuſtitiam opprimere, vel eis metũ inferre, quod enim cõtra voluntatem per metum fit nullum eſt, *Bal. in §. pactiones. de pace conſtantiæ. num. 2.* vbi quod talis metus eſt vis quædam præcita, quæ conſenſum tollit, ſicuti nec vaſalli poſſunt Barones calumniare, vt in *conſt. Regni Præſenti conſtitutione*; & matrimonia inter vaſallos, nec directè, vel indirectè, ſub pœna Proregis arbitrio reſeruata, impedire poſſunt, *pragm. 9. de Baronibus.* & in *Sac. Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 9. de reformat. matrim.* vbi quod talis prohibitio eſt pœna anathematis ipſo facto, & extende etiam ſi blandis verbis hoc facerent, vt infra hic in 3. *caſu*; Semper enim matrimonia libera, & inſolubilia fuere, *Geneſis 2. & 24. Matth. 5. & 32. Marc. 10. & 11. & ad Corinth. 7. & 8.* materiam hanc matrimonij latè videas infra *verſ. 8. obſer. 2. cap. 2.*

III. Vaſallos ne vendant, vel alienẽt, neuè alios contractus faciant, prohibere non poſſunt, vt in *pragm. ſub tit. de Baronibus*, & ſignanter 9. & 10. quæ procedunt etiam ſi blandis verbis hoc facerent, quo caſu, quem inducere ad contrahendum nõ videtur prohibitum, *l. fin. C. ſi quis aliquem teſta. prohib.* quia ait *Ioſeph de Bello Iudaico: Difficile eſt quicquam negare maieſtati roganti*, & notabiliter *Bald. in §. pactiones, de pace conſtantia.*

113 IV. Non poſſunt piſcationẽ vaſallis prohibere in riuis exiſtentibus in eorum Territorijs, *Guidop. in deciſ. 514. Anna in ſingul. 58. Regens de Ponte in conſ. 74. volum. 2.* vbi quod tale ius prohibendi eſt de regalibus, & *Capye. in l. Imperialem. in verbo callidis. in fin. fol. 49.* vbi cæteros caſus cumulat contra Barones. & dum Baro S. Marſani prohiberet Ciues Sarni ne piſcarẽt in flumine, quatenus erat intus Territorium dicti Baronis, *per decretum S.C. referente Conſiliario de Leonardis docili viro, ſub die 16. Nouembris 1612. fuit datus terminus ſimpliciter*, & ſic Vniuerſitas Sarni, quæ habebat aſſiſtentiam Iuris pro ſe, obtinuit lite pendente; tu autem de hac materia vide late *p Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. c. 16. nu. 138. pag. 637. Luc. de Pen. in l. vſum aquæ. C. de aquaduct. lib. 10.* & per *Campag. in cap. Regni grauamina. nu. 115.* deque materia piſcationis in diebus feſtiuis ponit *Molfeſius in 2. par. ſumma. tract. 12. cap. 3. num. 76. fol. 22.* Barones tamen certa loca in fluminibus habere poſſunt, vt notauimus ſupra hic *num. 108.* & vide infra *num. 199.*

114 V. Vaſallos moleſtare non poſſunt Barones, ſed in eorum pace viuere ſinant, *prag. 3. de Baronibus*; & ideo ſi in vaſallos ſæuiunt, eorum dominio priuari debent, *Grammat. in deciſ. 104. Regenſ. de Ponte in decis. 14. nu. 54.* vbi non meminit de dicta deciſione Grãmatici, & *Gayll. practicarum obſeruationum lib. 1. obſeru. 17. num. 4.* & colligitur ex argumento *tex. in l. 2. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. l. 1. verſ. quod autem dictu. ff. de offic. Præfecti Vrbis. & Campag. in cap. Regni grauamina*, vbi multa ponens in *num. 35.* quid ſi Barones vaſallos pugnis verberent. Et ratio eſt, quia verus Dominus eſt Rex, &
115 non Baro, & meritò ſi vaſalli Baronem occiderent, læſæ Maieſtatis crimen non committunt, *Andr. in cap. 1. quibus modis feudũ ammittatur, nu. 12. in fine, & Viuius in deciſ. 278. & Intrigliolus in deciſ. 32.* Sed ſi Baro pugnis vaſallum verberat, vel vulnerat, ipſum amittit, *gloſ. in conſtit. Regni, Si vaſallus à Domino, in verb. verberauit. fol. 224. & §. in poteſtate. cum ſeq. inſtitutionibus de his. qui ſunt ſui, vel alieni iuris, Gayll. lib. 1. obſeruationum, obſeru. 17. & Camillus de Curte in ſuo diuerſorio iuris feudorũ, fol. 88. num. 6.* & meritò in generali Viſitatione fuit multis Baronibus ſuſpenſa iuriſdictio, vt per *Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 265. num. 15. & 16.* & vide infra in *caſu 77. & 86. num. 228.* vbi multa pro, & contra, & ſupra in *num. 103.*

116 Quinimo Baro iuriſdictionis ciuilis; aduerſus Baronem criminalem in vaſallos ſæuientem, actionem habet ad agendum, *Anna in ſingul. 61. Paul. de Caſtro in l. ſi cuius 25. ff. de aqua pluuia arcenda*; & *Oldrad. in conſ. 207.* & vide infra hic *num. 218.* in materia famulorum vaſalli à Barone offenſorum.

117 VI. In Nemoribus Vniuerſitatis clauſuras, foreſtas, aut defenſas facere non poſſunt, inuitis vaſallis, *pragm. 11. & 12. de Baronib.* quinimò eis moderatè vti debent, ne vaſallorum vſus tollatur, *Anna in ſingul. 80.* & & multa per *Conſiliar. Rouitum in pragm. 1. de ſalario eorum, qui mittuntur pro ſeruitio Curiæ, &* vide infra *verſ. 4. obſer. 5. nu. 17.*

118 VII. Vaſallos ad introitus Baronales locandum, vel ad inuitè vendendum eorum bona, cogere non poſſunt ſub pœna perditionis

tionis pcetij, & alia Proregis arbitrio referuata, *pragm. 13. de Baronibus*; Imo nec Fiscus hoc facere poteſt, vt in *conſtitut. Regni Magiſtris, & Procuratoribus*, & diximus ſupra in *Tribunali Regia Camera verſ. 3. obſ. 3. num. 155.*

Quinimò Barones nec per ſe, nec per interpoſitas perſonas poſſunt gabellas eorum Terrarũ in affictum capere, nec in illis participare ſub pœna duc. duorum mille, & alia arbitrio Proregis, vt ex *pragmat. Comitis de de Lemos 26. Maij 1613.* vbi ſimiliter diſponitur, vt gabelloios, ſeù vaſallos non cogãt ad eis ſoluendum pecunias aſſignatas Regijs ſolutionibus, aut alijs particularibus.

119 VIII. Solutiones collectarum pro eorum bonis allodialibus Vniuerſitati denegare non poſſunt, argumento *text. in l. fin. C. de excuſat. muner. lib. 10. l. fin. C. de collat. fundorum fiſcalium, lib. 11. col. 2. C. de priuilegijs domus Auguſta, eodem lib.* vbi etiam Fiſcus tenetur, *Nouar. in pragm. 12. de Baron.*

Sed quid pro pecudibus, aut alijs deſtinatis ad culturam feudi, vide *Luc. de Penna in l. 2. col. 2. verſ. item quero. C. de bonis vacantibus lib. 10. Andr. in cap. 1. verſ. & plauſtrorum, qua ſint regalia; Pariſ. de reintegr. feudorum, cap. viſo, qua ſit natura. fol. mihi 13. Capycius in inueſtitura feudali, verſ. feudorum immunitates*; & facit *text. in l. priuatares noſtra, & l. euidenter, C. de executor. tutor. lib. 10.* ſed quo tempore collectæ eſſe cœperunt *Lanarius* ponit *in conſil. 95. & Fabius de Anna in conſil. 59. & 60.* nota tamen, quod pro bonis burgenſaticis à Rege conceſſis collectæ ſoluuntur, *Anna in allegat. 128.* ſed à Monaſterio de bonis conuerſorum ſoluuntur, ſecundum *Bart. in l. incola, num. 5. ff. ad municipales, & Felyn. in conſ. 46.* vbi pulchra deciſio, quæ fuit practicata Romæ in anno 1596. in cauſa Vniuerſitatis Stili, cum Epiſcopo Squillacenſi; Sed ſi gabella ſuper pane ſolueretur in Vniuerſitate, non extenditur ad panem factum de frumento peruento ex feudo, *Io. Franc. de Ponte in conſ. 105. num. 18. vol. 2.* & merito Barones eſſent in eo exempti.

120 IX. Non poſſunt Barones ad molendum in eorum molendinis, vel tapetis vaſallos cogere, *Anna in allegat. 116. Couar. in cap. poſſeſſor, de ſen. ten. excommun. ſecunda partis relectio. §. 4. num. 6. & ſeqq. fol. 380.* vbi num Vniuerſitates poſſint ſtatuta condere pro tali prohibitione tu vide *Anna in ſing. 557. & Freectam de ſubfeud. lib. 2. author. 41. in fine*; vbi quod Barones poſſunt tales prohibitiones facere, ſi alibi ad emulationem vaſalli irent ad molendum; At contra *Freec.* tenet *Anna in alleg. 116. & 117.* ſed cum *Freccia* tenet *Rouitus in prrg. 14. de Baron. num. 5.* vbi quod vaſalli ad alia molendina accedere non poſſunt, omiſſis Baronalibus, ſi ad emulationem in damnum introytuum Baronalium, nulla accedente vtilitate facerent, quæ doctrina vera eſt, etiam ſecundum regulam, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt fieri debet, & hanc opinionẽ nouiſſimè comprobat, & ſequitur *Fuluius Lanarius Aduocatus primarius in addit. penult. ad repetit. feudal. Io. Antonij Lanarij ſui Patrui fol. 529. num. 68. Caſſaneus vero in conſuet. Burgund. fol. 1453. num. 17.* tenet, quod habens omnimodam iuriſdictionem, poteſt talem prohibitionem facere: ſed aduerſus eum inſurgit *Couar. in regula poſſeſſor, par. 2. §. 4. num. 7. fol. 283. & Anna in ſingul. 557. & in repetit. cap. 1. de vaſallo decrepita atat. in verbo feudum, nu. 69.* vbi quod ſi molendina Baronis commodiora eſſent, & in eis æqualis molitura ſolueretur: tunc vaſalli in eis molere tenentur, alias iniquitas eſſet, & *Bald. in conſil. 71. num. 5. in fin. volum. 1. & Natta in conſil. 106. lib. 1.* dixerunt, quod ſi molendina ſunt ratione Iuris publici, & conſequenter de regalibus, poſſunt Domini vaſallos cogere ad molendum in eis. Potiſſimaq; ratio eſſe poteſt, quia Barones ſeruitium militare, adohas, & releuia Regi ſoluunt, ſiq; introytus iſti deficerent, etiam ſeruitia prædicta Regi debita deficerent.

Cumque ſupra tetigimus, num Vniuerſitas ſtatutum facere valeat, ne eius ciues ad molendum ad alia molendina, quam ad Vniuerſitatis accedere poſſint, & *Vincent. de Franch. in deciſ. 380.* concludit, tale ſtatutũ fieri poſſe ex cauſa neceſſitatis, ſubdẽs, quod non obſtante contradictione Venerab. Monaſterij Sancti Laurentij propè Padulam poſſidentis molendina intus Territorium montis ſani, dedit terminum in cauſa, & ex quo Vniuerſitati ius non reſiſtebat, lite pendente obtinuit, & conſeruata fuit in poſſeſſione iuris prohibendi.

121 Aduerte tamen, quod decretum prædictũ fuit domi latum, & quod non eſt verum aſſumptum illud, quod Vniuerſitas habet iuris præſumptionẽ pro ſe, quia potius habet reſiſtentiam Iuris, poſtquam eſt de demanio, & habet Iura Baronalia, & Baronem repreſentat, & ſi Baro talem prohibitionem facere non poteſt, *pragm. 14. de Baron.* ergò aſſiſtẽtia Iuris eſt contra Vniuerſitatem demanialem, quæ ſubſtinet vices Baronis, *Regens de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. fol. 469. num.*

9. &

9. & molendi facultas est libera: ergò si arctarur, Ius resistit, & dum in anno 1612. eadem Vniuersitas Montis sani prouisiones in Collaterali Consilio pro protogatione termini circa dictum ius prohibendi obtinuisset, pro Iuribus Monasterij patrocinandis, infrascripta allegabam, & supradictæ prouisiones non fuerunt execqutioni demandatæ, vt infra.

IESVS MARIA, AC D. LAVRENTIVS.

Pro Venerabili Monasterio Sancti Laurentij prope Padulam, cum Vniuersitate Montis Sani.

ALLEGATIO VII.

An prohibitio facta per Vniuersitatem, ne quis eat ad aliena molendina, quam ad illa Vniuersitatis, comprehendat molendina Monasterij?

VNiuersitas Montis Sani prætendit in prohibitione facta per eam contra suos ciues, ne ad alia molendina ad molendum accedant, nisi ad illa Vniuersitatis, comprehendi etiam molendina Venerab. & celebris Monasterij S. Laurentij propè Papulam Ordinis Cartusiensis, intus eius Territorium sita.

At Monasterium dicit de Iure aliter esse, siquidem.

Quæstio ista est antiqua inter Doctores, quoniam emanato statuto ab Vniuersitate Spoleti, vt euntes ad molendum teneantur

122 soluere duodecimam in porta Ciuitatis: fuit controuersum, an comprehendat euntes ad molendum ad molendina Archiepiscopalia, & licet pro Vniuersitate consuluerint,

Bal. in cons. 11. *inter consilia Anebarani, & cons.* 396. *in* 4. *vol. cons. eiusdem Baldi.*

Calderinus cons. 21.

Crauetta de antiq. temp. par. vlt. nu. 8. *& seq.* extendentes regulam prædictā pro Vniuersitate Montis Falcionis, à qua statutum fuerat vt à contrahētibus cum exemptis duplex solueretur gabella, idest partem suam, & partem exempti, vt haberet locum in cōtrahente cum Ecclesia, nec dicatur contra libertatem Ecclesiæ, ex quo principaliter fit in vtilitatem Fisci, vt per *Bald. in consil.* 496. *vol.* 4. (licet ibi *Bald.* asserat, quod cōscientia alqualiter eum remordet) quatenus statuentium intētio est implicita ad propria commoda, & non in damnum Ecclesiarum.

Attamen contrariam opinionem tenuerunt infrascripti Doctores affirmantes statutum hoc non valere, tanquam contra libertatem Ecclesiasticam inconsequentiam, & per indirectum.

Anchar. in cons. 13. *&* 14. vbi quod totū Collegium Bononiense sic affirmauit.

Gaspar relatus ab *Anchar. in cons.* 12. vbi confutat *Bald.* & respondet ad Iura per eum allegata.

Io. Anchar. in cons. 155. *&* 298. *num.* 3. vbi ait, quod obtinuit victoriam cōtra Vniuersitatem Spoleti, & quod subscriptio *Calderini in d. cons.* 21. est falsa.

Alex. in cons. 211. *in fin. lib.* 2.

Ias. in cons. 161. *in vlt. dub. lib.* 2. testatur hanc esse magis communem.

Riminal. Iunior in cons. 81. *nu.* 14. *& seq. vol.* 1. vbi saluando *Baldum*, dicit loquutum fuisse in statutis generalibus, & non de Clericis, seu Ecclesijs: aduersus quas statuta non possunt extendi ex defectu potestatis, *cap. Ecclesia Sancta Maria. de constitutionib. cap. bona quidem.* 96. *distinct.* & quod ratio *Baldi* de præiudicio Ecclesiæ non principaliter, sed per accidens, aut per indirectum contingente, militare non potest: quia conuincitur ex variatione eiusdem *Baldi in l.* 1. *C. de summa Trinit. & fide cathol.* vbi affirmat, non valere statutum, vt euntes ad molendina Ecclesiæ soluant decimam, quia tendit in præiudicium Ecclesiæ: quoniam etsi non prohibet personas ire ad molendinum

Eccle-

Ecclesiæ, tamen per accidens, & per indirectum nocet, quia multi ne soluant decimam, non irent ad molendina Ecclesiæ, & sic tenet etiam *Caccialup. in l. omnes populi. car. 36. de iustit. & iure, & Dec. in cap. Ecclesia sancta Maria. de constit. nu. 59.* quinimò idem *Bald. in cons. 31. num. 2. vers. modo sequitur. vol. 1.* dixit, quod non valet statutum Laicorum, quo principaliter, aut in consequentiã Ecclesiæ præiudicium inferretur.

Boerius in decis. 125. vbi in fine dicit, hanc opinionem esse magis tutam.

Grammat. in decis. 100. vbi quod fuit decisum pro Ecclesia.

Io. Baptista de sancto Seuerino in l. omnes populi, car. 36.

Paris de syndic. & de excessibus Baronũ, col 4. fol. 5.

Cacher. in decis. 17. nu. 15. circa medium.

Couar. in cap possessor, in 2. par. relectionis, §. 4. num. 6. & seq. pag. mihi 389. vbi testatur hanc esse communem, & sub *num. 7.* reprehendit Crauettam distinguentem, vt statutũ procedat, quando tractaretur de præiudicio Ecclesiæ in acquirendis, maximè si laici depauperati, aut eorum necessitati prouidendo, disponunt super rebus laicalibus, licet in consequẽtiam deueniret damnum redditibus Ecclesiasticis, quoniam hanc distinctionem ineptam vocat Couar. ex defectu potestatis laicalis, *d. cap. Ecclesia sancta Maria, de constit. cap. nouit, de sentent. excommun. & cap. fin. de immun. Eccles. in 6.* quia procedit tam pro Ecclesia diuite, quam pro Ecclesia paupere, idem tenet *Viuius in lib. 3. commun. opin. sub tit. de seruitutib. & aqua, fol. 425. num. 54.*

Nec dici potest tale statutum valere, quia sine fraude factum dicatur, sed in fauorem ciuium, & Reipublicæ in casu licito, & permisso, etiam si damnum veniat in consequẽtiam contra Ecclesiam, vt tenebat *Bald. d. cons. 494. lib. 4.* quoniam vltra quod *Bald. ibidem in fin.* asserit, conscientiam eum remordere, tamen contra *Bald.* tenuerunt etiã *Rol. à Valle cons. 22. vers. 7. & vlt. lib. 2.*

Ancbar. in d. cons. 12. vbi in fine habes, quod licet Ecclesia, vel eius bona non sint nominata in statuto, sufficit si indirectè, vel in consequentiam prohiberentur, *cap. statutum Ciuitatis. il primo, de heret. in 6.*

Quam opinionem veram esse comprobat in indiuiduo *text. in l. compater. 79. §. donationis. ff. de leg. 2.* vbi habetur, quod non refert quomodo quis loquatur, sed in quo voluntatis intentio dirigatur, quia lex rebus, & non verbis imponitur *l. 2. in fine. C. com. de legatis*; vltra quod per dispos. *l. 1. C. noua vectigal. instituti non posse*, prohibita est ista impositio, seu gabella noua.

Multoties vero cõtingit, vt in dispositione vnum exprimatur, sed effectus ad aliud dirigitur, & hoc considerari debet, *l. 3. §. nunc de effectu. l. si quis reum. §. 1. ff. de liberat. legat. & l. cum dotem. ff. ad l. falcidiam, Ancbar. cons. 155. num. 9. Soccin. in cons. 241. num. 4. lib. 2. Mandell. in cons. 8. num. 3. in fin.* vbi concludit, quod siuè sermone velato, siuè directè, vel indirectè, aut alio quæsito colore statutum loquatur, non valet contra li-

123 bertatem Ecclesiasticam, contra quam tunc dicitur fieri quoties impeditur Ecclesijs facere ea, quæ ipsis ex priuilegio competunt, vel ex Iure communi, vel quouis modo redderentur timidiores ad faciendum id, quod liberè facerent, *Felyn. d. cap. Ecclesia S. Maria. nu. 59. et Decius col. 1.* latè *D. Valtzuela in trac. defẽsio iustitiæ monitorij Ecclesiastici cõtra Venetos. par. 1. nu. 55. & fol. 17.*

Et non solum est cõtra libertatem Ecclesiasticam, quando priuilegium competens Clericis tolleretur, sed etiam quando id denegaretur, quod à Iure communi eis concedit, vel si prohibentur Clericis ea, quæ sũt permissa à lege canonica, vel diuina, attenta diffinitione libertatis, *Surd. cons. 2. num. 22. lib. 1.* per *l. libertas, ff. de statu hominum*; & *auth. cassa, & irrita, C. de sacros. Eccles.*

124 Quinimò fortius dico, quod nedum tale statutũ non valet contra Ecclesiam, sed nec contra priuatos, quando in præiudiciũ molendinorum priuatorum tendit, vt post multa perpensa, decidit Senatus Pedemontanus per *Cacher. in decis. 17.* & maximè quando statutum esset ambitiosum, vt est in casu nostro, iam quod fit ad beneficium Dñæ Marchionissæ Corleti conductricis introytuum Vniuersitatis: ex quo sequitur etiam esse contra ius naturæ, iuxta illud notabile dictũ *Ciceronis in lib. 3. de officijs*, ibi, *Detrahere aliquid alteri, & hominis incommodo, suum*

125 *augere commodum, potius esset contra naturam, quam mos; natura enim non patitur, vt alienis spolijs, nostras facultates, opes, copias, augeamus.*

Nec prædictis obstat obiectio partis aduersæ, de similitudine iuris congrui, quod prętenditur extendi cõtra Clericos, ex *Maranta in disput. 8.* quoniã vltra quod *Maranta*

126 *ibid. nu. 58.* affirmat, Ecclesiam nec actiuè, nec passiuè iure cõgrui teneri, quicquid sit in Clerico, licet pro Clerico tenet *Surd. in cons. 2. vol. 1.* casus est diuersus, quoniam statutũ iuris cõgrui, tempore quo disponit, potestatem super rebus laicalibus habet, & sic dum talis res ad Clericum transit, eedit affecta,

& sub-

& submissa statuto antea facto: iusq; congrui est reciprocum, siquidem pro, & contra Clericum esse posset, licet in hac Ciuitate Neapolis Clericus nec pro, nec contra habet ius congrui, *Vinc. de Franch. dec.* 285. & hoc ad finem æqualitatis seruandæ, quoniam in Curia Archiepiscopali non conceditur, *vt ibidem*.

Agitur enim in casu nostro, de priuando Ecclesiam de introytibus molendini per indirectum, & ex indiuiduo voluntatis: (non obstante quod res per ipsam possessa sit effecta sancta sanctorum, *Innoc. in cap. virum, de foro compet. Regens de Ponte in decis.* 2. *nu.* 24. *& Dominus Valenzuela in tract. defensio iustitiæ monitory contra Venetos, par.* 3. *num.* 15. *fol.* 65.) & virtualiter, & intentiuè statutum hoc molendina Monasterij comprehendit, & ideo de iure non subsistit, quoniam taciti, & expressi eadem est virtus, & quoties tacitum venit ex natura actus, adeò vt idem resultet effectus, infringitur, *l. cum quid, ff. si certum petat. l. interdum, ff. de verb. obligat.* & eleganter *Card. Mant. de tacit. & ambig. lib.* 1. *tit.* 5. *nu.* 3. *vers.* 2. *tacitū*

Ergò si statutum est ipso iure nullum contra Ecclesiam, ne dum ex dispositione *text. in cap. sancta Maria, de consilt. cap. nouit, de sentent. excommun. cap. fin. de immunit. Eccles. lib.* 6. *& in authent. cassa, & irrita, C. de sacros. Eccles.* sed etiam ex dispositione *Sac. Concil. Trident. sess.* 25. *cap.* 20. *de reform. & ex Bulla in Cœna Domini*, ac etiam ex authoritate supradictorū DD. quibus addo.

Felyn. in d. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, num. 104.

Soccin. in consil. 272. *lib.* 2. *nu.* 8.

Crotum in l. filius familias, §. diui, nu. 80. *ff. de leg.* 1.

Nattam consil. 106. *nu.* 2.

Rolan. consil. 22. *num.* 13. *lib.* 2.

Laderchium consil. 109. *num.* 10. *vers.* 7.

Et ex decisionantibus

Bottrium decis. 125. *num.* 5.

Thesaurum decis. 16. *num.* 6. *ampliat.* 1.

Caeberanum decis. 17. *num.* 8.

Concludendum est, prouisiones expeditas super assensu petito ab Vniuersitate circa prorogationē termini iuris prohibendi, non esse sigillandas, nec consignandas, quatenus ad interesse molendinorum Monasterij diriguntur.

Cætera suppleant Circumspectorum Dominorum supremi Senatus Religio, & Pietas. Neapoli de anno 1613.

Io. Dominicus Tassonus.

Visis Allegationibus istis, per Collaterale Consilium fuit supraseffum in consignando prouisiones prædictas, & amplius non fuit loquutum.

Quo vero ad validitatem statuti conditi per Vniuersitatem, vt omnes euntes ad pascua ipsius Vniuersitatis soluāt aliquid, quod valeat contra Clericorū animalia, fuit decisum secundum *Mastrill. in decis.* 49.

Et prosequendo materiam nostram Baronum dicimus.

127 X. Barones nec etiam possunt mercaturas facere: Nobiles enim à negotijs se abstinere debent, *l.* 3. *C. de commercys, & mercatoribus; & l. vnic. C. quibus ad conductionem prædiorum fiscalium accedere nō licet, lib.* 11. & præcisa ratio esse similiter potest, quia vasallorum publicum impediretur cōmercium, & vasalli inermem vitam ducerēt quo ad ista commercia, dum Barones emūt, & vendunt, alij prohibentur. Sed hodie in Regno hoc (præter paucos Dominos) pessime seruatur: & vasallorum exitium resultabit, & resultat, vt est notum. At quod attinet ad materiam mercaturæ nobilium, vide infra *vers.* 10. *obseru.* 2. *num.* 31. & infra hic *num.* 131. verum quatenus eorum feudalia bona colerent, mercaturas facere non dicerentur, *Vinc. de Franch. decis.* 526. *nu.* 1.

128 XI. Officia Gubernij, vel Capitanei, vendere non possunt Barones, sub pœna vnciarum centum, & ementes perdunt pecuniam, vt ex *pragmat. edita per D. Comitem de Lemos* 13. *January* 1613.

XII. Carceratos extrahere non potest Baro de vna ad aliā Terram, si plures habet, *Fontanell. de pact. nuptial. tom.* 1. *claus.* 4. *glossa* 10. *par.* 1. *per totā*; quia Legatus duarum Prouinciarum subditos de vna ad aliam Prouinciam extrahere non potest, *Abb. in cap. nouit, in princ. de officio legati*; quod dictum pro mirabili exclamat *Felyn. in cap. fin. col. penult. de iudicijs*; & habemus *pragm.* 2. *vbi de delictis conueniri debet*; quæ prohibet extractionē carcerati à propria Patria, ad quæ vide *Vinc. de Franch. in decis.* 526.

130 *num.* 8. quamuis hodie male seruetur, prout etiam male obseruatur *pragm.* 19. *de Baronibus*; quæ prohibet foueas subterraneas fieri, & ideo Visitatores contra eos mittere esset necessum, ad recognoscendum ista, & mercaturas quas faciunt contra formam Iuris, & Regiarum Pragmaticarum, ex quibus peruenit calamitas, miseria, & totalis distructio vasallorum.

131 XIII. Clericos officiales creare non poffunt pro iuftitia admini?tranda, fub pœna duc. 10000.& alia Proregis arbitrio referuata, *pragm.1. de eccl. perfonis*; idemque tenet *Couar. pract.qq cap.33.nu.5.* ex ratione, quia ille,cui delegatur,de delegantis iurifdictione effe debet, *l.1.C.qui pro fua iurifdict. Iudices dare darius poffunt*; tu autem cogita melius,& dic, quod perfonæ Ecclefiafticæ ad fyndicatum præftandum nõ poffunt cogi, & ideo nec etiam Prorex Clericus officiales creare poteft, *Vinc.de Franch.in decif.479. Maranta in conf.103.& Maftrill de magiftrat.par.2.lib.4.cap.17.num.18.fol.96.* licet *Guidopa. in decif.563.* articulum difputet, quando Clericus,vel Monacus poffit effe officialis,& diximus fupra in *verf.2.obferu. 2. nu.92.* fed *Auendan. de exeq. mand. Regum, par.1.quaft.19.nu.24.in fin.verf.fub quo vocabulo,fol.139.* poft *Innoc.& Abb. in cap. cum ab Ecclefiarum, de offic.ordin & in cap. fin.de vita,& honeft.cler.& Bal.in fua margarita, in parte clericus, verf.19.* tenet,quod fi Clericus officialis in officio fuo abufum commiferit,punietur ftatutis laicorum.

132 Quinimo nec etiam Officiales exteri à Regno fine licentia Proregis à Baronibus creari poffunt, ad tradita in *cap.Regni,vt cũ nihil*, licet *Paris de fyndic. in verb.familias, cap.5.incipiente poteftas, num.3.* dicat,quod

133 Baro teneretur exhibere Officialem, qui commiferit baraćteriam, & aufugit: cuius opinionis eft *Roman.in fing. 338.& Marcellus de Mauro in alleg.93.num.10.* dicens, Baronem teneri ad exhibendum Officialem, qui male fe geffit,& eo exhibito,ad aliud nõ tenetur.Tamen hoc non poteft vfu recipi,& contrarium fundaui pro Illuftriff. & Excellentiff. Domino Magno Comeftabulo Columna, qui vti Baro Carfeoli fuerat requifitus ad exhibendum quendam Officialem exterum, ibi conftitutum, fub prætextu, quod furcis fufpendi fecerat duos impertinentes Alguzerios Regij Commiffarij contrabannorum in partibus Aprutij conftituti: fuper quo articulo infrafcripta allegabam.

IESVS MARIA IOSEPH.

ALLEGATIO VIII.

An Baro teneatur ad exhibendum eius Officialem, qui in officio deliquit?

ARticulus de quo agitur, (num Baro teneatur exhibere Officialem, & Actuarium delinquentes in officio, non obftante, quod per Regios Miniftros fuerint fugati) eft adeò optimè digeftus ab eximijs viris Mandofio,& de Laurentijs Iurecõfultis Romanis, ac Colleggis cariffimis, quod alia dote non indigeret, quinimò nec illa: poftquam nullo Iure, nec diuino, nec humano, quis tenetur alterius iniquitates ferre. Ait enim dominus filius non portabit iniquitatem patris: fed ne videatur ex parte noftra articulum non deguftaffe, hæc alia pauca afferre non piguit,etiam pro inferuiendo Excellentiffimo D. Clienti, cui nimium, ac nimium deferam.

Præfupponitur in facto, ꝙ in anno 1623. Illuftriff.& Excellentiff.D. Don Philippus Columna huius Regni Magnus Comeftabulus, (de cuius officio diximus fupra *verf. 2. obfer.4.*) conftituit Officialẽ in eius Oppido Corfeoli antiquiffimi (*fecundũ Titumliuiũ*) fito in confinibus Prouinciæ Aprutij in via Valeria, V.I.D.Rogerium Poitam de Terra Cafteri, Status Ecclefiaftici, qui fufpendi fecit duos Alguzerios Commiffarij contrabãnorum affiftentis in illis partibus,ex quo infimul cũ alijs Alguzerijs hoftili modo, Terram prædićtam ingreffi fuere ićtus fcuppettarum immittendo, vt vnum ciuem occiderint,duofq; alios lętaliter vulnerauerint:omnefq; fugauerint, vt in dies faciunt aduerfus miferos habitantes in illis partibus, adeo ꝙ extraordinaria prouifio D. Proregis effet adhibenda pro euitandis tot tantifq; intollerabilibus grauaminibus,& erumnis in dies obuenientibus ex tali genere barbariæ. Et quia prædićtus Officialis, eiufque Actuarius Regno pro Regia Curia fugati difceffere,fuit prædićtus D.Comeftabulus citatus de ordine Excellentiæ Regni, eiufque Collateralis Confilij,vt illos infra 20.dies præfentare de-

134 beret intus carceres Mag.Cur.Vic.fub pœnis legalibus: (quas intellige de amiffione feudi, vt poft *Capyc. in fua inueftit.in verb. amittuntur, verf.53.* & alios dicit *D.Rouit. in pragmat.1. num.9. de recept.at. malefact.*)

fuitq;

fuitq; citatio prędicta publicata in loco feudi, ad tradita per *Annam in singul.* 153. & nouissimè per *D. Tapiam in decis. 5. supremi Consilij*, & facit *elem. pastoralis, vers. desiperet, de sent. & re iudic.*

Habitaq; notitia de citatione ista, D. Comestabulos statim totas vires adhibuit, & per eius ministros omnes diligentias fieri fecit, pro hominibus prædictis habendis, vt mandatis Regijs (vt assolet) pareret, sicuti ex diligentijs, quæ in promptu præsentãtur, est videre, cum instantia amplius non molestari: sicuti de Iure fieri debere omnino credimus etiam ex infrascriptis.

135 Primo, quia licet Barones in Regno sint Ordinarij vassallorum, secundum *Andr. in §. scriba, num. 26. de prohib. feud. alienat. per Feder.* (ibi) *Dominus Terræ est Ordinarius vassallorum, & in cap. 1. num. 2. col. 4. quid sit inuestitura.* & eum sequuntur.

Paris. de reintegr. feudi, fol. 383. ater.

Io. Franc. de Ponte in tract. de potestate Proregis, fol. 32. num. 58. sub tit. de prouis. fieri solitis, §. 1. & supra hic diximus *nu. 29.*

136 Attamen iurisdictionem de per se exercere non possunt, sed necessum est eis, Officialẽ deputare, quo deputato per annũ amouere non possunt, vt infra hic *nu. 202.* nec possunt se in exercitio iurisdictionis intromittere, sed tenentur permittere, eam liberè exerceri facere per Officialem deputatum, alias in dies expediuntur prouisiones per Regios Tribunales, quod Barones non se intromittant, vt fundat, & latè examinat noster oculatissimus *D. Rouitus in pragmat. 2. & 3. de suspit. officialium, nu. 14. & seq.* subdens *num. 20. & 21. & postquam Officialis incepit cognoscere de causa, Baro penitus potest se intromittere, nec Officialem prohibere, nam alias esset ingerere se in exercitio iurisdictionis, quod in hoc Regno est omnino prohibitum Baronibus*, & in hoc facit authoritas prædicti Auctoris grauissimi, cui tantum addo *Mastrill. de magistrat. par. 2. cap. 4. nu. 39. fol. 98.*

His sic indubitanter stantibus, ac etiam quod ex necessitate Baro teneatur constituere Officialem, & quemlibet creare valet preter personas Ecclesiasticas prohibitas, in *pragmat. 1. de ecclesiasticis personis*; quæ fuit tantum edita pro Equitibus Hierosolymitanis, vt refert *D. de Franch. in decis. 479.* & sequitur *D. Regens Tapia in suo Iure Regni, lib. 1. fol. 38. num. 4. & Mastrill. in decis. 159. num. 18.* & nouissimè *Diana moral. resolut. in tract. 2. resolut. 18. fol. 32.* vbi quod nec in bonis, nec in persona posset talis Ecclesiasticus deputatus Iudex cognosci. Sed respectu laicorum etiam exterorum, certum est de Iure illos posse creari, non obstantibus Capit. Regni aliter disponentibus, quia ex vsu recesserunt ab Aula, vt testantur *D. de Franch. in d. decis. 479. de Ponte in dec.... & Mastrill. de magistr. par. 2. lib. 4. cap. 17. num. 18. fol. 96. & Marant. in consil. 103.* & experientia docet, sic hodie seruari tam ab Excellentissimis Proregibus, quam à cęteris Baronibus Regni: ex ratione, quia sufficit, quod Delegatus sit sub iurisdictione delegãtis, *l. 1. C. qui pro sua iurisdictione dare, darive possunt*; & fundat *Couar. pract. quæst. cap. 33. num. 5.*

Indubitata resultat hęc Iuris conclusio in Regno nostro, quod Baro non tenetur exhibere Officialem delinquentem, postquam Officiales deputati pęnitus liberi sunt à Ba-

137 ronibus in exercitio iurisdictionis, & ideò tanquã liberi homines exhiberi non debent, *l. liber homo. 13. ff. ad exhibendum*; tanto magis, quia Officiales cautionem de parendo syndicatui præstant, & in eo tantum conueniri solent, *Mastrill. de magistrat. par. 2. lib. 4. cap. 17. num. 45. fol. 98.* imo pro eorum delictis, nec tenentur fideiussores, *l. fideiussores magistratuum, in princ. C. de fideiuss.* & tenet *D. Cardinalis Tuscus in sua pract. lit. F, concl. 324. num. 2. fol. 889.*

138 Fortiusq; dico, quod qui habet potestatẽ substituendi Officialem, non tenetur de delicto substituti, si eius doli, & fraudis non fuit particeps, nec conscius, ita in terminis tenet *Angel. de Perusia in cons. 237. in fine*; quæ quidem conclusio fortius procedit, quãdo substitutio non fit voluntariè, sed ex legis vigore, vt diximus in *vers. 3. obseru. 3. nu. 334. circa finem.*

139 Nec in casu nostro dici potest, quod mala electio est in culpa, ratione cuius eligens deberet teneri, *l. nam & seruius, §. mandato meo, ff. de negotijs gestis, & l. de illo, ff. pro socio*, nam Baro tenetur eligere viros prudentes, doctos, & morigeratos, secundum *Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 16. num. 17. fol. 599.* vbi *num. 18.* subdendo, quod deberent ij qui exempla Illustr. D. Io. Aluarez de Toledo Comitis Oropresæ, qui sic obseruabat in eligẽdis suis Officialibus, & sicuti habens Pecudes diligẽtiores Custodes perquirit, vt videmus, ita & Barones meliores ministros ad vasallos gubernandos perquirere, & constituere tenentur.

Quia in casu nostro fuit electus vir ætatis annorum 65. & doctoratus annorum 40. qui tam in Regno, quam extra, quamplurima officia exercuit cum applausu omnium, & & præstitit cautionem de parendo syndicatui, &

tui, & ideò non poteſt quid dici, vel imputari, quin fuerit mala electio, ſed ſi, poſtea exceſſit in ſuo officio, vt prætenditur per Regium Fiſcum, forcè contrarium eſt verius, ex quo cum peruerſis peruerteris: ordoq; eſt, ordinem non ſeruari, vt ipſe oſtendere poſſet: quia nemo ſponte malus, ait *Plato in Tim.* nec cauſa oritur ex humo, ſed ex hominibus, videmus enim, quod Rex noſter potentiſſimus Officiales creat, quorũ multi exceſſerunt, & deliquerunt in adminiſtratione, & tamen vlla culpa nec lata, nec leuis eligenti tribui poteſt, quando electio eſt facta canonicè, vt diximus ſupra in *verſ. 2. obſeru. 2. num. 93.* merito ſic eſt dicendum in caſu noſtro.

Secundo, & fortius dicimus, quod D. Comeſtabulus ne dum ex prædictis nõ tenetur, ſed nec etiã ad exhibitionẽ (vt prætenditur) cogi poſſet, ex argumento *§. inſuper, de prohib. feud. alienat. per Feder.* vbi eſt caſus diuerſus à noſtro, quia ex facto ſuperioris homines iſti poſiti ſunt in fuga, adeò vt illos habere non potuit, quo caſu *text.* diſponit in terminis, vt non teneatur, *l. celſus, §. celſus, verſ. item ſi quis facultatem, ff. ad exhibendũ,* his verbis: *Item ſi quis facultatem reſtituẽdi non habet, licet poſſideat, tunc ad exhibendum non tenebitur: vt puta ſi in fuga ſeruus ſit, ad hoc planè ſolum tenebitur, vt caueat ſe exhibiturũ, ſi in poteſtatem eius peruenerit.*

Ergo ſecundum diſpoſitionem huius *tex.* non teneretur ad aliud, niſi cauere de exhibendo, ſi in eius poſſe aliquãdo inquiſiti prędicti peruenerint. Hinc eſt, quod quando fa-
140 cto Iudicis quis poſitus eſt in fuga, fideiuſſores eum exhibere non tenentur, *Marſil. in rub. de fideiuſſ. nu. 77. & ſeq.* & alij relati per *D. Card. Tuſch. in ſua pract. lit. F. concl. 318. nu. 24. fol. mihi 883.* & per *Afflict. in dec. 130.* Vtiq; clariſſimum eſt, quod prædictę perſonę petitæ, fuerunt fugatæ, ne dum à D. Præſide Prouinciæ, cũ tot clamoribus, & rumoribus, ſed vltimo loco per citationem ad informãdum tam contra ipſos, quam contra viginti octo particulares eiuſdem terræ, aduerſus quos etiam vſque ad citationes ad foriudicandum fuit deuentum, & dixi de nullitate citationum prædictarum, & fuerunt annullatæ, & iterum citati ad informandum fuere pro eademmet cauſa, quam etiam per ordinem publicatum per proclama, vt D. Comeſtabulus infra viginti dies præſentet iſtos intus carceres M.C.V. & veriſſimum eſt, quod ordo prædictus prius in eorum notitiam
141 peruenit, quam ad aures prædicti Domini Romæ degentis: cumq; in confeſſo ſit, quod ſola citatio ponit quem in fuga, & qui tenetur præſentare remanet excuſatus, *Tuſch. in pract. in d. concl. 318. nu. 27. & 29.* qui alios cumulat, & teſtatur de comuni, & in dies practicamus in noſtris Tribunalibus, quod ſi habilitatus per Palatium, pro alio crimine citaretur, fideiuſſores liberantur, & eum præſentare non tenentur amplius: ſiquidem ſola difficultas, vt pręſentandus haberi nõ poſſit, excuſat in iudicijs, vt tenet *Iacob. Butrigar. magnus Doctor. & practicus in l. 2. §. ſi non propter, nu. 3. ff. ſi quis caut.* vbi *nu. 4.* ſubdit, *quod datur excuſatio exhibenti, tam qñ quid eſt difficile fieri, quam etiam quando in principio erat poſſibile, ſed caſus ſuperueniẽs facit impoſſibile.* Vt in indiuiduo euenit in caſu noſtro, ex cauſis tot carcerationum aliorũ Officialium innocentium, & ex citationibus, & ordinibus de carcerando alios miniſtros ipſius D. Comeſtabuli, adeo ꝙ *Seneca* ſentẽtia iuuat, ibi, *quidquid neceſſitas cogit, defendit.*

Meritò fatendũ eſt, quod dum Magiſtratus tribuit exceptionẽ citato, ad nõ adimplendũ ea, quæ ſine eius impedimento citatione, vel facto, adimplere poterat, *l. 2. §. fin. ff. ſi quis caut.* Et conſequenter, poſtquam D. Comeſtabulus ſuas diligentias fecit, & facit, & illas præſentauit, nec moleſtandus, nec inquirendus venit, nec venire poteſt, prout prouunciandũ forè ſperatur, à tam eminenti Senatu, cuius circumſpectio cætera ſuppleat, 17. Ianuarij 1624.

Io. Dominicus Taſſonus.

Poſt hæc ſcripta viſa in Collat. Conſ. cum Dñis adiunctis, nõ fuit amplius ad vlteriora proceſsũ, ſed pro abſoluto fuit habitũ, quod
142 Baro non teneatur de culpis Officialium, quoniã Officialis electio per Baronem nõ eſt voluntaria, ſed neceſſaria, & quod Baro diligentias tantũ facere teneatur ad Officialem habendum in manibus, ſed eo nõ reperto, ad aliud nõ teneri: vt teſtatur *D. Reg. Conſtãtius,* (qui poſt hęc ſcripta ſcripſit in anno 1626.) in *l. nullus. 60. C. de decur. lib. 10. nu. 66. fol. 156.* cauſa eſt penès Ioſeph Parrinum Actuarium aſſumptum, in Banca Brun. in M.C.V.

Et proſequendo materiam inceptam, dicimus.

143 XIV. Contumaces Barones iuriſdictionẽ exercere non poſſunt, quia tali caſu ſequeſtratur iuriſdictio, & à D. Prorege deputantur Officiales in Terris Baronum contumacium, *Anna in ſing. 32.*

144 XV. Guidare, aſſicurare, vel cõponere inquiſitos de ſodomia non poſſunt Barones, ſicuti nec inquiſitos de blaſphemia in tribus

casibus tantũ, idest Omnipotentis Dei, Christi, & B. M. Virginis, *pragm. 3. de sodomia*. & aduertit *Ann. in sing. 67.* & vide supra, in quibus Barones possunt in *casu 31. nu. 53.* & infra *vers. 12. obseru. 1. nu. 115.* sicuti nec etiã alios malefactores guidare, aut recipere possunt, quod intellige in casu legis hoc prohibentis guidaticã. & non in alijs, *pragmat. 1. de receptat. malefactorum*, & ibi *D. Rouitus num. 13.* De mense Ianuarij 1628. quidam Magister Actorum M. C. V. pro blasphemia Domini Nostri Iesu Christi, & eius gloriosissimæ Matris Dominæ nostræ, fuit condẽnatus ad triremes per quatriennium, perforata prius lingua, & cum freno ligneo in ore fuit p loca solita Neapolis aductus, & transmissus ad triremes; multa alia in hac materia blasphemiæ vide per *Auend. de exequen. mandat. Regum, par. 2. cap. 5. nu. 10. & seq.*

145 XVI. Non possunt vasallos prohibere, ne hosterias faciant, *pragm. 1. de salario eorum, qui mittuntur pro seruitio Curiæ, Anna in singul. 17. & seq.*

146 XVII. Non possunt confirmare Syndicũ ab Vniuersitate electum, si ius confirmandi habent, nisi eum, qui habuit maiora suffragia inter electos, *Rouitus in pragm. 2. num. 49. de administr. Vniuersitatum; Paul Staiban. cons. 52. & Vinc. de Franch. in decis. 210.* & aliqua in *dec. 264.* & per *Camillum de Medicis in cons. 87.* & vide supra hic *num. 75. in casu 30.*

147 XVIII. Non possunt vasallos cogere ad custodiendum carceratos, *Vinc. de Franch. in dec. 526.* nisi magna adesset necessitas, aut periculum, quia tunc soluto salario vasalli tenerentur, *vt ibidem nu. 10.* sed ad custodiẽdum Terras maritimas, & excubias faciendũ cogere possunt, *Anna in singul. 63.* & diximus supra in potestatibus Baronum in *casu 23.*

148 XIX. Non possunt pendente appellatione ab eorum Curijs ad Regias Curias, gratias facere, *Fabius de Anna in addit. ad sing. 458. Io. Vinc. de Anna sui patris*, & vide supra hic *num. 44.* & infra hic *nu. 183.* & supra *vers. 3. obseru. 1. num. 39.* sed inquisitione pendente, vel pendẽte appellatione à prima sententia ad secundas causas, seu instantias possunt, *Vinc. de Franch. decis. 270.* vbi in principio ait, Principem Bisiniani posse vigore suorum Priuilegiorum talem gratiam facere.

149 XX. Non possunt vasallos cogere ad seruitia personalia *Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 16. num. 183. pag. 647.* & vide infra in *casu 85. num. 127.* si qui autem essent vasalli angarij, & perangarij, possent cogi secundũ consuetudinem; sed nota. quod filij istorum perangariorum non possunt molestari, si eorum patres molestati non fuerint, *l. si ille. 62. C. de decurionib. lib. 10.* angarius autem dicitur, qui opera exhibere tenetur sine sumptu: perangarius vero, qui cum sumptu suo seruire tenetur, *glos. in l. 2. C. de quibus muneribus nemo se licet excusare.*

150 XXI. Non possunt de iniurijs factis ipsis, vel eorum Officialibus cognoscere, *Bouadil. in polit. par. 1. lib. 2. cap. 16. num. 140. fol. 638. & Auiles in cap. 3. pratorum, in glos. Abogados, nu. 12. & seq.* quamuis vasalli aduersus Barones temere loqui non debent, *l. 4. C. de obseq patrono à liber. præstan.* sicuti nec possunt cognoscere vasallos cospirantes contra ipsos sub prætextu criminis læsæ Maiestatis, *Vincius in decis. 278. Intrigliol. dec. 42.* & hoc non obstante, quod Barones dicantur Vicarij, seu Capitanei Regis, *Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. cap 16. num. 177.* & infra hic *nu. 158. Vinc. de Franch. in decis. 409. & l. 1. C. si quis Imperat. maledixerit*; has enim iniurias Baroni factas Præses Prouinciæ cognoscit, *l. 2. C. de veteranis, lib. 12.* sed si iniurias patiuntur respectu suorum officiorum, aut preeminentis iurisdictionis, possunt eorum Iudices vẽdicare, & pœnas imponere, *Auend. de exequend. mandat. Regum par. 1. cap. 5. nu. 7. vers. item ex eo, fol. 73.* & vide supra hic *nu. 79.* imo Iudices possunt iniurias æstimare, *Andr. de pace iurament. firmand. in §. iniuria, per glos. singul. in l. constitutionibus, ff. de iniurijs.*

151 XXII. Non possunt sine causa mercatores ex eorum Terris extrahere; *Bald. in §. Dominus verò, de form. fidelit. fol. 38. Anna in singul. 54. Regens de Ponte in tract. de potestate Proregis, §. 3. de abundantia Ciuitatis, num. 3. pag. 56. & in pag. 470. in titulo de exteris habitant. in Terris Baronum*; quod extende etiam in Rege secundum *Annam in d. singul. 54.* post *Afflict. in cap. 1. de milite vasallo, qui contumax est, fol. 16. & Martinum Laudensem in tract. de Princip. quæst. 535.* quæ etiam extende in Aromatarijs, vt in *d. singul. 54.*

152 XXIII. Non possunt absque Regis licentia nouas forestas, seu defensas facere, *prag. 32. de Baronibus, & pragmat. 1. §. 6. de salario*

rio rerum, qui mittuntur pro ſeruitio Curiæ; vbi *Doctiſſimus Rouitus inſerit Allegationes pro Vniuerſitate Stili, contra Venerab. Monaſterium Sanctorum Stephani, et Brunonis de Nemore*; tu autem pro dicto Monaſterio vide Allegationes infra *verſ.* 4. *obſeruat.* 4. & & nota, quod vaſalli non debent inermem vitam ducere, nec vſu naturale priuari dicq; poteſt illud *Virgilij in primo Æneidos.*

Quod genus hoc hominum? quaue hunc tam barbara morem
Permittit Patria; hoſpitio prohibemur Arenæ;
Bella cient, primaque vetant conſiſtere terra.

153 XXIV. Barones iuriſdictionem criminalem habẽtes, non poſſunt cognoſcere Baronem habentem iuriſdictionem ciuilem in eadem Terra, *Bald. in cap.* 1. *in fine, qualiter debet iurare vaſallus fidelitatem;* vbi limitat, niſi periculũ eſset in mora, & ratio eſt, quia par in parem non habet imperium, *l. ille à quo,* §. *tempeſtiuum, ff. ad trebell.* ſic enim dixit, infęlix Corradinus Iudici ferenti ſententiam mortis contra ipſum in hac Ciuitate Neapolis inſtante Carolo Primo, his verbis: *Serue nequam tu reum feciſti filium Regis, & neſcis, quod par in parem non habet imperium;* vt videre poteris per *Summontê in Hiſtor. Neapolis in vita Corradini*, in quo miſerabile caſu nota, quod prolata ſententia à Iudice, idem Iudex fuit occiſus, *vt ibidem*, ſicuti & Dauid occidit illum, qui dixerat, quod finierat occidere Saul iam morientem ex vulnere ſibi ipſi illato, 2. *Regum* 1. *&* 4. *in fine*; vbi quod fuerunt occiſi alij, qui occiderãt Iſboſeth filiũ Saulis, merito ait *Cicero pro Rabirio, Carnificem non modo foro, ſed etiam ſpiritu hoc, at Cœlo Cẽſoria leges, at Vrbis domicilio carere voluerunt;* quod hodie ſeruari in Vrbe Conſtantinopolis audio à quodã meo mancipio eiuſdem Patriæ. Baro enim ciuilis, propriè eſt Baro, *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *in* 7. *auth. nu.* 2. *Capyc. dec.* 27. & alias diximus ſupra *verſ.* 3. *obſeruat.* 3. *num.* 179. *Fontanell. de pact. nuptial. tom.* 1. *clauſul.* 4. *gloſ.* 10. *par.* 1. *num.* 12. *& ſeq.*

154 Sed ſi Baro ciuilis occideretur à vaſallis, cognitio ſpectaret ad Baronem iuriſdictionis criminalis, *Vinc. de Franch. in dec.* 274. *Io. Andreas Georgius in allegat.* 40. *num.* 36. *D. Tapia in pragm.* 1. *num.* 39. *vbi de criminibus agi oportet, & D. Rinius in collectanea deciſ.* 433.

155 Aduerte tamen, quod Baro iuriſdictionis ciuilis poteſt cognoſcere de delictis, quæ coram eo committerentur, puta ſi falſum teſtimonium feratur; quia eius antea tacitè ſunt offenſæ, *Bart. in l.* 3. §. *aqua, ff. de aqua quotid. & æſtiua, & l nullum, C. de teſtibus,* & ſupra hic *num.* 62. ſed in Mag. Cur. Vic. ob-

156 ſeruatur, quod ſi falſitas committitur in M.C.V. vel in S.C. cognitio contra inquiſitos remittitur ad M.C.V. criminalem, *Vinc. de Franch. in deciſ.* 147. quod procedit ex arbitrio S. C. quia quandoque S. C. cognoſcit, vt ſibi expediens viſum fuerit. Verum ſi Clericus eſſet, qui falſitatem hanc committeret coram Iudice laico, ab Eccleſiaſtico Iudice eſſet cognoſcendus, ſed ſi laicus falsũ deponeret coram Iudice Eccleſiaſtico, aut diceret contumelias coram eo, ab Eccleſiaſtico debet cognoſci, vt declarat *Additio Ignat. Lopez ad pract. crim. Diaz cap.* 94. *in fine*, vbi diſtinctiones vides.

157 XXV. Non poſſunt Barones, vti Barones gaudere priuilegio Neapolitanorum, etiam ſi ſint Neapolitani, quãdo vti Barones agũt puta in remiſſionibus cauſarum petendis, *Anna in ſingul.* 57. poſt *Capyc. in deciſ.* 59. *& Freccia de ſubfeud. lib.* 1. *in tit. de officio Magni Cancell. nu.* 33. licet in *d ſing.* 57. cõtrarios referat. Verum ſi Barones ſunt etiã exteri, aut regnicolæ gaudent vti Neapolitani, vt non poſſint torqueri ex proceſſu informatiuo, ſi vaſallos, & iuriſdictionem in Regno habent, *D. Rouitus in pragm.* 1. *num.* 17. *de immunit. Neapolis.*

158 XXVI. Non poſſunt vaſallos delinquentes, vel furtum committentes contra ipſos cognoſcere, & ita deciſum refert *Iacobus Anellus de Bottis in addit. ad Bart. in l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſdict. omn. Iudic. & Bart. ibidem*, & vide ſupra hic in *caſu* 21. *nu.* 150. *& Andr. Gayll. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 39.

159 XXVII. Non poſſunt animalia extera in fundis alienis, collectis fructibus, aut ſecatis ſegetibus, fidare, *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *in auth.* 46. *num.* 11. *fol.* 376. tamen ſi habẽt ius fidandi, hoc poſſent facere, ſecundũ *Capiblanc. in pragmat.* 1. *nu.* 20. *de Baronibus*; & vide ſupra hic *num.* 41. tamen vide notab. *text. in l. diuus.* 16. *ff. de ſeruitut.* ibi, *non eſt rationabile nolentibus Dominis vos in alienis agris aucupari.*

160 XXVIII. Nõ poſſunt remiſſionibus cauſarum renunciare in præiudicium vaſallorũ quando habent priuilegium cum clauſula abdicatiua, etiam quoad perſonas miſerabiles, *Vincent. de Franch. deciſ.* 541. ſicuti è

T 2 contra,

contra, nec valent id facere vasalli in præiudicium Baronum, *Novarius*, qui plures citat *de elect. fori, quæst. 12. nu. 29. sect. 1. in ultim. impressione*.

161 XXIX. Consilium inter ipsos inire, absq; Proregis licentia, nō possunt Barones, *Minadous in constit. in aliquibus, num. 55. fol. 35.* post *l. 1. ff. quod cuiusque Uniuersitatis nomine*, vbi *Bal. ex reg. text. in l. 3. in fine, C. de legat. lib. 10. Marcus Antonius Surgens de Neapol. illustr. lib. 1. cap. 25. num. 22. fol. 269. Regens de Ponte in tract. de potestate Proregis, in tit. de abundantia Ciuitatis, §. 7. pag. 79.* & meritò per *pragmat. D. Cardinalis Zapata Locumtenentis, die 15. Septembris 1621.* præcedente ordine Regis emanatam, fuit ordinatū, non posse Titulatos, aut Equites particulares adunari, & priuatim Suæ Maiestati scribere aduersus ea, quæ in Plateis fuissent conclusa; verum quilibet de per se solum hoc facere non prohibetur, *vt ibidem*.

162 XXX. Torquere vasallos ex processu informatiuo, vel cum præheminentijs M.C.V. non possunt, sicuti nec carcerare de facto, *l. 2. C. de exhib. reis, de Ponte in tract. de potest. Prorego. fol. 6. num. 18.* attamen si enormitas delicti hoc exposceret: Barones poterunt supplicare Proregi pro potestate. Solet. n. Prorex in tali casu alicui ex Iudicibus Mag. Cur. Vic. committere, vt relationem faciat in Collaterali Consilio, in quo auditis delicti qualitate, & inditijs, licentiam prædictā impartiri solet, & ita seruatur, & vide infra in *vers. 12. obseru. 1. vers. 4. in ultima litera arbitraria*; si vero Capitaneus de facto procederet ad torturam ex processu informatiuo, & reus confiteretur, talis confessio esset nulla, *D. Tapia in decis. S.C. 22.*

163 XXXI. Venationem in siluis prohibere non possunt, *Anna in singul. 59.* vbi decisum refert per Sacrum Consilium, non licere vasallis cum balistis, vel scopittis venari, nisi quoad apros, & lupos, *Andr. Gayll. practic. obseruat. lib. 2. obseruat. 56. & seq.* & infra hic *num. 199.*

164 XXXII. Venditiones Nemorum nō possunt Vniuersitatibus prohibere, quāuis ipsi Barones habeant vsum, & ius pascendi, *Vinc. de Franch. in decis. 197. & Mastrill. in decis. 49.* vide supra hic *nu. 152.*

165 XXXIII. Vasallos confinare ad loca sibi non subiecta, non possunt, *Vinc. de Franch. in decis. 526.* vbi quod nec carceratos à propria Patria exulare, nec vasallos ad custodiendos carceratos cogere possent, nisi magna necessitas, aut periculum euidens fugæ adesset, tunc enim soluto salario possent illos cogere.

166 XXXIV. De crimine vsurariæ prauitatis cognoscere non possunt, si merum imperiū non habent, *D. Riccius in collect. 2046.* & ita decisum refert *D. Rouitus in prag. 1. nu. 21. de vsuris*; in causa Comitis Montellæ præuia maxima discussione; nam Fiscus prætendebat in hoc crimine venire publicationem bonorum, quæ est de regalibus: & ad solum Regem spectare, tanquam habentem vniuersalem iurisdictionem à Populis translatam, adeo vt amplius à Populis auocari non possit, etiam vacāte Sede Regali, vt erudite nouissime tradidit *D. Don Frācis. Balboa in sua Monarchia Regiā, quæst. 1. nu. 4. & 5. imo in quæst. 2. part. 1. num. 5. & 6. fol. 43.* subdit, translationem prædictam à Domino nostro IESV CHRISTO fuisse approbatam; & meritò si Rex illam non comunicat, Barones eam exercere non possunt, vt per *constit. Regni, Ea qua ad speciale decus.*

167 XXXV. De damnis clandestinis cognoscere non possunt, ex quo ipsi Barones renētur pro medietate, & essent Iudices in causa propria, *Vrsill. ad Afflict. decis. 91. Campag. in cap. Regni incumbit, nu. 40.* hodie autem ista damna clandestina non sunt in vsu, stante solutione, quæ fit per Regnum pro Barricellis, & persecutoribus Bannitorum; tu autem vide *pragm. sub tit. de damnis clandestinis*, & ibi *Scrib.*

168 XXXVI. Remissionem causarum prætendere non possunt, quando dubium esset, quod Baro ad quem remittitur, delinquentem nō puniret, puta quia esset eius domesticus, *Mastrill. in decis. 147.* vbi plures habes casus, quando Barones non possunt prætendere remissionem causarum. Verum in his casibus ne Baronum iurisdictionibus præiudicium fiat, posset prouideri, vt procedatur in Ciuitate cum consilio alicuius Doctoris destinādi per Iudicem remittentem, & ita obseruatum vidi in pluribus causis; potest enim in decretis remissionibus causarum terminum præfigi infra quem causa expediatur, alias procedatur in Tribunale prædicto, *pragm. 1. de remissionibus causarum.*

169 XXXVII. Excessus Officialium suorum, cognoscere non possunt Barones, nec remissiones

fiones talium caufarum prætendere: quoniā cognitio delictorum Officialium ad folam M.C.V. fpectat,vt in *conft. Regni, ftatuimus; Vinc. de Franch. in dec.* 407. *& Gizzarell. in decif.* 24. fed numquid fi aliquis daret alapam Poteftati alienius Terræ propter fingularem inimicitiam quam habet cum eo, poffit capitaliter puniri? affirmatiuè refpondit *Bal. in §. iniuria, in princ. de pace tenenda.*

170 XXXVIII. Non poffunt remiffionem illius caufæ prætendere, quæ fuit eis remiffa cum cōminatione, vt infra tēpus expedirēt, & nō expedierūt, *Anna in fing.* 169. & huiufmodi cōminationes fieri poffe,fundat *Gram. in voto* 28. *et Viuius in dec.* 208. *& Auend. de exequend. mandat. Regum, par.* 1. *nu.* 12. *verf. & eadem, fol.* 75. ob denegatam enim iuftitiam Barones perdunt iurifdictionem quo ad illam caufam, *Gayll. pract. obferuat. lib.* 1. *obferuat.* 28. ficuti etiam fiunt decreta præuia difpenfatione D. Proregis, quia citra præiudicium Priuilegiorū pro hac vice tantum, caufa remaneat, quod intelligit de S.C. quod Principis perfonam reprefentat, & ideo decreta prędicta interponere poteft, fecundum *Doctorem Martam in tract. de claufulis, par.* 2. *in clauful.* 7. *fol.* 381. ergo M.C.V. talia decreta interponere non poteft; fed quod nec etiam S.C. hoc faciat abfque difpenfatione Proregis, tenent aliqui.

171 XXXIX. Non poffunt infeudare res allodiales, quia Vniuerfitati præiudicium fieret circa onus collectarum: quoniam res effecta feudalis effet exēpta. Verū fi per prius exēpta, & immunis res erat, puta de patrimoniali, vel demaniali Regis, tali cafu Baro poffet infeudare, *Io. Andr. Georgius in repetit. feudalibus, cap.* 8. *nu.* 15. *fol.* 43. poft *Petrum Gregorium de conceffione feudi*, ibi alleg. & huius eft opinionis *Fulu. Lanar. alias allegatus in addit. ad repetit. feudal. Io. Ant. Lanarij fui Patrui, fol.* 81. *nu.* 160. Et fic è con-
172 tra, non poffunt rem feudalem facere allodialē, *Camill. de Med. in conf.* 76. *n.* 3. *&* 9.

173 XL. Non poffunt cogere vafallos ad opera perfonalia, nifi effent Angarij, & Perangarij, *Marcell. de Mauro in alleg.* 99. & vide infra in *cafu* 85. & fopra *nu.* 149. fed fi Burgenfes funt, Erarium dare tenentur, *Gizzarell. in decif.* 31. nec confeffiones, aut fcripturę vafallorum, in quibus fe afcripticios, aut cenfitos, aut Angarios, vel Perangarios confitentur, probāt, nifi alijs adminiculis coadiuuentur, *l. cum fermus* 21. *C. de agricul. & cenfitis, lib.* 11.

174 XLI. Non poffunt committere caufas contra vafallos, quando funt fufpecti, & fic etiam nec eius Officiales, *Marcell. de Mauro in alleg.* 87. *nu.* 5. *&* 6. & circa hanc materiam faciunt dicta fopra in *verf.* 3. *obferu.* 3. *num.* 113.

175 XLII. Non poffunt Barones in Regno alienare bona Baroniæ abfq; affenfu Regio, etiam per viam fubinfeudationis, vt in *conft. conftitutionem Diuæ memoriæ. Parif. in trac. de reintegr. feudor. cap.* 4. *nu.* 5. *& Marcell. de Maur. in alleg.* 4. *nu.* 1.

176 XLIII. Feuda Curiæ Baronali deuoluta, non poffunt Barones concedere abfque Regio affenfu, fecundum *Ann. in alleg.* 45. *nu.* 24. poft *Afflict. in decif.* 292. *& in cap.* 1. *nu.* 20. *quæ fint regalia*; fed fi folita funt concedi poffunt, vt eft videre infra in *verf.* 4. *obferu.* 2. *nu.* 114. & nouiffimè *Fulu. Lanar. in addit. in repetit. feudal. Io. Ant. Lanar. fui patrui, fol.* 48. *nu.* 100. *& nu.* 50.

177 XLIV. Regi non fubuenire in cafu neceffitatis publicæ Barones effugere non poffunt, *Lucas de Penna in l. fin. colum.* 3. *verf.* 4. *ex his quæritur, C. de fundis limotrophis, lib.* 11. & dicemus infra *verf.* 4. *obfer.* 3.

178 XLV. Non poffunt vafallis feruitia indebita iniungere, alias puniuntur, nedum quia vfurpant iurifdictionem; fed etiam ciuiliter in 25. libris auri, *l. vindicebat, C. de curfu publ. lib.* 12. *Afflict. in §. & plauftrorum, nu.* 1. *quæ fint regalia*; Sicuti nec etiam poffūt vafallos prohibere, ne eorum vina, frumenta, aut alia victualia vendant, donec ipfi vendiderint, vt poft *Albert. in l. illicitas, §. illud, ff. de officio Præfid.* notat *Auendan. de exeq. mandat. Regum, par.* 2. *cap.* 5. *num.* 16. *& Paris de Puteo in tract. de fyndic. tit. de exceff. Baronum, cap. excedunt.*

179 XLVI. Non poffunt exercitium iurifdictionis diuidere, & creare duos Capitaneos, vbi per prius erat vnus, puta vnum in Terra, & alium in Cafale, de quo vide fupra hic *nu.* 107. *& Confiliar. Pafchal. in tract. de virib. patriæ poteft. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 125. vbi allegat *Alex. Raudenf. in conf.* 4. *num.* 8. *& feq. vol.* 2. *& Iofeph de Seffa in decif. Arag.* 187. *per totum, in* 2. *par.* fed aduerte, quia fuit circa hoc diuerfimodè iudicatum fecundum qualitatem perfonarum, & locorum, vt notat *D. Confil. Fabius Capycius Galeota in addit. ad conf.* 151. *Camill. de Medicis eius foceri digniffimi.* Tu autem vide *Camer. in l.*

T 3 Impe-

Imperialem, §. praterea ducatus, fol. 99. col. 1. & Io, Andr. Georgium in allegat. 5. num. 10. Etenim exercitium iurisdictionis est diuisibile, *Bart. in l. Imperatores, num. 6. ff. de administr. tutor. & in cons. 189. num. 7. col. 2. Lanar. in cons. 59. Hieronymus de Monte in tract. de finibus regendis, cap. 1. num. 3.* latè *Reg. de Ponte in decis. 6.* idemq; *Georg. in alleg. 40. nu. 35.* In hac enim administratione iustitiæ solitum esse seruandum, ponit *Vinc. de Franch. in decis. 166.* Et similiter in Ciuitate potest diuidi iurisdictio per quarteria, vt per *Mart. Lauden. in tract. de potest. Princip. quaest. 462. in tractatibus tom. 16. fol. 211.* sed talem diuisionem non posse fieri, defendit *Bouadill. in polit. par. 1. lib. 2. cap. 16. num. 205. fol. 653.* tu autem de hac diuisione per quarteria vide supra *vers. 2. obseruat. 4. num. 17.*

180 XLVII. Non possunt prætendere in iudicio non vocari absque licentia Regis, vel Proregis de generali hodierna cõsuetudine, non obstante, *l. unica. ff. de in ius vocando;* nec ex his, quæ dicit *Auendan. de exequen. mandat. Regum, part. 1. cap. 11. num. 4. & Frecc. de subfeud. lib. 2. author. 37. pag. 364. & in q. quis dicatur Marchio, nu. 9.* quia hoc tantum cum Officialibus constitutis à Prorege per Regnum seruatur, vt absque licentia Proregis citari non possint, *vt ibidem*, & ratio est, quia ordine Proregis in officio cõstituti assistunt; quod fallere dici posset. quãdo citandus reperiretur Neapoli, *arg. l. etiã, §. 1. vers. parte præsente, vel vocata, & l. in causa, §. causa cognita, ff. de minor. & Capyc. decis. 1. num. 37.*

181 XLVIII. Non possunt vasallis concedere regale præsidium contra personas ecclesiasticas, vel laicas vigore .CC. Regni, *Vinc. de Frãch. in dec. 163. in fin. D. Tapia in lib. 3. Iur. Regni, in add. ad cap. finis præcepti charitas, fol. 28. rub. de eccl. pers. & Bouad. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 16. nu. 90. pag. 624.* nec etiam remedio *cap.* Regni, *ex præsumptuosa*; (quo prouidetur, vt feudatario moriente absque legitima prole, quæ claro, & aperto Iure succederet, Fiscus possessionem sequestrare valeat infra annum) vti possunt, quia in fauoré Fisci tantum illud procedit, vt notum est, & ita omnes fatentur, *ibidem*; siquidem præminentia illa soli Regi tantum competit, & non Baronibus, *Freccia de subfeudis lib. 3. in different. inter feud. quater. & plana, diff. 15. nu. 21. & Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. de regal. impos. §. 6. nu. 42. fol. 204.* circa quod cap. nota, remedium prædictum Fisco competere super omnibus bonis, in quibus habet interesse, vt litera in nigro cãtat, & non super feudis tantum, vt aliqui putant ex Rubrica ipsius, quæ contra disposita in textu videtur loqui, cum de feudis solummodo mentionem faciat, & vide *Afflict. dec. 195. 196. & 197.*

182 XLIX. Non possunt dispẽsare ætati, idest vt aliquis minor sit eorum Iudex, *glos. in l. spurij, §. 1. verb. factis, de decurion. & glos. in l. 1. C. qui ætate se excusant, lib. 10.* vel quod vltra 70. annos exerceat munera personalia, secundum *l. vltra 10. C. de decurio. lib. 10.* vel secundum *l. 2. C. qui ætate, vel professione se excusant, lib. 11.* vbi maiores 55. annis ad munera personalia non vocantur inuiti, & quod ad ætatem supradictorum attinet, vide supra *vers. 2. obseru. 2. nu. 102. pag. 60.*

183 L. Non possunt gratiam inquisitis concedere absque partis remissione, *Bald. in l. 1. C. de fructibus, & litium expens. Dec. in cons. 4. vol. 1.* & vide supra hic *num. 105.* & ratio est, quia gratia est facere id, ad quod quis de Iure naturali facere tenetur, *Bald. in cap. 1. num. 18. de allodijs*; sed natura aborret vnũ
184 grauare, & alterum agratiare, ergo. Soli Regi de potestate absoluta hoc esset licitũ, *Auendan. de exequen. mandat. Regum, par. 1. cap. 7. num. 7. ad finem, vers. tamen, Anton. Gomez in lib. 4. Tauri, num. 10. vers. 8.* latè *Vincent. de Franch. in decis. 370.* vbi testatur in principio, quod Princeps Bisiniani hãc potestatem habet etiam parte non concordata, sed quomodo sint faciendæ istæ compositiones, seù gratiæ, vide infra *vers. 12. obseru. 1. num. 113.* & à quibus personis, & in quibus casibus requiratur remissio querelãtiũ, latè *Consil. Pascal. in tract. de virib. patr. potest. par. 2. c. 1. per totũ*, & habetur in *prag. 8. de composit.* idest ab illis ad quos ab intestato defertur successio. Pœnæ enim debent habere suum debitum effectum; Hinc est, quod si pro complacendo Baroni, Iudices debitam pœnam non irrogarent in damnũ
185 tertij, incidunt in pœnam, *Andr. in §. & bene committentium, num. 75. quæ sint regal.* at etiam in peccatum, & ad restitutionem tenentur, secundum *Fratrem Al. de Castro in lib. 4. de lege pœnali, cap. 12. & 13. & Auendan. loco supra citato, num. 7. vers. & sicut.* & vide supra hic *num. 148. & num. 44. & in vers. 2. obseru. 2. num. 90. & vers. 3. obseru. 1. num. 39.* nota tamen, quod in crimine raptus, non solum non possunt pœnas remittere, sed nec offensi possunt facere remissionem sub pœna deportationis, *l. 1. §. final.*

final. circa finem, C. de raptu virgin. fed de hac materia raptus vide infra *verf.13. obfer. 1. præfumpt.* 101.

186 LI. Non poffunt directus ex mercaturis exeuntibus per mare, vel ex portu adiacenti eorum Territorijs exigere, *Suarez in alleg. 17. num. 1. Bouadilla in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 16. num.* 109. *pag.* 629. & quid fi mare
187 adiacés Territorio fit illius iurifdictionis, cuius eft territorium, ponit *D. Regens Valenzuela in conf.* 100. *num.* 55. & vide infra *num.* 217.

188 LII. Non poffunt priuilegio Regis gaudere quo ad hypothecas fifcales in exigēdis pœnis cōdemnationū, nifi ex fpeciali priuilegio hoc in cōceffionibus haberent, *Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. c. 16. nu.* 114. *fol.* 631.

189 LIII. Non poffunt hofpitationes habere, quando eorum Terras vifitant, quoniam hoc foli Regi competit, vt fuit practicatū quando Imperator Carolus Quintus venit Neapolim in anno 1535. die 25. Nouembris, & ftetit vfque ad menfem Martij feq. cuius familia fuit hofpitata à Neapolitanis, & Troianus Antenor fuit primus, qui hofpitationes has petijt, tefte *Bouadilla in polit. tom. 1. lib. 2. num.* 116. vbi quod in Aragoniæ Regno folū ex difpofitione illius fori, hoc non feruatur; eft enim hofpitatio infauftus actus, *l. hoc profpectum, C. de metatis, & epide. lib.* 12. verum quia hofpitandi immunitas non intelligitur conceffa in priuilegio generali, *Regens de Ponte de poteft. Proregis, fol.* 39. *num.* 5. vbi habes, quomodo contributiones hofpitationum fūt practicandæ: tamen fi Barones hoc in priuilegium haberent, moderatè vti debent, *Bouadill. ibidem nu.* 116. per *l.* 1. *C. de metatis, lib.* 12. *l. vnic. C. de tractatorijs, & ftatua. lib.* 12. *Bal. in l. obferuare, ff. de officio Proconf. verf. & nota, quod quando, Burgos de Paz in l.* 1. *Tauri, nu.* 312. *fol.* 112. *Couar. variar. refolut. cap.* 17. *lib. 2. nu. 3. verf. fic fane, & in cap. officij, num.* 1. *in fine, de teftament.*
190 Barones .n. eorū fumptibus vifitare tenētur, ficuti & Præfides Prouinciarum faciunt, *§. iubemus, in fine, in auth. de collat.* licet *Bald. in d. l. obferuare,* dicat, quod *Canonifta* aliter tenent: fed pro contraria parte, quod taliter hofpitari non poffint, funt *Aluarus Valafcus, & Præpofitus in cap. 1. §. fimilites, de capit. Corradi, Io. Andr. in addit. ad Speculatorem in tit. de feud. §. nota, in addit. in cap. hucufque, Roffred. & Auend. de exequen. mandat. Regum, par. 1. cap. 4. num.* 45. *verf. alias, fol.* 60. quia munus hoc vifitandi, eft à lege impofitum, & ideo gratuitum effe debet, *Bart. & Salyc. in l.* 1. *C. mand.* qui enim gratis aliquid facere tenetur, turpiter pro eo falarium petit, *l.* 3. *C. de conditio. ob turp. caufam*; & quod Barones fuas Terras, vafallos, & tenimenta fui fubfeudatarij (dum expedit) vifitare poffint, tenet, *Frecc. de fubfeud. pag.* 365. *verf. trigefimaquinta, num.* 1. *& fol.* 366. *nu.* 4. *& fol.* 367. *nu.* 5.

191 LIV. Non poffunt angarias, vel exigētias illicitas vafallis imponere, & impofitas fubtrahere tenentur, nulla habita ratione temporis, feù præfcriptionis, quoniam Tyrannicè præfumuntur impofitæ; Et fic etiam nec
193 poffūt à vafallis donatiua exigere fub prætextu, quod Rex ab ipfis Baronibus exigat ratione Belli, *Azeuedus in l.* 4. *num.* 4. *tit.* 4. *lib.* 6. *recompilationum, & Frecc. de fubfeud. lib.* 2. *in author.* 44. *fol.* 374. *& Bouadilla in tom.* 1. *fua politica, lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 117. & vide fupra hic *nu.* ... & infra hic *num.* 219. *& Gizzarell. in decif.* 31.

194 LV. Non poffunt delinquenti pœnam mortis naturalis remittere, nec ante, nec poft fententiam, fecundum difpofitionem Iuris, vt tenet idem *Bouadill. in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 124. *fol.* 633. Sed in Regno noftro aliter feruatur, præcedente tamen partis remiffione, vt fupra notauimus *num.* 183. & hoc ex ampliffimis priuilegijs Baronibus cōceffis etiam vigore quatuor literarum arbitrariarum, vt videbimus infra *verf.* 12. *obferu.* 1. *cap.* 1. *per totum.*

195 LVI. Non poffunt faluum conductum delinquenti concedere, vt delictum declaret, nec etiam abolitionem, vt delinquēs remaneat impunitus, *Andr. in §. præterea, qua fit prima caufa beneficij amittendi*; vide *Anna in fingul.* 462. quoniam nec etiam Fifci Patronus, aut inferior Iudex faluum conductū promittere poffunt, tefte *Afflict. in decif.* 4. fed *Vinc. de Franch. in decif.* 258. *num.* 1. *in fine*; affirmat, promiffionem factam delinquenti effe feruandā, etiam fi à non habente poteftatē fuerit promiffa; nota tamen, quod fi à Principe conceditur, ad debita iurata non extenditur, idem *Afflict. in decif.* 5. & facit *pragm. fub titulo de guidaticis,* fed *Frecc. in lib.* 2. *de fubfeud. in auth.* 45. *num.* 1. tenet poffe Baronem concedere faluum conductū inquifito, quia ipfe habet dominium in iurifdictione: & hinc eft, quod cōtumax in Curia Baronali eft contumax in toto Regno.

196 LVII. Nec debitoribus moratorias concedere

cedere possunt, quoniam soli Principi, & eius Curijs hoc est permissum, *Bouadilla in polit. tom.1. lib.2.cap.16. num.125. fol.634.* & in casu concessionis prædictæ, debitores fideiussionem dare tenentur, *Guido Papa decis. 97. & 109. Boer.decis.296 num.4. cum seq. Ant.Cucchus de morat.praescript.nu.45.*

197 LVIII. Non possunt in eorum Terris legem facere, vel legem interpretare, aut ampliare, etiam si eum applausu Populi esset, *Rolan.in cons.4.num.31.& 36. in fin.vol.2.* sed *Bouadilla in d.cap.16.num.128.fol.635.* dicit magis communem opinionem esse, Barones cum consensu Populi posse ordinationes prædictas facere. Fallit tamen, si interpetratio prædicta induceretur in præiudiciũ iurisdictionis supremæ, cuius est facere mãdata generalia, & non Baronum, ad tradita per *Afflict.in decis.267.*

198 LIX. Non possunt delegare causas (appellatione remota, de qua vide supra *vers.3. obseru. 3. num. 249.*) soli enim Principi hoc est concessum, *Bal.in cap.cum omnes, de constit.* quem sequitur *Felyn. in cap.quod super, col.fin. de maiorit. & obedient. & Antonius Gomez in l.40.Tauri, nu.10.* operatur enim clausula prædicta, vt sententia exequutioni demandetur non obstante appellatione, *cap. pastoralis, § praterea, de offic. deleg. & Abb. in cap. super eo, de offic. deleg.* & circa delegationem hanc vide, quæ supra diximus in hac *obseru. num.36. & vers.3. num.142. & seq.* & licet *Auendan. de exequend. mandat. Regum, par. 1.cap.5.num.7. fol.73.* dicat non posse Barones simpliciter, & de plano causas committere: in hoc nostro Regno fallit, stãte *Regia Pragmatica dispendia litium, de ordine iudiciorum*; qua cautum est procedi simpliciter, & de plano sola facti veritate inspecta, & Barones habent merum, & mixtũ imperium, & literas arbitrarias, & ideo causas simpliciter, & de plano committere possunt, sed non appellatione remota.

199 LX. Non possunt venationes reseruatas in montaneis, vel piscationes reseruatas in fluminibus constituere, *Andr.in tit. quæ sint regalia, vers. redditus, piscationes &c. & in cap.nemo retia, de pace tenenda, & eius violatoribus, Io.Faber in §.flumina, instit.de rerum diuisione, & Campag. in cap. Regni, Grauamina, num.115. Lucas de Penna in l.vsum aquæ, C.de aquæductu, lib. 11.* sed vide supra hic *num. 108. 113. & 163.* & materiam venationis vide supra *vers.3. obseru.3. num. 382.* sed an Barones valeant vasallis prohibere venationẽ, & cum quibus armis, ac etiam piscationem, videas *D.Rouitum in pragmat.1.de aucup.& venator.per totum, & Annam in singul.50.* vbi decis. Sac.Cons. refert.

200 LXI. Nec possunt (publicata sententia contra inquisitum) illam reuocare, etiam si de Innocentia inquisiti constaret, quia soli Regi hoc licet, *Bald. in l.rescripta, num.6, de precib.Imperat. offerendis, Bouadill.in polit.tom.1.lib.2.cap.16.num.146.* sed in hoc casu superiores essent certiorandi, vt infra *vers.12.obseru.1.nu.53.& seq.*

201 LXII. Nõ possunt rehabitari facere Terras, vel Casalia diruta, & inhabitata, vel diuidere Territoria inter suos Populos, *Bouadill. in polit. tom.1. lib.2. cap.16. num. 149. pag.640. Bammacarius* (olim noster Amicus carissimus) *in tract.de feud. in tit. si de feudo defuncti militis, num. 199. fol. 228.* vbi ponit limitationes, & ampliationes, sed in Regia Camera solitum est licentiam concedi, intimatis Baronibus, & Terris cõuicinis, & circa hoc videas *Regni constitutionem, in locis demany, & Regentem de Ponte in tract. de potest.Proregis, sub rubr.de diuers.prouis. fieri solitis, in tit. de feudis inhabitatis, fol. 466.* post *Afflict.in decis.265.nu.70. Auendanus autem in tract.de exequend. mandat. regum, lib.1.cap.4.num.1. fol.47.* testatur, in Hispania non licere fortilitia, vel castra vetera reficere absque licentia Regis, & vide infra hic *num.254.& 255.*

202 LXIII. Nec Officialem absque causa legitima remouere possunt durante tempore vnius anni, *Couar.pract.quæst. cap.9.* & vide supra hic *num. 81.* debent enim Officiales esse annales tam de Iure communi, quam de Iure Regni *Vinc.de Franch.decis.409. Anna in sing.369.* quinimo talis Officialis durante anno non posset Vniuersitate contradicente discedere, ad tradita in *d.decis.409.*

203 LXIV. Non possunt tributa, gabellas, vel alia onera vasallis imponere, *Salyc. in l. vectigalia, col.2. C.noua vectigalia, Bart. in l.acta, §. deamplianda, in fin. ff. de re iudic.* sed an possint maiorem pœnam vltra augustalem imponere? vide *Io.Franc. de Ponte in cons.53. vol. 2.* & supra in his, quæ facere possunt diximus.

204 LXV. Nõ possunt Commissarios Regios delinquentes in eorum Terris carcerare, nisi ex magna causa, sed illi Tribunali à quo fuerunt transmissi, denunciare debent, *Bouadill. in polit.*

in polit. tom.1. cap.21. num.121. fol.923. & vide *pragmat.16. de officio magni Iuſtitiarij;* licet exequentibus vltra modum poteſt reſiſti, & Iudex loci illos carcerare poteſt, & ad Iudicē ſuum remittere, *l.5. C.de exequutorib.& exact.lib.12.*& vide ſupra *verſ.3.obſer.3.nu.294.circa fin.*

205 LXVI. Non poſſunt denegare Vniuerſitatibus contributionem pro medico, muris, & alijs neceſſarijs ædificijs, ſed contribuere tenentur vti duo Ciues ex ditioribus, *Bouadilla in polit. tom.1. lib.2.cap.16.nu.173.fol.645. Lucas de Penna in l. hac prouidentia, colum.7.verſ.18.& ſeq. C.quibus muneribus præſtandis nemini liceat, lib.10.* & ratio eſt, quia & ipſi vti duo ex ditioribus in montaneis, & vſibus Vniuerſitatum gaudent, vt diximus ſupra hic *nu.41.* iuſtiſſimum ſimiliter eſt, vt contribuant vt ſupra, & vide infra *num.231.*

206 LXVII. Non poſſunt mandare, vt in cauſis vaſallorum procedatur ſimpliciter, & de plano ſola facti veritate inſpecta, & ſic contra leges, & ordines Iudiciarios, quoniam hoc ſoli Regi competit, ſecundum *Bouadill. in polit. tom.1.lib.2.cap.16.num.179. Boſſius in tit.de Principibus, in pract.nu.287.*& vide ſupra hic *nu.36.& ſeq.* hæc procedunt de Iure comuni, ſed in noſtro Regno non, per *prag.diſpendia litium, de ordine iudic.*vt ſupra hic *nu.198.in fine.*

207 LXVIII. Non poſſunt vaſallos cogere ad præſtandum currus, vel viaticas pro eorum ſeruitio, *Paris de Puteo de ſyndicatu, in tit. de exceſſib. Baronum, nu.1.& ſeq. Auiles in cap.17. pratorialium, gloſ. Arazanobles, nu.35.* ſed vide ſupra hic *num. 96.* & infra hic *num.227.*

208 LXIX. Non poſſunt nec ipſi, nec eorum Officiales exercere arbitria in eorum vaſallos in pœnalibus, *Bouadilla in politica tom.1. lib.2. cap.16.num.186.*ſed in Regno poſſunt, quia habent quatuor literas arbitrarias, vt infra *verſ. 12. obſeru.1. num. 99. & ſeq.* vbi videas.

209 LXX. Non poſſunt iuriſdictionem exercere in eorum vaſallos extra eorum Territorium, *l.fin. ff.de iuriſdict. omn. iudic. cap. fin. de conſtit. in 6. clement. paſtoralis, de re iudicata;* ſed fallit, ſi in priuilegio cognitionem prædictam haberēt, & intellige prædicta, vt diximus ſupra hic *nu.* ...

210 LXXI. Nec etiam poſſunt prætendere quin delinquentes reperti in eorum Palatio non carcerentur, quia vere Palatium non dicitur: quoniam Palatium Regis tantum
211 hoc priuilegium habet, vt ab eo non poſſint inquiſiti extrahi, *Bald.& Alex.in l.plerique, ff. de in ius vocando;* de qua materia vide, quæ diximus ſupra in *verſ.3.obſeru.3. in 26. Tribunali Auditoris Campi, nu. 346.* & latè per *Regentem Conſtantium in repetit. l.unicæ, C. de palatijs, & domibus dominicis, lib. 11. nu.41.fol.243.* ſed an Palatia, & fabricæ Baronales ſint feudalia, vel burgenſatica, latè *Gizzarel.in deciſ.32.& 33.* Plateæ vero cognitio ante Palatium Regium ad Magiſtrum Portulanum, & non ad Cuſtodem Regij Palatij pertinet, ſecundum *D. Rouitum in conſ.58.vol.1.*

212 LXXII. Non poſſunt inſufflare ſpiritum vitæ inſtantijs peremptis in eorum Curijs Baronalibus, quoniam hoc ſoli Regi competit ex poteſtate ſpeciali, *Afflict. in cap.1.nu.96. quæ ſint regalia, Angel. in l. ſi tempora, C.de temporibus appellationum, Gramm. in deciſ. 69. num.1. Boer. in deciſ.147.num.10.* & ſic etiam ſpectabili Præſidenti Sac.Conſ. hoc eſt permiſſum vigore *pragmat.1.ſub tit.de offic. Sac.Conſ.* vt diximus ſupra *verſ.3. obſeru.3. in 17. poteſtate D.Præſidentis,* & D.Proregi ſimiliter eſt permiſſum, vt ſupra in *verſic.2. obſeruat.2. num.45.* per *l.1.in fin.ff.de officio Præfect. Prætor.* ac etiam Regijs Audientijs Terræ Hydrunti, & Bari, vt ſupra in locis citatis.

213 LXXIII. Non poſſunt concedere eorum vaſallis licentiam armorum prohibitorum, etiā ex cauſa inimicitiæ ad ſe tuendos, *Montaluus in repertorio legum, in verb. arma, fol.10. colum.4.in fine;* ſed bene poſſunt per
214 banna hoc prohibere, *Menoch.de arbitrijs Iudicum, lib.2.centur.4.caſu 394. num.25.* & vide ſupra hic.

215 LXXIV. Non poſſunt recipi cum Cruce, quando ingrediuntur in eorum Terras, quoniam ſoli Regi hoc competit, *Couar. pract. qq. cap.6. num.7.* & cum Cruce fuit recepta Sereniſſima Regina Hungariæ intus Eccleſiam Archiepiſcopatus Neapolis, quando ad eam viſitandam venit de anno 1630.& Epiſcopis etiam hoc debetur, *Vinc. de Franch. deciſ.253.* & procedit vt etiam in locis exēptis poſſit Epiſcopus portare Crucem ante ſe, *clem. unica, de exceſſibus Prælatorum,* cum Crucibus enim ſacra ingrediuntur, & nō prophana, *gloſ.in §.omnibus autem laicis, cap.32.*

cap.32.in auth.de Episcopis,& Clericis, in verbo honorandas,& in auth. de sanctissimis Episcopis; Episcopi dicuntur columnæ Ecclesiæ, & Coepiscopi cum Papa, *clem.1.de pœnis*, vbi contra sevientes, offendentes, vel occidentes, aut bandientes Episcopos sunt pœnæ statutæ.

216 LXXV. Non habent ius succedendi morientibus sine hærede, etiam si in priuilegijs habeant præheminentias Regales, quoniam successio ista non est fructus iurisdictionis, nec de mero, vel mixto Imperio, sed est dignitas regalis, secundum *Bouadill. in polit. tom.1.lib.2.cap.16.nu.216.Bald.* autem contrarium tenet in *cap.1.quæ sint regalia,& in l.vacantia, C.de bonis vacant. lib.10. col.6. in fine*, alios casus cumulat *Camillus Borrellus in addit.ad Bellugam in speculo Principum, rub.5. lit.B.fol.11.& Frece.de subfeud. lib.2.in 14. author.Baronumqui* in 18. *author.fol.*348. dixit, quod si Baro succederet de Iure communi, in Regno dubitatur, quia Rex est Dominus personarum, & vide infra in *casu* 105.

Et similiter non possunt vel remedio *cap. Regni, ex præsumptuosa*, quo ad successionẽ subfeudorum, quia remedium prædictum nõ procedit in subfeudo, vt tenuerunt *Frece. de subfeud.lib.3.in different inter feud. quater.& de tab.differ.15.num.21.fol.421.Reg. de Ponte de potest.Proregis, in tit.de regalib. impos.§6. num.42.in fine, fol.403. & Bammacar.in repet.cap.1. si de feudo defunct. militis, cap.1.§.1.quæst.2. nu.*50. & vide infra *vers.4.obseru.2.nu.*119.

217 LXXVI. Nõ possunt esse Domini maris, nec littoris maris adiacentis eorum Territorio, quia sunt publici Iuris, *Ruin. in cons. 28.col.fin.vol.1.Frecciа de subfeud.lib.1.tit. quis dicatur Marchio.nu.3.& seq.* qui alios cumulat,& vide supra hic in *casu* 51.*nu.*187. & similiter adde, quæ dixi supra hic *nu.*152. quo ad opinionem *Virgilij* circa arenam, & littora maris.

218 LXXVII. Non possunt verberare famulũ vasalli in dedecus vasalli, quia tunc dominio priuarentur, *l.item apud labeonem, §. si quis, ff.de iniur.Capyc.in decis.69.num.*28.& vide supra hic in *casu* 5. *nu.*11. & *D. de Ponte in decis.16.circa finem*, & infra hic *nu.*228.

219 LXXVIII. Angarias, vel perangarias vasallis imponere nequeunt, *Capyc.in dec.*168. *num.* 9. vbi latè de hac materia. vasalli enim Angarij verè dicuntur illi, qui ob delictum, vel maleficium, erant condemnati,& ad alicuius intercessionem saluati, & ei traditi, vt per *Capyc. ibidem nu.* 2. & vide supra hic in 220 *nu.*192. & hoc euenit, quando Comes Rogerius Normandus in anno 1098. Ciuitatẽ Capuæ obsessam tenebat, & quidam Sergius natione Græcus eius excubiarum Præfectus cum 300. militibus tentabat proditoriè Rogerium Comitem Principi Capuæ tradere; sed in sopore somnij, Rogerio apparuit Beatus Bruno Cartusianorum Fundator, tunc temporis viuens in Monasterio S. Stephani de Nemore sito in Calabria vltra inter Arenam, & Stilum, & proditionem hanc Rogerio patefecit; Quapropter experge factus Rogerius, arma sumpsit, clamando, vt milites equos armati ascenderent, ad quem strepitum aufugit dictus Sergius proditor cum sequacibus suis Capuam versus, ex quibus 160. milites capti fuerunt, & ad mortem damnati, precibus inde prædicti Beati Brunonis fuerunt saluati,& ei traditi per nomina, & cognomina cum filijs filiorumq; suorum in sempiternum in seruos perpetuos, cum omnibus eorũ bonis mobilibus, & stabilibus, habitis,& habendis, vt habes ex priuilegio infra in *vers.* 14. *obseru.*1. *num.* 68. *describendo*.

221 LXXIX. Cognoscere an Baro sit suspectus (quia tota iurisdictio in hoc casu potest recusari) Barones, vel eius Officiales non possunt, *Marcell.de Mauro in alleg.*87. *nu.* 5. *& 6.* vt de Præsidente S. C. diximus supra *vers.3.obseru.3.num.*113. Hinc est, quod etsi amicitia intima esset inter Baronem, & aliquem vasallum, datur suspitio alteri colligitanti cum illo vasallo, sicuti esset de teste, *l.3. in princ.ff.de testibus, Andr. in §.porro, num.9.circa medium, quæ sit prima causa beneficij amittendi.*

222 LXXX. Non possunt petere à vasallis donatiua, seu fasciam pro natiuitate filiorum, vel pro nuptijs vxorum, *glos. in l.placet.5. in verbo extra ordinarium, C.de sacros. Eccles.* quia soli Regi, & non Baroni hęc competũt, Barones enim præter dispositа in *constit.Regni, Quamplurimum*, nil prætendere possũt, vt notat *Io. Franc. de Ponte in tract. de potest.Proregis, fol.*483.*num.*12.*in tit.de donis Vniuersitatũ*, vbi in *nu.*4. subdit, quod quatenus aliqua subuentio deberetur, ad Baronem habentem iurisdictionem ciuilem accedere,& non ad habentem criminalem, qui nullum habet dominium, sed solummodo iurisdictionem illam à Rege delegatam; notat tamen *Frece.in lib.2.de subfeud.in 2.author. Baron.*

Baron. per totum, has fubuentiones Baronibus poffidentibus feuda cum pacto de retrouendendo, quia verè Domini non funt, ficuti nec mulieri detinenti feudum pro fuo dotario, fed ait contrarium fuiffe iudicatum.

223 LXXXI. Subfeudatarios ad adhoam præftandam bis in anno cogere non poffunt Barones, etiam fi ipfi bis Regi præftarent, *Bartholomeus de Capua*, fine addens in eo *in fing.* 89. per *l. fi filia, ff. familiæ hereifcundæ*; vbi quod fic decifum, & è conuerfo fi Rex Baronibus adhoam remiferit, non cenfetur vafallis remififfe, nifi contemplatione vafallorum fuiffet remiffa, quod non præfumitur, *Iacobus de Aiello in tract. de iure adhoæ, nu. 6. Andr. in §. fed & iuftior, quæ fuit prima caufa beneficij amittendi*.

224 LXXXII. Partem adhoæ à vafallis exigere, fi in illo anno aliud fubfeudum habuerūt, non poffunt, vt per *Capit. Regni Caroli II. incip. Ricciardus de Aquila*, fecundum *Iacob. de Aiello in tract. de iure adhoæ, nu. 64.*

225 LXXXIII. Iuramentum fidelitatis à vafallis recipere fine Regis licentia non poffunt Barones, *Bartholom. de Capua in conft. Regni, mulierum, quæ dotarium, num. 2.* Sed aduerte, quod iuramentum hoc Baroni habenti iurifdictionem ciuilem, & non habenti iurifdictionem criminalem debetur, *Freccia de fubfeud. lib. 2. in 2. author. Baronum, fol. 268. num. 71. in fine, & in lib. 1. fol. 33. num. 27. & in fol. 272. num. 26. & Regens de Ponte in tract. de poteft. Proregis, fol. 473. num. 15. in tit. de donis, & expenf. Vniuerf.*

226 LXXXIV. Carcerare, vel torquere vafallos, fi merum, vel mixtum imperium non habent, caueant Barones fub pœna carceris, *Paris de fyndic. in tit. de exceff. Baronū, circa finem, Afflict. in conftit. Regni, Iuftitiarij nomen, & normam, in notab. 22.* & vide infra in *verfic. 14. obferu. 1. nu. 112. & feqq.* & fi vafalli fugiunt à carceribus Baronalibus, & recto tramite ad M.C.V. veniunt, non tenentur de fuga, *l. fi quis, §. ad Iulianum, & §. apud labeonem, ff. de adil. edict. Anna in fingul. 561.*

227 LXXXV. Seruitia perfonalia ad præftandum vafallos cogere non poffunt etiam falario mediante, *Afflict. in conftit. Regni, profequentes, in 6. notab.* fed animalia capere poffunt falario mediante, *Afflict. in conftit. Regni, omnes Officiales, & in conft. fi noftra feruitia*, vbi etiam *Andr.* & vide fupra in *cafu 20. num. 149. & num. 207.* & an poffint vafallos cogere ad rehabilitandum, *Capbal. in conf. 18. vol. 1.*

228 LXXXVI. Non pofsūt feuire in vafallos cū verberibus, aut iurifdictione abuti, alias ea priuentur, *l. 2. §. dominorum, ff. de his, qui funt fui, vel alieni iuris*; vbi *Bald. & Cynus, Gram. decif. 104. Guid. Pap. decif. 62. Boer. decif. 275. Curt. Iunior in confil. 137. nu. 4. & Quintilianus Mandofius in tract. de ingratitudine, cap. 62. cafu 73. Andr Gayll. pract. obferu lib. 1. obferu. 16. & 17. Barth. Berdaz. in conf. crim. 281. nu. 6. vol. 2. Ioannes Faber in §. fin. inftitut. de his, qui funt fui, vel alieni iuris. & in l. officium. ff de officio Proconf. & Legati, & Regens de Ponte in decif. 16. circa finem*; Baro enim, qui pugnis, vel vulnere vafallum offendit, ipfum perdit, *Bald. in §. publici latrones, de pace tenenda, glof. in conftit. Regni, fi vafallus à Domino, in verbo vulnerauit, §. in poteftate, inftit. de his, qui funt fui, vel alieni iuris, Camill. de Curte in diuerf. iuris feudorum, fol. 88. num. 6.* fed *Paris in tract. de fyndicatu, in verbo fyndicantur, num. 5.* tenet, quod Baro poteft leniter vafallum fuum verberare, quam opinionem fequitur *Confil. Pafcalis in tract. de viribus patriæ poteftatis, lib. 3. cap. 4. nu. 34.* tu autem tene, quod femper, quod Baro fua iurifdictione abutitur, priuandus venit, *Bonon. de Curte in tract. de nouilitate, par. 5. nu. 20.* & diximus fupra hic *num. 218. & 114. conftitutio autem, Si vafallus à Domino*, difponit, quod non poteft Baro iniuftè vafallum verberare, ergò cum iufta caufa poteft. Sed aduerte, quod argumenta à contrario fenfu in hoc cafu non valent, *Capye.* verò in *inueftitura feudali, in verbo feuda amittuntur, in cafu 47. fol. 55.* notat, quod Dominus fuperior poteft Baronem monere, vt vafallos debito modo tractent, & fic in facto confuluit, & recenfet cafus, in quibus vafalli fuerunt exempti à iurifdictione Baronū, & quod vafalli non pofsunt expellere Baronem intollerabiliter eos opprimentem, & quod ob feuitiam Domini quotidie inferentis violentias, & offenfas, pofsunt fubditi petere, vt examinentur, & liberentur ab eius iurifdictione, & homagio, per *l. 2. ff. de his, qui funt fui, vel alieni iuris, & l. 1.* cum ibi not. per *Bart. C. fi quacumque præditus poteftate, & Lucas de Penna in l. fundi, C. de locat. prædior. ciuil. lib. 11.* affirmat, quod fi Dominus efficeretur fuperbus, & moleftus vafallis, tyrannicè eos tractando, feudum perdit, & ita tenet *Andr. in cap. 1. §. item fi fratrem, in 2. col. quibus modis feudum amittatur*; & hac mate-

materiam Tyrannidis vide per *Gubernator. Christianum in lib.1.cap.8.*

229 LXXXVII. Non possunt vasallis imponere nouas impositiones, etiam si ipsi à Rege grauarentur cum nouis impositionibus, *Bertacchinus in tract. de gabellis par.1.num. 14. & Gubernator Christianus in lib.1.cap. 16.fol.87.*

230 LXXXVIII. Non possunt petere remissionem causæ eorum vasalli conuenti vigore *Regia Pragmatica de censibus*, vt in ea est dispositum, licet possint prohibere vasallos, ne prorogent iurisdictionem in alios Iudices, *Petrus Foller. de contract. censualib. vers. namquid Clericus, nu.*30. sed aduerte, quod etsi *pragmatica prædicta de censibus*, in Calabria, & Aprutio obseruetur: tamen in M.C.V. & in S.C. non obseruatur, & ita vidi in diuersis causis practicari, & cur fuerit istud introductum, vera ratio afferri non potest; Est verum, quod lites quamplurimæ in his Tribunalibus non essent, si Pragmatica prædicta vigeret; quamuis replicari posset, grauamina multa in inferioribus Tribunalibus non deficere, dubitatur tamen in his remissionibus causarum, an fine cognitione debeant fieri, *Glos. in clem. pastoralis, de sent. & re iudic. in verbo de more*; disputat quæst. pro, & contra, & concludit aliqualem causæ cognitionem requiri.

231 LXXXIX. Non possunt aufugere cōtributionem mororum Ciuitatis, vel Terræ, *Bert. in tract. de custodia clauium, nu.*47. & vide supra hic *nu.*205.

232 XC. Non possunt (in exigendo subsidia) excedere debitum modum, alias in duplum Regiæ Curiæ tenerentur, *Iacob. de Aullo in tract. de iure adhoa, nu.*36.

233 XCI. Non possunt vasallos cogere ad auxilium præstandum contra Regem, quia per iurisdictionem Baronibus concessam, non eximuntur vasalli à iurisdictione Regia, cui & ipsi Barones subsunt, *l. fin. §. fin. in fine, C. de re militari, lib.*12. imo, & si hoc facerent, tenerentur crimine læsæ Maiestatis, *Martinus Laudens. in tract. de rebellibus, nu.*40. *Andr. in cap.1. § præterea, per totum, qua sit prima causa benefic. amitt. vbi num.* 7. quod etiam filius tenetur patrem proditorem indicare, quoniam disciplina Castrorum antiquior est, quam charitas liberorū, *l. postliminij, §. filius, ff. de captiuis, & postlim. reuers. & Titus Liuius*, ait, fidem Patriæ debitam, priuatæ amicitiæ præponendam.

234 XCII. Non possunt assensum denegare, quando eorum subfeuda alienarentur, nec etiam feudum in totum tollere, sed tantum commutare, *Camer. in l. Imperialem, fol.*68. Et in casu denegationis, solet dari memoriale Proregi, à quo prouidetur vt infra tot dies assensum præstēt, alias pro præstito habeatur, vt alias diximus, & ita etiam practi-

235 catur, quando consanguinei tenerentur præstare consensum in aliqua venditione, nam si denegauerint illum præstare, Iudex interponeret decretum, vt habeatur pro præstito, *Grizzarell. in decis.*55.

236 XCIII. Non possunt denegare inuestituram electo à Rege in feudo secundum quid, *Camer. in l. Imperialem, fol.*71. *aler.* ratioq; esse pōt præcipua, quia feudū secundū quid pendet à Rege, & à Barone, sed Rex superior est, & maiorem habet potestatem, nam rem communem quam habet cum priuato, vēdere potest, quod priuatus facere nequit, etiam si pecunia in Fisci beneficiū cederet, *l.*2. *C. de commun. rerum alienat.* nec dici posset, Fiscum non debere se intromittere in priuatorum contractibus, *l. & quidem* 5. *C. si mancipium ita fuerit alienatum, vt manumittatur, vel contra*; si quidem in casu nostro res communis dicitur vt supra.

237 XCIV. Non possunt denegare seruitium Regi extra Regnum, si pro Regno militat, *Io. Andreas Georgius in repetit. feudalibus, lib.*1. *cap.*57. vbi latè, & *Camer. in l. Imperialē, fol.*34. *ater. et vide supra hic in potestatibus Baronum, casu* 49. *num.*88. quod etiam intellige, si pro seruitio Regni militaret, puta ad euitandum bella, quæ ad Regnum venire possent, vt de bellis vigentibus in Lombardia quotidiè videmus, bella enim, & arma longinqua teneri expedit, vt supra diximus *vers.*3. *obser.*3. *nu.*60.

238 XCV. Non possunt cognoscere de contrauentione Regiorum contrabannorum circa venditiones victualium, aut aliorum bonorum contra Regia Banna, *Io. Francisc. de Ponte in tract. de potest. Proregis, sub tit. de prouisio. fieri solitis, §.*3. *num.* 46. *fol.* 20. *Regens Constantius in l.*1. *C. de iure fisci, lib.* 10. *num.*15. *fol.*56. sed vide supra hic *num.* 99. & vt supra tenet etiam *Vinc. de Franch. in decis.*434. *in fine*; vbi asserit, hoc præsertim procedere, vt Regia Curia cognoscat super reuelationibus frumentorum, est verum, quod quando aliquid quod non est delictum,

liſtum, & per Regium Bannū declararetur delictum, Baro cognoſceret, ad tradira per eundem *de Franch. in d. deciſ.* 434. & alios cumulat *Conſiliar. Rouit. in prag. 3. de adminiſtr. Vniuerſit. nu. 3. & de Ponte in tract. de poteſt. Proregis, fol. 19. & ſeq.*

239 XCVI. Non poſſunt cogere vaſallos ad querelaudum, *Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proregis, ſub tit. de prouiſionibus fieri ſolitis, §. 4. nu. 33. fol. 29.* vbi refellit opinionem *Luc. de Penna in l. 1. C. de deſertor. lib. 12. num. 64.* tenentis compoſitionem poſſe fieri parte offenſa citata ad comparendum, ſi non comparuit, cuius contrarium tenuit *Carauit.* quem ſequitur idem de *Ponte loco citato.*

240 XCVII. Non poſſunt in ſentētijs ſuarum Curiarum appouere clauſulam, ſaluo Iure commutandi, vel moderandi pœnam, *prag. fin. de Baronibus, Reg. de Ponte in d. §. 4. nu. 14. fol. 26.* vbi *nu. 15.* ſubdit ſub hac forma decreti, non comprehendi illam, exulet, vel ſoluat, quæ forma poteſt fieri in cauſis minimis, etiam non exiſtente partis remiſſione, *et ibidem*, & tetigimus ſupra hic *num. 105.* eſt verum, quod ſi iter nobiles eſſet facta pax, loco remiſſionis haberetur, vt practicatum refert idem de *Ponte de poteſt. Proregis, in tit. de prouiſ. fieri ſolitis, §. 4. nu. 37. fol. 29.*

241 XCVIII. Non poſſunt habere Fiſcum, ſed tantum coadiutorem, *Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proregis, ſub tit. de prouiſio. fieri ſolitis, §. 4. num. 64. fol. 32.* & vide ſupra hic in *caſu 46. nu. 85.*

242 XCIX. Non poſſunt Vniuerſitatem prohibere, ne abſque interuentu ſuorum Officialium congregetur, ſi eſſet agendum de rebus contra ipſos Barones, vel eorum Officiales tangentibus tali enim caſu, cum licentia Tribunalium ſuperiorum Vniuerſitas congregare ſe poteſt abſque interuentu Officialis Baronalis, *Vinc. de Franch. in deciſ. 446.* vbi quod in Plateis huius Ciuitatis hoc non ſeruatur, quia abſque licentia quælibet ex eis congregare ſe poterit, etiam illa Populi, in qua ſemper Electus Populi interuenire ſolet, cuius electio fit per D. Proregem de vno ex ſex nominatis per Plateam Popularem.

243 C. Non poſſunt cognoſcere cauſas criminales contra Syndicos, aut illos de regimine, quando litigant contra Baronem, ſed eis ſaluaguardia expediri debet, *Maſtrill. in*

244 *deciſ. 263. vol. 3.* & ſic etiam ad beneficium ſuorum conſanguineorum, quæ practica ſumpta eſt ex *conſtit. Regni, Iuris gentium induxit authoritas, cum duabus ſeqq.* & vide infra *verſ. 7. obſeru. 3 nu. 53 & Andr. Gayll. pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 17. & Auend. de exeq. mandat. Regum, par 1. cap. 11. nu. 4. fol. 90.* vbi de pœna in frangentes ſaluāguardiam habes.

245 CI. Non poſſunt deputare Capitaneum, & Auditorem extra Territorium feudi, ne vaſalli pro quærenda iuſtitia, extra Territorium cogantur ire, *Freccia de ſubfeud. lib. 2. author. 30. num. 3. & 4. pag. 363.* Vaſalli enim non tenentur quærere Regem extra Regnū, pro his, quæ incumbunt, argumēto *l. ſed hæc 35. §. 1. de procur. Paris de reintegr. feudor. in repetit. l. Imperialem, fol. 294. col. 1. in fine; & Vinc. de Franch. in deciſ. 526. in fine*, vbi quod ſi plures Terras habet Baro, tenetur
246 Iudicem ſecundarum cauſarum in vna ex eis deputare: Sicuti nec etiā poſſunt extrahere vaſallos pro eorū ſeruitijs vltra Dictā, *Vinc. de Franch. in deciſ. 526.* & dicta eſt 20.
247 milliarium, vt per *Capitula Modeſtini, quæ habes in fine, ff. infortiati, fol. 1386. cap. 14.* & vide *l. 3. ff. de verbor. ſignif.* ſed per mare intelligitur de 50. milliaribus, vt alias fuit notatum ſupra in *verſ. 2. obſer. 2. nu. 59.*

248 CII. Non poſſunt petere adintoria, vel imponere grauamina, niſi ea, quæ permittuntur per *conſtit. Regni, quamplurimum*, & diximus ſupra in 60. *caſu, in poteſt. Baronum*, & ſic etiam eſt in Prælatis, niſi pro eorum conſecratione, vel quando ad Conciliū vocarentur à Papa, & præſumptio eſt contra ipſos in ſeruitijs vaſallorum, *Anna in ſingul. 556.*

249 CIII. Non poſſunt homines recommendatos (vulgo Brauos) habere, ſecundum *Regni conſtit. Vt vniuerſis*; & in alia *conſt. Ad ſubiectorum, & in cap. Regni, Prædeceſſorum*; *Regens Conſtantius in l. 11. C. vt armorum vſus, nu. 17 fol. 128.*

250 CIV. Non poſſunt obligari facere vaſallos ad ſeruitia perpetua ſine Regis aſſenſu, quia Rex eſt Dominus perſonarū in Regno, vt in *conſtit. Regni, quia frequenter*; Confeſſioneſq; vaſallorum contra hanc eorum libertatem præſumuntur à Baronibus, & eorum miniſtris extortæ, & in præiudicium Regis, & ideo vlla præſcriptio conſiderari poſſet, maximè ſi ignorantia, vel impotentia vaſallorum concurreret, ad quæ vide

Annam in singul. 556. vbi quod licet Baro lite pendente optinuerit, in iudicio tamen ordinatio succubuit.

351 CV. Nec etiam possunt Barones sęculares, vel Prælati Ecclesiastici habere ius succedendi in bonis burgensaticis vacantibus ob mortem vasalli, sed in subfeudis tantum procedit, vt in *constit. Regni, Si quando contingerit*; vbi quod Fiscus est successor, & vide supra hic in *casu* 75. & infra hic *nu.* 358. etenim in Regno bona vacantia spectant ad Fiscum, *Vinc. de Franch. decis.* 125. *num.* 12. quinimo nec Ciuitates succedunt bonis vacantibus, *l.* 1. *C. de bonis vacant. lib.* 10. sed raro quis fine hærede decedit, licet eo ipso, quod quis decedet, & hæres non comparet, præsumitur fine hærede decessisse, *glos. in l. penult. §. cum autem, in verb. hærede, C. ad trebell.* & ideo onus probandi quem cum hærede decessisse, spectat ad allegantē, *Molin. de primogenÿs Hispanorum, lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 23. *in fine, & Anna in singul.* 692.

352 CVI. Non possunt filias, aut vxores vasallorum deflorare, aut coire, aut vasallos male habere, alias dominium amittunt vltra pœnas debitas, secundum *constit. Regni, Si vasallus à Domino*, & vide supra hic in *casu* 86. *num.* 286. sed quid in Rege? vide infra *vers.* 4. *obseru.* 1. *nu.* 3.

353 CVII. Non possunt (mortuis eorum patribus, vel antecessoribus Baronibus) à vasallis sacramenta recipere fine Regis licentia, vt in *constit. Regni, Comite, vel Barone*, & alios remissiuè recenset *D. Rouitus in pragmat.* 16. *num.* 7. *de Baron.* quod extende eo magis si quis teneret terram cum pacto de retrouendendo, quia non legitur talem habuisse assicurationē à vasallis, teste *Frecc. in lib.* 2. *de subfeud. author.* 2. *num.* 11. *versic, secundo respondere posset, fol.* 311.

354 CVIII. Non possunt etiam Barones erigere Turres, aut Castra in eorū Terris absq; licentia Regis, secundum *constit. Regni, Vt in locis demanÿ nostri*, habemus enim in *Paralipom.* 2. *cap.* 14. *nu.* 7. quod Ciuitates ædificaræ fuerunt, & circundatæ Turribus, portis, & feris; sed de Iure communi possunt Torres erigere, vt supra hic *nu.* 84. *in fine*; sed ad emulationem, aut in confinibus ædificare non possent, *Andr. Gayll. pract. obseru. lib.* 2. *obser.* 69. *nu.* 17. *&* 32. nec etiam Turres fortes, aut ædificia scandalosa, *Auendan. de exequend. mandat. Regum, lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 2. *fol.* 152. & vide supra hic *nu.* 201.

355 CIX. Non possunt cogere vasallos ad reficiendos muros eorum Castrorum, *Vinc. de Franch. decis.* 78. ipsi enim Barones eorum sumptibus ad reparationem, & custodiam Castrorum tenētur, quia conuicini, & si sentiant commodum secundarium, & non tenētur, *Auend. de exequ. mandat. Regum, lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 4. *fol.* 153. non enim prohibetur reędificatio Fortilitij, seù Turris funditus dirutæ, iuxta notata in *l.* 1. *§. si quis ædificium, ff. de noui oper. nunc. l. proculus, ff. de damn. infect. Afflict. decis.* 391. sed fallit, si ædificare volens esset Tyrannus aut notoriè iniustus possessor, qnia sicuti posset prohiberi ne ędificeet, ita & ne reędificeet, vt post *Felyn. in cap. cum accessissem, col. fin. de constit. & Innoc. & Abb. in cap. pisanis, de restit. spoliat.* & alias tenet *Auend. de exeq. mandat. Regū, par.* 2. *cap.* 2. *num.* 3. *fol.* 152.

356 CX. Nō possunt carcerare Clericos sub figurato delicto assassinij, si probationes, vel inditia sufficientia probantia qualitatem delicti prædicti non adessent, vt in *cap.* 5. *consultationis* 40. *capitum Sua Maiestati facta in anno* 1572. quando Summus Pontifex trāmisit duos Cardinales ad Regem nostrum pro iurisdictionibus altrinsecus concertandis, quo vero attinet ad materiam Clerici assassinij, vide supra *vers.* 3. *obseru.* 3. *nu.* 173. *& seq. & vers.* 12. *obseru.* 1. *num.* 29. *& seq.* aduerte tamen, quod si Clericus esset depositarius coram Iudice laico, coram quo est depositum cognosceretur, *Anna in sing.* 127.

357 CXI. Non possunt prætendere remissiones causarum quoad inquisitos de receptatione bannitorum, *Vinc. de Franch. decis.* 470. & ante ipsum *Regens Reuertera in decis.* 32. *vol.* .. & casum ponit in vasallo D. Principis Bisiniani inquisiti pro causa prædicta, & nō fuit remissus, & ita *D. Rouitus in pragmat.* 2. *nu.* 13. *vbi de delict. quis conueniri debeat*; quęuè requirantur in hac receptatione, & auxilio, ponit *Mastrill. in dec.* 216. quinimò, & si ipsi Barones receptauerint bānitos, quomodo puniendi sint, ponit idem *Mastrill. in dec.* 219. & vide supra hic *nu.* . . . . quatenus vero Baro ipse in sua iurisdictione bannitum receptaret, posset ea priuari, sicuti & priuari poterit feudo, si requisitus ad tradendum superiori bannitum ab eo scienter receptatum in Castro suo, tradere non curaret, *D. Rouitus in pragm.* 1. *num.* 2. *&* 9. *de recept. malefact.*

358 CXII. Non possunt publicare, vel confiscare bona vasallorū ob delicta, nisi habeant speciale

speciale priuilegium confiscandi, & publicandi, quoniam in generalibus verbis non venit talis potestas, *Afflict. in decis.* 282 *in fine*; vbi quod si Baro haberet ius confiscādi, & vasallus esset Regi rebellis, Baroni applicarentur subfeuda, & non Regi, & ita ibidem declarat *Vrsill. num.* 15. vbi quod feuda quaternata, quæ habentur in Terra Baronis à Rege, Regi applicantur, alia vero, quæ ab ipso Barone teneret, Baroni ipsi acquiruntur, & allegat eund^m *Afflict. in §. si violator pacis, de pace tenenda, & Curt. Iun. in cons.* 2. *lib.* 1. *& Frecc. de subfeud. lib.* 2. *in* 8. *author. Baron. fol.* 205. *&* 218. *& alios*, & vide supra hic *nu.* 251.

259 CXIII. Si Barones essent foriudicati, vel banniti, aut deportati, non possunt cogere vasallos ad eis seruiendum, *Alberic. in l. sed si hac lege, §. sed si per pœnam, in fine, ff. de inius voc.* In tali enim casu vasalli obedientiam præstare Domino non tenentur, ad quę vide *Andr. in cap.* 1. *§. præterea, per totum, quæ sit prima caus. benef. amitt. & Anna in singul..*

CXIV. Non possunt cognoscere causas contra disrobatores stratarum, quia in eis admititur iurisdictio, vt in *pragm.* 5. *vbi de delicto conueniri debet*, & ibi *Scrib.* nec de pragmatica prædicta debent conqueri Barones, vt per *D. de Franch. in decis.* 722. *nu.* 25. *vol.* 4.

CXV. Nec possūt cognoscere causas inquisiti de offensa facta Episcopo, licet habeant priuilegium cōtra Ecclesiasticas personas, & contra Ecclesiam cum derogatione, *l. vnica, C. quando Imper. inter pupill. & vid. & const. Statuimus*; quia est expresse facienda mentio de persona Episcopi, vel Prælati, stante excellentia personarū, ad tradita per *Annam in alleg.* 146. *Viuius decis.* 27. *nu.* 3. & conclusionem prædictam fundat *Fabius de Anna in obseruat.* 16. *in collect. & Nouar. in tract. de elect. & variat. fori. q.... sectio.* 2.

CXVI. Non possunt condemnari facere vasallos ad triremes ad beneplacitum ipsorum; sed pœna debet esse certa, *Vinc. de Franch. in decis.* 370. *nu.* 12. *Capiblanc. de author. Baron. prag.* 17. *nu.* 17. *& Mastrill. in decis.* 167. vbi quod condemnati ad triremes perpetuo sunt insuccessibiles etiam ex testamento, & vocantur proximiores, & quod condemnati ad triremes perpetuo, vel ad mortem, non possunt testari absque licentia Principis.

CXVII. Non possunt facere mercata, seu nundinas in eorum Terris absq; assensu Regis, facta prius relatione per Regiam Cameram cum voto post informationem captam an adsit aliud mercatum per conuicinia, ne tertio fiat præiudicium, quoniam gratia est, quæ non debet alijs præiudicare, *de Ponte in tract. de potest. Proregis, de diuersis prouisionibus fieri solitis, fol.* 468. licet contrariū teneat *Bal. in l.* 1. *C. de nundinis*; & nota, quod nundines nonam diem vocabant Romani, *Plutarchus in vita Martij Coriolani fol.* 49.

CXVIII. Nec possūt prohibere vasallos, ne à fluminibus publicis aquam capiant pro irrigandis territorijs, *Vinc. de Franch. decis.* 183. vbi ait, fuisse litem transactam. Ac *D. Rouitus in rub. prag. de aquaductu*; affirmat pro Vniuersitate fuisse decisū, ad quod vide *Anna in sing.* 25. vbi multa in materia aquę, & *Lanar. in cons.* 2. vbi de aqua feudali agit. Cumque simus in materia aquæ, quæso ne pigeat infrascripta videre,



IESVS MARIA, AC DIVVS NICOLAVS.



ALLEGATIO IX.

Si aquā ducitur pro vno molendino per fundum meum, an poteſt ducens facere alia molendina.

BAronės Caſtri Terrænouæ capiebant aquam ex flumine gargæ ſito in Territorio Saracenæ, & illam per riuum, ſeù aquæductum manufactum iure ſeruitutis per intus Territorium Venerab. Monaſterij S. Nicolai Vallis Clarimontis, ordinis Cartuſienſis, ſitum in Territorio Caſtriuillarum ducebant ad Territorium dictæ Terrænouæ, in loco nuncupato de S. Antonio, pro duobus molendinis tantum.

Annis retro elapſis D. Princeps Tarſiæ emit dictum Caſtrū Terrænouæ, & de facto dilatauit caput aquarium, & aquæductum, & influxit maiorem quantitatem aquę, & iuxta dicta duo vetera molendina, conſtruxit duo alia noua, & cū hac nouatione, duo molēdina Monaſterij ſita in dicto Territorio ſeruiente vicinia circa 200. paſſus, amplius nō molerunt; ex quo vaſalli dicti Principis nō confluunt ad molendum ad molēdina Monaſterij, vt ſolebant, & ſic Monaſteriū eſt in damno in 300. modijs frumenti ſingulis annis, vltra inundationem ſui Territorij, vt infra.

260 Et licet de Iure Monaſterium poterat, & poteſt, (ſtante dicta intruſione nouæ aquæ in riuo trāſeunte per ſuū Territoriū) prohibere totam aquam, ex ſentētia *Vlpiani, & Offilij Iuriſconſultorum in l.1. verſ. quod autē, ante finem, ff. de aqua quotid. & aſtiua*, ibi.

Item quæritur, ſi quis aqua, quā hoc anno ducebat, aliam aquā admiſcuerit, an impunè prohibeatur, & extat Offilij tōtia exiſtimātis rectè eum prohiberi, ſed eo loci, in quo aliam aquam in riuū admiſerit, & Offilius in tota aqua rectè eum prohiberi ait, Ego Offilio aſſentio, non poſſe diuidi: quia non poteſt ita in parte vti fieri, vt non in tota aqua fiat.

Quinimmo fortius dico, hoc etiā militare, & ſi aqua influxerit ipſa ſibimet, abſq; facto hominis, vt ex alio *tex.* eiuſdē Vlpiani ſectātis opinionē *Seueri Valery in d.l.1. §. quæſitū eſt, ff. de aqua quotid. & aſtiua*, his verbis.

Quæſitū eſt, ſi quis ante annū aquam duxerit, deinde ſequenti tēpore, hoc eſt intra annum aqua influxerit ipſa ſibimet, non ducēte aliquo, an huic interdicto locus ſit? & refert Seuerus Valerius competere ei hoc interdictum, quaſi duxiſſe videtur, licet penitus proſpicientibus non videatur iſte duxiſſe.

Attamen ad euitandas violentias, Monaſterium vrbanius agendo iuſtiſſimè petit cōdemnari prædictū D. Principem ad refrenandum aquam prędictā pro duobus molendinis antiquis tantū, vt per prius erat: & ad demoliendū iſta duo molendina nouiter cōſtructa, ac etiam ad ei reficiendū omnia damna, expenſas, & intereſſe, vt ex ſupplicatione. fol. 1.

261 Et ad eius iuſtitiam dilucidandam dicit, quod vltra, quod natura ipſa demōſtrat ſeruitutem videri reuocatam, ſi concedenti incipit eſſe damnoſam, *cap. ſuggeſtū, de decimis, cap. 1. §. ubi autem, eodem tit. in 6*, & notat *Padilla in l. Præſes, C. de ſeruitutib.*

Vlterius in facto non dubitatur.

Primo, quod aqua prædicta per prius trāſiebat pro duobus molendinis tantū, & quod ad præſens D. Princeps duo alia noua conſtruxerit iuxta alia prima, & aquęductus eſt per intus Territorium Monaſterij, & in hoc ambæ pares conueniunt.

Secundo probatū extat, quod idē Princeps intruſit maiorē quantitatē aquę, & ſic deponunt octo teſtes Monaſterij ſuper 3. articulo.

Et 1. teſt. Principis fol. 64. ſup 7. & 64. ater. ſuper 10. deponit, *che nell'aquedutto ci vā più acqua, che ci andaua prima*, 2. teſt. fol. 72. ſuper 7. Idem.

Et alij teſtes Principis dicūt ſup 10. (& nō ſine fraude cū reuerentia) *che nō ban miſurata l'acqua, per ſapere ſe ce ne vā più, ò meno.*

Tertio eſt probatum, quod eiuſdem Principis Pater dilatauit caput aquariū in flumine

ne Saracinę pro influenda maiori quantitate aquæ, vt super 6. art. deponunt duo testes.

Quod est contra *text.* in terminis in *l.1. circa finem. ff de riuis.*

Quarto, dilatauit aquarium, seu aquęductum, & fl uentia maioris aquæ Territorium Monasterij inundat, & ꝙ post hæc duo molendina nouiter constructa, molendina Monasterij in eodem Territorio existentia, ex quibus percipiebat annuos modios 300. tritici; remanserunt clausa, vt super quarto articulo deponunt 9. testes.

Quinto, & tandem est probatum, quod quando prima duo molendina Principis molebant, cętera molendina Monasterij similiter molebãt, & ideo Monasterium, & alij Domini prædiorũ, per quæ aquęductus transit contenti remanserunt, vt prædicta aqua Principis transiret pro duobus molendinis primis tantum, & quod ad præsens pro ista noua constructione istorum aliorum duorum molendinorum, sunt tam in euidenti damno, super quinto articulo 7. testes.

Et idem Princeps in suo 24. artic. ponit.

Che li molini del Monasterio non sono distanti dalli suoi più che 200. passi, e che dopò detta noua costruttione nõ macinano, perche hà il ius prohibendi nelli suoi vassalli, & non probat hoc ius prohibendi.

Patet enim ex prędictis, tãm ex probationibus Monasterij, quãm ex confessione eiusdem Domini Aduersarij, quã clara, & aperta sint iura Monasterij, & ad ea magis corroboranda, infrascriptæ firmantur conclusiones.

262 Prima est, quod per fundum alienum sine Domini voluntate aqua duci non potest, *l.4. C. de seruit.* & ibi *Bar.* necessum est fateri, ꝙ si transit, dum seruitus nõ habet causam na-

263 turalem, est, aut per seruitutem constitutã, aut præscriptam, *l.1. § fin. cum seq. ff. de seruit. & aqua, Cancer. var. resol. c.4. de seruit. nu.244. fol. mihi 128.* licet *pract. Papiens. tit. 30. glos 7. nu.8. & Rota Romana de offic. Ordinarij, dec.4. nu.2. in nouis*, dicant quatuor modis acquiri. i. lege, cõsuetudine, Principis concessione, aut legitima præscriptione. In casu. n. nostro, si constitutam credimus, vt supra in *cap. 5.* diximus, illam reperimus pro duobus molendinis tantum, vt ibidem; Sin vero præscriptã consideramus, quatenus de primordio non constaret, secundum *Bald. in l. si tibi, C. de seruit.* & tunc tantum est præscriptum, quantum possessum fuit, vt ibidem. Etenim possessio non fuit nisi ducendi aquã pro duobus molẽdinis, ergo maior aqua, vel plura molendina construi nõ possunt, secundum *Capoll. in cap.4. de seruit. rust. prædior.* quia vltra possessionem habitam non extenditur, sicuti possessio iurisdictionis in vno articulo, non extenditur ad alium articulum, *Cassan. in consuet. Burgund. in rub.1. des Iustices, nu.90.*

264 Secunda cõclusio est, quod seruitus aquęductus, contra consuetudinem antiquã alterari nõ potest, *l. si manifeste, C. de seruit. Capoll. d. c.4. nu.47.* post *Bal. in tit. de pace constantia, vers. imperialis, sub nu.14.* vbi quod in aquis, & molendinis, & in aquarum commoditatibus, antiquitati standum est: & aliquid innouari, vel augeri nõ potest. Aquęductus. n. pręsumitur concessus sine pręiudicio, aut iniuria alicuius, *Mascar. de probat. concl. 123. in fin.* ergo tanto fortius nõ potest præsumi concessus in damnum Domini prædij seruientis, quia is, cui debetur seruitus, non debet fundum seruientem grauare vltra id, quod ei debetur, *l. is qui duo. 28. ff. de seruit. & l. si cui, C. de seruit.* vbi ꝙ ciuiliter vti dẽt.

265 Tertia erit, quod quando iure seruitutis aqua ducitur pro vno molendino, alia molẽdina fieri non possunt, sic puntualiter *Bar. in l. per agrum, C. de seruit. & aqua*; quem sequitur *Ann. in alleg.91. nu.6. & Capoll. in d. c.4. de seru. rust. præd. nu.48.* vbi subdit quod si habes seruitutem ducendi aquam pro vno molendino, etiam si aqua abundaret, aliud molendinum facere non potes, & fortius dicit, quod aliam aquã immiscere non potes, vt molendinũ quod habebas, celerius voluatur:

266 ex ratione, quia seruitus nõ potest extendi vltra modum, quo vsus eras, *l. non modus, C. de seruit.* quo loci *Bald.* docuit, quod si seruitus est constituta ad irrigandũ prædia mea, si postea alia iuxta illa emi, & terminos destinatos amoui, ita vt sint omnia in vnum prædium redacta, non debetur seruitus aquæ

267 toti latitudini prædiorum, quia multiplicatio, vel latitudo prædij dominantis non attenditur; sed tantum attẽditur forma pristinæ constitutæ seruitutis, à qua non est recedendum vltra primos terminos, seu limites. Cum qua sola doctrina decidi posset casus noster, pro Monasterio.

268 Quarta, ex abundanti assertur, quod quãdo deterius efficitur ius Domini prædij seruientis (vt est in casu nostro) amplior aqua duci non potest, vt considerat *Ang. in l.4. C. de seruit. & in l. non modus, eod. tit.* sicque *Pomponius Iurecons.* decreuit in *l.3. §. si aquã vers. si qui, ff. de aqua quotid. & æstiu.* ibi.

Is, qui ius aqua quod habet, vel fistulam in riuo ponere, vel aliud quodlibet facere potest: dummodo ne fundũ Domino, aut aquagium riualibus, deterius faciat.

Et sic etiã determinat *Vulpian. in l.1. vers. quod autem scriptum, circ. med. ff. eod. tit.* ibi.

Vt semel fundum suum ingressus, inde egredi qua aqua velit, possit, nisi ei nocitum sit, ex quo aquam ducit.

Idemq; sancitum est in *l.3. ff.eod. tit. de aqua quot.& aestiu.* ibi, *Vt vicinis nō noceat.*

269 Quinto, & tandem concluditur, quod ex causa alteratæ seruitutis,quilibet tenetur ad damna, expēsas,& interesse passa per Dominum prædij seruientis,vt sancitum est in *l.si quis pars, C. de seruit.* vbi sic notat *Padill.* & allegat *l.& si fortè, §.1.ff.si seruit.vendicetur,& Surd in cons.41.vol.1.*

Quibus sic indubitanter firmatis,corruūt assumpta D.Aduersarij.

Primo,enim prætendit, quod dum aqua ingressa est fundum suū, potest de ea facere

370 quidquid vult, ex *tex. in l.illud, §.idem labeo, ff.de aqua quot.& aestiu.* & ex *Bart. in l. quominus, q.72.de flum.& Dec.in cons.144.* & ex alijs,& tradit *D. de Ponte in cons.28.in fin. vol.2.*

Sed quæso aduertantur responsiones.

Tex.in l.illud, §.idem labeo,in tit.prad.nō inuenitur,sed forsan allegare vult *tex.in l.1. §.idem labeo,eod.tit.de aqua quotid.& aestiu.* qui in fine ipsius, totum contrarium determinat,vt supra retulimus in 4.*concl.*ergo est pro Monasterio.

Bart.in d.l.quominus, q.14.nu.25.per tot. concludit in medio, standum esse consuetudini,quæ habet vim pacti, & constituti, & si contra eam fiunt noua molendina, & nocēt, sunt demolienda.

*Dec.in d.cons.144.*aliam facti speciem disputat,sed in *nu.6.*concludit, quod si de præiudicio considerabili agitur,nō possunt noua molendina construi. Quinimo in *nu.7.*affirmat,consuetudinem antiquā debere seruari, & si iniuria, vel præiudicium vicino fieret, nouum opus non esse faciendum.

Et omnes alij DD.testātur,ita & ratio est patens, nam si esset simpliciter verum,quòd postquam aqua ingressa esset in fundum meum,de ea ad libitum disponere possem, sequeretur,quod eo ipso, quod ingressa esset in fundū Monasterij, posset deuerti; sed hoc non est verū,meritò cōclusio prędicta debet intelligi, secundū iura intelligūt, vt seruitus non possit alterari in præiudicium Domini prædij seruientis, nec etiam dominantis.

Secundum assumptum Aduersarij, quod Monasterio non nocet notabiliter, non est verum in facto,& est probatum, Monasteriū esse in damno in 300. modijs tritici singulis annis, vt supra in 4.*cap.* vltra inundationem, & secundum confessionem ipsiusmet partis, si damnum adest, noua construi molendina non possunt.

Tertium assumptum est,quod etsi aliquod damnum Monasterio eueniret; est ob abundantiam molendinorum,& molentes habent facultatē eundi quo volent,& successiuè tale interesse non esse in consideratione.

Sed respondetur,quod prętensio hæc non militat in facto, de quo agimus,etenim non

371 sumus in casu, vt quis in flumine publico possit molendina facere, non obstante quod vicino noceat, ex traditis per *Andr. in tit. quæ sint regalia, in verb.& flumina nauigabilia.* Sumus enim in casu seruitutis, cuius iure aqua trāsit per territorium Monasterij, in cuius damnū seruitus non potest alterari, tùm ex amissione 300. modiorū tritici singulis annis,quam etiam ex inundatione territorij, vt supra diximus.

Quartum, & Vltimum assumptum partis est,quod dum Monasteriū prætendit aquam transire limitatam pro duobus molendinis, eius onus erat hanc limitationem probare, per *text. l.1.ff.de except.*

Sed respondetur, quod lex prædicta hoc non dicit, nec Assumptum prædictum est iuri consonum, quoniam seruitus non habet causam naturalem,sed lex eam pręsumit,aut constitutam, aut præscriptam, vt supra in prima conclusione fundauimus.

Si ergo attendimus eam cōstitutam,videmus pro duobus molendinis, prout supra in 5.*cap.* est probatū. Sin vero præscripta creditur, & similiter pro duobus molendinis est præscripta. Ergo Monasterium habet præsumptionem iuris pro se, & D. Aduersarius

372 resistentiam, onusq; probandi spectat ad eum, qui habet iuris resistentiam, *Andr. in §.si instrumentum, circa finem, de notis feudorum,*& latè *Menoch.de præsumpt. lib.1.q.33.fol.37.*& sic pro Monasterio assumptum prædictum retorquetur.

Meritò omni iure speratur,Dominū Conuentum condemnandū esse ad prædicta duo noua molendina constructa demoliendum, & ad restonandum aquam prędictā pro duobus molendinis tantum, iuxta antiquum solitum, ac etiam ad reficiendum Monasteriu omnia damna, & interesse passa,& patiēda, secundū *l.si quis pars aduersa.5. C.de seruit. & aqua.*

Cætera suppleāt circumspectorum meorum Dominorum Iudicantiū religio, & doctrina. Neapoli die 20.Aprilis 1627.

Io. Dominicus Tassonus.

Causa ista non fuit adhuc determinata.

VERS.

VERS. IV.

Foſſemo ſeruiti di concedere il Regio Aſſenſo alla Reforma di Donatiui, & Antefati, come ancora s'era concluſo per tutte le Piazze di queſta fideliſsima Città,

Vt dignaremur Regium Aſſenſum concedere ſuper Reformatione Donatiuorum, & Antefati, vt per omnes Plateas huius fideliſsimæ Ciuitatis erat concluſum.

Pro dilucidatione huius 4. Verſic. videbimus de infraſcriptis Obſeruationibus.

Primo, beneplacita Regum quoad petitiones ſubditorum examinantur, moderationesq; veſtiũ tanguntur:& aliqua de .CC. Papę Honorij, ſeù potius Papę Martini.
Secundo, de Regio Aſſenſu videbimus, & quomodo, & quando Rex teneatur illum prçſtare, vel non, & alia circa eius materiam,
Tertio, de donatiuis in hac Pragmatica enunciatis agetur.
Quarto, Antephati, ſeù donationis propter nuptias diſcutietur materia.
Quinto, & Vltimo, quomodo Plateę huius Ciuitatis ſe congregare, & concluſiones facere valeant.

OBSERVATIONIS I.

SVMMARIVM.

1 *ASſenſus à Domino eſt concedendus præſertim in 6. caſibus.*
Fuit adinuentus Iure Codicis, & eſt in commercio, ibid.
2 *Rex poteſt recuſare aſſenſum populo petẽti aliquid ſibi inutile.*
3 *Regis poteſtas ſuper Populos à Deo declarata.*
4 *Rex à Deo ad importunitatem Populi fuit conſtitutus.*
Iuſta petitio non eſt deneganda, ibid.
5 *Rex, etſi legibus eſt ſolutus tamen à dictamine rationis non eſt ſolutus.*
6 *Rege recuſante iuſta concedere, ad eius Conſilium ſupplicatio dari poteſt.*
7 *Appellatio condemnati ad mortem admittere debet Rex, alias ad Papam appellari poſſet.*
Papam adire poteſt iniuſtè condemnatus ad mortẽ, ſi Rex denegat appellationẽ, ibid.
Condemnatus ad mortem iniuſte, ad Papã adire poſſet, ibidem.
8 *Papa in caſu dubij eſt Iudex cõpetens, quando Rex non ſubeſt Imperatori.*
9 *Collectarum iuſta impoſitio per .CC. Papa Honorij IV. taxata ad Regis beneficiũ.*
Rex quando impoſitiones collectarum imponere poteſt, ſecundum .CC. Papa Honorij, ibidem.
10 *CC. Papa Honorij origo, & obſeruantia.*
11 *Seruantur, quatenus ſunt rationabilia.*
12 *Rex in multis caſibus nõ tenetur aſſentire.*
Rex poteſt recuſare Epiſcopum prouiſum in Regno, quando eſt ſibi ſuſpectus, ibid.
13 *Rex nõ tenetur aſſentire alienationi partis feudi in corona diminutionem.*
14 *Regna indiuidua ſunt conſeruanda.*
15 *Aſſenſus in fraudem alicuius non valet.*
16 *Feuda plana conferuntur à Barone, & non à Rege.*
17 *Rex poteſt diſpẽdia vaſallorum reformare, ne male vtantur rebus ſuis.*
Reformatio expenſarũ à Rege fieri põt, ibid.

localia

Iocalia in octaua parte possunt dari à Sponsis, ibidem.

18 *Rex moderatur vestimenta vasallorum.*

Vestium moderatio fieri debet à Rege, ibid.

19 *Rex moderare potest vestium excessus in 30. casibus.*

20 *Honesti viri non curant de pompis.*

21 *Medici, & Philosophi auaritia, & rapacitate, vincuntur.*

Viuere secundum qualitatem suam quilibet tenetur, ibid.

22 *Vestes excessiue Aduocatis, & Clericis reprobantur.*

Aduocatis, & Clericis excessiuè vestes reprobantur, ibid.

Clericis, & Aduocatis excessiuè vestes reprobantur, ibid.

23 *Iudices vtriusque fori possunt prouidere quo ad asportationem vestium, & gemmarum.*

Falsas perlas an asportare liceat, ibid.

24 *Vestes prohibita subtus, domi, & in studijs asportari possunt.*

25 *Vestes prohibitas mulieres quandoq; asportare possunt.*

Imperatoris vestes nemini licet asportare, ibidem.

VERS IV.

OBSERVATIO I.

De beneplacitis Regum quoad petitiones subditorum, excessiui abusus vestium moderatione, & de .CC. Papa Honorij.



OBSERVATIO ista consistit circa indagationem beneplaciti Regis, quoad petitiones subditorum, & quoad excessiuos abusus vestium moderationem; & plura discutienda venirent: sed ea nos tantum attingere intendimus, quantum ad materiã nostram attinet, idest quando Rex tenetur assentire petitionibus, seu contractibus suorum vasallorum, vt videbimus hic, & in seq. *obseru.* quia Prouinciales sine consensu Regis, vel Præfecti Prætorio reformationem morum facere non possunt, *l. si quod. 5. C. de legatio. lib.* 10.

1 Assensus licet in voluntate Principis consistant, tamen negari non potest, quin in commercio sint, & passim conceduntur, & Dominus assentire tenetur præsertim in sex casibus relatis à *Camer. in l. Imperialem, fol. 27. ater.* Fuerunt enim assensus adinuenti iure Codicis, *l. 1. & toto titulo, C. de prædijs decurio. sine decreto non alienandis, lib. 10.*
quinimo ne antiquitatis simus immemores,
est sciendum, quod quando Populus aliquod
sibi inutile petijt renitentiam, & non placitũ
2 reperijt, & exemplũ habetur in 1. *Regum.* 8.
vbi Populus petebat à Deo Regem, & Dominus
concedere recusabat, aduertendo eũ
3 his verbis, *Hoc ius Regis, qui imperaturus
est vobis, filios vestros tollet, & ponet in curribus
suis, facietq; sibi equites, & præcursores
quatrigarum suarum, & constituet sibi
Tribunos, & Centuriones, & aratores agrorum
suorum, & mensores segetum, & fabros
armorum, & curruum suorum. filias quoque
vestras faciet, & sibi vnguentarias, & focarias,
& panificas, agros quoque vestros, &
vineas, & oliueta optima tolles, & dabit seruis
suis, & segetes vestras, & vinearum redditus
adecimabit, & det eunuchis, & famulis
suis: seruos etiam vestros, & ancillas, & iuuenes
optimos, & asinos auferet, & ponet in
opere suo. Greges quoque vestras adecimabit,
vosq; eritis ei serui, & clamabitis in die illa
à facie Regis vestri, quem elegistis vobis, &
non exaudiet vos Dominus in die illa, quia
petistis vobis Regem.*
4 Attamen ob importunitatem Populi fuit
datus, & constitutus ei Rex, *vt ibidem*, quãdo
enim petitiones sunt iustæ, Rex beneplacitum
præstare tenetur, quia non sunt denegandæ,
*§. fin. institut. de his, qui sunt sui, vel
alieni iuris*; sique Rex exclusionem dare vellit,
cum patientia faciat, agnoscendo humanæ
vitæ miserias: vnde prudenter aduertit
Politicus ille *Antonius Perez*, ibi, *Son tantos
los infortunios desta vida, que por marauilla
ay tiempo en que no sea patiençia.*
5 Rex, & si legibus sit solutus, tamen à dictamine
rationis quo vti debet, non est solutus,
*Bal. in l. aquam, C. de seruit. & aqua.
Barbat. in cons. 46. in* 13 *col. vol.* 2. & in tan-
6 tum hoc est verum; quod si Rex iusta denegaret,
supplicatio eius Concilio supremo
porrigi posset ad finem videndi, an iusta sit
causa recusationis, vt per *Cassaneum in consuet.
Burgund. rub. 1. §. 8. vers. des Iudices, in
text. il ne le peut faire, fol. mihi* 335. Hinc
7 est, quod tenetur Rex admittere appellationem
alicuius condemnati ad mortem, quãdo
est in aperto, & notorium male fuisse
condemnatum: alias talis condemnatus ad
Papam appellare posset, secundum *Andr. in
eius repertorio super constit. Regni, in verbo
Rex, fol.* 522. quoniam etsi Rex Imperatorẽ
8 in temporalibus non recognoscat, tamen
in casu dubij Papa est Iudex competens, *cap.
per venerabilem, qui filij sint legitimi*; & maximè
in causis grauibus, vt fuit alias in hoc

Regno

Regno obſeruatam in anno 1487. tempore Regis Ferdinandi Primi,& meritò ſi Rex iuſtas petitiones concedere denegat, poſſet à ſubditis haberi reclamatio; prout è conuerſo erit, quando Rex iuſta peteret à Populis, qui contradicere non debent,& ſignanter in caſibus impoſitionis collectarũ, ſi iuſtæ cauſæ adſunt, inter quas infraſcriptos quatuor caſus adnotauit *Honorius Quartus in cap. volentes &c.*

9 Primus eſt, quando pro defenſione Terræ, puta ſi contingerit Regnum inuadi notabili, & graui inuaſione,non procurata, non ſimulata,non momentanea, ſeù facilè tranſitura, ſed manente : aut ſi contingat in Regno notabilis, ſiuè grauis rebellio, ſimiliter non ſimulata, non momentanea, ſeù facilè tranſitura, ſed manens.

Secundus, pro redimenda Regis perſona à manibus inimicorum.

Tertius eſt,pro militia ſua, ſeù fratris,ſeù conſanguinei, ſiuè vterini, ſiuè alicuius ex liberis ſuis,cum ſe, fratrem ſuum, vel aliquẽ ex eiſdem liberis decorabit.

Quartus eſt, pro maritanda filia,vel ſorore, ſimili coniunctione coniuncta,vel aliqua ex filiabus,vel neptibus ſuis,ſeu qualibet alia de genere ſuo, ab eo per rectam lineam deſcendente, quo, & quando eam ipſe decorabit.

In prædictis autem caſibus poſſunt imponi collectæ, dum tamen pro inuaſione, aut rebellione prædictis, aut ipſius Domini redemptione 50000. pro militia 12000. pro maritagio, 15000. vnciarum auri ſumma collecta vniuerſalis totius Regni eiuſdem, tam vltra farum, quam citra,quantitas non excedat.

Imo concurrentibus aliquibus ex caſibus prædictis, nec duæ collectæ in vno eodemq; anno, niſi vna tantum imponatur,ſic autem collectæ quantitatẽ in prædictas ſummas in ſuis caſibus limitatas excedere nõ permittitur, ſicuti nec permittitur indiſtinctè ad ipſas extendi, ſed tunc tantum, cum caſus inſtantis qualitas depoſcat; ſed num Regni conſenſus requiratur ad tales collectas imponendas? & requiri, dicit *Gubernat. Chriſtianus in lib. 1. cap. 16. col. 5. fol. 87.*

10 Scias tamen .CC. iſta Papæ Honorij hanc originem habuiſſe, ſub die .n. 7. Februarij 1284. fuit vita functus Rex Carolus Primus, & eius filius Carolus Secundus, penès Regem Aragonenſem carceratus detinebatur, vt habes ex hiſtorijs; tunc equidẽ Pontifex Martinus Quartus legatum in Regnum miſit Girardum Epiſcopum Salinenſem Cardinalem de Palma, ſecundum *Platinam*, qui conuocatis omnibus Regni Prælatis in Ciuitate Melphiæ,ad beneficium Eeclefiarum, & iuriſdictionis Eccleſiaſticæ aliqua .CC. edidit in anno 1284. in quarto anno Pontificatus prædicti Papæ Martini,mortuoq; dicto Martino Quarto Gallo, in ſequenti anno 1285. fuit creatus Pontifex Honorius Quartus Romanus de familia Sauelli, qui in Regno iſto conſtituit Balium prædicto Carolo Secũdo iam carcerato, & Balius fuit Robertus Comes Artuſienſis filius Philippi Regis Francorum, qui vna cum prædicto Gerardo Regnum gubernauit; hoc enim tẽpore Papa Honorius Quartus ſupra dicta .CC. promulgare fecit, eaque direxit prædicto Balio, & Gerardo Cardinali ſub die 22. Septembris 1285. & ideo .CC. Papæ Honorij ſunt vocata, ſed verè Papæ Martini prædicti fuere, idemque euenit in noſtra tempeſtate, ſiquidem Capitula, Inſtructiones, ac Iuriſdictiones Studiorum Neapolis fuerunt à Domino Lemenſium Comite Prorege inſtituta, formata, & ordinata, & tamen in guberaio D. Ducis Oſſunæ Proregis ſucceſſoris de anno 1616. fuerunt promulgata,& ſub eius titulo, & nomine deſcripta. Iſta enim Papæ Honorij .CC. in Regio Archiuio huius Regni cõſeruata fuere : & ideo à Doctoribus ſunt allegata vti Iura, & ſignanter per *Andr. in pluribus locis, idest in l. Imperialẽ, de probib. feudi alienat. per Federic. in §. nec Dominus, nu. 44. in fin. & 45. & in cap. 1. num. 8. circa medium, & num. 14. de natura ſucceſſionis feudi*, & alibi, vt per *Liparulum in cap. ſed nec alia iuſtior, nu. 42 in verbo Honorij, quæ ſit prima cauſa beneſic. amittendi.* Fuit enim Andreas in dicto tempore Caroli Secundi,& meritò ſcire poterat, *Afflict, autem in conſt. Regni, præſenti, in rubr. allegat vnum cap. Girardi*, & intelligit de .CC. iſtis, ex quo prædictus Gerardus Cardinalis erat in Regno vt ſupra.

11 Eſt verum, quod Capitula prædicta non ſeruantur, niſi quatenus ſunt rationabilia, *Andr. in cap. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior, num. 42. verſ. dixi de rebellione, quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi, Camer. in l. Imperialem fol. 84. col. 2. verſ. quiequid .CC. Papa Honorij, & Petrus de Mõteforte* dicit, quod CC. prædicta fuerunt poſtea ſuſpenſa à Nicolao Quarto ad inſtantiam Caroli Secũdi, & clarius declarat *Liparul. ad Andr. in §. ſed nec eſt alia iuſtior, nu. 42. in verb. Honorij.*

Aliqua ex dictis .CC. reperiuntur in *prag. 2. de Clericis Saluaticis edita à Ferdinando Primo ſub die 2. Maij 1469. deſcripta*, in qua etiam inſeritur Bulla Papæ Honorij, & originale ipſius Bullæ conſeruatur in Archi-

nio Monasterij Trinitatis Cauæ, aduerte
tamen, quod Capitula illa sunt Caroli Secundi,
qui vti primogenitus,& Vicarius Patris edi-
dit multa .CC. in planitie S. Martini Pro-
uinciæ Aprutinę in penultimo Maij 1283. vt
liquet ex data vltimi Capituli *Item licet id*
Princeps; quæ Capitula ab Honorio Quarto
fuerunt inde confirmata.

Cumque ex causa habendi notitiam præ-
dictorum .CC. Papæ Honorij, digressionem
fecerimus: redeundo ad materiam dici-
12 mus, quod Rex in multis casibus non tene-
tur assentire, & signanter, ne intret in Re-
gnum aliquis Prælatus prouisus à Papa in
aliqua Ecclesia Cathedrali, si eum habet su-
spectum de proditione, *Afflict. in proem. cō-*
stitutionū Regni, quæst. 18. *nu.* 7. & alij multi;
cum qua etiam ratione potest Rex suum
placet denegare, quando aliqua sua subdita
amplas iurisdictiones,& feuda in Regno pos-
sidens extero maritare se vellet, & exterus
ille Regno, & Regi suspectus esse posset, ex
dictis infra *vers.* 8. *obseruat.* 2. *nu.* 154. & ha-
bemus in *Genesis.* 28. ibi, *Noli accipere vxo-*
rem de genere Canaam, faciuntq; *l.* 1. *& l. vi-*
dua. 18. *C. de nuptijs.* Quinimo introductum
est, vt tales mulieres sequestrentur, quam
practicam defendit *Reg. de Ponte in tract.*
de potest. Proregis, in tit. 6. *de assensibus, nu.*
53. *pag.* 25. post *Innoc. Abb. Prap. Io. Fabr.*
& Luc de Pen. ibi allegatos. Natio enim pro-
uocat, & deterret, *l. quod si nolit, §. manci-*
pium, ff. de adilit. edicto, l. quisquis, C. ad l.
Iuliam Maiest. Andr. in l. Imperialem, nu. 7.
de prohib. feud. alien. per Feder. Aliengigenæ
secreta Regni perscrutarent, *l.* 4. *C. de mer-*
cator. & mercaturis; & auitos mores inse-
quuntur, *l. abdicatio, C. de patr. potest.*

13 Potest enim discrepare, & non assentire
Princeps in alienatione partis feudi in di-
minutionē coronæ, nisi pro rationabili cau-
sa ad dies suos, quoniam Rex nō est nisi mo-
derator,& conseruator sui Regni, & Populi,
ex qua ratione *Mariana in Historia Hispa-*
nia, lib. 17. *cap.* 7. *l.* 11. *tit.* 7. *lib. recopil.* notat
Don Henricum Secundum de seperatione
per eum facta de aliquibus statis inter Hi-
spanos, cum præiudicio Coronæ. Quinimò
& si ex necessitate alienaret, successor repe-
tet: & in hoc casu necessitas non facit legē,
sique ad dies suos partem aliquam Coronæ
concesserit, ipso mortuo, successor reuoca-
bit, vt omnia habes in *Reuelationibus Beata*
14 *Brigida lib.* 4. *cap.* 3. tenetur enim Rex indi-
vidua seruare Regna, & eorum partes non
distrahere, *Camer. in l. Imperialem, fol.* 3.
15 *col.* 1. & ideo si assentit actui faciendo, &
actus fuerit in fraudem alicuius, non valet
assensus, *Camer. in l. Imperialem, fol.* 7. sicuti
nec assensum præstare potest in feudis pla-
nis,& de tabula Barone dissentiente, idem
Camer. in d. l. Imperialem, fol. 73. & meritò
assensus Cap. Neapolis mulieribus Neapo-
litanis concessus, non extenditur ad feudum
planum, vt videbis infra in hoc *vers. obser.* 2.
16 *num.* 113. *in alleg.* 14. quoniam Rex feudum
planum non confert, sed Baro, vt in *constit.*
Regni, de pœna foriudicatorum, §. sanè, &
probat *Consil. Georgius in repetit. feudalib.*
lib. 1. *cap.* 9. *nu.* 7.

Quo verò ad reformationem excessus per
prius facti in hac materia antefati,& donati-
ui, nota, quod Rex tanquam moderator, &
17 Pater Reipublicæ potest,& debet excessiuas
vasallorum impensas reformare, ne suis re-
bus male vtantur, *l.* 2. *ff. de his, qui sunt sui,*
vel alieni iuris, Auend. de exeq. mandat. Re-
gum, lib. 1. *cap.* 15. *nu.* 1. *fol.* 108. vbi ait, in
incalibus non licere sponsis dare vltra octa-
uam partem. qua de re Domini Reges sæpè
18 sępius sanciunt circa moderationes vestiū,
& nos habemus plures *pragmaticas sub tit.*
de vestiū reformatione, & latè per *D. de Pont.*
in tract. de potest. Proregis, sub tit. de diuersis
prouisionibus fieri solitis, vers. de moderatio-
ne expensarum, fol. mihi 513. vbi multa cu-
riosa circa hanc materiam habes, & sic etiā
per *Auendan. de exeq. mandat. Regum, par.* 1.
19 *cap.* 17. *vbi* 30. excessus notantur à Rege
moderandi circa excessus vestium, aliosq; di-
xit in *cap.* 1. *nu.* 2. *par.* 1. *fol.* 104. & vide infra
vers. 14. *obseru.* 1. *nu* 48. tu autem nota, quod
20 honesti viri non curant de pompis, *Andr. in*
pralud. feudorū, cap. 7. *per l. pupillus, §. sane,*
ff. de author. tutor. In Philolophis idem dici
21 posset, sed quia auaritia, & rapacitate vin-
cuntur, *l. professio.* 6. *C. de munerib. patrimo-*
nialib. lib. 10. quinimo nec de prosperis, vel
aduersis curant, per *glos. in l. redatur.* 8. *C. de*
de profess. & Medicis, lib. 10. merito potest
eis, & Medicis, etiam quia Philosophi sunt,
ratio auaritiæ tribui, si pompis nō vtuntur.
quilibet enim debet secundum suam quali-
tatem viuere, *Boer. de author. magni consilij,*
nu. 29. *& in nu.* 129. dixit, vestes facere ho-
minem præsumi, qualem indicant, ad quod
est *text. in l. item apud labeonem.* 15. *§. si quis*
virgines, ff. de iniurijs.

Excessiuæ, & immoderatæ vestes repro-
22 bantur, præcipuè Aduocatis, & Clericis,
Speculator in tit. de Aduocatis. talisq; prohi-
tio mixti fori esse potest, & ideò tam Eccle-
23 siastici, quam sęculares Iudices prohibitio-
nem hanc facere possent, secundum *glos. in*
clem. 2. *de vita, & honest. clericorum, Auend.*
in loco supra citato, sub nu. 1. *vers. item vestes*
fol. 109.

fol. 189. vbi talem prohibitionem procedere etiam in veftibus, & perlis falfis affirmat, quia oculos infeftant, & fic intelligitur *Bart. in l. 1. ff. de fonte, & Boer. in apoftill. ad Dynũ in cap. cæterum, de regul. iur. in 6.* eft tamen
24 verum, quod fi veftes prohibitæ fubtus, aut domi, vel in ftudio afportarentur, excufatur à pœna, *Diaz in pract. crim. cap. 77. cum addit. Ignat. Lopez ibid.*

25 Multoties veftes prohibitæ à mulieribus pofsunt portari, & non à viris, *toto tit. C. de veftibus holoberis, lib. 11.* vbi de refrenatione, & moderatione veftium multa, verum veftes Imperatorias nemini licet afportare, *l. vnic. C. nulli licere in frenis &c. lib. 11.* Sicuti nec licet ammafcaratis deferre veftes monachales, vt fupra diximus in *verfic. 3. obferuat. 3. num. 207. in 17. cafu Regentis M. C. V.*

Solent etiam optimi Politici prouidere ne quis fubftantia fua male vtatur in eorum Patrimonijs effundendis cum exceffiuis impenfis, & lex ifta in antiquiffima, & magna Locrorum Ciuitate erat, tefte *Arift. in lib. politicarum. 2. cap. 5. & Tiraquell. in l. fi vnquam, C. de reuoc. donat. ver. bona, num. 6. fol. 96.*

OBSERVATIONIS II.


SVMMARIVM.

1 *ASſenfus duplex eft, legis, & hominis.*
2 *Strictiffimè confiderandus, & durat, donec durat caufa, pro qua impetratur.*
3 *Non vitiatur, fi Principi non fuerunt expreffa ea, quæ fi fuiffent expreffa, vtique etiam concedebatur.*
4 *Super illicitis, fubreptitiè, vel obreptitiè impetratus, ipfo Iure nullus eft.*
Si confirmatur, non dicitur nouus affenfus, fed vetus, ibid.
5 *Regis, non præfumitur nifi fpatio 100. annorum.*
6 *Papæ, fuper alienatione rerum Ecclefiæ, præfumitur per 40. annos, fi adfuit eius fcientia.*
Cũ poffeffione præfumitur per 30. annos, ibid.
Emphyteuta poffidẽs per 40. annos eft tutus etiam cum Ecclefia, ibidem.
7 *Affenfus non probat fuiffe petitum pro perfona, pro qua afferitur.*
8 *Probari poterat olim per teftes, fed hodie non.*
Reuocationes vigore conft. Conftitutionem diuæ memoriæ quomodo, & quando fiãt. ibidem.
9 *Affenfus præfumitur per annos 20. fi quis eft in poffeffione exigendi ab Vniuerfitate aliqua.*
10 *Eft denegãdus, fi primogenitus vult vendere feudum prohibitum alienari à patre in teftamẽto, etiã fine affenfu.*
11 *Nõ debet præftari in præiudicium tertij.*
12 *An præfumatur cõceffus fuper omnibus contentis in inftrumento, fi non adeft claufula, quoad expreffa tantum.*
13 *Regulariter eft gratia, & quandoq; priuilegium, ibid.*
Non folet præftari, vt excluſo primogenito, inftituatur fecundogenitus, ibid.
In fideicommiffis, & fubftitutionibus eft infolitus concedi, ibid.
Pater poteft dare feudum fecundogenito cũ affenfu, ibid.
14 *Affenfus non extẽditur de cafu ad cafum, etiam ex maioritate rationis.*
15 *Conceffo vno de prohibitis, cætera videntur prohibita.*
16 *Affenfus in expreffis tantum præiudicat, nõ in alio.*
17 *Seperatorum feperata debet effe ratio, & 23.*
18 *Affenfus non extenditur ad incognita, & non cogitata.*
Priuilegium fubfcriptum à Principe in albo, nil iuuat, ibid.
Natio prouocat, & deterret, ibid.
Alienigenæ non permittantur in Regno, quia perfcrutantur fecreta, ibid.
19 *Affenfus eft ftricti Iuris, & attẽditur rigor, & non æquitas.*
20 *Affenfus intelligitur de primo actu.*
21 *Feudum conceffum fœminæ: fi non adeft quod fuccedãt filiæ fœminæ, non fuccedunt fœminæ.*
22 *Affenfus verba funt infequenda, ficuti canis veftigia leporis.*
23 *Seperatorum feperata debet effe ratio.*
24 *Fœmina fuccedit in feudis in Regno iure fpeciali, & non per difpenfationem Iuris.*
25 *Priuilegium Regis non inducit aliquid cõtra concedentis intentionem.*
26 *Non entis, nulla funt partes.*
27 *Fideicommiffa in dubio non præfumuntur, quia onus funt.*
28 *Affenfus tacitus non fufficit in Regno.*
29 *Quilibet ftipulatur pro fe, & hæredibus.*

30 Feuda

30 *Feuda in Regno præsumuntur hæreditaria.*
Frater vterinus succedit fratri, etiam si feudum ex alia linea esset, ibid.
Inuentarium non iuuat in feudo hæreditario, ibid.
31 *Clausula omnia, & singula, refertur ad expressa tantum.*
32 *(Cuius tenor habeatur pro expresso, nõ extenditur vltra narrata.*
Fallit in præiudicium Regis si motu proprio hoc faceret. ibid.
33 *Rex assentiendo motu proprio, videtur approbare contenta in instrumento, secus si ad supplicationem partis.*
34 *Sententia lata super puncto iuris facit, vt sic semper sit iudicandum.*
35 *Natura feudi in expresso tantum mutatur, & imprimitur altera.*
36 *Clausula (feudi natura in aliquo non mutata, intelligitur quoad expressa tantum.*
37 *(Quatenus ritè, rectéque processerit) quid operatur.*
(Iuribus Curiæ semper saluis) quid operetur, ibid.
38 *)Ex certa scientia) quid operatur.*
32 *(Quoad expressa tantum) si non adest, quid operatur.*
40 *Testamentum patris excludens filiam, & vocans fratrem, est ipso iure nullus.*
41 *Hæres in feudis, intelligitur de filio.*
42 *Refutatio valet contra pacta noua.*
43 *Renunciationes mulierum non fuerunt approbatæ per S. C.*
44 *Refutationes cum immediate successuro, quomodo intelligantur de iure nouo.*
45 *Feudum non venit in renunciatione generali, & 49.*
46 *Assensus non extenditur ad incogitata, aut non expressa.*
47 *Transactionis verba restringuntur ad rem, & causam tractatam.*
48 *Renunciatio generalis restringitur ad contractum factum.*
49 *Renunciatio generalis non comprehendit feuda.*
Mariti promissio de renunciatione facienda per vxorem, non tenet, ibid.
50 *Contractus non debet claudicare.*
Pendet ex indiuiduo voluntatis, ibidem.
51 *Assensus difformis contractui, est nullus ineuitabiliter.*
52 *Non est actus de per se subsistens, sed requirit confirmabile.*
53 *Si est expeditus super venditione, & non super pacto de retrouendendo, ad eum non extenditur.*
Est nullus, ex indiuiduo voluntatis.

54 *Quæ incontinenti fiunt, insunt.*
55 *Assensus regulatur à contractu, & non è contra.*
56 *Est gratia, & omnis leuis subreptio vitiat illum.*
57 *Contractus separati eodem die, & coram eisdem testibus facti, censentur vniti.*
58 *Pactum est attendendum in restitutione dotis.*
59 *Dominium non debet esse in suspenso, quia non volat per aerem.*
60 *Assensus dependet ex voluntate venditoris, emptoris, & Regis.*
61 *Debet registrari infra biennium, & inde cum dispensatione registretur.*
62 *Ius superueniens, non habet locum in feudis.*
Registratio assensus quando est necessaria, ibidem in fine.
63 *Regalia siue habeantur in feudum, siue in allodium, alienari non possunt sine assensu.*
64 *Concessa pro hæredibus, retinent naturam, vt sine assensu alienari non possint.*
65 *Officia Actuariatus connumerantur inter regalia.*
66 *Rex Catholicus noluit stare concessionibus factis per Reges Aragonenses, quia Regi Alphonso eius Patruo successit.*
67 *Officium Actorum Magistri est annexum cum iurisdictione.*
68 *Iurisdictio est de regalibus.*
69 *Iurisdictionales actus, qui sunt.*
70 *Syndicatum præstare tenentur Actuarij, et omnes exercentes iurisdictionem.*
71 *Actuariatus officium, est verè officium, & syndicatus subest.*
72 *Credenzeria officium, est verè officium.*
73 *Officiorum omnium collatio spectat ad Regem.*
74 *Officio concesso, non transfertur dominium, vel possessio, sed sola perceptio emolumentorum.*
75 *Officium vendibile, & ad hæredes transitorium non potest alienari absque assensu.*
76 *Clausula (cum iuramento de fideliter exercendo.*
77 *Officio concesso pro se, & hæredibus, solus primogenitus succedit.*
Primogenitus succedit in officio concesso pro se, & hæredibus ibidem, & quomodo, num. 91.
78 *Reuocatio vigore constitutionis constitutionem diuæ memoriæ, an habeat locum in officio.*
79 *Concessio pro hæredibus, & successoribus in officio*



OBSER-

OBSERVATIO II.

De Aſſenſu Regio ſuper feudis, & obligationibus vxorum contrahentium.



SECVNDA in ordine Obſeruatio quærit materiam aſſenſus, & quando Rex aſſentire teneatur: & breuiter quoad requiſita in hac obſeruatione dicimus, aſſenſum eſſe
1 ius Regium, & de reſeruatis Principi in recognitionem ſupremi dominij, vt omnes fatentur, & duplicis eſſe generis, legis, & hominis: de aſſenſu legis eſt materia noſtra, qui duplex conſideratur, & aſſenſus hominis tripliciter ſecundũ tradita per accuratiſſimum *Camer. in l. Imperialem, fol. 3. col. 4. l. P. & ſeq.* ſtrictiusq; conſideratur aſſenſus legis, quam aſſenſus hominis, *Regens de Ponte in tract. de poteſt. Proregis, tit. de refutat. feud. §. 6. nu. 21. fol. mihi 413.* Aſſenſus de Iure Codicis etiam requirebatur in alienatione villarum ſub pœna nullitatis contractus, & reſtitutionis pretij, *l. vnic. C. non licere habitatoribus metrocomia loca ſua ad extraneum transferre, lib. 11.* vt eſt hodie diſpoſitum in *conſt. Regni, Conſtitutionem diuæ memoriæ,* & quod eo tempore erant territoria cum iuriſdictione, habetur in *l. 1. cum gloſ. in verb. territoria, C. de fundis limotrophis, lib. 11. et in l. 1. C. de mancipijs, & colonis, lib. 11.* eſt enim aſſenſus ſtrictiſſimè conſiderandus,
2 & quando conceditur reſpectu certæ cauſæ finalis durat, quandiù durat illa cauſa, pro qua impetratur, *l. ſeruis. 36. C. de Epiſcop. & Cler.* & non vitiatur, ſi non ſunt expreſſa
3 Principi ea, quæ ſi fuiſſent expreſſa, vtique etiam fuiſſet conceſſus, *l. 1. C. ſi contra ius, vel vtilit. public.* ſique eſſet inſolititus, validatur per nouum aſſenſum validum, *argum. l. 6. C. de nupt.* verum ſi obreptitiè, vel ſubre-
4 ptitiè, aut ſuper illicitis, fuiſſet impetratus ipſo iure nullus erit, *l. 1. & 2. C. ſi nupt. ex reſcript. petantur;* ſed ſi confirmaretur, non diceretur nouus aſſenſus, ſed vetus, *argumẽto l. ex verbis. 14. C. de donat. inter virum, &*
5 *vxor.* eſt tamen aduertendum, quod aſſenſus Regius non præſumitur niſi ſpatio 100. annorum, *Afflict. in deciſ. 254. & Campag. in cap. Regni pondus æquum, nu. 4. poſt conſtit. Regni, Quatragenalem;* ſed aſſenſus Papæ in
6 alienatione rei Eccleſiaſticæ præſumitur ſpatio 40. annorum, ſi tamen ſcientia Papæ adfuit, ſecundum *Afflict. deciſ. 107. in fin.* & cũ poſſeſſione præſumitur ſpatio 30. annorum, *Rota Romana in nouiſſ. deciſio. in 2. tom. dec. 179.* ſed in *l. ſin. C. de fund. patrim. lib. 11.* ſtatuitur, vt emphyteuta Eccleſiæ poſſidens per 40. annos vllam patiatur moleſtiam, & vide
7 *Anell. Amat. in conſ. 63.* Aſſenſus non probat fuiſſe petitũ nomine illius, pro cuius perſona aſſeritur fuiſſe petitũ, *Frec. in lib. 2. de ſubf. q. 24. per tot. Fulgoſ. in conſ. 23. poſt nu. 1. per l. omnium in fin. C. de teſtam. Io. Franc. de Ponte in conſ. 14. nu. 6. vol. 2.* & alias fuit du-
8 bitatum, ſi aſſenſus poſſet probari per teſtes, vel requiratur ſcriptura, & per *Affl. in deciſ. 398.* fuit deciſum, poſſe probari per teſtes, ad quod facit *l. qui res, §. aream, ff. de ſolut. & ff. de adminiſtrat. tutor. l. chirographis, in princ.* ſicuti & omiſſio protocolli poteſt per teſtes probari, vel per iuramentum partis, ſecundum *Caſſan. in conſuet. Burg. in tit. de gabellis, nu. 7. fol. 1521.* ſed contrarium tenet *Conſiliar. Georgius in repetit. feudal. cap. 25. nu. 15. pag. 156.* per *conſtit. diuæ memoriæ.* ibi, *de ſpeciali licentia.* Verum hodie iſta quæſtio eſt ſopita, poſtquam per Pragmaticas eſt ordinatum regiſtrari, & adſunt regiſtra, & ab eis poteſt deſumi copia, & exemplar, vt ex *Camill. de Curte in publico Gimnaſio legente,* percepi, & iuri conſonum eſt, & ſic etiam pendente prouiſione Regis ſuper aſſenſu petito, non poteſt fieri reuocatio vigore *conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ,* vt per *Io. Franc. de Ponte in conſ. 14. nu. 20. vol. 2.* nota tamen in hac materia reuocationis, quoniã per *prag. Comitis de Lemos 31. Maij 1616. quæ dicitur delli 89. capi, in c. 75.* diſponitur, has reuocationes faciendas per emptorẽ, vel venditorẽ, debere notificari partibus, & ante nullũ habeant vigorẽ, quod eſt ſm̃ diſpoſitionẽ in *l. 1.* vbi *Bar. C. de ſatiſd. Affl. in dec. 111. & Io. Vinc. de Anna in rep. conſt. diu. mem. nu. 271.* vbi *n. 274.* diſputat, ſi reuocatio iſta põt fieri ꝑ Procuratorẽ.

Quo verò ad aſſenſum Regiũ ſuper obligationibus Vniuerſitatũ, fuit reſolutũ in *Regia Iuncta facta ordine D. Comitis de Lemos*
9 *30. Martij 1615.* quod ſi creditor oſtenderit ſolutiones ſibi continuatè factas per annos 20. tunc aſſenſũ præſumi; quæ reſolutio eſt penès acta negotiorũ Vniuerſitatum, in qua interueniebat Proregens Didacus Lopez, Dux Veteris, & Michael Vaaz Comes Molę, & copia eſt in Banca Martini Actuarij S.C.

Nec eſt prætereundũ in hac materia aſſẽ-
10 ſus, quod ſi Pater alienationẽ rerum feudalium prohibuiſſet, & in hac prohibitione aſſenſus non adeſt, quod ſi primogenitus vendere voluerit, & ſecundogeniti opponũt, impedinnt alienationẽ, & aſſenſus petitus ſuper venditione prædicta eſt denegãdus, *Io. Vinc. de Ann. in repet. conſ. conſtitution. diuæ memoriæ, nu. 47. & 48.* ſed circa hanc doctrinã

cogita, quia vsq; ad huc nõ audiui fuisse practicatam; est verũ, quod *D. de Ponte in tract. potest. Proreg. sub tit. de legitimat. seu restitut. natalii, nu. 8. fol.* 486. dicit, quod quando frater, aut alia persona disperata de filijs, vult vendere feuda in præiudiciũ successorum, nõ conceditur assensus, & obseruatũ fuisse ait, vt primus acquirens, qui filijs caret, ex dispẽsatione Regia possit alienare in alias personas, quam in nepotes, & successores (prout vidimus in nostra tẽpestate multos ex iniquitate potius quã pietate ita disposuisse) quos taceo; & sic etiam concesso feudo cum potestate alienandi, saluo Regio assensu non debet assensus denegari, etiam si alterata esset conditio concessionarij, idem *Io. Franc. de Ponte in cons. 42. vol. 2.*

11 Assensus nõ præsumitur cõcessus in præiudiciũ iuriũ tertij, & licet præstari posset, tñ præstari non debet, & in Regno ita vtimur *Camer. in l. Imperialem, fol. 44. per totum*, vbi subdit, quod assensus non semper remanet in terminis strictissimi iuris, quandoq; enim assumit naturã dispositionis, super qua interponitur *Vinc. de Franch. dec. 153. nu. 23.* & ex hoc dubitabatur in ardua causa, quæ ad-

12 huc pendet. An assensus extendatur ad omnia contẽta in contractu, dum nõ adest clausula (quo ad expressa tantũ) & licet *Camer. in d. fol. 44.* asserat, quod assensus simpliciter relatus ad instrumentũ videatur extendi ad omnia contenta, & relata in instrumẽto, quia regulatur à contractu, quando nõ apponitur clausula, quo ad expressa tantũ, tamen contrariũ tenet *Vinc. de Franch. in dec. 153. nu. 27.* vbi licet in *nu. 25.* asserat clausulã quo ad expressa tantũ fuisse adinuentã ad tollendas substitutiones, & pacta insolita, teste *Frec. de subfeud. lib. 2. q. 3. nu. 7. vers. nec obstat*; attamen idẽ de *Frãch. in d. nu. 27.* residet in opinione, quod etsi clausula prædicta nõ adest, ex iuris dispositione assensus nõ operaretur, per *Frec. in q. 10. in fin.* & facit *Minad. in repet. Regni in aliquibus, nu. 54. fol. 107.* vbi quod ad non expressa non trahitur assensus cum sit stricti iuris, & *Loffred. in cons. 7. nu. 33. & seq.*

Et ex infrascriptis clare patebit.

IESVS MARIA IOSEPH.

Ex Ludouico de Afflicto cum prima Vxore.

Antonius. Hippolyta.

Ex eodem Ludouico, cum secunda Vxore Altobella Pannone:

Camillus primogenitus	Ioannes Baptista
Vir Ioannæ Caietanæ.	secundogenitus
Ex quibus	Ex quo
Lucretia	Ludouicus
Ex qua	Ex quo
Paulus Brancatius	Io. Bapt. ad præsens
Ex quo	conuentus.
Scipio ad præsens Actor.	

An assensus extendatur ad omnia pacta in capitulis matrimonialibus apposita, vel ad expressa tantum in memoriali Principi porrecto.

ALLEGATIO X.

SCIPIO Brancatius, qui supra, prosequẽdo iudiciũ cẽptum, & compilatũ per quon. Paulũ eius patrẽ de anno 1583. instat cõdẽnari supradictũ Io. Baptistã de Afflicto, & Io. Baptistã de Marra ad relaxandũ Terras Montis Roduni, & Macchiæ, ac feudum vallis amplæ, cum fructibus, ad eum vti descendentem ex primogenito Camillo de Afflicto, de quo in arbore, spectantes, & pro huius causæ dilucidatione erit discutiẽdum de infrascriptis.

Primo demonstrabitur, quod assensus Regius impetratus super capitulis, & pactis stipulatis inter prædictos Ludouicum de Afflicto, & Altobellam Pannone, non extenditur ad exclusionẽ prædictæ Lucretiæ vnigenitæ filiæ

filiæ Camilli primogeniti, ſed ſolummodo comprehendit caſum, vt excluſo Antonio filio ex primo matrimonio Ludouici, ſuccedant filij ex ſecundo matrimonio cum Altobella, adeo vt peruentis feudis ad Camillum primogenitum ex dicto ſecūdo matrimonio, aſſenſus ſileat, & ad alios gradus non extēdetur; ſed remanent feuda in pura eorum primeua natura hæreditaria in perſona dicti Camilli primogeniti ex ſecundo matrimonio, prout erant per prius.

Secundo, quod feuda prædicta ſunt hæreditaria, & tranſitoria ad fœminas.

Tertio, quod verba illa in aſſenſu (omnia, & ſingula in dictis inſtrumentis, &c.) nō extendantur ad vltra narrata, & expreſsa in memoriale Regi porrecto, nec conualidane alios caſus in dictis pactis, & capitulis matrimonialibus comprehenſos, & in dicto aſſenſu non expreſsos.

Quarto, quòd teſtamētum Camilli patris Lucretiæ eius vnigenitæ filiæ, cui reliquit duc. 4000. tantum pro dote, incluſis dotibus maternis, ſit inualidum, dum excluſit filiam, & inſtituit Io. Baptiſtam fratrem.

Quinto, & Vltimo, apertiſſimè gradatim oſtendemus renunciationes factas per Lucretiam ante, & poſt cōtractum eius matrimonium iurium feudalium ei competentiū, circa prædicta feuda, non obſtetiſse, nec obſtare, & ſucceſſiue illis obſtantibus, ipſum Scipionem eius hæredem, & ſucceſsorem obtinere debere.

Cumque principalis vis huius cauſæ conſiſtat in capitulis matrimonialibus Altobellæ, & Ludouici, & in aſsenſu ſuper eis impetrato, poſtquā dubitari non poteſt, quod pactum factum vt ſuccedāt filij ex ſecundo matrimonio excluſis primis valeat in Regno, & vſu receptū ſit, vt punctualiter notat *Bal. in terminis in §. filij nati, ſi de feudo fuerit controuerſ.* ſed in bonis liberis intelligi debet, in feudalibus autem aſsenſus Regius requiritur, merito verba pacti, & verba aſſenſus ſunt videnda.

Verba capitulorum matrimonialium ſunt videlicet.

D*Euenerunt ad conuentionem Ludouicus, & Altobella, vt liberi naſcituri ex dicto matrimonio habeant ſuccedere, & dominari in dictis Caſtellis Montis Roduni, & Macchia, alias ipſa Altobella non fuiſſet contractura, fol. 47. ater. in fine, ideo, ipſe Lodouicus ex certa ſcīētia cum Reginali aſſenſu impetrando, contentus remanſit, & ita promiſit, vt liberi maſculi naſcituri ex dicto matrimonio ſuccedere habeant in dictis Caſtellis Montis Roduni, & Macchia ætatis prærogatiua, &c. ita quod maſculus primogenitus ſuccedat in eis: & ad maiorem, & vberiorē cautelam dictorum liberorum maſculorum, vt ſupra, cum primum dicti liberi maſculi naſcerentur, & procreati erunt, donare. Ita quod in dictis Caſtris ſuccedere habeat filius primogenitus, & in caſu prædictus filius primogenitus ſine liberis maſculis moreretur, vult, & ita contētatur, & promittit ipſe Ludouicus, quod prædicta donatio cenſeatur facta alio libero maſculo, vt ſupra, & bona ceſſiſſe alijs liberis maſculis, conſiderata ætatis prærogatiua, & donatio ex nunc cenſeatur facta, & quod nullo tempore poſſit reuocari, fol.* 48. & ſubdit inde.

Et ſi ex dicto matrimonio non naſcerētur liberi maſculi, tunc & eo caſu ſuccedat Antonius de Affiſcto filius primogenitus dicti Dñi Ludouici ex primo matrimonio, ita quod dictus Antonius teneatur, & dare debeat pro dotibus fœminarū, fol. 48. in fine, & ſi dictus Antonius abſque liberis decederit, ſuccedat in dictis feudis Hippolyta de Affiſcto filia Ludouici ex primo matrimonio, fol. 48. ater. vt ex dictis pactis ſtipulatis 29. Auguſti 1504. fol. 47.

Verba autem aſſenſus ſunt videlicet.

F*Erdinandus &c. Pro parte Ludouici de Affiſcto, & Altobella Pannona eius vxoris, fuit maieſtati noſtræ expoſitum, quod in contractu matrimonij celebrati inter eos, fuerunt facta nōnulla obligationes, in, & ſuper omnibus bonis burgenſaticis, & feudalibus, & præcipuè ſuper Caſtris Montis Roduni, & Maccbia tàm pro cōſeruatione, & reſtitutione dotis, & antefati, quam pro ſucceſſione in dictis Caſtris filiorum maſculorum ex dicto matrimonio procreandorum, non obſtante, quod dictus Ludouicus habuit, & habet quēdam filium ſuum legitimum ex alia prima ſua vxore, prout in capitulis matrimonialibus. & alijs inſtrumentis, &c.*

Fuitque pro parte dictorum coniugum ſupplicatum, vt dicta capitula, & inſtrumenta, ac conditiones, & pacta ibidem appoſita, & & facta, & omnia, & ſingula in eiſdem appoſita, iuxta tenorem dictorum inſtrumentorum, & aliarum ſcripturarum ſuarum, laudare, ratificare, &c.

Nos vero attenta fide, &c. tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia, & gratia ſpeciali, dictis capitulis matrimonialibus inſtitutioniq; dicta dotis, & illius antefati, ac obligationi prædicta . . . necnon ſucceſſioni ma-

ni masculorum filiorum prædicti matrimonij desuper expressi, omnibus, & singulis in dictis capitulis, & instrumentis contentis, & expressis dignoscatur, veris quidem existentibus prænarratis feudi natura, in aliquo non mutata. Dummodo rectè riteq; processerint, partesq. tangant, assentimus, &c. omnesque scripturas, & cautelas confirmamus, vt ex priuilegio expedito per Regem Ferdinandum in Ciuitate Salamantiæ, sub die 8. Ianuarij 1506. fol.62.

PRo enixa igitur veritate huius articuli, & responsionis ad primum caput, videndum erit, an hic assensus sit Gratia, vel Priuilegium, nam si esset gratia largior fieri posset interpretatio, si vero Priuilegium strictior.

13 Assensus regulariter est gratia, *Andr. in const. post litem, cap. 1. §. quid ergo, de inuest. de re alien. fact.* sed quoties Rex assentit, ne dum tollit obstaculum suæ voluntatis, sed tollit obstaculum naturæ ipsius rei, disponendo cõtra naturam, & regulas feudorum, puta si extra Regnum assentiat, vt succedat fœmina, vel vt succedat bastardus, vel excludens fœminas in casibus alias admissis: tũc est priuilegium, ita *Bart. in l. 1. col fin. num. 12. C. de iur. & facti ignor. & Ias. in prælud. feud. num. 26.* latè *Camer.* fundat hoc per multa exempla in *l. Imperialem, fol. 44. lit. R. fol. 47. lit. C. & fol. 63. lit. D.*

At cum in casu nostro Rex assentiat, vt excluso filio primogenito ex primo matrimonio Ludouici, succedant masculi ex secũdo matrimonio, quæ dispensatio est contra naturam feudorum, & Rex assentire regulariter non solet, nam vix consensit Collaterale Consiliũ, quãdo Pater tria habet feuda, & de tribus vult dare vnũ secundogenito, vt idem *Camer.* tenet in *d. l. Imperialem, fol. 44. lit. C. & fol. 57. lit. C. & fol. 104. lit. A. in fine, & Frecc. lib. 2. de subfeud. quæst. 1. nu. 1. circa medium, fol. 171. in nouis*; subdens, quod vix vidit duos casus, in quibus Rex consenserit, vt excluso primogenito, succedat secundogenitus, (licet *Andr. in cap. 1. ante num. 9. vers. quid ergo, de natura succeß. feud.* dicat, patrem posse dare feudum secundogenito cum assensu, & si iste secundogenitus absq; filijs moreretur, frater primogenitus succedit, *Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 14. fol. 198.*) & in substitutionibus, fideicommissis, & cõtractibus, de natura feudorum assensus est insolitus, *D. de Ponte in tract. de poteß. Proreg. fol. 271. num. 9.* adeo quod dici potest, vt quando exprimitur Regi illud, quod non consueuit concedere, rescriptum præsumatur falsum, *cap. ad nostram, de confirm. vtili, vel inutili.* Ergo necessario fatendum est, hunc assensum esse priuilegiũ: in quo stri-
14 ctior fit interpretatio, adeo vt non fiat extensio de persona ad personã, etiam ex maioritate rationis, *Innoc. in cap. dilectus, de tempor. ordinat. DD. in cap. 1. & 2. de filijs presbyt.* plura cumulat *Dec. in cons. 695. nu. 13. 14. & 15.* & clarius *Camer. in d. l. Imperialem, fol. 63. lit. G. & fol. 44. l. D.*

Imo fortius dicit, quod, & si hic assensus esset beneficium, & gratia, nec etiam fieret talis extensio nisi in expressis, idem *Camer. fol. 63. lit. N.*

Perspicimus quidem oculis, in hoc assensu non considerari, vel comprehendi alium casum, nisi vt excluso Antonio filio ex primo matrimonio, Castra Mõtis Roduni, & Marchiæ sint filiorum procreandorum ex secundo matrimonio, demõstrata est enim certa persona, & ideò propter hãc demonstrationem sic factã, cum alia persona actus adimpleri non potest, *Camer. in cap. Imperialem, fol. 44. lit. G.* & ideo non transit, nec extenditur ad alium casum, vel gradum, idest vt perueniis feudis ad primogenitum ex secundo matrimonio, decedente eo sine filijs masculis, feuda deueniãt ad alium liberum masculum ex dicto secundo matrimonio, quia
15 quando ex prohibitis conceditur vnum, cætera videntur prohibita, *Andr. in l. Impelialem, num. 6.* per *text. in l. cum prætor, ff. de iudic.* prohibitum est in iure, vt excluso primogenito, succedant secundogeniti, sicuti etiam prohibitum est, vt exclusa filia succedat patruus, ergo concesso illo primo, vt secundogeniti succedant, non potest trahi ad extensionem huius secundi casus, per *doctr. Andr.* vbi supra. Assensus enim secundum subiectam materiã est in eo, quod diminuit, vel relaxat verbo expresso, sed non in illo, quod nõ legitur concessum, vel expressum, quia remanet non expressum, sub regula iuris communis, & prohibitiua, *Frecc. de sub. feud. lib. 2. quæst. 35. num. 26. in fin. fol. 228.* in vno fecit possibile, quod erat impossibile, vt in *l. apud Iulianum, §. si constat, de leg. 1.* in alio remanet prohibitio iuris, *arg. l. quod vero, de legib.* vtrumque erat prohibitum, & excludere primogenitum, & includere secundogenitum, ac etiam inducere fideicõmissum in excludendo filium secundogeniti vocati, & vocare patruum, expressit inclusionem filiorum secundi matrimonij, & tacuit exclusionem filiæ primogeniti ex hoc secundo matrimonio, quia non dixit, ergo neglexit, vt in *l. 1. §. 2. C. de caduc. tollen.* & si refert se ad instrumentum, intelligitur ad clusionem masculorum ex secundo matrimonio,

monio, excluſio filiæ primogeniti ex hoc ſecundo matrimonio debebat exprimi, quia Dominus, aut non conſenſiſſet, vel fortè difficulter conceſſiſſet, ita *D. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quaſt. 20. poſt nu. 9. fol. 208.*

16 Conſenſus Domini in expreſſo tantum præiudicat, non in alio, *l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact.* & quoniam ex verbis aſſenſus conſtat quid actũ ſit, illud primo inſpiciendum, *l. ſemper, ff. de regul. iur.* facti ergo eſt quæſtio, propter quid conſenſerit, *Andr. in cap. 1. qui ſucceſſ. tenen. nu. 5. in fin.* ſubdens, *nu. 6.* quod in dubio nõ præſumitur donatio, ſi de remittendo iuri ſuo non cogitauerit, quia non præſumitur iactare ſuum, & ſequitur *nu 7.* per hæc verba, *Si eſt conſenſus Domini in expreſſo tantum ſibi præiudicat, non in alio, ff. de pactis. l. ſi vnus, § ante omnia, C. ad Velleia. iubemus, etiam ſi tunc generaliter conſentiret, quia videtur reſpondere ad petita, ff. de interrog. actio. l. ſi ſine, §. qui interrog. talia quidem ſunt ſubiecta, qualia*

17 *prædicata demonſtrant, eo quod ſeparatorũ ſeparata debet eſſe ratio, C. de donat. inter vir. & vxor. ſi maritus.*

Cumque non ſolum ſimus in aſſenſu, in quo fit ſtricta interpretatio, ac rigoroſa cõſuetudo verſatur circa eum, vt non extendatur de perſona ad perſonam, de caſu ad caſum, de re ad rem, de tempore, ad tempus, de cõtractu ad contractum, nec ad alios caſus, tam notiſſimos enumeratos per *Camer. in d. l. Imperialem, à fol. 43. lit. M. vſque ad fol. 63. lit. G.* vbi latiſſimè examinat hãc materiam extẽſionis per 14. concluſiones. Sed ſumus in priuilegio, in quo ſtrictior fit interpretatio, vt ſupra fundauimus, fruſtra dubitatur, quin talis aſſenſus, vel priuilegiũ extendatur ad hũc ſecundum caſum, videlicet ad prætenſam tacitam, & ſubintellectam ſubſtitutionem non expreſſam, nec in narratiuis, nec in diſpoſitiuis dicti aſſenſus, ſcilicet vt ſi primogenitus ex dicto ſecundo matrimonio, ſine filijs maſculis decederet, ſed cũ filia fœmina, teneatur reſtituere prædicta feuda ſecundogenito, omne enim omiſſum habetur pro omiſſo, *Andr. in l. Imperialem,*

51 *num. 5.* Rex aſſenſijt ſpecificè in expreſſis, ibi ſucceſſioni dicti matrimonij deſuper expreſſi, & ibi omnibuſq; & ſingulis contentis, & expreſſis.

Ille ſecundus caſus non fuit conſideratus,

18 nec cognitus, nec expreſſus; ergo aſſenſus non extenditur ad incognita, ſicuti dicimus de priuilegio ſubſcripto in albo à Principe, prout habet Ciuitas Cauæ ſubſcriptũ à Ferdinando Primo, & nil iuuat, *Anna in ſingul. 77.* vel vt poſſit alienari alieniginis, quia natio prouocat, & deterret, *l. quod ſi nolit, §. mancipium, ff. de edilit. edict. l. quiſquis, C. ad l. Iul. maieſt. Andr. in l. Imperialem, nu. 7. de prohib. feud. alien. per Freder.* tunc n. non extenditur, quia alienigenę Regni ſecreta perſcrutarent, *l. 4. C. de mercator. & mercat.* in hominibus, affines ſunt mores nepotum, auitis quia naturalia non poſſunt ſeperari, *l. nec filium. 9. C. de patr. poteſt.* & merito extenſio non fit, & ideo aſſenſus nec trahitur ad id, de quo cogitatum non fuit, *l. cum Aquiliana, de tranſact. Frecc. de ſubfeu. lib. 2. quaſt. 4. num. 5.* ſumus enim in contractu ſtricti iuris, in quo omne ommiſſũ habetur pro ommiſſo, nec fit extenſio, *l. quicquid aſtringenda, & l minor, ff. de verb. oblig.* ſed

19 aſſenſus eſt ſtricti iuris, & attenditur rigor, & non æquitas, *Camer. in d l. Imperialem, ex mente Andr. fol. 43. lit. G. & fol. 49. lit. A.* vbi alios allegat, ergo &c.

Secũdo principaliter pro ſolutione huius primi articuli dicimus, quod poſtquam ſumus in materia rigoroſa Aſſenſus, & Priuilegij, in quibus non fit extenſio, vt ſupra vlte-

20 rius dicimus, quod in tali materia debet intelligi de primo actu tantum, *Alex. conſil. 81. incip. lecto, & diſcuſſo, nu. 8. vol. 3. Dec. conſ. 80. Fely. in cap. innouãtes, de tregua, & pace,* & alij quos recenſet *Camer. in d. l. Imperialem, fol. 45. lit. Q. & fol. 58. lit. O, Frecc. lib. 2. de ſubfeu. quaſt. 35. nu. 24. fol. 229.* & ſic etiã

21 dicimus, quod cõceſſo feudo alicui fœminę, ſi non adeſt pactum, vt ſuccedant filiæ fœminæ ipſius fœminæ, non ſuccederent: non obſtante quod fuit primo loco conceſſum fœminæ, *Andr in cap. 1. nu. 1. de benef. fœminæ;* & ratio eſt, quia de primo actu tantum intelligitur, quia verba aſſenſus non ſunt extendenda, & ſicuti canis ſequitur veſtigia

22 leporis, ita & nos verba aſſenſus ſequi debemus, *Andr. in cap. 1. qui ſucceſſ. tenean. argum. l. ſemper, de regul. iur. & in l. ſicut, § ſi debitor, & §. ſed ſi præmittit, ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſol.*

Primus actus eſt, vt feuda deueniant ad primogenitum ex ſecũdo matrimonio. Demonſtrata enim eſt perſona filiorum maſculorum ex ſecundo matrimonio in prædicto aſſenſu Regis: & ſic, dum feudum peruenit ad primogenitum Camillum, qui fuit demõſtratus in aſſenſu, reſidet aſſenſus, & vlterius non progreditur, & feuda remanent in eorũ pura natura hæreditaria in perſona Camilli primogeniti ex ſecundo matrimonio, & feudum poſtea vadit ad eos, qui ex regula iuris, & conſtitutionis Regni ſunt in feudo ſucceſſuri, *Frec. lib. 2. de ſubfeu. quaſt. 35. num. 2.* & Lucretiam filiam Camilli, quæ non fuit de-

mon-

monstrata, non excludit, *l. cum ita datur, ff. de condit. & demonstr. Camer. in d. l. Imperialem, fol. 44. lit. H. & fol. 52. lit. N.* nam dum Lucretia est vocata per Constitutionẽ Regni, & per inuestituram feudalem: requirebatur specifica mentio ad eam excludendam, derogando expresse constitutioni præ-
23 dictæ. Vt de successionibus; quia separatorum separata debet esse ratio, *l. si maritus, C. de donat. inter vir. & uxor. Andr. in cap. 1. nu. 7. qui success. tenean.* mortuo enim Camillo, feudorum possessio de iure, & l. inuestiture conuolauit ad Lucretiam, *Luc. de Pen. in l. prædia, col. 10. vers. 3. ratio, C. de præd. ciuil.* & penès eam alia res est, eademque res non est eiusdem hominis, & propterea nouo opus erat assensu, idem *Camerar. fol. 55. lit. C.* nam alias contra mentẽ Regis, *& constit. constitutionem diuæ memoriæ.* ibi, *(nisi de speciali celsitudinis nostræ licentia)* feudum ad aliam personam transiret, quod fieri non debet, *l. fin. ff. de vsu. & habit.*

Nec obstaret, quod Ludouicus capiens assensum hoc cogitauit, quia respondetur, quod vltra, quod in narratiuis apparet, quod non cogitauit, dum non expressit, sed quatenus ipse cogitauerit, non cogitauit Dominus, qui videtur cogitasse id, quod ius vult, *Andr. in cap. 1. qui success. tenean. & in l. Imperialem, col. 6. & 10.* vbi *Camer. fol. 45. lit. S.* Rex sic simpliciter assentiendo videtur intellexisse de prima distributione feudorum facienda inter filios, non autem de pluribus, vel de alia secunda, quando prima dispositio suum sortitur effectum, *Frecc. lib. 2. de subfeu. quæst. 35. nu. 28. fol. 229.* vult enim ius, vt
24 fœmina succedat in feudis in Regno, non per dispensationem, vt aliqui opinati sunt, sed iure speciali, quod est commune in Regno, & in successione feudi parificatur cum masculis, *Frecc. lib. 2. de subfeu. quæst. 49. fol. 257.* & locum patris subingreditur in feudis, qui si viueret, excluderet secundogenitum, vt *Andr.* dicit in *cap. 1. de his, qui sibi, & hæred. suis;* & Rex Ferdinandus Primus sententiam protulit in fauorem filiæ primogeniti, contra patruum secundogenitum, & postea dedit assensum expressum excludendo fœminas, vt *Frec.* refert in *d. quæst. 1. vers. superest, nu. 13. fol. 174. in nouis;* quia filia ex primogenito mortuo, paternũ subingreditur gradum, in *auth. vt fratrum filij, in princ. Vinc. de Franch. decis. 32.* & concessio, & priuile-
25 gium Regis non debet aliquid inducere vltra concedentis intentionem, vt declarauit Imperator Carolus Quintus in *pragmat. 16. de Baron.*

Duo enim sunt consideranda in assensu: alterum, quod homo exprimit, alterum quod ex mente expressum comprehendit, aut ius intelligit, *Camer. in d. l. Imperialem, fol. 56. lit. F.*

In casu nostro patet, quod homo non expressit, vt mortuo primogenito absque filijs masculis, & cum filia fœmina succedat secundogenitus Io. Baptista.

Nec etiam ex mente expressum comprehendit, vt mortuo primogenito cum filiabus fœminis succedat frater secundogenitus; nam idem militaret, si primogenitus decessisset cum filijs masculis, vt eis exclusis succederet secundogenitus, quod esset fatuum asserere,

Nec tandem ius intelligit, quia in assensu, & priuilegio, non fit extensio de persona ad personam, nec ius excludit fœminam ex successione feudi, vt superius fundauimus, igitur necessum est fateri, quod Lucretia filia Camilli per talem assensum nõ fuit exclusa,
26 dum nõ fuit de ea facta aliqua mentio, quia non entis nullæ sunt partes, *l. seya egressa, ff. de testam. tut. Camer fol. 55. lit. I. in fine.*

Data enim potestate testandi, non licet vlterius progredi, & facere substitutiones, & fideicommissa, *Camer. in l. Imperialem, fol. 6. lit. Q.*

27 Si quidem de iure ciuili etiam fideicommissa non præsumuntur in dubio, quia onus *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupill.* probatur *l. Titia, §. qui in vim, ff. eodem tit. l. idem Iulianus, §. scio, ff de leg. 1.* & alia iura sunt cumulata per *Io. Ant. Lanar. in cons. 60. num. 6.* in quo latè disputat quæstionem in cõsimili materia nostra per multas columnas, & concludit, talem extensionem non dari, nec de iure ciuili, nec de iure feudorũ, etiam quando ratione agnationis conseruãdæ fuisset factum fideicommissum, & à *nu. 64. & nu. 117. vsque ad nu. 119.* cumulat innumeros DD. pro hac opinione, ad quem recurre,

Et si (dato non tamen concesso) fideicõmissum tacitũ fuisse inductum, dum Regius assensus loquitur, vt feuda deueniãt ad filios masculos ex secundo matrimonio, necessario fatendum est, quod ex mente Regis talia feuda peruenienda erant ad primogenitum, qui fuit Camillus pater Lucretiæ, peruẽtisq; feudis prædictis ad primogenitũ, si permitteremus adesse tacitum fideicommissum, vt primogenitus restituat hæc feuda secundogenito, est intelligendum, si sine liberis primogenitus decederit, vulgata *l. cũ auus, ff. de condit. & demonstr.*

At cum Camillus decessit relicta ipsa Lucretia filia vnigenita habili ad successionem

feudo.

feudorum,tale tacitum fideicommissum fuit extinctum, eo ipso, quod Camillus decessit relicta ipsa Lucretia, *l. ex facto. 17. §. si quis rogatus, il primo, ff. ad Trebell.*

28 Sed expressè negamus,tale tacitum fideicommissum complecti in assensu, quia esset tacitus assensus, qui non sufficit in Regno, vt latissimè disputat, & concludit *Camer. in l. Imperialē, fol. 65. lit. M. & fol. 66.* & alios cumulat *Lanarius in d. consil. 60. num. 130. & 132.*

Imo mens Ludouici de Afflicto senioris fuit,vt prædicta feuda sint prædicti Camilli, & suorum filiorum, & liquet, quia in capitulis matrimonialibus initis inter Camillum prædictum, & Ioannam Caietanam sub die 11. Ianuarij 1524. fol. 195. ipse Ludouicus simpliciter,& absque onere aliquo, donationem fecit prædictorum feudorum dicto Camillo occasione dicti matrimonij contracti

29 cum Ioanna Caietana,qui donationem prędictā acceptauit, & quilibet præsumitur stipulare pro se, & hæredibus, *l. pactum, ff. de probat. Andr. in cap. 1. nu. 8. qui suec. teneant.* quod procedit etiam in feudis, vt tenet in indiuiduo *Camer. fol. 53. l. D.* & Ioanna prędicta cū hac lege contraxit, vt feuda ad eius filios, & descendentes transirent, alias non contraxisset, eiusque bona fides non esset decipienda, dum suos filios diuites cogitauit, cum ex diuitijs splendor, & dignitas eorum conseruabantur, *Grauet. consil. 777. num. 1. Menoch. cons. 126. num. 24. & Surd. cons. 487. num. 52.* & non ad alios, & in hoc casu saltem æstimatio deberetur, etiam si adesset assensus, vt nouiter, ac acutissimè docet *D. de Ponte de potest. Proreg. tit. de assensibus Regijs super dotibus, §. 2. num. 24. vers. sed magis, fol. 275.* Sed hæc ex abundanti dicta sint, quia vt supra fundauimus, assensus non extenditur ad secundum casum exclusionis filiæ Camilli.

Ad capue Secundum facilis est responsio, nam vltra quod de iure in Regno fœmina succedit,vt masculus in feudis, vt supra fundauimus, & disponitur in Regni *constit. in*

30 *aliquibus*, & feuda omnia in Regno præsumuntur hæreditaria, *Napod. in consuet. & si testator, in verbo disponere, Minad.* latè in *constit. in aliquibus, vers. 3. not. à num. 119. vsque ad finem, fol. 121. & seq.* vbi enumerat infinitos casus, in quibus neptis exclusit patruum, pro quo nō militat ratio agnationis, quia neptis est de familia, vt *nu. 129.* quinimo & frater vterinus succedit fratri vterino in feudo ex alia linea possesso, vt in *const. Regni vt de successionibus, & Andr. in cap. 1. nu. 8. cum seq. add. de natura success. feudi, & D. Tapia in decis. 2. in decis. Sacr. Cons.* & in his feudis hęreditarijs beneficium inuentarij nō iuuat *Andr. in cap. 1. an agnat. & in cap. 1. nu. 16. in addit. circa medium, de prohib. feu. alien. per Freder. Frece. in lib. 3. de subfeu. in 3. formula, ante nu. 22. fol. 414. Io. Andreas Georg. in alleg. 18. nu. 6.* & latissimè declarat *Lipar. ad Andr. in cap. 1. qui successores, teneantur, in addit. magna,* & vide *Loffr. in cons. 14. nu 43.*

At hæc qualitas hæreditaria, quod fęminæ succedunt, declaratur ab eodemmet Ludouico in dictis capitulis fol. 48. dum dicit, q̃ si filij masculi morerentur sine filijs, feuda prædicta sint Hippolytæ de Afflicto eius filię ex primo matrimonio; ergo fœmina est habilis ad succedendum in his feudis.

Ad Tertium respōdetur, quod si pars aduersa in eo fundamentum aliquod facit, frustra laborat.

31 Claræ etenim sunt feudales regulæ, quod illa clausula (omnia, & singula in dictis instrumentis contenta) refertur ad expressa tantū, & ne tedio afficiamus Dominos Iudicantes in tam clara cōclusione solummodo asserimus doctrinā acutissimi *Marini Freccia, & decis. Sacr. Consil.* per eum relatam in *quæst. 15. lib. 2. de subfeu. fol. 199. in nouiss.* vbi dicit, quod per narrationem eorum, quæ aguntur inter partes, forma debet adimpleri per se, & non per relationē ad illud, immo in fortioribus terminis dicit, quod si adest

32 illa clausula in assensu, cuius tenor instrumenti habeatur pro expresso, nō extenditur vltra narrata. Bene verū est, quod tenet prædictus acutissimus Doctor, quod in præiudicium Regis talis assensus procederet, vt omnia narrata in instrumento censeatur ratificare, dum eius tenorem voluit habere pro expresso, non autem in præiudicium tertij, quia Princeps nunquam intelligitur consentire in præiudicium tertij, *l. nec actus, C. de emanc. liber.* idem *Frece. lib. 2. quæst. 30. nu. 2. fol. 207.* sed talem limitationem sublimitat, quando Rex motu proprio assentiret, non autem, si ad supplicationem partis assensisset,

33 quia tunc quo ad expressa tantum censetur assentire, alias sequeretur, quod Rex sub verborum inuolucro, subuerteret legalem prouidentiam, *l. si quando, C. de inoffic. testam. Frece. lib. 2. de subfeu. quæst. 35. in fin.* & sufficeret expressio ficta, & in his, quę sunt facti, non habet locum fictio, *l. iis, qui pro emptore, ff. de vsucap.* plura cumulat *Io. Ant. Lanar. in suo cons. 65. nu. 33. & seq.* vbi ad literam tenet, quod clausula illa, cuius tenor habeatur per expresso, non extenditur vltra narrata, & dū ibi est punctus iuris, & per S.C. fuit

34 deci-

34 decisum in anno 1507. vt refert *Frecc.in d. quæst.15. ante nu.1. fol.199.* idem semper est iudicandum, vt tenet *Vinc.de Franch.in decis.595.in fin. vol.4.* generalia enim non derogãt specialibus, & ita vtimur in Regno, vt testatur *Andr.in cap.1. nu.5. vers.respondetur, de alien. feud.pater.*

Tunc enim præsumitur assensus omnibus contentis in contractu præstitus, quando totus contractus fuit ostensus Regi, *Camer. in d.l.Imperialem, fol.58.lit.M.*

In casu nostro, hoc non potest dici, imo sumus in claris, nam in eodem assensu dicitur successioni filiorum prædicti matrimonij desuper expressi, omnibusque, & singulis cõtentis, & expressis, &c.

Ecce quod ad expressa tantum refert se assensus, & debent intelligi, quæ leguntur
35 oculo corporis, in expresso mutatur natura feudi, & imprimitur altera, *Frecc.lib.2.de subfeu.quæst.35.nu.41.fol.230.* At in narratiua, vel dispositiua casus noster exclusionis Lucretiæ non fuit expressus, nec consideratus, ergo vlterius non erit insistendum, cum non extendatur adhoc, tantoq; magis dum
36 adest clausula (feudi natura in aliquo nõ mutata) quæ intelligitur quo ad expressa tantũ, *Camer. in d. l. Imperialem, fol. 35. lit.F. D. Regens de Ponte cons.3.nu.83.& 84.& cons. 57.nu.23.& cons.15.nu.8.& cons.49.nu.13. & 14.* & si extenderetur ad Lucretiam, esset mutare naturam feudi, & derogare constit. Regni. Et similiter illa (quatenus ritè re-
37 ctèq; processerint) hæ clausulæ non alterãt dispositionem principalem, quando sunt positæ in exequutiuis, sed quo ad expressa tantum extenduntur, *D.Reg.de Ponte,* qui alios allegat *cons.3.nu.78.& 83.Vinc.de Franch. decis.6.nu.6.* idemque dicitur de clausula, (iuribus Curiæ semper saluis) quæ ad cautelam ponitur, & non quod seruitium sit remissum à Rege, si non fuit dictum, *Andr. in cap.1.num.11.in fin.de probib.feud.alien.per Freder.* & conseruat naturam feudalem, *vt ibidem.*

Et similiter nec obstat illa clausula (ex certa sciẽtia) quia est de stilo, & in omnibus
38 contractibus solet apponi, vt nil remaneat intactum, sed vera est DD. conclusio, quod illa clausula procedit in his, quæ sunt iuris, & quæ in iure consistunt, non autem in his, quæ præsumuntur ignorari, vt sunt, quæ in facto consistunt, vt latè comprobat idem *Reg. de Ponte in d.cons.3. nu.81. & seq. 86. & 87.Fabius de Anna cons.66.nu.41.& 42. Grammat. decis.105. nu.3. & 4.* & ideo in hac clausula pars non potest se fundare in aliquo, imò contra eam facit.

Nec dicatur, quod dum nõ adest clausula quoad expressa tantum) debet extendi ad
39 omnia, quia respondetur, quod licet dicta clausula fuerit consueta apponi tempore *Freccia,* vt ipse dicit in *lib.2.de subfeu.quæst. 3. nu.7.fol.180. & Præsid. de Franch. in decis.153. nu. 25.* tamen, & si dicta clausula non apponitur, ex iuris dispositione vltra expressa assensus non extenditur, idem *Vinc. de Franch. in d.decis.153.nu.27,* & DD. ibi allegati.

Ad Quartum caput, de testamento Camilli nullo iure, pars aduersa opitulari sibi potest, siquidem fuit ipso iure nullum, & institutio non valet, & succedit vocatus à iure inuestituræ ex dispositione iuris, & non vt hæres, *Afflict.decis.385.num.5.* & latè *Vinc. de Franch.in decis.1.& Afflict. in constitut. constitutionem diuæ memoriæ, sub nu.4.* dum
40 enim disposuit de feudis ad beneficium Io. Baptistæ fratris, exclusa ipsa Lucretia eius vnigenita filia legitima hærede in eis, *cap.1. de success. feu. Andr.in l.Imperialem,num.3. vers. nec in testamento.* vbi ponit rationem,
41 quia hæres in feudis intelligitur de filio, *§. & si clientulus, de alienat. feu. Bar.cons.56. vol.3.* & secundogenitus, & omnis, qui non est immediatus successor dicitur extraneus, *Loffred. in cons.38.nu.14.* & infra hic *nu.82, & glos. in constit. constitutionem diuæ memoriæ, vers. super feud.* firmat conclusionẽ, quod si quis testatur de feudo in alium quã in successorem, est alienare, & contradicere dictæ constitutioni.

Nulla dispositio valet in feudis absque assensu domini, nisi qui disponit, disponat secundum leges, & ad beneficium vocati in feudis, quia tunc disponit secundum iura, *Afflict.in constit. hac adictali, nu.7.* subdens *nu.9.* quod remedium *l.fin. C.de edict. Diui.* non habet locum, quando testator instituit hæredem non vocatum in feudis, vt refert *Vinc.de Frãch.in decis.1.in princ.* & nouissimè *D.Tapia in Sacr.Cons.decis.1.* & licet cõtrarium tenuerit idem *Afflict. in decis. 119.* dicit, quod Doct. de consilio non fuerunt memores de *glos. in d. constit. hac edictali.* Quo fit, vt Io. Baptista secundogenitus vigore dicti testamenti, illegitimè se intrusit in possessionem prædictorum feudorum spectantium ad Lucretiam, & possessionem eorum occupatam detinuit, & detinet, eum mala fide, & spoliauit Lucretiam pupillam.

Duabus siquidem rationibus dispositio testatoris super feudis sine assensu nõ valet, altera, nè Imperij honor diminuatur, altera, nè aliquis habeat à domino non vocatus, ita *Camer. in l. Imperialem, fol. 24. lit.B.* Ad

hæc

hæc feuda ex l. inueſtituræ erat vocata Lucretia filia, & non Io. Baptiſta patruus, ergo nullum fuit, & eſt tale teſtamentum. (Poſt hæc ſcripta fuerunt factæ diligentiæ, & repertum, quod etſi Io. Baptiſta tentauerit in Mag.Cur.Vic. ſe declarari hæredem Camilli fratris, ex quo teſtes depoſuerunt adeſſe Lucretiam filiam Camilli non optinuit decretum preamboli, ſed in anno 1534. reperitur deſcriptus in cedulario ſobreptitiè, & & obreptitiè, vt ex ſcripturis nouiter productis.)

Ad Quintum, & poſtremum caput reſpõdetur pluribus medijs, & primo, quod feudales regulæ nos docent refutationem ſolam valere, cætera pacta non, ita cõcludit *Andr. in conſtit. conſtitutionem diua memoria, & in cap. 1. verſ. & licet, in §. ſi libellum, in 1. & 2. colum. de alien. feud. pater.* quem ſequitur, & declarat *Camer. in l. Imperialẽ, fol. 30. lit. T.*

Hæc non fuit refutatio, ſed principaliter ceſſio pro paragio ſupplimento paragij, & legitimæ, vt aſſerebatur ad Lucretiam ſpectare, aſſerebat enim Io. Baptiſta patruus, & tutor Lucretiæ ipſum eſſe Baronem Macchiæ, & Montis Roduni, vt ex primo contractu facto in Ciuitate Iſerniæ ſub die 22. Nouembris 1548. vt infra.

Verba Tranſactionis.

Lucretia de Afflicto ex parte vna, & Io. Baptiſta de Afflicto eius patruo Barone Montis Roduni, & Macchia ex parte altera, deuenerunt ad conuentionem, quod ex nunc pro tunc facta promiſſione ducatorum 3000. per ipſum Io. Baptiſtam pro dotibus ipſius Lucretia, ipſa Lucretia dare, & cedere habeat, & irreuocabiliter inter viuos omnia iura omnemq; actionem, partem portionem legitimam, paragium ſupplementumq; legitima, & paragij, ad eam ſpectans, de bonis iuis paternis, maternis, fraternis, patruorum, & auunculorum, & auia vtriſque, & ſi igitur ſuper dictis Terris, ſeu Caſtris Montis Roduni, & Macchia, qua fuerunt dicti quondam Ludouici Aui ipſius Domina Lucretia, vt fol. 55. & ater. 22. Nouembris 1548.

Super hac tranſactione fuit impartitus aſſenſus eodem die 22. Nouembris 1548. fol. 61. non obſtante diſtantia ex Neapoli ad Iſerniam, in quo aſſenſu exprimitur Proregi, quod Caſtra Montis Roduni, & Macchiæ ſunt ipſius Io. Baptiſtæ de Afflicto fol. 61. & petitur aſſenſus ſuper renunciatione facienda per Lucretiam, quæ renunciatio iam erat facta eodem die in Iſernia, & poſtquam aſſenſus præſtatur ſuper contractu faciendo, & contractus iam erat factus, non extenditur aſſenſus ad contractum factum, vt per *Camer. fol. 55. lit. B. & Vinc. de Franch. deciſ. 105. nu. 1.* & licet fuerit poſtea ratificata, adeo quod infra quatuor menſes, prædictus Io. Baptiſta, qui conſcius erat de eius dolo, per quatuor contractus, hanc quietationem ratificare fecit, ex quibus apertè cognoſcitur mala fides Io. Baptiſtæ, imo quod ſuper hac tranſactione nõ adeſt aſſenſus, liquet ex dictis, & deciſis per *Vinc. de Franch. in deciſ. 649.* à contrario ſenſu ſtante diſtantia ex Neapoli ad Iſerniam milliarium 80. in circa.

Hæ quietationes, & ceſſiones factæ per Lucretiam pupillam, & in poteſtate tutoris, ſunt ipſo iure nullæ, & concurrente metu reuerentiali patrui tutoris, & Auiæ, quia re ipſa, & dolo videtur apertè decepta, vt in ſimili fuit deciſum per S.C. in *deciſ. Vinc. de Franch. 119.* in qua non fuit habita ratio,
43 nec de renunciatione, nec de ratificatione cum conſenſu viri, nec de taciturnitate per longum tempus facta per mulierem, quæ renunciauerat, nec etiam de natiuitate liberorum, vt in *nu. 15.* tanto magis, quia iam videntur, quod non tangunt refutationem feudorum, ſed quo ad paragiũ, & dotes maternas quondam Ioannæ Caietanæ matris Lucretiæ, quæ fuerunt duc. 3500. vt ex inſtrumento fol. 19. & intereſſe ipſorum fuit exactum contra patrem Ioannę debitorem dotis ab ipſo Ioan. Baptiſta tutore in duc. 2245. 2. 5. vt ipſe aſſerit in dicta trãſactione facta Iſernię fol. 57. & ex decreto fol. 187. in fine, ſpectabat etiam ipſi Lucretiæ portio dotis, & antefati ex perſona Altobellæ Pandone Auiæ, & dos fuit duc. 3000. & antefatũ duc. 1000. fol. 212. in princ. adeo quod dos materna ipſius Lucretiæ, & intereſſe dotis prædictæ aſcenderant ad duc. 5784. 2. 5. & portio ex dotibus, & antefato Altobellæ Auiæ ad alios duc. 1500. in circa, igitur ſi Ioan. Baptiſta ſoluit duc. 3000. pro dotibus ipſius Lucretiæ, fuit in euidenti vtilitate, nam penès eum remanſerunt duc. 2284. 2. 5. qui ſpectabant ad ipſam Lucretiam ex dotibus maternis, & auitis.


Nec dicatur hos actus extendi ad refutationem, ſtante quod fuerunt inter neptem, & patruum, immediate ſucceſſorem, ex doctrina *Camerarij in d. l. Imperialem, fol. 25. lit. L.* quia illud procedebat de iure antiquo,
44 vt declarat idem *Camer. fol. 31. lit. L. P. & Q.* non autem nouo iure, quando actus nõ operantur vltra intentionem agentium,

l. non omnis, ff. si cert. petat. dum de refuta-
tione feudorum nulla penitùs fuit facta mē-
tio, imo Io. Baptista dicebat dicta feuda esse
sua, & ad eum peruenta ex Ludouico patre,
vt ex transactione supra notata, ergo fatuū
esset asserere renunciationem paragij, & le-
gitimæ, & iurium pro eis competentium
super feudis, extendi ad refutationem, quæ
debet fieri in substantia, & in forma spe-
45 cifica, quia per renunciationem generalem
non intelligitur renunciatum feudum, in cu-
ius renunciatione requiritur pactum specia-
le, *cap. 1. de eo, qui finem fecit agnat.* ibi *non
obstare illud pactum, nisi feudum omnino
refutauerit*, vbi *Aluarot. num. 5. Bal. in in-
diuiduo in authent. in successione, nu. 6. cir-
ca finem, C. de suis, & legit.* & idem *Bal. in
l. Imperialem, de prohibita feudi alien. per
Frederic. num. 1.* affirmat in generali obli-
gatione bonorum non venire feuda, nisi spe-
cialiter obligentur, per *l. obligatione gene-
rali, ff. de pignor.* secundum *Bal. ibi, & l. eo.
dicillis, §. instituto, ff. de legat. 2.* & facit *l. 1.
C. quæ res pignori obligari possunt.*
46 Et quod consensus non extendatur ad nō
imaginata, & non expressa, latè *Andr. in
cap. 1. qui success. tenean. num. 5. vers. con-
sensus*, vbi multa ad propositam materiam.
Nec illa verba generalia cedere omnia
iura &c. possunt extendi ad refutationem,
& cessionem Castrorum: quia generalia
47 verba transactionis restringuntur ad rem,
& causam de qua fuit tractatum, *text.* est
apertus in *l. si de certa. 31. C. de transact.
C. de iudic. l. qui cum tutoribus, quæst. 6. fin.*
ibi, *iniquum est enim perimi pacto id, de quo
cogitatum non docetur*; clarum est, quod fuit
tractatum de renunciatione, & transactione
paragij, & legitimæ, ac dotium maternarum
tantum, ergo non potest extendi ad cessionē
feudorum valoris duc. 80. mil. vt pars ipsa
fatetur in eius supplicatione fol. 218. quia
48 generalis renunciatio restringitur ad con-
tractum, super quo interponitur, notab. *tex.
in l. iubemus. 21. C. ad Velleian. Andr. in
cap. 1. nu. 7. qui success. tenean.* imò, & si in-
terueneriti Aquiliana stipulatio, non exten-
ditur ad incogitata, *l. cum Aquiliana. 5. ff. de
transact.* nam refutatio est tollere personam
de medio, & cedere locum agnato, *cap. 1. de
eo, qui finē fecit agnato.* vbi *Andr. & in cap.
1. §. & si libellum, col. 2. & 3. de alien. feud.
pater.* hoc non fecit Lucretia, ergo ei non
obstat.
Vltimo, quod hæc transactio non fuit do-
natio, seù cessio feodorum, sed paragij tan-
tum, patet expresse, nam Ioannes Baptista
post mortem Camilli occupauit feuda, &
ipse soluit releuiū de anno 1540. vbi decla-
rat feuda esse sua fol. 208. & hoc clarius co-
gnoscitur ex artic. 11. Ludouici fol. 117. vbi
declarat non fecisse renunciationem feudo-
rum, sed paragij, quinimo etiam si renun-
49 ciasset omnibus successionibus, & hæredita-
tibus, nō veniunt feuda, *Dyn. in cons. 2. Bart.
in l. item videndum, §. nunc videamus, ff. de
petit. hæredit. Loffred. in cap. 1. de natura
success. feud.* per *text. in cap. 1. in generali, si
de feud. defunct. milit. & in cap. 1. de cap. qui
cur. vendid. Socin. in cons. 74. volum. 3.* &
quod renunciatio, & cessio feudi facta à mu-
liere non valet, *Andr. in cap. 1. de natura
success. feu. nu. 26. & seq.* vbi *nu. 31. in fin.*
ponit, quòd qñ renunciatio fuit facta metu
non valet, quinimò, & quod maritus non
teneatur ad promissionem de renunciatione
facienda per vxorem, tenet *Anellus Amatus
in cons. 54.*
Quibus sic stantibus omni iure speratur
prædictum Ioannem Baptistam de Afflicto
debere condemnari ad relaxandum ipsi Sci-
pioni Actori Terram Montis Roduni, & feu-
dum Vallis amplæ cum fructibus à die mor-
tis Camilli Patris Lucretiæ, ac etiam ad sol-
uendum fructus Terræ Macchiæ à dicto die
mortis Camilli vsque ad diem venditionis
factæ Aloysio de Marra, & prædictum Io. Ba-
ptistam de Marra filium, & hæredem Aloysij
condemnari ad relaxandum Terram prædi-
ctam Macchiæ cum fructibus à die emptio-
nis Terræ prædictæ. Cætera suppleat Do-
minorū iudicantiū Religio. In anno 1610. in
banca de Felice.

Io. Dominicus Tassonus.

Causa ista non fuit finita ob mortem
prædicti Actoris amici carissimi, de mense
Augusti 1622.

Visis iam prædictis in materia Assensus, quæso ne pigeat infrascriptas alias Allega-
tiones perpendere in eadem materia, sed in diuerso Articulo.



IESVS

IESVS MARIA IOSEPH.

Aſſenſus difformis contractui, & infra biennium non regiſtratus in Regia Camera, an valeat?

ALLEGATIO XI.

PEtitionem Petri Ferraù, ſuper relaxatione facienda per Mariam Rauaſcheriam de Terra Belmontis vna cum fructibus, ex infradicendis iuſtiſſimam fore demonſtrabitur.

Verum eſt in facto, quod ſub die 19. Nouembris 1578. Diana de Tarſia optulit memoriale S. E. petendo aſſenſum ſuper venditione Terræ Belmontis liberè, & in perpetuũ facienda per eam Io. Aloyſio Piſcicello, & fuit prouiſum, fiat in forma.

Sed poſtea venditio prædicta non fuit facta liberè, vt erat expreſſum Proregi, ſed cõditionata, & pactionata, vt infra.

Sub die 3. Decẽbris 1578. ſtipulatur contractus inter d. Dianam venditricem, & Petrum Franciſcum Rauaſcherium Procuratorem Io. Aloyſij Piſcicelli emptoris, in quo fit mentio, quod particulares, & Terra Belmontis donauerant ipſi Dianæ duc. 3200. & quia ob venditionem prædictam forſitan lis intentaretur contra eam ſuper reſtitutione prædictorum duc. 3200. ideò prædictus Rauaſcherius Procurator promiſit, quod infra duos menſes dictus Io. Aloyſius Piſcicellus emptor ſe obligabit de extrahendo indemnem, & illæſam, dictam Dianam, & Pelium Ferraù eius filium, de prædicta prætenſione, etiam ante damnum paſſum. Cum his verbis.

Et in caſu quo prædictus emptor non ſolueret dictam ſummam, & periculum dictæ litis non aſſumeret, liceat prædictæ Dianæ, & Pelio Ferraù eius filio, exequi contra eum, & quod contractus dictæ venditionis ex nunc pro tunc, pro infecto habeatur, & illum reſcindere valeat, quia ſic inter eos fuit expreſsè conuentum, & ſub dicta conditione dictam Terram fuiſſe venditam, & non aliter, nec alio modo, & contractus venditionis prædictæ Terræ Belmontis intelligatur factus ſub prædictis conditione, & pacto, vt *fol.* 21. *ater.* Pactumq; hoc ſeruandum eſſe probat *l. ſi pacto.* 14. *C. de pactis.* Deſcribuntur teſtes in prædicto contractu fol. 21. ater. in fine.

Et inde ſubſequitur contractus venditionis prædictæ Terræ Belmontis, eodem die, & hora, & coram eiſdem Notario, & teſtibus fol. 23. & ſeq. vſque ad fol. 29. ater. vbi dicitur: *Præſentibus teſtibus eiuſdem retromentionatis.*

Pelius Ferraù filius, & hæres dictæ Dianæ reuocauit inde venditionẽ prędictam vigore infraſcriptę *conſtit. Regni* ſub die 15. Nouẽbris 1597. & dicit, quod venditio prædicta fuit nulla ex defectu aſſenſus non impetrati, ſiuè non legitimè, ac nulliter impetrati, fol. 32. qui enim actum nullum fecit ipſemet reuocare poteſt, *l.* 1. *C. de liberal. cauſ. l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſit. lib.* 10. *l. poſt mortem, ff. de adoptio. Andr. in cap.* 1. *nu.* 13. *qui ſucceſſ. tenẽatur*; & in Regno ſpeciali lege fuit authoritas iſta emptoribus, & venditoribus conceſſa, vt in *conſtit. Regni, conſtitutionem diuæ memoriæ*, ibi, *eiſdemque contrahentibus, & alienantibus concedimus poteſtatem iure proprio prædicta omnia reuocare.* Reuocationemq; prædictam licere venditori facere ante impetrationem aſſenſus, tenet *Regens de Ponte in tract. de poteſt. Proregis, tit. de aſſenſibus Regijs ſuper dotibus, fol.* 264. *num.* 31. *& in nu.* 36. *verſ. nec intellectus*; declarat verba illa iure proprio, licet *Andr. in cap.* 1. *nu.* 5. *de vaſſallo, qui contra conſtit. Lothary*, ait, verba illa *iure proprio*, intelligi, ideſt per ſententiam, & iudicium, & declarat etiam *Frecc. de ſubfeud. fol.* 150. *nu.* 15. merito venditor iſte petijt in Sac. Conſ. condemnari Carolum Rauaſcherium Patrem ipſius Mariæ poſſeſſorem dictæ Terræ, ad ipſius relaxationem vna cum fructibus non obſtante venditione, quę fortè appareret, tanquam nulla ob defectum aſsẽſus, ſaltem inualidi, vt ex ſupplicatione.

Eſt ergo videndum, ſi aſſenſus prædictus validus ſit.

Nos autẽ, qui iura prædicti Petri Ferraù nepotis, & hæredis dicti Pelij Actoris defedimus: nullum, inualidum, ac ſubrepticium eſſe aſſenſum dicimus ex infraſcriptis.

Y Primo,

Primo, quia non fuerunt omnia expressa Regi, sed tantum fuit supplicatum super vẽditione liberè facienda, & non fuit expressa conditio resolutiua contractus, prout exprimi debebat, dum nil fidei humanę congruũ, quam ea seruare, quę inter eos placuerant, *l. 1. ff. de pact.* vbi quod pacis nomen ex pacto appellatum est.

Secundo, quia non fuit registratus in Regia Camera infra biennium.

Et quoad Primum, dicimus, liquere Dominis Iudicantibus, quod assensus interueniens in alienationibus feudorum habet originem ex Iure Codicis, *toto tit. C. de prædijs decurionum sine decreto non alienandis, lib. 10.* vbi lex prima disponit, quod omnes causæ sigillatim exprimi debeant, ergo dum in hoc assensu non fuit expressum pactum resolutiuum contractus, quod Terra Belmontis sit inempta, & venditio pro non facta; casu quo prædictus Io. Aloysius emptor non soluerit summam duc. 3200. vel periculum litis assumat, vt supra notauimus: nulli
50 dubium est, quod assensus est nullus, & defectiuus, siquidem contractus claudicare nõ debet, *l. Iulianus, §. si quis, ff. de actio. empt.*
51 & ideò si assensus est difformis à venditione nullitas assensus est ineuitabilis, vt tenet *Cõsiliar. Georgius in eius alleg. 5. nu. 62. & 63.*

Et vltra quod contractus pendet à volũtate indiuidua, *l. quidem, C. de iure deliber. l. cum quæritur, ff. de administrat. tutor. l. planè, ff. familiæ herciscundæ*; in casu nostro liquet prius fuisse factum pactum prædictum, & inde venditionem liberè sequutam meritò
52 cum assensus actus de per se subsistens non sit, sed requiritur confirmabile, vt fundat *D. de Ponte in tract. de potest. Proreg. in tit. de assensibus Regijs, §. 9. fol. 351. nu 7.* non potest confirmare id, quod Regi non fuit expressum, nec extenditur ad casus, & ad pacta non expressa, *vulgatis Iuribus*, declaratq; *Camer. in l. Imperialem, & supra hic nu. 18. & seq. & Vinc. de Franch. decis. 153. nu. 25. Andr. in cap. 1. nu. 7. qui successores teneãtur, & in c. 1. §. nec alia iustior, in addit. nu. 42. ante vers. item si Rex, quæ sit prima causa benef. amitt.* per *text. in l. si vnus. 27. §. ante omnia, ff. de pact.*

Dum enim actus sunt correspectiui, & indiuidui, ex continentia facti, & ipsam actionẽ informant, *l. iuris gentium. 7. §. quinimo, ff. de pactis*; ideo nullitas, & defectus vnius, corruit alium, vt dicimus de assensu expedi-
53 to super venditione, & non super pacto de retrouendendo, qui est nullus, & venditio resoluitur ex indiuiduo voluntatis, *Camer. in l. Imperialem, car. 36. l. 6.* cumulatq; innumeros *Crauett. in cons. 246. & D. de Ponte in cons. 67. nu. 17. vol. 1.* & ita decisum refert *Lanar. in cons. 73.* ratio est, quia assensus est subreptitius, & venditio non valet ex indiuiduo voluntatis, & ita decisum refert *Gram. in decis. 76.* post *nu. 22. & 30. D. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. de refut. feudor. fol. 369. nu. 6. & fol. 391. nu. 21. in tit. de refutat. feudor. & in eius cons. 21. num. 37. & cons. 67. nu. 17. & in cons. 10. nu. 12. vol. 1. & in repetit. cap. primi, de his, qui feudum dare possunt, lectio. 6. nu. 26. Frecc. de subfeu. lib. 2. quæst. 16.* & licet aliqui contradixerint, ex quo eo ipso, quod emens emit, dominium acquirit, & postea non potest paciscere, ex quo eius conditio fieret deterior, argumento *ff. de rebus eorum, l. 1. §. fin.* vltra quod hoc fallit in feudis: fallit etiam in contractu, si in continenti fit, nam venditor non esset alias
54 contracturus, quia quæ in continenti fiunt, insunt, *l. lecta, si cert. pet. l. in bona fidei. 13. C. de pact. l. iuris gentium. 7. §. quinimo, ff. de pact.* ex quo idem est actus duo continens, & sicuti per se vult vt teneat, ita, & contra se tenebit, *Andr. in cap. 1. in fine, de feudo dato in vicem legis*. Quinimò etsi modalis esset dispositio (stante clausula resolutiua per conditiones appositas) reuocatur, & annullatur actus, siquidem conditio, & modus à pari procedunt in egressu reuocando, & annullando actum non ex nunc, sed ex tunc, vt in proposito satis eleganter dixit *Andr. in §. sed nec alia iustior, nu. 4. quæ sit prima caus. benef. amitt.* & ideo in tantum venditio valeret, in quantum conditio apposita haberet effectum, argumento *l. 4. §. 1. ff. de pact.* cumque conditio prædicta effectum habere non potest sine assensu, ergo venditio nulla remanet, vt in simile dicitur, quod rescisso testamento paterno per querelam, rescinditur etiam & pupillaris in eodem testamento facta, *Bal. in l. Papinianus. 8. §. sed nec impuberis, nu. 3. ff. de inoffic. testam.*

Et sicut in contractationibus adiectionis in diem, vel legis cõmissorię, pacta illa contractum ipso iure resoluunt, ac si nunquam interposita fuissent, *l. item quod dictum, & in l. 1. ff. de in diem adiect. l. fundo, & l. fin. ff. de lege commis.* quod intellige, quatenus velit venditor, in cuius beneficium pactum esset appositum, quia nõ dicetur contractus claudicare, sed dicitur venditio pura resoluenda sub conditione, ad *tex. in l. 2. & in l. sabinus, ff. de in diẽ adiectione, & l. 1. 2. & 3. ff. de leg. cõmiss. D. de Ponte in tract. de potest. Proregis, tit. de elect. official. fol. 104. nu. 22.* ita & in casu nostro, cum dominiũ fuit translatum sub tali conditione, & suspensiuè: ideo

fit, vt

fit, vt reſoluto contractu ad ſua principia attractiua reddat, ex ratione *text. in l. volũtate, in fine, ff. quib. mod. pign. vel hypotheca ſolu. & D. de Ponte in d. conſ. 67. nu. 20.*

Hinc eſt, quod vendita Terra Luparellæ cum pacto, quod pendente ſolutione, non intelligatur tranſlatum dominium: dum in aſſenſu non fuit expreſſum hoc pactũ reſeruationis dominij, venditio, & aſſenſus fuerũt declarati nulli, per deciſionẽ S.C. reſte *Vinc.*
55 *de Frãcb. dec. 540. vol. 4.* quia aſſenſus regulatur à contractu, & non è contra, *Camer. in l. Imperialem, fol. 52.* & fit, vt aſſenſus præſtitus obligationi, non intelligitur venditioni præſtitus, nec è cõtra, *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg in tit. de aſſenſibus ſuper dotibus, nu. 4. fol. 251.*

56 Aſſenſus .n. eſt gratia, & omnis leuis ſubreptio gratiã vitiat, *c. 1. in fin. de feud. guardia*; eo magis, quia in aſſenſu ſemper dicitur, vt in iſto (*veris exiſtentibus prænarratis,*) & ideò ſi omnia pacta, & conuentiones inter partes narrata, & expreſſa nõ fuerunt, vitiatur gratia, quoniam aſſenſus vires ſuas in expreſſis, quę legũtur oculo corporis habet, vt per *Frecc. de ſubf. lib. 2. q. 35. nu. 41. f. 230.*

Nec dicatur in caſu noſtro duos adeſſe cõtractus ſeparatos, & ideo aſſenſus validat venditionis contractum ſeparatũ à prædicto pacto reſolutiuo, & ſuſpenſiuo venditionis: quia hoc idem fuit deciſum per S. C. in *dec.*
57 *Vinc. de Francb. 126.* vbi eodem die coram eiſdem Notario, & teſtibus fuerunt duo contractus celebrati, vnus de venditione feudi, alter de pacto retrouendendi: dumuè aſſenſus impetratus fuerit ſuper venditione tantum, & non ſuper pacto de retrouendendo, declaratus fuit nullus ex indiuiduo voluntatis; Ratioq; eſt, quia pactum de retrouendẽdo fuit primariũ in intentione, ſine quo venditor non eſſet venditurus, & ſub *nu. 7.* ibi dicit, quod in cauſa Baronis Durazani ſic etiã fuit iudicatum, & facit *Iacob. Mand. Alben. in conſ. 45.*

Quæ omnia proceſſerunt ex pulchra doctrina *Bal. in l. auia, nu. 21. C. de iur. dot.* vbi poſuit ſubtilem quæſtionẽ, quod ſi extraneus puellæ dedit dotem, tradendo eam, & poſtea ſtatim paciſcitur ſibi reddi, & non obſtante, quod erat quæſitum ius puellæ, tale pactum
58 reddendi dotẽ valet, ex quo cauſa finalis eſt illa, qua ceſſante, quis nõ eſſet alias facturus, cauſa.n. finalis extitit principium intẽtionis, licet ſit vltimum exequutionis, quoniam extraneus ea intentione dotauit, vt ſibi reddatur, alias non erat dotaturus ex principio etiam intentionis ſuę: cumq; actus agentiũ non pariant actionẽ ex circumſcripto conſenſu, de neceſſitate ſequitur, quod dotatæ actio non quæratur, ſed extraneo dotanti, & ideò non eſt neceſſaria fictio, ita *Bald. ibi num. 24. & 25.*

Meritò ad caſus noſtri conferentias dicimus, quod dum venditio fuit facta cum ſupradicto pacto reſolutiuo contractus, quod factum non ſolum fuit primarium in intentione, ſed in ipſa ſcriptura; ſi non fuit hoc expreſſum Regi, aſſenſus nullus defectiuus, ac ſubreptitius, & obreptitius redditur, &
59 ſubſiſtere nõ poteſt: nam alias feudi dominium in ſuſpenſo remaneret, quod fieri non poteſt, quia nõ volat per aerem, ad trad. per *Ang. in l. cum quis, §. ſi debitorem, ff. de ſolut. & Pereg. in tract. de iur. fiſci, lib. 5. c. 1. nu. 58.*

Ad perficiendum .n. contractum feudalẽ, requiruntur conſenſus venditoris, emptoris, & Regis, qui tollit obſtaculum: vnde ſi conſenſus vnius ex iſtis deficeret aſſenſus non poteſt operari, ſecundum terminos notos, &
60 *Vinc. de Francb. in dec. 540. nu. 11.* in caſu noſtro conſenſus venditoris fuit cum ſupradicto ſpeciali pacto reſolutiuo contractus, ergo dum Regi non fuit expreſſum, dominiũ feudi non fuit tranſlatum, ex quo conſenſus venditoris, ac Regis deficit.

Nec prædictis obſtare poſſet doctrina *Frecc. de ſubfeu. lib. 2. q. 41. nu. 10. & 11.* vbi decidere videtur, quod ſi fuit venditum feudum, & pro reſiduo pretij remanſit feudum obligatum, ſi aſſenſus petitur à venditore, & non expreſſit hanc hypothecam, aſſenſus valet: ſiquidem reſponderi poteſt, quod caſus ille eſt diuerſus à noſtro: ibi .n. tacuit hypothecam, & ſic tacendo emptor, & venditor renũciare poſſent hypothecæ, vt per *D. de Francb. in d. dec. 540. nu. 21. & 22.* In caſu noſtro fuit tacitum pactum appoſitum in contractu, vt Terra ſit pro non vendita, & venditio pro non facta, vt ſupra, quæ pacta faciunt dominiũ feudi in ſuſpenſo remanere: quia non fuit tranſlatum liberè in emptorem abſq; conſenſu venditoris, & Regis tollentis obſtaculum, vt diximus ſupra, & ideo aſſenſus ſubſiſtere non poteſt ex indiuiduo voluntatis venditoris, qui alias non cõtraxiſſet, ita *D. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. d. fol. 393. nu. 22.* ex quibus ſatis liquere credimus fundatam eſſe hanc primã concluſionem, & alia non indigere dote.

Ad ſecundum caput dicimus, quod in aſſenſu adeſt conditio, quod infra biennium regiſtretur in quinternionibus Regię Cameræ, alias habeatur pro non ſcripto, vt ex aſ-
61 ſenſu fol. . . ergò dum non fuit regiſtratus, eſt nullus, & habetur pro non præſtito, *Pragmat. 9. de feudis, Georgius in allegat. 3.*

*sub nu.*11. post *Afflict. in decis.* 335. *nu.*16. vbi sic in specie determinat, & sequitur *D. Rouitus in nouissimis commentarijs ad prag. Regni, in prag*, 16. *sub tit. de feud. nu* 32. *fol.* 3ac. vbi expressè determinat, assensum ex defectu registrationis illius in quinternionibus Regiæ Cameræ, ex clausula priuilegiorum fauore Regis fore nullum: Talitq; nullitas contrahentibus prodest pro acquisitione Iuris reuocandi, & allegat *Afflict. in d. dec.* 335. *nu.*14. quidquid dixerit *D. de Ponte in cons.* 17. *nu.*8. *vol.*2. quod talis registratio est pro cautela Fisci, & quandocumque registrari posset, & quod assensus valet.

Nec dicatur, quod registratio assensus in concessione facta per Io. Aloysium Piscicellum ad beneficium Turini Rauascherij parti opituletur: quia esset dicere, quod ius su-
63 perueniens habet locum in feudis, quod est omnino falsum in Iure feudorum, vt per *D. de Franch. in decis.* 540. *nu.*14.

Ergo tam ex primo, quam ex secundo capite, patet, quod talis assensus fuit, & est nullus, & inualidus, & quod omni Iure debet condemnari prædicta Maria Rauascheria ad relaxandum Terram prædictam Belmontis, vna cum fructibus. Cętera suppleat &c. De anno 1617.

Io. Dominicus Tassonus.

Ista causa ad vlteriora non processit stante morte prędicti D. Petri Ferraù morigeratissimi, & optimi viri in Vrbe, ad quam vti Legatus Ciuitatis Cosentiæ accesserat. Processus est in Banca Sarri.

Aduerte tamen quo ad registrationem assensus, illam fieri debere, quando de transferendo dominio ageretur, ad finẽ vt Regius Fiscus sciat, penès quem reperiatur feudum pro exigendis seruitijs militaribus, & oneribus feudi, vt apertè colligitur ex mente *pragmat.* 9. *de feudis.* sed quando agitur de obligationibus feudorum, registratio non est de essentia, secundum *D. de Ponte in tract. de potestate Proregis, sub tit. de assensibus, §.*4. *nu.*4.

Et prosequendo materiam assensus, fuit etiam in grauissima causa controuersum, num sine assensu Regio fieri possit fideicommissum super officio Actuariatus Prouinciarum Calabriæ, & super officio Credenseriæ Ciuitatis Cosentiæ, quæ officia per prius in vita concessa, inde per Regem Fredericum fuerunt ampliata Bernardino, & Ioanni Mariæ de Bernaudo fratribus, pro eorum hæredibus, & successoribus in perpetuum, vt infra: Ego autem tuendo partes Pirri, & Io. Andreæ de Ciaecio Conestabile Actorum, (de quibus vide supra *vers.*3. *obseruat.*3. *nu.*168.) infrascripta allegabam, & deinde additiones edidi, ex quibus certo certius liquebit, officia prædicta fuisse, & esse, vel membra feudalia Ducatus Calabriæ, vel saltem de regalibus, quæ strictiorem naturam retinent quam feuda, & successiuè sine Regio assensu fideicommissum prædictum fuisse, & esse nullum.

De hac causa facit mentionem *Consiliar. Georgius in repetit. feudalibus, par.*1. *cap.*55. *in fine*; qui tunc temporis erat Commissarius illius causæ in Sac. Cons. ideo eius sensum aperte non patefecit, sed erat opinionis, fideicommissum prædictum fuisse, & esse nullum sine assensu, vt oretenus, remissa causa ad Regiam Cameram inde declarauit, & ex eius scriptis ibidem perpendi poterit, & inferius perpendetur.



IESVS

IESVS MARIA IOSEPH.

Ex Berardino. Et Ioan. de Bernaudo. Fratribus

Confaluus.	Pyrrus.	Ferdinandus.	Ioannes Maria.
Io. Iacobus.	Antera. Philippus.	Francifcus.	Ioan. Maria ad præfens conuentus.
Laudomia, Portia.	Petrus de Ciaccio.	Ferdinandus ad præfens conuentus Dux Bernaudæ.	
	Pyrrus, Ioan. Andreas de Ciaccio Actores.		

Fideicommiffum fuper officio conceffo pro hæredibus, & fuccefforibus in perpetuum, an fieri poffit fine Regio Affenfu? & num officia prædicta fint de regalibus, & eorum fucceffio quomodo reguletur de Iure communi, vel Regni.

ALLEGATIO XII.

PYRRVS, & Io. Andreas de Ciaccio profequẽdo iudicia intentata per Antiram de Bernaudo eorum auiam paternam, petunt condemnari Ioannem Mariam de Bernaudo, & Ferdinandum de Bernaudo Ducem Bernaudæ ad infrafcripta quatuor capita.

Primo, ad eis relaxandum tertiam partẽ officiorum Magiftri Actuariatus Prouinciarum Calabriæ, & Credenferiæ Ciuitatis Cofentiæ, vna cum emolumentis, ftante morte Laudomiæ, & Portiæ de Bernaudo neptum prædictæ Antiræ, & filiarum Ioannis Iacobi de Bernaudo eius fratris, vt ex fupplicatione prædictæ Antiræ de anno 1600. fol. 177.

Secundo, ad eis foluendum duc. 1330. capitalis, & pro eo annuos duc. 130. decurfos, & decurrendos cum damnis, & intereffe, vt in alia fupplicatione fol. 221.

Tertio, ad eis foluendum duc. 500. legatos Antiræ per Philippum de Bernaudo eius fratrem, vt in fupplicatione fol. 118.

Quarto, & Vltimo, ad eis foluendum duc. 1000. legatos Antiræ per Pyrrum de Bernaudo eius patrẽ (vltra dotes duc. 2000.) fi Io. Iacobus, & Philippus poffidebant officia prædicta, vt in fupplicatione fol. 374. in fine.

Cumque refpectu fecundi, tertij, & quarti capitis, nulla poteft oriri difficultas, ftante notorietate facti, & ex fcripturis patet fol...

Nec prædicti conuenti poffunt prætendere effe hæredes Io. Iacobi cum b. l. quia inuentarium non fuit legitimè confectum, nec citata, prout citari debebat Antira, nã Procuratoris citatio non fufficit, quoniam principalis eft citandus, *glof. in verb. agentes, in §. hinc nobis, in auth. de hæred. & falc.* vbi *additio Bart.* & inuentarium fuit confectum poft plures annos, ac non defcriptis bonis hæreditarijs, & ideo hæredes fimpliciter remanent.

Tertium caput legati duc. 500. liquet ex teftamento Philippi fol. 183. & Io. Iacobus fuit hæres prædicti Philippi, vt in dicto teftamento, & vti hæres fuit condemnatus ad foluendum debita Philippi, vt ex decretis fol. 489. & 490. & hæredes Io. Iacobi funt ipfi conuenti de Bernaudo fol. 195.

Quartum, & Vltimũ caput, etiam liquet ex teftamento Pyrri patris Antiræ, fol. 14.

Remanet ergo difcutiendum primum caput, pro quo dicimus.

Verum effe in facto, Pyrrum de Bernaudo patrem Antiræ, poffediffe tertiam partem prædictorum officiorum, fine (vt proprius

loquar) perceptionem, & administrationem emolumentorum dictæ tertiæ partis, pro se, & hæredibus, mortuoq; dicto Pyrro, superstitibus Ioanne Iacobo, Philippo, & Antira eius filijs, decessit postea Philippus absque filijs, superstite Io. Iacobo fratre, & hærede; mortuoq; dicto Io. Iacobo cum Laudomia, & Portia eius filiabus, & hæredibus, quæ possiderunt tertiam partem prædictorum officiorum, etiam vigore decreti S. C. lati iunctis Aulis fol. 29. quibus in pupillari ætate mortuis, erat superstes ipsa Antira earum amita, & heres sanguinis, & proximior, & indubitati iuris est, ipsam Antiram amitam succedere vigore inuestituræ pro se, & hæredibus, quæ interpetrata fuit semper, vt Patruus, & Amita succedant nepotibus vigore *constit. vt de successionibus*, & ibi *glos. in verb. acquisitis*, & ibidem *Barthol. de Capua, & D. Rouitus in prag. 6. de feud.* & successiuè ipsos Actores de Ciaccio nepotes prædictæ Antiræ, vti descendentes ex dicto Pyrro de Bernaudo Abauo succedere in officijs prædictis, exclusis Io. Maria, & Ferdinando de Bernaudo conuentis transuersalibus, & remotioribus, prętendentibus succedere vigore fideicōmissi nulli, & inualidi facti per dictum Pyrrum, & fratres de Bernaudo super officijs prædictis absque Regio assensu, quia etsi hæ reciprochæ substitutiones in bonis liberis valeant, *l. de quæstione. 30. C. de pact. Cacher. in decis.* 100. & facit *Vinc. de Frāch. decis.* 89. non est ita in officijs, quæ siue regulentur secundum naturam feudorum, siue regalium, siue officiorū, omni iure sunt vocati filij, & descendētes ex Pyrro de Bernaudo, ordine successiuo, & proximiores præferuntur tam ex lege communi feudorū, quam vigore constitutionum Regni, ex quo non omnia sunt libera in nostro commercio, vt ad libitum de eis disponere valeamus absq; Regis assensu, & voluntate, prout inter cætera sunt feudalia, regalia, & officia; & de regalibus, & officijs habemus titulū, *quæ sunt regalia*, & sic statutum est in *constit. Regni. scire volumus*, vbi *glos.* ęquiperat regalia, & feudalia, quoad alienationem prohibitam absque assensu, ibiq; dixit *Afflict. circa finē, in vers. glosa vnica, vtroque casu absque assensu non posse alienari; & in col. 2. vers. sed in ipsis, & in 4. notab.* specificat, *siue rega-*
63 *lia dentur in feudum, siue in allodium, & in burgensaticum, non posse alienari sine assensu, nec in dotem dari*; idemque firmat *Capy. in inuestit. feudal. in verb. gabellis, vers. item nota, fol.* 114. vbi similiter exprimit, *non posse alienari sine assensu, siue habeantur in feudum, siue in allodium*; & per prius affirmauit *Bart. in l. eotem ferro, §. qui maximos. nu 4. de public. & in l. in diem. vbi Imol. de aqua pluuia arcen. Frecc. de subfeud. lib. 2. authór. 13. sub nu. 9. versic. ex his patet; fol.* 347. (vbi in specie dixit, *quod regalia con-*
64 *cessa pro hæredibus, retinent naturam, vt sine Principis licentia alienari non possint.*) idemque tenent *Franc. de Amicis de feudis, fol. 63. vers. resistit. Reg. de Ponte in cons. 30. nu. 11. & in decis. 28. num. 10. & in decis. 34. nu. 10.* vbi quod fuit originale dictum *Bart. in d. l. in diem, in fin. ff. de aqua pluuia arc. & in l. eotem ferro, §. qui maximus, num. 4. ff. de public. & Frecc. in lib. 2. de subfeu. in authór. 13. num. 9. versic. nec his. fol.* 347. & probatur in *cap. 1. de capit. qui cur. vend. Bal. Aluar.* & alij in *cap. 1. an agnat.* & nouissimè *doctissimus Consiliar. Georgius in repet. feud. cap. 54. nu. 37. fol.* 397.

65 Officia verò de quibus agimus, connumerari inter regalia, patet ex *constit. scire volumus, & in constit. cum satis.* vbi *Afflict. nu. 5. & 6.* & sic punctualiter dixit *Andr. in verb. potestas, num. 68. quæ sunt regalia*; vbi reddit rationem quare; & *Luc. de Penna in l. contra publicam, vers. 10. C. de re milit.*

Et quod officium Magistri Actorum, sit verè officium, & de regalibus, ac de reseruatis Principi, & non nisi à Rege constitui, & ordinari posse, probat *text. in terminis in l. Actuarios, 7. C. de Numerarijs, & Actuarijs, lib. 12.* vbi *Lucas de Penna* declarat, quod Actuarius est sceiptor publicus, & in *l. Actuarij, C. de erogatio. milit. annonæ, eodem lib.* 12. asserit, esse illos, qui acta faciunt, ergo officiū est, quicquid dicant aliqui, officium intelligi etiam de vili ministerio, quia intelligitur illud vnum significare, quod conuenit, & competit alicui, id officiū dici, & si diuersitas adest, est ex accidenti in re significata, non ex voce significante, vt declarat *Cæsar à Costa in lib. 2. variar. ambiguit. cap. 9.* officium ergo illud stat in sua vera natura inalienabile absq; assensu Principis, vt probatur etiam expresſè ex infrasceiptis scripturis, & ex eisdemmet priuilegijs concessionum.

Primo, ex Priuilegio Regis Ferdinandi de anno 1489. qui dum concessit Bernardino, & Io. de Bernaudo fratribus dictum officiū Magistri Actorum, eorum vita durante, nominat illud officium, & adsunt infrascripta verba.

Damus, donamus, concedimus, ac gratiosè, & liberaliter elargimur fol. 230. ater. plenariè fiducialiter vobis commendamus cum prouisione gagijs, & emolumentis, fol. 230. ater.

Recepto

Recepto tamen prius à vobis fratribus, & utroque vestrum, solito fidelitatis, & de officio ipso fideliter, & legaliter exercendo ad honorem, & statum nostrum, nostrorumque hæredum, & successorum in Regno, corporali ad sancta Dei Euangelia iuramento, fol. 231. *ater. circa finem.*

Vt exerceatis, vel exercere faciatis in Curia, seu Curijs Locumtenentis generalis Calabriæ fol. 231. *in fin. ater.*

Donec vobis vita Comes fuerit, & bene vos gesseritis in eorum administratione, fol. 231. *ater.*

Inuestientes vos &c. quam inuestituram &c. vim robur, & efficaciam vera, realis assicurationis &c. fol. 232.

Taliter vos in administratione dicti officij gesseritis fol. 231.

Secundo probatur, ex priuilegio Regis Federici, vltimo Iunij 1501. qui dum ad supplicationem ipsorum fratrum de Bernaudo, ampliat dictum officium Magistri Actorum ad eorum hæredes, & successores in perpetuum: ac de nouo concedit officium Credenseriæ Ciuitatis Cosentiæ; subdit infrascripta verba, fol. 125. & seq.

Nobis supplicarunt, vt dicta officia ipsis, & suis hæredibus in perpetuum ampliare, commendare, & de nouo concedere dignaremur, fol. 128. *in fin. & ater.*

Propterea ipsis, & post eorum obitum eorum hæredibus, & successoribus in perpetuũ, prædicta officia, cum emolumẽtis, confirmamus, damus, donamus, de nouo concedimus, & gratiosè elargimur, hac tamen conditione, vt tam in obitu dictorum Bernardini, & Ioannis, quam hæredum, & successorum suorum, successores teneantur, & debeant comparere coram nobis, vel nostris in Regno successoribus, & iuramentum præstare de officio ipso, bene, & fideliter exercendo ad honorem, & fidelitatem nostram, hæredumq; nostrorum, fol. 125. *circa medium.*

Mandantes dictis Bernardino, & Ioanni, eorumque hæredibus, & successoribus, quatenus dicta officia fideliter, & legaliter exercere, & exerceri facere, fol. 125. *circa medium.* (ex hac enim ampliatione nouaq; qualitate succedendi, nõ fit nouatio quoad alia, nisi in ea tantum, *Vinc. de Franch. in decis.* 7. *num.* 4. post *Afflict. in constit. Regni. Cum circa iustitiam, nu.* 13. & clausula illa de bene, & fideliter exercendo, creat rem feudalem, *Andr. in tit. per quos fiat inuestitura, num.* 17. *& Franc. de Amic. de feudis, fol.* 63. *col.* 1. *in princ.*)

Tertio probatur magis expressè, ex Priuilegio Regis Catholici de anno 1503. sub die 14. Octobris, vbi ad supplicationem ipsorum fratrum de Bernaudo, eis confirmat officia prædicta cum his verbis.

Vobis Bernardino, & Ioanni Mariæ vestrisq; in his hæredibus, & successoribus in perpetuum officia prædicta cum lucris approbamus, ratificamus, & confirmamus, et quatenus opus est, de nouo concedimus, fol. 126. *ater. in fine. et* 127. *in princ.*

Inuestientes vos, vestrosq; in his hæredes, et successores per præsentis nostri priuilegij expeditionem, fol. 127.

Vt vos, et successores vestri in prædictis, teneatis, fol. 127.

Quod priuilegium interpretetur in fauorem vestri, et vestrum in his hæredum, et successorum; nostris tamen, et Curiæ nostræ Iuribus, semper saluis, et expressè reseruatis, fol. 127.

66 Et quoniam Rex Catholicus non tenebatur stare cõcessionibus factis per Reges Aragonenses, ex quo ipse tanquã nepos Alphonsi Primi prætendit succedere, & sic decisum refert *Reg. Moles in decis.* 114. *Hieronymus Zorita in tom.* 6. *de las empresas, y ligas de Italia, lib.* 7. *cap.* 40. *et Guicciardinus in lib.* 7. *fol.* 329. erant enim prædicti ex linea naturali descendentes ex Ferdinando Primo filio naturali Regis Alphonsi, & ipse Rex Catholicus filius Regis Ioannis fratris prædicti Alphõsi. (Isti. n. duo fratres Alphõsus, & Ioannes fuerunt filij Regis Ferdinandi Primi, qui Rex fuit electus ex grauissimis viris Regni Aragonum, Cathaloniæ, & Valentiæ, ob lineam finitam Regis Iacobi Primi, cui successit Rex Petrus filius primogenitus, deinde Rex Iacobus secundogenitus Regis Petri, deinde Petrus Secundus filius Regis Iacobi, & inde Rex Ioannes primogenitus Petri Secundi, & postea Martinus Primus, in quo linea, & successio defecere, & ideo fuit electus vt supra prædictus Ferdinandus Primus, vt est videre in *foro Aragonum, fol.* 1. *ater.*) & merito idem Rex Catholicus confirmauit, & de nouo concessit strictius, *pro in his hæredibus*, idest pro descendentibus ex sanguine secundum naturam rei, *Dec. in cons.* 171. *nu.* 5. & facit *cap.* 1. *de feud. non hab propr. natur. feudi*; & clausula illa *de nouo concedimus*, mutat naturam præcedentis cõcessionis, *Io. Andreas Georgius in allegat.* 49. *num.* 23. nouumque ius transfert *de Ponte in dec.* 38. *num.* 44. & est specifica concessio, dum totus tenor inseritur *Ruin. in cons.* 196. *nu.* 5. *lib.* 1.

Quarto, probatur etiam ex *assensu præstito per Cæsaream Maiestatem in anno* 1532. dum assentijt venditioni factæ per Consaluũ de Bernaudo filium Berardini, de medietate officio-

officiorum prędictorum Pyrro, Ferdinando, & Ioanni Mariæ filijs Ioannis de Bernaudo, *saluo assensu Regio fol.* 133. *ater.* siquidem in memoriali porrecto per Consaluum, dicitur: *cum possideat medietatem prædictorum officiorum, et vt commodius soluere posset pretium Terræ Montis Cautosi, quam emerat, intendit vendere medietatem prædictorum officiorũ prædictis eius fratribus patruelibus, qui casu quo ipse Consaluus decederet absque liberis, ipsi emptores immediatè successores essent.* Ideo supplicat pro assensu fol. 128.

Et Imperator Carolus Quintus præstat assensum prædictum cum his verbis.

De gratia speciali consentit, cum clausula dummodo ritè, recteq; processerint, partesq; tangantur, natura officiorum in aliquo non mutata, non obstante quod super officijs processum sit, fol. 128. *in fin. et ater. in princ. et circa medium*; Clausula enim ista *natura feudi in aliquo non mutata*, pro interesse Regiæ Curiæ ponitur secundum *Annam in allegat.* 41. *num.* 23. *et* 36. & dum asserebatur, quod prædicti fratres patrueles erant immediatè successuri, Rex reseruauit Iura sua dicendo: *natura officiorum in aliquo nõ mutata*, quasi velit dicere, fore videndum, si successio officiorum ad eos extendebatur, nec cum tali concessione Rex sibi præiudicabat, neq; successionem extendebat vbi non erat.

Et inde assensus, & priuilegium prædictũ fuerunt exequutoriati in Regia Cancellaria fol. 132. & per Regiam Cameram Summariæ expeditæ debitæ prouisiones fol. 132.

Quinto, & tandem apertius probatur ex memoriali ipsorummet de Bernaudo, de anno 1583. dum illi de regimine Ciuitatis Cosentiæ volebant collectare emolumenta officiorum prædictorum, ex quo erat ordinatum per S. E. vt contribuant etiam bona feudalia, & se grauant, allegando *nunquam cõtribuisse, et quod officia prædicta erant personalia, et exempta à collectis, et quod de hoc aderat lis in Regia Camera*, & obtinuerunt prouisiones, quod partes adeant Regiam Cameram, & officia remanserunt exempta ab onere prædicto fol. 478. & ater.

Esseq; verè officia ista, quæ non tenentur ad collectas, nec ad onera personalia, tenet *Frecc. lib.* 1. *de subfeud. in tit. de officio Magistri Camerarij, nu.* 19. *circa fin. fol.* 42.

Et ne dum ex supradictis liquet, officium Magistri Actorum esse verè officium, & de
67 regalibus, sed ex notoria Iuris dispositione, siquidem est annexum, & connexum cum iurisdictione, & eodem tempore natum, ex quo ordinata potestate iurisdictionis, vt homines arceantur à malis, & inducantur ad bonum, & ad vindictam malorum, & laudẽ bonorum, *cap. facta sunt leges.* 4. *dist.* dum in iurisdictione non solum requiratur Iudex vindicans, & Iustitiã regens, sed qui eius acta, & sententias scribat, & notet; orta iurisdictione, & Iudice, ortum fuit officium Actorũ Magistri, qui est Eccho Iudicis, *Bobadilla in politica tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 65. *fol.* 469. ad quod facit illud *Io.* 14. *in Apocal. scribe, Beati mortui etc.* & in *cap.* 1. ibi, *quod vides, scribe in libro etc.* profluit .n. ex ipso fonte iurisdictionis, ideo secundum naturã iurisdictionis regulatur, tanquam radius à sole, & vti subsequens suo principali, & sicuti
68 ipsa iurisdictio est de regalibus, *§. potestas, quæ sint regalia*; ita & officium Actorum Magistri, quia à capite regulantur membra, seu res particulares, *Andr. in constit. si quis in posterum, et Paris. de reintegr. feud. §. sequitur, nu.* 25. *à fol.* 62. & hoc procedere in omni officio etiam sine iurisdictione, dixit *Andr. in d. §. potestas, num.* 67. & ad probandum, quod Magistri Actorum officium vere est officium, allegat *text. in l. eum pro quo.* ibi, *Eum pro quo, apud officium cauit, ff. de in ius voc.* & cautio datur apud Actuarium, cui adde *l. præcipimus, circa medium*; ibi, *officium est accipere ab appellantibus, et scripta litigantibus edere. C. de appellat. et l.* 1. *C. de tabellio. et scrip. lib.* 11. ibi, *à quocumque officio*. Quinimò dici potest, quod Magistri Actorum habent iurisdictionem voluntariam, & honorem, *Gulielmus de Rouille in tract. de iustit. et iure, lib.* 3. *cap.* 7. *et Cassan. in catal. gloria mundi, par.* 7. *consid.*
69 50. dum deferunt iuramentum, & mandant sub pęna (vt in dies videmus) & isti sũt actus iurisdictionis, *l.* 1. *ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit*. quod à priuato non potest fieri, vt in similibus dicit *Frecc. de subseu. in auth.* 46. *nu.* 13. Parent etiã syndicatui *Anna in sing.* 48. vt notum est, & merito dixit doctissimus *Consiliarius Rouitus in pragmat.* 1. *num.* 63. *de syndicatu officialium, fol.* 589.
70 quod syndicatũ præstare tenentur, quicunq; administrant iurisdictionem.

71 Et in Regno officium Actuariatus esse verè officium, probatur etiam

Primò, ex *constit. Occupatis nobis*, vbi distributa administratione Iustitiæ in Regno, in qualibet Prouincia constitutus fuit vnus Iusticiarius, qui vnum Iudicem, & vnũ Actorum Notarium habeat, decernendo, quod talia officia sine annalia, quo loci etiam habetur, quod Actorum Magister venit appellatione officialium, secundum *Afflict. in constit. Magistri Camerarij, num.* 1. *et in constit.*

conſtit. Iuſtitiarij per Prouincias. diſponitur,
vt Actuarij non ſint de eadem Prouincia,
ipſoſque venire appellatione Officialium,
fuit per Sac Conſ. deciſum, teſte *Gizzarell.*
in deciſ. 24. quidquid dixerit *Vinc. de Frãcb.*
in deciſ. 407. *& Fab. de Anna in conſ.* 107.
lib. 2. *num.* 20.

Secundo, ex *conſtit. Regni. Baiulos*, & ex
cap. Regni. Item quod prædicti Officiales. in-
ter quos notantur, Iudices, & Actorum Ma-
giſtri, vt ſint annales.

Tertio, ex alio *cap. Regni. Ita quod om-
nes Officiales in futurum creandi*. vbi Acto-
rum Notarij, ſicut & Iudices, tenentur iura-
re reginali Maieſtati de fideliter exercendo
officia prædicta.

Quarto, ex alio *cap. Regni.* 266. *incip. Itẽ
quod prædicti Officiales*. vbi diſponitur, vt
Magiſtri Actorum non poſſint eorum officia
vendere, quocunque quæſito colore, & quod
iuramentum præſtent, ſecundum capitula
Regni.

Quinto, & tandem, ex *pragmat.* 2. *de offi-
cijs ad Regia Maieſtatis collat. ſpectan.* vbi
in ſpecie dicitur, officium Magiſtri Actorũ
Prouinciarum Calabriæ ſpectare ad collatio-
nem Regis.

72 Quo vero ad Credenſeriæ officium idem-
que dicimus, eſſe verè officium, & ad ſolum
Regem ſpectare eius collationem, vt fundat
Loffred. in conſ. 4. *num.* 1. *& ſeq. & num.* 19.
illudq; exẽplificat officio Scribę portionis, &
de hoc officio loquutus eſt *Reg. Moles in dec.
ad Pennam ſub rub. de vltimis exituris Re-
gni, verſ. ſunt duo Credenſerij, quorum offi-
cium eſt duos conſidere libros*.

Et verè officium eſſe dixit *Frecc. de ſubf.
lib.* 1. *ſub tit. de off. magni Camerarij. nu.* 12.
fol. 41. & in *lib.* 3. *in tit. different. feudorum
regalium, & Titulatorum, nu.* 11. *pag.* 430.

73 Omne enim officium ſiue habeat iuriſdi-
nem, ſiue non, eius collatio ſpectat ad Re-
gem, *Afflict. in conſtit. cum ſatis. nu.* 7. vbi
nu. 8. dixit. quod ſiue concernat iuriſdictio-
nem neceſſariam, ſiue voluntariam, de rega-
libus eſt, & ad Regem pertinet: quia regalia
ſunt, quæ ad decus, & honorem Regiæ Cel-
ſitudinis conſtituũtur, vt fundat *doctiſſimus,
& circumſpectus Regens Valenzuela Domi-
nus meus in conſ.* 93. *num.* 41. Officia magis
inherẽt oſſibus Principis, quam feuda, ſiqui-
dém regalia non debent concedi; niſi ad vi-
tam, & ſi cõceduntur pro hæredibus in per-
petuum, aut præſumitur Principem erraſſe,
aut facilè reuocare poterit, ſecundum *Afflict.
in rub. quæ ſint regalia, nu.* 18. *verſ. item
pone*. Aut ſi valet conceſſio, remanet ſpe-
ciale priuilegiũ Regiæ Maieſtati, vt alienari
non poſſint ſine eius aſſenſu, *Frecc. in d. au-
thor.* 1. 3. *ſub nu.* 9. *verſ. ex his patet*. & ideo
in illis non transfertur dominium directum,
74 nec vtile, ſed ſolus titulus, & poſſeſſio admi-
niſtrationis, *Andr. in cap.* 1. *de feud. March.
nu.* 2. ibi, *ſed adminiſtratio tantum. Capyc.
deciſ.* 121. *num.* 7. *Lucas de Penna in l.* 1. *nu.*
19. *C. de priuil. ſcholar. D. de Ponte in d. dec.*
28. *nu.* 62. vbi hæc verba profert.

Et ſic communiter omnes intelligũt, quod
75 *etiam ſi ſit officium vendibile, & ad hæredes
tranſitorium, & conſequenter obligabile, non
per hoc non requiratur aſſenſus, ſed requiri-
tur ſicuti in feudis, quæ quotidiè venduntur,
& aſſenſus præſtatur*.

Et ſupra in loco citato *nu.* 56. *verſ. non
cenſus*. idem dixerat, & allegat DD. ſic te-
nentes etiam de Iure communi.

Et ideo per ipſos de Bernaudo fuit impe-
tratus aſſenſus à Cæſarea Maieſtate in an-
no 1532. ſuper venditione facta inter ipſos
cum ſpeciali clauſula, *non obſtante quod ſu-
per officio proceſſum ſit, & natura officiorum
in aliquo non mutata, fol.* 228. *in fin. & alter.*
& cum alijs conditionibus ſupra notatis.

76 Adeſt etiam in inueſtitura clauſula, *iura-
menti fidelitatis, de officio ipſo bene, & fide-
liter exercendo*. quæ ſola facit, & ercat rem
feudalem, *Andr. per quos fiat inueſtitura,
nu.* 17. *Franc. de Amic. de feud. fol.* 63. *col.* 1.
in princ. vbi etiam dixit, quod illa verba,
concedimus, & inueſtimus, faciunt officium
tranſire in naturam feudi; cui addo *Oldrad.
in conſil.* 159. *in princ.* quia ſicuti in feudis
præſtatur iuramentum fidelitatis, ſic in offi-
cijs præſtatur iuramentum de bene, & fideli-
ter exercendo, *D. de Ponte in conſ.* 137. *nu.*
1. *&* 11. *vol.* 2. quinimo donec non præſtat
hoc iuramentum, poſſeſſio non tranſit, idem
de Ponte in conſ. 136. *nu.* 32. *&* 53. *col.* 2. &
tale iuramentum in officio præſtatur à Pri-
mogenito, alias monſtruoſum eſſet habere
duo capita, *Andr. in cap.* 1. *num.* 11. *de feud.
March.* & ſecundum *Franc. de Amic. de
Feudis, fol.* 62. *col.* 2. & in officijs ita conceſ-
77 ſis ſolus Primogenitus ſuccedit, & *ibidem
col.* 1. dixit, quod ſi officium ex conceſſione
Principis tranſit ad hęredes, in perſonam
hæredis dicetur nouum officium, & noua
gratia, vt eſt dicere de vſufructu, vt ibi op-
timè fundat per Iura, & gloſ. allegatas, quas
non repeto.

Meritò *Conſiliarius Maricondа* fuit opi-
78 nionis, quod ſicuti datur reuocatio in ven-
ditione feudi, vigore *conſtit. conſtitutionem
diuæ memoriæ*. ita etiam datur in venditio-
ne officiorum, vt refert, & ſequitur *D. de
Ponte in d. deciſ.* 28. *nu.* 39. *& ſeq. & Ma-*

ricond.

ricond. sequitur, & *Anna in repet. cap. t. de vasall. decrep. atatis, num.* 256. quę doctrina licet aliquibus videatur dubia, ex quo dicta *constitutio* est stricti Iuris, & non extenditur de casu ad casum, tamen in se vera est quo ad nullitatem actus alienationis sine assensu, quia actus in se est nullus, & proprio Iure potest fieri renocatio, per *l. quemadmodum, C. de agricol. & censit. lib.* 11. *l. post mortem, ff. de adopt.* vt optimè perpendit *D. Georgius in repet. feudal. cap.* 54. *nu.* 86. feuda enim, & officia ambo vocantur beneficia, *Andr. in §. quicumque, nu. 34. circa finem, de pace tenenda*; quibus adde, quod *d. constit. constitutionem diua memoria* est ampliatina, *constit. scire volumus*; dum dicit *constitutionẽ Regis Rogerij Aui nostri amplsantes*, & notum est, Imperatorem Fredericum fuisse nepotem Regis Rogerij Primi, qui *d. constitut. scire volumus.* condidit. ergo vtraque constitutio ad idem tendit, & *Mariconda* opinio secundum sensus Historiarũ processit. Quinimò quod in officio Actorum Magistri sit expresse prohibita venditio, vel alienatio absque Regis assensu, est prouisum per *cap. Regni.* 276. *incip. Item quod pradicti Officiales*, vbi quod nullo quęsito colore possit fieri talis alienatio, vel substitutio, statutum est.

Pars aduersa videns non posse has veras Iuris conclusiones effugere, nititur, pluribus medijs respondere, & Primo, quod licet hoc officium Magistri Actorum fuerit per prius concessum ad vitam, dum postea ex priuilegio Regis Federici, fuit ampliatũ *pro se, & haredibus in perpetuum*, per talia verba potest alienari etiam in extraneos, & concessa est potestas disponendi, & fideicõmissa faciendi super illis.

Sed hoc assumptum est falsum in Iure, si quidem officia ex eorum propria natura sũt Annalia, vt supra fundanimus, sed si postea ad vitam, vel pro vnico filio, vel pro hęredibus, & successoribus in perpetuum sint concessa: alteratur natura officij circa ampliationem hęredum, successorum ex sanguine tantum, non autem alteratur, vt succedant hæredes extranei, vel quod in eis fiant substitutiones, quia in his, quæ ex eorum natura non sunt transmissibilia ad hęredes, prout est officium, vsusfructus, emphyteusis Ecclesiastica, & alia personalia, illa ampliatio
79 ꝑ hęredibus, & successoribus, intelligitur de
filijs, et descendentibus ordine successiuo in
perpetuum, *Andr. in §. si quis, vers. hoc in
milite. de feudo dato in vicem legis commissoria*, ibi, *successorem quod intelligitur de
filio, vel descendẽte ex eo*; siquidem rei natura non alteratur vltra id, quod est expressum, vt tenet *glos. in constit. vt de successionibus, colum. antepen. vers. idem est contra ascendentes, Bal. in cap. 1. in princ. de natur. success. feud. & in l. etiam, ff. solut. matrim.*
80 vbi quod verbum hęres in feudis, et emphy-
teusi, intelligitur de filijs, *Bar. Paul. Imol.
& alij in l. gallus, §. etiam si parente, nu. 4.
de lib. & posthum. & in l. ex facto, §. si quis
ita*, vbi *Ripa nu. 15. ff. ad Trebell. Camer. in
l. Imperialem, colum. 4. fol.* 21. & 22. et licet
aliqui ex dictis DD. loquantur in feudis, seu
81 in emphyteusi Ecclesiastica, et vsufructu:
valet argumentum de feudis, et vsufructu,
ad officia, et eo fortius, quia officia sunt magis personalia, et in illis strictius proceditur, quam in feudis, *glos. in d. const. scire volumus*, vbi *Afflict. col. 2. & fin. vers. glos. vnica, Capyc. decis.* 121. *num. 5. Reg. de Ponte in cons.* 137. & 139. *vol. 2. & in decis. 28. num.* 56. & 62. Imo feuda transeunt sine titulo, sed officia non, quia sunt magis prohibita possideri *Capyc. decis. 77. nu.* 12. officia enim, et alia regalia de eorum natura est, vt non
transeant in hæredes extraneos, sed tantum
82 ad filios, et descendentes, *Frecc. de subfeud.
in quast.* 51. 52. & 53. *Regens de Ponte in
d. decis. 28. num.* 9. & 51. et si non est in gra-
du, extranius dicitur, etiam si est de eadem
familia, vel progenie, *cap. 1. de gradib. Frec.
in lib. 3. de subfeud. in 2. formula, nu. 6. fol.*
397. & *Loffred. in cons. 38. nu.* 14. quinimo et
si in prędictis adesset clausula *pro te, & ha-
redibus, & successoribus quibuscunque, vel
83 tibi, & cui dederis*, (et hic non est casus no-
ster) adhuc dico, quod nec dispositio posset
fieri, nisi inter descendẽtes ab intestato tan-
tum, vt tenuerunt.

Paris de reintegr. feud. vers. reperitur, nu. 4. *fol.* 140. post
Bal. in §. donare, qualiter olim feud. alienare poter.
Afflict. in l. Imperialem, nu. 38. circa fin.
Loffred. in cons. 38. nu. 12.
Dec. in cons. 171. nu. 3. vers. 3. principalem.
Camerar. in l. Imperialem, fol. 29. lit. M. vers. qua omnia extra Regnum.
Minad. in const. in aliquibus, nu. 21. fol. 22.
Idem *Paris de reintegr. feudor. fol. 71. col. 3. in fine.*
Riminal. Iunior in cons. 511. vol. 5.
Iacob. de Sancto Giorgio in tract. de feud. vers. & quibuscunque.
Caher. in decis. 26. nu. 8.
Camillus de Medicis in cons. 13. num. 11. & 12.
Io. Franc. de Ponte in cons. 2. nu. 4. & 5. vol. 1. ex ratione, quia *cap. 1. de feudo nõ*

habente

habente propriam nat. feud non habet locum in Regno. Pactum enim, quod alterat naturam rei, debet minus nocere quam poteſt.

Et ratio eſt, vt conceſſio ad dominum ſit aliquando reuerſura, alias eſſet nulla, *gloſ. in d. conſt. vt de ſucceſſionibus, col. antepen. verſ. idem eſt contra aſcendentes*; res enim ad id redire debet, vnde ab initio diuiſa fuit, *l. 1. §. 1. ff. de vſufr. accreſc. Luc. de Penna in l. prædia, col. 21. circa finem, C. de locat. præd. ciuil.* vbi dixit, quod ex dicta ratione, feuda debent redire ad dominũ, quia quælibet res, eius eſſe cenſetur, vnde ſua proceſſit origo, *l. ſi plures, in fin. ff. arborum furtim Cæſar.*

Prædicta fortius probantur, ex priuilegio, & inueſtitura facta per Regem Catholicum, qui dum ad ſupplicationẽ ipſorum de Bernaudo confirmat, & de nouo concedit, dicit, *pro ipſis, & eorũ in his hæredibus, & ſucceſſoribus* (vt ſupra in dicto priuilegio ponderauimus) ergo pro filijs, & non de extraneis, debet intelligi conceſſio prædicta, quæ noua conceſſio attendi debet, ex clauſula ibi poſita, *& de nouo concedimus*, quæ facit nouã
84 conceſſionem, vt poſt *Andr. in cap. 1. de vaſſall. decrep. ætat. col. 2. nu. 3.* tenet *Lanar. in conſ. 27. ſub nu. 4.*

Et tanto magis, quia agitur de conceſſione facta per Principem ex ſua liberalitate, quæ ad filios, & deſcendentes, & non ad extraneos tranſit, vt eſt in feudo, & vſufructu, & emphyteuſi Eccleſiæ, *gloſ. antepen. in conſtit. vt de ſucceſſoribus, verſ. ſimile etiam in liberalitate Principis.* ac etiam de officio Magiſtri Actorum exiſtentis penès Duces Calabriæ primogenitos Regum, & dum Du-
85 catus Calabriæ eſt verè feudum, *Andr. in cap. 1. nu. 4. de feud. Marcb. & in cap. 1. nu. 1. quis dicatur Dux.* vbi quod Ducatus Calabriæ eſt feudũ, & Alphonſus Primus in anno 1447. inueſtiuit Ferdinandum Primum eius filium de hoc Ducatu, vt in *capit. & priuileg. Neap. fol. 6. cap. 11.* & Regina Ioanna Prima inueſtiuit Regem Ludouicum eius Virum de Ducatu, & feudo Calabriæ cum Terris, & Ciuitatibus &c. vt ex *Regiſtro Regis Ludouici, & Reginæ Ioãnæ Primæ de anno* 1448. *lit. A. fol.* 89. & Rex Ludouicus conſtituit Procuratorem Epiſcopum Florentinum pro capienda poſſeſſione prędicti Ducatus, vt ex *eodem Regiſtro* eſt videre; ergo tamquam feudi prædicti membrum eſt habendum hoc officium Actuariatus, *Anna in repetit. conſt. diuæ memoriæ, nu.* 183. & ſucceſſiuè dictum officium tanquam pars dicti feudi eſt eius membrum, aut de regalibus, quæ ad filios, & deſcendentes, & non ad extraneos vadunt, *Andr. in d. cap. 1. in princ.* & à natura ipſius feudi ſeparari non poteſt, ſicut radium ſolis nõ poteſt ſeparari à ſole, ad tradita per *Bal. in cap. 1. ante nu. 1. de feud. Marchiæ.* & ideo repugnat natura rei, vt ſuper eis fiat fideicommiſſum, *Franc. de Amic. de feud. fol. 61. §. natura rei, col. 1.*

86 Nec dictio *in perpetuum*, mutat qualitatem hęredum, ſed tantũ ampliat ſucceſſionem quo ad tempus, *Loffred. in conſ. 1. nu. 178. & in conſ. 38. nu. 12. & ſeq.* & habetur, ac ſi dixiſſet pro hæredibus, & ſucceſſoribus in infinitum, quo caſu, ad filios, & deſcendẽtes extenderetur conceſſio, *Dec. in conſ. 171. num. 3. verſ. 3. principaliter.* Hęc enim verba faciunt contractum irreuocabilem, & perpetuum quoad deſcendentes, & non extenduntur ad extraneos, qui ex natura rei conceſſę non ſuccedunt, *D. Georgius in repet. feudal. cap. 55. nu. 5. & ſeq. fol.* 408. conceſſio enim
87 debet intelligi ſecundum naturam rei conceſſæ, *Rip. in d. l. ex facto, §. ſi quis ita, nu. 15. ad trebell.* & verbum hæres in feudis, & officijs, ſtricte intelligi debet de filijs, & deſcendentibus, *Bal. in prælud. feud. num. 25. Camer. in l. Imperialem, fol. 71. col. 4. Loffred. in conſ. 1. nu. 29. verſ. vnde cum hæredis applicatione. Minad. in conſtit. in aliquibus, verſ. de ſucceſſione, nu. 4. fol. 10. Regens de Ponte in conſ. 3. nu. 56. & 62. vol. 1. & Andr. in cap. 1. de feud. Marcb.* ibi, *hæres primus filius, vel deſcendens*, & idem dixit in *l. Imperialem, ſub nu. 3. & in §. filij tantum, ſub nu. 2. de ſucceſſ. feud.* & concedendo hæredi, non intelligitur de extraneo, ſed de filio, *Frecc. lib. 3. de ſubfeud. in 3. formula, num. 11. fol. 408.* dicens, quod verbum hæres in feudis importat qualitatem ſucceſſoris, & non ſucceſſionis, & ſi additur dictio *in perpetuum*, tunc de deſcendentibus, & non de extraneis eſt intelligendum, *Mantica de tacit. & ambig. lib. 2. cap. 19. nu. 21.* nec ad Clericum hęredem tranſeunt, *Minad. in conſtit. in aliquibus, verſ. filiorum; nu. 6. in fine, fol. 17.* etiam ſi adeſſet clauſula ſubſtituendi, *Cacher. in deciſ. 27.* quia ſubſtituens tenetur criminaliter de culpis ſubſtituti, *Angelus de Peruſio in conſ. 237. per l. 1. §. familia, ff. de public. & Affl. in deciſ. 220. nu. 7.*

In caſu de quo agimus, probatur ex eiſdemmet priuilegijs, in quibus mãdatur pręſtari iuramentum ad honorem Regis, & eius hæredum, & ſucceſſorum in hoc Regno, vt fol. 231. lit. A. & certum eſt, quod in Regno non ſuccedunt, niſi filij, & deſcendentes ex ſanguine, ergo conceſſio facta ipſis da Bernaudo pro hęredibus, & ſucceſſoribus, debet intelligi de filijs, & deſcendentibus, vt Rex intelligit de ſuis filijs, in eodem priuilegio.

Quo

Quo fit, vt si in officijs, siue in regalibus, nulla fit alienatio sine assensu, sicuti in feudis, cum in illis commercium est prohibitum, ad quod communiter allegatur *text. in l. legatus, ff. de officio præsid. & Bald. in l. falsus, numer.* 29. *C. de furtis*. Quomodo potest prætendi, vt super eis possint fieri substitutiones, & fideicommissa tamexosa legibus, absque assensu, dum naturæ rei repugnat, vt per *Franc. de Amic. de feud. d. fol.* 61. *col.* 1. & 2. cum officium dicatur
88 magis commendatum, quam traditum? vtique hoc affirmare nemo poterit, quoniam & si esset concessum feudum cum potestate
89 disponendi inter filios, adhuc fideicommissum fieri non potest, *Frecc. in lib. 2. de subfeu. in noua additione, num. 1. fol.* 226. & *D. de Ponte in tractatu de potestate Proregis, fol.* 239. *num.* 9. substitutiones omni Iure sunt prohibitæ, *Camerar. in l. Imperialem, fol.* 55. *lit. I. in fin. Lanar. conf.* 60. *nu.* 6. & *D. de Ponte in conf.* 137. *num.* 13. & *seq.* & *in conf.* 139. *nu.* 10. *vol.* 2. vbi affirmat, quod
90 ita in dies practicatur, vt in officijs nulla alienatio, vel contractus absque assensu fiat, quia commerciū est prohibitū, sicuti in feudis; sique fuit declarata nulla locatio facta de officio Cursoris maioris per annos 15. sine assensu, tanquam alienatio ad longum tempus, *D. de Ponte in decis.* 28. quid erit de alienatione in extraneos? eò magis, qa substitutus esset ignotus Regi, qui à quo petere iuramentum, & quem successorem habere in officijs, & regalibus per eum cōcessis nesciret, & ad eum vnquam res esset recasura? quod esse non debet, vt per *Andr. in §. scribe, sub num.* 23. *de probib. feud. alien. per Federic.* feuda enim, & regalia æquiparantur quoad prohibitam alienationem sine assensu, *Afflict. in d. constitut. scire volumus, circa finem, vers. glosa vnita*, vt supra fundauimus.

Nec obstat secunda partis ponderatio, quod hoc officiū Actuariatus in anno 1489. possidebatur pro tertia parte per Raphaelē Gullum ad vitam, & quod dum ob culpam dicti Raphaelis fuerit deuoluta ad Regiam Curiam, & inde per Regem Ferdinandum fuit ad vitam concessa dictis Bernardino, & Ioanni de Bernaudo fratribus, qui alias duas tertias partes dicti officij Actuariatus ad vitam possidebant; aereè inferendo ex hoc, quod tale officium sit diuisibile, & per consequens alienabile.

Siquidem respondetur, quod licet ab initio Rex concedit officium duobus, penès quemlibet est indiuiduum, sicut iurisdictio, & inter successores remanet, penès Primogenitum, qui præstat iuramentum, (vt supra diximus) Administratio autem, & perceptio emolumentorum tantum sunt diuisibiles, *Andr. in cap.* 1. *nu.* 2. *vers. sed administratio tantum, de feud. March.* sicut etiam mādauit idemmet Rex Ferdinandus in anno 1479. vt diuidantur emolumenta inter Magistros Actorum Mag. Cur. Vic. in *pragmat. 4. de Actuarijs*, meritò dixit *Lanar. in cons.* 59. *num.* 27. quod indiuisibile est officium quoad habitum, non quoad exercitiū, & omnes filij succedunt in emolumentis, vbi *num.* 28. quod sic fuit decisum in Regia Camera in anno 1542. in officio Portulaniæ Ciuitatis Auersæ. Indiuisibile tantū est feudum dignitatis regalis, *l. Imperialem, §. præterea ducatus, de probib. feud. alien. per Federic. cap. licet, de voto*, vbi *glos.* & quando Rex ab initio concedit duobus, est indiuiduum penès quemlibet ipsorum, & per alternationem temporis fit administratio, & emolumenta percipiuntur. Imò ex hac ponderatione partis, resultat assumptum inrefragabile contra ipsam, ex quo, dum ista tertia pars ob culpam Raphaelis Gulli fuit deuoluta ad Regiam Curiam, apertè cognoscitur naturam huius officij ob culpam, & defectum deuolui ad Regem, quod est proprium officiorum, *Capyc. in d. decis.* 121. *nu. num.* 17. & *l. si quis, C. de suscept. præpos. & arcbitr. lib.* 10. & consequenter est de regalibus, & ad Regem deuolubile ob lineam finitam, ergo in extraneos non potest alienari; alias nunquam daretur casus deuolutionis.

Nec obstat Tertio, quę pars figurat, quod talis concessio fuit facta pro heredibus, et successoribus in perpetuum, et pro seruitijs; siquidem fundatum est supra, quod ex natura rei concessæ dominium non fuit translatum; sed cum prima concessio fuerit ad vitam, dum inde ampliatur ad heredes, et successores, intelligitur de heredibus ex sanguine, vt supra fundauimus. Fuitq; gratiosa concessio, non obstante illa assertione pro seruitijs, quia quando seruitia non specificantur per Regem, sed genericè apponuntur, est de stilo, et non alterant naturam cōtractus, nec officiorum concessorum, *Afflict. in §. potestas, num.* 2. *per totum, quæ sint regalia*.

91 Nec obstat Quarto, illud quod dicit, ex verbis, *damus, donamus, &c.* ex quibus pręsupponit esse alteratam, et mutatam naturā officiorū, quia sunt verba generalia, et originem habuere, ex lege Rulli Tribuni Plebis secundum *Ciceronem in Oratio.* 17. *de lege agraria, fol.* 6. ibi, *qua data, donata &c.* et secundum subiectam materiam, et naturam rei

rei conceſſæ intelliguntur, *Rebuff. in l. deriſio, ff. de verb. & rer. ſignif. Georgius in repetit. feudal. cap. 14. nu. 7. fol. 79.* Et quod hoc ſit indubitatum, patet ex ceſſione facta de hoc officio in priuilegio de anno 1479. in quo fuit facta conceſſio ad vitã, & adſunt eademmet verba, *damus, donamus, &c.* vt fol. 130. ater. Ergo verum eſt, quod ſunt de ſtilo, & nihil alterant, nec mutant naturam rei conceſſæ, maximè in officijs, in quibus ſola perceptio emolumentorum, & adminiſtratio tranſit, & non dominium, vt fundauimus ſupra. Et amplius dicimus, quod poſ-
92 ſumus poſſidere rem, cuius proprietatem habere non poſſumus, vt dixit *Andr. in l. Imperialem, ſub num. 71. per gloſ. paruam in cap. dilectiſſimis. 12. quæſt. 1.* & officium ſemper intelligitur conceſſum ſecundum naturam propriam, & non alteratur, niſi in eo, in quo fuit prouiſum alterari per Principem, *cap. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud.* & declarat *Freccin quæſt. 50. 51. & 53. lib. 2. de ſubfeud. & quæſt. 57. nu. 2.* & hoc tanto magis in caſu noſtro, quia Rex ſibi reſeruauit iuramentum fidelitatis, & de fideliter exercendo, cum clauſulis, *(iuribus Curiæ ſemper ſaluis, & natura officij in aliquo non mutata.)* vt ponderatum eſt ſupra in verbis priuilegiorum, ergo nullum eſt tranſlatum dominium, & conſequenter ex natura rei, nullum ius in re, vel tranſlatio dominij cõſtitui poteſt ſine aſſenſu, *Franc. de Amicis de feud. in d. fol. 61. & 62.* quia non entis, nullæ ſunt partes, vulg. *l. ſeya egreſſa, ff. de tutor. & curat.* & ſucceſſiue nil obſtat *conſil. Oldrad. 159.* vbi quod *damus, donamus,* facit rem burgenſaticam, quia conſilium prædictum procedit inter patrem, & filium Reges, et proceſſerat ex puro titulo donationis, ac ex motu proprio, vt ibidem *num. 3.* et ponderat *Deci. in conſ. 208. num. 2. & in conſ. 413. in princ.* caſus noſter eſt diuerſus, ſiquidem non eſt ex motu proprio facta conceſſio, ſed ad ſupplicationem partis, non titulo puræ donationis, ſed cum reſeruatione iuramenti, & fidelitatis, & ſuperioritatis, & inter vaſallum, & dominum, & ideo *Oldr. in d. conſ. in num. 2. & 9.* affirmat, quod ſi Rex reſeruat ſibi ſuperioritatem, res feudalis cenſetur, & & ita eſt in caſu noſtro, ergo aduerſus partẽ retorquetur. Et eo fortius, nam ſi vti dona Regia conſiderantur in eis, ſecundum *conſt. Regni, vt de ſucceſſionibus,* ceſſet indicandum, ibi, *in acquiſitis autem patruo ex largitione noſtra,* quæ conſtitutio fuit interpretata, vt ſucceſſio non extendatur vltra amitam, vel patruum, vt per *glo. ibi in verb. non ſuccedũt,* & per *Bartbol. de Capua ibidem, & D. Rouit. tum in pragm. 6. de feudis,* ergo vſque ad tertium gradum, indubitanter datur ſucceſſio in iſtis donis Regijs, ſi talia conſiderarentur; in quo gradu erat Antita.

Nec obſtat Quinto, quod Antita tanquã fœmina in officio non poterat ſuccedere, ſi quidem hoc eſt falſum de Iure, quia fœmina
93 eſt habilitata ad ſuccedendum, per *conſtit. vt de ſucceſſionibus,* & venit appellatione hæredis in defectum maſculorũ, *cap. 1. Epiſc. vel Abb.* & licet fœmina per maſculum excludatur, eo tamen mortuo admittitur, & reaſſumit ius ſuccedendi, *Andr. in §. hoc autem, verſ. dicit ipſe, de his, qui feud. dare poſſ.* ex quo eſt tẽporaliter excluſa, *Bald. in cap. 1. §. quia etiam, ſub nu. 3. Epiſc. vel Abb. & in cap. 1. §. & quia vidimus, de his, qui feud. dare poſſ. col. penult. nu. 19.* Et in Regno appellatione filiorum continentur tam maſculi, quam fęminæ, etiam ſi eſſemus in dignitatibus, *Minad. in conſtitut. in aliquibus, nu. 52. 27. 29. & 33. fol. 21. & 22.* Et appellatione deſcendentiũ veniunt fœminæ, *Loffred. in conſ. 29. nu. 9.*

Et ſic fuit deciſum in Regia Camera, in cauſa illorum de Ciuitella, & per Sac. Conſ. iunctis Aulis in cauſa D. Iuliæ Muſceptulæ, (quæ ad præſens poſſidet officium Secretariæ in Regia Audientia Terræ Bari) cum Alphonſo Piſcicello maſculo, nõ obſtante quod contra ipſam allegauit *Franc. de Amicis de feud. fol. 60. col. 1. & ſeq.* & ſic etiam fuit deciſum in officio Catapaniç Ciuitatis Auerſç, vt per *Georgium in alleg. 40. in fine,* & fundat *Lanar. in conſ. 59.*

Nec in caſu noſtro poteſt oriri difficultas, quin fœminæ non ſuccedant, cum ſit data
94 poteſtas ſubſtituendi, & fœmina aperto iure ſuccedit, & poteſt ſeruire per ſubſtitutum, quo caſu ſubſtituens tenetur de culpis, & defectibus ſubſtituti, vt deciſum fuit per *Reg. Moles in deciſ. ad Pennam 86. nu. 10.* & ſicuti etiam ſuccedit in feudis Monachus; & Clericus quando poſſunt ſeruire per ſubſtitutũ, *Minad. in conſt. in aliquibus, verſ. 3. not. nu. 56. fol. 107.* ita & fœmina.

Et in hoc proceſſu fuit ita deciſum, nam mortuo Ioanne Iacobo de Bernaudo, cum ſupradictis Portia, & Laudomia filiabus, ipſi conuenti de Bernaudo petierunt conſeruari in poſſeſſione *(quam occupauerant)* prædictorum officiorum, excluſis dictis fœminis, fol. 1. & per *Sac. Conſ. iunctis Aulis fuit prouiſum, quod ipſæ fœminæ immittantur in poſſeſſionem prædictorũ officiorum, vt ex decreto Sacr. Conſ. 13. Maij 1597. fol. 29.* ergo de hoc non eſt quid diſputandum amplius.

Nec obſtat *Frecc. in quæſt. 50. & ſeq.* quia non

non loquitur, si adest potestas substituendi, vt est in casu nostro, imò in *d.quaest.50.nu.7.* dixit, quod si fœminæ sunt in quasi possessione succedendi; sic debet obseruari, & loquitur etiam, si non adest potestas substituendi.

Nec dicatur, quod Antira fuit maritata,
93 & ideo non succedit, quia excluditur fœmina ob existentiam fratrum, *Affl. in cap.1. num.21. de natura success.feud.* Sed deficientibus fratribus, vel descendentibus ex eis, fœmina admittitur, *cap.1. §.quia etiam Episc. vel Abb. Dec. cons.208. num.2. & Petrus de Monteforte in constit.vt de successionibus, in fin.add.vers.& sublata praua consuetudine,* & nouissime *D. de Ponte* ita firmat *in tract. de potest.Proreg.fol.455. num.76. & seq. in tit.de success.mulierum, & Molina de primogenijs Hispan. lib.1.cap.5. num.37.* & vide infra *vers.5. obstru.1.nu.42. vers.& de communi.*

Nec obstat Sexto, quod prætenditur adesse super officijs prædictis contractus absque assensu, & quod sit quasi inducta consuetudo disponendi sine assensu, & propterea fideicōmissum valere. Siquidem veritas est in contrarium, vt liquet primo ex venditione medietatis prædictorum officiorum facta per Consaluum de Bernaudo Pyrro, & fratribus de Bernaudo in anno 1530. quæ fuit facta cū reseruatione regij assensus fol. 130. ater. & postea fuit obtentus assensus ab Imperat. Carolo V. in anno 1532. cum clausula *(officij natura in aliqua non mutata, & non obstante quod super officijs processum sit, cum reseruatione fidelitatis iuramento)* fol. 128. ater.

Et Secundo patet ex capitulis matrimonialibus initis inter Horatium Telesium, & Auriam de Ciaccio neptem Antiræ in anno 1582. in quibus idem Io. Maria se obligauit soluere duc. 1300. quos debebat Antiræ, & adsunt infrascripta verba, *Volena esse parti, che si dibbia ottenere Regio assenso sopra l'obligatione delle intrate, gagij, & emolumenti, & officio della Mastria attia, e Credenseria,* fol. 307. ater.

Et Tertio, ex memoriali porrecto per ipsos de Bernaudo in anno 1583. fol. 478. in quo asserunt non teneri ad collectas, ergo fuit solitus impetrari assensus, & sic obseruari debet etiam ex tali consuetudine, *And. in §. præterea ducatus, nu. 37. vers. sed quomodo probetur, & nu.38. de probib.feud.alie. per Feder.*

Nec etiam obstat Septimo, quod Pyrrus de Bernaudo in testamento fecit fideicommissum, & legauit Antiræ ducatos mille vltra dotes, & quod dum Petrus de Çiaccio filius Antiræ petijt legatum prædictū, sibi præiudicauit, quasi tacitè acceptando fideicommissum, quia responsio est clara, siquidem legatum fuit petitum, ex quo Ioannes Iacobus, & Philippus possiderūt officia prædicta, vt ex supplicatione fol. 374. inf. & sic talis petitio facta post litem, & processum compilatum super iudicio petitorij, non præiudicauit, nec præiudicare potest, nec conualidauit, nec conualidare potest dispositiones nullas, & inualidas absque assensu, quinimò licitum est reuocare vigore *constit. constitutionem diuæ memoriæ, & l. Imperialem,* tamquam actum nullum, & inualidum, vt supra diximus per doctrinas *Maricondæ*: licet in hoc casu difficultas ista nō potest accidere.

Et tandem nec obstant, quæ figurātur ab aduersarijs, quod ipsi obtinuerunt manuteneri in possessione officiorum prædictorum mediante *decis. Consiliarij Scipionis Constātij de anno 1600. fol. 203.* confirmatum per S. C. fol. 266.

Siquidem factum aliter se habet, nam Io. Iacobus de Bernaudo instituit suas hæredes Laudomiam, & Portiam filias, eisque substituit ipsos Io. Mariam, & Ferdinandum consentos, prædictę Pupillæ obtinuerunt immissionem in dictis officijs, non obstante contrad. ipsorum Ioannis Mariæ, & Ferdinandi prętendentium succedere vigore prętensi fideicommissi, vt ex *decis. Sacr. Cons. fol.29.* cū inde mortuis prædictis Laudomia, & Portia, ipsi Io. Maria, & Ferdinandus fecerunt se declarari hæredes vigore substitutionis factæ per Io. Iacobum in testamento, & vti hæredes petierunt immissionem, fol. 174. & obtinuerunt in possessorio vigore *l.final. C.de edict.Diui.* non obstante, quod concurrebat Antira tanquam amita, & proximior dictarum pupillarum, quæ veniebat contra testamentum, & opinor, quod etiā in feudalibus habet locum, *d. l. fin.* & sic testatur *D. de Ponte in cons.74. à num.1. vsque ad 11. vol. 2. licet in fine d.cons.* asserat fuisse decisum contrarium, sed *D. Tapia in decis.S.C.1.* tenet habere locum, & idem tenet *Camill. de Curte in diuers.iuris feudorum, par.7. num. 33.* sed Iura Antiræ fuerunt reseruata in petitorio, vt in decreto prædicto est videre fol. 203. quæ reseruatio non tradit possessionem Aduersario, *Surd. in decis.333.num.10.* dum adest clausula, *citra præiudicium Iuriū partium.*

Ad præsens autem, quod est decidendum petitorium, Iura vtriusque partis sunt salua, & discutienda, & sic nullum fundamentum facere possunt aduersarij in decreto prædi-

cto

ſto procedente, *ex l. final. C. de edict. Diui Adrian. Tollen.*

Et ideo omni Iure conueniri ad petita per Actores in dictis quatuor capitibus ſunt cōdemnandi vna cum fructibus, *l. & ex diuerſo. 36. §. 1. ff. de reiuendic.* quoniam condēnatus ad reſtitutionem rei, intelligitur cum fructibus, *l. Iulianus, §. in ſeuiana, ff. de vſuris, Bald. in conſ. 268. vol. 3. & l. in condemnatione, §. 1. ff. de regul. iuris.*

Cętera ſuppleant eminentiſſimorum Dominorum Iudicantium religio, & doctrina, de menſe Septembris 1618. In Banca de Mondellis.

Io. Dominicus Taſſonus.

ADDITIONES

In eadem cauſa de Ciaccio, quæ de ordine Suæ Maieſtatis ad Regiam Cameram, & ad Collaterale Concilium fuit nouiter tranſmiſſa.

ET ſi in ſupradictis Allegationibus de anno 1618. tempore quo præſens cauſa vertebatur in S.C. fatis ſuperque probatum eſſe credimus, officia Magiſtri Actorum Ducatus Calabriæ, & Credenſeriæ Ciuitatis Coſentiæ (de quibus agitur) fuiſſe, & eſſe, vel mēbra feudalia Ducatus Calabriæ, vel de regalibus, & ſtrictioris naturæ quam feuda; attamen pro faciliori reſolutione nouorum motiuorum non pinguis etiam infraſcripta alia referre ex Doctoribus poſtea viſis, & in lucē editis, & duas fundabimus concluſiōnes in Iure veriſſimas.

Prima erit, quod officia hæc ſunt de regalibus, & quod ſuper eis nulla diſpoſitio fieri poteſt abſque aſſenſu Regis.

Secundo, quod per conceſſionem factam à Rege, pro hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, non fuit mutata, aut alterata eorum natura, vt in hæredes extraneos, vel vltra quartum gradum, ſecundum naturam feudorum, aut vltra tertium gradum vocatum in *conſtitut. vt de ſucceſſionibus*, tranſferri poſſint abſque Regis aſſenſu.

Et ad fundandam primam concluſionem, reproducimus *conſtit. ſcire volumus*, vbi ſic decernitur, & ampliatiuè ad eam proſequi-
96 tur *conſtitutionem diua memoria*, ibi, *conſtitutionem diuæ memoriæ Regis Rogerij Aui noſtri ampliantes*, & quod hæc ampliatio intelligatur de *d. conſtit. ſcire volumus*, affirmat *Anna in repet. d. conſtit. diua memoria, nu. 80. & 117.*

Et punctualiter infraſcripti DD. aiunt.

Camillus de Medicis in conſ. 169. num. 5. & 6. dicit, quod officium Actuariatus eſt de regalibus, & inter regalia computatur, etiam ſi iuriſdictionem non habeat.

Paulus Staibanus in conſ. 19. nu. 2. (qui in hac cauſa ſcripſit) dicit idem, & fundat, quod habet iuriſdictionem, & quod eſt de regalibus, & abſque aſſenſu non alienatur.

Ioannes Vincentius de Anna in repet. conſtit. diua memoria, nu. 183. aſſerit, quod officiū Actuariatus eſt membrum feudale, & ſine aſſenſu alienari non poteſt, etiam in augumentum feudi.

Et quod Ducatus Calabriæ ſit verè feudū. *Andr. in cap. 1. nu. 1. quis dicatur Dux, & in c. 1. nu. 4. de feud. March.* & diximus ſupra *nu. 85.*

Conſiliarius Georgius noſter acutiſſimus feudorum interpres in repet. feudalibus, cap. 54. fol. 396. fundat, officia noſtra eſſe de regalibus, & prohibita alienari ſine aſſenſu, tam de Iure Canonico, quā Ciuili, quam de Iure Regni noſtri, & *nu. 88.* ſubdit, hoc procedere ſiue poſſideantur in feudum, ſiue in allodiū.

Anellus Amatus in conſ. 49. nu. 4. idem.

Maſtrillus de magiſtratibus, lib. 1. cap. 13. num. 10. fol. 43.

Et nouiſſimè ſic etiam fundat *D. Scipio Theodorus nunc Regius Conſiliarius lepidiſſimus in ſuis Allegationibus nouiter in lucem editis, in allegat. 41. nu. 2. & 3.* quam in hac cauſa fecit.

Peregrinus de iure fiſci, lib. 1. cap. 2. nu. 102. fol. 10. vbi quod officia regulantur ſecundum naturam feudorum.

Quo vero ad Credenſeriæ officium fundatum eſt ſupra in primis *Allegationibus, verſ. idemque, nu. 72. quod ſit etiam de regalibus.*

Ad Secundam verò concluſionem firmandam dico, quod.

Aut iſta officia ſunt cōſideranda, vt membra feudalia Ducatus Calabriæ, ex ponderatis per *Annā in loco ſup. cit.* Siquidem idem eſt dicere feudum, quam officium, *Andr. in §. ſimiliter, verſ. & nota, de feud. Marcob. in cap. 1. §. quicunque auocatione, nu. 34. de de pace tenenda*; vbi facit mentionem de officijs cum gagijs, & *nu. 96.* loquitur de notaria, & beneficio, ideſt officio.

97 Et tunc conceſſo fendo pro hæredibus, & ſnccеſſoribus in perpetuum, nõ mutatur natura fendi, nec alteratur, ſed in eo tantum ſuccedunt deſcendentes omnes, & collaterales vſque ad tertinm gradum, & vltra prædictum tertium gradum, omnes dicuntur extranei, etiam ſi de eadem familia, vel genere, vel ex primo acquirente proueniant, & ſic punctualiter tenuerunt infraſcripti DD.

Loffred. in conſ. 38. à nu. 9. in verſ. ad prædicta, vſque ad num. 16. vbi diſputat Articulum ad partes, & concludit, quod quicquid ſit de Iure communi, in Regno noſtro, vbi habemus *conſtitut. vt de ſucceſſionibus*, quæ dat formam ſuccedendi, non extenditur ſucceſſio ad extraneos, & extraneos vocat vltra tertinm gradum, etiam ſi deſcendant ex primo acquirente, ſecundum ſuperius dicta, & & idem *Loffred. in c. 1. nu.* 178. dixit, quod illa dictio *in perpetuum*, inducit mutationẽ quo ad tempus ſuccedendi, & non quoad qualitatem hæredum, quia vt per prius erat temporalis, ad pręſens ſit in infinitum quoad deſcendentes, & quoad collaterales vſque ad tertium gradum, *& Dec. in conſ.* 171. idem dicit.

Thomas de Marinis de feudis, tit. 31. num. 1. affirmat idem punctualiter cum *Loffred. in d. conſ.* 38.

Et in *num.* 15. ſubdit, quod etſi Pernus, & alij DD. Siculi aliter dixerint, eorum dicta ſunt intelligenda, ſecundum *cap. Regni Siciliæ. volentes*. Sed in Regno noſtro ſecus eſt. Sed crederem, quod melius dixiſſet, quod in Regno Siciliæ adeſt *cap. 20. quod incipit conſtitutionem editam, ſub titulo de ſucceſſione feudorum, fol. mihi* 22. *ater.* in quo diſponitur, quod deficientibus deſcendentibus ſuccedunt collaterales in feudis abſque reſtrictione gradus, quod ſecus eſt in Regno noſtro, in quo ſucceditur, vt in *prag. 18. de feudis*, per quam gradus ſucceſſorum ſtatuuntur, & merito dictum Perni, & aliorum Doctorum Siculorum, debet intelligi ſecundum dictum capitulum eorum Regni. Vltra quod etiam in *d. cap. volentes*; datur ibi licentia alienandi feuda abſque alio aſſenſu, dummodo ſoluatur Decima Regiæ Curiæ, vt eſt videre in dictis *capitulis Regni Siciliæ, fol.* 22.

Marcellus de Mauro in alleg. 14. nu. 8. firmat noſtram concluſionem.

Paulus Staib. in d. conſ. 19. num. 15. & 20. idem.

Capyc. in inueſt. feud. fol. 92. verſ. eidem Lelio; aſſerit, quod conceſſio pro hæredibus, & ſucceſſoribus de deſcendentibus, & non de extraneis intelligitur.

Paris de reintegr. feud. fol. 181. in verb. ſucceſſio, dicit, hoc verbum ſucceſſores intelligi de deſcendentibus ex ſanguine.

Andr. in § ſi quis, verſ. & hoc in milite, de feudo dato in vicem L. Commiſſ. idem

Iul. Clar. in §. feudum, quæſt. 83. idem

Camillus de Medicis in conſ. 53. nu. 10. & ſeq. dicit, quod ſi officium Portulaniæ fuit datum cum poteſtate vendendi, & alienandi ad libitum cui voluerit: non allodium, ſed feudum debet intelligi, quia *cap. 1. de feudo non habente propriam naturam feudi*; non habet locum in Regno noſtro, vt per *Andr. ibidem verſ. hoc capitulum*.

Vrſill. in dec. Afflict. 293. in princ. aſſerit, quod conceſſo feudo pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, quoad collaterales, extenditur ad fratres, latè *Theodor. in d. allegal. 41. num. & 12.*

Et ſi hæc eadẽ concluſio conceſſionis pro hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, procedit etiam in emphyteuſi Eccleſiæ, vt non extendatur ad extraneos hæredes, & hãc magis communem eſſe opinionem affirmat *Clarus in 4. lib. ſentent. verſ. emphyteuſis, quæſt. 28. verſ. 35. caſus, fol. 310. vſque ad ver. vnum tamen ſcias, fol. 317. & Iaſ. in l. fin. à num 66. vſque ad 72. C. de iure emphit.* quos allegat, & ſequitur *Paulus Staib. in conſ. 43. num. 4.*

Quanto magis in feudis, quæ in Regno ẽt ſi eſſent cõceſſa pro hæredibus quibuſcũque, nec etiam ſuccederent extranei, vt firmauerunt *DD. allegati in primis allegationibus, verſ. ſed hoc aſſumptum, nu.* 83.

Quibus addo *Iacobum de sãcto Georgio de feud. in verſ. & quibuſcunque hæredibus, & eſt in tractatibus tom. 10. par. 1. nu.* 188.

Subdens, quod illa dictio *quibuſcunque*, intelligitur de perſonis habilibus ad ſuccedendum in feudis, & non de extraneis.

Minad. in repet. conſt. in aliquibus, in verb. in aliquibus, nu. 22. fol. [illegible].

Paris de Puteo (in alijs allegat. citatus in alio loco) de reintegr. feud. fol. 71. col. 3. in fine.

Riminal. Iun. in conſ. 511. vol. 5.

Maſtrill. de magiſtrat. tom. 1. lib. 1. cap. 12. num. 25. in fin. fol. 41.

Quinimo plus dico, quod etſi in Regno noſtro fieret conceſſio feudi, *pro ſe, & hæredibus, & cui dederis*, tali caſu, nec ad extraneos tranſit ſtante *conſtit. diuæ memoriæ*, vt per *Regentem de Ponte in conſ. 2. nu. 4. & 5. vol. 1.* quia vt ſupra diximus *cap. 1. de feudo non habente propr. natur. feudi*, non habet locum in Regno, vt per *Andr. ibid.* & firmat *Camer. in l. Imperialem, fol. 29. lit. N. verſ. quæ omnia, & fol. 34. col. 4. in fine*; ratio eſt, quia pactum, quod alterat naturã feudi debet minus nocere, quam poteſt, & in dubio

debet

debet intelligi ſecundum naturam propriā, & ſecundum conſuetudinem loci interpretari, *l. ſi finita, de damno infecto, Affl. in cap. 1. nu. 2. de feud. non hab. propr. nat. feudi.*

Aut vero conceſſio hæc, *pro te, & hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum*, conſideraretur ſecundum naturam regalium (de quibus ſunt hæc officia) & tunc dico, quod dum regalia ſunt ſtrictioris naturæ quam feuda, vt diximus in primis allegationibus, per *Capyc. in deciſ. 77. & 121.* & ſequitur *Franciſcus de Amicis de feudis, fol. 60. col. 4. in fine*, vbi ſubdit, quod in eis quilibet hæres ſuccedens nouiter venit ex propria perſona, etiam ſi conceſſa eſſent in burgenſaticū, quo caſu ſine aſſenſu alienari nō poſſunt, *vt ibid. fol. 63. col. 2.* poſt *Affl. in conſt. ſcire volumus, nu. 4.* & tunc ad hæredes extraneos nō tranſiunt, ſicuti non tranſiunt feuda, quæ largius cōſiderātur, & merito acutiſſimus *Frec. in lib. 3. de ſubfeud in 2. formula inueſtitura fol. 400. in nouis, nu. 25. & ſeq.* dum diſputat, ſi conceſſio facta pro te, & hæredibus, extendatur ad omnes hæredes, vel ad primū hæredem tantum concludit, quod ad omnes hæredes extenditur.

Sublimitat eius concluſionem, ſi agitur de conceſſione regalium, quia in tali caſu, de primo hærede, & non de omnibus eſſet intelligenda, quia regalia ſunt alterius naturæ quam feuda, ſunt enim ad ſimilitudinē ſolis, cuius radij non poſſunt ab eo ſeparari, ſubdens *num. 25. quod ſucceſſor poteſt reuocare regalia, licet lege contractus teneatur*, & affirmat, quod de ſtilo Regiæ Cameræ Summariæ eſt, vt non veniant, quæ non reperiuntur expreſſe conceſſa, quia conceſſio regalium eſt priuilegium, & non beneficium, & priuilegiū ſtrictius interpetratur, adeo quod ſi in eo fit mentio de filio, non extenditur ad nepotes. quia natura regalium non eſt tranſitoria ad filios, licet hodie de conſuetudine tranſiunt ad hæredes ſanguinis, & in hoc caſu diſtinguit, quod aut dantur in feudum, & aſſumunt naturam feudalem, & quod ſic indicant Regia Camera, & Sacr. Conſ. ſed in alijs retinet primeuam naturam regalium, aut conceduntur ſimpliciter, & vbi non appatet alterata natura, remanent in primeua eorum natura, & in eis primogenitus ſuccedit.

98 Hinc eſt, quod in officijs trāſitorijs ad hæredes, non ſuccedit Clericus hæres, *Minad. in conſtit. in aliquibus, verſ. filiorum, fol. 17.*

99 nec etiam tranſiunt in filium naturalem, nō obſtante quod cōceſſio eſſet facta pro hæredibus, & ſucceſſoribus, vt per *D. Carolum Tapiam* (ad præſens Illuſtr. Marchio Belmōtis, & eminens Reges in ſupremo Conſilio Italię apud potentiſſimum Regem noſtrum) *in ſua repetitione l. beneficium, ff. de conſtit. Princip. in verſ. tertio principaliter, num. 43. & eſt mihi cum repetentibus tom. 1. fol. 155.*

Et in tantum eſt verum, quod officium Actuariatus in perpetuum conceſſum, ſtat ad collationem Regis, vt ita fuit diſpoſitum in *pragmat. 2. de officijs ad Regia Maieſtatis collat. ſpectant*, in qua ne dum hæc officia (de quibus contenditur) enumerantur, ſed etiam alia officia Actuariatus conceſſa in perpetuū, vt ſunt illa Baruli, D. Ducis Montis Leonis, & Regiæ Audientiæ Aprutij, Monaſterij Sanctæ Catherinæ ad Formellum, vt ibi fol. 206.

Nec parti aduerſæ opilatur, *l. 1. C. ſi liberalitatis Imperialis ſocius ſine hærede deceſſit lib. 10.*

Quia vltra, quod in caſu noſtro, illa lex adaptari non poteſt, ex quo Pupillæ de Bernaudo vltimæ morienti adfuit hæres, quæ fuit Aurera de Bernaudo Amita in tertio gradu, in Regno noſtro *text.* illc non procedit, nec habet locū in feudis, aut in regalibus, vt per *Andr. in cap. 1. de benefic. fratr. num. 1. & in §. fin. num. 6. de feud. Marcb.* & lex illa cum *gloſ.* debet attendi, & interpetrari ſecundū conſuetudinem loci, & Curiarum, *Peregrin. de Iure Fiſci, lib. 1. tit. 2. num. 102. in fine, fol. 31. num. 101.* vbi ſubdit, *quod conceſſio officijs pro ſe, & hæredibus, non intelligitur de extraneis, & ſine aſſenſu non poteſt fieri trāſlatio ipſorum.*

Liquet enim ex prædictis, quod in officijs de quibus contendimus, in nihilo eſt alterata eorū natura, niſi vt per prius erant in vita, ad præſens ſuccedatur in perpetuum, eſtq; intelligendum ſecundum *conſtitutio. Regni, vt de ſucceſſionibus*, vbi *Andr. circa finem, verſic. idem ius quod Pater. & in §. ſi filius. numer. 2. Imperat. Lotb.* videlicet, quoad deſcendentes in perpetuum, ſeu in infinitum, & quoad collaterales ſaltem vſque ad tertium gradum, *d. pragm. 18. de feudis.* & illa dictio *in perpetuum*, nil aliud facit niſi contractum irreuocabilem, prout per prius erat tēporale, & quaſi precario, vt per *Conſiliarium Georgium in repetit. feudal. cap. 55. num. 1. & 16.* & ſecundum ſubiectam materiam intelligi debet, vt per *D. Tapiam in d. l. beneficium, verſ. 3. itaque, num. 24.* poſt *Alex. in conſ. 71. nu. 6. vol. 6.*

Merito fatendū eſt in hac cōceſſione officiorū fideicōmiſſa facta ad beneficiū extraneorum

reorum fuisse, & esse nulla, & conuentos de Bernaudo condemnari debere ad relaxandū Pirro, & Io. Andreæ de Ciaccio tertiam partem ipsorum officiorum vna eum fructibus, seù emolumentis, vt in *l. & ex diuerso. 36. §. 1. ff. de reiuindic.*

Necnon declarari officia prædicta debere describi in capite primogeniti (qui sunt ipsi de Ciaccio) secundum doctrinam *Andr. in cap. 1. de feudo Marcb. num. 2. in vers. alias esset monstruosum duo capita habere.* Cætera suppleant &c. 29. Decembris 1624.

Io. Dominicus Tassonus.

Dum hæc causa in limine expeditionis reperiebatur, superuenit mors Ioan. Mariæ de Bernaudo de mense Februarij 1627. & ex quo absque hærede, qui claro, & aperto Iure succederet, Regius Fiscus procurauit sequestrum super medietate istorum officiorum possessorum per dictum defunctum, vigore *cap. Regni. ex præsumptuosa*, & cum magno apparatu doctissime, & accurate Fisci Iura fundauit D. Fabius Capycius Galeota integerrimus Fisci Patronus, vt supra diximus in *vers. 3. obseru. 3. num. 145.* comparuit inde D. Didacus de Bernaudo consanguineus in sexto gradu, & donatarius prædicti Io. Mariæ, & possessionem habere prætendebat, ad quā reintegrari petebat, & quoniam Regius Fiscus omnes prætēdebat excludere, aduersus prætēsa per eum, & per D. Didacum de Bernaudo infrascripta alia aduotata fuere.

Regius Fiscus prætendit immissionem super medietate prædictorū officiorum per Io. Mariam possessorum vigore *cap. Regni, ex præsumptuosa*.

Et D. Didacus de Bernaudo prætēdit habere refutationem, seù donationem prædictæ medietatis officiorum, quam Io. Maria fecerat, asserendo ad D. Dicacum spectare vigore fideicommissi, ac etiam possessionem captam in vita Io. Mariæ, & quod ea spoliatus extat, vt infra notabitur.

At ipsi Fratres de Ciaccio prætendūt debere expediri causam petitorij iam diù cōpilatam, ex qua pendent cognitiones naturæ istorum officiorum.

Sed quatenus de prædicta immissione esset agendum (quod non credunt) tunc per particularem petitionē insteterunt, & instant, supersederi respectu medietatis tertiæ partis prætensæ per ipsos de Ciaccio, vt fol. . . siquidem lite pendente fuit per S.C. prouisū, quod tollatur sequestrum factū ad instantiam Antiræ de Bernando ad beneficium prædicti Io. Mariæ cum clausula *citra præiudicium Iurium partium*, quæ operatur, vt quis non habeatur pro possessore, vt per *Surd. decis. 333. nu. 10. in fine.*

Nec Regius Fiscus super dicta medietate tertiæ partis potest quid prætendere, dum adsunt ipsi Fratres de Ciaccio legitimi successores, qui claro, & aperto Iure succedūt, nam tempore mortis Portiæ, & Laodomiæ, Antira earum amita in tertio gradu existens superuiuebat, & successiuè *cap. ex præsumptuosa*, non habet locum, dum adsunt ipsi de Ciaccio descendētes ex dicta Antira, nulla habita ratione de prætensis forsan per Regium Fiscum, quod in istis officijs fœminæ non succedunt, ac etiam quod nec collaterales sunt capaces ad successionem, vt in aliquibus locis perpendi potest ex doctissimis scriptis per D. Fabium Capycium Galeotā eminentissimum Fisci acerrimum defensorem, & Dominum meum.

Ac etiam non obstante prætensione D. Didaci de Bernaudo vigore donationis, & refutationis ei per Io. Mariam factæ, sub prætextu, quod sit in fideicommisso vocatus, & comprehensus, nam alias esset decidere causam peritorij, de qua lis est, & processus compilatus, & in limine expeditionis extat.

Et prætensio ipsorum de Ciaccio militat omni Iure, tam si officia ista considerautur vt membra feudalia Ducatus Calabriæ, prout verè sunt, quam si vt regalia censeantur id enim, quod ex sua natura inest, semper videtur expressum, & si nil dictum fuerit *Frec. lib. 1. de subfeud. fol. 15. num. 49. in fin.*

Feudum Calabriæ est verè feudum, & non feudum dignitatis, vt pars nouiter figurat, & ideo vltra superius allegata additur, quod fuit Calabriæ feudum erectum de anno 1069. quando Nicolaus II. inuestiuit Robertum Guiscardū de Ducatu Calabriæ, & Apuliæ, teste *Cronica Casinensi cap. 15. lib. 3. & Fazzello deca. 2. Histor. Siciliæ lib. 6. fol. 387. & seq.* & nouissimè perbelle traditur per *D. Balboam in sua Monarchia Regum, q. 2. nu. 129. & 138. fol. 164. & in nu. 166.* Regnum feudale Calabriæ (ait) fuisse Ducatū possessū per Eustachium Ducem, qui Imperatori Nucíphoro II. annuum tributum soluebat in anno 961. A quo tempore semper primogeniti Regum huius Regni Duces Calabriæ fuerunt denominati.

Et Regina Ioanna Prima Ludouicum eius virum Ducē Calabriæ creauit, qui Episcopum Florentinum constituit Procuratorem ad capiendam possessionē prædicti Ducatus,

catus, & eius Terrarum, & Ciuitatum, Iurium, & pertinentiarum, vt eſt videre ex *Registro Ioanna Prima ſignato 1348. lit. A. fol. 89. & ex registro Regis Ludouici ſignato 1348. lit. A. fol. 89.*

Et tandem inclitus Rex Alphõſus Primus inueſtiuit Ferdinandum Aragonium eius filium de Ducatu Calabriæ cũ Iuribus, & pertinẽtijs ſuis, ac integro ſtatu pro hæredibus, & ſucceſſoribus ex corpore in anno 1447. vt in *Priuilegijs, & Capitulis Neapolis fol. 6. cap. 11.*

Verum feudum eſſe Ducatum Calabriæ, & non feudum dignitatis, fatentur.

Andr. in cap. 1. num. 4. de feudo Marchia, ibi, *vt in Duce Calabria, qui eſt Dominus, & eſt verè feudum, & effectum habet feudi, quia ſunt ibi Terra, & Vaſſalli, quorum eſt Dominus ſicuti, & feudatarius, non ſolum vt gerat officium Ducis, & tunc ad haredes trãſmittitur feudum tale.*

Et in cap. 1. num. 1. quis dicatur Dux, ait, *Inueſtitus de Ducatu, dicitur Dux, ſicuti & Dux Calabria, qui eſt Dominus Calabria, & habet eam in feudum.*

Aluarot. in cap. fin. in fin. de alien. feud. dicit, *Ducatum Calabria eſſe verè feudum, ſicuti Ducatus Mediolani, & Ferraria, & Dux eſt Dominus.*

Frecc. in lib. 1. de ſubfeud. in tit. de antiquo ſtatu Regni, fol. 57. num. 7. & in lib. 3. fol. 416. col. 1. poſt Solinum, Appianum, & Virgilium affirmat, quod *Calabria creabat ſibi Regem.*

Et Lancellott. Conrad. in templo Iudicum, lib. 1. cap. 2. §. 3. num. 16. circa medium. Calabriæ Regnum appellat, vt infra *verſic. 14. obſeru. 1. nu. 12. & ſeq.*

Sequitur ergo indubitata concluſio, quod officia iſta ſunt mẽbra iſtius Ducatus, & ſucceſſiõẽ ſecundum eius caput eſſe regulandã, & ſine aſſenſu non poſſe alienari, vt punctualiter affirmat *Io. Vinc. de Anna in repetitio. conſtit. diua memoria, nu. 183.*

Et ita in indiuiduo fuit iudicatũ per Regiam Cameram, nam in anno 1496. Rex Federicus conceſſit Gulielmo Fronſino officiũ Viceſecreti, ſeù Fundaci Azzarij Ciuitatis Catanzarij pro hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, *vt ex eius proceſſu in banca de Quinque, fol. 107.*

Et per decretum Regiæ Cameræ referẽte Illuſtr. D. Marchione S. Iuliani nunc vigilantiſſimo Locumtenẽte Regiæ Cameræ, ſub die 24. Martij 1608. fuit prouiſum, *vt expediatur inueſtitura in perſonam Marci Antony Rocca ſolutis prius releuijs, & adohis, iuxta liquidationẽ faciendam, vt in fol. 109. in eodem proceſſu;*

Et ſic officium prædictum fuit habitũ vti membrum feudale feudi Calabriæ.

Ergo fœmina ſuccedit in hoc officio, ſi vt membrum feudale conſideretur, vigore inueſtituræ factæ per Clementem IV. Carolo I. de anno 1266. vt declarat *Frecc. in lib. 1. de ſubfeud. in differentijs inter feuda ex pacto, different. 16. fol. 448. col. 2. verſ. vel tertius.* licet etiam per prius fœmina in Regno erat habilitata ad ſuccedendum, vt in *conſt. vt de ſucceſſionibus, & in conſtit. in aliquibus*, condictis per Imperatorem Federicum de anno 1222. quinimo & de iure communi appellatione hæredum venit etiam fœmina in defectum maſculorum, *cap. 1. Epiſc. vel Abbat.* nam etſi per maſculum excludatur, attamen ceſſantibus maſculis, reaſſumit ius ſuccedẽdi, *Andr. in §. hoc autem, verſ. dicit ipſe, de his, qui feud. dare poſſ.* ex ratione, quia eſt tãtum temporaliter excluſa, *Bald. in cap. 1. §. quia etiam Epiſcop. vel Abb. & in cap. 1. §. & quia vidimus. de his, qui feud. dare poſſũt.* & ne dum in feudis fœmina eſt in Regno habilitata, ſed etiam in dignitatibus, teſte *Minad. in conſtit. in aliquibus, nu. 27. 29. & 33. fol. 21. & 22.*

Quinimo appellatione deſcendentium in Regno noſtro, etiam veniunt fœminæ, vt per *Loffred. in conſ. 29. nu. 9.* & in conceſſionibus immunitatum, appellatione ſucceſſorum fœmina comprehenditur, *Surd. in conſil. 140. num. 24. vol. 1.*

Et ſi officia hæc vti data pro hæredibus, conſideramus, etiam fœmina ſuccedit, vt fuit deciſum in caſu noſtro iunctis Aulis, prout ſupra notauimus, & deciſionem prædictam pro ſe refert Dominus Fiſci Patronus in *nu. 315.* & perpenditur in infraſcriptis caſibus ſic fuiſſe deciſum.

Lanar. in conſ. 59. vbi Robertus Muſcettula habebat officium Secretariæ Regiæ Audientiæ Terræ Hidrunti, pro ſe, & nominauit fœminam.

Georgius in allegat. 40. in fine, in qua fuit deciſum deberi legitimam filiæ fœminæ ſuper officio Catapaniæ Ciuitatis Auerſæ.

Et in notoria cauſa illorũ de Ciuitella fuit deciſum fœminas ſuccedere in officio.

Et in cauſa Iuliæ Muſcettulæ cũ Alphonſo Piſcicello, quæ habuit officium Secretariæ Terræ Bari, quod ad præſens poſſidet eius filia Donna Franciſca de Piſa Oſorio, non obſtantibus allegatis in contrariũ per *Franciſcum de Amicis in ſuo opere de feudis.*

Ratio eſt, quia adeſt poteſtas ſubſtituendi, & exercere faciẽdi, & ideo fœmina aperto iure ſuccedit, quia poteſt ſeruire per ſubſtitutum, de cuius culpis, & defectibus tenetur,

tur, vt per *Reg. Moles in decis. 86. & Minad. in consil. in aliquibus, vers. 3. noto, nu. 36. fol. 107.*

Nec dicatur, quod in assensu præstito super venditione facta per Antonellum Bonacursum (cuius originariam concessionem non habemus) Philippo de Bernaudo, videatur assertio, requiri seruitiū personale, quoniā in eo est videre, vt possit seruire per substitutum, etiam si Vicarius Generalis ibi accederet, & reddit rationem, quia etsi nomen officij mutetur, non tamen mutatur eius effectus, vt in fol. 801. vol. 1.

His sic indubitanter firmatis.

Non obstant disputata per *D. Freccian in quæst. 50. & seq.* quod fœmina in officijs non succedit.

Quoniam (vltra quod non loquitur de officijs concessis pro hęredibus, & successoribus in perpetuum, vt est in casu nostro) ipsemet *Freccia in quæst. 50. nu. 7.* limitat conclusionem prædictam, quando fęmina haberet officia ex successione antiquorum, vel quando Priuilegij forma pro fœmina est clara, & aperta, & contra se non habet obstaculum iuris communis.

Quæ duę limitationes in casu nostro sunt claræ, nam Antira habet hęc officia ex successione antiquorum, idest ex Pirro Patre, & ex Io. Auo, & successione Laudomiæ, & Portiæ eius neptum, vltimo loco mortuarū ipsa superstite.

Ac ex priuilegijs, cū potestate substituendi pro hæredibus, & successoribus in perpetuum; sed tam de iure communi, quam de iure Regni fœmina succedit, (vt supra fundauimus) ergo *Freccia* est pro nobis. Quinimo idem *Author in quæst. 58. vers. obstat, fol. 259.* admittit pupillum, & infantem succedere in officijs, quando aperto iure succedunt, & per substitutum seruire possunt, & similiter in *quæst. 56.* dum disputat si pro hęredibus facta est concessio, an ad omnes hęredes transeat, concludit, ad omnes hæredes transire, quando Rex dedit pro hęredibus, per *text. in l. in annalibus, C. de legatis.* succedunt enim in tali officio sicuti in iurisdictione secundum *Lanar. in d. cons. 59. nu. 33.* quia concesso officio pro hæredibus, mutatur natura ipsius, & reale ius residens penès Regem est in concessionarios, & eius hęredes translatum, secundum *D. de Ponte in decis. 28. num. 620. vers. sed si supra.* At non in burgensaticum, sed in feudum, quia quando Rex voluit dare in burgensaticum dixit, vt est videre in concessione facta per Regem Ferdinandum ipsismet fratribus de Bernando, dum in anno 1487. concessit baiulationem Montis Alti, (quæ etiā est de membris feudi Calabriæ, vel de regalibus) & fuit concessa expresse in burgensaticum, vt in *fol. 778. vol. 1.*

Et hæc quatenus officia prædicta vel mēbra feudalia Ducatus Calabriæ considerentur.

Quatenus verò de regalibus essent iudicata.

Et tunc dico, quod Antira de Bernaudo, quæ in tertio gradu erat tēpore mortis Laudomiæ, & Portiæ eius neptum, vt supra in arbore, omnino successit, tam inspecto iure communi, quam iure Regni.

De iure communi est indubitatum, talia regalia extendi ad fratres, & nepotes, ac cōsobrinos, *cap. 1. de feudo Marchia, vbi gloss. in verb. consobrini.* dicit in infinitum, licet cōmunis opinio sit vsque ad septimum gradū, & *Andreas ibi num. 6. circa finem,* intelligit de benefic. i. officio, prout etiā sensit *Freccia in lib. 3. de subfeud. in 2. formula, nu. 27. fol. 1. & de Ponte in decis. 28. nu. 5. & 6. ibi, beneficio, idest officio.*

Sed quicquid sit de hac successione gradus, quæ ad nos nō pertinet, quia Antira est in tertio gradu, nulli dubiū esse poterit, quin non succedat ex omni iure, *cap. 1. §. 1. de success. feud. & cap. 1. de feudo Marchia, & cap. si quis miles constit. feudal. Lothar.*

De iure Regni (cui est attendendum in istis successionibus regalium, & officiorum, teste *Peregrino de Iure Fisci, lib. 1. tit. 2. nu. 102. fol. 30.*) licet per *constit. Regni. scire volumus,* est coarctata alienatio regalium absque Regio assensu, vt ex ea est videre, attamen quoad gradum successionis non loquitur, & *Frecc. in lib. 2. de subfeud. fol. 258.* affirmat, non reperiri legem quoad officij successionem. Ergo ad interpretationem Prudentū Regni est recurrendum, *Affl.* enim *in constitut. ea, quæ ad speciale decus, num. 10. circa finem,* dicit, quod licet officia sint personalia, attamen si conceduntur cum vtilitate pro se, & hæredibus, appellātur contractus sicut militia, *Frecc.* verò *in lib. 3. de subfeud. in 2. formula à nu. 25. vsque 30. fol. 401.* declarat, quoad regalia, quę non sapiunt, aut minuunt coronam, prout est in istis officijs, quod si in priuilegijs regalium concessionū fit mentio generaliter, transeunt ad omnes, per *l. immunitatis generaliter, ff. de iure immunit. vt ibidem nu. 26. in fine;* & inde sequitur, *Regalia sunt ad hæredes sanguinis transitoria, & personalia non sunt, rei natura non repugnat, ita quod quando donantur, non est priuilegium iudicandum, sed beneficium, eo magis si non conceduntur ea, quæ*

non

*non concernunt coronam. & eius fupremam poteftatem, prout eft leges condere, monetam cudere, & de crimine lafa Maieftatis cognofcere, & fimilia. Alia verò, qua non funt de eodem gradu, & veniũt de generali formula priuilegiorum, veluti concernentia vtile dominium Baronis. flumina, decurfus aquarũ, Collecta Sancta Maria, merum Imperium, & alia, qua Rex habet in Caftro, vt ibidem num.*28. & inde fequitur, *Quando donantur in feudum, affumunt naturam feudalem, & de illis iudicamus prout de quolibet vero feudo, & ita iudicat Regia Camera quãdo functiones fifcales (qua funt pœnes ciuiles, & viuere Regum) conceduntur in feudum: fin verò non conceduntur in feudum, in omnibus alijs non expreffis, retinent naturam primeuã, vt ibid. nu.*29. & inde fequitur *nu.* 30.

Et hodie ifta regalia ad defcendentes trãfmittuntur, hanc fumpfere naturam, vt omnes defcendentes habeant non ex mala vfurpatione, fed ex bona, propter legem, qua fuper hoc edita eft, & facta funt tranfmiffibilia fieuti alia feuda.

Ecce quod ifta regalia funt tranfmiffibilia, vt alia feuda, & lex (de qua fit hic mentio) deben intelligi de *conftit. vt de fucceffionibus*, in qua datur fucceffio de patruo ad nepotem, & è contra, & fic femper fuiffe interpretatam Conftitutionem illam teftatur *doctiffimus Rouitus in pragmat. 6. de feudis*, & latè *Andr. in d. conftit. in verb. filij autem fratrum, verf. contrarium*, & ibi *Barthol. de Capua in verf. quaro, & in verbo non fuccedunt*, vbi declarat, quod nepos fuccedit Patruo, vel Amitæ, & è contra exclufo Fifco, idemque tenet *Afflict. in d. conftit. num.* 1 t. *& in dec.* 293. quos fequitur *Anna in repet. cap.* 1. *de vafall. decrepita atatis, num.* 85. *fol. mihi* 78. vbi etiam *num.* 91. *&* 92. affirmat, quod nepos fuccedit Patruo, & è contra, & idem eft in Matertera, & Amita, & in fucceffione Gabellæ molæ fuerunt admiffi illi de Iefualdo filij Catherinæ Ferrellæ ad fucceffionem Materteræ Lucretiæ Ferrellæ vna cum Comite Muri earum Auunculo, vt teftatur *Minadous in conf.* 12. *&* 21. *Georgius in allegat.* 30. *& Amatus in confil.* 78. & fic effe in filia fororis teftatur *Barthol. de Capua in verf. qua numquid, fol. mihi* 251. *colum.* 2. *circa finem, in d. conftit. vt de fucceff.* & per *capit. Regni confiderantes*, fuit extenfa fucceffio ad nepotem, & per *pragmat.* 5. 9. 10. *&* 18. *de feudis*, fucceffio fuit extenfa ad quartum gradum, per *l.* 1. *§. quarto gradu, ff. de gradibus*:

Sed Antira de Bernaudo defcẽdens ex primo acquirente extat in tertio gradu, ergo omnino fuccedit claro, & aperto iure, tefte *Regente de Ponte in repetit. cap.* 1. *de fucceff. feudi, lectio,* 12. *num.* 25. *&* 33. *fol.* 110. poft fuas decifiones pofita, & remedium *cap. ex prafumptuofa*, per Regium Fifcum intentatum vllo modo poteft adaptari contra eam, & fucceffiuè nec cõtra ipfos de Ciaccio eius defcendentes fuper dicta medietate tertiæ partis per eos prætenfa.

Et hæc quoad duo motiua D. Fifci Patroni, quatenus exclufionem Antitæ, & fucceſſorum prætenderet, vt videtur perpendere in fuis Allegationibus vt fupra.

Quo verò ad exclufionem D. Didaci de Bernaudo facilis erit Refponfio, tam quo ad ordinem, quam quoad iuftitiam.

Quoad ordinem, dixi, quod iam eft proceffus compilatus fuper petitorio cum Ioan. Maria, & poft eius mortem profequutum iudiciũ cum eius filio naturali inftituto hærede, & ideo petitorium eft expediendum, ad tradita per *Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune, num.* 36. *&* 37. *ff. de acquir. poff.* & quando in iudicio petitorio & poffefforio omne ius eft deductum, vnica fententia eft determinandum, *cap. cum Ecclefia Sutrina, de cauf. poffeff. & propriet. & cap. cum dilectus, eodem titulo, & l. fin. G. de ordin. cognit.* ibi. *An ante decidi ftatus conuenit caufam, atque ita praberi direptorum negotiorum (fi res exegerit audientiam.)* Nec dicatur fuiffe prouisũ effe procedendũ in caufa poffefforij.

Quia notum eft Dominis, non fuiffe, nec effe eorum intentionis, non expedire petitorium, & Deo aufpice, viuunt Artifices, & ita declarant, agitur coram Principe, coram quo fatuum eft quærere de ordine iudiciario, & pofitiuo, fiue de petitorio, fiue de poffefforio, nam coram eo de vtraque debet cognofci, vt fundat *Menoch. in conf.* 2. *nu.* 190. *& feq. lib.* 1. ficuti & coram arbitro *Bald. in conf.* 496. *num.* 2. *lib.* 1.

Quoad iuftitiam D. Didacus eft Clericus Sacerdos, & licet in his conceffionibus adfit poteftas fubftituendi, quo cafu Clericus feudum retinere poteft, fecundum *Capyc. decif.* 31. *num.* 1. *& Minad. in conftit. in aliquibus, verf. tertio noto, num.* 56. *fol.* 107. Attamen adeft claufula, vt Poffeffor compareat in Regis Camera, & iuramentum fidelitatis, & de officio ipfo bene, & fideliter exercendo, & exercere faciendo, *fol.* 131. *vol.* 1. fed Sacerdos non poteft tale iuramentum præftare; Ergo ex natura rei excluditur, *Bammacar. in repet. cap.* 1. *de vafall. decrep. atat. nu.* 125. *fol.* 76. & quod hoc fidelitatis iuramentum reddat Clericum omnino incapacem, tenet *Aretin. in cap. in prafentia, col.* 15. *de probat.*

& pun-

& punctualiter dixit *Angel. in cons.* 237. *nu.* 2. per *l.* 1. §. *familia, ff. de public.* & per *l.* 1. *ff. si famil. furtum fecisse dicatur, & l.* 1. *ff. de naut. fano.* substituendiq; imputaretur, si ministros suspectos substitueret, & crearet, *l. ex facto.* 31. *ff. de negotijs gestis.* & punctualis est *text. in l. nam & si seruus.* 22. *ff. de negot. gest. & Regens Constantius in l.* 60. *C. de decur. num.* 57. *fol.* 153. sed Clericus non posset puniri criminaliter de culpis, & defectibus sui substituti, nec tale iuramentum præstare poterit, ergo adhoc officium possidendum non debet admitti, *cap.* 1. *de Milite vassall. qui arma bell. depos.* vbi *Andr. Bald. & Afflict.* quia miles sæculi definit esse, qui est effectus miles Dei, & vlterius Don Didacus non venit, vt hæres Ioan. Mariæ, non ex testamento, imò contra testamentum Io. Mariæ, non cum pura, aut simplici donatione, sed cum inualida, reuocata, & annullata pluries, & pluries per Io. Mariam.

Et quod peius vti vocatus in fideicommisso facto nulliter sine Regio Assensu, postquã in ea adsunt infrascripta verba.

Gio. Maria asserisce, che possede la mità dell'Officij come herede di Gio. Maria suo Padre, e del quondam Pirro de Bernaudo, & altri suoi antecessori signanter in virtù del fideicommisso olim fatto, e disposto per detto quondam Gio. Maria, e Pirro, & altri antecessori.

Perciò con la presentia del Signor Duca di Bernaudo suo nepote legitimo, & immediato successore in vigore di detto fideicommisso, il quale Signor Duca vecchio si toglie di mezzo, e non volendo acquistare detto fideicommisso à fine, che la donatione habbia il suo debito effetto à beneficio di esso D. Francesco moderno Duca, e di D. Dieco di Bernaudo, li quali restano legitimi, & immediati successori in detta mità d'officij, da mò esso Gio. Maria liberamente dona donationis titulo irreuocabiliter inter viuos, cede, renunza, trasferisce, e refuta alli predetti D. Francesco, e D. Dieco la mità delli detti officij con la iurisdittione, emolumenti, & entrate, &c. come legitimi, & immediate successori, e tanto in vigore del detto fideicommisso, quanto per l'amor, che li porta: e così anco li cede, dona, e refuta tutte le ragioni, che li possino competere sopra la recuperatione dell'altra parte li compete sopra quello, che possede detto Signor Duca vecchio, che li spetta come herede del quondam Gio. Iacouo di Bernaudo figlio del quondam Pirro, fol. 80. *& seq. vol.* 1.

Vtq; cessio ista per Io. Mariam facta lite pendente, & processu cõpilato, & existente in expeditione causa declarationis validitatis, vel inualiditatis fideicommissi facti absq; Regio Assensu, fuit in euidentẽ fraudem litis prædictæ, & contra *c. Regni cõuentus*, & absq; termino de eius validitate, vel inualiditate, decerni non potest, & super eius possessione iudicare, nil aliud esset, quam declarare validitatem, aut inualiditatem fideicommissi. Et eo fortius, quia Io. Maria per prius donationem irreuocabiliter fecerat Iosepho filio, licet nulliter absque assensu super istis officijs. Et vlterius D. Didacus contrauenit prætensæ suæ donationi, stante conditione in ea apposita reseruationis vsusfructus durante vita Io. Mariæ, & in casu contracij donatio sit nulla, *fol.* 845. *vol.* 1. sed in contentum dicti pacti prætenditur fuisse receptam aliquã quantitatem pro affictu, *fol.* 753. *alter. vol.* 1. ergo nulla *Corneus cons.* 90. *nu.* 1. *vol.* 4. *cap. verum, de condit. appos. Peregrin. consil.* 77. *num.* 7. *vol.* 3. nec vnquam D. Didacus habuit possessionem, nec in vita Io. Mariæ, quoniã prætensa donatio fuit cũ reseruatione vsusfructus, nec post mortem Io. Mariæ, quia Fiscus fecit sequestrum, vt bene fundatum est in nota facti pro Regio Fisco, nec allegare potest pro eo, *text. in l. quisquis.* 28. *C. de donat.* quia non procedit in feudis, *D. Rouitus in prag.* 4. *num.* 13. *de feud.* post *Frece. ibi allegatum*, quando non adest assensus: & in officijs possessio capitur per iuramẽti præstationem, *de Ponte in cons.* 136. *num.* 52. & 53. *vol.* 2.

Meritò omni Iure spectatur ex circumspectione DD. Iudicantium fore prouidendum, vt expediatur prius causa Petitorij, ex cuius exitu omnia silent, vel vnico cõtextu cognosci de Petitorio, & Possessorio. Aut saltem fore decernendum medietatem tertiæ partis spectantis ad ipsos Fratres de Ciaccio legitimos, & immediatè successores, stare in suspenso, donec causa petitorij determinabitur.

Et ita supplicant Doctissimis DD. Iudicãtibus, alias in infinitum tenderet ista lis, quæ iam per 35. annos viget.

Cætera suppleant, &c. Neapoli die 5. Februarij 1629.

Io. Dominicus Tassonus.

POst hæc vero scripta, dum causa ista inter prædictos erat in eisdem terminis determinanda, comparuerunt Ioseph de Bernaudo hæres institutus à prædicto Io. Maria, ac eius filius naturalis legitimatus, sed non ad officia, & donatarius cum donatione irreuocabiliter inter viuos, sed absque assensu, & petebat immissionẽ vigore *l. fin. C. de edict. Diui*

Diui Adr. tollen. Superuenerunt etiam Pronepotes prędicti Io. Mariæ ex fotore, similiter immiffionem prætendendo, & officia ad ipfas fpectare dicebant; Inftabant & Creditores (quos ftrenue defendebat Tiberius Diamatus inter primarios Aduocatus, & etiam Creditor, prætendendo ipfos in poffeffione effe, ftante fequeftru, licet ei obftare videatur *text. in l. 3. §. fed fi fuper, verf. cæterum, ff. uti poffid.*) pro venditione bonorum.

Tandem facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Concilio cum interuentu Eximiorum Confiliariorum adiunctorum Marcelli Marciani, & Thomæ de Franchis, referente D. Mattheo Cafanate, eiufdem Regiæ Cameræ Præfidente Hifpano lepidiffimo, ac doctiffimo Viro, die 22. Iunij 1630. *Fuit prouifum, quod infra quatuor dies audiantur omnes intereffe prætendentes tam fuper poffefforio etiam ordinario, quam fuper petitorio: & interim officia in actis deducta fequeftrentur penès tertium, & fructus liberentur Creditoribus.*

A decreto ifto reclamauerunt prædicti D. Didacus, & Iofeph de Bernaudo, & reclamationi prædictæ inhæruit Regius Fifcus, & iam pendet reclamatio propediem expedienda.

Nouiffime antè in lucē prodiere *repetitiones feudales D. Io. Antonij Lanarij*, quas accuratiffimis additionibus ditauit eius meritiffimus nepos Fuluius Lanarius Aduocatus primarius, qui diù pro prædictis Bernaudis patrocinauit, & in *add. ad c. 1. de fucceff. feud. fol. 276. & feq.* eius fenfum aperit, fuper iftis officijs fideicommiffum fieri poffe abfque affenfu; fed ex exitu fupradicti decreti, & ex fuperius allegatis contrarium de Iure fieri credimus. Aliafque referre refponfiones effet fuperfluum, quod femper aufugimus: attamen quia adhuc caufa pendet, prætereundum non erit ad duo principaliora affumpta ibidem defcripta refpondere, quatenus tamen ad defenfionem iuftitiæ prædictæ caufæ attinet.

Primo enim habetur ibi, *Confiliarium Georgium virum quidem acutiffimum in repetit. feudal. cap. 54.* pro fua opinione fenfiffe, & apertè votum fuum non declaraffe, ad recufationem euitandam. Sed quæfo ne pigeat illum videre à *numer. 32. & fequent.* ait enim ibi, nullam valere difpofitionem, quæ prop. iceatem faperet, nec in officio, nec in feudo, imo plus in officio, fubditq; in *nu. 33.* hoc procedere in officio fine iurifdictione, & in *num. 34.* firmat, fuper regalibus difpofitionem vllam valere fine affenfu, & hoc procedere, fiue illa poffideantur in feudum, fiue in allodium, vt ibidem *num. 37.* concludit inde in *num. 53.* cum his verbis, *Et fic mea interpetratio eft magis ftricta contra contrahentes fuper officio, & fic femper effe neceffarium affenfum quando agitur de tranflatione, aut de conftituendo ius in re*; & dubitando ibidem *num. 54.* an vera fit *Maricondæ* opinio, vt fuper officijs poffit reuocatio fieri vigore *conftit. Regni conftitutionem diuæ memoriæ.* ficuti in feudis: ait, veram effe *Maricondæ* opinionem, affenfum requiri, quando de officio difponitur, ficuti quando difponitur de feudo, vt etiam ibidem *num. 72.* licet eam non approbat, quod reuocatio prædicta poffit fieri ficuti in feudis: at Nos fupra hic *num. 78. Maricondam* defendimus per rationes ibi adductas; Ergo quomodo clarius loqui poterat idem *Georgius* in demonftrando affenfum requiri fuper officijs iftis. Et licet in fine *d. cap. 54.* fubdat mentionem de hac caufa faciendo, ad tenorē inueftiturę effe attendendum, & ad allegata per vtramque Partem, non aperiendo patenter votum fuum, fuit ex quo erat ipfe Commiffarius eiufdem caufæ, dum in Sacro Confilio vigebat. Merito primum affumptū euaquatum effe credimus.

Aliud & fecundum præfuppofitum eft de quibufdam exemplis, & præfertim de illo Actuariatus Auerfę, fuit n. eius Poffeffor Fabritius Garganus ad inftantiam Fifci citatus ad oftendendum eius Titulum, comparuit, & emptionem factam per eum ab illis de Caracciolo conceffionarijs exhibuit, & fuit abfolutus ab oftenfione tituli; Sed facilis eft refponfio, regula eft, quod nemo cogitur titulum fuæ poffeffionis oftendere, *l. cogi. 11. C. de petitio. hæredit.* hoc tamen fallit in Fifco, qui contra poffidentes feuda, vel regalia citationes facit ad titulum oftendendum ad tradita per *D. de Ponte de poteft. Proreg. tit. de regal. impofit. §. 6. num. 38. & feq. fol. mihi* 205. fed eft verum, quod in hoc remedio extraordinario, ex quo feuda, & regalia funt poffidibilia, & prefcriptibilia, & fubiecti incapacitas non refiftit, ficuti in fpiritualibus imprefcriptibilibus, fufficit citatum allegare inueftituras veras, vel præfumptas ad optinendum abfolutionem ab hac Fifci pretenfione, ad tradita per eundem *de Ponte loco fupra citato num. 36.* ita fuit in cafu predicto, comparuit Poffeffor, & oftendit titulum verum, vel prefumptum, idefe emptionem factam à Caracciolis conceffionarijs, & venditoribus iam in humania agentibus, & fuit abfolutus à petita oftenfione Tituli, vlla precedente inftantia, fi emptio fine affenfu valida, vel inualida erat, quia ftante

superuiuentia concessionariorum nil ad Fiscum attinebat de validitate, vel inualiditate contratus.

Secundum vero exemplum, quod officium Aquariatus Nolæ collectis subest, nec operatur: quia in officio isto iam membro feudali Ducatus Calabriæ contrarium apparet, vt supra hic *num.66. verf. quinto, & tandem fuit dictum*.

Tertium, & Vltimum exemplum de Gabella baiulationis Capuæ processit vigore *l. fin. C. de edicto Diui*, vt etiam in hac causa in possessorio vigore *d. l. fin.* fuit bis iudicatum. Ergo exempla non obstant.

Sed si exemplis esset iudicandum, prout regulariter fieri non licet, *l. fin. C. quibus res iudicata non nocet*. quia res inter alios acta alijs non nocet, & quælibet facti alteratio mutat negotium, *l. ex plagis. 53. §. in cliuo, ff. ad l. Aquil. l. si vero. 65. §. de viro, ff. solut. matrim.* non ne fuit pro nobis productum exemplum, inter Regium Fiscum, & Stratonicam Pistoiam, in Banca de Quinque, super officio vice Secreti Ciuitatis Catanzarij cōcessi per Regem Federicum pro se, & heredibus in perpetuum, vt punctualiter est in casu nostro, & per decretum Regiæ Cameræ de anno 1606. fuit declaratum feudale. Fuerunt etiam & alia producta exempla, quæ nō repeto. Sed tantummodo non præteream officium Actorum Magistri S.R.C. per Ferdinandum Primum venditum in burgensaticum in anno 1482. & in anno seq. 1483. fuit mediante Regio assensu per emptorem venditum, vt notauimus supra *verf. 3. obseru. 3. fol. 125. in 18. potest. Præsidentis*.

Liquet enim vndique vllum commercij nullumq; ius, aut dominij translationem super his officijs absq; Regio Assensu fieri posse. Et ita iudicandum fore speratur, etiam pro indemnitate Regis concedentis, nam alias ad eum res vnquam esset reuersura, quod Fisci priuilegia vetant, vt supra hic notauimus *num. 83. versic. & ratio est, & sub num. 90.*

ALLEGATIO XIII.

Cumq; in materia fideicommissi super feudalibus, seu regalibus versemur, quæso ne pigeat etiam infrascripta perpendere: quæ in grauissima causa inter Illustrissimos Viros considerabam in quæstione vt infra.

Filius primogenitus, & hæres bona allodialia sita in statu Ecclesiastico subiecta fideicommisso, & primogenituræ ad beneficium familiæ facto vendidit: & ex pretio peruento ea eis feudum situm in hoc Regno Neapolis emit: dubium euenit, num hoc feudum emptum in locum prædictorum bonorum venditorum subrogetur, adeo vt vocati in dicto fideicommisso possint in futurum in possessione dicti feudi, iure fideicommissi reintegrari, ex regula generale posita per *Surd. in decis. 15. & Tiraquell. de retract. §. 31. nu. 10.* quod res empta ex pecunia hereditaria, efficitur hæreditaria.

Pro clariori dilucidatione veritatis, essent prius perspiciendæ, & ponderandæ scripturæ tam fideicommissi, quam venditionis bonorum prædictorum, quam etiam emptionis feudi, & assensus, sed iam quod haberi non possunt, & factum vt supra præsupponitur: coactus scribere quid sentiam secundū facti prædicti seriem, dico quod.

Quæstio de qua agimus disputata fuit in terminis primo loco per *Melchior. Palaez in tract. de maioratu, par. 1. quæst. 11. qui est tractatibus tom. 10. par. 1. fol. 357. & in n. 3.*
101 *in fin.* dicit, quod licet res emptæ, vel permutatæ ex pretio rei subiectę fideicommisso efficiantur fideicommissariæ, secundum *Ias. in cons. 231. lib. 2. num. 1. Caphal. consil. 281. num. 2. Paris. cons. 55. num. 67. lib. 3.* & alios allegatos per *Grauett. cons. 295. nu. 4. Surd. in d. decis. 15. nu. 18. & seq. Costam de remed. subsid. remed. 61. nu. 11. & 12. & Peregrin. de fideicommiss. artic. 40. nu. 44. vers. alia est. difficultas*, per *text. in l. Imperator. 72. §. fin. cum l. seq. ff. de leg. 2.* Tamen hoc cum declaratione procedit, puta si diuersa ratio non adest, quia diuersa ratio pactum reformat, sicuti diuersitas rationis, facit reddi diuersū ius, *Specul. de test. §. 1. versic. quid ergo si dicitur, ad finem*, ac diuersitas personarum diuersam exigit medicinam, idem *Specul. de locato, §. 3. vers. ad euidentiam*, quæ primeuę dispositioni adaptari possit, & quod ille, qui subrogationem fecit, liberam habeat potestatē disponendi de illa re cum solo suo consensu, ac libera voluntate absque alia solemnitate, vt ibidem per *Palaez num. 5. & seq.* tunc militaret regula posita, quæ cum non concurrat in feudo empto, subrogatio ista considerari non potest quoad corpus feudi.

Secundo loco disputatur hæc quæstio per *Molin. de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 4.* vbi plures articulos resultātes ex hac alienatione declarat.

102 Concludit tamen Primo, alienationem bonorum subiectorum fideicommisso esse nullam, vt ibidem *num. 30.* & dixerat supra in *lib. 1. cap. 16. num. 33.*

Secundo dicit, quod successores rem sic male

male alienatam, reuocare poterunt, & quo ad pretium, ſiuè ad rem, ex pretio fideicommiſſi emptam, ius aliquod non habent, *d. num.* 30.

Tertio affirmat, ꝙ ſi alienatio eſſet permiſſa, res ſubrogandæ non ſunt emendæ extra Prouinciam, in qua res maioratus ſitæ erant, ſed in eadem Prouincia, vel in loco conuicino, ſi Prouincia eſſet lata, ne Inſtitutoris maioratus deperiat memoria, ita in *nu.* 13. & 15.

Quarto, ponit quęſtionem, quod ſi poteſtas vendendi rem fideicommiſſo ſubiectam data eſſet, & vt ex pretio ſubrogetur alia, an iſta res empta cenſeatur ſubiecta primogenio; & arguit ad partes, & tandem *nu.* 27. *& ſeq.* concludit, quod hæc res empta ex pecunia fideicommiſſi, ſubrogatur in locum ipſius, ſi tamen expreſſe hoc actum eſſet tẽpore emptionis, non autem ſi ſimpliciter res empta eſſet, (vt eſt in caſu noſtro.)

Et inde diſputat, num ſi vendatur res fideicommiſſaria, pręcium, vel res ſubiacet fideicommiſſo, & diſtinguit, quod ſi ea lege res vendatur, pretium eſt ſubiectum fideicommiſſo, ſed ſi quærimus de re empta, tunc cõſiderat tres caſus in *nu.* 23. *& ſeq.*

Primus eſt, ſi hac lege res ematur expreſsè, vt fideicommiſſo ſubiaceat, & tunc ſuccedit in locum antiquæ.

Secũdus eſt, quod ſi ſimpliciter res empta non exprimendo, quod emebatur, vt ſubiaceret fideicommiſſo, vel emptori, & tunc maioratui ſubrogatur, dummodo res empta non ſit res mobilis, vel non ſit eius naturæ, quæ fideicommiſſo ſubrogari non valeat, (vt eſt in caſu noſtro, in quo agitur de feudo, ꝙ ſine aſſenſu Regio non poteſt obligari) & tũc non cenſetur ſubrogata loco primæ rei.

Tertius caſus eſt, quando emptor ex pretio rei maioratus, expreſsè ſibi, & non maioratui emit rem aliam, & tunc dominium rei emptę ſibi, & non primogenio acquire-
103 retur, ex regula, quia res empta ex pecunia mea, non mihi acquiritur, ſed tantum actio ad pretium, *l. ſi ex pecunia, & l. ſi vt proponis, C. de rei vendicat. vt ibidem nu.* 35. Sicuti etiã dicimus, quod res empta ex pretio feudi, non ſubeſt loco feudi, nec etiam pretium, quod ex re feudali redactum eſt, niſi id expreſsè actum fuerit, *Afflict. in cap.* 1. *de feudo non habente propriam naturam feudi, nu.* 11. *&* 12. *& Loffred. in conſ.* 11. *nu.* 10.

In noſtra quęſtione concurrunt ſecundus, & tertius caſus, vt ſupra relati, ſiquidem emptio fuit facta ſimpliciter, & ſucceſſiuè fideicommiſſo non ſubrogatur, & agitur de feudo, in quo omne commerciũ ſine Regio aſſenſu eſt prohibitum, *l. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Freder. & in conſtit. Regni conſtitutionem diuæ memoriæ*, vltra quod
104 in fideicommiſſis ſuper feudo inſolitus eſt aſſenſus, vt per *Io. Franciſcum de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. fol.* 271. *nu.* 9. *in tit. de aſſenſibus ſuper dotibus, §.* 2. *& in pragm. nouem capitum*, in qua eſt denegata poteſtas Proregibus aſſentiendi, ſi de ſubſtitutione, quæ fieret in contractu, vel teſtamento ageretur, quia ſolus Rex poſſet aſſentire, & non Prorex, *prag.* 4. *ſub tit. de feud. caſu* 6.

Sequitur ergo indubitata Iuris concluſio,
105 vt hoc feudũ non ſolũ nõ ſubrogetur fideicommiſſo, & primogenio facto, qm̃ nec æſtimatio deberetur hęredi ſubſtituto in feudis, *Andr. de controuerſ. inueſtit. nu.* 35. *Bammacar. in repetit. cap.* 1. *ſi de feudo defuncti militis, fol.* 107. *nu.* 3. vbi quod ita fuit bis deciſum cum interuẽtu Viſitatoris de Guzman, *& Camill. de Curte in diuerſorio iuris feudorum, pag.* 53. *vbi literas Regis inſerit*. Poſt hæc ſcripta vidi *Fuluium Lanarium* hãc q. tractantem, & deciſiones pro, & contra referentem in *addit. ad Io. Ant. Lanar. eius Patrum ſuper cap.* 1. *de ſucceſſ. feudi, num.* 43. *& ſeqq. fol.* 267. & concludit nullo modo deberi æſtimationem talem; fortiuſque hæc procedunt, quoniam qui ad hoc feudum emptum ſuccedũt neceſſum eſt, vt in inueſtitura ſint comprehenſi, & vocati ſecundum *Regni cõſtit. vt de ſucceſſionibus, & pragmat.* 18. *de feudis*, alias feudum deuoluetur ad Regem.

Meritò ſi vocati in primogenio prędicto eſſent emptori tranſuerſales, & nõ compræhenſi in ſucceſſione feudi vltra tertium, vel quartum gradum, vt in *d. prag.* 18. *de feudis,*
106 non poterunt ſuccedere, hinc hicebat *Petrus Antonius de Petra in tract. de fideicom. quæſt.* 8. *num.* 530. *verſ. alta, fol. mihi* 88. quod in feudis non poteſt conſtitui primogenium. Et ideo non poteſt conſiderari ſubrogatio feudi in caſu noſtro, dum non ſapit naturam illius rei, in cuius locum ſubrogatur, neceſſum enim eſt, vt nulla ſit differẽtia inter eos, vt nouiſſimè poſt multa fundat *doctiſſimus Regens Valenzuela in conſ.* 63. *num.* 137. *& in cenſ.* 60. *nu.* 4. *Magon. in deciſ. Florent.* 35. *num.* 28. *Mantua ſingul.* 37. *Socin. reg.* 375. *limit.* 2. *Anton. Gabriel commun. concluſ. tit.* 6. *titulo de regul. iur. concl.* 2. *nu.* 66. *Gayllus pract. obſeruat. lib.* 2. *obſeru.* 120. *nu.* 8.

Hinc eſt, quod pecunia peruenta ex fundo
107 dotali, non eſt reſtituenda ſtatim ad inſtar fundi dotalis, ſed poſt annum, ſoluto matrimonio, *l. cum in fundo.* 81. *§. ſi fundus, ff. de iure dotium*, quem *text. Roman. in ſing.* 228. dicit eſſe notabilem, ſicuti nec pretium re-

dactum ex feudo, est feudale, neq; res ex eius
pretio emptæ feudales sunt, nisi id expresse
fuerit actum, *Io. Vinc. de Anna in sing.* 204.
*& Andr. in verb. & plaustrorum, quæ sint
regalia. nu.* 58. dixit, quod pecunia redacta
ex feudo, non est feudalis.

Ex conclusione iam supra firmata, quod
hoc feudum sic simpliciter emptum, non
potuit, nec potest subrogari primogenio
absque Regio assensu, resultat secunda
quæstio.

An vocati in fideicommisso prædicto pro
pretio peruento ex fideicommisso, quo feu-
dum fuit emptum, habeant actionem ad feu-
dum pro pecunia prædicta recuperanda.

Et in hoc duæ adsunt opiniones Moder-
norum, qui antiquos referunt.

Prima fuit eruditissimi *Consiliarij Fabij*
108 *de Anna in cons.* 4. *à nu.* 15. *vsq; ad* 32. qui
tenet, quod pretium quo emitur feudum, nō
est onus feudi, nec occasione feudi, sed tan-
tum est onus feudatarij extra feudū, & ideo
si non interuenit assensus in obligando feu-
dum pro hoc pretio, remanet onus in hęre-
ditate emptoris, & respicit totum eius pa-
trimonium hæreditarium, & non feudum,
quia solū interesse voluntatis Domini facit
cessare obligationē super feudo, vt per *And.
de Isern. in l. Imperialem*, & probat *text. in
cap.* 1. *in fine, de fratribus de nouo benef. in-
uestitis*. Longè enim differt dispositio bo-
norum allodialium à dispositione feudorum,
in qua non sufficit consensus contrahentiū,
sed requiritur assensus tertij, qui est Domi-
nus, *Camer. in d. l. Imperialem, fol.* 24. *lit. S.
colum.* 4.

Altera, & secunda fuit opinio *Regentis de
Ponte viri versatissimi, ac doctissimi in de-*
109 *cis.* 4. in qua decisum refert, quod si feudum
fuit emptum cum pecunia creditorum, cum
speciale pacto, vt cum ea ematur feudum,
tunc debet vendi feudum, vt super pretio sa-
tisfiant isti creditores de pecunia, quorum
fuit emptum feudum, & sic secundum istam
opinionem, videtur quod primogeniti, qui
erunt vocati in fideicommisso, si non sunt
successores, & hæredes de vocatis in linea
finituræ huius feudi empti ex pretio prædicto
possent agere ad vendendum feudum emptū
cum pecunia fideicommissi venditi, etiam
contra Fiscum, ad quem feudum deuoluere-
tur per lineam finitam, & ita videtur tenere
idem de *Ponte in alia decis.* 34.

Attamen ista secunda opinio militaret,
quando feudum fuisset expressè emptum cū
pecunia fideicommissi (quod non est in casu
nostro) & in iure prima opinio est verior, vt
probarem, si tempus permitteret, & potis-
simum ea ratione, quia licet feudum ema-
tur cum hac pecunia, & cum ea acquiratur,
nō per hoc Domino pręiudicatur, qui feudū
liberū habet, in vno enim casu tantum pos-
set præiudicare Domino, si hæc pecunia,
qua feudum emitur, solueretur alijs credito-
ribus, qui habebant obligatum feudum cum
assensu, & cederent eorum iura cum assensu,
tūc enim feudum transit affectū cum onere
prædicto, & cum sua causa *Capyc. in inuestit.
sub tit. feudorum deuolutiones, vers. hypothe-
ca, fol.* 159. *& Io. Franc. de Ponte in decis.* 4.
nu. 28. quoniam Domini assensus sibi præiu-
dicat in obligatione, *Andr. in §. quid ergo,
nu.* 5. *de inuestit. de re alien. fact.*

Posset enim euenire casus, quod successor,
& possessor istius feudi (quod non potest ha-
beri, nisi cum qualitate hæreditaria) obli-
garet alijs creditoribus cum Regio assensu,
& tunc isti secundi creditores cum assensu
præfererentur primogenitis, & vocatis in
fideicōmisso prædicto, qui venirent pro prę-
tio quo feudum fuit emptum, & dubitari nō
posset, quin præfererentur creditores cum
assensu.

Meritò concludendum est, etiam respectu
huius secundi capitis, pretium non posse in-
telligi subrogatum loco rei alienatæ, & fidei-
commisso subiectæ, sicuti non est subrogatū
corpus feudi loco pretij prædicti, vel rei
alienatæ.

110 Et successiuè vocati in fideicommisso pos-
sunt agere etiam viuente possessore maiora-
tus, pro re subiecta fideicommisso vendican-
da, vt per DD. relatos per *Fabium de Anna
in cons.* 11. *vol.* 1. *& cons.* 126. *vol.* 2. idemq;
testatur *Gaspar Thesaur. quæst. forens. tit.* 2.
quæst. 84. *à num.* 4. *vsque ad finem*. Non ob-
stante, quod *Molina* ibi allegatus contra-
rium teneat, ex quo etiam si opinio *Molinæ*
esset verior, limitatur per ipsum, quando
adesset dilapidatio bonorum, *Ann. in d. cons.*
31. *nu.* 12. vt est in casu nostro.

Sed cū opinione *Annæ* concludit *D. Card.
Tuscus in pract. lit. C. conclus.* 264. *nu.* 2. per
DD. ibi allegatos.

Hæc currenti calamo scripsi 27. Februarij
1622. salua correctione &c.

Io. Dominicus Tassonus.

In hac materia subrogationis, quando
possit vnum Castrum in locum alterius sub-
rogari, perquire *Decian. in cons.* 27. *ex qua-
tuordecim dubijs vol.* 1.

Et prosequendo materiam assensus, addo
quod.

Fuit alias dubitatum in Regia Camera,
num

num ſi Rex concedat alicui Equiti Hieroſolymitano extero titulum Marchionatus, ſeu Comitatus ſuper Terra per eum legitimè nominanda; ſique prædictus Eques non habet Terram, ſed eam vult poſtea emere in Regno, an requiratur alter aſſenſus Regis ſuper emptione prædicta. Dicebā, quod quando Rex concedit aliquid, cenſetur conceſsū omne id, ſine quo actus explicari nō poteſt, *l. 2. ff. de iuriſd. omn. Iudic. l. 3. §. qui habet, ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap. prætereà, de offic. deleg.* quinimò cenſentur conceſſa illa, ſine quibus quid expediri poteſt ſed non commodè, *l. pen. ff. de vſufruct. l. quicumque, §. ſi ei, qui ad vendendum, ff. de inſtit. gloſ. ſingul. quæ eſt ſecunda, in cap. ſolet, de ſent. excommun. in 6. l. 3. §. qui habet auſtum, ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior.* vbi, qui habet auſtum, iter quoque ad auriendum habere videtur.

Hinc eſt, quod conceſſo iure paſcendi, venit etiā ius aquandi, pernoctandi, & lignandi pro vſu paſtorum, vt fuit deciſum per Regiam Cameram cum interuentu aliorum Conſiliariorum in cauſa Vniuerſitatis Altamuræ, cum Marchione Campaneæ, & proceſſus inde deuenerunt ad Sacr. Conſil. in banca de Figliola, & ſententia eſt in fol. 956. & inde ſubſequuntur alia decreta Sacr. Conſ. ſic declarantia. Et *Lanarius* facit *conſil.* 83. ſub hoc etenim verbo paſcere, aquare, & pernoctare venit, *toto titulo, C. de paſcuis publicis, lib.* 11. vbi tantum diſponit, animalia paſqua ſumant: pernoctare intelligit de potu, & pernoctatione, ex ratione clara, quæ pro lege allegari poteſt, quando lex ſcripta deficit, *cap. fruſtra, 8. diſtinct. cap. ſanè, diſt. 9.* ex lege enim naturæ rationi parere tenemur teſte *Tullio* 1. *de officijs, & Luc. de Penna in l. 1. C. de paſquis public. lib.* 11. & meritò notabiliter dixit *Bart. in l. ambitioſè. 17. ff. de decretis ab Ordi. facien.* quod commiſſo arbitrio ſuper ſtatu pacifico Reipublicæ, cēſetur etiam conceſſa poteſtas compellendi ciues particulares ad concordiam.

Ergò dū Rex Religioſo iſti cōcedit titulū ſuper Terra denominādā, cenſetur conceſſiſſe facultatem, & poteſtatē ad eam abſq; alio aſſenſu Regis emendam, ſed ſufficit aſſenſus Protegis. Eo fortius, quia Regis conditio non fit deterior, ſed melior in habendo plures exteros ſubditos, & ideo ad augmentum feudi faciendum non requiritur aſſenſus, *Andr. in cap. 1. num. 8. de capit. Corradi.* & eo fortius, quia conceſſio facta fuit pro ſeruitijs Militi ſtrenuo, quo caſu etiam tertio præiudicari poteſt, vt dicemus infra hoc *verſ. 4. obſeru. 5. nu. 40. & ſeq.* & ſecundum prædicta fuit in Regia Camera concluſum.

111 Aſſenſus Regis multis in caſibus non requiritur, vt habes per *Afflict. & Vrſill. in deciſ.* 119. *num.* 7. vbi ſi pater exhæredat filium, an poſſit vendere extraneo, ſi filius eſt ingratus, & feudum eſſet nouum à patre acquiſitum, & in *conſtitut. Regni, Si quis Baro. cum ſeq.* puta in conſtitutione dotarij, vel pro ipſius obligatione, *Campagna in in cap. Regni. mulier dotarium, num.* 19. per *conſtit. Regni licentiam,* nec etiam pro obligatione feudalium in dotem datorum, ſecundùm *Regni cap. humanitatem.* 157. *in fine.*

Et ſic etiam in *conſtitut. Fratribus*; quæ dat licentiam fratri de dando feudum pro dote ſororis, ſed prædictam conſtitutionem eſſe correctam quoad dationem feudi, tenet *Camerar. in l. Imperialem, fol.* 64. *lit. H. & fol.* 84. *lit. F.* Excadentiæ autem feudi etiam alienari poſſunt abſque aſſenſu, *Andr. in cap.* 1. *§. final. in fine, an ille, qui interfecit fratrem domini ſui, Fabius de Anna in conſil.* 51. *vol.* 1. vbi *num.* 4. fundat omnem alienationem in augmētum fieri poſſe abſq; aſſenſu.

Nec requiritur in conſtitutione Procuratoris in materia feudali, ſecundum *Frecc. in* 22. *limit. ad conſtitutionem diuæ memoriæ, in lib.* 2. *de ſubfeud.* quem ſequitur *de Ponte in conſil.* 139. *nu.* 1. *circa medium, volum.* 2. ſicuti nec requiritur in ceſſione in augumētum feudi, *Camer. in l. Imperialem, fol.* 15. *litera O.*

Nec etiam requiritur quando emphyteuta Fiſci dat rem emphyteoticam, *l. 1. cum gloſ. C. de fundis patrimonialib. lib.* 11. quod ſecus eſt in priuato, vt ibidem. In refutationibus autem feudorum immediatè ſucceſſuris factis ſeruata forma *pragmat.* 20. *de feud,* nec etiam aſsēſus requiritur, dummodo cum requiſitis ibidem fiant: & infra dies quindecim in quinternionibus regiſtrentur, vt ibidem. Aduerte tamen, quod ſi refutatio fieret retento vſufructu, & vtili dominio feudi, à Regia Camera non admittitur, *Frecc. in lib.* 2. *de ſubſeud. in* 3. *author. Baron. nu.* 13. *in fine, fol.* 319.

Et ſimiliter, quod aſſenſus non requiratur in obligatione feudalium pro dotibus, & antefato, & alijs contractibus dotem concernentibus ad beneficium mulierum Neapoli-
112 tanarum, quia habent aſſenſum Regis Catholici, vigore *Capituli Neapolis,* vt latè per *Camer. in l. Imperialem, fol.* 52. *lit.* Q. quo in loco dicit, in ſubſidium venire aſſenſum hunc, & idem dixit in *fol* 92. *lit. M.* ſed contra eum tenet *Regens de Ponte in conſil.* 28. *num.* 5.

suetudo, quod capitulum prædictum extendatur ad subfeuda, nunquam fuit in vsu, cumque semel fuisset positũ in vsu in anno 1550. & præstita assistentia, statim sententia fuit declarata nulla per Sacr. Cons. vt per *Frecc.*
133 *in d. quæst. 4.* ex ratione, quia priuilegium concedentis, non debet inducere aliquid vltra concedentis intentionem, *pragmat.* 15. *de Baronibus*. & ex his fundatum esse credimus, quod Rex assensum prædicti Capituli ad subfeuda Baronum extendi noluit.

Nunc restat videre aliud assumptũ, si Rex hoc facere potuit.

Dico, si potuit, non secundum potestatem absolutam, sed secundum potestatem ordi-
134 nariam, quia est verum, quod Rex vti pater patriæ, secundum *Senec. in primo de clementia*, debet omnia facere cum consilio sapientum, *Hester. 1. & Regum. 3. c. 12.* quo casu
135 est subditus legi, vt quilibet alius, quantum ad vim directiuam legis, *Andr. in cap. 1. sub num. 79. de Capit. qui Cur. vend.* & meritò non præsumitur præiudicare iuri tertij, *l. nec Auus, C. de emancip. liber.* nec velle derogare legibus, *l. si quando, C. de inoffic. testam.* est enim æqualitatis, & iustitiæ amator, *§ final. vers. æqualitatis, auth. de nõ eligen. 2. nubent. mulier.* ergo dum erectio, deuolutio, obligatio, & alienatio feudi plani, & de tabula spectat ad Baronẽ, vt supra fundauimus, si Rex
136 auferret ius competens Baroni, esset contra ius naturale, quod gentium est, *l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. fin. in fine, C. de pact.* facere enim legem, quæ esset contra ius, non dicitur lex, quia est iniusta, & irrita, vt fundat *Andr. in cap. 1. num. 30. de Capit. qui Cur. vend.* meritò dixi, quod non potest, quia non dicitur posse, quod cum peccato, & contra legẽ potest; & ideo quan-
137 do dispensat, vt bona fideicommisso subiecta alienentur, non facit vi legis, sed vi rationis, secundum *Couar. variar. resol. lib. 3. cap. 6. in fine.*

His sic indubitanter firmatis, secundum veros tramites assensus, & gratiæ Regis, &
138 naturam subfeudalium, patet, quod toto cœlo aberrauit, *Petrus Garzia in sua decis. extrauag. 56.* quæ sua notabilia sunt, & non decisiones, quo loci ausus est contradicere doctrinæ eminentissimi *Frecc. in d. quæst. 1.* imò potius decisioni Sacr. Cons. sed quod à principio aberrare cœperit, dignentur Domini Iudicantes, eius dicta perpendere.

Primo, enim affirmat, quod *capit. 20. Regis Catholici*, loquitur circa restitutionem dotium cum antefatis; & hic est manifestus error, nam in *d. cap. 20.* verbum nullum de antefato, imò ex quo iste assensus (licet lo-
quatur de dote) ad antefatum non fuit ex-
129 tensus, & ideo opus fuit specialiter impetrari gratiam, & assensum pro antefato, vt in *cap. 14. de anno 1539. fol. 105. in capitulis Neapol & in pragmat. 8. de feud.*
130 Secũdo, *Garzia* mouetur ex regula, quod indefinita æquipollẽt vniuersali: sed respondetur, regulam prædictam procedere in ciuilibus, non in feudalibus, imo procedit in habentibus eandem naturam, & nõ in diuersis, vt sunt diuersa feuda quaternata, à feudis planis: fundat enim se *Garzia* in doctrina *Camer. in fol. 53. lit. I.* sed *Camer.* ibi, differentiam facit inter regulas feudales, & iuris ciuilis, & canonici, & firmat, quod extensio assensus ad expressa tantum tolleratur, quinimo in *fol. 52. lit. Q.* tenet *d. cap. Neap.* in subsidium venire, sed *Anna in allegat.* 115. pro, & contra decisum refert, & *Regens de Ponte de potest. Proreg. fol. 246. num. 13. & seq.* tenet non venire in subsidium.

Tertio, mouetur ex doctrina *Camer. in fol. 53 lit. E.* vbi asserit, quod d. Capit. non considerauit hunc, vel illum casum, sed ne mulieres remaneant indotatæ, ex quo Rex cogitauit, quod ius vult, ista sunt verba *Camer.*

Sed quæso attendatur responsio.

Camer. ibid. fol. 51. lit. S. & F. incepit disputare quæstionem, si Cap. Neap. extenditur de feudo patris ad feudum emptum per filium, & concludit, quod non, quia separatorum, separata est ratio, & assensus cum vna qualitate non extenditur ad aliam; inde sequitur disputare aliam quæstionem, si in annexis extendatur dictum Capitulũ Neap.
131 puta ad interesse dotis, vel ad assecurationem dotis, & concludit, quod tunc reputatur vt vnum, quia qui promittit dotes, promittere videtur interesse, & assecurationem, & tunc ex mente comprehensiua extenditur ad dictos casus, ex ratione, ne mulieres remaneant indotatæ. vt in *d. lit. E. fol. 52.* sed quando vult probare, si extensio fit ex diuersa causa, puta de dote ad donationem propter nuptias, dicit, quod non, *fol. 53. lit. P. & Camer. in locis supra citatis, d. fol. 86. lit. O. vsque ad lit. R.* expresse tenet, quod Cap. Neap. non habet locum in subfeudis, quinimo idemmet *Garzia* videtur sibi contrarius in sua *decis. 73.* in qua concludit, quod *capit.*
132 *Regni ex præsumptuosè*, nõ extenditur ad subfeuda, ex ratione, quia illud Capitulum fuit factum in fauorem Fisci, & non Baronũ; quomodo ergo vult modo extendere Capit. Neap. loquens de feudis possessis per Regiã Curiam, ad subfeuda contra Barones?

Quarto, dicit *Garzia*, quod feudum quaterna-

ternatum poteft refutari Regi fine confenfu
Baronis, hoc argumentum eft diuerfum in
cafu noftro, ex quo fumus in feudo plano, &
de tabula, vt fupra notauimus.

Quinto, dicit, quod affenfus prædictus,
dum referuat iura cuiuflibet, vt fint falua,
intelligitur de creditore, qui prius habuerat
affenfum cum hypotheca; fed refpondetur,
quod hoc non militat, poterat ne Rex præ-
ferre dotes pofteriores, creditoribus cum
affenfu hypothecarijs anterioribus, Refpõ-
deat *Garzia*? Rex dum referuauit iura alte-
rius cuiuslibet, fecit, vt femper facit Rex iu-
ftiffimus, qui nunquam iuri tertij præiudica-
re intendit, vt fupra fundaui, idemmet *Gar-
zia in suo dicto* 362. tenet, quod Princeps, &
fi eft legibus folutus, quando res facit cum
confilio fapientum, fecundum leges aftrin-
gitur.

Sexto, dicit, quod Barones fuerunt præ-
fentes, & per tacitum confenfum fibi præiu-
dicauerunt, & poftea fibi eft contrarius, quia
133 fubdit, quod requiritur affenfus vtriu que.
Sed refponfio eft facilis, quia præfens, & ta-
cens, nunquam fibi præiudicat, nifi fpeciali-
ter fit vocatus ad illum actum, *glof. in clem.
2. in verb. præfentia, de baptifmo.* & fic pun-
ctualiter tenet *Camer. in l. imperialem, fol.
66. lit. T.* & ipfemet *Garfia in suo dicto* 100.
affirmat, quod confeffio facta parte præfen-
te, & non acceptante, non præiudicat.

Septimo, & tandem dicit, quod fi emphi-
teufis à fecundo emphiteuta alienaretur, af-
fenfus primi Domini requireretur, & per
confequens, &c. Sed hoc eft nimis diftans à
regulis feudalibus; indubitata eft enim cõ-
clufio, quod in alienatione, vel obligatione
134 feudi fecundũ quid, requiritur affenfus Re-
gis, & Baronis, in alienatione verò feudi pla-
ni, & de tabula, requiritur affenfus Baronis
tantum, vt latè per *Camer*, difputantem has
quæftiones in *l. Imperialem, fol. 68. col. 1. 2.
& 3. & propriè lit. O. & feq.* & ratio eft, quia
Baro eft dominus fubfeudatarij, & non Rex,
ita *Camer. fol. 67. lit. B.*

Confutatis prædictis argumentis *Garzia*.
vt fupra vidimus, corruunt, & fimiliter con-
fiderationes factæ per partem aduerfam v3.
quod *Capit. Neapol.* fuit extenfum ad bona
135 feudalia foceri, quia refpondetur, quod ad
illud extendendum ad bona foceri, fuit ne-
ceffum fupplicare de nouo ex fpeciali gra-
tia, vt in *cap. 14. de anno* 1536. *in Cap. Neap.
fol.* 105.

136 Secundo vtitur argumento, quod Capitu-
lum Neap. extendatur ad feuda titulata, vt
per *D. de Ponte de poteft. Proreg. fol.* 151. *nu.
36.* vbi tenet contra *Frecc.* aliter dicentem
*in lib. 3. de fubfeud. in tit. differ. inter feuda
regal. titul. & alia, differ. 2. num. 6. fol. mihi*
427. inferens ex hoc, quod *Frecc.* habet con-
tradictorem in fuis opinionibus; fed falua
pace *D. de Ponte*, decipitur in refellendo do-
ctiffimum *Frecc.* cuius opinio eft adeò vera,
& fundata de iure, quod fuit neceffarium in
anno 1540. fpecificè fupplicari, vt Capitulũ
prædictum extenderetur ad feuda titulata,
vt eft videre in *cap. 7. fol. 128. ater. in fine,
in Priuileg. & Capit. Neapol.* ergo optimè
fundauit *Frecc.* ibidem fecundum tramites
iuris, & fi poftea non allegauit prædictum
capitulum 7. fuit, quod fua fcripta in *lib. 3.*
fuerunt tipi tradita poft eius mortem, quæ
fuit de anno 1564. vt eft notũ (per integer-
rimum, & optimum Virum Confiliarium
Cęfarem Frecciam eius nepotẽ, qui in anno
1601. fuit creatus Confiliarius, & in anno
1622. ex hac vita feceffit cũ maximo dam-
no fui Patrimonij, ftante eius integritate.)
Et illud, quod dicit *D. de Ponte ibidem.* quod
fic hodie iudicatur, procedit ex *d. cap. 7.* & ex
gratia fpeciali, & non de iure.
137 Tertio dicit, quod Rex per difpofitionem
particularem non poteft difponere de fub-
feudis, fed per viam legis, feu ftatuti, vtique
poteft; puta reftringendo, vel ampliando
fucceffionem in feudis. Sed quæfo aduertant
Domini, nam pars aduerfa in hoc confitetur
veritatem, dum dicit, quod Rex per difpo-
fitionem particularem non poteft difponere
de fubfeudis. Hęc fupplicatio Ciuitatis Nea-
polis non ne eft actus particularis, & gratia
fimpliciter petita à ciuibus Neapolis tantũ?
negari non poteft, quod fic; quomodo ergo põt
extendi, quod fuit facta per viam legis, fuit
enim gratia particularis cõceffa ad petitio-
nem, & importunitatem partis; ergo bene
confitetur pars aduerfa, quod per difpofitio-
nem particularem fuper fubfeudis, Rex non
poteft difponere, femper enim, quod ex gra-
tia particulari Rex aliquid concedit, non
extenditur ad fubfeuda, vt diximus, non ex-
tendi reuocationem conceffam per *conftit.*
138 *Regni conftitutionem diuæ memoriæ*, nec
capitulum ex præfumptuosè. Imo quando
Rex vult per legem generalem ftatuere, vt
extendatur ad Barones, expresfè hoc dicit,
vt fecit in fucceffione fubfeudorum, vt in
conftitut. vt de fucceffionibus, in princ. ibi, *vel
ab alijs*, & fic patet, quod non benè dicit pars
aduerfa, quod dicta conftitutio extendatur
ad fubfeuda, quia extenditur, ex quo expref-
sè dixit, *feu ab alijs* (licet *Andr. in fine dict.
conftit. verf. in omnibus autem*, teneat, quod
dicta conftitutio non procedit in feudis pla-
nis, & de tabula) fimile etiam facit Rex in

gratijs.

tur, vt per *Reg. Moles in decis. 86. & Minad. in consit. in aliquibus, vers. 3. noto, nu. 56. fol. 107.*

Nec dicatur, quod in assensu præstito super venditione facta per Antonellum Bonacursum (cuius originariam concessionem non habemus) Philippo de Bernaudo, videatur affectio, requiri seruitiũ personale, quoniã in eo est videre, vt possit seruire per substitutum, etiam si Vicarius Generalis ibi accederet, & reddit rationem, quia etsi nomen officij mutetur, non tamen mutatur eius effectus, vt in fol. 801. vol. 1.

His sic indubitanter firmatis.

Non obstant disputata per *D. Freccium in quæst. 50. & seq.* quod fœmina in officijs non succedit.

Quoniam (vltra quod non loquitur de officijs concessis pro hæredibus, & successoribus in perpetuum, vt est in casu nostro) ipsemet *Freccia in quæst. 50. nu. 7.* limitat conclusionem prædictam, quando fęmina haberet officia ex successione antiquorum, vel quando Priuilegij forma pro fœmina est clara, & aperta, & contra se non habet obstaculum iuris communis.

Quæ duę limitationes in casu nostro sunt claræ, nam Antira habet hęc officia ex successione antiquorum, idest ex Pirro Patre, & ex Io. Auo, & successione Laudomiæ, & Portiæ eius neptum, vltimo loco mortuarũ ipsa superstite.

Ac ex priuilegijs, cũ potestate substituendi pro hæredibus, & successoribus in perpetuum; sed tam de iure communi, quam de iure Regni fœmina succedit, (vt supra fundauimus) ergo *Freccia* est pro nobis. Quinimo idem *Author in quæst. 58. vers. obstat, fol. 259.* admittit pupillum, & infantem succedere in officijs, quando aperto iure succedunt, & per substitutum seruire possunt, & similiter in *quæst. 56.* dum disputat si pro hęredibus facta est concessio, an ad omnes hęredes transeat, concludit, ad omnes hæredes transire, quando Rex dedit pro hęredibus, per *text. in l. in annalibus, C. de legatis.* succedunt enim in tali officio sicuti in iurisdictione secundum *Lanar. in d. cons. 59. nu. 33.* quia concesso officio pro hæredibus, mutatur natura ipsius, & reale ius residens penès Regem est in concessionarios, & eius hęredes translatum, secundum *D. de Ponte in decis. 28. num. 620. vers. sed si supra.* At non in burgensaticum, sed in feudum, quia quando Rex voluit dare in burgensaticum dixit, vt est videre in concessione facta per Regem Ferdinandum ipsismet fratribus de Bernaudo, dum in anno 1487. concessit baiulationem Montis Alti, (quæ etiã est de membris feudi Calabriæ, vel de regalibus) & fuit concessa expresśe in burgensaticum, vt in *fol. 778. vol. 1.*

Et hæc quatenus officia prædicta vel mẽbra feudalia Ducatus Calabriæ considerentur.

Quatenus verò de regalibus essent indicata.

Et tunc dico, quod Antira de Bernaudo, quæ in tertio gradu erat tẽpore mortis Laudomiæ, & Portiæ eius neptum, vt supra in arbore, omnino successit, tam inspecto iure communi, quam iure Regni.

De iure communi est indubitatum, talia regalia extendi ad fratres, & nepotes, ac cõsobrinos, *cap. 1. de feudo Marchiæ, vbi glos. in verb. consobrini.* dicit in infinitum, licet cõmunis opinio sit vsque ad septimum gradũ, & *Andreas ibi num. 6. circa finem,* intelligit de benefic. s. officio, prout etiã sensit *Freccia in lib. 3. de subfeud. in 2. formula, nu. 27. fol. 1. & de Ponte in decis. 28. nu. 5. & 6. ibi, beneficio, idest officio.*

Sed quicquid sit de hac successione graduum, quæ ad nos nõ pertinet, quia Antira est in tertio gradu, nulli dubiũ esse poterit, quin non succedat ex omni iure, *cap. 1. §. 1. de success. feud. & cap. 1. de feudo Marchiæ, & cap. si quis miles constit. feudal. Lotbar.*

De iure Regni (cui est attendendum in istis successionibus regalium, & officiorum, teste *Peregrino de Iure Fisci, lib. 1. tit. 2. nu. 102. fol. 30.*) licet per *constit. Regni. scire volumus,* est coarctata alienatio regalium absque Regio assensu, vt ex ea est videre, attamen quoad gradum successionis non loquitur, & *Frecc. in lib. 2. de subfeud. fol. 258.* affirmat, non reperiri legem quoad officij successionem. Ergo ad interpretationem Prudentũ Regni est recurrendum, *Affl.* enim *in constitut. ea, qua ad speciale decus, num. 10. circa finem,* dicit, quod licet officia sint personalia, attamen si conceduntur cum vtilitate pro se, & hæredibus, appellãtur contractus sicut militia, *Frecc. verò in lib. 3. de subfeud. in 2. formula à nu. 25. vsque 30. fol. 401.* declarat, quoad regalia, quę non sapiunt, aut minuunt coronam, prout est in istis officijs, quod si in priuilegijs regalium concessionũ sit mentio generaliter, transeunt ad omnes, per *l. immunitates generaliter, ff. de iure immunit. vt ibidem nu. 26. in fine;* & inde sequitur, *Regalia sunt ad hæredes sanguinis transitoria, & personalia non sunt, res natura non repugnat, ita quod quando donantur, non est priuilegium iudicandum, sed beneficium, eo magis si non conceduntur ea, quæ*

non

*non concernunt coronam, & eius ſupremam poteſtatem, prout eſt leges condere, monetam cudere, & de crimine læſæ Maieſtatis cognoſcere, & ſimilia. Alia verò, quæ non ſunt de eodem gradu, & veniūt de generali formula priuilegiorum, veluti concernentia vtile dominium Baronis, flumina, decurſus aquarū, Collectæ Sanctæ Mariæ, merum Imperium, & alia, quæ Rex habet in Caſtro, vt ibidem num.*28. & inde ſequitur, *Quando donantur in feudum, aſſumunt naturam feudalem, & de illis iudicamus prout de quolibet vero feudo, & ita iudicat Regia Camera quādo functiones fiſcales (quæ ſunt pœnes ciuiles, & viuere Regum) conceduntur in feudum: ſin verò non conceduntur in feudum, in omnibus alijs non expreſſis, retinent naturam priuatā, vt ibid. nu.*29. & inde ſequitur *nu.* 30.

Et hodie iſta regalia ad deſcendentes trāſmittuntur, hanc ſumpſere naturam, vt omnes deſcendentes habeant non ex mala vſurpatione, ſed ex bona, propter legem, quæ ſuper hoc edita eſt, & facta ſunt tranſmiſſibilia ſicuti alia feuda.

Ecce quod iſta regalia ſunt tranſmiſſibilia, vt alia feuda, & lex (de qua fit hic mentio) deben intelligi de *conſtit. vt de ſucceſſionibus*, in qua datur ſucceſſio de patruo ad nepotem, & è contra, & ſic ſemper fuiſſe interpretatam Conſtitutionem illam teſtatur *doctiſſimus Rouitus in pragmat.* 6. *de feudis*, & latè *Andr. in d. conſtit. in verb. filij autem fratrum, verſ. contrarium*, & ibi *Barthol. de Capua in verſ. quæro, & in verbo non ſuccedunt*, vbi declarat, quod nepos ſuccedit Patruo, vel Amitæ, & è contra excluſo Fiſco, idemque tenet *Afflict. in d. conſtit. num.* 11. *& in dec.* 293. quos ſequitur *Anna in repet. cap. 1. de vaſall. decrepitæ ætatis, num.* 85. *fol. mihi* 78. vbi etiam *num.* 91. *&* 92. affirmat, quod nepos ſuccedit Patruo, & è contra, & idem eſt in Matertera, & Amita, & in ſucceſſione Gabellæ molæ fuerunt admiſſi illi de Ieſualdo filij Catherinæ Ferrellæ ad ſucceſſionem Materteræ Lucretiæ Ferrellæ vna cum Comite Muri earum Auunculo, vt teſtatur *Minadous in conſ.* 12. *&* 21. *Georgius in allegat.* 30. *& Amatus in conſil.* 78. & ſic eſſe in filia ſororis teſtatur *Barthol. de Capua in verſ. quæ numquid, fol. mihi* 251. *colum.* 2. *circa finem, in d. conſtit. vt de ſucceſſ.* & per *capit. Regni conſiderantes*, fuit extenſa ſucceſſio ad ſororem, & per *pragmat.* 5. 9. 10. *&* 18. *de feudis*, ſucceſſio fuit extenſa ad quartum gradum, per *l.* 1. *§. quarto gradu, ff. de gradibus*.

Sed Antira de Bernaudo deſcēdens ex primo acquirente extat in tertio gradu, ergo omnino ſuccedit claro, & aperto iure, teſte *Regente de Ponte in repetit. cap. 1. de ſucceſſ. feudi, lectio.* 12. *num.* 25. *&* 33. *fol.* 110. poſt ſuas deciſiones poſita, & remedium *cap. ex præſumptuoſa*, per Regium Fiſcum intentatum vllo modo poteſt adaptari contra eam, & ſucceſſiuè nec cōtra ipſos de Ciaccio eius deſcendentes ſuper dicta medietate tertiæ partis per eos prætenſa.

Et hæc quoad duo motiua D. Fiſci Patroni, quatenus excluſionem Antiræ, & ſucceſſorum prætenderet, vt videtur perpendere in ſuis Allegationibus vt ſupra.

Quo verò ad excluſionem D. Didaci de Bernaudo facilis erit Reſponſio, tam quo ad ordinem, quam quoad iuſtitiam.

Quoad ordinem, dixi, quod iam eſt proceſſus compilatus ſuper petitorio cum Ioan. Maria, & poſt eius mortem proſequutum iudiciū cum eius filio naturali inſtituto hærede, & ideo petitorium eſt expediendum, ad tradita per *Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune, num.* 36. *&* 37. *ff. de acquir. poſſ.* & quando in iudicio petitorio & poſſeſſorio omne ius eſt deductum, vnica ſententia eſt determinandum, *cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & cap. cum dilectus, eodem titulo, & l. fin. C. de ordin. cognit.* ibi. *An ante decidi ſtatus conuenit cauſam, atque ita præberi direptorum negotiorum (ſi res exegerit audientiam.)* Nec dicatur fuiſſe prouiſū eſſe procedendū in cauſa poſſeſſorij.

Quia notum eſt Dominis, non fuiſſe, nec eſſe eorum intentionis, non expedire petitorium, & Deo auſpice, viuunt Artifices, & ita declarant, agitur coram Principe, coram quo fatuum eſt quærere de ordine iudiciario, & poſitiuo, ſiue de petitorio, ſiue de poſſeſſorio, nam coram eo de vtraque debet cognoſci, vt fundat *Menoch. in conſ.* 2. *nu.* 190. *& ſeq. lib.* 1. ſicuti & coram arbitro *Bald. in conſ.* 496. *num.* 2. *lib.* 1.

Quoad iuſtitiam D. Didacus eſt Clericus Sacerdos, & licet in his conceſſionibus adſit poteſtas ſubſtituendi, quo caſu Clericus feudum retinere poteſt, ſecundum *Capyc. deciſ.* 31. *num.* 1. *& Minad. in conſtit. in aliquibus, verſ. tertio noto, num.* 56. *fol.* 107. Attamen adeſt clauſula, vt Poſſeſſor compareat in Regia Camera, & iuramentum fidelitatis, & de officio ipſo bene, & fideliter exercendo, & exercere faciendo, *fol.* 131. *vol.* 1. ſed Sacerdos non poteſt tale iuramentum præſtare; Ergo ex natura rei excluditur, *Bammacar. in repet. cap. 1. de vaſall. decrep. ætat. nu.* 125. *fol.* 76. & quod hoc fidelitatis iuramentum reddat Clericum omnino incapacem, tenet *Aretin. in cap. in præſentia, col.* 15. *de probat.*

& pun-

& punctualiter dixit *Angel. in conſ.* 237. *nu.* 2. per *l.* 1. *§. familia, ff. de public.* & per *l.* 1. *ff. ſi famil. furtum feciſſe dicatur, & l.* 1. *ff. de naut. fæno.* ſubſtituentiq; imputaretur, ſi miniſtros ſuſpectos ſubſtitueret, & crearet, *l. ex facto.* 31. *ff. de negotijs geſtis.* & punctualis eſt *text. in l. nam & ſi ſeruus.* 22. *ff. de negot. geſt. & Regens Conſtantius in l.* 60. *C. de decur. num.* 57. *fol.* 153. ſed Clericus non poſſet puniri criminaliter de culpis, & defectibus ſui ſubſtituti, nec tale iuramentum præſtare poterit, ergo adhoc officium poſſidendum non debet admitti, *cap.* 1. *de Milite vaſſall. qui arma bell. depoſ.* vbi *Andr. Bald. & Afflict.* quia miles ſæculi definit eſſe, qui eſt effectus miles Dei, & vlterius Don Didacus non venit, vt hæres Ioan. Mariæ, non ex teſtamento, imò contra teſtamentum Io. Mariæ, non cum pura, aut ſimplici donatione, ſed cum inualida, reuocata, & annullata pluries, & pluries per Io. Mariam.

Et quod peius vti vocatus in fideicommiſſo facto nulliter ſine Regio Aſſenſu, poſtquã in ea adſunt infraſcripta verba.

Gio. Maria aſſeriſce, che poſſede la mità dell'Officij come herede di Gio. Maria ſuo Padre, e del quondam Pirro de Bernaudo, & altri ſuoi anteceſſori ſignanter in virtù del fideicommiſſo olim fatto, e diſpoſto per detto quondam Gio. Maria, e Pirro, & altri anteceſſori.

Perciò con la preſentia del Signor Duca di Bernaudo ſuo nepote legitimo, & immediato ſucceſſore in vigore di detto fideicommiſſo, il quale Signor Duca vecchio ſi toglie di mezzo, e non volendo acquiſtare detto fideicommiſſo à fine, che la donatione habbia il ſuo debito effetto à beneficio di eſſo D. Franceſco moderno Duca, e di D. Diego di Bernaudo, li quali reſtano legitimi, & immediati ſucceſſori in detta mità d'officij, da mò eſſo Gio. Maria liberamente dona donationis titulo irreuocabiliter inter viuos, cede, renunza, traſferiſce, e refuta alli predetti D. Franceſco, e D. Diego la mità delli detti officij con la iuriſdittione, emolumenti, & entrate, &c. come legitimi, & immediati ſucceſſori, e tanto in vigore del detto fideicommiſſo, quanto per l'amor, che li porta: e così anco li cede, dona, e refuta tutte le ragioni, che le poſſino competere ſopra la recuperatione dell'altra parte li compete ſopra quello, che poſſede detto Signor Duca vecchio, che li ſpetta come herede del quondam Gio. Iacouo di Bernaudo figlio del quondam Pirro, fol. 801. *& ſeq. vol.* 1.

Vtq; ceſſio iſta per Io. Mariam facta lite pendente, & proceſſu cõpilato, & exiſtente in expeditione cauſa declarationis validitatis, vel inualiditatis fideicommiſſi facti abſq; Regio Aſſenſu, fuit in euidentẽ fraudem litis prędictę, & contra *c. Regni cõuentus,* & abſq; termino de eius validitate, vel inualiditate, decerni non poteſt, & ſuper eius poſſeſſione iudicare, nil aliud eſſet, quam declarare validitatem, aut inualiditatem fideicommiſſi. Et eo fortius, quia Io. Maria per prius donationem irreuocabiliter fecerat Ioſepho filio, licet nulliter abſque aſſenſu ſuper iſtis officijs. Et vlterius D. Didacus contrauenit prętenſæ ſuę donationi, ſtante conditione in ea appoſita reſeruationis vſusfructus durante vita Io. Mariæ, & in caſu contrarij donatio ſit nulla, *fol.* 845. *vol.* 1. ſed in contentum dicti pacti prætenditur fuiſſe receptam aliquã quantitatem pro affictu, *fol.* 753. *ater. vol.* 1. ergo nulla *Corneus conſ.* 90. *nu.* 1. *vol.* 4. *cap. verum, de condit. appoſ. Peregrin. conſil.* 77. *num.* 7. *vol.* 3. nec vnquam D. Didacus habuit poſſeſſionem, nec in vita Io. Mariæ, quoniã prætenſa donatio fuit cũ reſeruatione vſusfructus, nec poſt mortem Io. Mariæ, quia Fiſcus fecit ſequeſtrum, vt bene fundatum eſt in nota facti pro Regio Fiſco, nec allegare poteſt pro eo, *text. in l. quiſquis.* 28. *C. de donat.* quia non procedit in feudis, *D. Rouitus in prag.* 4. *num.* 13. *de feud.* poſt *Frecc. ibi allegatum,* quando non adeſt aſſenſus: & in officijs poſſeſſio capitur per iuramẽti præſtationem, *de Ponte in conſ.* 136. *num.* 52. *&* 53. *vol.* 2.

Meritò omni Iure ſperatur ex circumſpectione DD. Iudicantium fore prouidendum, vt expediatur prius cauſa Petitorij, ex cuius exitu omnia ſilent, vel vnico cõtextu cognoſci de Petitorio, & Poſſeſſorio. Aut ſaltem fore decernendam medietatem tertię partis ſpectantis ad ipſos Fratres de Ciaccio legitimos, & immediatè ſucceſſores, ſtare in ſuſpenſo, donec cauſa petitorij determinabitur.

Et ita ſupplicant Doctiſſimis DD. Iudicãtibus, alias in infinitum tenderet iſta lis, quæ iam per 35. annos viget.

Cætera ſuppleant, &c. Neapoli die 5. Februarij 1629.

Io. Dominicus Taſſonus.

POſt hæc vero ſcripta, dum cauſa iſta inter prædictos erat in eiſdem terminis determinanda, comparuerunt Ioſeph de Bernaudo hæres inſtitutus à prędicto Io. Maria, ac eius filius naturalis legitimatus, ſed non ad officia, & donatarius cum donatione irreuocabiliter inter viuos, ſed abſque aſſenſu, & petebat immiſſionẽ vigore *l. fin. C. de edict.*

Diui Adr. tollen. Superuenerunt etiam Proneptes prędicti Io.Mariæ ex forore,fimiliter immiffionem prætendendo, & officia ad ipfas fpectare dicebant; Inftabant & Creditores (quos ftrenue defendebat Tiberius Diamatus inter primarios Aduocatus, & etiam Creditor, prætendendo ipfos in poffeffione effe,ftante fequeftru, licet ei obftare videatur *text. in l.3, §.fed fi fuper, verf. cæterum,ff.vti poffid.*) pro venditione bonorum.

Tandem facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Concilio cum interuentu Eximiorum Confiliariorum adiunctorum Marcelli Marciani, & Thomæ de Franchis, referente D. Mattheo Cafinate eiufdem Regiæ Cameræ Præfidente Hifpano lepidiffimo, ac doctiffimo Viro, die 22.Iunij 1630. *Fuit prouifum, quod infra quatuor dies audiantur omnes intereffe prætendentes tam fuper poffefforio etiam ordinario, quam fuper petitorio:& interim officia in actis deducta fequeftrentur penès tertium, & fructus liberentur Creditoribus.*

A decreto isto reclamauerunt prædicti D.Didacus, & Iofeph de Bernaudo,& reclamationi prædictæ inhæruit Regius Fifcus, & iam pendet reclamatio propediem expedienda.

NOuiffime antè in lucē prodiere *repetitiones feudales D. Io.Antonij Lanarij*, quas accuratiffimis additionibus ditauit eius meritiffimus nepos Fuluius Lanarius Aduocatus primarius,qui diù ꝓ prædictis Bernaudis patrocinauit,& in *add.ad c.1.de fucceff.feud. fol.276.& feq.* eius fenfum aperit, fuper iftis officijs fideicommiffum fieri poffe abfque affenfu: fed ex exitu fupradicti decreti,& ex fuperius allegatis contrarium de Iure fieri credimus. Aliafque referre refponfiones effet fuperfluum, quod femper aufugimus:attamen quia adhuc caufa pendet, prætereundum non erit ad duo principaliora affumpta ibidem defcripta refpondere, quatenus tamen ad defenfionem iuftitiæ prædictæ caufæ attinet.

Primo enim habetur ibi, *Confiliarium Georgium virum quidem acutiffimum in repetit. feudal. cap. 54.* pro fua opinione fenfiffe, & apertè votum fuum non declaraffe,ad recufationem euitandam. Sed quęfo ne pigeat illum videre à *numer. 32. & fequent.* ait enim ibi, nullam valere difpofitionem, quæ propinquitatem faperet, nec in officio, nec in feudo, imo plus in officio,fubditq; in *nu. 33.* hoc procedere in officio fine iurifdictione, & in *num.34.* firmat,fuper regalibus difpofitionem vllam valere fine affenfu, & hoc procedere, fiue illa poffideantur in feudum, fiue in allodium, vt ibidem *num. 37.* concludit inde in *num. 53.* cum his verbis, *Et fic mea interpetratio eft magis ftricta contra contrahentes fuper officio, & fic femper effe neceffarium affenfum quando agitur de tranflatione,aut de conftituendo ius in re*; & dubitando ibidem *num.54.* an vera fit *Maricondæ* opinio,vt fuper officijs poffit reuocatio fieri vigore *conftit. Regni conftitutionem diuæ memoriæ.* ficuti in feudis: ait, veram effe *Maricondæ* opinionem,affenfum requiri, quando dę officio difponitur, ficuti quando difponitur de feudo,vt etiam ibidem *num. 72.* licet eam non approbat, quod reuocatio prædicta poffit fieri ficuti in feudis: at Nos fupra hic *num. 78. Maricondam* defendimus per rationes ibi adductas: Ergo quomodo clarius loqui poterat idem *Georgius* in demoftrando affenfum requiri fuper officijs iftis. Et licet in fine *d.cap.54.* fubdat mentionem de hac caufa faciendo,ad tenorē inueftiture effe attendendum, & ad allegata per vtramque Partem, non aperiendo patenter votum fuum, fuit ex quo erat ipfe Commiffarius eiufdem caufæ, dum in Sacro Confilio vigebat. Merito primum affumptū euaquatum effe credimus.

Aliud & fecundum præfuppofitum eft de quibufdam exemplis, & præfertim de illo Actuariatus Auerfę,fuit .n. eius Poffeffor Fabritius Garganus ad inftantiam Fifci citatus ad oftendendum eius Titulum, comparuit, & emptionem factam per eum ab illis de Caracciolo conceffionarijs exhibuit, & fuit abfolutus ab oftenfione tituli; Sed facilis eft refponfio, regula eft, quod nemo cogitur titulum fuæ poffeffionis ofrendere, *l.cogi. 11. C. de petitio. hæredit.* hoc tamen fallit in Fifco, qui contra poffidentes feuda, vel regalia citationes facit ad titulum ofrendendum ad tradita per *D. de Ponte de poteft. Proreg. tit. de regal. impofit. §.6. num.38. & feq. fol. mihi 205.* fed eft verum, quod in hoc remedio extraordinario, ex quo feuda, & regalia funt poffidibilia,& prefcriptibilia,& fubiecti incapacitas non refiftit, ficuti in fpiritualibus imprefcriptibilibus, fufficit citatum allegare inueftituras veras, vel præfumptas ad optinendum abfolutionem ab hac Fifci pretenfione,ad tradita per eundem *de Ponte loco fupra citato.num.36.* ita fuit in cafu prędicto, comparuit Poffeffor, & ofrendit titulum verum, vel prefumptum, idefe emptionem factam à Caracciolis conceffionarijs, & venditoribus iam in humanis agentibus, & fuit abfolutus à petita ofteńfione Tituli, vlla precedente inftantia, fi emptio fine affenfu valida, vel inualida erat, quia ifcante fuper

superuiuentia concessionariorum nil ad Fiscum attinebat de validitate, vel inualiditate contratus.

Secundum vero exemplum, quod officium Aquariatus Nolæ collectis subest, nec operatur: quia in officio isto iam membro feudali Ducatus Calabriæ contrarium apparet, vt supra hic *num. 66. vers. quinto, & tandem fuit dictum*.

Tertium, & Vltimum exemplum de Gabella baiulationis Capuæ processit vigore *l. fin. C. de edicto Diui*, vt etiam in hac causa in possessorio vigore *d. l. fin.* fuit bis iudicatum. Ergo exempla non obstant.

Sed si exemplis esset iudicandum, prout regulariter fieri non licet, *l. fin. C. quibus res iudicata non nocet*. quia res inter alios acta alijs non nocet, & quælibet facti alteratio mutat negotium, *l. ex plagis. 53. §. in cliuo, ff. ad l. Aquil. l. si vero. 65. §. de viro, ff. solut. matrim.* non ne fuit pro nobis productum exemplum, inter Regium Fiscum, & Stratonicam Pistoiam, in Banca de Quinque, super officio vice Secreti Ciuitatis Catanzarij concessi per Regem Federicum pro se, & hæredibus in perpetuum, vt punctualiter est in casu nostro, & per decretum Regiæ Cameræ de anno 1606. fuit declaratum feudale. Fuerunt etiam & alia producta exempla, quæ nō repeto. Sed tantummodo non prætercam officium Actorum Magistri S. R. C. per Ferdinandum Primum venditum in burgensaticum in anno 1482. & in anno seq. 1483. fuit mediante Regio assensu per emptorem venditum, vt notauimus supra *vers. 3. obseru. 3. fol. 125. in 18. potest. Præsidentis*.

Liquet enim vndique vllum commerciū nullumq; ius, aut dominij translationem super his officijs absq; Regio Assensu fieri posse. Et ita iudicandum fore speratur, etiam pro indemnitate Regis concedentis, nam alias ad eum res vnquam esset reuersura, quod Fisci priuilegia vetant, vt supra hic notauimus *num. 83. versic. & ratio est, & sub num. 90.*

ALLEGATIO XIII.

Cumq; in materia fideicommissi super feudalibus, seu regalibus versemur, quæso ne pigeat etiam infrascripta perpendere: quæ in grauissima causa inter Illustrissimos Viros considerabam in quæstione vt infra.

Filius primogenitus, & hæres bona allodialia sita in statu Ecclesiastico subiecta fideicommisso, & primogenituræ ad beneficium familiæ facto vendidit: & ex pretio peruento ex eis feudum situm in hoc Regno Neapolis emit: dubium euenit, num hoc feudum emptum in locum prædictorum bonorum venditorum subrogetur, adeo vt vocati in dicto fideicommisso possint in futurum in possessione dicti feudi, Iure fideicommissi reintegrari, ex regula generale posita per *Surd. in decis. 13. & Tiraquell. de retract. §. 31. nu. 10.* quod res empta ex pecunia hæreditaria efficitur hæreditaria.

Pro clariori dilucidatione veritatis, essent prius perspicienda, & ponderandæ scripturæ tam fideicommissi, quam venditionis bonorum prædictorum, quam etiam emptionis feudi, & assensus, sed iam quod haberi non possunt, & factum vt supra præsupponitur: coactus scribere quid sentiam secundū facti prædicti seriem, dico quod.

Quæstio de qua agimus disputata fuit in terminis primo loco per *Melchior. Palaez in tract. de maioratu, par. 2. quæst. 11. qui est tractatibus tom. 10. par. 1. fol. 157. & in n. 3.*

101 *in fin.* dicit, quod licet res emptæ, vel permutatæ ex pretio rei subiectæ fideicommisso efficiantur fideicommissariæ, secundum *Iaf. in cons. 231. lib. 2. num. 1. Cephal. consil. 281. num. 2. Paris. cons. 55. num. 67. lib. 3.* & alios allegatos per *Grauett. cons. 295. nu. 4. Surd. in d. decis. 13. nu. 18. & seq. Costam de remed. subsid. remed. 61. nu. 11. & 12. & Peregrin. de fideicommiss. artic. 40. nu. 44. vers. alia est difficultas*, per text. in *l. Imperator. 72. §. fin. cum l. seq. ff. de leg. 2.* Tamen hoc cum declaratione procedit, puta si diuersa ratio non adest, quia diuersa ratio pactum reformat, sicuti diuersitas rationis, facit reddi diuersū ius, *Specul. de test. §. 1. versic. quid ergo si dicitur, ad finem*, ac diuersitas personarum diuersam exigit medicinam, idem *Specul. de locato, §. 3. vers. ad euidentiam*, quæ primeuę dispositioni adaptari possit, & quod ille, qui subrogationem fecit, liberam habeat potestatē disponendi de illa re cum solo suo consensu, ac libera voluntate absque alia solemnitate, vt ibidem per *Palaaz num. 5. & seq.* tunc militaret regula posita, quæ cum non concurrat in feudo empto, subrogatio ista considerari non potest quoad corpus feudi.

Secundo loco disputatur hæc quæstio per *Molin. de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 4.* vbi plures articulos resultātes ex hac alienatione declarat.

102 Concludit tamen Primo, alienationem bonorum subiectorum fideicommisso esse nullam, vt ibidem *num. 30.* & dixerat supra in *lib. 1. cap. 16. num. 33.*

Secundo dicit, quod successores rem sic male

male alienatam, reuocare poterunt, & quo ad pretium, ſinè ad rem,ex pretio fideicommiſſi emptam, ius aliquod non habent, *d. num.* 30.

Tertio affirmat, ꝙ ſi alienatio eſſet permiſſa, res ſubrogandæ non ſunt emendæ extra Prouinciam, in qua res maioratus ſitæ erant, ſed in eadem Prouincia, vel in loco conuicino, ſi Prouincia eſſet lata, ne Inſtitutoris maioratus deperiat memoria, ita in *nu.* 13. & 15.

Quarto, ponit quęſtionem, quod ſi poteſtas vendendi rem fideicommiſſo ſubiectam data eſſet, & vt ex pretio ſubrogetur alia, an iſta res empta cenſeatur ſubiecta primogenio; & arguit ad partes,& tandem *nu.* 27. *& ſeq.* concludit,quod hæc res empta ex pecunia fideicommiſſi, ſubrogatur in locum ipſius, ſi tamen expreſſe hoc actum eſſet tẽpore emptionis,non autem ſi ſimpliciter res empta eſſet, (vt eſt in caſu noſtro.)

Et inde diſputat, num ſi vendatur res fideicommiſſaria, pretium, vel res ſubiacet fideicommiſſo,& diſtinguit,quod ſi ea lege res vendatur, pretium eſt ſubiectum fideicommiſſo,ſed ſi quærimus de re empta,tunc cõſiderat tres caſus in *nu.* 33. *& ſeq.*

Primus eſt, ſi hac lege res ematur expreſsè,vt fideicommiſſo ſubiaceat,& tunc ſuccedit in locum antiquæ.

Secũdus eſt,quod ſi ſimpliciter res empta non exprimendo,quod emebatur, vt ſubiaceret fideicommiſſo, vel emptori, & tunc maioratui ſubrogatur,dummodo res empta non ſit res mobilis, vel non ſit eius naturæ, quæ fideicommiſſo ſubrogari non valeat,(vt eſt in caſu noſtro, in quo agitur de feudo, ꝙ ſine aſſenſu Regio non poteſt obligari) & tũc non cenſetur ſubrogata loco primæ rei.

Tertius caſus eſt, quando emptor ex pretio rei maioratus, expreſsè ſibi, & non maioratui emit rem aliam, & tunc dominium rei emptę ſibi, & non primogenio acquire-

103 retur, ex regula, quia res empta ex pecunia mea, non mihi acquiritur, ſed tantum actio ad pretium, *l. ſi ex pecunia, & l. ſi vt proponis*, C. *de rei vendicat.vt ibidem nu.* 35. Sicuti etiã dicimus,quod res empta ex pretio feudi, non ſubeſt loco feudi, nec etiam pretium,quod ex re feudali redactum ſit,niſi id expreſsè actum fuerit, *Afflict. in cap. 1. de feudo non habente propriam naturam feudi, nu.* 11. *&* 12. *& Loffred. in conſ.* 11. *nu.* 10.

In noſtra quęſtione concurrunt ſecundus, & tertius caſus, vt ſupra relati, ſiquidem emptio fuit facta ſimpliciter, & ſucceſſiuè fideicommiſſo non ſubrogatur, & agitur de feudo, in quo omne commerciũ ſine Regio aſſenſu eſt prohibitum, *l. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Freder. & in conſtit. Regni conſtitutionem diuæ memoriæ*, vltra quod

104 in fideicommiſſis ſuper feudo inſolitus eſt aſſenſus, vt per *Io. Franciſcum de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. fol.* 271. *nu.* 9. *in tit. de aſſenſibus ſuper dotibus, §.* 2. *& in pragm. nouem capitum*,in qua eſt denegata poteſtas Proregibus aſſentiendi, ſi de ſubſtitutione, quæ fieret in contractu, vel teſtamento ageretur, quia ſolus Rex poſſet aſſentire,& non Prorex, *prag.* 4. *ſub tit. de feud. caſu* 6.

Sequitur ergo indubitata Iuris concluſio,

105 vt hoc feudũ non ſolũ nõ ſubrogetur fideicommiſſo,& primogenio facto, qm̃ nec ęſtimatio deberetur hęredi ſubſtituto in feudis, *Andr. de controuerſ. inueſtit. nu.* 35. *Bammacar. in repetit. cap.* 1. *ſi de feudo defuncti militis, fol.* 107. *nu.* 3. vbi quod ita fuit biſdeciſum cum interuẽtu Viſitatoris de Guzman, & *Camill. de Curte in diuerſorio iuris feudorum, pag.* 53. *vbi literas Regis inſerit.* Poſt hæc ſcripta vidi *Fuluium Lanarium* hãc q. tractantem, & deciſiones pro, & contra referentem in *addit. ad Io. Ant. Lanar. eius Patrum ſuper cap.* 1. *de ſucceſſ. feudi, num.* 43. *& ſeqq. fol.* 267. & concludit nullo modo deberi ęſtimationem talem; fortiuſque hæc procedunt, quoniam qui ad hoc feudum emptum ſuccedũt neceſſum eſt, vt in inueſtitura ſint comprehenſi, & vocati ſecundum *Regni cõſtit. vt de ſucceſſionibus, & pragmat.* 18. *de feudis*, alias feudum deuoluetur ad Regem.

Meritò ſi vocati in primogenio prędicto eſſent emptori tranſuerſales, & nõ comprænhenſi in ſucceſſione feudi vltra tertium, vel quartum gradum,vt in *d. prag.* 18. *de feudis*,

106 non poterunt ſuccedere, hinc dicebat *Petrus Antonius de Petra in tract. de fideicom. quæſt.* 8. *num.* 530. *verſ. alta, fol. mihi* 88. quod in feudis non poteſt conſtitui primogenium. Et ideo non poteſt conſiderari ſubrogatio feudi in caſu noſtro, dum non ſapit naturam illius rei, in cuius locum ſubrogatur, neceſſum enim eſt,vt nulla ſit differẽtia inter eos, vt nouiſſimè poſt multa fundat *doctiſſimus Regens Valenzuela in conſ.* 63. *num.* 117. *& in conſ.* 60. *nu.* 4. *Magon. in deciſ. Florent.* 35. *num.* 28. *Mantua ſingul.* 37. *Socein. reg.* 375. *limit.* 2. *Anton. Gabriel commun. concluſ. tit.* 6. *titulo de regul. iur. concl.* 2. *nu.* 66. *Gayllus pract. obſeruat. lib.* 2. *obſeru.* 120. *nu.* 8.

Hinc eſt, quod pecunia perueniens ex fundo

107 dotali, non eſt reſtituenda ſtatim ad inſtar fundi dotalis, ſed poſt annum, ſoluto matrimonio, *l. cum in fundo.* 81. *§. ſi fundus, ff. de iure dotium*, quem *text. Roman. in ſing.* 228. dicit eſſe notabilem, ſicuti nec pretium re-

dactum ex feudo, eft feudale, neq; res ex eius precio emptæ feudales funt, nifi id expreffe fuerit actum, *Io. Vinc. de Anna in fing.* 104. *& Andr. in verb. & plauftrorum, quæ fint regalia. nu.* 58. dixit, quod pecunia redacta ex feudo, non eft feudalis.

Ex conclufione iam fupra firmata, quod hoc feudum fic fimpliciter emptum, non potuit, nec poteft fubrogari primogenio abfque Regio affenfu, refultat fecunda quæftio.

An vocati in fideicommiffo prædicto pro pretio peruento ex fideicommiffo, quo feudum fuit emptum, habeant actionem ad feudum pro pecunia prædicta recuperanda.

Et in hoc duæ adfunt opiniones Modernorum, qui antiquos referunt.

Prima fuit eruditiffimi *Confiliarij Fabij*
108 *de Anna in conf.* 4. *à nu.* 15. *vfq; ad* 32. qui tenet, quod pretium quo emitur feudum, nō eft onus feudi, nec occafione feudi, fed tantum eft onus feudatarij extra feudū, & ideo fi non interuenit affenfus in obligando feudum pro hoc pretio, remanet onus in hæreditate emptoris, & refpicit totum eius patrimonium hæreditarium, & non feudum, quia folū intereffe voluntatis Domini facit ceffare obligationē fuper feudo, vt per *And. de Ifern. in l. Imperialem*, & probat *text. in cap.* 1. *in fine, de fratribus de nouo benef. inueftitis*. Longè enim differt difpofitio bonorum allodialium à difpofitione feudorum, in qua non fufficit confenfus contrahentiū, fed requiritur affenfus tertij, qui eft Dominus, *Camer. in d. l. Imperialem, fol.* 24. *lit. S. colum.* 4.

Altera, & fecunda fuit opinio *Regentis de Ponte viri verfatiffimi, ac doctiffimi in de-*
109 *cif.* 4. in qua decifum refert, quod fi feudum fuit emptum cum pecunia creditorum, cum fpeciale pacto, vt cum ea ematur feudum, tunc debet vendi feudum, vt fuper pretio fatisfiant ifti creditores de pecunia, quorum fuit emptum feudum, & fic fecundum iftam opinionem, videtur quod primogeniti, qui erunt vocati in fideicommiffo, fi non funt fucceffores, & hæredes de vocatis in lineæ fiturę huius feudi empti ex pretio prædicto poffent agere ad vendendum feudum emptū cum pecunia fideicommiffi venditi, etiam contra Fifcum, ad quem feudum deluonere-tur per lineam finitam, & ita videtur tenere idem de *Ponte in alia decif.* 34.

Attamen ifta fecunda opinio militaret, quando feudum fuiffet expreſsè emptum cū pecunia fideicommiffi (quod non eft in cafu noftro) & in iure prima opinio eft verior, vt probarem, fi tempus permitteret, & potiffimum ea ratione, quia licet feudum ematur cum hac pecunia, & cum ea acquiratur, nō per hoc Domino præiudicatur, qui feudū liberū habet, in vno enim cafu tantum poffet præiudicare Domino, fi hæc pecunia, qua feudum emitur, folueretur alijs creditoribus, qui habebant obligatum feudum cum affenfu, & cederent eorum iura cum affenfu, tūc enim feudum tranfit affectū cum onere prædicto, & cum fua caufa *Capyc. in inueftit. fub tit. feudorum deuolutiones, verf. hypotheca, fol.* 159. *& Io. Franc. de Ponte in decif.* 4. *nu.* 28. quoniam Domini affenfus fibi præiudicat in obligatione, *Andr. in §. quid ergo, nu.* 5. *de inueftit. de re alien. fact.*

Poffet enim euenire cafus, quod fucceffor, & poffeffor iftius feudi (quod non poteft haberi, nifi cum qualitate hæreditaria) obligaret alijs creditoribus cum Regio affenfu, & tunc ifti fecundi creditores cum affenfu præfererentur primogenitis, & vocatis in fideicōmiffo prædicto, qui venirent pro prętio quo feudum fuit emptum, & dubitari nō poffet, quin præfererentur creditores cum affenfu.

Meritò concludendum eft, etiam refpectu huius fecundi capitis, pretium non poffe intelligi fubrogatum loco rei alienatæ, & fideicommiffo fubiectæ, ficuti non eft fubrogatū corpus feudi loco pretij prædicti, vel reī alienatæ.

110 Et fucceffiuè vocati in fideicommiffo pof funt agere etiam viuente poffeffore maioratus, pro re fubiecta fideicommiffo vendicanda, vt per DD. relatos per *Fabium de Anna in conf.* 11. *vol.* 1. *& conf.* 126. *vol.* 2. idemq; teftatur *Gafpar Thefaur. quæft. forenf. tit.* 2. *quæft.* 84. *à num.* 4. *vfque ad finem.* Non obftante, quod *Molina* ibi allegatus contrarium teneat, ex quo etiam fi opinio *Molinæ* effet verior, limitatur per ipfum, quando adeffet dilapidatio bonorum, *Ann. in d. conf.* 11. *nu.* 12. vt eft in cafu noftro.

Sed cū opinione *Annæ* concludit *D. Card. Tufcus in pract. lit. C. conclus.* 264. *nu.* 2. per DD. ibi allegatos.

Hæc currenti calamo fcripfi 27. Februarij 1622. falua correctione &c.

Io. Dominicus Taffonus.

In hac materia fubrogationis, quando poffit vnum Caftrum in locum alterius fubrogari, perquire *Decian. in conf.* 27. *ex quatuordecim dubijs vol.* 1.

Et profequendo materiam affenfus, addo quod.

Fuit alias dubitatum in Regia Camera, num

num ſi Rex concedat alicui Equiti Hieroſolymitano extero titulum Marchionatus, ſeu Comitatus ſuper Terra per eum legitimè nominanda; ſique prædictus Eques non habet Terram, ſed eam vult poſtea emere in Regno, an requiratur alter aſſenſus Regis ſuper emptione prædicta. Dicebã, quod quando Rex concedit aliquid, cenſetur conceſsũ omne id, ſine quo actus explicari nõ poteſt, *l.2.ff.de iuriſd. omn. Iudic. l. 3. §. qui habet, ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap. præterea, de offic. deleg.* quinimò cenſentur conceſſa illa, ſine quibus quid expediri poteſt ſed non commodè. *l.pen.ff.de vſufruct. l.quicumque, §. ſi ei, qui ad vendendum, ff. de inſtit. gloſ. ſingul. quæ eſt ſecunda, in cap. ſolet, de ſent. excommun. in 6. l. 3. §. qui habet auſtum, ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior.* vbi, qui habet auſtum, iter quoque ad auriendum habere videtur.

Hinc eſt, quod conceſſo iure paſcendi, venit etiã ius aquandi, pernoctandi, & lignandi pro vſu paſtorum, vt fuit deciſum per Regiam Cameram cum interuentu aliorum Conſiliariorum in cauſa Vniuerſitatis Altamuræ, cum Marchione Campaneæ, & proceſſus inde deuenerunt ad Sacr. Conſil. in banca de Figliola, & ſententia eſt in fol. 956. & inde ſubſequuntur alia decreta Sacr. Conſ. ſic declarantia. Et *Lanarius* facit *conſil.* 83. ſub hoc etenim verbo paſcere, aquare, & pernoctare venit, *toto titulo, C. de paſcuis publicis, lib.* 11. vbi tantum diſponit, animalia paſqua ſumant: pernecesse intelligir de potu, & pernoctatione, ex ratione clara, quæ pro lege allegari poteſt, quando lex ſcripta deficit, *cap. fruſtra, 8. diſtinct. cap. ſanè, diſt.* 9. ex lege enim naturę rationi parere tenemur teſte *Tullio 1. de officijs, & Luc. de Penna in l.1. C. de paſquis public. lib.* 11. & meritò notabiliter dixit *Bart. in l. ambitioſè. 17. ff. de decretis ab Ordi. facien.* quod commiſſo arbitrio ſuper ſtatu pacifico Reipublicę, cẽſetur etiam conceſſa poteſtas compellendi ciues particulares ad concordiam.

Ergò dũ Rex Religioſo iſti cõcedit titulũ ſuper Terra denominãda, cenſetur conceſſiſſe facultatem, & poteſtatẽ ad eam abſq; alio aſſenſu Regis emendam, ſed ſufficit aſſenſus Proregis. Eo fortius, quia Regis conditio non fit deterior, ſed melior in habendo plures exteros ſubditos, & ideo ad augmentum feudi faciendum non requiritur aſſenſus, *Andr. in cap. 1. num. 8. de capit. Corradi.* & eo fortius, quia conceſſio facta fuit pro ſeruitijs Militi ſtrenuo, quo caſu etiam tertio præiudicari poteſt, vt dicemus infra hoc *verſ.4. obſeru.5. nu.40. & ſeq.* & ſecundum prædicta fuit in Regia Camera concluſum.

111 Aſſenſus Regis multis in caſibus non requiritur, vt habes per *Afflict. & Vrſill. in deciſ.* 119. *num.7.* vbi ſi pater exhæredat filium, an poſſit vendere extraneo, ſi filius eſt ingratus, & feudum eſſet nouum à patre acquiſitum, & in *conſtitut. Regni, Si quis Baro. cum ſeq.* puta in conſtitutione dotarij, vel pro ipſius obligatione, *Campagna in in cap. Regni. mulier dotarium, num.19.* per *conſtit. Regni licentiam,* nec etiam pro obligatione feudalium in dotem datorum, ſecundum *Regni cap. humanitatem. 157. in fine.*

Et ſic etiam in *conſtitut. Fratribus*; quæ dat licentirm fratri de dando feudum pro dote ſororis, ſed prædictam conſtitutionem eſſe correctam quoad dationem feudi, tenet *Camerar. in l. Imperialem, fol.64. lit.H. & fol.84. lit.F.* Excadentiæ autem feudi etiam alienari poſſunt abſque aſſenſu, *Andr. in cap.1. §. final. in fine, an ille, qui interfecit fratrem domini ſui, Fabius de Anna in conſil.51. vol.1.* vbi *num.4.* fundat omnem alienationem in augmẽtum fieri poſſe abſq; aſſenſu.

Nec requiritur in conſtitutione Procuratoris in materia feudali, ſecundum *Frecc. in 22. limit. ad conſtitutionem diuæ memoriæ, in lib.2. de ſubfeud.* quem ſequitur *de Ponte in conſil.* 139. *nu.1. circa medium, volum.2.* ſicuti nec requiritur in ceſſione in augumẽtum feudi, *Camer. in l. Imperialem, fol.15. litera O.*

Nec etiam requiritur quando emphyteuta Fiſci dat rem emphyteoticam, *l.1. cum gloſ. C. de fundis patrimonialib. lib.* 11. quod ſecus eſt in priuato, vt ibidem. In refutationibus autem feudorum immediatè ſucceſſoris factis ſeruata forma *pragmat.20. de feud,* nec etiam aſsẽſus requiritur, dummodo cum requiſitis ibidem fiant: & infra dies quindecim in quinternionibus regiſtrentur, vt ibidem. Aduerte tamen, quod ſi refutatio fieret retento vſufructu, & vtili dominio feudi, à Regia Camera non admittitur, *Frecc. in lib. 2. de ſubfeud. in 3. author. Baron. nu.13. in fine, fol.*319.

Et ſimiliter, quod aſſenſus non requiratur
in obligatione feudalium pro dotibus, & antefaro, & alijs contractibus dotem concernentibus ad beneficium mulierum Neapoli-
112 tanarum, quia habent aſſenſum Regis Catholici, vigore *Capituli Neapolis,* vt latè per *Camer. in l. Imperialem, fol.52. lit.Q.* quo in loco dicit, in ſubſidium venire aſſenſum hunc, & idem dixit in *fol 92. lit.M.* ſed contra eum tenet *Regens de Ponte in conſil.* 28.

num. 5. vol. 2. & in tract. de potest. Proreg. fol. 246 nu. 17. & seq. tit. de assensibus super dotibus, §. 1. vbi quod assensus iste datur instrumento, ergo non in subsidium, sed *Anna in alleg.* 115, dicit pro, & contra fuisse decisum,

Verum an assensus prædictus in fauorem Neapolitanarum mulierum extendatur ad subfeuda, ex Allegationibus infrascriptis videre poteris,

ALLEGATIO XIV.

Assensus Capit. Neap. ad beneficium mulierum Neapolitanarum super feudalibus, an extendatur ad feuda secundum quid, vel ad subfeuda Baronibus subiecta?

DEcisio S.C. relata per *D. Frecc. in lib. 2. de subfeud. quæst. 4.* quæ declarauit sententiam latam in præstando assistentiam super subfeudo, vigore assensus *Capit. Neapolis*, &
113 absq; assensu Baronis, fore nullam, fuit taliter sequuta, & transacta in rem iudicatam ex anno 1550. quod vsque adhuc non apparet fuisse decisum contrarium; immò à doctissimo *Frecc.* fuit longo apparatu fundata in *d. q. 4.* & sic etiam affirmat in *3. lib. de subfeud. in tit. de differ. inter feuda quater. &c. in differ. 14. num. 20. fol. mihi* 421. & iterum tennit in *d. tit. nu. 6. fol.* 419. quem sequũtur,
Oculatissimus Consiliarius Rouitus in prag. 8. nu. 6. de feud.
Torus in compendio decision. in verbo assensus, fol. mihi 57.
Camer. in l. Imperialem. fol. 51. lit. S. & T. dum cõcludit, quod separatorum separata debet esse ratio; si ergo feuda Regis sunt separata à subfeudis Baronum, vt infra fundabimus, decisio *Camer.* est clara, & clarius dixit idẽ *Camer. in fol. 86. à lit. O. vsque ad lit. R.* vbi concludit, quod omnia prædicta (& intelligit tam de iuribus Regni, quam de Capit. Neap.) non habent locum in feudis planis. Authoritas enim S. C. & prædictorum DD. & signanter acutissimi *Frecc.* qui ad partes disputat quæstionem compescere debebat Bernardinam Bartilem Actricem in molestando tertium possessorem subfeudi, super quo (penitùs inaudito ipso) obtinuerat sententiam assistentię pro suo credito duc. 900. & pro annuis ducatis 100. pro suo antefato; Sed postquam pars aduersa conatur decisionem S.C. & conclusionem prędictorum DD. infringere cogor Ego possessoris subfeudi iura tueri, non quod sit necessum, quia authoritas S. C. & prædictorum DD. se defendunt, sed vt mihi, & clienti satisfaciam.

Et pro totali declaratione huius negotij dico,

Primo, quod subfeudum de quo agimus, non est secundum quid, sed simpliciter feudum planum, & de tabula, & athanasia, vt liquet ex eius erectione de anno 1478. fuit .n. exca[...]entia solita concedi, & ad Curiam Padulæ deuoluta, & concessa, simpliciter, & absque assensu Regis, vt liquet ex scripturis productis per ipsam Actricem, fol. 13. & seq. ergo firma remanet conclusio, quod est feudum planum, & de tabula, vt fundat *Frecc. de subfeud. lib. 1. in tit. de origine Baron. nu. 41. fol. mihi 13.* semper enim, quod in erectio-
114 ne subfeud. non interuenit assensus Regis ad petitionem Baronis, est feudum planum, & de tabula simpliciter, idem *Frecc. in lib. 3. de subfeud. sub tit. de different. inter feuda quater. & de tabula, nu. 1. & 6. fol. mihi 419. & fol. 420. nu. 71. & Liparul. ad Andr. in l. Imperialem, nu. 8. fol. 254. col. 4. lit. C.*

Hoc iacto fundamento, sequitur.

Secunda conclusio, quod Capit. *Neapol.* nunquam fuit extensum, nec extenditur ad subfeuda, ex quo Rex non voluit, nec etiam potuit de potestate ordinaria; & quod non voluit, vt hoc apertius dignoscatur, dignentur, quæso Domini iudicantes perpendere originem huius Capit.
115 In anno 1505. fuerunt constituti Oratores à Fidelissima Ciuitate Neapolis, ad Serenissimum Regem Catholicum, qui non nomine Baronagij, & Regni petierunt gratias, sed in modo infrascripto.

Gratie, & supplicationi, quali se dimandano alla Catholica Maestà, &c. per l'Vniuersità della sua fidelissima Città di Napoli, Gētil'huomini, & Cittadini, & habitanti di quella, sudditi, & vassalli di Sua Catholica Maestà, vt est videre in principio Capitulorũ Neap. fol. 39. sequitur unde supplicatio fol. 39. ater. videlicet.

Inprimis detta Vniuersità di Napoli, Gētil'huomini, & Cittadini, & habitanti di quella supplicano, &c.

Cum ergo hæc supplicatio non fuit facta nomine Baronum, vel Regni, sed Ciuitatis Neapolis, & eius habitantium tantũ ad beneficium cuius etiam quo ad mulieres Neapolitanas spurias, & naturales extenditur, ẽt si instrumẽta dotalia per Regnũ fuerint confecta, vt decisũ refert *Reuert. in dec. 6. vol. 5. in add. ad prag. 3. de feud.* & in hac *prag. 3.* habes, quod ad finẽ augmentandi Ciuitatẽ, fuit supplicatũ, & concessũ assensũ istum extẽdi ad beneficiũ mulierũ exterarũ se maritantiũ cũ nobilibus, vel ciuibus Neapolitanis. Ergo quo-

quomodo potest credi Regem sanctissimum voluisse præiudicare Baronibus, & subfeudatarijs, qui non supplicauerunt? Rex .n. volt,
116 quod ius vult, & cum eius beneplacito, & rescripto nemini preiudicare intendit, *vulg. l. 2. §. si quis, vers. meritò. & § si quis à Principe, ff. ne quid in loco public. Camer. in l. Imperialem, fol. 87. lit. D.* vbi quod Princeps nunquam facit, nec intendit facere gratiam in alterius iniuriam.

Quod expresse patet in *d. cap. 20. fol. 42. ater. in lib. Capit. Neap.* ibi. *Se degni vostra Maestà concedere il suo assenso à dette donne quãto all'obligatione delli detti beni feudali, quali si ritrouassero in dominio del Regio Fisco, ò vero delli heredi di quelli hauessero obligato detti beni feudali.*

Sequitur Regia Decretatio; *Placet Regia Maiestati, quo ad obligationes factas pro dotibus verè, & sine fictione, iura tamen alterius cuiuslibet remaneant salua.*

Ecce quod Rex expresse reseruat iura alterius, & assensum tantum cõcedit in feudis possessis per Fiscum, & per hæredes illorum, qui obligauerunt feuda, & sic de descendentibus, qui sunt hæredes est intelligendum, & non de alijs, *Crauet. in cons. 660. nu. 9.*

Assensus est stricti iuris, & non extenditur de re ad rem, nec de contractu ad contractũ; nec de pers na ad personam, & ideo ad finem vt cap. istud extẽdatur ad hæredes mulieris, fuit necessum gratiam specialem habere, vt in *pragmat. 13. de feud.* quia sicuti canis sequitur vestigia leporis, & sic nos assẽsus verba sequi debemus, verba sunt *Camer. in d. l. imperialem, fol. 52. lit. I.* Seruatur enim in
117 feudis rigor, & consideratur interesse etiã voluntatis, ad *tex. in l. fin. ff. de vsu, & habit.* & firmat *D. de Ponte in tract. de potest. Proreg. fol. 151. nu. 41.* dum enim loquitur quo ad feuda possessa per Fiscũ, & hæredes obligantis, ad alios casus extendi non debet, nec potest, nec contra tertios possessores, quia si voluisset exprimere, loquutus fuisset de feudis, quæ fuerunt obligantium, & non se restringeret ad feuda possessa per Fiscum, & per hæredes obligantis; Princeps enim voluit preiudicare suę Curiæ, & hęredibus obligantium tantum, ne mulieres remanerent indotatæ, & non alijs, qui in hoc nullam habent culpã, aut causam; Et ideo patet, quod secundum verba dicti Capituli, quæ strictissimè sunt interpetranda, non veniunt feuda possessa per emptores tertios possessores, & sic punctualiter tenet *Camer. in l. imperialem, fol. 53. lit. Q.*

Et si fieret extensio de hærede ad tertium possessorem, esset extendere de persona ad personam, & ad exclusionem, & damnum alterius, quod ius non patitur, *Minad. in repet. constit. Comitum, nu. 23. & 29. & in cons. 3. nu. 11.*

His sic stantibus affirmare, quod Capitulum prædictũ ad subfeudum extẽdatur, esset facere maiorem extensionem; constat .n.
118 quod pro alienando, vel obligando feudo secundum quid, requiritur assensus Regis, & Baronis, *Camer. in pluribus locis, in l. imperialem, fol. 67. col. 1. & fol. 72. lit. I.* Sed si feudum est planum, & de tabula simpliciter, solius Baronis requiritur consensus pro illo alienando, vel obligando, ita *Camer. in pluribus alijs locis in l. imperialem, fol. 68. lit. I. fol. 71. lit. V. vers. secunda conclusio, & fol. 69. lit. I.* subdens, *& hoc non obstante quod aliqui minuti feudista aliter tenerent, fol. 68. lit. A.* ex ratione irrefragabili, quoniam non Regi, sed soli Baroni aperitur, & per generalem consuetudinem Regni ita seruatur;
119 hinc est, quod *constitutio Regni cõstitutionem diuæ memoriæ*, non habet locum in subfeudis planis, *Camer. ibidem, fol. 72. lit. B. & Afflict. in decis. 343. de Franch. decis. 126. nu. 4. & Freec. de subfeud. lib. 2. fol. 159. nu. 38.* sic etiam in illis non habet locum *constitut. Regni. Vt de successionibus, Andr. in repetit. dicta constitution. fol. 243. col. 2. in fine, & fol. 252. col. 1. vers. in prima glosa.* nec etiam *cap. Regni ex præsumptuosa*, habet locum in subfeudis, vt est videre supra *vers. 3. obseru. 4. nu. 116. in fine.*

120 Vera est enim regula, quod Dominus non tenetur assentire, & dum assentit, gratiam specialem facit, *Camer. in l. imperialem, fol. 51. lit. C.* in suis feudis quatenoatis reseruauit sibi assensum, vt in *constit. constitutionem diuæ memoriæ*, ergo in feudis planis, quæ alię res sunt, & aliorum hominum, idest Baronũ,
121 reliquit dispositionem Baronibus, quia exceptio firmat regulam in exceptis, ita *Camer. in d. l. imperialem, fol. 72. lit. F.* vtique affirmare, quod *Capit. Neap.* extendatur ad feuda plana, quorum creatio, commercium, & assensus, atque deuolutio spectat ad Barones, esset extendere assensum de re ad rem, & de persona ad personam, contra volunta-
122 tem Regis concedentis, cuius concessio contra tertios possessores strictè est interpetranda, *Luc. de Penna in l. 2. circa finem, C. de bon. vacant. lib. 10.* & ideo cõtra tertios possessores non agitur pro releuio, *Freec. in lib. 2. de subfeud. in 3. author. nu. 16. fol. 318.* & in dubio regulatur secundum ius commune, *l. ex facto 43. ff. de vulg. & pupill.* priuilegium enim sumit vires ex consuetudine, *de Franch. decis. 22. num. 5. & decis. 56.* at con-

suetudo, quod capitulum prædictum extendatur ad subfeuda, nunquam fuit in vsu, cumque semel fuisset positũ in vsu in anno 1550. & præstita assistentia, statim sententia fuit declarata nulla per Sacr. Cons. vt per *Frecc.*
133 *in d.quæst.*4. ex ratione, quia priuilegium concedentis, non debet inducere aliquid vltra concedentis intentionem, *pragmat.* 15. *de Baronibus*. & ex his fundatum esse credimus, quod Rex assensum prędicti Capituli ad subfeuda Baronum extendi noluit.

Nunc restat videre aliud assumptũ, si Rex hoc facere potuit.

Dico, si potuit, non secundum potestatem absolutam, sed secundum potestatem ordi-
134 nariam, quia est verum, quod Rex vti pater patriæ, secundum *Senec. in primo de clementia*, debet omnia facere cum consilio sapientum, *Hester*, 1. *& Regum*. 3. *c*. 12. quo casu
135 est subditus legi, vt quilibet alius, quantum ad vim directiuam legis, *Andr. in cap*. 1. *sub num*. 79. *de Capit. qui Cur. vend.* & meritò non præsumitur præiudicare iuri tertij, *l. nec Auus*, *C. de emancip. liber.* nec velle derogare legibus, *l. si quando*, *C. de inoffic. testam.* est enim ęqualitatis, & iustitiæ amator, *§ final. vers. æqualitatis*, *auth. de nõ eligen*. 2. *nubent. mulier.* ergo dum erectio, deuolutio, obligatio, & alienatio feudi plani, & de tabula spectat ad Baronẽ, vt supra fundauimus, si Rex
136 auferret ius competens Baroni, esset contra ius naturale, quod gentium est, *l*. 2. *ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. fin. in fine*, *C. de pact.* facere enim legem, quæ esset contra ius, non dicitur lex, quia est iniusta, & irrita, vt fundat *Andr. in cap*. 1. *num*. 30. *de Capit. qui Cur. vend.* meritò dixi, quod non potest, quia non dicitur posse, quod cum peccato, & contra legẽ potest; & ideo quan-
137 do dispensat, vt bona fideicommisso subiecta alienentur, non facit vi legis, sed vi rationis, secundum *Couar. variar. resol. lib*. 3. *cap*. 6. *in fine*.

His sic indubitanter firmatis, secundum veros tramites assensus, & gratiæ Regis, &
138 naturam subfeudalium, patet, quod toto cœlo aberrauit, *Petrus Garzia in sua decis. extrauag*. 56. quæ sua notabilia sunt, & non decisiones, quo loci ausus est contradicere doctrinæ eminentissimi *Frecc. in d. quæst*. 4. imò potius decisioni Sacr. Cons. sed quod à principio aberrare cęperit, dignentur Domini Iudicantes, eius dicta perpendere.

Primo, enim affirmat, quod *capit*. 20. *Regis Catholici*, loquitur circa restitutionem dotium cum antefatis; & hic est manifestus error, nam in *d. cap*. 20. verbum nullum de antefato, imò ex quo iste assensus (licet lo-
quatur de dote) ad antefatum non fuit ex-
129 tensus, & ideo opus fuit specialiter impetrari gratiam, & assensum pro antefato, vt in *cap*. 14. *de anno* 1539. *fol*. 105. *in capitulis Neapol & in pragmat*. 8. *de feud*.
130 Secũdo, *Garzia* mouetur ex regula, quod indefinita ęquipollẽt vniuersali: sed respondetur, regulam prædictam procedere in ciuilibus, non in feudalibus, imo procedit in habentibus eandem naturam, & nõ in diuersis, vt sunt diuersa feuda quaternata, à feudis planis: fundat enim se *Garzia* in doctrina *Camer. in fol*. 53. *lit. I.* sed *Camer.* ibi, differentiam facit inter regulas feudales, & iuris ciuilis, & canonici, & firmat, quod extensio assensus ad expressa tantum tolleratur, quinimo in *fol*. 52. *lit. Q.* tenet *d. cap. Neap.* in subsidium venire, sed *Anna in allegat*. 115. pro, & contra decisum refert, & *Regens de Ponte de potest. Proreg. fol*. 246. *num*. 13. *& seq.* tenet non venire in subsidium.

Tertio, mouetur ex doctrina *Camer. in fol*. 53 *lit. E.* vbi asserit, quod d. Capit. non considerauit hunc, vel illum casum, sed ne mulieres remaneant indotatæ, ex quo Rex cogitauit, quod ius vult, ista sunt verba *Camer.*

Sed quæso attendatur responsio,

Camer. ibid. fol. 51. *lit. S. & F.* incępit disputare quæstionem, si Cap. Neap. extenditur de feudo patris ad feudum emptum per filium, & concludit, quod non, quia sęparatorum, sęparata est ratio, & assensus cum vna qualitate non extenditur ad aliam: inde sequitur disputare aliam quæstionem, si in annexis extendatur dictum Capitulũ Neap.
131 puta ad interesse dotis, vel ad assecurationem dotis, & concludit, quod tunc reputatur vt vnum, quia qui promittit dotes, promittere videtur interesse, & assecurationem, & tunc ex mente comprehensiua extenditur ad dictos casus, ex ratione, ne mulieres remaneant indotatæ, vt in *d. lit. E. fol*. 52. sed quando vult probare, si extensio fit ex diuersa causa, puta de dote ad donationem propter nuptias, dicit, quod non, *fol*. 53. *lit. P. & Camer. in locis supra citatis*, *d. fol*. 86. *lit. O. vsque ad lit. R*, expresse tenet, quod Cap. Neap. non habet locum in subfeudis, quinimo idemmet *Garzia* videtur sibi contrarius in sua *decis*. 73. in qua concludit, quod *capit.*
132 *Regni ex præsumptuosè*, nõ extenditur ad subfeuda, ex ratione, quia illud Capitulum fuit factum in fauorem Fisci, & non Baronũ; quomodo ergo vult modo extendere Capit. Neap. loquens de feudis possessis per Regiã Curiam, ad subfeuda contra Barones?

Quarto, dicit *Garzia*, quod feudum quaterna-

ternatum poteſt refutari Regi ſine conſenſu Baronis, hoc argumentum eſt diuerſum in caſu noſtro, ex quo ſumus in feodo plano, & de tabula, vt ſupra notauimus.

Quinto, dicit, quod aſſenſus prædictus, dum reſeruat iura cuiuſlibet, vt ſint ſalua, intelligitur de creditore, qui prius habuerat aſſenſum cum hypotheca; ſed reſpondetur, quod hoc non militat, poterat ne Rex præferre dotes poſteriores, creditoribus cum aſſenſu hypothecarijs anterioribus, Reſpõdeat *Garzia*? Rex dum releruauit iura alterius cuiuslibet, fecit, vt ſemper facit Rex iuſtiſſimus, qui nunquam iuri tertij præiudicare intendit, vt ſupra fundaui, idemmet *Garzia in ſuo dicto* 162. tenet, quod Princeps, & ſi eſt legibus ſolutus, quando res facit cum conſilio ſapientum, ſecundum leges aſtringitur.

Sexto, dicit, quod Barones fuerunt præſentes, & per tacitum conſenſum ſibi præiudicauerunt, & poſteà ſibi eſt contrarius, quia
133 ludit, quod requiritur aſſenſus vtriuſque. Sed reſponſio eſt facilis, quia præſens, & tacens, nunquam ſibi præiudicat, niſi ſpecialiter ſit vocatus ad illum actum, *gloſ. in clem. 1. in verb. præſentia, de baptiſmo* & ſic punctualiter tenet *Camer. in l. imperialem, fol. 66. lit. T.* & ipſemet *Garſia in ſuo dicto* 100. affirmat, quod confeſſio facta parte præſente, & non acceptante, non præiudicat.

Septimo, & tandem dicit, quod ſi emphiteuſis à ſecundo emphiteuta alienaretur, aſſenſus primi Domini requireretur, & per conſequens, &c. Sed hoc eſt omnis diſtans à regulis feudalibus; indubitata eſt enim concluſio, quod in alienatione, vel obligatione
134 feudi ſecundũ quid, requiritur aſſenſus Regis, & Baronis, in alienatione verò ſeu ſi plani, & de tabula, requiritur aſſenſus Baronis tantum, vt latè per *Camer.* diſputantem has quæſtiones in *l. Imperialem, fol.* 68. *col.* 1. 2. & 3. *& propriè lit. O. & ſeq.* & ratio eſt, quia Baro eſt dominus ſubfeudatarij, & non Rex, ità *Camer. fol.* 67. *lit. B.*

Confutatus prædictis argumentis *Garzia*, vt ſupra vidimus, corruunt, & ſimiliter conſiderationes factæ per partem aduerſam v3. quod *Capit. Neapol.* fuit extenſum ad bona
135 feudalia ſoceri, quia reſpondetur, quod ad illud extendendum ad bona ſoceri, fuit neceſſum ſupplicare de nouo ex ſpeciali gratia, vt in *cap.* 14. *de anno* 1536. *in Cap. Neap. fol.* 105.

136 Secundo vtitur argumento, quod Capitulum Neap. extendatur ad feuda titulata, vt per *D. de Ponte de poteſt. Proreg. fol.* 151. *nu.* 16. vbi tenet contra *Frecc.* aliter dicentem *in lib.* 3. *de ſubfeud. in tit. differ. inter feuda regal. titul. & alia, differ.* 2. *num.* 6. *fol. mihi* 427. inferens ex hoc, quod *Frecc.* habet contradictorem in ſuis opinionibus; ſed ſalua pace *D. de Ponte*, decipitur in refellendo doctiſſimum *Frecc.* cuius opinio eſt adeò vera, & fundata de iure, quod fuit neceſſarium in anno 1540. ſpecificè ſupplicari, vt Capitulũ prædictum extenderetur ad feuda titulata, vt eſt videre in *cap.* 7. *fol.* 128. *ater. in fine, in Priuileg. & Capit. Neapol.* ergo optimè fundauit *Frecc.* ibidem ſecundum tramites iuris, & ſi poſtea non allegauit prædictum *capitulum* 7. fuit, quod ſua ſcripta in *lib.* 3. fuerunt tipi tradita poſt eius mortem, quæ fuit de anno 1564. vt eſt notũ (per integerrimum, & optimum Virum Conſiliarium Cęſarem Frecciam eius nepotẽ, qui in anno 1601. fuit creatus Conſiliarius, & in anno 1622. ex hac vita ſeceſſit cũ maximo damno ſui Patrimonij, ſtante eius integritate.) Et illud, quod dicit *D. de Ponte ibidem.* quod ſic hodiè iudicatur, procedit ex *d. cap.* 7. & ex gratia ſpeciali, & non de iure.

137 Tertio dicit, quod Rex per diſpoſitionem particularem non poteſt diſponere de ſubfeudis, ſed per viam legis, ſeu ſtatuti, vtique poteſt; puta reſtringendo, vel ampliando ſucceſſionem in feudis. Sed quæſo aduertant Domini, nam pars aduerſa in hoc confitetur veritatem, dum dicit, quod Rex per diſpoſitionem particularem non poteſt diſponere de ſubfeudis. Hęc ſupplicatio Ciuitatis Neapolis non ne eſt actus particularis, & gratia ſimpliciter petita à ciuibus Neapolis tantũ? negari non poteſt, ꝙ ſic; quomodo ergo põt extendi, quod fuit facta per viam legis, fuit enim gratia particularis cõceſſa ad petitionem, & importunitatem partis; ergo bene confitetur pars aduerſa, quod per diſpoſitionem particularem ſuper ſubfeudis, Rex non poteſt diſponere, ſemper enim, quod ex gratia particulari Rex aliquid concedit, non extenditur ad ſubfeuda, vt diximus, non extendi reuocationem conceſſam per *conſtit.*
138 *Regni conſtitutionem diua memoria*, nec *capitulum ex præſumptuoſi*. Imo quando Rex vult per legem generalem ſtatuere, vt extendatur ad Barones, expreſsè hoc dicit, vt fecit in ſucceſſione ſubfeudorum, vt in *conſtitut. vt de ſucceſſionibus, in princ.* ibi, *vel ab alijs*, & ſic patet, quod non benè dicit pars aduerſa, quod dicta conſtitutio extendatur ad ſubfeuda, quia extenditur, ex quo expreſsè dixit, *ſeu ab alijs* (licet *Andr. in fine dict. conſtit. verſ. in omnibus autem*, teneat, quod dicta conſtitutio non procedit in feudis planis, & de tabula) ſimile etiam facit Rex in

gratijs,

gratijs, vel indultu, quia non comprehendit vasallos Baronũ, ne Baronibus præiudicet; & ideò opus est, vt expresse hoc dicat (si vult) vt videmus in omnibus indultibus generalibus fieri in *Regijs Pragmaticis sub tit. de abolitio.* Hinc est, quod in supplicatione Regi facta in *pragmat. 31. de feudis*, vt decedente feudatario absque filijs masculis, sed cum fœminis, ei liceat feuda sua masculis transuersalibus in gradu habilibus ad succedendũ relinquere, & filiæ fœminæ dotem constituere, si non est maritata, siq; maritata reperiretur aliquid amoris causa relinquere, & ad finem comprehendendi alia feuda, seù subfeuda Baronibus subiecta in Pragmatica prædicta specificatur per hæc verba, *Supplica V. M. se degni habilitare li presenti feudatarij, e futuri Titulati, & non Titulati, etiã quelli, che non hauessero feudi quaternati, che de loro feudi, e stati possano tam in actu inter viuos, quam in actu vltima voluntatis disponere &c.* Ibi enim, etiam *feudi non quaternati*, cõprehenduntur subfeudatarij, quorum feuda in quinternionibus Regię Cameræ non sunt descripta, vt notum est. Sic etiã
139 nec subfeudatarij contribuũt in donis, quę fiunt in parlamentis, vt fuit decisum per Regiam Cameram, teste *Frecc. lib. 1. de subfeu. in tit. de orig. Baron. nu. 35. in fin. fol. mihi 28.*
140 Et illud asserere, quod feudum planum aperiatur Regi, & non Baroni, est contra doctrinam *Andr. in cap. 1. §. similiter, 6. col. de capit. Corrad.* & in alijs locis allegatis per *Frecc. in lib. 3. de subfeud. in tit. de differ. feud. quaternat. & de tab. differ. 20. nu. 26. fol. mihi 422.* qui duo luminaria feudorum affirmant, quod feudum planum ob culpam deuoluitur ei, à quo tenetur, scilicet Baroni, & ob defectum successionis aperitur Baroni, *Frecc. in d. tit. nu. 21. different. 15. fol. 421.*

Refellitur, & aliud assumptum, quod in alienatione feudi plani requiritur assensus Regis, & non Baronis, siquidem non est verum ex diuersis locis allegatis in superioribus, ex *Camer.* & alijs, quæ hic non repeto.

Et tandẽ affirmare, quod si à Rege remittitur seruitium Baroni, Barones remittunt vasallis, ergo sic debet considerari, vt assensus extendatur ad subfeuda, hic casus victa quod non potest applicari, nam subfeuda
141 iudicantur secundum leges feudales, & nõ secundum leges Regni, vt per *Frecc. in d. tit. differ. inter feuda quaternat. & plan. fol. 425. nu. 33.* hic est casus diuersus, & non extenditur ad casum nostrum.

Meritò vndiq; patet, quam iustissimè fuit prolata sententia Sacr. Cons. de anno 1550. in *d. quæst. 4. Frecc.* quæ declarauit sententiã latam super subfeudo pręstando assistentiam (absque assensu Baronis) fuisse nullam; & sic speratur debere hodie confirmari, vt hæc sententia Bernardinæ Barrilis, etiam declaretur nulla, cætera suppleant, &c. Neap. die 15. mensis Ianuarij 1623.

Io. Dominicus Tassonus.

Relata causa per pręspicacissimum Regium Consiliarium Carauitam, decreto S. C. prouisũ est, nullitates non esse admittendas, saluis iuribus in causa reclamationis 11. Februarij 1623. & sic specificè Articulus prædictus nõ fuit decisus. In Banca de Ferrarijs.

Sed occasione huius Capit. Neap. non se extendentis ad subfeuda, quæro num extendatur ad officia, & alia regalia, concessa pro hæredibus, & successoribus in perpetuum, de quibus supra hic diximus *num. 63. & seq.* & prima fronte videretur respondendum affirmatiuè fauore dotis, seù antefati, sed cõtrarium tenuimus supra *vers. 3. obseru. 1. nu. 43. fol. 86.*

Et assensus materiam cõtinuando, est aduertendum DD. Proreges, & Collaterale Consilium (mortuo Prorege) ne dum assen-
142 sum super venditionibus, & alijs cõmercijs circa feuda præstare solere, vt per *Camer. in l. Imperialem, fol. 79. lit. N.* sed etiam super obligationibus mulierum obligantium se ad beneficiũ maritorum, seù suorum creditorum assentire, & sic etiam super renunciationibus hypothecarum super bonis maritorum, vt late differit *Afflict. in decis. 311.* passimq; conceduntur assensus prędicti, teste *Regente de Ponte in tract. de potest. Proreg. sub rubr. de diuers. prouis. fieri solitis, in tit. de decretis Collateralis Concilij super obligatione, seù alienatione rerum dotaliũ, fol. 487. & seq.* sed fortasse defendi posset nulliter cõcedi, dum *pragmat. de Senatus Consulto Velleiano*, fuit non à Prorege, sed à Rege emanata: (nullasque esse obligationes has defendit *Fontanella de pactis nuptial. tom. 2. claus. 6. gloss. 2. par. 7. in princ.* subdens, mulierem agere posse absque absolutione à iuramento, sed si pars opponeret vti periuram esse repellendam, posse Episcopum adire, & petere absolutionem tam à iuramento, quam à periurio incurso in agendo absque absolutione, & habilitatẽ optinere absq; partis citatione, vt ibidẽ.) Sed quicquid sit super hoc puncto, dum Prorex à Rege constitutus est (alter ego) quõ tñ tales assensus procedant, & an creditoribus iuuent, ex infrascriptis allegationibus aliqua perpendere poteris.

ALLE-

ALLEGATIO XV.

Contractus facti per vxorem in beneficiũ creditorum ſui viri ſunt nulli, ſi pecunia in vtilitatem vxoris verſa non fuerit: & maximè ſi interuenerit metus à marito illatus; etiam ſi Regius Aſſenſus impetratus fuerit.

Militare petitionem D. Iuliæ Muſcettulæ inſtantis, declarari ipſam non teneri ad obſeruantiam contractuum per eam initorũ cum aliquibus creditoribus ad inſtantiam, & ſubductionem Pompei Albertini ſui primi viri, Senatus Conſultus Velleianus docet, ac vis, & metus per maritum illati ad ipſos cõtractus perficiẽdos, manifeſtè demonſtrant, ex infraſcriptis.

Conſtat ex facti nota qualitas Pompei ſui viri, quam maximi dilapidatoris, pronaq; eius, ac continua voluntas ad ludendum, metus non ſolum reuerentialis à lege præſumptus de vxore ad maritum, ſed impulſiuus, & compulſiuus, ac vis, & verbera per Pompeum Iuliæ illata ad contrahendum, proteſtationes vxoris, dolus creditorum, exitus pecuniarum ad beneficium mariti, obreptiones, & ſubreptiones factæ ad impetrandũ Principis aſſenſum; quę omnia non tantum ex lectura ſcripturarum, ſed per teſtes omnes serioſè deponentes, latius cognoſcuntur.

At dum omnes ſupplicationes Principi porrectæ pro aſſenſu optinendo, & aſſertiones in inſtrumentis deſcriptæ ſint pro expẽſis litis; videndum erit, Primo, ſin Iulia, an Pompeus maritus has litis expenſas miniſtrare tenebatur: Ex capitulis enim matrimonialibus Iuliæ fol. 74. patet, fuiſſe per eam datam marito prædicto in dotem quantitatem certam duc. 8000. & inſuper omnia, quę ad eam ſpectare poterant ex hæreditate paterna, de qua pendebat lis in S.C. prout in ſupplicatione in dicto S. C. porrecta, pacto adiecto, vt omnis quantitas recuperanda conuerteretur in emptionem pro cautela dotis Iulię.

143 In hoc caſu Pompeum, & non Iuliam teneri ad expenſas litis, determinat expreſsè *gloſ. notabilis in l. 1. in verſ. non ſint, ff. de expenſis in rebus dotalibus factis*, Dicitur enim ibi, quod quando ſunt data in dotem nomina debitorum, ſecundum *Azonem* conueniſſe videtur, vt maritus ſuo ſumptu expẽſas faciat, & *gloſſæ* authoritas adeo magna eſt, vt omnes alias authoritates antecellat, teſte *Bart. in l. vt vim, ff. de iuſtit. & iure*, & ibi *Iaſ. col. pen.* & vbi non reperitur *Textus*, ſufficit *gloſ.* ita *Imol. in l. 1. ff. de vulg. & pupill.* & alij quos congerit *D. de Franch. in deciſ. 579. nu. 15.* meritò tanquam de caſu deciſo per *gloſ.* non eſt amplius dubitandum, eo fortius, quia

Eandem *gloſ.* ſequitur *Bal. in l. 2. C. de actio. & oblig.* quam ſingularem exclamat, &
144 dicit non eſſe alibi, & *Bart.* reprehẽdit, qui contra eam tenet in *d. l. 1.* Conſiderat enim ibi *Baldus*, quod propter expenſas nomen debitoris non fit maius, vel minus in ſubſtãtia debiti, vnde non pertinent ad perpetuam vtilitatem rei, ſed pertinent ad vtilitatem perſonæ exigentis debitum, aut in formali quantitate non recipit augmentum, vel diminutionẽ, nec etiam in quantitate intrinſeca, & ideò videtur, quod vir illam impenſam cum fructibus compenſare tenetur, *l. ſumptus, ff. de rei vend.*

Idemque *Bald. in l. per diuerſas, C. mand. num. 15.* comprobat *d. gloſ.* ſubdendo, *Quod quidam reprehendunt eam, dum ſit expenſa ad perpetuam vtilitatem mulieris in dote, ergò minuit dotem, ſed tu dic* (ait *Bal.*) *quod d. gloſ. eſt vera in modica, & in magna ex-*
145 *penſa, ſi ex fructibus aliarum rerum dotalium potuit commodè fieri, nam tota dos vna dos eſt, & vnum vniuerſale, & vnum (vt dicam) corpus, ergo diminui non poteſt*; argumẽto *l. neque, ff. de expẽſis in rebus dotalibus factis.* In caſu quidẽ noſtro vxor vltra litem prædictam dederat in dotem duc. 8000. ex quorum fructibus impenſæ litis nimis commodè fieri poterant, nam ſingulis annis vir percipiebat annuos duc. 640. ergò tãto magis dos non debebat, nec debet diminui: ſed idem *Bald.* clarius caſum noſtrum deſcribit in *l. 1. C. de bonis maternis, nu. 13.* his verbis: *Maritus accepit in dotem quandam hæreditatem, pro qua oportuit longo tempore cum litigare, numquid iſta expenſa minuant dotem? gloſ. ordinaria dicit, quod non, quia videtur tacitè actũ cum viro, quod omnes ſumptus faciat de propria burſa, ita dicit gloſ. ſingul. in l. 1. de impenſ. in reb. dotal. fact. nec obſtat, quod expenſa facta in dote, minuant dotem, quia iſta expenſa non ſunt facta in corpore dotis, ſed in iudicio Bar. dicit contra, quia minus non ſolum dicitur in re, ſed in actione, propter ſumptus litis, iſta eſt gloſ. ordinaria, l. per diuerſas, ſupra mand. ſol. diſtingue, aut vir percipit aliquos fructus dotis, & tunc eatenus debet expendere de fructibus, & non repetit, text. eſt hic in verſ. ſiptus fructus impigrè facere; ſi verò non percipit aliquos fructus, tunc eſt vera opinio Bart.*

Ex his

Ex his enim Bald. declarationibus veritas casus nostri dilucidatur: siquidem dum vir percipiebat fructus duc. 8000. explicitè datorum in dotem, de illis expensas litis facere
146 tenebatur: & vxor ad eas nõ erat astricta, dum maritus suis sumptibus expẽsas facere tenebatur, *l. quod dicitur, la secunda, versic. nam tueri, ff. de impens. in reb. dotal. fact.* eo magis, quia Pars succumbens tenebatur expensas reficere, *l. properandum, §. siue autem, C. de iud.* quinimo expresse fuit conuentum, vt omne quod recuperabitur, conuertatur in emptionem: merito vltra præsumptionem iuris, habemus expressum pactum in capitulis matrimonialibus fol. . . de quo erat benè conscius Aduocatus Gallus creditor.

Ergo dum vxor obligauit se ad ea, ad quę vir tenebatur, sequitur, vt obligatio vxoris sit color quæsitus, & fraus legi, & successiuè incidit in casum clarum *Senat. Consult. Vell.* merãq; intercessio est pro viro, *l. seia. 28. §. fundum. ff. ad Velleian.* in quo clare deciditur quæstio nostra, his verbis *(Fundũ vxoris suæ maritus obligauit Sempronio ob conductionem, mox mulier à Numerio sua fide mutuam pecuniam acceptam, sub obligatione eiusdem fundi, soluit statim Sempronio pro marito suo, quæsitum est aduersus Sen. Cons. obligata sit? si Numerius scisset eam intercedere, forè Senat. Consult. de quo quæreretur locum.)* hic est casus noster, quia dubitauerunt
147 creditores de fide viri, cum quo erant contracturi, & præcipuè Aduocatus Gallus, & ideò vxorem maluerunt obligatam, fraudem legi faciendo, vt dicit *glos. notab. in d. §. fundum. in versic. intercessisse.* determinans obligationem nullam, per *l. quamuis. 8. §. si cum essem, & l. quidam. 29. ff. ad Velleian.* quinimò ex mente *Martini gloss. antiqui* dicit, quod si mulier eo animo accepit, vt solueret in causam mariti, & soluit, adhuc Velleiano iuuatur.

Tanta enim est præsumptio iuris in fauorem mulieris, vt sine controuersia inter Doctores sit, quod si mulier in cõtractu principaliter se obligat, & maritus fideiubet, prę-
148 sumitur etiam color quæsitus, & eam pro viro intercedere, & obligatio non tenet, ita *Bal. in auth. si qua mulier. ad Velleia. Tess. decis. 223. nu. 6. & in decis. 222. num. 14.* vbi affirmat, Senatum ita censuisse; nec limitatio Doctorum ibi tenentiũ hoc fallere, quando pecunia in vtilitatẽ mulieris fuisset versa: siquidem in casu nostro adaptari potest, quia tam per exitum pecuniarum, vt declarat *Afflict. in decis. 311. in fine.* quam per testes est
149 probatum, pecuniam in vtilitatem viri, & ad eius libitum fuisse expensam, & de iure creditores tenebantur curare pecuniã conuerti in vtilitatem vxoris, *l. vir vxori. 17. ff. ad Velleian. & §. illud quoque, in auth. de Vicarijs, & Locumtenentibus. constit. 134.* At in quæstione nostra, creditores hoc non aliter curauerunt, quia in dolo erant, & eo magis Aduocatus Gallus, qui bene sciebat vxorem non teneri ad expensas litis: donec ipse acceperit duc. 500. pro dictæ litis palmario, ad quod tenebatur maritus, vt supra diximus, cuenit clara dispositio Senat. Consl. Velleiani.

Etenim quando vir, & vxor in contractu obligantur, se ipsos principales debitores
150 constituendo (vt est in hac causa) obligatio mulieris non tenet, quia videtur tacitè consentire viro, *l. & eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo.* accedat *text. notab. in §. & illud verò. in auth. & nulli iudicum*, vbi his verbis declarat.

Et illud verò prauidemus pro subiectorũ vtilitate corrigere, vt si qua mulier crediti instrumento consentiat proprio viro, aut scribat, aut propriam substantiam, aut se ipsam
151 *obligatam faciat, iubemus nullatenus huiusmodi valere, aut tenere, siuè semel, siuè multoties huiusmodi aliquid pro eadem re fiat, siuè priuatum, siuè publicum sit debitum, sed ita esse, ac si neque scriptum esset, nisi manifestè probetur, quia pecuniæ in propriã ipsius mulieris vtilitatem expensa sunt.* Textumq; prædictum sequitur *Andr. Gayll. pract. obser. lib. 2. obser. 89.*

152 Ex his enim videtur, articulum consistere in eo, an pecunia sit versa in vtilitatem vxoris: posletq; dici, quod præsumitur affirmatiuè, dum ei fuit soluta, *Bal. in l. 2. C. ad Velleia.* ponit quæstionem, dicens, *sed numquid eo ipso, quod pecunia peruenit in manus mulieris, probetur ipsa principalis? Respondetur, quod sic, vt ff. ad Velleia. l. sed si ego. §. proinde. nisi probetur fraus, quæ ex præordinatis probatur, ita debet intelligi glos. in l. 2. ff. ad Velleia. super ver. mutui dationes, & similes, quod ex præordinatis præsumitur contractus vsurarius, vt not. Innoc. in c. grauis. extra depositi.*

Sed in casu nostro pecuniam in vtilitatẽ vxoris euersam non fuisse, patet allensum, nam in partita duc. mille Aduocati Galli, videntur expensi duc. 500. pro palmario, ad quę vxor non tenebatur, sed maritus per supra fundata; Reliqui vero duc. 500. ad libitum viri expensi fuere, vt benè per testes apparet probatum, & ex exitu pecuniarum coniecturari potest, non obstante quod vxor videatur impendisse, nam omnia fuerunt per virum machi-

machinata, & ſub quæſito colore facta, vt per
teſtes in nota facti eſt videre, & per notata
ab *Afflict. in d.deciſ.311.in fine.*
Verũ prætermiſſis aduerſari videtur *text.*
in l. ſi fanebris. C.ad Velleian. vbi deciditur
153 *mulierem poſſe accipere pecuniam, & dare*
viro, ſed *gloſ.ibi in vltima ſolutione* commu-
niter approbata per *DD.* (teſte *Bar.* eo loci)
omnem difficultatem tollit, dicens, *mulierẽ*
tunc non iuuari Velleiano per illum textum,
quando verè à principio ſponte accepit, & po-
ſtea dedit viro; Vndè ex ſummario *Bal.* ibi
colligitur, quod ad hoc, vt mulier obligetur,
refert reſpicere, quomodo contrahat, & non
quomodo vtatur: ſed clarum eſt in caſu no-
ſtro fuiſſe factam fraudẽ Velleian. nam pro-
batum eſt per teſtes, quod creditores ma-
154 luerunt vxorem obligatam, quam virum,
cum quo erant contracturi: meritò obliga-
tio eſt nulla, *l.quamuis.8.§.ſi cum eſſem. & l.*
quidam.29.ff.ad Velleian. & text.in d.l.ſi fa-
nebris. non procedit vbicumque eſt color
quęſitus ratione fraudis, in qua creditor par-
ticeps eſt, ſed non procedit, *text.in l.ſcia.§.*
fin. ff. ad Velleian. & ita iura prædicta con-
cordat *gloſ.in d.l. ſi fanebris, & in d. §. fin.*
ſecundum vltimum intellectum, quem *Cyn.*
& Angel.in d.l.ſi fanebris. dicunt eſſe verio-
rem, *D.de Franch.deciſ.279.nu.8.*
Dicunt enim teſtes creditores cum Pom-
peo noluiſſe contrahere, ſi non obligabatur
vxor, quinimo Iulia ſe proteſtauit de vi, &
metu, vt ex proteſtationibus fol. . . Pro-
155 teſtatio tutiſſimum eſt remedium ad elidẽ-
dam præſumptionem nõ illati metus, per ea,
quæ dicunt *DD.in l.fin.in princ.quod metus*
cauſ. Menoch. de præſumpt. præſumpt. 126.
nu. 23. Euerard. in conſ.19. verſ. ſecundo eſt
præſumendum. Natta conſ.451.num.21. &
22. Crauett.conſ.253.nu.4. vbi *Stracca in*
ſuis addit.nu.6. Burſat.conſ.72.nu.45.46.&
47. & vt ita fiat, conſuluit *Maſcar. concluſ.*
1055.*nu.11.* & proinde dubitari non poteſt,
quin obligatio Iuliæ fuerit color quæſitus,
qui dicitur quando ſub velato contractu vẽ-
ditionis, fit contractus interceſſorius, vt cõ-
cludit *Soccin.in conſ.83.vol.3. Vincent.de*
Franc.in deciſ.279.num.8.in fin. nec renun-
ciatio Velleiani obſtat vxori, quia adeſt do-
lus re ipſa, & ex propoſito, ac enormis læſio,
& certiorata debet eſſe mulier, *Andr.Gayll.*
lib.2.obſeru. in obſeru.77.
Bene ergo fundatum eſſe credimus, exce-
ptionem Velleiani creditoribus obſtare: At-
tamen vt nulla difficultas oriri poſſit, dici-
mus vlterius probatum eſſe in facto ad obli-
156 gandam Iuliam nõ ſolum interueniſſe im-
portunas preces mariti, quæ loco minarum
habentur, vt tradit notab. *Innoc.in cap.peti-*
tio. de iure iur. ſed pluries, ac pluries acriter
Iuliam ad ſe obligandũ fuiſſe à marito coa-
ctam, vt benè probatur per teſtes, & genera-
liter, & ſpecialiter ad contractus deponẽtes,
quo caſu etiam in maioribus contractus per
vim, & metum facti reſcinduntur, *toto tit. ff.*
& C. quod met. cau. & vltra quod per teſtes
probantur minæ, metus, & percuſſiones fa-
ctæ per Pompeum Iuliæ ad contrahendum,
liquet ex *Albarano Pompei de Anno* 1585.
paulò poſt prædictas obligationes vbi legi-
tur: *ipſum promittere amplius Iuliam non*
verberare, nec malehabere; & quamuis faci-
157 lè minæ, aut verbera, quæ fiunt per virum
vxori facilè probari nõ poſſunt, *Andr.Sicul.*
latè *in d.cap. cauſam matrimonÿ. in princ.*
Roman. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tem-
pore, ff. ſolut. matrim. Soccin.Iun. conſil.47.
nu.23.vol.3. Rip.reſp.lib.3.cap.15.num.8.in
fin.par.1.ad l.Iul.de fund.dotal. col.3.in fin.
& col.4.in princ. Tamen difficultas oriri nõ
poteſt, quia minæ metus, & percuſſiones in-
158 terfuerunt ad contrahendum, metuſq; prę-
ſumitur durare in vxore, donec in matrimo-
nio eſt ſub illo viro, à quo fuit verberata,
Bar.in l.penult.nu.7. ff.de cond.ob turp.cauſ.
per *l. 1.§.qua oneranda. ff.quarum rerum*
actio non datur, l.interpoſitas.13.C.de tran-
ſact.Canonis. & Innoc.in cap.accedens, de
conuer.coniug.Io.Vinc.de Anna in alleg.114.
159 *nu. 4.* & quod metus ſemel illatus ſemper
præſumatur perdurare, dicit *Alex. de Imol.*
conſ.1.col.6. & conſ.48. vol.3. vis quidem
160 illata ſemel ſemper præſumitur durare, ait
text.notab.in l.3.§.illud.ff. quod vi, aut clam.
quicquid dicat *Afflict.in deciſ.246.* quem ſe-
quitur *Viu. deciſ.507.nu.19. lib.3.* tenentes
probationem ſpecificam requiri ad illum
contractum conficiendum fuiſſe metum illa-
tum; nam contra eos eſt communis opinio,
vt tenet *Gaſpar Teſſaur. in quæſt.51.num.7.*
Nos autem ſumus in fortioribus terminis,
ſiquidem verbera, & metus fuerunt ſpecificè
illati ad contrahendum, vt per teſtes eſt pro-
batum, in nota facti: ergò dubitatio oriri
non poteſt, quin contractus ſint ipſo iure
161 nulli, *Afflict.deciſ.246.* quinimò qualeſcũ-
que minæ ſufficerent, *Alex. in cap. cum con-*
tingat. nu. 4. de iure iur. Semper enim quod
vxor propter metum, & reuerentiam viri,
aliquid facit, reuocatur, licet non interue-
niat metus mortis, *Bart. in l.interpoſitas. C.*
de tranſact. & idem *Bar. Alber. et alÿ in d.l.1.*
§.qua oneranda. Riner.in l.penult.ff.de ſeru.
fugit. Bal.in l.pactum. C.de collat. col.2.q.1.
& in l.1. col. 3. C. de bon. matern. Hinc eſt,
quod contractus metu facti, non firmantur
iura-

Iuramento, *Afflict.decis.*311. *in* 4. vbi quod
ita fuit iudicatum, *DD.in d.cap.cum contin-*
gat, & ibi *Alciat. nu.*12. *de iure iur. Abb. in*
*cap.si verò.nu.*10.*de iure iur.* pulchrè *Gram.*
*in cons.ciuil.*91.*nu.*4.*& cap.quãuis, de pact.*
in 6. & ibidẽ *Archid. & alij Canon.* vnde se-
162 quitur, quod subsistente eadẽ causa metus,
geminatio actum, iuramenta, & qualescunq;
clausulæ, & omnes actus etiam ex internallo
subsequuti, contractum non confirmarent,
nec metus purgationem inducunt, *Tessaur.*
*decis.*223.*nu.*6. *Bar in l.penult. nu.*7.*C.de*
*condit.ob turp.caus.Bursat.cons.*72.*num.*27.
163 ideoque viuo marito, vel patre metus etiã
cessare non dicitur, *Euerard. cons.*19.*pag.*5.
*in fine. Mascar.concl.*1055.*nu.*34.36.*&* 40.
Dec. latè *cons.*219.*nu.*4.*&* 5. *Paris.cons.*10.
*num.*60. *Natta cons.*351.*nu.*19.*&* 20. Hinc
164 dici solet, quod durante causa metus, per
longam patientiam non inducitur ratifica-
tio, *cap.* 1. *de his, quæ vi metusuè caus. fiunt*,
*Boer.decis.*100.*nu.*13. *Soccin.Iun. consil.*77.
numer. 32. *&* 62. *lib.* 1. *Ludouic. decis.* 11.
Ozasc. decis. 179. *numer.* 12. & de commu-
ni restatur *Ant Gam. in decis Lusitana* 346.
*nu.*6. & plura adducit *Surd.cons.*513. *num.*
51. *& seq. lib.*4.

Nec huic conclusioni obstat *l.* 2. *C. quod*
met.cau. quæ in contrarium allegari posset:
siquidem *text.* ille non habet locum in metu
habente causam continuam, vt dicunt ibi
*Alex. num.*6.*&* 8. *& alij omnes*; quia metus
165 reuerentialis (præcedentibus minis) suf-
ficit pro rescindendo contractu, *Io.Vinc. de*
*Anna alleg.*114. *nu.* 2. in qua etiam subdit,
quod nec obstat renunciatio exceptionis
metus, quando contractus est metu initus,
nec renunciatio *Velleiani. nu.*7. *&* 8. quia
cum eadem ratione procedunt contractus,
& renunciatio.

Et tandem firmatur vlterius, contractum
initum inter Aduocatum Gallum, & Iuliam,
ac Pompeum coniuges eius clientes, fuisse,
& esse etiam ipso iure nullum, lite pendente
166 tanquam factum inter clientulum, & Ad-
uocatum, ex dispositione *text. in l. quisquis,*
§. præterea, C. de postulando. vbi, his verbis
disponitur.

Præterea nullum cum eo litigatore contra-
ctum, quem in propriam recepit fidem ineat
167 *Aduocatus, nullamq; conferat pactionem.*
vbi subdit *glos. ergo emere, vel alias contra-*
here cum clientulo nõ potest, & est ratio, quia
omnia daret propter timorem litis, sicut infir-
mus propter timorem mortis, l.medicus, ff. de
var. & extraord.cognit. quam *glos.* sequitur
*Luc. de Penna in l.*1.*col.*3.*C.de fide instrum.*
*lib.*10.

Nec dicatur duc. 500. fuisse promissos pro palmario, & successiuè post sententiam: quia respondetur ex scripturis productis liquere, quod tempore contractus lis vigebat, imo eodem die 9. Aprilis 1585. quo fuit initus contractus prædictus, fuerunt tales oppositæ exceptiones ab Alphonso Piscicello aduersario aduersus sententiam, vt in fol. 192. ater. quod per duo decreta S.C. innctis Aulis, fuit inde necessum prædictam sententiam explicare, vt fol. 193. & ideo lis pendebat, & successiuè ex causa prædicta contractus fuit, & est ipso iure nullus.

Cum ergo ex prædictis constat, creditoribus obstare exceptionem Velleiani, & contractus fuisse initos per vim, & metum, & verbera probata per testes, per protestationes, & albarana, in quibus sunt enunciata, non dubitatur fore pronuntiandum ad beneficium Iuliæ, vt in tali exceptione alias iudicauit Sacrum Consilium in *dec. Præsid. de Franch.*578. nulla habita ratione de sententia lata per S. C. absoluendo creditorem Gallum ab impetitis, tanquam nulla, & inualida, tum quia cum interuentu Præsidentis S.C. causa erat decidenda, & sine eo fuit decisa, adeò quod ex dispositione *text. in l. duo ex tribus, ff. de re iudic. l. cum magistratus, C. quando prouocare non est necesse*, prædicta sententia est nulla ipso iure, tum etiam, quia fuit prolata Iulia absente, & penitus indefensa, nec in aula, nec in domo, nec in facto, nec in iure audita, &c. Cætera suppleant doctissimi Domini Iudicantes anno 1605. In banca Sarri.

Io. Dominicus Tassonus.

Causa hæc fuit inde transacta, & ad eius
materiam nota infrascriptam additionem
Aduocatus, licet pro quauis causa etiam de
168 vno Regno pacisci non posset vltra sum-
mam centum aureorum, secundum *Specul.*
in tit. de salario Aduocatorum. & Bart. in
*l.*1. *§. Diuus Seuerus, ff. de var. & extraord.*
cognit. notat, quod Aduocatus in quacumq;
causa non potest recipere vltra centum au-
reos, & si vltra recipit, non transit ad eius
dominium, & tenetur restituere, & ita notat
Batius in addit ad Afflict. in constit. Regni
Aduocatus. in fin. fol. mibi 210. hodie tñ do-
ctrina ista recessit ab Aula, nam magna pal-
maria soluuntur, & debentur Aduocatis, qui-
nimo omnis summa est minima, stantibus
laboribus Aduocati, & periculo in quo stant,
vt aduertit *Petrus Matthei in Historia Frã-*
*cia. lib.*5. *narrat.*2. *fol.*454. siquidem aliqua
deuiatio memoriæ, vel verbum inordinatè

prola-

prolatum exiſtimationem totius laboris denigrant, ſicuti dicitur, verbum vnum folium deturpat, & diximus ſupra *verſ. 3. obſer. 3. nu. 218. Iaſ. autē in §. tripli. nu. 53. inſt. de actio. & Bal. in l. 1. in fin. C. mand.* tenuerunt, poſſe Aduocatos accipere vltra 100. aureos pro magnanimitate perſonarum, quos ſequitur *Auend. de exeq. mand. Regum, par. 1. cap. 2. nu. 14. verſ. nam licet, fol. 37.*

Et quo ad diſpenſationes faciendas circa intercesſionem mulierum maritatarū, viduarum, vel in capillo, ponit latè *D. de Ponte in conſ. 40. vol. 2. & in trac. de poteſt. Proreg. ſub rub. de decretis Collat. Conſ. fol. 487. in tit. de diuerſ. prouiſ. fieri ſolitis.*

ALLEGATIO XVI.

In eadem materia Velleiani, & aſſenſus.

FRaguſtina Bonocore iuſtiſſimè petit contractum per eam factum de annuis introitibus, ad quos inſolidum cum Ioan. Angelo Surrentino eius viro reperitur obligata ad beneficium Victoriæ Rouitæ, declarari nullum, ex duobus indubitatis concluſionibus (circumſcriptis alijs) apertè, & breuiter demonſtrabitur.

Primo, quia contractus prædictus fuit factus per vim, & metū etiam mortis, ac propter verbera illata per eius virum.

Secūdo, quia pecunia in vtilitatem ipſius Fraguſtinæ non fuit conuerſa, ſed viri.

Ad Primū, probatū eſt in facto, ad obligādam Fraguſtinā nō ſolū interueniſſe importunas preces mariti, quæ loco minarum habentur, vt per *Innoc. in c. petitio, de iure iur.* ſed maritus eam percuſſit ad ſe obligandum etiam cum metu mortis, vt in facti nota fundatum eſt, quo fit, vt contractus tali modo ſtipulatus (etiā à maioribus) reſcinderetur, *tot. tit. ff. & C. quod met. cauſ.* & quamuis de facili nō poſſunt probari minæ, aut verbera, quæ fiunt à viro vxori, *Rom. in l. ſi cum dotē, §. ſo autem tempore, ff. ſol. matr. Socc. iun. cōſ. 47. nu. 23. vol. 3. Rip. reſp. lib. 3. c. 13. nu. 8. in fin. p. 1.* Attamen in caſu noſtro bene eſt probatū, quod interuenerunt minæ, & metus, ac

169 verbera ad hoc inſtrumentū conficiendū: præſumitur n. ſemper metū durare in vxore, donec in matrimonio eū illo viro, à quo fuit verberata, ſtat, *Bar. in l. pen. nu. 7. C. de cond. ob turp. cauſ.* per *l. 1. §. qua onerāda, ff. quarū rerum actio non datur, l. interpoſitas. 13. C. de tranſact. Canon. & Innoc. in cap. accedens, de conuerſ. coniug. Anna alleg. 114. nu. 4. Alex. de Imol. conſ. 1. col. 6. & conſ. 48. vol. 3.*

Vis n. ſemel illata ſemper præſumitur durare, *tex. notab. in l. 3. §. illud, ff. quod vi, aut clam.* quicquid dicat *Affl. in dec. 246.* quē ſequitur *Vin. dec. 507. nu. 19. lib. 3.* tenentes requiri probationem ſpecificam fuiſſe illatum metum ad illum contractum perficiendum, nam contra eos eſt communis opinio, vt firmat *Gaſpar Theſſ. in quaeſt. forenſ. 51. nu. 7.*

Sed nos ſumus extra omnē difficultatē, ex quo probatū eſt, verbera, & metum interueniſſe ſpecificè ad hūc contractū conficiendū, quo caſu nulli dubiū eſt contractū eſſe ipſo iure nullū, *Affl. in d. dec. 246.* imò qualeſcūq; minæ ſufficerent, *Alex. in c. cum cōtingat. nu. 4. de iure iur.* & qū vxor ob reuerentiā, & metum viri aliquid facit reuocatur, etiā φ non interueniat metus mortis, *Bar. in l. interpoſitas, C. de tranſact.* idē *Bar. Alber. et alij in d. l. 1. §. qua onerāda, Bal. in l. pactū, C. de collat.*

170 *col. 2. q. 1. et in l. 1. col. 3. C. de bon. mater.* imò contractus metu facti, nō firmantur iuramēto, *Affl. in dec. 311. nu. 4.* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatū, *DD. in d. c. cū cōtingat,* & ibi *Alciat. nu. 12. de iure iur. Abb. in c. ſi verò, nu. 10. de iure iur.* pulchrè *Gram. in conſ. ciuil. 91. nu. 4 & c. quamuis, de pact. in 6.* vbi *Arcbid. & alij.*

Vnde ſequitur, φ ſubſiſtente cadem cauſa metus, geminatio actuū, iuramenta, & qualeſcumq; clauſulæ, & omnes actus etiā ex interuallo ſubſequuti contractū non cōfirmarent, nec metus purgationē inducunt, *Theſſ. dec. 223. n. 6. Bar. in l. pen. nu. 7. C. de cōdit. ob turp. cauſ. Burſ. conſ. 72. nu. 27.* ideo viuo marito, vel patre, nō dicitur metū ceſſare, *Euerard. conſ. 19. pag. 5. in fin. Maſc. concl. 1055. nu. 34. 36. & 40. Dec.* latè *in conſ. 219. nu. 4. & 5. Pariſ. conſ. 10. nu. 60. Natta conſ. 351. nu. 19. & 20.* quo fit, vt (ſoleat dici) durante cauſa metus per longā patientiā, non inducitur ratificatio, *c. 1. de his, quæ met. cauſ. fiunt, Boer. dec. 100. nu. 13. Socc. iun. conſ. 77. nu. 52. & 62. lib. 1. Ludou. dec. 11. Ozaſc. dec. 179. nu. 12.* & de communi teſtatur *Ant. Gama deciſ. 346. num. 6.* & plura adducit *Surd. conſ. 513. nu. 51. & ſeq. lib. 4.*

Nec huic concluſioni obſtat *text. in l. 2. C. quod met. cauſ.* quæ in contrariū allegari poſſet, quia reſpondetur illū *tex.* non procedere in metu habente cauſā continuā, vt in caſu noſtro, & aduertit ibi *Alex. nu. 6.* & alij omnes *Ann. alleg. 114. nu. 2.* vbi ſubdit, φ nec obſtat renunciatio exceptionis metus, qū contractus eſt metu initus, nec etiā renunciatio Velleiani, vt ibid. *nu. 7. & 8.* licet hoc fuit prouiſum per *Reg. Prag. de Senat. Conſ. Vell.* vt non obſtent iuramentum, nec renunciatio Velleiani.

Ad Secundam concluſionem dicimus, iam quod probatum eſt in facto, pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatem viri, & penès virum

peruenisse, indubitatè ſequitur, & fuit pluries decisũ, vxoré non teneri, vt per *Teſſ. dec.* 222. quia obligatio vxoris fuit color quæſitus, & reſoluitur in merã intercessionẽ pro viro, *l. ſeya.* 28. *§. fundũ. ff. ad vell.* Dubitauit creditor de fide viri, cũ quo erat contracturus, & fraudẽ legi faciendo, maluit obligarã vxoré, vt dicit *gloſ. notab. in d. §. fundũ. in verb. intercessiſſe*; determinans obligationem nullã, per iura ibi allegata, & ex mente *Martini* antiqui *glo.* tenet, quod etiam ſi mulier eo animo accepit, vt ſolueret in caũſam mariti, & ſoluit, adhuc Velleiano iuuatur.

171 Præſumptio iuris in fauoré vxoris eſt, q̃ ſi mulier in contractu principaliter ſe obligat, & maritus fideiubet, præſumitur color quæſitus, & eam intercedere pro viro, & obligatio nõ tenet, ita *Bal. in auth. ſi qua mulier C. ad Vell. Teſſ. dec.* 223. *nu.* 6. *& d. dec.* 222. *nu.* 14. vbi quod ita iudicauit Senatus.

Et ideo creditor tenetur curare pecuniã conuerti in vtilitaté vxoris, & hoc probare, alias vxor non tenetur, *text. notab. in l. vir vxori.* 17. *circ. fin. ff. ad Vell.* qñ. n. vir, & vxor in contractu ſe obligant, ſe ipſos principales debitores cõſtituendo (prout eſt in caſu noſtro) obligatio mulieris nõ tenet, quia videtur tacitè conſentire viro, *l. & eleganter, §. ſeruus pactionis, ff. de dolo, & tex.* in terminis in *§. & illud verò, in auth. vt nulli Iud. Spec. de obligat. & ſolut. §. ante omnia, verſ. ſed.*

Nec præmiſſis aduerſatur *tex. in l. ſi ſane. bris, C. ad Vell.* vbi diſponitur, mulieré poſſe accipere pecuniam, & dare viro ſuo.

Quia *glo. ibi in vit. ſolut.* cõiter approbata p DD. teſte *Bart. eo loci*, facit ceſſare omnem difficultaté, dicens, *Mulieri tunc nõ iuuari Velleiano per illũ tex. qñ verè à principio ſpõtè accepit, & poſtea dedit viro*; vnde ex sũmario *Bal.* ibi colligitur, q̃ ad hoc, vt mu-
172 lier obligetur, refert reſpicere qũo contrahat, & non qũo vtatur: Attamen clarũ eſt in caſu noſtro, fuiſſe factã fraudé Velleiano, quia pecunia peruenit ad virũ, vt benè probatum eſt in facto. Et ideo obligatio vxoris nulla eſt, *l. quãuis, §. ſi eum eſſem, & l. quidã, ff. ad Velleia. D. de Franch. dec.* 279. *nu.* 8. vbi poſt *Soc. in conſ.* 83. *vol.* 3. cõcludit, quod obligatio vxoris fuit color quæſitus, qui dicitur qñ ſub velato contractu venditionis, fit contractus intercesſionis, in qua deciſione, & ſi non apparet deciſio p matre fideiubẽte pro filio, illa videri poterit in fauoré mulieris deciſa per S. C. per idem de *Franch. dec.* 578. *vol.* 4.

Patet igitur, contractũ eſſe nullũ, & ipſam Fraguſtinã nõ debere moleſtari, prout ſperat ex relig. DD. Iudicantiũ, qui cętera ſuppleãt.

Io. Dominicus Taſſonus.

Fuit iudicatum ſecundũ allegata in Banca de Sacciauento, circa annum 1618.

VIſis prædictis in materia aſſenſus in Priuatorum beneficiom expediendi, deuenimus modo ad vltimam partem huius obſeruationis, in qua eſt videre, quando Rex aſſentire teneatur: de qua etiam infra *verſ.* 6. *obſer.* 1. aliqua videbuntur.

Semper .n. quod Populus aliquam legem condere, vel conſuetudiné nouam inducere intendit, ad euitandum præteritum abuſum, (ex quo ſecundum tempora, ſtatuta quoque variantur humana, *c. non debet, de conſang.*
173 *& affinit.*) Principis authoritas interuenire debet, *l. ſi quod.* 5. *C. de legatio. lib.* 10. idemque ſemper fuit obſeruatum, & præſertim in noſtris conſuetudinibus Neapolitanis, quæ licet à ciuibus conditæ fuerint, tñ Regia authoritate confirmatæ extiterũt, vt in proemio ipſarum eſt videre.

Merito pro hac ſanctiſſima lege condẽda ad totius Regni huius intercesſionem, iuſtiſſimè fuit interpoſitus Regius aſſenſus petitus, & ad hanc petitionem interinandam, in-
174 teruenit etiam Electus Populi, cum nobilibus, *c. lex,* 2. *diſt. & l. qui ex vico. ff. ad municip. l. non eſt verum, C. de incolis, lib.* 10. imo
175 ad leges iſtas emanandas Prudẽtiores interuenire debent, & non minores, vel mulieres, *l. ad rem publicam, ff. de muner. & bonor.*
176 in quo caſu Prudentiores dicũtur nobiliores in guberuio, & nemo alter nobilior eſt, niſi qui recto pollet ingenio, & actibus bonis abundat, ſecundũ *Senecã in* 3. *de beneficio ad*
177 *Eburnum*, quia meritum ſcientiæ nobiliſſimos facit, *l. prouidendum, C. de poſtul. & c.*
178 *venerabilis, de praben.* Virtuti .n. omnia parent, *Saluſtius in Catelinam, circ. princ.* & qui ſcientia, & ſapiẽtia pollet, debet eligi ad
179 regimen publicũ, vt fuit de Cicerone Arpinata filio Fabri, qui ob eius eminentiam, Conſul Romæ fuit creatus, & auſus fuit dicere: *O fortunatam natam me Conſule Romã.* vt videre poteris per *Saluſtium in criminatione contra Ciceronem, in fine operum Ci-*
180 *ceronis.* Non tamen nego, quin virtutibus æqualibus, ac paribus, nobiles natalibus in electione debent præferri, vt infra de nobilitate videbimus in *verſ.* 10. *obſer.* 2.

Ergò dum Populus vt ſupra bene rectus, aliquam concluſionem, aut legem facere intendit pro bono publico (vt fuit ad pręſens) Rex debet aſſentire, prout aſſenſit in hac prag. communi omnium conſenſu approbata, & acclamata forſitan omni alia, ob euidentes vtilitates ex ea reſultantes, vt alibi diximus.

OBSER-

OBSERVATIONIS III.

SUMMARIVM.

1 Sermone patrio licet vti.
2 Nomina cadunt, & augent, ſicuti folia.
3 Loqui licet, vt vulgares loquuntur, & cõſuetudo dat.
4 Conſuetudo antiqua Ciuitatis Neapolis in mittendis donatiuis à ſponſo ſponſæ refertur.
5 Donatiua cur fiebant, & fiunt à ſponſo ſponſæ.
6 Vocantur ſponſalitiæ largitiones.
7 Sunt conſuetudines nuptiales.
Reſtituuntur ad inuicem ſponſis, ſi matrimonium declaratur nullum, ibidem.
8 Donatiua in Regijs Parlamentis non poſſunt fieri, niſi Regi, & non alijs.
9 Donatiuum quod hodie fit Regi, dicitur ordinarium, & an vera impoſitio dici poteſt, & nu. 18.
10 Prorex per literas Barones ad Parlamentũ pro faciendis donatiuis congregat.
11 Barones ad Parlamentum vocati venire debent.
12 Prælati habentes vaſallos vocantur ad Parlamenta.
13 Præcedere debent in Parlamento.
14 Si ſponte non offerunt, nõ tenentur ad donatiua.
15 Præſentes, & tacentes videntur cõſentire.
Præſens, & tacens, quãdo conſentire videatur, ibidem.
16 Dominus videns eius ſeruum clericari, & tacet ſibi præiudicat.
17 Parlamentum cum minori parte, in contumaciam aliorum, an fieri poſſit, ſi omnes Barones, & Prælati non venirent.
18 Donatiua biennalia dicuntur ordinaria.
19 Rex propter bella poteſt imponere nouas impoſitiones.
20 Donatiua dicitur hoſtentitia impoſitiones, & adiutoria.
21 Donatiua maiora dantur per vaſallos propter bella, vt fuit in anno 1625.
22 Ianua Ciuitas in anno 1625. fuit quaſi capta à Duce Sabaudiæ, & eiꝰ auxilio noſtri Regis, et huius Regni, fuit liberata.
23 Donatiua imponenda ſunt cum maxima circumſpectione, quia vaſalli depauperantur.
24 Donatiua facientes, ad quid aduertere debeant.
25 Contributiones vaſallorũ in donatiuis quomodo fuit facta in diuerſis temporibus.
Adoha cum ſeruitio militare cur fuit commutata, & à quo, ibid.
Donatiua facta Regibus ab anno 1507. in antea, quomodo, & in qua quantitate proceſſerunt.
26 Donatiuum, quod hodie fit Regi vnius millioni, & 200. mil. ſingulis duobus annis, an dicatur neceſſarium.
27 Donatiuum integrum exigitur à Regia Curia nõ obſtantibus exeptionibus aliquarum Terrarum, ſeù aliquarum perſonarum Regni.
28 Franchi Ciuitatis Coſentiæ, & Caſalium, quomodo contribuant.
29 Tarenti Ciuitas contributionem donatiui ſoluit non obſtante exemptione.
30 Donatiua ex cauſa publicæ lætitiæ facta Nuncijs.
Populis indigentibus potius eſt dandum, quam ab eis accipiendum, ibid.
33 Accipientes à ſponte, vel coactè dantibus, quando puniuntur.
32 Dona Regi fiunt ob vxorem ductam, aut filium natum.
Faſcia pro filio Regis debetur, ſed non pro filio Baronibus, ibid.
33 Vniuerſitates dona dare, aut conſtituere ſine licentia Proregis non poſſunt.
34 Regi dona debētur etiam culpa ſua ad inopiam vergenti.
Rex expenſas ſuperfluas quandò reſecare debet, ibidem.
35 Regi Debentur expenſa, idest Corredum à Baronibus in eorum Terris.
Corredum Regi debitum quid eſt, ibid.

OBSERVATIO III.

De donatiuis in Parlamentis factis Regi, & de alijs à ſponſo ſponſæ.



1 Donatiuum eſt verbum Patrium, & eo paſſim vtimur: licet enim vti patrio ſermone; cuius ſępius mutantur nomina, vt præter alios aduertit *Horatius de arte poetica*, ibi;

Si poſſũ inuidior, cum lingua Catonis, & Ennij
Sermonem patrium ditauerit, & noua rerum
Nomina protulerit? licuit, ſemperq; licebit,
Signatum præſente nota producere nomen,
Vt ſiluæ folijs pronos mutantur in Annos.
Prima cadit: ita verborum vetus interit ætas,

2 Nomina enim mutantur *gloſ. in l. 2. C. de numerarijs, lib. 12.* ac etiam cadunt, & augent, ſicuti folia, vt ibidem, & vide ſupra *verſ. 2. obſeruat. 2. in princ. & Andr. in cap. 1. nu. 12. de his, qui feud. dare poſſunt.* dixit, licere lo-

3 qui, prout vulgares loquuntur, & consuetudo dat, per *l. Aeniculus. 137. ff. de verb. signif.* dependet enim à verbo, dono, quod secundū *Pinedam lib. 6. de reb. sal. cap. 2.* significat quid inhebriatiuū, quia dona recreāt, & exilarant recipientes, instar vini paulo largius potati; quinimo *Plinius in epistol. 6.* vocat hamum, & viscum, & *Eccles. 10.* ait, *xenia, & dona excecant oculos Iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum.*

At pro intelligentia huius termini donatiui comprehensi sub hac *pragmat. de antefato (sicuti sub tit. ad l. Iul. de adulterijs.* cōprehenditur stuprum, & edictum Prætoris, *l. apud labeonem, §. verberasse, ff. de iniurijs.* extenditur etiam ad eum, qui pugnis cecidit, quia abusiuè dicitur eū verberasse.) Scias, quod in hac florentissima Ciuitate Neapolis mos erat, vt concluso matrimonio, firmatisq; capitulis matrimonialibus, mitteretur à sponso

4 sponsæ apoca banchi ad rationem ducatorum decem pro centenario totius dotis constitutæ, *Vinc. de Franch. in decis. 503. nu. 5.* talis summa excessiua erat, & à principio mulieres de substātia virorum lucrabātur, eosque eneruare incipiebant. Quia etsi donatiua prædicta mittebantur: (vt vulgo dicitur *lacci, e spingole*) idest pro vestibus necessarijs ipsius sponsæ, attamen tota

5 quantitas raro expendebatur, & sponsæ superfluum in emptionem introituum in beneficium earum conuertebant. Meritò cum iustissima hac Pragmatica moderata fuit ista summa donatiui, vt in ea, & alias fuit etiam in iocalibus limitatum: siquidem sponsis vltra octauam partem dare nō licet, *Aurnd. de exeq. mandat. Regum, lib. 1. cap. 15. nu. 1. fol. mihi 108.* & de hac donatiui specie in lege nostra est intelligendum: & donatiuum istud à donatione præter nuptias, de qua videbimus infra in *quæst. seq.* differt.

6 Est tamen verum, quod donatiua hæc vocantur sponsalitiæ largitiones, vt in *tit. C. de donat. propter nuptias. l. minoribus, & l. cum te.* sed in *consuetudinibus nostræ Ciuitatis Neap.* vocantur donatiua, vt in *consuet. mulier, quæ dotarium. in verb. donatiuo.* & sūt

7 consuetudines nuptiales, quæ altrinsicus debent restitui, si matrimonium declararetur nullum, *Vinc. de Franch. decis. 32.* & late declarat *Neapodanus in cōsuet. mulier de dotibus. in verb. donatiuum, nu. 52. fol. 224.* cætera vero in materia huius donatiui vide infra *vers. 3. obseru. 1.*

Est & alia species donatiui, seù subuentionis, idest illa, quæ fit à Regno Regi in Parlamentis, seù Comitijs, de quibus diximus aliqua supra in *vers. 3. obseru. 2.* & istud dona-

8 tiuum licet Regi fiat, vt ibidem, tamen alteri personæ etiam Proregi, aut alteri fieri non potest, vt expressè fuit à Rege ordinatū in *pragmatica edita 18. Nouembris 1617.* cōdita, ex causa, quia in Parlamento Regi facto eo tempore fuerat conclusum, vt darentur duc. 9000. D. Francisco de Chinedà Priuato D. Ducis Ossunæ Proregis.

9 Donatiuum, quod hodie Regi fit, dicitur vere donum patrimoniale, vt declarat *gloss. in rub. C. de munerib. patrimonialib. lib. 10.* & nostrates nouissimi vocant eum ordinariū ad exemplum *gloss. 1. in l. fin. eodem tit.* quinimo in positionem gabellæ vocat *Pater Diana in tract. 3. resolut. moral. resolut. 1. fol. 91.* singulis enim duobus annis Rex noster per literas ad Proregem trāsmissas, illud perit,

10 & Prorex per literas conuocat Barones, & ideo cōsueta impositio à prædicta vocatur, *Regens de Ponte in decis. 3. num. 4. & Petr. Gregor. de concess. feud. par. 7. quæst. 8. nu. 35. & Marcus Antonius Surgens de Neapol. illustr. cap. 1. num. 21.* & sequitur *Giurba in decis. 118. num. 1. & 2.* vbi rationes ponit, & nouissimè *Diana in loco supra citato*, qui in *resol. 25.* affirmat, quod existente iusta causa præbendi donatiuū, potest Prorex per vim, & metum illud extorquere à Parlamentarijs

11 *fol. 102.* & ideo omnes Barones vocati venire tenentur, vt in *tit. in ius vocati vt eant,* & facit *l. vinea,* & ibi *Platea num. 2. C. de conduct. & Procur. dom. August. lib. 11. & Bellug. in Specul. Princip. rub. 4.* sique absentes essent, expectandi sunt, *§. quod autem, de consuet. recti feudi. Andr. in cap. 1. nu. 11. vers. hoc putamus. de probib. feud. alien. per Freder.* Est bene verum, quod si personaliter venire non possunt, per Procuratores comparere permittitur, *Giurb. in d. decis. 118.*

12 *num. 23. & seqq.* Vocantur etiam Prælati Ecclesiastici habentes vasallos, *cap. petimus. 11. quæst. 1. & cap. Principes, & cap. administratores, 23. quæst. 5. Bouadill. in polit. lib. 2. cap. 10. num. 66. & cap. 18. num. 61. Frecc. de subfeud. lib. 1. vers. alia etiam fuit, nu. 28. & Diana resolut. moral. tract. 3. de parlamento, resolut. 13. fol. 101.* & diximus supra *versic. 3.*

13 *obseru. 2. nu. 11.* quo casu Prælati alios præcedere debent, quoniam dignus est sacerdotium, quam Imperium *§. 1. in princ. in auth. quomodo oporteat Episcopos &c.* est ta-

14 men verum, quod Prælati nisi spontè offerant, non tenentur, vt est pronisum per rescriptum Apostolicum, teste *Feral. de iurib. Franch. num. 14. Vlebur. de regim. mundi, quæst. principali, num. 88.* qui loquitur de donatiuo, quod fit in Regno Nauarræ, & facit *cap. 3. §. 1. de immunit. Eccles. in 6.* sed lue

nota,

nota, quod regola illa, quod præfens, & tacens, non videtur confentire, ex quo malitijs eft obuiandum, *l.in fundo, ff. de rei vendicat.* in cafu ifto non procedit, quoniam
15 fi Prælati funt præfentes, & non contradicunt exprefsè, quo ad ipfos videntur confẽtire eis,quæ fiunt per maiorem partem Parlamenti, argumento *text. in l. municipalis, ff.ad municipales, l.aliud, §. refertur, ff. de regul.iur. Afflict.in probem. conftit. Regni, quæft.4.in fine.*& ratio eft,quia quando quis fpecialiter fuit vocatus ad aliquem actum,fi efe præfens,& tacet, confentire videtur,*glof. in clem.1. in verb. præfentiam, de baptifmo. Camer.in l.Imperialem fol.66. lit.T.* proue
16 eft de Domino vidente feruum fuum clericari, & tacente, quia fibi præiudicat, *auth. fi feruus, C. de Epifc. & Cler.* quinimò fi Dominus fciuerit feruum fuum exercere dignitatem, vel militare, & infra 30. dies non egerit contra eum,præcluditur ei actio agẽdi, *l penult. & l. fin. C. qui militare non poffunt,lib.12.* idemq; dicitur de Monacho,(qui feruo æquiperatur) quando agit Abbate, vel Priore vidente,& non contradicente,fed cõniuentibus oculis tranfeunte, quia tunc monachus agere poterit,vt decisũ refert *Vinc. de Franch.in decif.718.poft Aab.in conf.44. vol.2.* cæteros autem cafus memorat *Andr. in cap.1. §.hac edictali, de probib. feud.alien. per Lothar.*
17 Sed aduerte, quod etfi omnes Prælati, aut Vniuerfitates non veniunt, Parlamentum fieri poteft, fecundum *Dec.in conf.131. Rep. in cap.1. de feud. col.1.* quia Parlamentum eft actus iudicialis quodammodo *Frecc. de fubfeu.lib.1.in quæft.de parlam.general. nu. 19.fol.18.* quinimo minor pars ipforum fufficit in contumaciam maioris partis, *Bal.in §.ego, de pace conftant. Belluc.in fpec.Princ. rubr.45.*& poft *Guid. Pap. in decif.424. & 631.* ponit *D. Rouitus* in confultatione quã defcribit in *conf.100 in fine primi voluminis num.33 & D.Valenzuela in conf.99.nu.62.* fed intellige, dummodo interueniat maior pars præfentium, licet in cafibus fimilibus folet Parlamentum prorogari,*Belluc.d.rub. 45. in fin.* & diximus fupra de electione Imperatoris, *verf.1.obferu.2.num.41.*

Hinc eft, quod dum in anno 1533. fuiffet fupplicatum Carolo Quinto, vt maior pars poffet præiudicare minori in his donatiuis voluntarijs, fuit denegatum ea ratione, quia cedere hoc poffet in magnum præiudicium Regni, vt in *Priuileg.& Capit.Neap.p.123. ater.*& notatur per *Regentem de Ponte in tractatu de poteftate Proregis, in tit. de regalibus impofitionibus, tit.4.nu.19.fol.141.*

Vafalli enim feruire procurent Regi fuo, vt poffunt, & nonnunquam magis obligat, qui dedit parua magnifice, qui exiguum tribuit, fed libenter, *D.Thom.2.2.quæft.106. artic.5.* quod euenit in anno 1630. in quo occafione bellorum in Lombardia vigentium omnes feruiuimus Regi noftro fecundum vires, & cum eadem voluntate, & beneuolentia acceptabat voluntarias traditiones paruæ, quam magnæ quantitatis, dummodo fummã donatorum mille nõ excederent, nec minus donatorum decem effent;legiturq; per *Eufebium in vita Conftantini Imperatoris. lib.1. cap.10.fol.100. ater.* Deucletianum fummũ Imperium eo tempore optinentem Legatos ad Imperatorem Conftantinum Patrem Conftantini mififfe, grauiter increpando illum, quod nihil profus pecuniæ in Ærario haberet pro Reipublicæ cõferuatione. Conftantius vero Legatos aliquandiu moram facere præcatus eft; & ftatim fubditos fuos ditiores in vnum conuocauit, pecuniamque dixit fibi opus effe, cum declaratione quantitatis quam dare poterant. Quo audito, hanc occafionem, quæ diu ipfis in optatis erat, beneuolæ voluntatis fignificandæ erga Dominum,abiecta omni cunctatione aurum, argentum, & alias opes in Ærarium abtulere eo ardore, quo alias alium in largiendo fuperaret: vehementer contendunt valde læto, & hilari vultu. Qua re confecta Conftantius Legatos fpectatores thefauri fui facit, quos teftes fieri iuffit eorum, quæ oculis vidiffent. Illifq; retulit, quemadmodum thefaurus ille,qui tunc in Ærario collectus erat, & conditus, iam pridem fuiffe apud pecuniæ fuæ, & diuitiarum Dominos, tanquam cuftodes rutiffimos conferuatos. Poft autem Legatorũ difceffus, Conftãtius ipfe Imperator benignifsimus pecuniæ illius Dños denuo accerfitilloſq; eũ obfequij, ac fingularis beniuolẽtiæ caufa benigniffime tractaffet, fuis receptis o.bus facultatibus domum reuerti iuffit. Et hoc magnũ Regibus eft exemplũ.

Sed ne decipiaris in hoc verbo donatiui voluntarij, quoniam etfi fingulis annis in principio anni dona fieri folebant, *l.1.C.de oblatione votorum, lib.12.* hinc notat *Quintilianus Mendofius in tract. annales cafus, num.23.in tract.tom.17.fol.211.*quod in Vigilia Natiuitatis Domini munera inter amicos dantur, & fic etiam Baronibus: Hac .n. tempeftate dici poffe puto, quod loco ipfo-
18 rũ fiunt donatiua ifta fingulis duobus annis Regi, & dicuntur neceffaria,poftquã fic Rex exprefsè petit, vt fupra diximus, & notat *Reg.de Ponte in decif.3.num.14.* poft *Frecc. in lib.2. de fubfeud. in 3.author. Baronum num.26.*

*num.26.& Giurb. in decis.*118. *num.*1. *&* 2. nouissimè *D.Tapia in decis. Sacr. Consil.* 14. *nu.*49. *& Diana ubi supra*; & ratio est, quia
19 stantibus bellis continuis, in quibus Rex noster est inuolutus contra infideles, (cum quibus Rex christianos non debet amicitiam iungere, 2. *Paralipom.* 19.) & pro defensione, ac tuitione, & pace suorum Regnorũ, vel ad nouas Prouincias acquirẽdas, secundum *Io. Andr.Georg.in repetit.feudal.cap.*57.*nu.*42. *fo.*440. posset imponere nouas impositiones, (quæ vocantur extraordinariæ solutiones, *glo.fin.in l.fin. C.de annon.& tribut.lib.*10.) *Andr.in cap.*1.*§.vectigalia, ante nu.*14.*vers. plerumque, & vers. extraordinaria collatio, quæ sint regalia* vbi *Afflict. Cyn.& Bald. in l.neminem, C.de sacros. Eccles. & Giurba in*
20 *d.decis.*118.*nu.*2. & hæc donatiua adiutum, seù seruitium debitum Regi, extra ordinarium appellantur, *Ioan. Andr.Georg. in repetit.feudal. cap.* 57. *fol.* 427. *per totum, & Andreas vocat bollentitias subuentiones in cap.*1. *vers.nisi hostem, de natura feudi*. Hinc
21 est, quod propter imminentia bella in alijs Regnis licitum Regi erit sumptus imponere, secundum *Dianam resolut.moral in tract.de parlament. resol.*3.*&* 5. post *P.Gabrielem Vasquez opusc.de resti.cap.*6.*§.*3.*dub.*1.*nu.*7. sed concurrentibus requisitis in *resol.*2.*ibid.* quinimo tali casu potest à subditis tributa petere, secundum *Io. Andr. Georgium in repet. feudal. in d.cap.*57. vbi *nu.*4. super indictum vocat quasi vltra tributa dictum, *C. de super indict. lib.* 10. taliq; casu solent vasalli donatiua, & adiutoria augere: vt euenit in anno 1625. nam vltra solitum donatiuum millioni vnius, & ducentorum mille ducatorũ: fuit auctum in alijs bis centũ mille, ex causa, quia Serenissimus Dux Sabaudiæ cum auxilio Gallorum Ciuitatem Ianuæ inuadere
22 tentauit, quam quasi captam habebat in die Veneris sancti illius anni, sed eũ auxilio Regis nostri, & præcipuè ex hoc Regno fuit liberata, & incursibus inimicorum obstitit, & dictum *Ioseph de Bello Iudaico, lib.* 2. *quod fallax spes, quæ non suis viribus nititur, sed alienis*; non verificatum fuit, stante auxilio prædicto, de quo vide supra in *vers.*1.*obser.*1. *num.* 36. tali enim casu superindicta imponi posse, in terminis tenet *Io.Andr.Georg.in repet.feud. c.*57.*nu.*43.*fol.*441. quia ex futura victoria posset damnũ Regno inferri secũdario, ex *Ricch.quodlib.*3.*quæst.*27. *in §.secundum.* vbi quod quando contra Principem amicum, vel confederatum bellum geritur, communis causa est, & adiutorium peti po-
23 test. Sed nimium animaduertendũ erit tam per Reges, quam per Barones in imponendis donatiuis, quia Rex in bellis primo aurũ suum expendere debet, & inde à subditis accipere, *Cyn. in l.nemini, C. de sacros.Eccles. & Vinc. de Franch. in decis.*211. *nu.*11. ne vasalli in quorũ præiudicium omnia redundant, depauperentur, vnde furta, & rapinæ exurgunt, & latrones insurgunt: contra quos est postea opus Commissarios destinare, & inde alia furta, hospitationes, extorsiones, & perturbationes Popolorum oriuntur, vt aduertit *Luc.de Penna in l.*1.*C.ne rustici ad vllum officium deuocentur, lib.* 11. Hæc quæso cogitent illi, qui mediantibus his donatiuis se ipsos magnifaciunt coram Regibus, & Proregibus, & qui ob eorum particulare in-
24 teresse, & ambitiones, non curant exorbitãtia præponere, quæ inde re vera conuertuntur in detrimentũ, & iacturam Domini Regis, cui vtilius est vasallos diuites habere, sicuti vasallis expedit Regem potentem habere: sed diuina Potestas permittit, vt quis per ea, quæ peccat, per eadem torqueatur, *Sapientia.* 11. E reddit vnicuique secundum vias suas, quas nouerit eum habere in corde, 2. *Paralipom.*6. *nu.* 30. Isti enim indebita proponentes, potius pro eorum interesse, quam pro Regis seruitio deperire videntur cum eorum filijs, & domibus, iuxta illud, super vos, & filios vestros, vt visum fuit in diuersis tempestatibus, notat ad hoc multa *Diana moral.resolut.tract.*3.*res.*5.*in fine, & D.Capiblanc.in pragm.*10.*de Baron.num.*6. Tributa semper sunt minuenda, ait *Plutarc. de Dario*, qui Primates cuiuscumq; Prouinciæ accersiuit, quærendo, an Tributa facilè supportata essent? responderunt mediocriter, & iussit dimidium solui, quia secundum *Plutarchum* non est imponendus bos, cum nequeat capram portare, sed tempore Imperatorum Constant. Tributum soluebatur à duabus fęminis quantum soluebatur per vnũ hominem: & quando masculus nascebatur, soluebatur quantum soluebant duæ fęminæ, vt fit hodie in Sardinea, secundum *glos. in l.cum antea, C.de agric.& censit.lib.*12. verũ an Rex solus possit tributum imponere, vide supra *vers.*1.*obseru.*2. *nu.*28. *in fin.* & vide *Dianam moralium resolut. tract.*3.*de parlament. resolut.*5. *fol.*93. vbi multa de hac impositione, & quomodo, & quando sit facienda, Aduertit, & alia *Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. sub tit. de regal.imposit.nu.*42.*& seq.fol.*247. vbi memorat *Epistolam Beati Gregorij ad Constantiam Augustam cap.*33. *lib.*4. *Epistolarum, & Iudicum.*13. aliaq; perquire in *Gubernatore Christiano lib.* 1. *cap.* 16. *fol.* 87. Hinc est, quod in illis Parlamentis D. Prorex calamitates, & quæ-

rimo-

timonias Regni audire tenetur: vt illis prouidere valeat, *Giurb in dec.118.nu.6.*

Esset quidem videndum, quomodo solutiones in his donatiuis per Barones fiant, & contributiones in eorum vasallos quomodo diuidendæ cum circumspectione, ne grauentur duplici onere, idest à Rege, & à Baronibus, *Andr. in §. & extraordinaria collatio, quæ sint regalia, Io. Andr. Georg. in repetit. feudal. cap.57. num.31. fol.437.* & vt cognitio aliqua habeatur, breuiter dicimus secundum notam habitã ex libris istius materię, quod in annis infrascriptis ita fuit obseruatum.

1507 Sub die vltimo Ianuarij, fuit conuocatũ Parlamentum in Ecclesia Montis Oliueti, & pro præteritis Bellis, & pro tenendo pacatum Regnum, Regi Ferdinando Catholico ducatos 300.mil. dederunt, & Barones soluerunt ducatos 50.mil. pro ratione adohæ. (Adoha enim est ducatorum viginti sex, & duorum tertiorum pro singulis duc.100. feudalibus, & est loco seruitij militaris cum equis, & armis, & commutationẽ hanc per Capitula Papæ Honorij factã, dicit *Afellus in tract. de adoha, nu.17.* Sed per Alphonsum Primum fuisse cum mutatam cum maxima prudentia, vt Barones armorum potentia deneftiret sub colore gratiæ tertur, teste *Io. Andr. Georg. in repetit. feud. lib. cap.56. nu.51 fol.415.*) reliquos vero duc. 250. mil. soluerunt Populi totius Regni, tam demaniales, quam Baronales: exigeruntq; caroleni vndecim pro quolibet foculare, & ab hoc donatiuo nemo fuit exemptus, nisi Ciuitas Neapolis cum Casalibus: Vnde cognoscere poteris quot focularia eo tempore in Regno erant facto computo prædicto.

1520 26. Februarij fuit factum aliud donatiuũ duc.300.mil. Carolo Quinto tunc Regi Romanorũ, pro expensis factis in eius coronatione Regis Romanorum in Aquisgrana, & solutio facta fuit per modum, vt supra.

1523 1. Septembris fuit eidem factum Donatiuum duc.100.mil. pro soluendis militibus exercituum, & fuit solutum, vt supra.

1524 26. Iulij fuit factum Donatiuum eidem Carolo Quinto Imperatori duc.50.m. pro soluendis militibus in Lombardia, & in hoc donatiuo exceptuatę fuerunt Ciuitas Neapolis cum Terris, & Casalia Sanctissimæ Annunciatæ Neap.

1531 29. Maij fuit eidem factum alterum Donatiuum duc.600.mil. in quo Barones soluerunt adoham vnã cum dimidio, & remanentem quantitatem soluerunt Populi Regni præter Ciuitatem Neap. cum Casalibus, & Terras Sanctissimæ Annunciatæ Neapolis.

1534 20. Augusti aliud fuit celebratum Parlamentum in Monasterio Montis Olyueti, & dicto Imperatori factum fuit Donatiuum duc.150. mil. pro expellenda classe Turcharũ è maritimis Regni, & Barones soluerunt duc.50.mil. & reliquos soluit Regnum vt supra.

1536 8. Ianuarij in ædibus Eclesiæ S. Laurentij (in qua Parlamentũ celebrauit Alphonsus Primus 28. Ianuarij 1443. quando Regni Proceres optulerunt carolenos 10. pro quolibet foculare, & Rex cuilibet foculari promisit vnũ modiũ salis (Regi remissũ in anno 1607. vt alibi notauimus) & ita fuerũt introductæ functiones fiscales, nam antea pro necessitatibus Regni imponebantur collectæ, *Camill. de Curte in diuersor. iur. feud. fol.15.* & & ideo istæ functiones fiscales vocãtur etiam iura focul ariorum.) Fuit celebratum Parlamentum, & Donatiuum maius omnibus alijs extitit, idest vnius millioni, & quingentum mille, & Barones soluerunt tres adhoas, & reliquam quantitatem Populi, vt supra, & è conuerso Imperator cõcessit multas gratias, & priuilegia, vt in *Capit. & Priuileg. Neapol. pag.102. & seq.* est videre, verum inde idem Imperator ex prædictis remisit ducatos quingentũ mille, vt in *dictis Priuileg. & Capit. Regni, fol.103. & alter.*

1538 27. Martij fuit factum Donatiuum duc. 760.mil. & Barones soluerunt medietatem adohæ, aliam vero soluerunt Populi, vt supra.

1539 25. Martij Donatiuum fuit duc.60.mil. & Barones soluerunt medietatem adohæ per viam simplicis Donatiui, & aliã soluerunt Populi, vt supra.

1540 27. Nouembris Donatiuũ fuit pro quarto adohę, & Populi soluerunt grana 16. pro foculari.

1541 29. Iulij fuit factum aliud Donatiuum ducat.800.mil. pro resistendo impetis Turcharum, & Barones soluerunt adoham vnam cum dimidio, & reliquam quantitatem soluerũt Populi, vt supra.

1543 Fuit factũ donatiuũ duc.150.mil. & aliud duc.50.mil. pro diminutione monetæ.

1545 Aliud fuit duc.600.mil. pro soluendis militibus Hispanis, & pro viarum, & lagniorum

gniorum Regni accommodatione.

1546 Fuit aliud Donatiuum duc. 200. mil.

1548 Pro maritagio D. Margaritæ de Austria Filiæ naturalis Imperatoris Caroli V. & Mariæ de Barbantia neptis ex filio Regis Portugalliæ, teste *Rigente de Ponte in decis. 5. num. 9.* vxoris D. Ducis Parmæ, fuitq; facta impositio carolenorum quinque pro quolibet foculari, & fecit summam duc. 150. mil.

1549 Fuit aliud Donatiuum duc. 600. mil. de quibus 200. mil. soluerunt Barones, & aliam partem Populi.

1552 Fuit aliud duc. 800. mil. & Proregi illius temporis fuerunt duc. 12. mil.

1553 Fuit aliud duc. 300. mil. pro soluendis exercitibus.

1554 Fuit aliud duc. 30. mil. pro soluẽdis exercitibus.

1555 Fuit aliud duc. 150. mil. pro soluẽdis militibus.

1556 Fuit aliud duc. 400. mil. pro tollẽdis tractis, de quibus Ciuitas Neapolis soluit duc. 100. mil. Barones vero soluerunt duc. 22500. & reliquam Populi.

1556 Fuit aliud duc. 100. mil. pro soluẽdis militibus Hispanis, & Alemanis, & inter Populos, & Barones fuit facta distributio.

1556 Fuit aliud Donatiuum vnius millionis auri, & Proregi fuerunt dati duc. 25. m. & duc. nouem mille, & ducentum fuerunt dati Domino Marco Antonio Columnæ, & solutio fuit facta inter Barones, & Populos. (hodie autem quid seruetur circa donatiua facienda Proregi, vel alijs personis, vide supra *vers. 2. obseru. 2. num.* 116. & supra hic *num.* 7.)

1560 Donatiuũ fuit vnius millionis, & 200. m. & Viceregi fuerunt dati duc. 27500. & solutio fuit facta à Baronibus, & à Populis.

1562 Donatiuum fuit vnius millionis auri, & solutio facta vt supra.

1564 Fuit Donatiuum vnius millionis auri, & duc. 60. mil. fuerunt dati Serenissimo Principi Hispaniarum Duci Calabriæ eius filio, & fuerunt soluti, vt supra.

1566 Fuit factum Donatiuum vnius millionis, & 200. mil. & postea fuit singulis biennijs ita continuatũ vsque ad hodierna tempora, sed in anno 1625. fuit auctum in alijs duc. 200. mil. vt supra diximus *nu.* 21. ex causa Belli Ianuæ.

Et in anno 1611. tempore Presidatus D. Comitis de Lemos fuit factum Donatiuum vnius millionis, & duc. 400. mil. ne exeant Numeratores pro facienda numeratione (quæ singulis annis quindecim fieri solet à tẽpore Regis Alphõsi, licet per prius, & singulis quinq; annis ab Augusto fiebat, vnde lustra dicta sunt, quia Ciuitates lustrabantur, vt post *Luc. de Pen. & Specul.* tenet *Io. Andr. Georg. in repetit. feudal. cap. 57. nu. 3. fol. 430.*) idest, patrio sermone loquendo, millionũ vnum, & duc. 200. mil. pro donatiuo ordinario, & duc. 200. m. pro causa prædicta, est enim in arbitrio Regis faciendi numerationes prædictas, vt notat *Camillus de Curte in diuersor. iuris feudorum, fol.* 25. *num.* 26. & materiam numerationis vide in 1. *Paralipom.* 21. vbi multa. Dona-
26 tiuum hoc millioni vnius, & ducentum mille, hodie dicitur necessarium, seù coactum, & non voluntarium, vt diximus supra per *Reg. de Ponte in dec. 3. nu. 14. & Freccjam loco citato*, & hæc præscriptio formata prætenditur à Regio Fisco, forsitan ex quo patientia soluendi habetur pro titulo, *Andr. in §. præterea ducatus, nu. 37. in fin. ante addit. de probib feud. alien. per Freder.* alia vero vide per *Lanar. in consil. 57.* vbi de hac materia, & multas alias impositiones, & donatiua refert *D. de Ponte in tract. de potest. Proreg. sub tit. de regalib. imposit. nu. 35. & seq. fol.* 145. & nouissime post hæc scripta in lucem editus *Diana resolut. moral. in tract. 3. de parlamento, per totum.* nec prætereas in hac materia donatiui per decretũ Regiæ Cameræ 22. Martij 1525. fuisse prouisum, *Quod si sit Donatiuũ*
27 *Regi cum clausula, vt nemo sit exemptus, Regia Curia exigit integrum donatiuum, & omne illud, quod diminuitur de dicta summa donata ex causa Vniuersitatum exemptarum, vel aliarum personarum habentium priuilegia exemptionis, aggregetur Regno, & non venit in damnũ Regiæ Curiæ: & quod sic manutineatur Regia Curia in possessione, siù quasi exigendi.* Sed in hoc fuit diuersimodè iudicatũ, vt per *Reg. Moles in decis. 26. Regens vero Reuert.* aliã facit *decis. in suis manuscriptis* . . . dicẽs, quod si post donatiuum Rex eximeret, sibi imputaretur, *Bal. in l. etiã, col. fin. C. de exeq. rei iudic.* per *l. ab omnibus, ff. de leg. 1. Roman. in l. 4. §. actor, col. penul. ff. de re iudic.* verum si impositionis tempore exempti erãt, & onus simpliciter imponeretur, Rex integrũ donatiuum habebit, *Aret. in terminis*

in l. si

in l. si duobus, §. 1. per illum text. de legat. 1. vbi Ias. sed si onus cuilibet personæ imponeretur, puta ducati vnius pro quolibet foculare, tunc exempti in Regis damnum cederent, Bart. in l. 2. C. de apoch. public. lib. 10. & Bal. in cap. secundo requiris, de appellat. vbi Canonista. est enim de iure, vt vna Terra nō teneatur pro alia functiones fiscales soluere, l. vnica, C. vt nullus ex Vicaneis pro alienis Vicaneorū debitis teneatur, lib. 11. Veluti si Populares donatiui onus substinere nequierint, Barones contribuere non tenerentur, D. Valenzuela in cons. 99. num. 63. licet contrarium videatur tenere Pater Diana resolut. moral. tract. 3. de parlam. resol. 26. num. 102. vel si vnus Rex damnum inferat, & ab altero non esset facienda refectio, Io. Andr. Georg. in repet. feud. cap. 57. num. 39.

28 Quo vero ad francos Ciuitatis Cosentiæ fuit diuersimodè per Regiam Camerā pronūsum sub die 24. Ianuarij 1554. in Banca Coppula; scilicet vt pro quadam quantitate franchi essent, pro alia vero contribuant. Sed

29 in causa Ciuitatis Tarenti habentis priuilegium specificum exemptionis etiam à donis, contra ipsam determinatum extitit 14. Februarij 1568. referente Præsidente Scipione Cutinario, vt est videre in libris notamentorum, ex ratione quia Priuilegijs prædictis fuerat renunciatum, & per Regium Fiscum contra ipsam ex continuata solutione erat præscriptū, soluerat enim ab anno 1466. & merito succubuit teste Regente Moles in decis. 26. manuscripta.

30 Donatiua solent etiam fieri nuncijs nouū aliquod bonum portantibus ex causa publicæ letitiæ euentæ ex multis casibus enumeratis in l. 1. C. vt publica letitia, lib. 12. cum glos. ibid. quæ tamen aduertit, indigentibus Populis potius dandum, quam ab eis accipiendum esse: subdendo aliud notab. pari

31 pœna puniendum esse cogentem ad dandū, & sponte accipientem, quod facit aduersus Officiales, aut baronos accipientes à sponte dantibus, quoniam talia donatiua non spontanea, sed coacta censenda sunt.

32 Donatiua etiam Regi fiunt quando vxorem ducit, aut filius ei nasceretur, aut in eius aduentu, Innoc. in cap. non minus. de consecr. Eccles. vel alt. vbi omnino videas, quæ personæ teneantur ad ista, & tunc collecta diceretur, glos. in verb. extraordinarium, cum glos. seq. in l. placet, C. de sacros. Eccles. Io. And. Georg. in rep. feud. c. 57. nu. 18. vbi alios casus enumerat, qui limita respectu Baronū, qui ex causis prædictis nil recipere possunt, sed tantum statuta in constit. Regni. Quamplurium, & Io. Franc. de Ponte in tract. de potest. Proreg. fol. 473. nu. 12. in tit. de donis, & expensis Vniuersitatum. Quinimo per

33 Pragmaticam editam 24. Nouembris 1629. specificè prohibitum est Vniuersitatibus se vniri pro donis dandis, seu salarijs constituēdis quibusuis personis sine expressa Proregis licentia, etiam si ad beneficium locorum Piorum facienda essent. Prouisio quidem prædicta euenit ad releuādas Vniuersitates ab innumeris oneribus quibus oppressæ reperiuntur, & etiā Neap. Ciuitas includitur.

Respectu autem Regum, cessant regulæ, & omnia Priuilegia, nam eis dona, & tributa

34 debentur, etiam si eorum culpa ad inopiam vergerent, puta ob ludos, aut iniusta bella, aut nimias largitiones, aut ob alias causas, & in hoc fere concordant omnes Canonistæ, teste Patre Diana moral. resolut. in tract. 3. de parlamentis, resolut. 4. fol. 92. quod intellige cum limitatione, vt in hisce casibus teneatur Rex omnes sumptus patū necessarios excidere, & in posterum à prodigalitatibus se continere, vt ibidem post Lessium in lib. 2. cap. 33. dub. 6. nu. 48. & Molin. de iustit. tract. 2 q. 667. nu. 4. latè Georg. in d. cap. 57. nu. 16. & seq. qui omnes cumulat, de

35 beatur etiam Corredum Regi, vt in d. const. quamplurium, quod intellige de expensis ei faciendis, vt declarat Andr. in suo repert. super constit. Regni, in verb. Rex. Puta quādo ad eorum terras accederet, ad quarum contributionem vasalli tenerentur Baronibus, vt in d. const. Quamplurium.

OBSERVATIONIS IV.

SVMMARIVM.

1 Capitula matrimonialia fuerunt incæpta à Tobia cum Sara.

2 Vxor lacrimatur in prima nocte, & tenetur ad obsequia multa in domo viri.

3 Antefatum cur constitutum fuerit, & quomodo vocetur.

4 Antiferna, vel Paraferna quid? Dotarij Antiferna dicitur, & quare, ibid. Parafrenale quid? ibidem.

5 Dotarium constitutum à Baronibus differt ab antefato.

6 Assensus non requiritur in constituēdo dotarium.

7 Antefatum ante hanc Pragmaticam cuius erat quantitatis.

8 Antefati reforma fuit alias petita per Ciuitatem in anno 1521.

9 Mulier habet plures species bonorum.

10 *Antefati nomen horribile eſt.*
11 *Matrimonia tractantes, quæ cogitare debeant.*
12 *Donationes cauſa mortis quando coperunt eſſe.*
13 *Antefati contractus eſt de per ſe.*
14 *Antefati ſucceſſio diuerſimodè conſiderabatur ante hanc legem.*
15 *Antefatum hodie reddit ad patrimonium unde exiuit tanquam res hæreditaria.*
16 *Debetur ex cauſa onerosa, & non lucratiua.*
Debetur mulieri ſterili, ibid.
17 *Pater tenetur ſe obligare ad antefatum pro filio, ſicut filias dotare tenetur.*
18 *Non poteſt ſolutum pro antefato repetere à filio, ſed potius antefatum ſolutum reddit ad patrimonium patris, unde exiuit, & ſic deceſum.*
19 *Antefato conſtituto (patre præſente) pater tenetur.*
20 *Antefatum non conſtitutum, nõ poteſt peti.*
21 *Mulier poteſt agere (conſtãte matrimonio) pro conſtitutione antefati.*
22 *Antefatum conſtitutum conſtante matrimonio, non dicitur donatio inter virum, & vxorem.*
23 *Aſſenſus non requiritur in conſtitutione antefati (durante matrimonio) vt contra Andr. tenet Cappe.*
24 *Antefatum aliter conſtituitur in virgine, quam in vidua.*
Fœmina vno ſolo marito contenta, à Romanis coronabantur.
Pacta contra ſtatuta quando valeant, ibid.
Vidua iuuenis debet maritari, ibid.
25 *Antefatum debetur ob forjudicationem mariti, & nu. 54.*
26 *Forjudicatus ad inopiam vergere dicitur.*
27 *Antefatum ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis per Auiam paternã, an ſolui poſſit.*
28 *Auth. res quæ, C. communia de legat. non habet locum in prohibitione facta de non alienando in contractu, ſed in teſtamento tantum.*
Nec habet locum in feudis, ibid.
29 *Nec habet locum in rebus donatis cum pacto de non alienando.*
30 *Non habet locum in teſtamẽto matris.*
31 *Mater nõ tenetur aſſicurare dotem Nurui, ſicuti nec Auia.*
32 *Fideicommiſſum factum per matrem pro dote nurus alienari poteſt.*
33 *Prohibitio de non alienando ſimpliciter nõ comprehendit cauſam dotis.*
Secus ſi eſt facta per verba vniuerſalia, & prægnantia, ibid.
34 *Fideicommiſſum factum pro hæredibus, intelligitur de hærede ſanguinis.*
35 *Hæres nominatus in fideicommiſſo intelligitur vt filius, & deſcendens.*
36 *Subſtitutio in contractibus fieri poteſt.*
37 *Prohibitio de non alienando impedit tranſlationem dominij.*
38 *Communis opinio æquiparatur legi.*
Iudex in iudicando communem opinionem inſectari tenetur, ibid.
39 *Auth. res quæ non procedit in fideicommiſſo facto per tranſuerſales, vel per eum, qui non habet onus dotandi.*
40 *Auia non habet onus dotandi.*
41 *Fideicommiſſum acceptans abſque proteſtatione legitimæ, ad quid teneatur.*
42 *Filius acceptans fideicommiſſum, debet ſibi proteſtari de legitima debita.*
43 *Legitima præiudicatur, ſi filius abſque proteſtatione acceptauit fideicommiſſum.*
Legitimæ grauamen tranſit ad hæredes, ibidem.
44 *Debitor in non acquirendo creditoribus, præiudicare poterit.*
45 *Legitima per viam contractus, poteſt grauamen poſitum in teſtamento accipere.*
46 *Legitima in filijs primi gradus non poteſt grauari.*
47 *Antefatum an debeatur dote non ſoluta.*
48 *Pacta in dote appoſita, videntur tacitè repetita in antefato.*
49 *Dos intelligitur effectualiter, & non verbotenus.*
50 *Promiſſio de donando, non eſt donatio, & ſic eſt in promiſſione de vendendo.*
51 *Dos ſoluta, & non dos promiſſa, lucratur antefatum.*
52 *Donatio propter nuptias, & antefatũ æquiparantur.*
53 *Forjudicatus in* Regno *habetur pro mortuo.*
54 *Antefatum debetur ob forjudicationem viri.*
55 *Exceptio nullitatis nunquam præſumitur excluſa, & ſi alia eſſent excluſa.*
56 *Sententia nulla à principio nunquam valet.*
57 *Forjudicatus Procuratorem poteſt conſtituere ad dicendum de nullitate ſententiæ.*
58 *Forjudicatorum conſanguinei citati ad dicendum cauſam quare &c. poſſunt dicere de nullitate forjudicationis, & appellare, ſi ſententia non fuit publicata.*
59 *Sed an poſſint conſanguinei allegare ſuſpicandes.*
60 *Rebellium vxores lucrantur antefatum, ſed ad filios non vadit mortua matre.*

61 *Ante-*

61 *Antefatum an debeatur mulieri deoſculata tantum.*
62 *Antefatum ad filios vtriuſque matrimonij, vt filios, vel vt haeredes tranſeat.*
63 *Antefatum, & dos, pari paſſu ambulant, ſed fallit, vt ibid.*
Pactum contra antefatum non valet, ſicuti non valet contra dotem, ibid.
64 *Electio eſt vxoris, exigere antefatū in pecunia cum cautione, vel exigere intereſſe.*
65 *Antefatum debetur haeredibus vxoris occiſa à viro ſub falſa cauſa adulterij.*
66 *An habeat priuilegium, vt praeferatur anterioribus creditoribus in acquiſitis poſt obligationem antefati.*
67 *Non debetur matrimonio declarato nullo.*
68 *Nec ſi matrimonium contractum nō fuit conſumatum ob deuotionem, aut impotentiā, & nu. 69.*
70 *Lex non ligat ſubditos extra Regnum.*
71 *Eſtimatio debetur vxori pro feudo dato ex cauſa feudi aſſignati abſque aſſenſu.*
72 *Sponſalitia largitas quid.*
73 *Iocalia, qua dicantur.*
74 *Donatiua ſponſa facta, qua.*
75 *Doberium quid ſit.*
76 *Quarta qua dicatur.*
77 *Dotarium quomodo conſtituatur.*
78 *Mortificatio, qua dicatur, & an valeat.*
79 *Pactum inter virum, & vxorem de ſuccedendo ad inuicem, an valeat tàm de tota, quàm de quota haereditate, ibid.*
80 *Antefatum non conſtitutum, ſi à marito legatur, an debeatur.*

OBSERVATIO IV.

De antefato in hac lege mentionato.



PRO Antefati primordio ſcias, quod à principio, quo 1 capitula matrimonialia introducta fuere inter Tobiam, & Saram, vt in *Tobia. 7. in fine*, ibi, *Et accepta carta, fecerunt conſcriptionem coniugij*: ex quo mulier compreſſa eſt, & lacrimatur 2 in prima nocte, *vt ibid. in fine*, & in domo viri tenetur honorare ſoceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & ſe ipſam irreprehenſibilem exibere, *Tobia 10. in fine*, fuit antefatum (ſecundū aliquos) introductum: aut vero in recompenſatioēe praedictorum, vel dotis, vel virginitatis, vel nobilitatis mulieris, vt per *Gomez. in ll. Tauri, ſub l. 53. num. 10. in fine, Aluar. Valaſc. in conſultat. 2. & Maſtrill. in deciſ. 112.* 3 vbi antefatum pretiū ſanguinis vocat, idemque tenet *Azzo in ſumma de donationibus ante nuptias*, quem ſequitur *V. de Franch. in deciſ. 182. num. 9.* ſed contrarium videtur *ex auth. & quae nihil, C. de pactis conuentis*, vbi donatio propter nuptias non ſoluitur, niſi pro dote ſoluta: & vlterius videmus, etiā in viduis antefatū conſtitui, ergo pro amiſſa virginitate non eſt, quamuis pro virginitate amiſſa deberi teneat *Fontanell. de pact. nuptialib. tom. 2. clauſul. 7. gloſ. 1. par. 1. num. 25. fol. 382.* ſubdens in *num. 26.* mulierem corruptam, quae vt virgo ducitur, nō poſſe tuta conſcientia petere, nec retinere antefatum, & allegat *Don Io. Valero Carthuſianum in tract. differ. inter vtrumque for. verb. matrimonialia, differ. 12.* datur enim, & aſſignatur mulieri antefati quantitas aliqua, ſecundum conſuetudinem locorum, quae diuerſimodè nominatur, in noſtra autem Regione, ſecundum *conſtitut. Regni. Patres eorum*, Tertiaria, ſeù Dotarium vocatur, de quibus loquitur *§. fin. de inueſt. de re alien. facta*, ibi, *ſiue tertia ratione*, quo etiā loci de Quarta, quae ſecundum ius Longobardorum conſtituta mentio fit in conſuetudinibus noſtris Neapolis *de iure quarta*, vel de iure Francorum, & more magnatum, & nobilium Regni, vt declarat *Dec. in conſ. 402.* ſed introductū 4 etiam fuit, vt denominaretur Antefatum, ſeù Antiferna, quod eſt contra dotem, licet *Ant Gabr. de matrimonio, tit. de donat. propter nuptias, num. 9. in tractatibus tom. 9. fol. 61.* dixerit, Antiferna eſſe vocem Graecā, & latinè ſignificare ea, quae loco dotis viciſſim allata ſunt, & *Io. Copius in tract. de fructibus, cap. 8. num. 1. in tractatibus tom. 17. fol. 250.* afferat, Antifernas eſſe contrarias dotes, quas mariti in recompenſationem, remunerationem, vel quandam potius dotis (ſoluto matrimonio) recuperandae ſecuritatem aſſignant. Nec equiuoces, Antifernam, eſſe idem quod Paraferna, quoniam Paraferna, ſeù Parafranale eſt diuerſum, & dicitur res illa ab vxore ducta ad domum viri, quae in dotem non eſt promiſſa, *l. ſi ergo, §. dotis, ff. de iure dotium, l. hac lege, & l. fin. C. de pact. conuent.* & dicitur para, quod eſt iuſta, & ferna, quod eſt dos, quaſi iuſta dotem, *Azo. in ſumma, C. de iure dot. col. 2.* ſed vt bona parafrenalia dicantur, requiritur, vxorem expreſsè vel tacitè concedere adminiſtrationem marito, ſecundum *Bart. & omnes in l. maritum, C. de procurator. & Bal. in l. fin. C. qui potior. in pign. hab.* hinc eſt, quod ſi mulier promittendo dotem, non promittit feudum, dicitur feudum parafrenale, *Andr. in conſt.*

in const. Regni. Fratribus, & in const. Honorem, 2. col. & in his bonis mulier habet tacitam hypothecam, *l. fin. C. de pac. conuen. l. vbi aduc.* vbi *Glos. C. de iure dotium.*

Differt enim antefatum à dotario, tum
5 quia antefatum poterat ad beneficium mulieris cedere quo ad vsumfructũ, & proprietatem, vt infra, sed in dotario semper vsufructuaria tantum erat, tum etiam, quia dotarium cõstituentum à Baronibus ratione bonorum feudalium à principio est certum, adeò quod ex bonis postea quæsitis, vel venditis, non minuitur, nec augetur, vt in *const. Regni. Licentiam. cum duabus alijs constitutionibus. Si quis Baro.* & in alia *Mulier, quæ dotarium.* Quibus cautum est, assensum non
6 requiri pro constituendo dotario super feudis, de quo *Andreas* mentionem facit in *cap. 1. §. final. num. 10. de inuestit. de re alien. fact.* & in alijs locis enunciatis per *Liparul. ibidem, & glos. in constit. Regni, mulier, quæ dotarium, in fine,* vbi iure Francorum introductum esse dotarium tradidit, idemque ait *Neapod. in tit. cõsuet. Neap. de iure quarta, num. 9.*

Aliqui vero volunt antefatum constitui loco donationis propter nuptias, de qua per *Fontanell. de pact. nuptialib. tom. 1. clausul. 4. glos. 1.* & sunt sinonima, secundum *Rouit. in pragmat. 1. num. 159. de titulorum abusu in scribendo sublato, & Mastrill. in d. dec. 212.* vbi quod de iure communi nomina ista dotarium, & antefatum, non fuerunt cognita, prout etiam dicit *Capyc. in repet. l. Imperialem, vers. tertio est antefatum, fol. 17.* & meritò statuta loquentia de donationibus propter nuptias, in locum quarum successit antefatum, habent locum in dotario, & antefato; quodue prædicatur de vno, & de alio dici potest, licet in effectu diuersitas aderat, quia antefatum lucrabatur quo ad plenam proprietatem filijs non existentibus, & quo ad vsumfructum existentibus: sed dotarium semper quo ad vsumfructum tantum, etiam ante hanc Pragmaticam, verum *Neapodan. in rubr. de iure quarta,* ait, antefatum differre à donatione propter nuptias, à quarta, à dotario, à morgica, idest quarta de iure Longobardo, & à tertia iure Longobardi, vt ibidẽ: Aliasq; differẽtias ponit *Fontanell. de pact. nuptial. clausul. 2. glos. 1. par. 2. fol. 391. in 2. tomo.* sed in *§. 1. in auth. vt res immobiles donationis ante nuptias, constit. 61. secundum interpretationem Gregorij Aloandri.* Conscribitur donatio propter nuptias, aut ante nuptias, quo loci etiam disponitur, vt si in illam causam donationis res immobilis constituatur, alienari, aut pignorari à marito non possit, non obstantibus consensu, aut renunciatione mulierum. Est enim donatio propter nuptias specialis contractus, & insinuatione non indiget, *§. 1. in auth. vt donatio propter nuptias, constit. 119.*

Erat autem hoc antefatum ante hanc le-
7 gem medietas dotis in virgine, & tertia pars in vidua, teste *Capyc. in repet. l. Imperialem, vers. tertio antefatum, fol. 17. col. 1.* & in alijs partibus esse in vsu, testatur *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. clausul. 7. glos. 1. par. 1. nu. 24. fol. mihi. 382.* & quod peius, illa medietas, seù tertia si stipulabatur secundũ *primã consuetudinem Neapol. sub tit. de iure quarta,* lucrabatur à muliere quo ad proprietatem, & vsumfructum, si matrimonium sine liberis dissoluebatur, sin autem cum liberis, etiam non hæredibus, mulier erat vsufructuaria tantum: verum si liberi matre viuẽte ex hac vita decedebant, mater in eius beneficium consolidabat vsumfructum cum proprietate, secundum dictam consuetudinem, & habetur per *Afflict. in decis. 37. circa finem, & 291.* & sic substantia illa in domũ, & familiam vxoris transiebat, meritoq; maritorum, & hæredum quamplurimæ domus, (vt vidimus) depauperabantur ex illa excessiua solutione antefati. Superuenit inde hæc sanctissima in principio huius operis posita nunquam satis laudata lex, (quę secundum primæuum sensum meum decreuit, adeo vt ansam præbuerit lucubrationes istas componendi:) & his inconuenientibus prouidendo, decreuit limitationem antefati, & vt mulier sit vsufructuaria vita durante tantum, adsint, vel non adsint filij: confirmando se cum dispositione iuris communis, vt antefatum redeat vnde exiuit, & ad descendentes etiam non hæredes viri, *auth. hæres, C. de secund. nuptijs,* & notat *Fab. de Anna in cons. 74. vol. 1. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. clausul. 7. glos. 1. par. 1. num. 47. fol. 384.* (vbi in *num. 56.* concludit, quod dum mulier sua vita durante est vsufructuaria, non sufficit, hæredes viri offerre soluere vsuras, nisi tamen hæreditas maximè extenuata esset, sed capitale dare tenentur, pręstita cautione per mulierem de restituendo post eius mortem) ad hæredes autem viri deuenit hoc antefatum, secundum *Apostill. ad Neapod. in consuetud. quartam autem.* incip. *ex hac consuetudine, vers. attende, quia de iure communi, fol. mihi 251.* & ita in terminis tradit *Nacleriu in d. consuet. quartam autem, vers. in eadem glos. ibi, sed an de iure communi, fol. 17 in impressis de anno 1588.* & allegat *text. in cap. nuper, & cap. fin. de donat. inter vir. &*
8 *vxor.* Et alias in anno 1525. fuit Protegi

suppli-

fupplicatum pro moderatione dotium, vt
legitur in *Protocollo Notarij Cæfaris Mal-*
phitani, fol. 19. *ater.* in quo habetur, Plateam
Nidi conftituiffe Procuratores Philippum
Galeranum, & Gentilem de Tolfa, ad fup-
plicandum Proregi pro tali reforma dotiũ:
In *foro autem Aragonum* fuit moderata dos
in mulieribus octo familiarum ibi defcripta-
rum in ducatis 12. mil. tantum, vt in *cap. de*
dur. dot. in foro Aragonum, Montiffoni per
Carolum Quintum edito in anno 1533. fimi-
literq; moderatio veftium, vel eorum orna-
tus limitari debet, *l. vnica, C. nulli licere in*
frenis, lib. 11. *ac etiã ne arma à priuatis ciui-*
bus conficiãtur, vel emãtur, vt in nouella. 85.
Mulier enim plures fpecies bonorum ha-
bet, ideft fpõfalia ante nuptias, (quæ dicun-
9 tur antipherna) dotalem, parapherna<u>m</u>,
quartam in burgenfaticis, & dotarium, feù
tertiariam in feudalibus, & quandoque an-
tefatum, feù pecuniam in re certa, vt *Nea-*
podanus in confuetudine Neapolis. Quartam
autem, nu. 102. *fol. mihi.* 267. *& in §.* 1. *in*
auth. de æqualitate dotis. vocatur quarta,
feù donatio propter nuptias, & pro his viro
mortuo, & ante aditam hæreditatem, habet
retentionem fuper bonis viri, *Gizzarell. in*
decif. 45. habet etiam & iocalia, pro quorum
declaratione vide per *Gayllum pract. obferu.*
lib. 2. *obferuat.* 91. & infra hic.
Horribile eft nomen antephati in contra-
10 ctu matrimonij: nam eo ipfo, quod tracta-
tur de lætitia matrimonij, immediatè per-
uenitur ad memoriam mortis, ideft antefa-
ti, fed benè aduertit *Seneca natural. quæft.*
lib. 6. *Quod mors tributum, officiumq; mor-*
talium eft. Meritò, qui matrimonium tra-
ctare curat, cogitet, quæ dicuntur in *Tobia*
6. *in fine*; vbi, his verbis docet, quomodo
11 vxorati fe ferant. *Hi namque, qui coniu-*
gem ita fufcipiunt, vt Deum à fe, & à fua
mente excludant, & fua libidini ita vacent,
ficut equus, & mulus, in quibus non eft in-
tellectus, habet poteftatem Demonium fuper
eos. Tu autem cum acceperis eam ingreffus
cubiculum, per tres dies continuos efto ab ea,
nil aliud, nifi orationibus vacabis cum ea.
Doce ergo ex hoc textu finem matrimo-
nij, & quomodo vir fe gerere debeat cum
vxore, & è contra: ex eodem etiam matri-
12 monio Tobiæ cum Sara, originem habuere
donationes poft mortẽ, *Tobia.* 8. *in fine*, ibi,
De omnibus autẽ, quæ poffidebat Raguel di-
midiam partem dedit Tobiæ, & fecit fcriptu-
ram, vt pars dimidia, quæ fupererat poft obi-
tum eorum, Tobiæ dominio deueniret.
13 Antefati contractus eft de per fe, *Andr.*
in tit. de controuerfia inueftitura, num. 7. *in*
fine, & in tit. de controuerf. inueftit. cap. 1.
num. 7. *circa medium*, dixit, quod dotarium,
feù donatio propter nuptias conftante ma-
trimonio fieri poteft. Et ante hanc legem
14 diuerfimodè eius natura cõfiderabatur quo
ad fucceffionem tam vxoris, quam filiorum.
Nam filij aliquando fuccedebant vti filij, &
hæredes, aliquando verò vti filij tantum,
puta quando conftituebatur cum illa clau-
fula, *ita vt acquiratur filijs, vt filijs, non*
filijs, vt hæredibus: *Addentes in confue-*
tudine Neapolis, in titulo de iure quartæ,
& per *Neapodanum ibidem, & Vinc. de*
Franch. in decif. 106. & in pluribus alijs lo-
cis, poft *Affl. in decif.* 314. *& Fab. de*
Anna in confil. 74. *num.* 8. vbi refert *decif.*
Affl. contra Vinc. de Franch. & Io. Franc.
de Ponte in conf. 110. *cum tribus feqq. vol.* 2.
qui licet eo loci teneat, quod acquirebatur
filijs, tamen alias idem *Author* dicit, fuiffe
contra ipfum iudicatum, neceffumq; effe
apponere claufulam illam, *vt acquiratur fi-*
lijs, vt filijs, vt in *tract. de poteft. Proreg. tit.*
9. *num.* 25. *fub rubr. de fucceff. mulier. fol.*
214. Hodie autem omnia ifta per hanc le-
15 gem recefferunt ab Aula, quoniam antefa-
tum reddit ad patrimonium, vnde exiuit, ad-
fint, vel non adfint filij; & fic tanquam res
hæreditaria, & creditoribus obnoxia, vel ad
Regium fifcum, fi (quod abfit) maritus fue-
rit rebellis, *l. quifquis, §. vxores, C. ad l. Iul.*
Maieft. Meritò ad alias trãfeamus quæftio-
nes taugẽtes materiã noftrã, quia hæc nõ eft
amplius neceffaria ꝓ matrimonijs cõtractis
poft annum 1617. quo hæc lex condita fuit.
16 Antefatum debetur mulieri ex caufa one-
rofa, ideft ob pudicitiam amiffam, & non ex
caufa lucratiua, *Io. Francifcus de Ponte in*
dec. 24. *nu.* 20. *in fin.* vbi in *nu.* 26. habes, quod
omnia priuilegia competentia marito fauo-
re dotis, competunt & vxori ex caufa ante-
fati, ac hæredibus vxoris, etiã occifæ per vi-
rum ob falfam caufam adulterij, vel ad lu-
crifaciendum dotem: & ex eadem ratione
debetur antefatum mulieri etiam fterili,
Neapod. in confuet. quartam, num. 33. *fol.*
257. quia & fi ager fterilis fit, retinetur vfuf-
fructus, *l. arboris, §. fin. ff. de vfufruct.* Pater
17 etiam tenetur antefatum pro filio promit-
tere, ficuti tenetur dotare filias, quoniam
officium paternum eft, *Maftrill. in decif.* 46.
in fine; & quando promiffionem hanc facit,
videtur promittere de proprio, & non de pa-
trimonio filij, vel filiæ, *l. fin. C. de dotis pro-*
miffione, & ad matrem, & fratrem admi-
niftratores extendit *Mand. Albenf. in*
confil. 12. eft tamen verum, quod fi pater an-
tefatum pro filio promiferit, & foluit, non

Cc poteft

potest solutũ à filio repetere, *Fab. de Anna in consl.76. vol.1.* Verum in hoc casu antefatum postea non ad hæreditatem filij, sed ad hæreditatem patris,ex qua exiuit rediret, vt ibidem,& supra diximus *nu.7.in fine*,& ideo si pater, & filius promiserunt antefatum in solidum, & hæreditas patris antefatũ soluerit, reddit ad hæreditatem patris soluentis, & consequenter creditores patris auocabũt à filijs, & ab hæredibus filij, vt me patrocinante fuit decisum *per S. C. sub die 2. Iunij* 1614.in causa Beatricis Pignatellæ,& successiuè Elionoræ Brancatiæ eius filiæ, cum Io. Bernardino de Azzia,& Claudio,& fratribus de Milano,referente eximio Consiliario Ronito, in Banca Sarri.

19 Attamen si à filio famil. constitutum esset patre præsente, pater teneretur in quantum ad legitimam filij, *Bartholom.de Capua*, seù *addens ad eum Io. Grillus in singul.*114. *& Mastrill. dec.46. in fine*, ait, *Patrem teneri ad donationẽ propter nuptias pro filio, l.fin. C.de dotis promiss. Bart.in l.si eum dotem, §. transgrediamur, ff. solut. matr.* at *Thorus in comp.decis.Neap.vol.2.in verb.antefatum*, affirmat, fuisse decisum patrem non teneri, quia præsens, & tacens, non videtur consentire, vt ibidem, Ego autem crederem,patrẽ teneri ad quod importaret legitima filij per *d.singul.*114.eo fortius,quia ad illum actum videtur vocatus,ex dictis supra hic *obser.3.*

20 Sed quid si antefatum non reperiatur cõstitutum, an peti possit? negatiuè respondũt *Andr.in c.1.nu.6.vers.per hoc patet.qualiter poterat olim feudũ alienari, Affl. in dec.242. & glos.in verb. exactio,in auth. dos data, C. de donat.propter nupt.* licet contrarium teneat *Vrsill.in d.decis.242. nu.2.* per *Salic. in d.auth.dos data, & Boer.in decis.*22. tu autẽ vide *Lancell.Gallia in tract.de statutis super vers.20.q.8.nu.51.52.& 53 in tract. tom.2. fol.*341.vbi quæstionẽ disputat,dicendo,quod si antefatũ non est constitutum,non censetur ipso iure constitutum: sed si non est consti-
21 tutum,potest mulier constante matrimonio agere, vt ei constituatur, vt per *Andr.in d. loc.cit.nu.6.*& vide supra hiç *nu.13. Lancell. Gallia ibid. nu.53.* Neapoli vero adest *consuetudo dos,& quarta,sub tit.de iure quartæ.* disponens, quod dos, & quarta peti non possunt absque instrumento dotali.

Posset tamen dubitari in casu prædicto, an si constante matrimonio constitutum reperiatur, dicatur donatio inter virũ, & vxo-
22 rem,adeò vt obstet titulus de donationibus inter virum,& vxorem, sed *Andr.* ait *in loc. cit.nu.7.constitui posse, & donationem inter virum,& vxorem non dici*: Et licet idem *Andr. in const.Regni.mulier,quæ dotarium, in fin.* asserat,tali casu assensum requiri,*Capyc.tamen in repet.l.Imperialem, fol.18. col.*
23 1.contrarium tenet per *cap. Regni dotariũ*, & *And.*excusat,dicendo,quod est corruptus.
24 Nec mireris, si antefatũ aliter in hac nostra Pragmatica constituatur in virgine,quã in vidua,vt in ea vides:quoniam de iure cõmuni fuit hoc etiam cognitũ, & antefatum in vidua pro tertia parte constitutum erat, vt per *Capyc. in d.l Imperialem, fol.17.vers. tertio est antefatum*, vbi enumerat aliquas similitudines inter antefatum, & donationẽ propter nuptias: & si secundæ nuptiæ non sint à iure reprobatæ. Attamen non sunt ita sollemniter faciendæ vt primæ. Notat enim *Valer.Max in lib.2.cap.1.de Aropagita*;Romanos constituisse, vt illi fœminæ, quæ solo vno marito contenta esset,corona pudicitiæ donaretur: Pudicitia enim semper colenda est, *l.ad Senatus, C.commun.de leg.* Sed quando vidua in necessitate esset, vel adeo iuuenis, vt contra feruorem naturæ resistere difficilius posset, permittitur ei festinanter nubere, *§.si vero intestatus,in auth.de non eligendo secundo nubentes mulieres, vers.si autẽ non valuerit*, quod notat *Neapod.in consuet. quartã, nu.37.in fin.de iure quartæ,fol.252. in fin.* Imo filij tenentur talẽ matrẽ iuuenem dotare,vt infra *vers.5.obser.1.nu.73.in fin.*

Similiter dubitari solebat ante hanc legẽ, (quia nunc quo ad vsumfructum tantum posset intelligi,quoniã & si de iure pacta dotalia contra statuta, vel consuetudines valeant, tamen quando expresse reprobata sunt,vt in hac lege non valerent, *l. pacta, quæ contra, C.de pact. Andr.Gayl.pract.obser.lib.2.obser. 78.nu.8.* sicuti non valerent pacta, seù ordinationes in fundatione iurispatronatus, ne requiratur probatio secundum decretum *Sac.Conc.Trid.sess.25.c.9.*vt nouissimè fundat *doctissimus Episc. Riccius in praxi probatio. nouiss.iurispat.resol.*140.) an debeatur antefatum vxori quo ad proprietatẽ,& vsumfru-
25 ctum, si maritus forindicaretur,stante quod est mortuus ciuiliter? & deberi, tenet *Affl. in const, Regni,pœna carere, in 1. notab.* per *tex.in l.vbi adhuc, C.de iur.dot.*ex ratione, quia forindicatus dicitur etiam vergere ad inopiam.Quinimo *Mastrill.in dec.283.*con-
26 cludit, quod vxor tam pro dote, quam pro antefato potest contra Fiscũ agere super bonis publicatis propter foriudicationẽ viri,& latius de hac materia videbis infra hic *nu. 53.*& nedum pro antefato posset agere, sed ẽt pro eius interesse super bonis fideicõmisso subiectis,nõ obstãte *auth.res quæ.V.de Frãch. dec.613.& 642.ac D.de Ponte dec.34.n.39.*

Sed

27 Sed quæro, an pro antefato poſſit exequi ſuper bonis ſubiectis fideicōmiſſo facto per Auiam paternam, iuxta diſpoſitionem *text. in auth. res quæ, C. commun. de legat.* hæc quæſtio euenit in facto, & infraſcripta allegabā, quæ Dominis de Aula Regij Conſiliarij Georgij viri quidem eruditiſſimi, nimium placuere, & ſunt videlicet.

ALLEGATIO XVII.

Antefatū an poſſit peti ſuper bonis ſubiectis fideicommiſſo per Auiam paternam cōſtituto?

Lucretia Pitti vxor quondam Pompei de Fuſco obtinuit ſententiam S. C. per quam fuerunt condemnati Tutores filiorum, & hæredum prædicti Pompei ad ei ſoluendum duc. 400. pro reſiduo dotis, & ad alios duc. 1016. pro antefato, & executionem fecit ſuper bonis dictis de Ciambrone, Palombara, & Piazzolla, ſitis in Ciuitate Rauelli.

Aduerſus hanc executionē oppoſuerunt Tutores moleſtari non poſſe Pupillos ſuper iiſdem bonis, ex quo illa poſſident vigore donationis factæ per quondam Lucretiam Frecciam eorum Auiam paternam cum expreſſa prohibitione de non alienando, nec obligando, vt infra.

Produxerunt donationē ex qua liquet, quod Lucretia Freccia poſſidens bona, & iura prædicta tanquam vera domina, & patrona, illa dedit prędicto Pompeo de Fuſco eius nepoti ex filio, ac ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, *cum pacto, quod prædictus Pompeius, & eius hæredes; & ſucceſſores vllo vnquā futuro tēpore pro quauis vrgenti, vel vrgentiſſima cauſa, poſſint bona prædicta vt ſupra donata, in toto, vel in parte, vendere, alienare, obligare, hypothecare, vel diſtrahere alteri cuicumque perſonæ: ſed ſemper penès ipſos in perpetuum habeant tenere, & poſſidere, & ſi ſecus factum fuerit, ſtatim quod bona prædicta ad alias manus quomodocumque, vel qualitercumq; peruenerint quouis modo, ſtatim, & illo tunc, ex nunc pro tunc, extraneus poſſeſſor ipſorum bonorum cadat, & priuetur à tenuta, & poſſeſſione ipſorum, & ſuccedat in tali caſu Venerabile Monaſterium monialium Sanctiſſimæ Trinitatis Ciuitatis Rauelli: promittendo donationem hanc habere ratam, & contra eam non facere cum hypotheca bonorum, conſtitutione præcarij, & iuramento in forma, vt ex donatione prædicta ſtipulata ſub die 23. Febr. 1578. fol. 47. et ſeq.*

Matrimoniū contractum inter iſtā Lucretiam Pitti, & ſupradictum quond. Pompeum donatarium fuit ſub die 5. Nouembris 1589. vt ex capitulis matrimonialibus fol. 9.

Lucretia Pitti non inficiat donationem, & fideicommiſſum prædictum, ſed illam approbat, & confirmat, vt ex *comparitione fol.* 29. & declarat fuiſſe factam cum prohibitione, & vinculo de non alienando ſuper 10. articulo fol. 99. & quod filij Pompei illa poſſident vti filij, & non vti hæredes, vt ex eius articulo 12. fol. 99. ater. ſed prætendit, quod non obſtante iſto vinculo, poſſit ſatisfieri ſuper bonis prędictis, ex diſpoſitione *tex. auth. res quæ, C. com. de leg.*

Sed pro parte Horatij de Fuſco filij dicti Pompei, & donatarij dictæ Lucretiæ Frecciæ eius Auiæ replicatur, quod etſi *auth. res quæ, C. commun. de leg.* dat priuilegium mulieribus pro dote ſoluenda, vel reſtituenda non obſtante fideicommiſſo, procedit quando, prohibitio alienandi fuit facta in teſtamento, non autem quando fuit facta in con-
28 tractu, prout eſt in caſu noſtro; Et quod *auth. prædicta* non procedat, nec locum habeat in contractibus inter viuos, tenetur *Gloſ.* communiter alleg. in *l. nulla, C. de iur. dotium*, & inter cæteros, DD. infraſcripti.

Cynus)
Bal.) *in d. l. nulla.*
Salic.)

Bal.)
Salic.) *in l. ea lege, C. de condit. ob cauſ.*

Bal. in cap. 1. §. donare, num. 2. qualiter feud. alienari poter.

Alex. num. 10.
Iaſ. num. 32.
Crot. num. 58.
Ambroſ. de Opizon. nu. 57.
Ferdinan. Loazes nu. 140.
Paul. de Caſtr. nu. 2. quem
} *in l. filius famil. §. diui, de legat.* 1.

ſequitur *Iaſ. ibi num.* 1. *&* 2. *verſ. quarto limita*, dicens, quod *Paul. de Caſtr.* nil allegat, & ipſe adducit *text. in l. & ſi dotis exactio*; & ibi notatur per *Bart. & Bal. C. de iur. dot. & in l. dotalē, ff. ſol. matr. & text. in l. ſi ſocius*, & ibi notat ad hoc *Ang. ff. ſi cer. pet.* & alia per *Iaſ. ibi n.* 33. *verſ.* 4. *limita. & in nu.* 35. *verſ. ſed contra communē.* tenet, q in puncto Iuris iſta *auth.* non habet locum, etiam ſi prohibitio fuit facta in teſtamento.
} *in d. auth. res quæ.*

Alex. conf. 203. num. 18. lib. 2.
Riminal. Sen. conf. 115. lib. 1.
Riminal. Iun. conf. 23. num. 318.
Butr. conf. 97. num. 2.
Socc. conf. 75. nu. 9. lib. 1. & in conf. 12. vol. 1.
Aymon. conf. 15. in fin.
Iaf. conf. 157. col. vlt.
Socc. Iun. in conf. 119. num. 8. lib. 2.
Ancharan. Iun. quaest. 36. in fin. in 3. par.
Petra in tract. de fideicom. quaest. 8. nu. 439.
Peregrin. de fideicommiss. artic. 42. num. 18. fol. mihi 234.
Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 189. num. 186.

Et ne particularis desit decisio, dicitur, ita fuisse iudicatũ in *Rota Romana in decis. 449. num. 3. & 4. par. 1. in nouissime editis,* & adest *Boer. decis. 129. nu. 5.* vbi ad firmat *glos. praedictam in d. l. nulla. non habere contradictorem.*

Et licet *Opizon. in d. §. Diui, nu. 141.* argumentatus fuerit in contrarium, dicendo prohibitionem alienationis ex testamento, & ex contractu parificari, *l. final. C. de reb. alien. non alien.* attamen *Peregr. in d. artic. 42. num. 38. vers. contra tamen*, respondit, hoc nihil esse, quia ibi parificatio fit quoad vim verbi, sed non quo ad naturam causae: ideoque quo ad alienationem ex testamẽto, & ex contractu, plurimum interest, circa translationem dominij, vt ibi per *Peregrin.* mihi autem alia potentior probat ratio, quia bona in pacto subiecta sunt prius obligata ab beneficium vocatorum in pacto, eisque obligata, & hypotecata sunt, tanto magis, quia donatrix promisit non contrauenire, vt post *Oldrad. in consil. 224. in fine*, ponderat *Rota Romana in d. decis. 449. nu. 3.* quoniam contractus inter viuos, non recipiunt interpretationem, ex dispositione *d. auth. res quae*, nam sicuti non habet locum in feudis, *Bal. in cap. Imperialem, nu. 6. de probib. alienat. per Freder.* ita etiam nec habet locum inter
29 donata cum pacto de non alienando, & ita in indiuiduo probat *Petra de fideicommiss. d. quaest. 8. num. 440.* vbi testatur de communi, & innumeros DD. allegat, quos breuitatis causa recensere non curo, subdens in *nu. 442.* quod ratio finalis istius *auth.* fuit praesũpta mens Testatoris, nam licet res per Testatorẽ alienari prohibita posset ea his causis alienari, cessat tamen in casu pacti, quia contrahens cum patre, nullam habet actionem, vel obligationem erga descendentes patris eorum, & ita de cõmuni testatur *Petra ibidem*, post *Boer. in decis. 129. num. 5. vers. sed quando in contractu est prohibita alienatio.*

30 Imò fortius dico, quod etiam si essemus in casu vltimae voluntatis, ista *auth. res quae*, non habet locum in testamento matris, vt punctualiter tenent *Bal. in d. auth. res quae, num. 9. & Angel. in l. a filia. 62. ff. ad trebell. & in d. auth. res quae, num. 2.* quibus in locis scribit contra *Bar. & Angel.* sequiturq; *Iaf. in d. auth. num. 6.* ergo multo minus esset in testamento Auiae.

Sed vt res omni careat ambiguitate, quęso aduertatur, quod haec donatio fit ab Auia nepoti, & eius filijs, & descendentibus: & clarissimum est, quod mater nullo iure co-
31 gitur assicurare dotem Nurus, vt post *Petra de fideicommiss. quaest. 8. num. 393. & Riminal. Iun. conf. 23. nu. 318. & Iaf. in d. auth. res quae, num. 31.* tenent *Peregr. de fideicom. artic. 42. num. 40. & Socc. Iun. in conf. 119. num. 12. vol. 2.* vbi loquitur etiam in Auia
32 paterna, vel materna, quae ad praedicta non tenentur. (licet fideicommissum factum per matrem, posse alienari ex causa dotis teneat *Francisc. Muzzar. de fideicom. par. 2. nu. 76. in fine*, & ita decisum refert.)

Nec dicatur in hac prohibitione alienandi facta per Lucretiam Frecciam Auiam, nõ esse expressum casum, etiam ex causa dotis:
33 siquidem responsio est, quod quando prohibitio alienandi fit simpliciter, tunc non cõprehenderet causam dotis: at quando per verba vniuersalia, & geminata, & multum praegnantia (verbi gratia) *quouis modo, vel titulo* fiat: isto casu, quia haec verba habent vim specialis expressionis, *Bart. in l. 2. ff. de nouat.* vtique etiam comprehendi causã dotis, ait *Petra d. quaest. 8. num. 440.* qui allegat *Caphal. conf. 58. nu. 15. & seq. & conf. 321. num. 1. Paris. conf. 63. num. 4. cum seq. lib. 2.* quos sequitur idem *Petra in d. quaest. 8.* post *Ruin. in consil. 123. num. 10. cum sequent. volum. 2.* In casu enim nostro adsunt verba, & prohibitio magis expressa, ergo &c.

Nec etiam dici potest, quod dum ipsa stipulatio, seu donatio Pompeo facta extitit, non simpliciter pro filijs, sed pro haeredibus,
34 & successoribus, sequitur haeredes teneri, quoniam vltra, quod ab ipsa Lucretia Pitti nõ inficiatur fideicõmissum esse in cõtractu factum: in hoc casu de haeredibus descendẽtibus sanguinis intelligitur, & non pro haeredibus simpliciter, *l. ex facto, §. final.* & ibi *Scribent. ff. ad trebell.* & in terminis cumulat *Petra de fideicommiss. quaest. 9. num. 170. Dec. conf. 38. col. 5. vers. 2. vlterius, Molin. in addit. in tract. de primog. Hispan. in fine operis 1. par. num. 6. fol. 532. Consil. Georgius*
35 *in alleg. 19. nu. 47.* nec Horatius vocatus, vti filius,

filius cogitur esse hæres, quia non tenetur vt hæres, *Det. cons. 38. vol. 5. Crauett. consil. 331. num. 9. Petra de fideicommiss. quæst. 5. sub num. 179. vers. & iterum, Peregr. de fideicommiss. artic. 32. nu. 9. vers. sed contra, Det. cons. 50. nu. 12. & seq. vol. 1.* & ratio est, quia si cogeretur filius hæredem esse, mens donantis volentis bona perpetuo conseruari apud vocatos, fraudaretur: cum non posset vocatus (si cogeretur esse hæres) bona vendicare, vulg. *l. cū à matre, C. de rei vend.* cum additis ad saturitatem per *Ioseph. Ludouic. in tract. commun. opin. concl. 16. ampl. 14.* In casu nostro, adest expressa voluntas donatricis, vt bona conseruentur apud descendentes vocatos per dictionem taxatiuā *tantum*, quæ continet negationem quo ad alios, *Surd. decis. 291. num. 19.* adest etiam, & prohibitio alienationis perpetuæ, vt supra relatum est, quo casu etiam si Horatius esset hæres, posset contrauenire facto defuncti, *Grammat. decis. 93. num. 12.* & in terminis loquitur, quando defunctus tenebatur dimittere bona ex dispositione Testatoris, comprobanteq; *Crauett. cons. 200. nu. 7. & Osasc. decis. 67. num. 5.*

Etenim potest in contractibus substitutio fieri, *Aquoties, C. de donat. quæ sub modo,* &
36 per substitutionē succeditur primo, non vltimo decedenti, *Leobarcdi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupill.*

Ergo difficultas vlla remanet, quin Lucretia Pitti mater, nullo iure possit prætendere sibi satisfieri super his bonis prohibitis alienari per Auiam in contractu, sed debet absolui Horatius de Fusco ab impetitis per eam, vt ex circumspectione Dominorum Iudicantium speratur 1. Martij 1617.

Io. Dominicus Tassonus.

Et quoniam ex nouis motiuis DD. Iudicantium, fuit necessum iterum alia in præsenti causa adnotare, quæso infrascripta videre ne pigeat.

IN primis Allegationibus fundatum esse credimus, *auth. res quæ, C. commun. de leg.* non habere locum in prohibitione facta in contractu, ex authoritate *glos. notab. in l. nulla, C. de iur. dot.* communiter receptæ à 24. DD. grauioris censuræ in primis Allegationibus relatis, (omissis alijs) quibus etiam addo *Nicolaum Eueraldum in tract. centum modi argumentandi, in conclusione locus à contractibus ad vltimas voluntates, & è contra, vers. sexto, fol. 98.*

Et quod in terminis nostræ quæstionis sic decisum fuerit in *Rota Romana*, referente insigni illo Viro Cardinali Seraphino in *decis. 449. par. 1. in decis. nouissimè editis*; ex ratione inter alias, quia bona pacto subiecta non possunt pro restitutione obligari, attenta anteriori hypoteca introducta ad beneficium vocatorum in pacto, ad *l. assiduis, C. qui potio. in pign. habean. Oldrad. cons. 114. in fine.*

Et hanc esse communem opinionem testatur ibi *Seraphinus nu. 4.* reprobato *Opiz. in l. filius familias, §. diui, num. 137.* vbi *Bologn. num. 283, ff. de leg. 1.* qui mouentur ex ratione veræ similitudinis, quod pater noluerit eximere bona sua necessariæ obliga-
37 tioni: siquidem respondetur, per talem prohibitionem inter viuos, impediri translationem dominij, vt per *Ias. in d. auth. res quæ, num. 25. & in d. §. diui, num. 69.* vbi *Crot. num. 57. & Loazes num. 140. Soct. Iun. in cons. 151.* & alij relati per *Seraph. ibi num. 7.* vbi subdit, prædicta maximè procedere in donatione, in qua ipso iure transfertur dominium in donatarios, quia censetur prohibita alienatio rei donatæ, vt per *Bar. in d. §. diui, nu. 14.* ibique *Rip. nu. 81. & Crot. num. 99. ac Seraph. ibid. nu. 7.*

Ergò cum hæc sit communis opinio, imò *Boer. in decis. 129. nu. 5. & 6. circa medium.* audet dicere, quod *glos.* prædicta non ha-
38 bet contradictorem; Iudex in consulendo, & iudicando, communem opinionem sequi tenetur, vt concludunt *Host. Io. Andr. & alij in cap. 1. de constit.* quia communis opinio ipsi legi æquiparatur, vt per *Ant. Mar. Cora. in tom. 1. commun. opin. in præfat. nu. 30,* qui cæteros refert, & idem dicit esse de magis communi in *nu. 39. & 44.*

Nec huic communi conclusioni obstat illud, quod Pars figurat, limitationem prædictam non procedere in eo, qui habet onus dotandi, & promittendi donationem propter nuptias, quia hoc asserere, esset fateri, quod *glos.* & DD. frustra locuti essent, siquidem omnes DD. vno ore concludunt,
39 quod *d. auth. res quæ,* non procedit in fideicommisso facto à transuersalibus, in quibus nō cadit onus dotandi, vt per *Molin. de primog. Hisp. lib. 4. cap. 16. nu. 2. & 6.* & hoc expresse cognoscitur ex *d. text.* qui loquitur de liberis, & de legitima. Est igitur necessum fateri, limitationem prædictam procedere in eo, qui habet onus dotandi, & promittendi donationem propter nuptias, sed in casu nostro agitur de Auia, in qua non cadit onus
40 dotādi, vt fundauimus in primis Allegationibus, & in specie per *Peregr. de fideicom. artic. 42. num. 46. fol. mihi 333.* Ergo &c.

Ad præsens verò peritissimi Domini, tan-
quam optimi Iudices, & bene obseruãtes *ti-*
tulum, vt qua desunt Aduocatis &c. ex se.
ipsis ad indagandam Iustitiam, vt solẽt, mu-
tiuarũt, num possit fieri solutio antefati prę-
tensi per Lucretiam Pitti super legitima de-
bita nepoti, super qua Auia nõ poterat onus
imponere?

Cui difficultati, & si in promptu respon-
di, quod postquam Pompeus nepos accepta-
uit hanc donationem sic simpliciter, & absq;
pręstatione legitimæ, sibi præiudicauit, quia
41 adeundo, vel acceptando videtur Auiæ iu-
dicium agnoscere, & legitimam compensare
cum mobilibus, pecunijs, & alijs fructibus
bonorum donatorum vltra legitimam, vt in
indiuiduo tenet *Peregr. de fideicommiss. art.*
36. num.75. fol.203. Fulgos. in cons.86.nu.3.
*vers. ad tertium, Gabriel. cons. 148. circa_*
princ. lib.4. per totum, & nouissimè decisum
refert *Thorus in compend. decis. Neap. par.2.*
ver. legitima, fol. mihi 329. & seq. post hæc
editus.

Quoniam licet in *auth. vnde si parens, C.*
de inoffic. testam. & in alijs iuribus allegatis
per *Io. de Roas in epith. success. cap.9.num.9.*
disponatur, quod ex immensa donatione fa-
cta vni filio, alij possunt detrahere legitimã
ex bonis donatis dicto filio, tamen nil dispo-
nitur de legitima debita ipsi filio donatario,
& ideo ex eodem textu probari potest, quod
respectu legitimæ filij donatarij fit compen-
satio cum alijs bonis vt supra.

Et supradicta confirmo infrascriptis alijs
conclusionibus, quas currẽti calamo, vt bre-
uitas temporis exposcit, colligere potui.

Prima, quia filius quando grauatur de re-
stituendo, debet declarare, quod velit legi-
timam liberam, quatenus in ea grauetur, &
42 si aliter acceptat, sibi præiudicat, *Calcan.*
in cons.56. in fin. quem sequitur *Cephal. in_*
cons.191. nu.16. & seq. Quinimò valet gra-
43 uamen in legitima, si filius acceptauit, &
viuens non querelauit, siquidem non propo-
sita querela, transit tale grauamen, *Signo-*
rol. in cons.35. num.8. vers. saluo quod Domi-
nus, Antbar. cons.440. nu.8. vbi fundat neces-
sum esse, vt filius viuens hoc allegauerit, &
conquestus fuerit de tali ordinatione pater-
na, vt etiam tenet *Peregrin. de fideicommiss.*
artic.36. num.75. fol.203. vbi per quinque_
conclusiones hoc corroborat, imò si filius
non fuit grauatus expressè in legitima, sed
in genere, tale grauamen transit ad hæredes,
etiam quo ad legitimam, *Cephal. cons. 144.*
num.58. vbi de communi, & magis commu-
ni testatur. Potest enim pater quandoque_
filium legitima priuare, puta si in bonis nil
habet nisi seruos, quibus omnibus libertatẽ
reliquit: sed tunc est consilium, vt filius ab
intestato hęreditatẽ adeat, vt Edicto *ff. si quis*
omissa causa testamẽti nõ teneatur, teste *Bal.*
in l. Papinianus.8. §. quarto autem, nu.2. ff. de
inoff. testam. Est.n. legitima deducto ære alie-
no, sed non dotibus filiarũ, *V. de Franch. dec.*
649. & Capyc. dec.158. donatio enim prædi-
cta inter viuos facta per Auiã, vt æs alienum
considerari potest, & sic tempore mortis nõ
erat in donantis patrimonio: & successiue_
nulla de legitima potest fieri cõsideratio su-
per bonis non remansis in patrimonio mo-
rientis, vt est in casu nostro.

Nec dicatur, quod si hoc non fecit nepos
viuens, potest facere vxor eius creditrix, tã-
quam creditrix habens bona acquisita, &
acquirenda obligata, & tanquam Procura-
trix in rem propriam constituta potest age-
re, & acquirere, vt diximus supra *vers.3. ob-*
seru.4. num.100. vbi adde *l.1. §.1. ff. si quis*
omissa causa testamenti, ibi, *sed compellen-*
dus est seruus hoc facere. debitor enim in_
hoc casu serui species est; Sic etiam & fidei-
commissarius officio Iudicis cogi posset ad
adeundum, & restituendum. *l. si res aliena_,*
§.1. ff. ad trebell. Oldr. cons.148. in fin. & alij
relati per *Card. Tusch. in pract. lit. F. conclus.*
274. num.1. vbi de communi testatur. Quia
44 potuit nepos non acquirere legitimam, &
creditoribus in non acquirendo præiudica-
re, *tex.* est in terminis in *l. qui autem, ff. qua*
in fraudem creditorum, & sic decisum refert
D. de Frãch. in dec.101. nu.2. & 12. Imo pro
confirmatione dispositionis *d. l. qui autem,*
considera, quod quando in facultate alicuius
esset aliquid facere, si non facit, creditori-
bus ius non acquiritur, vt in simile euenit in
Regia Camera, & in Collaterali Concilio de
anno 1575. quando fuit Regi datum millio-
num vnum pro non facienda numeratione_
ad expensas euitandas, & Barones qui habe-
bant ex priuilegio functiones fiscales con-
cessas cum augumento super eorum Terris,
prætendebant participare super milliono
prædicto, & fuerunt exclusi, præcipuè ex ra-
tione, quia Barones isti non poterant arbi-
trium, & facultatem Regis cogere ad prædi-
ctas numerationes faciendas, teste *Camillo*
de Curte in diuersorio iuris feudorum, fol.25
num.28. ex quo facere, vel non facere nume-
rationem in facultate Domini Regis stat, vt
ibidem.

Secunda, quia & si legitima non recipit
grauamen, id procedit, quando pater impo-
45 suit onus per viam vltimæ voluntatis, secus
autem si per viam contractus, vt est in casu
nostro, ita *Bald. in cons.273. factum dicitur*

esse

eſſe tale, num.2. in fin. lib.1. Petrus à Petra de fideic. q.4. nu.6. fol.17. poſt Decian.in conſ.41. num.18. & ſeq. volum.1.

Tertia, & tandem, quia licet grauamen
46 legitimæ non admittatur, illud procedit in filijs primi gradus, ſecus in nepotibus,& in cæteris deſcendentibus, qui non retinēt primum gradum, ita *Ruin. in conſil.58. num.2. circ. med. lib.2.* latè *Barboſa ſol. matrim.*

Quia, & ſi legitima non poteſt prohiberi filijs, poteſt tamen grauari deſcendentibus ab eis, vt per *Card. Tuſc. in verbo legitima, concluſ.187. num.104. fol.168.* poſt *Moder. repetentes in auth. nouiſſ. C. de inoffic. teſtam. in 13. quæſt. princip. Caſtr. conſ.341. mater iſta, nu.4. verſ. quarto oppono, lib.1. Caphal. conſil.188. num.25.* & expreſsè dicit magis communem in *conſ.294. nu.58. & ſeq.*

Ideò etiam, & ex hoc ſecundo capite reſpectu legitimæ prætenſæ debemus obtinere. Cætera ſuppleant &c. in anno 1617.

Die . . Martij 1617. per decretum S.C. fuit prouiſum, quod exequatur pro capitale dotium, & antefati abſq; intereſſe ex cauſis diſcuſſis, & S. C. iſtam mediam viam tenuit ex poteſtate eius arbitrij. In Banca Burrelli.

POſt hæc autem ſcripta vidi *Maſtrill. deciſ.256.* nouiſſimè ęditam ſuper hoc articulo, quam etiam vide.

In hac enim materia (vt ingenuè fatear) poſſet dici, *auth. res quæ*, non procedere in fideicommiſſis factis per aſcendentes: præcipuè ex ratione, quia ſi in eis conſeruatio, & multiplicatio familiæ, & deſcendentium conſideratur, quę eſt cauſa finalis,& familia ſine matrimonijs cōſeruari,& legitimè multiplicari non poteſt,& matrimonia ſine obligatione bonorum non facilè fiunt, neceſſum eſt fateri (ne matrimonia impediantur) hæc vincula non militare, & *auth. res quæ*, non procedere in fideicommiſſis prædictis: matrimonia enim ſaluam rem, ideſt deſcendētes faciunt, *arg. l. interdum, cum auth. ſeq. C. qui potiores in pign. habeantur*, Quæ rationes poſſent adduci, etiam quo ad omnes fideicōmittentes, & volentes vt bona conſeruentur in familia, & ex indiuiduo voluntatis, & ex cauſa finali de habendo ſucceſſores in familia, apertè dici poſſet, *d. auth. res quæ*, procedere in omnibus fideicommiſſis, ita cōſtitutis, ad finem contrahendi matrimonia facilius,& cōmodius. Qui enim vult conſequens, ideſt ſucceſſores, debet etiam velle antecedens ideſt matrimonium, *l. quamuis.15. & l. ea quæ.14. §.1. C. de fideicommiſſ.* & ſi hoc à lege omittitur, non debet à religione iudicantis omitti, *gloſ. fin. in §. fin. de capit. qui cur. vend. circa medium*, per *l. quæſitum, ff. de teſtam. & l Oratio. de ſponſal.* debet enim inſpici, quid geſtum ſit, & non quod ſcriptū, *gloſ. in cap. ad noſtrum, in verb. emptionis, de emptio. & vendit. l.3. C. plus valere quod agitur, cap. per tuas, qui filij ſint legitimi.* cum iſtis quidem prohibitionibus videtur,& matrimonia quaſi prohiberi,& merito dici poſſet, ipſo iure non valere id, quod contra legis prohibitionem fieret, *l. præfectus, 63. ff. de ritu nuptiar.* In hoc nimis eſſet cogitandum, quia cōmuniter contrarium cenſetur, vt ſupra hic *num.39.*

SImiliter in materia antefati fuit contro-uerſum, num debeatur dote non ſoluta? Re-
47 gula etenim, quod dote non ſoluta antefatum non debetur, & ſi fuit ſoluta pro parte, pro parte debeatur; *§. fin. auth. de non eligen. ſecundo nubentes mulieres, & in cap. Regni. mulier dotarium, cum ſeq.* & ibi *additio.*

Verum ſi dos per fratres promiſſa fuerit, illiſq; à marito pro ſolutione dotis interpellatis,& non ſoluentibus: ipſi fratres,& non hæredes mariti ad antefati ſolutionem tenentur, prout deciſum fuit in anno 1568. in *cauſa Corneliæ de Azzia, cū Beatrice Muſcettula*, in *Banca Galterij*. & facit *deciſio. Grammat.97.* & vide infra hic *nu.52. in fine.*

Quo verò ad ſolutionē antefati pro dote non ſoluta; diuerſimodè fuit iudicatū, nam *cap. Regni. mulier quæ dotarium*, diſponit, dote non ſoluta, antefatum non deberi, & *Capyc. in l. Imperialem, fol.18. vol.2. verſ. tertio notandū*, intelligit, dote non ſoluta, ideſt non promiſſa, *Affl. vero in deciſ.242. & in conſtit. Regni. mulier quæ dotarium, num.7. & ſeq.* dicit, quod ſi dos fuit promiſſa ſolui in temporibus,& ante tempus ſolutionis vir mortuus fuerit, antefatum non debetur, ſed ſi dos ſoluitur pro parte, pro parte deberetur antefatū, ex ęqualitate ſeruanda, *d. §. fin. in authent. de non eligen. ſecundo nubentes mulieres.*

Reliqua verò circa hanc materiam, quęſo videas in infraſcriptis,

Dote non ſoluta, antefatum non deberi, (ex regula) tradunt DD. ſed pro rata dotis ſolutæ tantum deberi, tenuerunt,

Gloſ. in auth. dos data, C. de donat. ante nupt.
Affl. in deciſ.242. vbi quod ita deciſum.
Campagna in cap. mulier dotarium, num.86. cum ſequentibus.
Grammat. deciſ.97.

Limitatur tamen regula prædicta, quando dos promiſſa eſſet ſolui in certis temporibus, & antefatum conſtitutum fuiſſet, nam ſi maritus deceſſit antequam cederet dies ſolutionis, vel negligens fuiſſet in exigendo dotem, tunc antefatum deberi, tenuerunt.

Afflict.

Afflict. in decis. 333.
Guido Pap. decis. 563.
Grammat. decis. 97.
Io. Andr. Georgius in alleg. 45. *nu.* 20.
D. Episcopus Riccius in collectan. 87. qui alios recenset.
Andr. Gayll. pract. obseruat. lib. 2. *obseru.* 79.

Regula enim, quæ dicit, dote non soluta, antefatum nõ deberi, procedit, si mulier ipsa dotem promiserit, & in gratiam vxoris maritus dederit dilationem, *Afflict. in dec.* 242. *Mastrill. in decis.* 73. *num.* 12. *Paris. in consil.* 95. *vol.* 2. *Riccius in d. collect.* 87. *& Afflict. in constit. Regni, mulier, quæ dotarium, nu.* 7. vbi contra *Neapodanum* tenentem deberi antefatum ex tali dote promissa, insurgit validissimis argumentis.

At nõ deberi antefatum in tali casu, probatur Primo, per *text. in §. final. in auth. vt exactione instante dotis prima, in fine,* vbi si per dilationes dos nõ soluitur, donatio propter nuptias non debetur: qui *text.* cum generaliter loquatur, de qualibet dilatione concessa intelligi debet, secundum *Afflict. loco citato.*

Secundo, pacta apposita in donatione do-
48 tis, tacitè videntur repetita in constitutione antefati, vt per duas *glos. ibi allegatas, & Bald. in d. l. fin. C. de donat. ante nupt. & in auth. de æqualit. dotis post principiũ, & Innoc. in cap. fin. de donat. inter vir. & vxor.*

Vnde si de dote promissa actum esset de ipsa soluenda ad certum tempus, & non dum tempore adueniente, vir moriatur: videtur tacitè actum idem in antefato, quia pactum super dote extenditur etiam tacitè ad donationem propter nuptias, & successiuè ad antefatum, vt in *l. fin. §. sin autem donatio, C. de donat. ante nupt.* vbi hoc expresè firmat *Azo in summa nu.* 9. *circa finem.*

Et respondendo ad *Neapodani argumentum de l. cum tempus, ff. de regul. iur.* dicit, procedere in fauorem mulieris promittentis dotem: secus verò quando alter promiserit, nam fauore promittentis videtur tempus adiectum: & sic mortuo marito vxore superstite, & tempore non dum maturato ad soluendum, iustum est, nullum antefatum vxori deberi de dote non soluta, *l. fin. C. de pact. conuent. & auth. æqualitas, & auth. sed quæ nihil, eod. tit. Afflict. decis.* 242.

Dos intelligitur effectualiter, & non verbotenus, vt per *Andr. in cap.* 1. *col.* 8. *de nat.*
49 *successs. feud.* & aliud ius est in re tradita, aliud verò in promissione rei dandæ, *l. si quis*
50 *argentum, §. penult. C. de donat.* & promissio de donando, non est donatio, sicuti nec promissio de vendendo, est venditio.

Alex. in l. iuris gent. in princ. 4. *col. ff. de pact. Azo in summa C. de iur. dot.* vbi quod definitio dotis, non competit doti promissæ.

Et *auth. dos data, C. de donat. ante nupt.* disponit, quod dos data donationẽ propter nuptias meretur, & non dicit promissa; & legum verba propriè, & non impropriè, sunt intelligenda.

Cæterum donatio, & non promissio dotis requiritur ad antefatum consequendum, *§. aliud quoque, in auth. de non eligendo secundo nubentes mulieres,* ibi, *Non est iustum omnino mulierem dotem non dantem marito, ante nuptialem accipere donationem, sin autem non totam dedit dotem, & ipsa pro tanto exigat donationem, in quantum dederit dotem. Aequalitatis enim, & iustitiæ sumus amatores, quam in omnibus alijs, & in consortijs volumus obtinere.*

Ex hoc *text.* duæ eliciuntur conclusiones.

Prima est, quod vera donatio, & solutio dotis requiritur ad antefatum lucrandum, & non sola promissio, aut confessio, quia dos confessata, nõ gaudet priuilegio dotis, *And. Gayll. pract. obseru. lib.* 2. *obseru.* 81.

51 Et Secunda, quod Imperator iustissimus decreuit expresè pro dote soluta tantum antefatum lucrari, & non pro promissa: quæ Imperatoris vera opinio colligitur ex *rubr. istius, §. quæ dictat. de dote scripta, & non numerata, vel præstita.* Et si donatio propter nuptias titulo lucratiuo (secundum aliquos) debeatur: bona fides non patitur, vt quis cum aliena iactura lucretur: & merito pro rata dotis solutę antefatũ debetur, *text. est notab. in auth. sed quæ nihil, C. de pact. conuent.* Nec dicatur *text.* illum loqui de donatione propter nuptias, & non de ante-
52 fato, quia respondetur, antefatum æquiparari donationi propter nuptias, *Vincent. de Franch. in decis.* 101. *nu.* 3. *Consiliar. Georg. in alleg.* 45. *& Consiliar. Rouitus in prag.* 1. *de titulorum abusu, nu.* 153. *& Andr. in cap.* 1. *nu.* 7. *circa medium, de controu. inuest.*

Articulus iste, si dote nõ soluta, debeatur antefatũ, latè fuit discussus in causa Donnæ Claricis Gonsaghæ, & successiuè D. Ducis Nuceriæ Paganorum eius filij, cum Domino D. Philippo Columna Magno Regni Comestabulo, pro quo interueni, & ex causis diuersis (nam prætendebantur multa hinc inde, & præcipuè quod matrimonium nec etiam fuerat consumatum, de quo infra hic *nu.* 69. *& seq.*) Tandem per S. C. fuit determinatũ, vt pro omnibus soluerentur prędicto D. Duci duc. 26. mil. 29. Februarij 1618. in Banca de Carbone; & sic fuit resecata magna prætensio Ducis: & Articulus antefati non fuit

fuit fpecificè declaratus.

Sed quid fi vir, vel eius pater dotem exigere à muliere, vel ab eius patre, vel ab extraneo dotem promittēte recufauerit, num ad antefatum teneantur? declarat *text. in §. illud quoque legitur, in auth. vt prima, & fecunda dotis, conftitut.* 91. & vide fupra hic *num.* 47. licet refpectu patria promittentis folet haberi recufus, ad *l. fi extraneus.* 34. *ff. de iure dotium.*

53 Sed num debeatur antefatum vxori ob forindicationem viri, ex quo forindicatus in

54 Regno pro mortuo habetur, fecundū *Praefid. de Franch. in decif.* 102. & 213. & deberi decifum refert idem de *Franch. in decif.* 689. *num.* 5. & *Maftrill. in decif.* 283. & diximus fupra hic *num.* 26. extendit enim *Neapod. in confuet. quartam autem, de iure quar. verb. poft mortem naturalem, vel ciuilem*, quia etiam viuente viro, & vergente ad inopiam antefatum peti poteft, *Innoc. in cap.* 7. *de donat. inter vir. & vxor.* ficuti & quando vxor à viro expelleretur, vt ibidē per *Neapod.* Verum quo ad foriudicatum non defuere, qui tenuerunt mortem naturalem viri debere expectari, tamen quo ad iftū effectū mors ciuilis refpectu vxoris, habetur pro naturali, talifq; vxor viduarum priuilegio gaudet, *Lap. in repet. cap. per veftras, in* 2. *notab. num.* 13. *fol.* 178. *verf. ex qua infertur*; quem fequitur *additio ad confuetudinem Neapolis, viro mortuo, fol.* 238 *in fin.* & ideo dotem, & antefatum habebit, *auth. bona damnatorum, C. de bonis prafcriptorum*; Quinimò & fi mulier dotem non habuerit, quartam fuper bonis viri foriudicati à legibus definitam habebit, vt in *d. auth. fi verò*, & contra Fifcum detinentem bona agere poterit, non obftante confifcatione, *Maftr. in d. decif.* 283. *nu.* 26.

Foriudicatus, qui iufte exhaeredari poteft, vt decifum refert *Vrfill. ad Afflict. dec.* 119. *num.* 7. *in fine*; habetur enim pro mortuo, (fed non ad faciendum, vt habeat locum fideicommiffum, quia requiritur mors vera, & non ficta, *D. Rouitus in conf.* 96. *vol.* 2. fed repudiabiliter dominium ipfo facto transfire, tenet *Fab. de Anna in conf.* 12. *nu.* 1.) fi quidem ei nulla fpes remanet, nifi ius dicendi de nullitate fententiae: quoniam & fi omnes exceptiones exclufae fint, nullitas notoria vn-

55 quam cenfetur exclufa, *Vinc. de Franch. in decif.* 232. & 688. *num.* 3. quinimò *Andr. in Regni conftit. poenam eorum, in verb. aut Iudex, circa medium*; difputat, fi fententia eft nulla à principio an valeat? & non valere concludit per regulas ibi pofitas. Ergò de nullitate ipfius dici poteft omni tempore, fi tamen triginta annorum fpatium non fit elapfum de iure communi, quia praefcriptio dicitur alienatio, *Andr. in §. quid ergo, nu.* 7. *de inueft. de re aliena facta*, & de iure Regni fpatium decem annorum, fecundum *Modernam Pragmaticam editam in annis* 1612. *dictis delli* 28. *capi, cap.* 21. in qua de-

56 finitū eft tempus decem annorum ad dicendum de nullitate. Sed maturius confiderata, quia dum fpecificè cafus ifte non eft ibi exclufus, crederem illum non comprehendi, quia in odiofis non fit extenfio de ciuilibus ad criminalia, nec de cafu ad cafum. Quini-

57 mò fortius dico, foriudicatum Procuratorē conftituere poffe ad dicendum de nullitate fententiae, vt per *addit. in d. conftit. poenam eorum, poft comment. Andr. ibi, fituatam in verf. quaero numquid foriudicatus*, & allegat *glof. ordinariam* 3. *quaeft.* 6. *cap. hoc quippe*; eft tamen verum, quod illud non vidi practicatum, folet enim prouideri per Magnam Curiam, quod comparentibus inquifitis perfonaliter prouidebitur fuper allegatis nullitatibus: Confanguinei vero, aut amici dum

58 fit citatio ad dicendum caufam quare, non debet foriudicationem fieri, benè comparere poffunt, quia mandatum pro defendēdo abfente non eft neceffarium, *l.* 1. *C. fi per vim, vel alia &c.* dicitur enim excufator, cuius eft officium excufare, & allegare caufas abfentiae de facto, fed non ad allegandum caufas caufae: nam tam in ciuilibus, quam in criminalibus antequam Iudex abfentem, vel contumacem condamnet, quemlibet admittere debet etiam minorem, aut infamē iura caufae fuae allegantem, *ff. de procurat. l. feruum, §. publicè, & C. de procur. l. exigendi. in fine*; ad probandum autem caufas abfentiae, quilibet admittitur etiam fine mandato, & fatifdatione; quia partis contumacis abfentiam Dei praefentia fupplet, *l. propterandum, §. cum autem, C. de iudic. Innoc. in cap. veniens.* 15. *de accufat.* quem videas, & ideo de nullitate dicere poffunt, & appellare ad S. C. & regiam decretationem de verbo faciendo obtinere, fi tamen fententiam forindicationis non fuit publicata, & à circumfpecto Praefidente S. C. prouifio fieri folet in fupplicationibus porrectis, *fi fententia non eft publicata, M. C. V. verbum faciat in S. C. Vinc. de Franch. in d. decif.* 288. *nu.* 2. *in fin.* fiq; relatio in S. C. fieret decretum M. C. V. reuocari non poffet nifi cum quatuor Confiliarijs praefentibus, ex ratione, quia in M. C. V. affiftunt duo Confiliarij, vt in *prag.* 44. *cap.* 4. *de offic. Sacr. Conf.* & in hac quaeftione non praeteream, quid euenit in caufa foriudicationis Don Troiani Gattolae, in qua cō-

paruit

59 paruit consanguineus ipsius inquisiti, & al-
leganit suspectum Consiliarium Paresciam
Fisci Patronum electũ in dicta causa, & per
M. C. fuit prouisum, quod restituantur scri-
pturæ: à quo decreto consanguineus prædi.
ctus appellauit ad Propræsidentem Don Io.
Sances de Luna, a quo fuit prouisum, quod
M. C. verbum faciat: sed per Collaterale
Consilium (habita notitia de hac decreta-
tione, vocato prius prædicto Propræsidente
in Collaterali) decretatio prædicta fuit re-
uocata 19. Octobris 1611. sumpta enim oc-
casione prædicta fuit condita *pragmatica*
sub die 3. Nouẽbris 1611. quæ in multis ca-
sibus suspicionum remedium protulit.

Cumque simus in hac causa forjudicatio-
nis, nota, quod alias fidelissima hæc Ciuitas
Neapolis Domino Regi supplicauit, vt an-
tefatum solutum vxoribus rebellium, & for-
iudicatorum, quod ad filios erat reuersurum
post mortem matrum, pro ipsis filijs conser-
60 naretur, sed per Imperatorem Carolum V.
fuit denegatum, vt in *Capit. & Priuil. Neap.*
cap. 18. expedito Neapoli 22. *Martij* 1536.
fol. 105. de quo cap. mentionẽ facit *Vinc. de*
Frãch. in decis. 689. *in fin.* Fisco enim acqui-
ritur, vt decisum refert *Vrsill. in decis.* 126. *in*
fine, non obstante quod Fiscus non succedat
ad iura de futuro, *l. si mandauero, §. his cu-*
ius, ff. mandat. quia intelligitur quo ad suc-
cessiones ex vltima voluntate, & non in suc-
cessionibus obuenientibus ex cõtractu, idest
ex delicto contracto.

Sed an antefatũ debeatur mulieri desconsu-
latæ, & matrimonio non consumato? *Affl.*
in constit. mulier quæ dotarium, num. 32. re-
61 spondit, medietatem medietatis antefati
deberi: sed *Neapod. in consuet. quartam*
num. 29. *fol.* 255. *de iure quartæ*, tenet, quod
mulier medietatem lucratur, & secundum
opinionem *Neapodani* decisum refert *Vinc.*
de Frãch. in decis. 503. verum *addit. ad Nea-*
pod. vers. sed nec hoc videtur, fol. 255. *ad dict.*
cons. Quartam, dicit, fuisse decisum per tres
Doctores antefatũ deberi, etiam quòd mu-
lier non fuerit carnaliter cognita, sed *addit.*
seq. Antonij Capycij testatur opinionẽ *Nea-*
podani obseruari. Siq; mulier ex arto naturę
instrumento non fuit à viro cognita, antefa-
tum non habebit, quoniam potius in sororẽ,
quam in vxorem eam habuit, *cap. laudabile,*
& cap. fraternitatis, de frigid. & malefic.
vel si per mulierem steterit, quia noluit co-
gnosci, dum operam proli dare noluit, vt
debebat, *cap. solet quæri*, 32. *quæst.* 2. & tunc
nec etiam antefatum habebit, ita *Neapod. in*
d. consuet. Quartam autem, num. 32.

Antefatum vero ante hanc legem consti-
tutum per virum secundæ vxori, ad filios
vtriusq; matrimonij deueniebat, vt hæredes,
62 & vt filios si constitutũ erat simpliciter, se-
cundum *consuet. Neap. incip. Quartam autẽ,*
de iure quartæ: non obstante *auth. hæ res,*
C. de secund. nupt. & successiuè ad beneficiũ
creditorum mariti, vt per *additionem Ant.*
de Alexandro in consuet. Quartam autem,
vers. ex hac consuetudine, fol. 251. *in fine*,
quicquid in contrarium scripserit *Io. Frãc.*
de Ponte in cons. 110. *cum seq. vol.* 2. nam
contra ipsum decisum fuit *Vinc. de Franch.*
decis. 106. *nu.* 9. *& Molfes. in consuet. Neap.*
par. 1. *& cap.* 3. *num.* 18. ponens verba sen-
tentiæ *num.* 21. *fol.* 7. & pro decisione ista
vide *addit. de Bottis in consuet. si quis, vel*
si qua, de success. ab intest. fol. 143. *in fine*,
& idemmet *de Ponte* decisionẽ istam refert
in suo *tract. de potest. Proreg. sub tit. de suc-*
cess. mulier. tit. 9. *num.* 25. *fol.* 454. subdens,
quod decisio prædicta adeo fuit visa dura, vt
exinde in antea introductum fuerit pactum,
& clausulam apponi, vt filij ex matrimonio
procreandi succedant vt filij, & non vt hære-
des patris, & tale pactum seruatur, *Molfes.*
in commentar. consuet. Neap. par. 1. *d. cap.* 3.
num. 20. *fol.* 7. & ideo ante hanc legem no-
stram filij vigore *cõsuetudinis Neapolitanæ*,
(*si pactum prædictum non aderat*) vti hære-
des patris succedebant in antefato, non ob-
stante *Afflict. decis.* 314. contra quam fuisse
sepius iudicatum affirmat *Io. Angelus Pisa-*
nellus in addit. ad consuet. de iure quartæ, in
princ. sed *Afflict.* defendit *Fab. de Anna*
in cons. 74. *nu.* 8. dicens decisionem *Afflict.*
procedere extra Ciuitatem Neap. subditque
Annam in loco citato, quod mater vigore
talis pacti habet antefatum præcipuum, quia
respicit causam proximam, ad tradita per
Afflict. in dec. 127. non obstante, quod esset
hæres filij: Verum si pactum esset vt antefa-
tum in beneficium filiorum secundi matri-
monij cederet, ei standum esset, *Molfes. in*
consuet. Neapol. par. 1. *cap.* 3. *num.* 20. *fol.* 7.
quam doctrinam percipe, de antefato ante
hanc legem nostram constituto: quoniam
post ipsam, omnes disputationes prædictæ
euanescunt, & antefatum reddit ad hæredi-
tatem mariti, vt in ea sãctissime disponitur.
63 Antefatum, & dos pari passu ambulant,
vniusq; enim priuilegia alteri communicata
sunt, & sicuti pactum in præiudicium dotis
non valet, ita etiam nec in præiudicium an-
tefati, seu quartæ, vel basaturæ, *Afflict. in*
decis. 154. *& in decis.* 78. 79. *in fin.* 243. *&*
358. & sicuti dos potest assicurari à matre
pro filia, ita & antefatum pro filio, *Vinc. de*
Franch. decis. 182. *num.* 17. fallit tamen hæc

regula

regula vigore *conſuet. Neap. de iur. dot.* quoniam & ſi vir, & ſocer teneantur pro dote vltra quã facere poſſunt vigore *dicta conſuet.* hoc tamen non procedit in antefato, idem *Vinc. de Franch. in d. deciſ.* 182. *num.* 1. *& alia deciſ.* 71. fallit etiam, quia & ſi pro dote datur prælatio etiam creditoribus anterioribus in bonis poſtea quæſitis, ſecundum *Rodriquez in tract. de priuilegijs creditorũ, par.* 1. *artic.* 2. non eſt idem in antefato, vt ibidem *nu.* 21. *fol.* 34. quinimo in *fol.* 63. idem Author tenet, dotem non præferri impenſæ funeris.

64 Aduerte tamen, quod in electione mulieris eſt, vel recipere pecuniã antefati præſtando cautionem de reſtituendo, vel exigere competens intereſſe, *Neapodan. in conſuet. quartam, de iure quarta, nu.* 78. *fol.* 262. *& Afflict. in deciſ.* 291. & ita diſpoſitum eſt de iure *authent. in §. ſi autem omnes, in authẽ. de non eligendo ſecundo nubentes mulieres &c.* eſt tamen verũ, quod mulier cautionem offerre nõ tenetur (& meritò) ſi hæres eam non petierit, Iudex non cogit illam præſtari facere, *Io. Franciſc. de Ponte in conſ.* 127. *vol.* 2. nota tamen, quod ſi antefatum in ſtabilibus conſtitutum eſſet, ſtatim ad ſimilitudinem dotis eſt reſtituendum non expectato anno, vt notat *additio Stephani de Caieta in conſuet. Neapol. quartam autem, fol.* 249. nec prætereas in hac mate-

65 ria, quod ſi maritus vxorem occideret ſub colore falſi adulterij hæredibus vxoris antefatum ſoluere teneretur, *Reg. de Ponte in deciſ.* 24. & ſecundum hanc legem hodie ſaltem arbitrari poſſet, quanto tempore poterat viuere, per *l. hereditatum, ff. ad l. falcid.* pro habendo vſumfructũ, iam quod proprietas haberi non poteſt.

66 Fuit etiã alias dubitatũ, num pro antefato detur actio mulieri ſuper bonis quæſitis per virum poſt ipſius antefati obligationẽ, adeo vt mulier præferatur creditoribus anterioribus ipſius viri, & idem de *Ponte in conſ.* 80. *vol.* 1. diſputat quæſtionem, & concludit, hoc priuilegium mulieri non dari, & facit *l. aſſiduis.* 12. *C. qui potior. in pign. habeantur.* Poſſet tamen reſpectu dotis dici, quod Fiſcus ſuper acquiſitis poſt eius debitum, præfertur creditoribus anterioribus, vt Deo dante in alio loco videbimus, ſed dos, & Fiſcus pari paſſu ambulant ergo &c. ſed pro nunc vide infra *verſ.* 5. *obſeru.* 1. *ante nu.* 30. Quatenus vero eodem die appareret de ęre alieno, & de debito antefati, ſine dotis, anterioritas temporis, & ſcripturæ in protocollo adnotatę attenderetur, *Iaſ. in l.* 1. *ſub nu.* 4. *ff. ſolut. matrim.* quatenus vero non appareret, pro muliere præſumeretur, vt dos primo data, aut antefatum prius conſtitutum præſumatur, *Neapodan. in conſuet. quartam autem, de iure quarta, nu.* 55. vbi in *num.* 58. notat, quod ſi poſt antefatum cõſtitutum maritus fundum emerit pretio non ſoluto, non poterit mulier ſuper hoc fundo ſibi ſatisfieri ſub prætexto, quod fuerit marito acquiſitum. Siquidẽ emptio infert rem, & aufert pretium, & ſic qui emit, non auget patrimonium cum nõ ſoluat pretium: & qui vendit, patrimonium nõ minuit, cum habeat pretium, & inducitur quædam permutatio dominij, *l. Imperator, in fin. cum l. ſeq. ff. de legat.* 2. Si ergo mulier vult, quod fundi dominium in hæreditate adſit, eo ipſo vult, & velle debet, quod illico pretium adſit, & ſucceſſiue venditori non poteſt præferri.

Dubitari etiam ſolet, num matrimonio declarato nullo ex cauſa affinitatis, vel alte-

67 rius legitimi impedimenti antefatum debeatur, & non deberi, deciſum refert *Lanar. in conſ.* 86. verum ſi dos propter adulterium amiſſa eſſet, recuperari non poterit, etiam ſi mulier vellet probare matrimonium fuiſſe nullum ob impedimentum conſanguinitatis, aut aliter, *Innoc. in cap. plerumque, de donat. inter vir. & vxor.* Furtq; dubitatũ alias, ſi antefatum, donationes, & legata inter coniuges facta debeantur, quando matrimonium fuerit declaratum nullum poſt mortem vtriuſque, etiam ſi ignorantia affinitatis affuerit? & non deberi deciſum refert *Salernitanus in deciſ.* 2. quã manuſcriptam habeo. Sicuti nec etiam debetur, quã-

68 do matrimonium fuit contractum, ſed non conſumatum, *Vincen. de Franch. deciſ.* 182. *in fine,* per *Neapod. in conſuet. quartam autem, in verbo à quondam viro ſuo, num.* 32. vt diximus ſupra hic *num.* 61. *in fine.* Verum ſi per mulierem non ſteterit, puta, quia ex parte ſua omnia adimplenit, & opera matrimonialia eſt parata adimplere, vir autem abijt, & abſens mortuus eſt matrimonio non conſumato, tunc mulier antefatũ, ſeu quartam lucrabitur, *Neapod. in d. conſuet. quartam autem, nu.* 43. *& in nu.* 32. *verſic. ſi. pag.* 257. *Fontanell. autem de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſul.* 7. *gloſ.* 1. *par.* 1. *num.* 29. *fol.* 382. poſt *Bocr. deciſ.* 22. *à num.* 33. *cum ſeq.* tenet, mulierem traductam ad domum viri, vel quod

69 ibi, vel alibi vir cum ea cubuerit, liceat ab eo, vel ob naturæ illius fragilitatem, aut obaliquam deuotionem carnalis concubitus nõ interfuit, antefatum lucrari, & hanc veram eſſe opinionem puto: nam negari non poteſt mulierem hanc non eſſe in illa opinione, pro vt eſt virgo, & velut vidua reputatur, & eo

fortius,

forrius, quia ipsa parata fuit maritalia opera præbere, vt supra diximus, & alia circa hanc materiam vide per *Molfes. ad consuet. Neap. par. 7. de iure quartæ, quæst. 8. per totum*, & per *Io. Bernar. Pannum Grauinensem in tract. de dotario, in tractatibus tom. 9. fol.* 466.

70 Et similiter in hac quæstione nota, quod lex ista subditos extra Regnum contrahentes non ligaret, sed secundum consuetudinē illius loci contractus ligarentur, aut si nulla consuetudo ibi adesset, secundum ius commune, *Seburs. cons. 6. num. 1. & 2. centur. 1. incip. prima responsio, & Andr. Gayll. pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 124. num. 10. & 11.* quicquid in contrarium dixerit *Salyc. in l. 1. C. de summa Trinit. & fide catholica*, vt ibidem per *Gayll. num. 10.* tu autem vide infra *vers. 8. obseru. 1. num. 5.* & vide *l. final. ff. de offic. Præfect. Prætor.* vbi quod subditis potest fieri lex etiam extra fines Regni, & notat *Andr. in cap. 1. num. 5. de capitol. Corr.*

71 Dubitari tamen solet, an debeatur æstimatio feudi constituti pro quarta, seù donatione propter nuptias, & antefato, absque assensu? & circumscriptis mulieribus Neapolitanis, vel exteris maritatis viris Neapolitanis, quæ habent priuilegium Regis Catholici super feudis, ex dictis supra *versic. 4. obseru. 2. num. 115. & seq.* quo ad exteras deberi tenet *Andr. in §. fin. num. 10. per totum, de inuestit. de re aliena facta*, ex ratione, quia pro re donata debetur euictio: *Liparulus tamen ibidem in verb. æstimationem*, ex mente *Andr. in cap. 1. in princ. eiusdem tituli, vers. intellige*, videtur distinguere, vt si vxor non sciuerit rem pro quarta datam, esse feudalem, quia in bona fide est, æstimatio debetur: sin vero sciuerit, secus, quia in mala fuit fide, at omnes Doctores *Andr.* intelligunt, æstimationem deberi, vt ibidem, prout & nos credimus, etiam stantibus priuilegijs, & restitutionibus in integrum mulieribus competentibus, sed quod assensus non requiratur ad obligandum bona feudalia pro tertiaria, tenet *Campag. in cap. Regni mulier dotarium, in addit. num. 19.* per *const. Regni, licentiam*, & ibi *Doct.* nec quando bona feudalia dantur in dotem, *cap. Regni, humanitatem.* 152. & ibi *Campag. nu. 2.*

Cumq; in diuersis Regni nostri partibus diuersæ solent vigere consuetudines quo ad constitutionem antefati dotarij, quartæ, vel semiquartæ, ac pactorū dotalium post mortem viri, vel vxoris. siquidem in Prouincia Aprutij solet constitui quantitas aliqua, puta carolenorum 20. vel 30. pro basatura, de qua mentionem facit *Afflict. in decis. 154. in princ.* Alibi enim consuetum est, vxorem post mortem viri aliquam lucrari quantitatem, & è contra, maritum lucrari aliquam quantitatem post mortem vxoris, quæ reciproca pacta, seù donationes dicuntur: merito quæri posset, num prædita sub hac legis nostræ dispositione subiaceant? & pro enixa veritatis indagatione, perscrutandæ veniūt diuersæ species, quæ accidere solent: inter
72 quas, si de sponsalitia largitate consideramus, quæ simplex donatio ante matrimoniū inter sponsos fieri solet, secundum *l. cum veterum, C. de donatio. ante nupt. & l. si à*
73 *sponso, C. eod. tit.* vel de iocalibus quærimus, quę sunt ornamenta à viro vxori transmissa, vt ornatè accedat *l. mortis sua causa, §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. id vestimentum, ff. de pecul.* pro vt sunt anoli, vestes, armillæ, torques, margaritę, & huiusmodi, (quę an donata censeantur recurre ad *Affl. decis.* 315.) & videtur sub lege nostra nō comprehendi.

74 Sin vero quærimus dę donatiuo, quod dupliciter considerari solet, puta quando à cōsāguineis vxoris, vel mariti, marito vel vxori, detur *l. cum plures. 13. §. cum tutor, ff. de de admin. tutor.* & de istis nec præsens lex loquitur. Aut vero agitur de donatiuo à spōso sponsæ mittēdo, & lex nostra super eo disponit, vt videre poteris infra in *vers. 5. obser. 2.* Aut vero de donatione propter nuptias, quæ olim ob securitatem dotium constituebatur à marito vxori, & lex nostra loquitur, quia eius loco antefatum apud nos est, vt supra diximus.

75 Sique de doherio quęritur, quod secundū *Gottifred. in l. si ego, §. dotis, ff. de iure dotium*, douarium dici debet, & secundum aliquos pro augmento dotis, & secundum alios pro ipsa dote intelligitur, sed *Gottifredus ibidem.* speciem satis diuersam esse ait, & ex locorū consuetudine debere accipi, & dimidiā partem omnium mobilium, & acquisitarū omnium constante matrimonio esse, dicit *Boer. in decis. 22. & 244. nu. 2.* ad quæ facit *cap. significauit, de donat. inter vir. & vxor.* & nec de isto lex nostra loquitur.

76 Aut vero de quarta, quæ multis modis considerari potest, puta de iure communi, iure Longobardorum, & de iure consuetudinario Neapolis, de prima .n. loquitur *auth. præterea, C. unde vir. & vxor.* & illam deberi fuit iudicatum per S. C. in *V. de Franch. dec. 318.* quinimo eam ex testamento, quam ab intestato debetur, *glo. in d. auth. præterea.* Quo vero ad secundam, quā habemus in *l. si quis Longobardus, sub rub. de his, quæ à viro in mund. dantur*, & diximus in principio:

hic,

hiemaritus enim in alia nuptiarum die presentibus consanguineis, & amicis, vxori suæ quartam omnium bonorum, quæ mortis tempore ipsius viri reperirentur, promittebat: quæ Quarta Morgigat appellabatur, ex quo mortis causa capitur, vt declarat *Carolus de Tocco legis prædictæ Glosator.* de tertia autem Quarta secundum consuetudinẽ, habemus in *consuetudinibus Neap. sub tit. de iure quartæ.* siquidem maritus constituebat quartam, dicendo, eam posse mulierem propria authoritate apprehendere, siq; liberi supersunt quo ad vsumfructum, eis autem non existentibus quo ad vsumfructũ, & proprietatem, quæ ante hanc legem nostrã lucrabatur: & sub hac lege comprehenditur, quoniã hodie antefatum dicitur.

77 Aut vero loquitur de dotario, q vt iam diximus, absq; assensu cõstituitur à Baronibus super feudis pro tertia parte feudorũ, dummodo non constituatur super illo, à quo habent sui tituli nomen, & tunc mulier est vsufructuaria tantum, vt per tres *Regni constit. si quis Baro, licentiam Baronibus, & mulier quæ dotarium*, & de isto nec prouisio legis huius est necessaria, iam quod mulier vsufruatur tam extantibus, quam non extantibus liberis erat, & est.

78 Aut vero sumus in pacto mortificationis, quæ inter cõiuges reciproca donatio ad inuicẽ dicitur, vt superstes morienti succedat, & valet, *l. quod autem, §. si vir vxori, & §. si maritus, ff. de donat inter vir. & vxor.* ibi, *si vir, et vxor cũcta inuicẽ sibi donauerint &c.*

79 & pro huius pacti validitate tenuerunt in lecturis *super l. pater puellæ. C. de inoff. testa. Cyn. nu. 1. Bal. nu. 2. Castren. nu. 3. Ias. nu. 6. & Rom. in rub. ff. sol. matr. in fin. Alex. in l. licet. de pact. vbi Dec. num. 1. & in singul. tenuerunt Hippol. de Mars. in sing. 50. & 333. Rom. in sing. 810. incip. prohibitu. Socc. in reg. 104. vers. 1. Ioachim. Mising. sing. obser. cent. 2. obser. 13. nu. 6. Alex. cons. 162. lib. 6. et cons. 83. lib. 2. nu. 18. Celsus V g. cons. 100. Matthæsembecius cons. 34. 71. & 76. lib. 2. Rom. cons. 507. nu. 18. Angel. cons. 179. Abb. cons. 28. lib. 1. nu. 3. in fin. Menoc. cons. 1. nu. 162. et 163.* vbi de communi cõsuetudine Italiæ, & Galliæ testatur, & *commun. opin. tom. 1. fol. 73. nu. 56. & in tom. 2. fol. 20. nu. 10.*

Et ex decisionibus *Cather. dec. 100. nu. 2. Tess. dec. 225. nu. 5. Franc. Marc. lib. 1. q. 36. D. Rica in collect. 799. lib. 5. Piguer. dec. 170. nu. 1. Aluar. Valasc. in cons. 7. num. 6.* vbi ait pro validitate pacti fuisse decisum.

Et ex practicis *Card. Tusc. lit. D. concl. 14. num. 38. Masuer. in eius pract. tit. de societ. num. 4. vers. licet institutio testamentaria.* vbi fauore matrimonij pactum hoc fieri posse, affirmat *Andr. Gayll. pract. qq. centur. 165. & 126. num. 3.*

Et in tractatibus *Boer. in consuet. Burdegal. tit. 8. de maritagijs §. 1. col. 6. vers. sed quæro. de quali fol. 111. Peregr. de fideic. art. 51. sub num. 26. fol. 292. alter. Cassan. in consuet. Burgun. rub. 4. §. 7. fol. 629. nu. 8. Marque de diuis. bonor. lib. 4. c. 12. nu. 25. Franc. Molina de ritu nupt. lib. 3. q. 3. nu. 4. & seq. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. par. 9. nu. 4. Ant. Faber in eius Cod. lib. 5. tit. 9. de pact. conuẽt. diff. 6.* vbi q ita fere vbiq; gentium seruatur, & *Cons. Pascal. de virib. patr. potest. par. 3. c. 7. num. 16.* fortiusq; hoc procedit stante iuramẽto, *c. 2. de pact. in 6.* Attamen prędictis nõ attentis, in causa Nardellæ Cipollettæ, cum Minica de Stasio, in Banca Sarti sub die 4. Februarij 1623. fuit per S. C. decisum contrarium, improbando pactũ prædictũ inter coniuges de succedendo ad inuicem. Et pro ista opinione facit regula ne inducatur votum captandæ mortis, ex *l. licet. C. de pact.* Et similiter nec de pacto isto loquitur lex nostra. Sicuti nec etiam si fuisset factum pactum de reciprocè succedendo ad inuicem inter virũ, & vxorem, nõ de tota hæreditate, sed de aliqua rata dotis mulieris, vel hæreditatis viri, poterit. n. superstes ratã illã retinere vigore statuti in loco vigentis, *Dec. in cõs. 402. nu. 4.* & facit *l. si prior ff. sol. matr. Bal. in l. 2. ff. de bon. quæ lib. arg. l. q ff. si noluit. §. qui assidua ff. de adil. edict.* Pacta n. inter coniuges sunt seruanda, *§. illud in c. 6.* ibi *pactũ inter coniuges est seruandũ. in auth. de monachis. et l. vnic. §. illo procul. C. de rei vxor. actio. & Neapol. in consuet. si quis, vel si qua. fol. 138.* De antefato n. loquitur lex nostra, quæ ad alia pacta reciproca, aut aliter facta non extenditur, cũ sit stricti iuris, & de casu ad casum prohibita est eius transgressio.

Quæri etiã potest, postquã ex dictis supra vidimus, quod si antefatũ nõ fuit constitutũ, 80 nõ debetur, si maritus in testamẽto antefatum vxori legauerit, dicẽdo lego vxori meæ, antefatũ quod constitui, & nõ apparet constitutũ, an debeatur, *ex Neap. in cõsuet. quartã autẽ de iur. quartar. 68.* hanc excitat quæstionẽ, & vti legatũ deberi affirmat. Sed crederẽ iure, & actione antefati ẽt deberi, ad tradita per *Afflit. in decis. 61.* ratio est, quia constante matrimonio peti potest, vt cõstituatur: dum enim constitutũ nõ reperitur: & vir constãte matrimonio in testamento declarat id, ad quod de iure tenetur, constituere videtur antefatum prędictum secundum consuetudinem, & quantitatem dotis. Hinc fit, vt & si dos per instrumentum non posset probari, tunc per testes probari poterit, *l. in exercendis. C. de fide instrum.*

Dd His

His tandem sub Prelo existentibus, V. I. D. Lelius Gizzius doctus, ac curiosus Iuuenis infrascriptas tradidit Allegationes super hac antefati materia, per quondam celeberrimũ Aduocatum Fabritium Brancacium, editas: visumq; fuit illas posteris tradere, tum ad aliquod tanti viri (in dicendo præsertim sua tempestate singularis) pignus habendum: tum etiam ad patefaciendum ex eis, sententiam S.C. alias latam,& duram visam vt dicebamus supra hic *num.* 62. ex dictis per Ioannem Franciscum de Ponte in locis ibi citatis, secundum veros iuris tramites processisse, sicuti ex eis videbis, quas hilari animo perlegere, quæso ne pigeat.

Allegatio quondam D. Fabritij Brancacij.

SVMMARIVM infrascriptarum Allegationum.

1 *ANtefatum, Tertiaria, Donatio propter nuptias, Quarta secundum ius Longobardorum, vel secundum ius consuet. Neap. dotarium quibus iuribus constituantur pro qua quantitate, an sine assensu, & quomodo lucrifiant vsque ad num. 4.*

4 *Dotarium constituitur secundum ius Frãcorum, & inter viuentes iure Francorum, nu. 5. & 6.*

7 *Mos magnatum idem cum iure Francorũ.*

8 *Dotarium, seù Tertiariam lucratur mulier quo ad plenam proprietatem si filios à viro constituente non habeat, si verò supersint, quo ad vsumfructum tam de iure Francorum, quam more magnatum.*

9 *Vsusfructus nomine, formalis venit, causalem facultatem vtendi ll. appellant, & formalis est ius alienis, causalis proprijs vtendi, & nu. 10.*

11 *Dictiones tantum, & solummodo taxatiuè includendo id, de quo disponitur cætera excludunt, & nu. 12.*

13 *Dictiones alias, vel si vero sub se adducunt id, quod & facti, & iuris diuersitatem habeat.*

14 *Dotarium lucratur mulier more magnatũ sub conditione mortis viri, & nõ antea, & quo ad plenam proprietatem sub cõditione non existentia filiorum, vsque ad nu. 17. & nu. 33.*

17 *Conditio prædicta existentia filiorum habet tractum successiuum, vt & si existant, & non superuiuant matri, adhuc plenè lucratur, & nu. 18.*

19 *Alienatio rei lucrata per matrem pro dotario existentibus filijs, pendet à futuro euentu, vt si illi præcedant, cõfirmetur.*

Acquisitio, quam facit mater proprietatis præcedente filio superstite, nõ est successio, sed acquisitio conditionalis.

21 *Vsufructu extincto cõsolidatio, fit ipso iure cum proprietate, & propterea facta dispositione ad tempus vsusfructus, vel proprietatis, eo elapso, res reddit ad hæredem vt hæredem, & nu. 22.*

23 *Antefatum ex consuet. Neap. secundum veram opinionem ad filios, vt hæredes transit.*

24 *Dispositio vocans liberos, eos vt filios vocare intelligitur non vt hæredes.*

24 *Dispositio illatiua, non inductiua ex verbo perueniet in consuet. Neapol. probatur quo ad acquisitionem antefati filijs post mortem matris.*

Antefati lucrum ex consuet. Neap. conforme lucro ex more magnatum.

25 *Casus omissus à more magnatũ recipit interpretationem à consuetudine loci.*

26 *Mulier de iure communi non lucratur ex cõstitutione donationis propter nuptias nisi adsit pactum de lucrando.*

27 *Mulier constante matrimonio, quãdo adest pactum de lucrando acquirit, & efficitur proprietaria donationis propter nuptias, & mortuo viro ante transitum ad secundas nuptias talis conseruatur, & quid de iure nouissimo vsque ad num. 32.*

30 *Vsusfructus matris, non est vsusfructus filij.*

31 *Prohibitio alienationis, vel dispositio post mortem alicuius ad alium bona venire probant proprietatem in primo.*

32 *Acquisitio donationis propter nuptias filijs, vt filijs probatur etiam de iure nouissimo authenticorum.*

34 *Dotariũ lucratur mulier super feudo eque extent, vel non extent liberi vigore Cap. & ea mortua, feudum reintegratur in pristinum statum, & nu. 35.*

37 *Creditor in vsufructu capiendo bona in solutum, & bona loco vsusfructus intelligitur capere.*

38 *Via*

38 *Via electa intelligitur in qua cautione opus non erat, dum cautio non praestatur.*
Antefatum si in pecunia consistat leges cogunt mulierem ad cautionem fideiussoriam, ibid.
39 *Cautio in vsufructu pecunia, est de substantia, quia sine ea non constituitur, & est loco proprietatis, & adimplenda etiam non petita, & ante ipsam nō facit vsufructuarius fructus suos. & nu.40.*
41 *Mos magnatum sequitur primam partem iuris Francorum in lucrifactione vsufructus dotarij, aliam verò partem lucrifactionis portionis virilis ommittit ad intellectum cap. mulier dotarium.*
42 *Mos magnatum inter notas plurium egregiorum Notariorum repertus, conformis cum impresso in dubium non venit.*
44 *Conditio negatiua vt nuptiarū non sequendarum, impletur in vltimo vitæ spiritu, vel per cautionem post anni lapsum.*
45 *Mulier vocatur ad virilem ex dispositione cap. . . non transiens ad secundas nuptias cum filijs omnibus eiusdem viri etiam ex alio matrimonio.*
46 *Mulier vocatur ad virilem cum filijs, non vt demonstretur, qui filij insimul vocentur, sed ad taxandam virilem.*
47 *Filij, qui considerantur ad taxandam virilem matris, non taxantur, vt ipsi in totū succedunt.*

Pro Comite Montis Calui.

Antefatum in matrimonio contracto more magnatum, an ad filios, vt filios, vel ad filios vt hæredes pertranseat.

LIS est super ea parte Montellæ, & Troyæ, quam pro antefato cœpit vigore pacti Iustiniana de Capua de bonis, quæ fuerant Troiani Cabaniglia fenioris soceri (matrimonio per mortē Didaci Cabaniglia viri dissoluto) quam siquidem hodie habet descendens ex primogenito Didaci, & Iustinianæ, super ea Comes Montis Calui obtinere debet tum in actione personali eo quod est in inuentario hæreditatis Troiani, & Didaci debitorum, vnde sibi satisfieri posset, quam in actione hypotecaria, quam mediante assensu pro euictione petræ habet.

Quæstio igitur est, an filij mortua matre antefatum habeāt vt filij, & à die matrimonij contracti, an vt hæredes, quæ terminanda est supposito in facto, quod Didaeus vir, & Troianus socer Iustinianæ vxori, & nurui constituunt antefatum ducatorum trium mille, & tertij aliorum mille per Iustinianā lucrifaciendorum secundum morem Baronum, Procerum, & Magnatum huius Regni iure Francorum, & more Magnatum viuentium; Quæ controuersia vt finiri possit arbitror tria esse discutienda.

Primo, quid lucretur vxor viro superuiuens, liberis superstitibus ex more Magnatum, vsumfructum ne formalem tantum, an vsumfructum, & proprietatem.

Secundo, posito, quod lucraretur vsumfructum tantum, quid secundum eundem morem agatur de proprietate, an scilicet remaneat penès virum vsque ad diem mortis, & eo mortuo veniat ad filios.

Tertio, si quid de primo, & secundo traditur esset verum, an ex hac magnatum consuetudine hæc proprietas ad filios (patre mortuo) perueniat vt filios, & sie ex dispositione legali an ad filios vt patris hæredes, & hic vltimus punctus facillimè terminabitur, si vera sint duo prima supposita.

1 Pro quorū elucidatione omittere possem id, quod remisit *Neapodan. in rubr. de iure quarta, Luc. de Penna in l.1. C. qui. & quan. quar. pars, lib.10. Capyc. in cap. Imperialē, pag.76. & Afflict. in §. donare, qualiter feud. alien. pot. num.13.* Cum verè de donatione propter noptias loquta sint iura Romana satis vulgaria. De dotario, seu tertiaria respectu feudorum, quam Franci vxoribus cōstituebant, loquatur *§. fin. de inuestit. & re alien. fac.* ibi, *siuè tertia ratione*, & iura Regni loquentia tum de quantitate, in qua potest hoc lucrum constitui, ex iure Francorū, cū de regula lucrifaciēdi hoc dotarium, quæ latius infra. De quarta, quæ secundum ius Longobardorum à Longobardis cōstituitur, loquatur idem *§. fin.* ibi, *quarta, quæ à Longobardis*, & totus titulus *de his, quæ à viro in mundium dantur.* De quarta, secundum nostrum ius municipale loquuntur *consuet.*
2 *sub rubr. de iure quarta*; Vndè quo ad propositum illud est verum, quod de dotario, seu tertiaria constituenda cum assensu, vel sine, & pro quanta summa disposuerunt, *constit. incip. si quis Baro licentiam, & fratribus*,
3 de modo verò lucrifaciendi hoc dotarium constitutum loquitur *constit. Gulielm. incip. mulier, quæ dotarium, & capit. Caroli Secundi correctiorum incip. mulier dotarium*, & dotarium, & de hoc dotario, seu tertiaria locutus est, *Andr. in cap.1. §. fin. de inuest. de re alien. fac. nu.10.* ibi. *Nota in feudis mulier non habet quartam. Constituitur tamen dotarium in feudis secundum tenorem const. Regni Siciliæ.* Iterum in *cap.1. §. donare, num.6.*

num. 6. ibi. *Nam in Regno Sicilia in feudo*
constituitur dotarium, seù tertiaria, & tan-
4 dem in *cap. Imperialem, num 6. & 7.* & istud
ius positum in his constitutionibus circa do-
tarium est propriè ius Francorũ, tradit *glos.*
in consti. mulier, qua dotarium, in fine, ibi.
5 *Et hac omnia habent locum secundum con-*
suetudinem nobilium iure Francorum in
Regno viuentium, tradit *Napodan. in rubr.*
rubr. de iure quartæ, num. 9. ibi. *Item illud*
dotariũ competit mulieribus viuentibus iure
Francorum, idcirco *Andr. in repert. consit.*
sub verbo dotarium, lo secondo, ponit formã
6 constitutionis huius dotarij dicẽs hęc verba.
Vndè sic concipiuntur verba instrumẽti do-
tarij talis Baro iure Francorum viuens tali
die, quod ius Francorum dicit *Andr. in §. do-*
7 *nare*, & si ex constitutione Regni sublatum
sit in iudicijs, non est sublatum in contracti-
bus, ita vt iam liqueat hoc ius in prædictis
constitutionibus, & capitulis esse ius Fran-
corum. Et hoc iure Francorum formatus est
postea mos Magnatum, ita vt pro eodem
ponantur, quandoquidem *Napodan. in rub.*
de iure quartæ, nu. 8. loquens de quarta bo-
norum viri, dicit non differt à dotario, quod
constituitur à Baronibus quo ad dotarium,
dicit postea competere in viuentibus iure
Francorum, & quod pro eodem ponantur
liquet ex clausula in instrumento dotali ip-
sius Iustinæ posita, dum dicitur secundum
morem Baronum, Procerum, & Magnatum
huius Regni iure Francorum, & more ma-
gnatum viuentium, & sic concordant verba
Andr. in repet. cons. d. l. vbi supra, ibi, *talis Ba-*
ro iure Francorum viuens, dum propterea
qui quantitatẽ dotarij sumpsit ex iure Fran-
corum vt sit tertia, similiter nomen sumpsit
dotarium, seù tertiariam id appellãs distin-
ctionem eius, quod mulier est lucratura per
solutionem matrimonij tantum, & indè sum-
psit, vt autem remaneat cõtenta lucro, quod
fecit ex dissolutione matrimonij mulier sine
alio premio viduitatis, concordauit se cum
consuetudine, & ideo in capitulis dicitur iu-
re Francorum, & more magnatum, sed iun-
ctim eo quod indè sumptus sit, licet sit in
aliquibus disformis, & hunc morem Magna-
tum habemus, & conseruatum penès Tabel-
liones, & impressum, & ex eo ad quem con-
trahentes retulerunt, erit causa terminanda
ex eodem *cons. Dec.* 402. quem pars allegat,
postquam in antefato talis mos apparet.

Dum propterea ius Francorũ, & mos Ma-
gnatum idem sunt modo prædicto, est finita
prima quæstio, dum dicitur, quod dotarium,
vel tertiariam in terra feudali constitutam
lucratur mulier, siuè extent liberi, siuè non
extent. Taliter vt post mulieris mortem re-
integretur dotarium Terræ Baroniæ, & feu-
8 di, vnde processit, at dotarium in pecuniis,
vel mobilibus lucretur etiam in proprieta-
te, si non habeat filium de illo marito, alias
si habeat solummodo vsumfructum, quod si
attendatur iste mos Magnatum, qui & in
præsens reperitur inter consuetudines Nea-
politanas, & repertus in seeda Io. Baptistæ
de Valle, & aliorum Tabellionum, & quem
ex traditionibus patrũ nostrorum habemus,
idem concludit sub his verbis mulier nupta
præmoriente viro absque liberis ex eodem
matrimonio lucrifacit dotarium quo ad ple-
num dominium, vsumfructũ scilicet, & pro-
prietatem.

Si verò vir moritur superstite vxore, & li-
beris, dicta vxor lucratur dotarium quo ad
vsumfructum tantum propter existentiam
liberorum. Hinc infertur, quod prima quæ-
stio est finita, eò quod mulier superstitibus
liberis (qualis fuit casus noster) vsumfructũ
tantum lucratur, quod etsi clarissimè verba
demonstrent, optimè confirmatur ex tribus.

Primo, siquidem dicitur quo ad vsumfru-
ctum, quæ dictio vsufructu semper quod à le-
9 ge proiectur, pro vsufructu formali accipi-
tur, & sic pro iure penitus seperato à pro-
prietate, quia dum lex voluit loqui de vsu-
fructu causali, non appellauit vsumfructum,
sed appellauit facultatem vtendi, & fruendi,
& est optimus *tex. in l. si Titio, ff. de vsufruct.*
l. vti frui, in princ. ff. si vsusfr. petatur, instit.
de vsufruct. in princ. cum glos. in sui. Ratio
prompta est, quia dum diffinitur vsusfructus
dicitur esse ius vtendi, & fruendi rebus alie-
nis, si alienis, ergo est formalis, non dixit
proprijs, quia tunc esset causalis, prout tra-
10 diderunt hanc differentiam *glos. in l. si fundi*
ff. de condit. indeb. & in l. si ita stipulatus, la
secla, §. Tnius, ff. de verb. oblig. in l. vsufru-
ctu, ff. solut. matrim, & in *l. rectè, ff. de verb.*
signif. adest secundo dictio solũmodo, & bis
in eodem *cap. mulier dotarium.* repetita, &
in eo more Magnatũ, qui reperitur impres-
11 sus, adest dictio tantum, quæ dictiones ta-
xatiuæ habent eam vim, vt includendo id, de
quo disponitur cætera omnia excludant, *l. 3.*
§. cum Titio, ff. de adim. leg. vulgatis *ll. ob as,*
& his solis, qui effectus eo maximè resultat,
dum geminata est dictio taxatiua ex *Alex.*
cons. 93. vol. 3. & ex regula geminationis. Ita
vt cum fuerit inclusus vsusfructus tantum
proprietas, & cætera omnia sint exclusa, &
ad hæc verba faciunt verba *l. ambiguitatem,*
C. de indict. viduit. toll. quæ loquens in fœmi-
12 na ad secundas nuptias trãseunte, dicit vsu-
fructu tantummodo apud eas remanente, &

in *l.*

in *l. mater, C. ad Tertull.* quæ de tranſeunte
ad ſecundas nuptias ſimiliter loquens, dicit
ſolo vſufructu potietur, & tamen in tran-
ſeunte ad ſecundas nuptias clarum eſt, quod
vſumfructum formalem, & ſic penitus à pro-
prietate ſegregatum habeat, *§. ſi verò expe-
ctet, in auth. de nupt. & §. hic verò aliquid
peregrinum, in auth. de non elig. ſecundo nu-
bent. mulier.* quæ eo magis liquent attenta
dictione alias, vel ſi verò, quæ dictiones his
legibus, morem Magnatum, ſeù ius Franco-
rum continentibus poſtquam dicitur, quod
ſi filios non habeat quo ad vſumfructum, &
proprietatem lucratur, alias, vel ſi verò fi-
lios habeat, ſolummodo quo ad vſumfructũ,
quia materia iſtarum dictionum eſt ſub ſe
adducere id, quod & facti, & iuris diuerſita-
13 tem inducat à præcedentibus, plura cumu-
lat *Andr. Tiraquell. in §. 8. gloſ. 6. de retract.
ſang.* dicens habere vim clauſulæ reſoluentis
præcedentia, vt hæ dictiones hanc opteren-
tur qualitatem, opus eſt dicere, quod præ-
cedens clauſula quo ad factum continebat
non exiſtentiam filiorum, & quo ad ius lu-
crum, quo ad proprietatem, & vſumfructum
ſequens clauſula inducit, & facti diuerſitatẽ,
exiſtentiam ſcilicet liberorũ. opus eſt proui-
dere, quod contineat lucrum ſcilicet quo ad
vſumfructum tantum à proprietate ſepera-
tum, vt ſit diuerſitas iuris. Hinc liquet verũ
eſſe ex hoc more Magnatũ ſolum vſumfru-
ctum vxorem lucrari.

Succedit modo ſecunda quæſtio, quod ſ.
agatur de proprietate, & proculdubio illud
eſt verum, quod mulieri ex hoc more Ma-
gnatum nõ defertur lucrum, vel quoad pro-
14 prietatem, vel quoad vſumfructum in ſuis
caſibus, niſi matrimonio ſoluto ſuperſtite
vxore, quod infertur ex verbo præmoriente
viro poſito in more Magnatum impreſſo, &
cum in inſtrumento dotali, & capitulis ma-
trimonialibus contrahentes promictant id,
quod in more Magnatum continetur reſpe-
ctu ipſorum viri, & vxoris, ſequitur vt hæc
verba in inſtrumento dotali fingãtur poſita,
& ſic deſignant vſumfructum, & proprietatẽ
non acquiri mulieri tempore contracti ma-
trimonij, ſed tantum tempore diſſoluti ma-
trimonij, quandoquidem hi ablatiui abſolu-
ti in conditionem reſoluendi, *l. à teſtatore,
& in rubr. ſolut. matrim.* declaratur, ſi vir
præmorietur, quo caſu, quia natura condi-
tionis eſt ſuſpendere acquiſitionem, & ſic in
ingreſſu differt à modo dixit *Andr.* pluries,
15 optimè dicetur ante impletam conditionẽ
per viri mortem, non dici quicquam quæſi-
tum vxori, quod eo magis demonſtratur ex
regula, quod diſpoſitio, ſeù qualitas iuncta
verbo intelligitur ſecundum tempus verbi,
ita vt acquiſitio fieri intelligatur eo tempo-
re, quo vir moritur, ita vt ſecundum expoſi-
ta, ius quod acquirit mulier ex inſtrumento
16 dotali eſt conditionale, quod poſtea adim-
pleta conditione caſuali trahitur retro ex
regula *l. qui balneum, & potior, ff. qui potior.
in pign. hab.* & cõditionale erit hoc ius tum
reſpectu totius dotatij, tum reſpectu partis,
reſpectu totius erit, ſi viro ſit ſuperſtes lu-
cretur, quod ſi viro non ſit ſuperſtes, & ſic
ſub contraria conditione, iuxta regulam
l. pecuniam, ff. ſi cert. pet. ideſt ſi non ſuper-
uixerit, nil lucretur, eſt & conditionale re-
ſpectu partis, quia ſi ſuperuixerit viro, libe-
ris ſuperſtitibus quo ad vſumfructum tan-
tum, ſi liberis non ſuperſtitibus quo ad vſũ-
fructum, & proprietatem, & mirum, quod iſta
non ſuperſtitibus liberis, habet tractum
ſucceſſiuum, quia vſumfructum habet tan-
17 tum, ſi liberi ſint ſuperſtites, & matri ſuper-
uixerint, quod ſi matri non ſuperuiuant, ex
prouiſione in caſu non exiſtentium liberorũ
mater totum obtinet, *§. quapropter, in
auth. de nupt.* ibi, *manet quidem apud matrẽ
lucrum ex pacto liberorum non exiſtentium,
& auth. ſed, & ſi quis, C. de ſecund. nupt.*
ibi, *quoniam acquiritur ex pacto non exiſtẽ-
18 tium liberorum*; & Reſponſio eſt, quod illa
conditio liberis non exiſtentibus, in duplicẽ
reſoluitur conditionẽ, altera eſt, ſi filij nati
non fuerint, altera ſi nati deceſſerint, id de-
clarat *text. in l. fœmina, §. illud,* ibi, *quod ſi
nullam ex priori matrimonio ſucceſſionem
habuerit, vel natus natiuè deceſſerit,* & ideo
*Neapodan. in conſuet. 1. de iure quartæ, ſub
verbo liberis,* dicit, quod paria ſunt liberos
non extare, vel matri præcedere, & proinde
alienatio, quam feciſſet mulieri rei lucratæ
ex pacto, ex futuro euentu illius validitas
pendet, cum aut filij matri ſuperuiuunt, &
19 alienatio à principio eſt nulla, ſi præmoria-
tur teneatur, in *auth. de nupt. §. quoniam
infirmus, & in auth. de non eligend. §. hoc
20 autem.* Et proinde iſta acquiſitio, quam fa-
cit mater ex morte filiorum, ſucceſſio non
eſt, dixit *text. in §. ante nuptiali, in auth. de
non eligend.* elegantiſſimè ſub his verbis: *&
nõ videatur eſſe pars hæreditatis filij, ſed ad-
huc ante nuptialis donationis non abijciens
naturã, nec conſolidatio.* quam impropriam
dicebat *Neapodan. in 1. conſuet. de iure quar.
ſub verbo habet*; ſed vt dixi acquiſitio pro-
prietatis cõditionalis ſub duplici conditio-
ne alternatiua, vel ſi matrimonium ſit ſolu-
tum liberis non extantibus, vel extantibus,
ſed matri præcedentibus; Ex prædictis iam
liquet tempore quo vir moritur fieri acqui-

 ſitionem,

sitionem, licet ex purificatione iuris conditionaliter quæsiti tempore contracti matrimonij fiat retrotractio. Et cum mos vsumfructū vxori existentibus liberis deferat, proprietatem non auferat viro, si matrimonium diuortio dissoluatur, vel hæreditate ipsius viri, si morte fuerit viri solutum, quia cum de proprietate, nec mos Magnatū, nec instrumentum loquatur, nisi filijs non existentibus, ipsis existentibus conditio sub qua erat auocando proprietas deficit, & ea deficiente, habetur dispositio pro nō facta respectu proprietatis, & proindè penès virum remanet, & ad eius hæredes transfertur, ita quod vsufructu extincto per mortem, is consolidatur cum proprietate sine alia dispositione, ex
21 *l. si Titio, ff. de vsufr.* & consolidatur penès eum, penès quem est proprietas, eo iure, quo proprietas est penès ipsum, ita vt elegantissimè ad hunc casum adaptari possint ea, quæ tradit *text. in l. fin. C. de legatis*, vbi eleganter *Paulus de Castro, & l. Titia, la prima, §. fin. cum glos. final. ff. de legat. 2.* quod si quis
22 disponat de vsufructu rei suę, vel de proprietate ad tempus, nihilo addito, finito vsufructu, vel elapso tempore, res redit ad heredē vt hæredem, prout ita consuluerunt *Bart. Socein. consil.* 102. 3. *vol. num.* 10. *&* 11. *& Io. Cephal. consil.* 158. *in princ. vol.* 2. *Marian. Socein. cons.* 43. *nu.* 3. *vol.* 4. & ex hac ratione infertur, quod cū consuetudo Ciuitatis Neapolis liberis superstitibus vxori vsumfructū tantum deferebat, illa mortua, fiebat consolidatio ipso iure, ex *l. si Titio.* & quia proprietas non abscesserat à viro, sed ab ipso viro ad filios hæredes transierat in eorum beneficium vt hæredum, fit consolidatio argumento prędictę *l. fin. C. de legat.* & hac ratio-
23 ne inoleuit vera opinio, quod antefatum secundum terminos consuetudinis ad filios, vt hæredes pertineat, prout id innuit *Pisanell. ad pri. consuet. de iure quar. fol.* 250. & iterum *vltima additione, quæ in eadem consuetudine est.* nec potest dici, quod hæc determinatio oriatur ex illis verbis: *Qui vsusfructus consolidatur cum proprietate muliere mortua, & ad omnes liberos mariti perueniat.* Quandoquidem si ista verba fuissent attendenda, vt noua dispositio induxissent, potius quod filij, vt filij sint habituri, eo quod consuetudo transijsset vlterius disponēdo de proprietate, & ad beneficium eorum, quos liberos non hæredes appellat, insuper illa verba mouissent dubium, quod vnus ex filijs non hæres possit portionem antefati consequi, & ea verba induxerunt hanc difficultatem innuit *Anton. de Alex. in t. addit. ad consuet. quartam autem;* & quod si hæc ver-
24 ba: *vt dispositio noua attenderentur filij, vt filij fuissent habituri demonstrat text. in l. generali, §. filios. de vsufr. legat.* volens, quod prouisio disponentis tollat in hoc casu prouisionem, quam lex faciebat sub nomine hęredis ad beneficium eiusdem. Sed quia consuetudo facit vnam dispositionem principalem, quod mulier filijs existentibus vsumfructum habeat, in verbo, *qui vsusfructus.* declarat id, quod lex facit, & ponit per verba præsentis temporis consolidationē scilicet, quam lex ex morte vsusfructuariæ facit.

Item ponit aliam illationem, quam ex solius vsusfructus lucro lex faciebat vt proprietas, quia à viro non abscedit ad omnes liberos viri transit, & quia hæc eadem verba non inducebant nouam dispositionem, sed illationem à dispositione præcedēti, dispositio præcedens, non auferens proprietatem à viro declarat, quod verbum *liberos*, ponitur pro hæredibus, quod eo magis infertur, quia nō vtitur verbo subiunctiui, quod propriè dispositionem legalem inducit, sed verbo perueniet, quo verbo, & non alio vti debebat compilator, si illationem, non nouam dispositionem ponere voluisset. Vndè liquet, lucrum ex more Magnatum esse conforme lucro ex consuetudine vtrumque ex statuto deberi vtrumque sub eisdem conditionibus fieri, & ideò aut iste casus dicetur decisus ex more Magnatum, eo quod de proprietate non est locutus, aut si non dicetur decisus recipiet eandē interpretationem, quam cōsuetudo Ciuitatis deferens, similiter vsumfructum tantum vxori recepit, aut si nec id sit casus hic omissus à more Magnatum, recipiet decisionem à consuetudine loci, iura in eo sunt vulgaria, quod illa dicitur ius cōmune loci, ad quod plura *DD. in l. omnes populi, & l. ius autem ciuile, ff. de iustit. & iure*, & id egit alias *Neapolitan. in consuet. dos, & quarta, sub verbo quarta.* sub his verbis; *Sed quid si inter Barones in Ciuitate Neap. petatur dotarium videtur idem l. si fundum. de euict. l. 1. de sum. Trinit.* Casū igitur ommissum à more Magnatum circa modum probandi constitutionem dotarij determinauit *Neapolitan. in consuet. dos, & quarta.* Insuper id quotidiè facit Sacrum Consilium, quod vxores, quæ more Magnatum contrahunt, repetunt dotes cum dilationibus, & earum accessionibus datis à consuetudine viro mortuo, non per *l. vnicam. de rei vxor. act.* cum is sit casus à more magnatum ommissum, insuper non ne exigeretur dos à viro insolidum, etiam si fuerit contractum more Magnatum, qui in hoc casu recepit interpretationem ex *consuetudine vbi dos*, &

ideò

ideò non faciunt ea, quæ ex *Dec.* sumuntur,
quod mos Magnatum, sit idem quod ius cō-
mune, quia consolebat, an aliqua pars dotis
lucro cederet id, vti à more Magnatum non
dispositum iuri communi erat remittendū,
vel eo quod consuetudo ius commune loci
dicitur, vel quia consuetudo nec in hoc di-
sponebat.

Sed rogo attendatur, non concordat mos
Magnatum, cum iure communi in eo præ-
sertim ex quo nascitur diuersitas determi-
nationis in hac quęstione mulier de iure cō-
26 muni ex matrimonio nihil lucratur, nisi pa-
ctum de lucrando adsit, *auth. dos. C. de donat.
ante nupt. C. de secund. nupt. in §. & si qui-
dem. sub verbo vtrum. sub auth. de non elig.*
Et proinde constitutionem donationis titu-
lum non lucratiuum, sed conseruatiuum esse
dixerunt, quod secus in nostro hoc dotario,
in quo sola constitutio ex l. dat lucrum, pro-
ut verba, & capituli, & moris Magnatum
demonstrant, tum pactum in lucris nuptia-
27 libus secundum ius cōmune facit proprie-
tariam mulierem etiam constante matri-
monio, ita tradit *text. in auth. siuè à me. cum
glos. sub verbo neque obligare. C. ad Velleia.
auth. donationem. C. de iure dotium;* & vnde
vtraque *auth.* sumitur, & communis Docto-
rum opinio sequitur. Ita vt dum lex Codicis
attenditur, quæ proprietatem coniugi tran-
seunti ad secunda vota abstulit semper vsa
28 est verbis, quæ demonstrant coniugem ha-
bere proprietatem, & vsumfructum, sed ab
ea lex aufert proprietatem, *auth. in donatio-
ne propter nuptias.* ibi, *deserit eam proprie-
tas.* & ideo dum postea liberi præmoriuntur
matri non venire, sed redire dicitur proprie-
tas, quia ipsius semel fuit, *auth. sed, & si
quis.* vbi pluries vtitur hoc verbo, *redit,* ite-
rum in *l. hac edictali. §. his illud.* ibi, *vt ad eā
luctuosum lucrum redeat. in §. si vero expe-
ctet, in auth. de nupt.* ibi, *eam priuat*, cum
priuatio habitum supponat, & iterum in
eod. §. ibi, *& generaliter dicendum est, quod
omnis eam deserit proprietatis modus.* Ita vt
hinc liqueat fœminam transeuntem ad se-
cunda vota iacturam proprietatis facere,
quam vsque ad illum diem habuit, fuit, & si-
militer domina pproprietatis coniux ad se-
cundas non transiens nuptias, *l. mater, C. ad
Tertull.* quæ in non transeunte dicit, quod
29 pleno iure acquirat in transunto succeden-
te filio dicit, proprietatem, & sororibus, &
fratribus trāsmissuram defuncti, & eam pro-
prietatis dominam faciunt, *l. generaliter. §.
illud. C. de secund. nupt. l. hac edictali. §. fin
vero, & l. si quis priores. §. illud. C. eod. tit.*
& id demonstrant omnia ea iura, quæ dicunt
matrem post mortem suam liberis hæc ac-
quisita seruare, quandoquidem si solum ma-
ter haberet vsumfructum, illum mater non
30 seruat, quia vsusfructus matris non est vsus-
fructus filij, *l. si patri. C. de vsufr. & l. si vsus-
fructus. ff. de vsufruct legato.*

Imo eo ipso, quod leges voluerunt matrē
filijs hęc seruare, vel prohibuerūt matri alie-
nationē, vel dixerunt bona hæc ad filios post
mortē matris venire, tacitè includunt matrē
31 esse proprietariā, id ita tradunt iura siquidē
vulgaria in *l. filios hæredes. ff. de vsufr. l. spe-
cies. ff. de auro, & argēto legato, l. proculus, ff.
de vsufr. l. fin. de vsufr. earū rerum, quæ nō
consumuntur. & l. donationes. §. 1. ff. de do-
nat.* & licet dicatur in *auth. vxore mortua*,
& vnde id sumitur in *auth. neque virum*, vsu-
fructuariam tantum esse mulierem, & si non
transeat ad secundas nuptias ex iure nouis-
simo, rogo attendatur, quod etsi posset dici
hæc iura, & si de vsufructu loquātur, quod
tamen in his legibus sunt verba, quæ supra
citata posita in dispositione hominis in-
ducerent proprietatis legatum, posset & iu-
stè dici, quod hæc iura de vsufructu causali
intelliguntur cum eo ipso, quod prohibetur
facultas alienandi vsufructuario dicitur non
vsufructum, sed proprietatem datam esse;
Ita vt hæc iura facultatem alienandi, quam
coniungi non transeundi dederat, *l. genera-
liter. §. illud. l. hac edictali. §. fin vero, & l. si
quis priores. §. illud per, auth. vxore mortua.*
Sint correcta, sed rogo attendatur vera re-
ra responsio, semper, quod verum sit saltem
constante matrimonio vxorem proprietatē
habere, quanto magis illa proprietas aufer-
tur matri ante obitū ipsius, eo magis opus
est quod ad filios, vt filios perueniat, quod
dum proprietas abscessit à viro, & transit in
vxorem eo tempore quo contrahit, tunc se-
quitur, quod filij etiam non possunt habere
vt hæredes patris, quoniam in hæreditate
patris non reperitur, sed in vita abscesserat,
vt hæredes matris eam habere non possunt
quod matre viuente ab ea recedit hæc pro-
prietas per transitum ad secunda vota, eo
quod viuens hæredem non habet, opus erat
propterea necessario id, quod filijs quære-
batur, quæri non iure hæreditario, sed filia-
32 tionis, & ex hac ratione attendatur, quod
hæc acquisitio filijs, vt filijs prius inducta in
transitu ad secunda vota, ex *auth. hæ res*,
quia præcedebat lex fœminæ, quę matri trā-
seunti ad secunda vota, vsumfructum tantū
formalem ex communi Modernorum opi-
nione sibi dimittebat, proprietatē auferens,
& quo viuentem coniugē, etiam si non tran-
seat ad secunda vota proprietas prius dese-
rit, eo

rit, eo magis filijs vt filijs, hoc lucrum defertur, iuxta terminos *l.hac edictali. §.fin. vero, & l. si quis priores, §. illud.* At hi termini in iure communi, quod differunt à terminis secundum morem Magnatum, faciunt quod id, quod filij erant habituri, vt filij de iure communi habeant vt hæredes de more Magnatum, & quod in contractu secundum morem Magnatum partes implicitè stipularunt morem Magnatum, & proinde dum agitur de lucrando, dicitur quod mulier lucretur id, quod defert mos Magnatum, ex hoc more vsusfructus tantum defertur exi-
33 stentibus liberis, si vir præmoriatur, ergo ante matrimonium dissolutum nil mulier est lucrata, dicit *Afflict. in constit. mulier quæ dotarium, num. 15.* & sic in hoc differt ius commune à more Magnatum matrimonio dissoluto, vsumfructum tantū mulier lucratur, & in hoc dicit etiam differre à iure communi tradit *Luc. de Penna in l.1. C. qui, & quod quarta pars, in 1. col. & Andr. in consuet. mulier quæ dotarium*, quia ex iure cōmuni esset nō transiens proprietaria, ex hoc iure liberis extantibus vsufructuaria. Et nimirum si ex hac differentia infertur diuersitas, quod in more Magnatum filius vt hæres patris proprietatem in eius hæreditate reli-
34 ctam habere potest, quam secundum terminos iuris communis, non ut vt filius, quæ ratio eo magis militat. Quod secundum terminos capituli æquè lucretur dotarium in Terra feudali, extent, vel non extent liberi, quia semper quo ad vsumfructum tantum. At in primo casu verum est dicere, quod muliere mortua dixit *Barthol. de Capua* re-
35 integrari feudum in pristinum statum, in *cap. mulier dotarium, vers. hoc capitulum*, ergo idem est dicendum in hoc secūdo casu, qui primo pacificatur. Imò maior difficultas erat in primo casu, quia mulier habens dotarium in Terra feudali aliquid vltra vsumfructum habere dicitur, cum tamen in secundo verum sit, vt vsumfructum tantum lucretur, ex quibus remanet finita, & secūda quæstio, quo vadat proprietas, & quando nec non, tertio, quod filij habituri hanc proprietatem sint, eam habituri vt hæredes.

Sed ex his rogo attendatur Iustinianæ stipulanti pro se, & hæredibus constituitur tertiaria à Didaco, & Troiano patre stipulantibus pro se, & hæredibus ducatorum trium mille, & tertij, lucrifacienda, prout lucrifaciunt aliæ mulieres viuentes iure Francorū, ex more Magnatum, & inter cætera pacta executiua, adest pactum de capiēdo propria authoritate, quod Iustiniana mortuo viro exercuit, quod cępit partē Monsellæ, & Trojæ vigore pacti, siue Iudice insolutum procul dubio vera erit opinio, vt non pecunia sit in
36 dotario hodie, sed ipsa res, quod cum Iustiniana exercuerit pactū de ingrediendo propria authoritate, & eo in solutum pro iusto pretio capiendo, de quo locutus est *Bart. in l.3. C. de pignor. in 3. col.* eum retulit *Negusant. in 4. par. princ. num. 11.* certè si creditrix erat in vsufructu huius tertiariæ. Ista bona loco vsusfructus cępisse dicitur, prout
37 lex loquens de bonis immobilibus in hac materia tradit in *l. hac edictali, §. his illud, C. de secund. nupt. & in §. aliud, in auth. de non elig. 2. nub.* Adeo quod eum datio in solutum sit vsusfructus rei feudalis, datus est in solutum vsusfructus ducatorum triū mille, & proinde res ipsa restituenda veniet, quia non potest dici factam emptionem, & pretiū cessisse in causam antefati, *arg. l. quoties, C. de iure dot. & l. singularia, si certum petatur*, quia pactum de vendendo non exercuit, sed de capiendo bona insolutum, imò non poterat tale pactum exerceri, quia non concurrebant requisita pro venditione, non aderat assensus, qui requiritur super venditione, quando adiudicatio nō fit, & tandem id dici non potest, quia dicitur elegisse Iustiniana omittendo cautionem, eam viam, in qua cautione opus non erat, quod est, si res in
38 antefato fit, quia si pecunia, iura supra allegata cogunt mulierem ad cautionem fideiussoriam, & in vim conditionis, *d. §. si illud*, ibi, *si idoneam fideiussionem præsuerit*; ita vt *glos. in verbo fideiussionem*, dixerit fine cautiones non fieri fructus suos, ratio prompta est, quia cautio in vsufructu rerum, quæ vsu consumuntur, est de substantia, seu de
39 forma vsusfructus, quod nō potest dari vsusfructus sine cautione, eo quod illa quasi vsūfructum constituit, *l.2. §. fin. ff. de vsu earum rerum, quæ vsu consum.* ibi, *sed remedio introducto cæpit quasi vsusfructus habere*, & in *§. constituitur, instit. de vsufr.* ibi, *per cautionem quasi vsumfructum constitui*, quia cautio loco proprietatis est, dixit ibidem *glos. super verbo cautionem.* Vnde sequitur, quod vt fructus suos faciat, oportet, quod supponat vsumfructum constitutum, quod eum in pecunia sine cautione constitui non possit, opus est, vt prius cautionem præstet, etiam
40 si non petatur, & ea est ratio differentiæ inter cautionem hanc, & eam, quæ de vtendo boni viri arbitrio pro immobilibus præstatur prædicta formaliter repeti posita post quam id consideraueram per *Angel. de Aret. in §. constituitur, nu. 5. instit. de vsufr.* & per *Marian. Socc. cons. 72. nu. 3. vol. 2.* vbi plures refert, vnde ex his verum erit dicere, quod

hæc

hæc vafallorum focularia in dotario fint, prout & in eodem cafu iam S. C. decreuit, in caufa maffariæ adiudicatæ pro antefato filiæ Baldaxaris Caraceioli. Si itaque hoc dotarium in re feudali confiftit, abfolutũ eft proprietatem feudi penès Iuftinianam non fuiffe, quia folum vfumfructum lucrabatur: proprietas ergo à viro non abfceflerat, fi id ita eft, & ad filios vt hæredes deuenire debet nõ filios vt filios, cum alioquin fequeretur abfurdum, quod natura feudi hæreditarij effet mutata in feudum ex pacto fimplex, quod ex hac ratione ftatutum eft, vt dum dotarium in Terra feudali confiftit, veniat ad filios vt hæredes, argumento eorum, quæ *Bartholom. de Capua in addit. ad Capycium*, dixit, quod reintegratur in priftinum ftatum, ita vt iure primeuo, & vt hæres habeat filius, & quia ratio eft, ne natura feudi mutetur, diftinctio nõ debet fieri an à principio, an ex poft facto, dotarium in Terra feudali conftiterit.

Nec ex pdictis obftabunt verba capituli, ibi, *fed fi vlterius*, quandoquidẽ pluribus modis refpondetur. Primo, q cum prius caufa fit terminanda ex more Magnatum, ad quẽ contrahentes fe retulerunt, is mos, quia cũ
41 præcedebat ius Francorum pofitum in capitulo habens duas partes. Primam in qua loquitur de eo, quod mulier fuperftes lucratur, q liberis exiftentibus in vfufructu tantũ exiftit. Secundo, de eo, quod in premium viduitatis non nubenti illud ius deferebat proprietatis fcilicet virilem: approbauit, & fecutus eft primam partem iuris Francorũ ftatuens de liberis fuperftitibus. Secundam vero partem ommifit, & proind fi ex more Magnatum, cafus ifte eft decidendus, non poterit fieri dubiũ, ex eo quod in more magnatum non eft fcriptum, nec dubitari contingit, an is mos Magnatum verus fit, fiquidem talis repertus eft inter notas Io. Bapti-
42 ftæ de Vallæ, talis adeft inter notas Antonini Caftaldi ipfi traditas à Gregorio Ruffo, talem inter notas Cæfaris Malphitani vidi, & per manus Tabellionum talem verfari, talisq; denique impreffus reperitur, qui fi apocrotus fuiffet, non fuiffet admiffa illius impreffio ab operis reuifore per Illuftr. D. Proregem deputato, & fi impreffioni confuetudinis dictę *alla noua manera*, S.C. detulit, vbi ea impreffio fcedis Notariorum contradicebat, quanto magis erit deferendũ impreffioni moris Magnatum concordiffimæ cum his, quæ apud Tabelliones reperiuntur quã partem fuiffe ommiffam, eo magis liquet, quod fi ea virilis portio deferretur ex more Magnatum, adeft in antefato differentia inter confuetudinem, & more Magnatum, ponitur differentia in ea certa differentiarum ad nos perueata ex traditionibus maiorum, in antefato circa dimidium, vel integrum dotarium inter vtramque confuetudinem in hac virili proprietatis, quod verum eft. Ex confuetudine non deberi, nulla ponitur differentia, quæ ponenda erat, fi mos Magnatũ fecundam partem capituli admififfet, prout etiam fuiffet pofita differentia, fi mos Magnatum détuliffet proprietatẽ dotarij filijs vt filijs, quam confuetudo filijs vt hæredibus deferebat, infuper talis virilis portio fi debita fuiffet, veniffet practicanda in vxoribus rebellium, quæ confecutum dotarium poft mortem ad Fifcum pertinens liberis fuperftitibus retinuiffet, procul dubio virilẽ proprietatis, eo quod permanferunt in viduitate, id Fifcus nunquam admifit, cum quo nõ confueuit à priuatis exerceri liberalitas, ergo verum erit dicere, id à more Magnatum non admiffum, à quo proinde nõ poterit nafci dubitatio.

Sed vlterius in terminis capituli, fi inde infertur mulierẽ lucrari proprietatẽ, & proinde non folum vfumfructum, prout de iure communi, aduertatur, quod fupra fundatum fuit de iure communi, & fecundum lecturã partis, mulierem effe proprietariam vfque quo matrimonium diffoluatur diffoluto matrimonio, lex proprietatem filijs defert, quã poftea pro virili redire ad matrem lex dicit, at fecundum terminos capituli, quę proprietaria nunquam eft, ad virilem vocatur de nouo, & lex illi hoc defert, & conditionaliter
43 fi vlterius non nupferit, quæ conditio facit, vt fufpendat acquifitionẽ mulieri vfque dum illa fit impleta vt infra, & interim non defaratur proprietas eodẽ tempore filijs, & matri, quia ftatim mortuo viro pprietas opus eft, quod refideat in hęreditate, faltem quia nec momẽto poteft effe fine fubiecto, vel ex lectura partifmet, ftatim ad filios vadit, ex quod pura acquifitio ftatim fit. At in vxore, quia fub conditione negatiua opus eft, quod prius illa impleatur, vel perfectè, prout in conditione affirmatiua, & id non erit nifi in
44 vltimo vitæ fpiritu, quo tempore certum eft ipfam nõ poffe vlterius nubere, prout ita determinauit *tex.* in hac nuptiarum conditione negatiua in *l. hoc genus, ff. de condit. & demonftr.* vel erit adimplenda per cautionẽ poft anni lapfum, iuxta remedium *auth. cui relictum, C. de indict. viduit. toll.* & vtrumq; fit non eodem, fed fatis diuerfo tempore proprietatis defertur virilis portio.

Quod fi adducantur hæc verba, vt demõftretur filios ex eo matrimonio fufceptos à viro admitti, non autem alios eiufdem viri filios

filios ex alio matrimonio id non erit verum,
45 quia casus capituli est, vt si mulier habens filios ex primo viro vitricum inducat,& ex eo susceptis filijs ipsum sepeliat, vsumfructũ dotarij ex secundis nuptijs lucratur,& si vlterius non nupserit, vocatur ad lucrum proprietatis cum filijs eiusdem matrimonij pro virili portione. Ita quod filij ex alio viro nõ participant ex hoc dotario, & hic est verus sensus, qm̃ verbum cũ filijs, erit illatio primæ partis, si supra dixerat mulierem vsumfructum solummodo lucrari, proprietas eo quod à viro non abscesserat, remanebat paterna,& si talis erit,liberi susceptí ex alio viro non participabũt de re ipsius vitrici, sed tantum filij ex eo viro suscepti, quod si alius sensus daretur, esset indoneere correctionem in eodem periodo,vt in prima parte,ne putauerit proprietatem paternam, dum vsumfructum tantũ abstulit,in secundo casu si exclusisset filios procreatos ab eodem viro ex alia vxore habuisset proprietatem non pro paterna.

Sed insuper posset commodè dici, q͂ verbum cum filijs, non tantum sit positũ,vt eos vocaret,sed vt distingueret lex virilẽ lucrandam per mulierem,quod vt hæc dictio virilis sit portio certa, opus est, vt dicantur illi respectu quorum sit virilis,quandoquidem si voluisset ponere illud verbum,vt eos ad hanc acquisitionem vocaret, non vocaret accessorie
46 foriè filios ad vxorem,quod demõstratur ex dict.cum argumento eorum,quę elegantissimè *Cynus in l.intelligere debes,C.de luitione pign.* sed potius ipsa vxor uocata fuisset accessoria ad filios, quia ut supra fuit demonstratum filij prius proprietatem habent, eo quod purè quam uxor, quæ sub conditione, & accessoriè uidetur uocasse uxorem ad filios lex communis cum in *auth.si tamen*, sit hoc uerbũ habebit, & ipsa proprietatis portionem, quæ copula,&,si æquè principaliter iungat, declaratur ex *auth.vt fratrum fil. §.quia vero.sbi,vt secundum proprietatis rationem vnius, & ipsa filij personam obtinere*
47 *videatur*,si itaq; hoc uerbũ cum filijs nõ est positũ, ut hi ad successionem uocentur, sed ut tantum distinguatur virilis, non sequitur cõsequẽtia respectu eorũ distinguitur virilis, ergò ipsi tantum succedunt, quia habemus, quod mulier uitrico non donat nisi quando uni ex filijs primi matrimonij, & nihilominus nõ illi soli succederet, sed filij ex primo, & secundo uiro, *l. quoniã prætersta leges,in princ. C. de secund. nupt.* ita ut in prædicto textu liqueat ad taxandam uirilem uitrici considerari filios ex primo uiro tantum,non tamen hi soli postea considerantur in successione.

Tandem non ommittã,quod Comes Montellæ ut deludat actionem hypotecariã Comitis Montis Calui in proprietate antefati opus est demonstrare, quod ne dũm habeat eam filius ut filius, quo tendunt supra allegata, sed quod eam habear à die, à quo reddatur anterior Comiti: Instrumenta dotalia bis filijs nõ prosũt,quia nemo pro filijs quæsiuit, nemo filijs promisit, Iustiniana siquidẽ pro se, & hæredibus, Didacus pro se, & hæredibus sunt stipulati, tamen locuti sunt de lucrifactione in beneficium Iustinianæ mulieris, & sic de usufructu tantum, & relationem habuerunt ad eam partem moris Magnatum, quæ lucrum mulieri non filijs defert, quandoquidem adsunt hæc uerba (lucrifaciendam prædictam tertiariam per Dominam Iustinianam,prout consueuerunt lucrifacere aliæ mulieres iure Francorum,& more magnatum uiuentes) & sic de lucro mulieris tantum contrahentes sunt locuti, sequitur hinc, quod instrumento dotali non utuntur hi filij pro anterioritate, si nitantur prouidentiæ legis, illa non refert se nisi ad tempus mortis,quo tempore hypoteca erat contracta.

Restat ex his, ut cum mos Magnatum idem sit cum iure Francorum in eo tantum, quod mulier ex dissolutione tantum matrimonij superuiuens lucratur,uerum sit,usumfructum tantum mulieri lucrari, proprietatem in bonis remanere uiri,& proindè non posse peruenire ad filios, nisi ut hæredes, & in hoc mos Magnatum erit conformis consuetudini Neapolitanæ, quæ ex identitate rationis,& eo quod ius commune loci est declarabit casum hunc, & si omissus esset,& eo magis hæc militant, quia dotarium hoc in feudo consistens, ut hæredes patris opus est habeant.

Cætera suppleant Domini Iudicantes, q͂ alias suppletum fuit in *quæstione Martini Gloßatoris in l.post dotem.soluto matrimonio*, quod cum dixisset dotem ad liberos, non ad patrem redire de consuetudine, dedit occasionem dubitandi an ad liberos ut liberos, uel ad liberos ut hęredes pertineret, & interpretatum fuit hunc casum omissum ad liberos ut hęredes pertinere,& dignentur considerare quam conueniat extraneos soluere æs alienum Troiani, Comes Montellæ hæres integrum statum possedit Montellã, Troiam, Balneolum, & Cassanum pro ducatis 20.mil.

Fabritius Brancatius.

OBSER-

OBSERVAT. V.

SVMMARIVM.

1 Neapolis Ciuitas tempore Romanorũ, & hodierno, quomodo diuisa.
Sedilia Neapolis quomodo alias vocabantur, ibidem.
Equites vnde dicantur, ibidem.
Platea qualibet Neapolis potest sibi legem condere, ac vsum viuendi, ibidem.
2 Vniuersitates Neap. aut Regni, vel Roma, non habent iurisdictionem hodie.
3 Reformatio vestium, & dotium alias ordinata fuit in Plateis Nidi, & Capuana.
4 Platea Neap. possunt se congregare absque licentia.
5 Vniuersitates Regni quando se congregare possunt absque licentia Baronum.
Vniuersitas conseruatur per vnum remanentem in ea, d.nu.5. in fine.
6 Donatiua facere non potest Ciuitas Neapolis sicuti nec alia Vniuersitates Regni absque assensu Proregis.
Salaria constituere non possunt Vniuersitates Regni absque assensu Proregis, ibidem.
7 Vniuersitates Regni etiam Neap. non possunt facere donatiua, nec dare res vniuersales.
8 Congregatio particularium ad scribendum Sua Maiestati contra conclusiones publicè factas, est prohibita.
9 Noua defensa possunt sibi facere Vniuersitates absque assensu Regis.
10 Monasterium Sanctorũ Stephani, & Brunonis de Bosco in Calabria vltra magnas facultates, & dominia, & vasallos habet.
11 Diui Brunonis corpus in Monasterio prædicto.
12 Cartusiana Religio præfulget magnis priuilegijs in Ecclesia Dei.
13 Author Aduocatus Religionis Cartusianæ in Tribunalibus Neap.
14 Defensa noua non possunt fieri à Monasterio in proprijs territorijs apertis, & campestribus.
15 Marcus Antonius Ruffinus Fisci Patronus in Regia Audientia Calabria vltra, & Iudex criminalis in M.C.V. integerrimus.
16 Scriptura extracta ab Archiuijs Monasterij sunt validissima.
17 Author coactus fuit scribere contra Regentem de Ponte, & Consiliarium Rouitum.
D. Consiliarius Rouitus in scribendo contra Monasterium Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore, recepit responsa ab Authore, ibid.
18 Spatula oppidum erat tempore Comitis Rogerij, & Diui Brunonis.
Ciues eius subministrauerunt necessaria alimenta Diuo Brunoni, ibid. et sunt immunes à functionibus fiscalibus, nu.46. in fine primi Priuilegij.
19 Philippus II. Rex fuit secundus Salomon.
20 Stili tenimentũ magnum, & quid vult dicere stilum, nu.48.
21 Regnum hoc à Normãdis liberatum è faucibus Saracenorum.
22 Acquisita iure belli, fiunt occupantis.
23 Rex possidet bona, & tanquam priuatus, & tanquam Fiscus.
24 Prohibere quis potest ingressum in suis territorijs, etiam secatis segetibus.
25 Principis assertioni standum, & quando.
26 Principi non credere, esset sacrilegium.
27 Priuilegium dicitur factum ex certa scientia; dum sit ad id, quod conceditur.
28 Regi credendum est in priuilegio.
Subscriptio Ministrorum in priuilegijs facit ea validiora, ibid.
29 Antiquitas temporis est centum annorum, & minus.
30 Priuilegij ostensio sufficit in possessorio.
31 Rex potest facere de feudalibus burgensatica, & è contra.
32 Non potest tollere priuatis ea, quæ sunt de iure gentium.
33 Bella de iure gentium orta.
34 Prata sunt Vniuersitatis quo ad dominiũ, sed quo ad vsum sunt particularium.
35 Rex ex causa potest tollere ius priuatorum.
Et dispensare contra ius gentium, ibidem.
36 Potest rem alienam militi donare.
37 Potest dare militi strenuo demanialia, & res priuatorum, si non habet aliud.
38 Potest in Regno demanialia alienare.
39 In suo demanio potest prohibere venationes.
Venatio est de iure gentium, ibid.
40 Rogerius de Loria Calaber Admiratus maris, magnas donationes habuit à Regibus, & Papa, etiam in praiudicium particularium.
41 Rogerius Comes orationibus Diui Brunonis liberatus à proditione, & infirmitatibus.
42 Rex totam terram acquisitam iure belli potest donare, & sic est in India.

43 *Et si magna dat, parua videri debent.*

44 *Forestia, seù defensa à nemine fiant.*

45 *Vasalli ne vitam inermem ducant in demanijs habent ius lignandi, & pascendi, non obstante clausula cum montaneis, nemoribus &c.*

46 *Territoria concessa cum finibus, & confinibus, censentur separata, & libera a primo territorio.*

Diuersa ratio aliud ius exigit, ibid.

Stylum quid significat, ibid.

Ciuitas dicitur, etiam qua Episcopum perdidit, ibidem.

47 *Priuilegia Comitis Rogerij in beneficium Monasterij Sancti Stephani de Nemore.*

48 *Arunchum hodie Mons Pauo, est liberum Monasterij prædicti.*

Fuit Patria Lucilij Poeta, nu. 53.

49 *Regi assistenti in priuilegio de exemptione alicuius est credendum.*

50 *Iurisdictiones probantur per tacitas, & expressas assertiones partium.*

51 *Incorporatio facit transire omnia iura rei incorporata.*

52 *Arunchum exemptum in diuersis temporibus.*

53 *Sententia antiqua est standum.*

54 *Depositio antiqua testis probat.*

55 *Fines antiqui, quomodo probantur.*

Testes circumcolentes, & rustici sunt idoniores ad probandum confines, ibid.

56 *Pragmatica edita Ibori defendit possessores.*

57 *Mutatio Ciuitatis, vel Populi, non facit, vt non sit idem.*

58 *Populus idem est, licet nemo ex antiquis viuat.*

59 *Iurisdictio est tanquam nebula super paludem.*

Iurisdictio remanet destructo Castro, ibid.

60 *Præscriptio in spolio nil operatur, & dormit, nu. 63.*

61 *Non valenti agere, non currit præscriptio.*

62 *Monasterium Sanctorum Stephani, & Brunonis fuit reintegratum Cartusia in anno 1513 in circa.*

63 *Imperio vacante, præscriptio dormit.*

Præscriptio dormit, vbi Ecclesia caret Prælato, vel pupillus tutore, ibid.

64 *Præscriptio non currit contra hæreditatem iacentem.*

65 *Tempus nō potest connumerari spoliato, vel Ecclesiæ carenti Prælato, aut pupillo carenti tutore.*

66 *Præscriptio per murmurationem interrumpitur.*

Murmuratio interrumpit præscriptionem.

67 *Episcopus nunquam præscribit, qua contra ius commune vsurpauit.*

68 *Præscriptio ex solo cursu temporis est hodie recta in Tribunalibus secularibus.*

Nec in Regno Sicilia admittitur, ibid.

69 *Peccatum est grauius, quanto diutius alienum detinetur.*

70 *Præscriptio de iure canonico non procedit sine bona fide.*

71 *Procedit in duobus casibus tantum.*

72 *Error iuris non sufficit in præscribendo.*

73 *Possessio immemorabilis nō sufficit ad præscribendum iura, quibus ius resistit.*

74 *Bona fides non præsumitur ex antiquitate temporis in præscribendo iura incorporalia.*

75 *Titulus putatiuus ad præscribendum non sufficit.*

76 *Diœcesis diuisa fuerunt per Papam Dionysium.*

77 *Episcopi fuerunt constituti, vbi prius erant primi flamines.*

Archiepiscopi fuerunt positi, vbi erant Archiflamines, ibid.

78 *Parochia prius erant distincta.*

Diœceses apud Romanos erant gubernationes populorum minorum, ibid.

79 *Exemptus locus, æquiparatur loco posito extra Diœcesim.*

80 *Exempta loca sunt immediatè subiecta Papæ, & quodammodo faciunt aliam Diœcesim.*

81 *Exempti recipiunt consecrationem Ecclesiæ, & Altaris, à Delegato Papæ, & non ab Ordinario.*

82 *Inuiti non possunt visitari.*

83 *Præscriptio allegari non potest in occupatis.*

84 *Mala fides testatoris transfunditur in singulares successores.*

85 *Præscriptio interrumpitur de iure canonico, si mala fides superuenit.*

86 *Mala fides finit in primo possessore, & in secundo incipit bona fides secundum Dynum, sed reprobatur.*

87 *Bona fides Prælati, qui inuenit Ecclesiam possidere, an sufficiat ad præscribendū.*

88 *Præscriptio rei alienæ non currit etiam spatio centum annorum.*

89 *Confines Diœcesis, vel Parochiæ, sunt imprescriptibiles.*

90 *Vsurpator nullo tempore præscribit.*

Præscriptio, quæ se fundat in solo cursu tēporis, hodie est correcta, ibid.

91 *Confines præsumuntur, prout ad præsens sunt.*

92 *Fines feudorum præsumuntur imprescriptibiles, sicuti illi Diœcesium.*

93 *Præscriptio 40. annorum quando procedit.*

94 Ec-

94 *Eccleſia eſt cultrix iuſtitiæ.*

95 *Cartuſiana Religio in maxima veneratione habetur in Eccleſia Dei.*

Cartuſiani ordinis primus eſt locus inter alios, & eius principium, ibid.

96 *Vniuerſitates conſentire non poſſunt, ſicuti pupilli.*

97 *Vniuerſitas fit ex maiori parte hominum.*

Deſcriptio nominum an requiratur in Congregatione Vniuerſitatis, vel credatur Notario, ibid.

98 *Vniuerſitatũ vtilitates ſemper attendendæ.*

Decreta per Vniuerſitatem facta mutari poſſunt, ibid.

99 *Vniuerſitas nõ eſt periura ad finem agendi.*

100 *Abſolutio à iuramento non requiritur in Vniuerſitate, quia non habet animam.*

101 *Maranta magnus Doctor, quem Hiſpani inſequuntur.*

102 *Reſtitutio in integrum Vniuerſitati periuræ non conceditur.*

103 *Iuramenti finis, & quando iuramentum obligat.*

OBSERVATIO V.

De Plateis, ſeù quarterijs Ciuitatis Neap. & eorum vnione: ac de alijs Vniuerſitatibus Regni, & de cõcluſionibus, ac donationibus ipſarũ, & aliqua circa nouas defenſas faciẽdas.



1 RO ſupradictę Obſeruationis intelligẽtia, eſt animaduertendum, quod etſi hæc florentiſſima Ciuitas Neapolis tempore Romanorũ in ordinẽ, & Populum diuidebatur, vt teſtatur inſcriptio in magno lapide erecto in Sedili Montaneæ, in fine, ibi, *ordo, & Populus*. deinde vero tempore Caroli Primi, & aliorum Regum alię diſtinctiones fuerunt inſtitutæ, & ideo in quinque ſedilibus (à ſedendo dictis) cum quaterio Populi conſtituta eſt, adeo quod in ſex quarterijs conſiſtit, vt diximus etiam ſupra in *verſ. 3. obſeruat. 3. num. 14. & in verſ. 2. obſeru. 4. num. 15.* nam quinque ſunt quarteria Nobilium, (in quibus certæ familiæ ſunt aſcriptæ: & ſucceſſiuè perſonæ ex eis deſcendentes: quoniam & ſi aliqui ex vna familia gaudent, & alij non, poteſt eſſe, *Soccin. conſ. 246. lib. 2. num. 3.* quia quod ſeperabile eſt, probatiuè non infertur, *l. multis. 17. C. de liber. cauſa.*) quæ à *Petrarcha* Vici Nidi, & Capuanæ in ſuo itinerario appellantur. & Theatra etiam dici poſſunt, vel Placeę quaſi vię latiores Ciuitatis in loco deſtinato ad congregandum Nobiles illarũ, ſeù Equites, vt Neapoli dicitur. licet Romæ in 3. Tribus fuit facta prius diuiſio, & inde in 35. vt per *Scrib. in l. 2. de origin. iur.* in quibus Senatores, Equites, & Plebei erant diuiſi, & à Senatoribus Patritij, & à Plebe Equites, qui erant ordo medius poſt Senatores: Equites autem dicebãtur, ex quo publicis merebant Equis. diſtinguebãtur enim à plebe, quia aureis anulis inſigniti erãt, vt poſt *Zaſium*, *Cagnolum*, & alios notat *Frecc. de ſubfeud lib. 3. fol. 464.* Sextum vero quarterium eſt Placeę Popularis; quodlibetq; quarterium Ciuitas vna dicitur; quæ de per ſe ſibi legem condere, & conſuetudinem introducere poteſt, *l. 2. §. denique cum eſſet*, vbi *Bald.* expreſsè notat, *ff. de orig. iur. Florian. in l. teſtatrix, §. ſi plures. ff. de legib. & Bolognett.* in ſpecie de ſedilibus Neap. in *l. omnes populi. nu. 55. ff. de iuſtit. & iure*, *Marcus Solon. de pace Hiſpan. in l. Tauri. 3. nu. 590. & 607.* & meritò Plateæ Capuanæ, & Nidi, leges viuendi ſibi condiderunt: dicunturq; *vſus Capuanæ, & Nidi*, & vulgari, ac vſitato ſermone, (*alla noua manera*) ergò ſi quælibet Platea vſum, & conſuetudinem ſibi condere poteſt, maximè in temporalibus, & negotijs proprijs, vt poſt *Bal. in rub. de conſuet. col. 4. & in cap. cũ omnes. de conſtit. nu. 23. in verſ. item dictum, & Io. Plateam in l. 1. C. de vſur. fiſcal. lib. 10.* per *l. fin. §. item Epiſcopi. ff. de muner. & honor. & Afflict. in quæſt. 3. proœm. conſtit. Regni*, notat *Auend. de exeq. mandat. Reg. par. 1. cap. 19. num. 3. in fin. fol. 125.* quoniam in quolibet Oppido conſuetudo eſſe debet, *l. 1. C. de ædific. priuat.* Quãto fortius poſſunt hoc facere, & omnes iſtæ ſex Plateæ vnitæ: quod percipe cum aſſenſu tamen Regis, quando legem vniuerſalem inducere volunt: quoniã

2 Vniuerſitates Regni noſtri, ſicuti & Vniuerſitates Romani ſtatus, iuriſdictionem non habent, quia eam in Principem tranſtulere, *Andr. in proœmio conſtit. Regni. circa princ. Vinc. de Franch. in dec. 43.* vbi quod creatio Magiſtri Iuſtati ſpectat ad Barones, & non ad Vniuerſitates, niſi eſſent Demaniales. & meritò, quando legem condere volunt, Regis aſſenſus eis opus eſt, ſecundum Italos, & Vltramontanos, vt notat *Auendan. de exeq. mandat. Regum, par. 1. cap. 19. nu. 3. verſ. aſſunt, fol. 125.* ſubdens, apud Hiſpanos ſeruari, poſſe ſtatuta rationabilia condi ſine regia confirmatione, illaq; valere, donec per Regẽ non infirmarentur; In noſtris tamen Regionibus confirmationẽ requiri receptũ eſt, & ita obſeruatum fuit in *conſuet. Neapol.* condendis, nam à Carolo Secundo fuerunt confirmatæ, imo in Archiuio regalis Curiæ trã-

ſcriptæ, vt ibi perpetuò conſeruentur, vt ha-
bes *in fine earum proœmij*, & ita neceſſum
erat fieri in hac conſuetudine inducenda, ex
quæ cum *Regia Pragmatica* iſta fuit decla-
rata, & confirmata, alias non valeret; quia
Princeps etiam poteſt renocare conceſſio-
nem, quam Populis de concedis ſtatutis de-
derat, exceptis tribus caſibus *Afflict. in dec.*
392. num 17. legimus etiam de anno 1521.
Sedilia huius Ciuitatis diuerſos ordines ſibi
conſtituiſſe, vt fuit etiam alias ſtatutum in
anno 1298. ſub die 16. Ianuarij quando No-
biles Plateæ Capuanę ſtabilimentum fecere,
quomodo ſe veſtire deberẽt, vt ex inſtrumẽ-
to producto in proceſſu vertente in S. C. in-
ter Vincentium, & fratres de Galluccio, cum
Sedile Nidi, in Banca de Amarruda; & inde
in anno 1521. ijdem Nobiles à Rege refor-
mationem dotium petiere, vt eſt videre in
protocollo Notarij Caſaris Malphitani, fol.
19. *atir.* in quo etiam apparet, Plateam
Capuanæ cõſtituiſſe Procuratores, & Depu-
tatos, Philippum Galaranum, & Gentilem
de Tolfa ad ſupplicandum Proregi pro refor-
matione prædicta. Vtique dotium exceſſus
non eſt nouus, ſed valde antiquus, exclamat
enim *Martialis in lib.* 2. *Epiſ.* 65. *illa, illa di-
ues mortua eſt Secundilla, centena decies, quæ
tibi dedit dotis. Senec. vero in lib.* 1. *natur. qq.
c.* 16. *&* 17. de exceſſiuis dotibus, & mulierũ
ornatu exclamat, ibi, *poſtea rerum iam po-
tiente luxuria, ſpecula totis paria corporibus
auro, argentoq; celata ſunt, denique gemmis
adornata*; & inde ſequitur: *adeoq; omnia
indiſcreta ſunt peruſtiſſimis artibus, ut quic-
quid mundus muliebris vocabatur, ſarcina
viriles ſint: minus dico etiam militares.*


4 Omnia iſta quatteria vnita inſimul, vel di-
uiſim, poſſunt ſe congregare abſque præſen-
tia, vel licẽtia Officialis Regis, pro negotijs
vniuerſalibus ipſos ciues tangentibus, *V inc.
de Franch in deciſ.* 446. quod ſecus eſt in
5 alijs Vniuerſitatibus Regni, quæ ſine præſen-
tia Officialium non poſſunt ſe congregare,
vt ibidem, niſi quando ageretur de negotijs
tangentibus contra Barones, vel contra
eorum Officiales, quia tunc cum licentia
Superioris abſque præſentia Officialis con-
gregare ſe poſſẽt, petita tamen venia, ſed li-
centia prædicta ſolet impartiri pro duabus,
vel tribus vicibus, ne fiat perpetua, vt in
d. deciſ. 446. Nota tamen, quod ſi pro aliqua
ex dictis Plateis, vnus tantum interueniret,
repreſẽtaret totam eius Plateam, quia Vni-
uerſitas poteſt cõſiſtere etiam in vno rema-
nente, *l. ſi grege legato.* 22. & ibi *Bart. de leg.*
1. vbi *gloſ. in verb. deſijſſet, & l. ſicut.* 7. *§. fin.
cum gloſ. ff quod cuiuſque Vniuerſitatis nom.*
& ideo vnus Conſiliarius de vna Aula, & duo
de alia, faciunt duas Aulas, quia tres faciunt
collegium, *l. Neratius. ff. de verb. ſignif. & l.
mortuo. ff. de fideiuſſ. in fine.*

Eſt tamen verum, quod Plateę iſtæ, ſicuti
& aliæ Vniuerſitates Regni non poſſunt ſe
congregare pro faciendis donatiuis, vel pro
conſtituẽdo ſalario Procuratori Neapoli, vel
6 alibi degenti, vel cuilibet perſonæ, etiam ex
cauſa pia, vel locis pijs, abſque licentia in
ſcriptis obtenta à D. Prorege, vt ex *prag.* 27.
Iunij 1584. *quæ eſt* 9. *ſub tit. de adminiſtra-
tione Vniuerſitatum, confirmata* 24. *Nouẽ-
bris* 1629. vt ſupra diximus in *verſ.* 3 *obſeru.
3. num.* 21. *in fine, vbi videas*, & ſic etiam nec
7 poſſunt donare res vniuerſales, *Loffred. in
conſ.* 4. *num.* 9. & nouiſſimè *D. Tapia in S. C.
deciſ.* 30. *in fine*. Quinimo nec particulares
8 ſe congregare poſſunt ad ſcribendum Suæ
Maieſtati contra concluſiones factas in iſtis
Plateis, non obſtante quod miſſi à priuatis
Nobilibus non dicantur Legati, ſed Nuncij,
gloſ. in rub. C. de legatio. lib. 10. Sed eſt bene
verum, quod quilibet particularis de per ſe
ſolus Suæ Maieſtati ſcribere poterit, vt ex
Pragmatica D. Cardinalis Zapata 15. *Septẽ-
bris* 1622. multa alia de concluſionibus Pla-
tearum, & de nullitate ipſarum concluſionũ,
ponit idem *D. Tapia in d. dec.* 30. vbi videas.

9 Quo vero ad Vniuerſitates ſe congregan-
tes pro faciendis nouis defenſis, dicitur illis
hoc non eſſe prohibitum, ſi ſingulorum ius
habentium conſenſus interuenerit, *D. Ro-
uitus in prag.* 1. *num.* 29. *de ſalario eorum, qui
mittuntur pro ſeruitio Curiæ*. quo loci ſcri-
10 pſit pro Vniuerſitate Styli, contra Venera-
bile, & celebre Monaſterium Sanctorum Ste-
phani, & Brunonis de Nemore, ſitum in Pro-
uincia Calabriæ vltra, inter Arenam, & Sty-
lum cum magnis facultatibus, & dominijs
vaſallorum in ſex Caſtris, quę vocantur Spa-
tula, Serra, Biuungi, Montaurum, Gaſpari-
na, & Mons Pauo, olim Arunchum, in qui-
bus degunt fortaſſe 15. mil. animæ vaſallo-
rum, & Monaſterium habet iuriſdictionem
ſpiritualem, & temporalem cum mero, &
mixto imperio, & omnimoda poteſtate, &
cum iuribus Epiſcopalibus (Abbates enim
Epiſcopalia inſignia habentes ad Conciliũ
Prouinciale debent admitti, quia Epiſcopis
ęquiperantur, *Caſar à Coſta variar. ambig.
lib.* 3. *cap.* 6. *in fine*.) conſeruaturq; in Mona-
11 ſterio prædicto corpus Sãcti Brunonis, Fun-
datoris ſanctiſſimæ Religionis Cartuſianæ,
quæ fuit, & eſt in magna veneratione in Ec-
12 cleſia Dei, vt alias diximus. Ipſa enim præ
cæteris fulget ampliori priuilegio, vt habe-
tur in *extrauag. Martini IV. vitam ambi-
tioſa*,

tioſa, de regularibus.

Et quoniam prædictus *D. Rouitus in loco citato*, affirmat, de nullo iure prædicti Monaſterij ex nunc pro tunc in eadem cauſa, etiam in Petitorio, annuens ſuccumbere debere, prout ſuccubuit in Poſſeſſorio lite pendente: cogor Ego, qui & eiuſdem Cartuſię, & aliarum Cartuſiarum Regni, fui, & ſum longo tempore Aduocatus iura Monaſterij defendere, & patefacere in futurum per infraſcripta. ex quibus liquere credo in Petitorio determinando, omnino Monaſterium obtinere debere: eiuſque Iura eſſe in tuto, quandocumque voluerit litem proſequi pro tuitione acquiſitorum per eundem Diuum Brunonem eius Fundatorem, & Patriarchã; licet eius Reuerendi Patres (in quantum poſſunt) lites aufugere intendunt.



IESVS MARIA AC DIVI STEPHANVS, ET BRVNO.



ALLEGATIO XVIII.

Monaſterium poſſidens bona à Rege donata cum pertinentijs, et iuribus, num illa claudere valeat non obſtante prohibitione de non faciendis nouis defenſis.

VNiuerſitas Terrę Styli intentauit remedia Capitulorũ Regni aduerſus Venerab. Monaſterium SS. Stephani, & Brunonis de Nemore circa diuerſa capita, & ſignanter, ne ei liceat nouas defenſas facere in Territorijs poſſeſſis per Monaſteriũ intus circumferentias tenimenti eiuſdem Terræ: & lite prædicta pendente, (dum Monaſterium non produxerat Priuilegia in forma valida, prout Vniuerſitas ſemper oppoſuit, vocando carthulas quaſdam copias Priuilegiorũ, vt in effectu erant) per decretum S. C. prouiſum fuit: *Non liceat*
14 *Reuerendis Patribus Monaſterij facere nouas defenſas, etiã in proprijs Territorijs apertis tamen, & Campeſtribus, ſitis in Territorio Terra Styli, & procedatur ad ea, quæ incumbunt. 12. Februarij 1597. fol. 466. ater.* quod decretum fuit in reclamatione confirmatum per S. C. fol. 507. in Banca de Longo.
15 Poſt decreta prædicta præcedente ordine S. C. Monaſterium exemplare fecit Priuilegia ex ſuo Archiuio per D. Marcum Antoniũ Ruffinum tũc Fiſci Patronum in Regia Audientia Calabrię vltra, & nunc ex particulari cedula Suæ Maieſtatis perpetuum Iudicẽ M. C. V. in criminalibus, Virum vtique inte-
16 gerrimum; Ad præſens ergo de eorum validitate amplius nõ eſt dubitandum, quoniam plenam fidem faciunt *gloſ. in l. fin. §. fin. C. de diuerſis prædijs &c. lib. 11. Aurnd. de exeq. mand. Regum, par. 1. cap. 21. fol. 141. & Frec. de ſubfeud. lib. 1. in tit. de offic. Magni Admirati, nu. 28.* ſubdens, quod pro lege obſeruari debent, & vide infra *verſ. 13. obſer. 1. num. 96.* & nouiſſimè ita probat *D. Epiſc. Riccius in tract. de probat. iuriſpat. in reſol. 19. & cap. cum cauſam, cum gloſ. de probat.* Agere ergo poterit Monaſterium ſuper declaratione, vt in decreto prædicto non cõprehendantur Territoria ei donata à magno Comite Rogerio, & ab alijs Sereniſſimis Regibus Regni, cum expreſſa prohibitione, vt infra.

Cumque pro Vniuerſitate Styli ſcripſerit *D. Rouitus* eo tempore Vniuerſitatis Aduocatus *in prag. 1. nu. 19. & ſeq. de ſalario corũ, qui mittuntur pro ſeruitio Curiæ.* & ibi ſcribendo ait, illa notare, ex nunc, pro tunc, vt in
17 futurum cognoſcat Monaſterium nullum ius fouere etiã in petitorio: cogor Ego, qui Monaſterij partes tuor, (poſtquã cecidit in ſortem aduerſus per tantum Virum notata ſcribere, ſicuti etiam euenit Conſilium edere contra doctiſſimum *Regentem de Ponte in conſ. 144. vol. 2. vt in Conſilio de Elemoſyna, quod inſeretur infra verſ. 11. obſeru. 2.*) ſalua eius pace, vti Patris ſemper à me venerati, & venerandi, oſtendere Monaſterium optimum ius fouere, omniq; tempore pro eo fore iudicandũ, tam in poſſeſſorio, quã in petitorio, quo ad bona ei donata p Reges vt infra. Licet in hoc pceſſu impropriè dicatur de poſſeſſorio, vel petitorio, qñ agitur de re-

medijs *Capit. Regni*, in quibus nullum indi-
cium, nulla lis, aut ordo iudiciarius dici,
aut considerari potest, sed sola quædam ex-
traordinaria informatio per facti notorium
ad instructionem Iudicis, vt fundatum est in-
fra in *vers. 13. obseru. 1. nu. 69.*

Verum est enim in facto, Territoria præ-
dicta fuisse concessa in anno 1093. à magno
Comite Rogerio Normando, huius Regni
Domino, & acquisitore Iure belli, (vt supra
vidimus *vers. 2. q. 1.*) Beato Brunoni tunc tem-
poris viuo, & eius successoribus in perpetuũ
in Monasterio prædicto, quo ad vtile, & dire-
ctum dominium, & non in feudum, vel vt pos-
sideat, sicut Baro, (quia & si Ecclesia subeast
Domino temporali, à quo tenet, attamen re-
leuium non præstat, quia dominium semper
est apud eam, *Andr. in cap. 1. § & similiter,
nu. 18. in fin. de Capit. Corradi*, vbi mentionẽ
facit de Monasterio Sãcti Stephani, & alias in
cap. 1. nu. 7. per quos fiat inuestit. declarat re-
leuium fuisse introductũ in hærede. Sed suc-
cessores in Monasterio non sunt hæredes, er-
go releuiũ nõ soluunt.) Nos autem sumus in
burgẽsaticis datis cũ infrascriptis clausolis,
& verbis in prima concessione de Territorio
per ligam circa Heremum inter Arenam, &
Stylum. *Vt nullus aliquando cuiuscumque
dignitatis sit, vel potestatis, noster, aut exte-
rus, in toto prædicto spatio quicquam magnũ,
vel paruum sibi vendicare, nec nos ipsi. nul-
lus aliqua vnquã occasione, vel causa Fratri-
bus ibi Deo seruientibus iniuriam, aut mole-
stiam irroget, vel vllam inquietitudinem fa-
ciat. & illi neque homines eorum aliquã an-
gariam, vel seruitutem omnino faciant. nulli
nec nobis ipsis aliquam ibi culturam facere,
nullũ animal pascere, ligna incidere, venari,
vel piscari, aut quicquam omnino, sine Fra-
trum licentia liceat, sed in eorũ potestate sint
quæcumque infra prædictum tenimenti spa-
tium, iuxta voluntatem eorum possidere, di-
sponere, ordinare, & erogare tanquã Dei pos-
18 sessionẽ, & suã immunẽ, atq; liberã, fol. 632.*

In alio secundo Priuilegio de anno 1094.
in quo ipsi Monasterio conceditur, & vnitur
aliud Monasteriũ S. Mariæ de Arsaphia Cap-
pellæ Regiæ, cum Territorijs, per hęc verba.

*Eximẽdo eandem Ecclesiam cum Mona-
sterio de Arsaphia ab hodie in antea in perpe-
tuum de omni temporali seruitio, & Turri,
ad qua tinebatur Oppido meo de Stylo, & cũ
duobus Casalibus liberis, & exemptis ab om-
ni communitate Casalium meorum de dicto
Oppido Styli, fol. 635.*

Et paulo inferius.

*Cum molendinis, nemoribus, pascuis, &
omnibus iuribus, quæ Ego, & Curia mea ha-
bere hactenus consueuit, ita vt nemo aliquid,
nisi dicta Ecclesia Heremi habeat, sicuti ex
nunc ibi nemo aliquid iuris habuit, nisi Ego,
fol. 636. in fine.*

Et indè.

*Concedo etiam, vt in supradictis locis nul-
lus suo, vel meo nomine, aut hæredum, & suc-
cessorum meorum præsumat ius habere, nec
Ego, sed omnia conseruentur eidem Ecclesia
insolida, & intacta, fol. 636. ater.*

Priuilegia hæc ab omnibus subsequẽtibus
Regibus vsque ad sapientissimum Regẽ Phi-
19 lippum II. confirmata, & renouata fuere, se-
cundum regulam *glos. in l. final. C. de diuers.
prædijs, lib. 11.*

Ergò ex eorum lectura tantum Monaste-
rij iustitia micat, sed ad eam magis dilucidã-
dam: q̃so ne pigeat infrascripta perpendere.

Aduertatur primo, quod Terræ Styli teni-
20 mentum est milliariorum centum, & plus &
fortasse latius, & amplius omni alio eiusdem
Prouinciæ Calabriæ vltra, & Territoria præ-
dicta Monasterio concessa, sunt parua, & an-
gusta, vt in Planta videmus: & ideò motiuũ
illud ne vasalli inermem vitam ducant, ces-
sat, & euanescit penitus in casu nostro, & in
hoc non est opus aliam dare dotem: dum
ocularis inspectio clarificat illam.

Secundo est etiam animaduertendũ, quod
21 occupato hoc Regno à Saracenis, Comes
Rogerius prædictus eiusq; antecessores Nor
mandi ad hoc Regnum peruenti, (fugatis Sa-
racenis) Regnum ex eorum faucibus acqui-
siuere Iure belli, vt ex Historijs notescit, &
supra notauimus in *vers. 2. obser. 1. nu. 30.* &
præcipuè idem Comes Regnũ hoc sub Græ-
co Imperatore Schismatico vastatum valdè
liberauit, & meritò dum Iure belli acquisie-
rit, ex dispositione *l. ex hoc iure, ff. de iust. et
22 iur.* occupantis effecta sunt omnia, *l. trans-
fugam. 51. ff. de acquir. rer. dom.* & ideo om-
nia, quæ erãt in Territorio Styli, imo in toto
Regno, in plenum dominiũ eiusdem Rogerij
deuenere, & de eis liberè disponere potuit,
prout simile contingit in Regno Granatæ, &
hodie apud Indos, *Auend. de exeq. mandat.
Reg. par. 1. cap. 12. nu. 20. & seq. fol. 96.*

His præmissis videndum erit.

Primo, an hæ Territoria Monasterio à
Comite Rogerio donata, & à Rege Guliel-
mo, & ab Imperatore Frederico, & à cęteris
Regibus confirmata, erant nec ne de dema-
nialibus Terrę Styli, & an Reges prędicti illa
possidebant vti Priuati, vel vti Fiscus, & si tã-
quam Fiscus num ea dare poterant?

Secundo (dato, & non concesso) q̃ erãt de
demanijs Vniuersitatis Styli, & ciues in eis
naturale vsũ habebãt: Num Rex potuerit ea

Beato

Beato Brunoni, & Monaſterio donare, eiuſque tale naturali vſu priuare, qui de iure naturali ciuibus competebat, ſicuti expreſsè priuauit, vt in dictis Priuilegijs, & conceſſionibus eſt videre?

Et ad primi articuli reſolutionem, dico, quod Rex poſſidet bona, & tanquam Priua-
23 tus, & tanquam Fiſcus, vt tenuerunt
Capyc.in inueſt.feudal.fol.277.col.1.circa finem & ante eum Alex.in conſ.6.col.1.vol.1.
Cynus in l.procurator. C. de edendo, & in l. 2. §.hoc interdictum. ff.ne quid in loco publico, & in l.1.ff.de offic.Procur.Caſaris.
Io.Franc. de Ponte in conſ.38.nu.23.vol.1. vbi quod idem eſt in Papa, & in Imperatore.

Sique tanquam Priuatus poſſidebat Territoria donata, vtique ad libitum alienare poterat tam inter viuos, quam in teſtamento, l. apud Iulianum. §. fin. cum concord. ff. de leg.1. ſicuti eſt Baro, qui poſſidet res burgenſaticas in ſuo feudo, Camer. in l. Imperialem, fol 30.lit.E.

Sed in dictis Priuilegijs Rex affirmat, quod in Territorijs prædictis nemo ius habebat, niſi ipſe, & iam notum eſt Regem habere loca priuata, à quorum paſtibus aliena animalia arceantur ſub pœna amiſſionis, l. 1. C. de paſc. publicis, & priuatis, lib.11. & l.1. C.de fundis, & ſaltibus rei dominica, lib.11. eaq; dare poſſe abſque ſollemnitatibus, fundat Maleb.Palaaz in tract.maior.limit.6.par.4. quaeſt.1.nu.5. ergo burgenſatica, & priuata erant, eo fortius, quia quælibet res præſumitur libera, l. altius. C. de ſeruit. & aqua, & maximè dum eſt, penès Regem, Camer. in l.Imperialem.fol.37. Sique demanialia prætendantur, præter vſum ciuium in demanijs Domini habēt vtile, & directum dominium, quia sūt pro victu, & viuere ipſorum, vel pro eorum animalibus, & maſſarijs, & amplius Curia exigit fidam, & diffidam, Pariſ. de reintegr. feud. fol. 2. & 3. col. 2. & 3. & tunc Vniuerſitas poſſet aliquid prætendere: ſed in dictis Priuilegijs dicitur, ꝙ in eis nemo ius habebat, niſi ipſe Rex, ergo demania fuiſſe non poteſt prætendi, quod fortius liquet ex alio Priuilegio, in quo affirmat vnum ex dictis Territorijs eſſe Monaſterij Sanctæ Mariæ de Arſaphia eius Cappellæ Regiæ, ergo ante conceſſionem Monaſterio iſti factam, ciues Styli non habebant, nec habere poterant in iſto Territorio priuato naturalem vſum, aut commoditatem paſcendi, dum erant bona particularia Regis, & Eccleſiæ Arſaphiæ. Quilibet enim poteſt alios prohi-
24 bere, ne paſcua ſumant in eius Territorio,
l. diuus, ff. de ſeruit.ruſt.præd. & extende etiam ſecatis ſegetibus, vt poſt alios comprobat Couarru. per ſeptem columnas in cap.37. pract.qq. num.2. & ſeq. reprobando opiniones tenentium contrarium ex authoritate Io.Fab. Inſtit. de lege Fuſia Caninia. nu.3. & Frecc.de ſubfeud. lib.2. q. 46. vbi in num.1. ius paſcendi (poſt Andr. ibi allegatum) inter regalia connumerat.

25 Dumue Princeps in dicto priuilegio ita
aſſerit, eius aſſertio plenè probat, clemen. ſi ſummus Pontifex, de ſenten.excom. vbi gloſ. & Zabarell. in 6. oppoſit. & Imol. num.9. & nouiſſimè D. Balboa in Monarchia Regum, quaeſt. 2.part.10. nu.11.fol.289. Principiſq; dicto adeò ſtandum eſt, quando tangit factū proprium, vt non admittat probationem in contrarium, ſin verò alienum factum tangeret, tunc non probat, niſi ſuper ipſa narratione intentio Principis fundaretur; Sed eſt bene verum, quod ipſi narrationi interim ſtandū erit, donec contrarium probaretur, vt not. Io.Andr. in gloſ. magna, in clem.1. de probat. & Lucas de Penna in l.3. C.de mancip. & colonis patrim.lib.11.verſ.contra hanc
26 ſententiam, quia non credere Principi, ſacri-
legium eſſet, Andr in c.1. qui ſucceſſ. tenean. in cap.1.quo tempore miles, & in cap. 1. §.ſed nec alia iuſtior, qua ſit prima cauſ. beneſic. amitt. & in cap.1. de controuerſ. feud. apud pares terminanda, Luc. de Penna in loc. cit. & habetur in clem.1.de probat.

Cum ergo Princeps in dictis Priuilegijs declarauerit, neminem in Territorijs prædictis ius habere, Styliq; Vniuerſitas nil in contrarium affert, certo certius dictæ aſſertioni eſt ſtandum, maximè quia ex certa ſcientia conceſſio facta apparet, dum ſit ad
27 id, pro quo conceſſio cantat. Quod affirmāt.
Oldrad. in conſ. 288.
Calder.quaeſt.2.tit.de priuil.
Decian.quaeſt.30.nu.2.& ſeq. vol.4.
Fabius de Anna conſ.44.nu.23.

28 Et in hoc caſu omnino eſt credendum
Regi, clem.1. de probat. & ibi Paul. de Liazar, & Andr. in cap.1 in fine, de controuerſ. feud. apud pares termin. Quinimo, & ſi verba enunciatiua in contractu nō probent, niſi inter contrahentes, & tertio non præiudicant, fallit, ſi à Principe pronunciata fuerint, l.optimam.14. C.de contrab.empt. & Afflict. in deciſ.315.num.14. quia literis Principum, & Epiſcoporum credendum eſt, Innoc. in cap.poſt ceſſionem.7. de probat. & vide infra hic num.49.

Quod maximè procedit, concurrente Officialium ſubſcriptione, quæ approbare videtur omnia contenta, ad notata in l. Caius.de pignor.actio. & videtur in iſtis Priuilegijs Andr. in cap.1. col.7. verſ.ſed numquid

ftabitur, Qui successor. teneantur, il primo, Vinc.de Franch. decis.354. num.4. imo adsunt etiam subscriptiones Adalay vxoris Rogerij, & Goffredi eius filij, vt infra in priuilegio est videre, quæ certiorem scientiam inducunt argumento *§.1. vers.hat autem,* vbi *glos. in verb. reuerendissimum, in auth. vt iudic. sine quoquo suffrag. & §.1. vt Præsides absque vlla datione pecunia mittantur. erga finem.* & similiter concurrente antiqui-
29 tate temporis, quæ sufficit, si centum annos excesserit, *Alex. Ias. & Iacob. in l.iii in antiquis, C. de iure deliber.*
Aym.de antiquit.temp.in princ. nu.8.
Menoch.de arbitr.Iudic. lib.2.centur.1. casu.3. & 6.fol.87. & in cons.90.num.63.& 67.& de præsumpt.præsumpt.131.num.50.
Mascard.de probat. conclus.103.vol.1.fol.100. vbi alios cumulat, & refert casus, in quibus fuit iudicatum minus tempus sufficere: & in *Rota Romana in causa Ianuensium Abbatiæ 13.Iunij 1625. coram Buratto,* fuit declaratum modicum tempus puta quatuor annorum non obstare, si deficeret in centenaria complenda.
30 Et ideò in possessorio sufficeret ostensio Priuilegij prædicti, *cap. cum persona, de priuileg. in 6.*

Sique Rex possidebat ista bona donata, ranquã Fiscus, vtique defensæ Regiæ sunt de Regio demanio, & appellatione defensarũ, Regiarũ veniũt forestæ, *Mastrill.in dec.114. num.22. & 23.* ergo illa Monasterio dare similiter poterat, quia Regis arbitrio stat demania alienare, vt nouissime fun'at primarius Aduocatus *Fuluius Lanarius in addit. ad repet.feudales Io.Antonij Lanarij sui Patrui fol.106.num.11.*

Quo vero ad secundi capitis resolutionẽ, dico, quod aut Vniuersitas habet agros vectigales, & sunt illi, qui in perpetuum locãtur: aut non vectigales, & sunt illi, qui ita colendi dantur, vt nos priuati agros nostros dare solemus, *l.1. ff.si ager vectig.vel emphiteotic.dicatur,* ergo si Rex ex certa sciẽtia in dictis Priuilegijs declarat in Territorijs prędictis neminem habuisse, nec habere ius, nisi ipse: Quomodo adaptari poterit dictum, Regem priuasse ciues Styli naturali vsu pascendi, postquam illum non habebant, cum nõ entis nullæ sunt partes: Regisq; assertioni standum est contra ipsum, & contra tertiũ transfert onus probandi, vt diximus, & fundat *Io.Franciscus de Ponte in cons.32.num. 11. circa medium, vol.2.* vbi alij DD. cumulantur, licet *Fontanell. de pact.nuptial.tom. 1.clausul.4. glos.10.par.2.num.23.* affirmet, esse standum Principis assertioni etiam in præiudicium tertij, & allegat *Ias.in cons.227 vol.2.* & alios multos, vt ibidem. sed fortius dicitur, quod dato, & non concesso, quod ciues prædicti habuissent talem vsum naturalem, & facultatem pascendi, vt prætendunt, adhuc etiam replicatur, Comitem Rogeriũ, & alios Reges potuisse tali naturali vsu illos priuare, vt expressè priuauit, in illis verbis notatis supra in priuilegijs, & signanter, ibi, *ita vt nemo ius aliquod habeat, nec ego.* Est enim proprium Principis quando concedit, absque diminutione concedere, vt notat *Afflict.in decis.392.nu.6.* per *§.illud.in Authe. constitutio qua de dignit. & l. saluberrima. C.de agent.in rebus. lib.12.*

Diximus, Comitem Rogerium iure belli hoc Regnum acquisiuisse, & ideo omnia sua fecisse, & quatenus Territoria prædicta fuerint de Vniuersitatum demanialibus, vel de
31 suis regalibus, Rex enim de feudalibus burgensatica facere potest, & è contra *cap.1. de feud. non habente propriam natur.feud. Camer. in l.Imperialem, fol.38. alter lit.M.* Et
32 quamuis Rex non possit priuatis tollere ea, quæ sunt de iure gentium, *Alex. in consil. 2. vol.2. & in cons.67.2.col.considerati his,vol. 1.* (Quoniam ius gentium omni humano generi commune est, quia vsu exigente ex humanis necessitatibus, gentes humanæ iura quædam sibi constituerunt, vnde bella orta,
33 & captiuitates, ac seruitutes secutæ fuerũt, *§.ius autem gentium, instit. de iur. natur.* & hoc ius gentium, quandoque ius naturale vocatur: nam singulorum multis modis res fiunt, quarundam enim rerum dominium nanciscimur iure naturali, quod appellatur ius gentium, quarundam verò iure ciuili, *§.*
34 *singulorum, instit. de rer. diuis.* Prata vero aliqua sunt Vniuersitatis quo ad dominium, quo vero ad vsum sunt Particularium, quia commodum percipitur in particulari, *DD. & glos.in §.Vniuersitatis. instit.de rerum diuis.* & quo ad iurisdictionem, ac protectio-
35 nẽ sunt Regis.) Tamen ex causa Rex potest præiudicare iuribus Priuatorum, & ius alteri quæsitum tollere, *Alex.in consis.101. visis instrumentis emptionis. col.6. & cons.136.col. 2.in fin. vol.1. & in cons.119. vol.3. Aiend. de exeq. mandat.Reg. par.1.cap.12.num.31. fol.100. Andr.Gayll.pract.obseruat.lib.2. obseruat. 56.* vbi iustam causam appellat vtilitatem publicam, & in *obseruat.57.* ait, quod ob pacem publicam ineundam potest Princeps interesse, & damna passa per subditos tempore belli remittere, ac relaxare, latè *Frecc. de subfeud. lib. 2. tit. Quis dicatur Dux, num. 6. fol.127.* sicuti etiam potest ex causa dispensare contra ius gentium, idem

Alex.

Alex. in conf. 87. col. 12. vol. 7.
Bart. in 1. confil. fol. 1.
Felyn. in cap. qua in Ecclefiarum, de conftitut. vbi latè
Anna in alleg. 64. num. 16.

36 Hinc eft, quod Rex poteft rem alienam donare Militi mortem Regis euadenti, *l. itē fi verberatum. 15. §. 1. verf. item fi forte. ff. de rei vendic. l. Lucius. 11. de euict.* latè *Afflict. in decif. 361. & Andr. in §. nec Dominus, nu. 49. de probib. feud. alien. per Freder. Socc. conf. 4. num. 10. vol. 1. Anna alleg. 69. nu. 12.*

37 Sicuti etiam poteft Rex militi ftrenuo demanialia dare, quinimò, & fi nō habet aliud, pōt dare res alienas priuatorū, *d. l. itē fi verberatū, & d. l. Lutius, Andr. in d. §. nec Dominus, nu. 49.* fed quicquid fit in hoc de iure, quod difputant *DD. in cap. intellecto, de iur. iurando, & in cap. dilecti, de maior. & obed. Felyn. in cap. nouit, de iud. & in cap. 1. de probat. Curt. in tract. de feud. in 6. par. & in 2. & 3. quaſt. Afflict. in conftit. puritatem, & in Conftit. Vniuerfis, & in dec. 361. nu. 4. & Io. Francifcus de Ponte in conf. 15. vol. 2.*
In Regno noftro femper fuit apud Reges po-
38 teftas alienandi demanialia, & ideo *Camer.* (qui diù functus eft officio Pro magni Camerarij in Regia Camera) *in l. Imperialem, fol. 71. col. 1.* affirmat, quod licet articulus ēffe extra Regnum fit difputabilis, in Regno non difputatur, per confuetudinem Regum de faciendo tales alienationes, & idem etiam dicit in *fol. 168.* Poteft fimiliter Rex in fuo
39 demanio prohibere venationem, quæ eft de iure gentium, *Afflict. in Conftitut. ea qua ad decus, & in Conftit. dignum, & Bouadill. in polit. tom. 1. fol. 637. nu. 138.* Hinc eft, quod Reges Carolus Primus, & Robertus filius, ac
40 etiam fummus Pontifex, Rogerio de Loria Calabro, ftrenuo militi, & magno Admirato maris, multa Caftra dedere, iuraq; alijs fuper eis competentia fublata fuere, vt teftantur.
Luc. de Penna in l. prædia, C. de locat. prædior. ciuil. lib. 11.
Frecc. de fubfeud. lib. 1. in tit. de officio Magni Admirati, num. 1.
Io. Andreas Georgius Regius Confiliarius, feudorum interpres, & fimiliter infignis Calaber, in repet. feudal. cap. 55. nu. 48. fol. 410.
Gayllus lib. 2. pract. obferuat. obfer. 56. & 57. vbi pulchrè fundat, poffe Regem ob publicam vtilitatem bona priuatorum, & Vniuerfitatis tollere (fed an pretium in hoc cafu foluere teneatur, latè *Confiliarius Pafcalis fimiliter doctiffimus, ac acutiffimus Calaber, in tract. de viribus patria poteftatis, par. 1. cap. 1. nu. 69. & feq.*)
His fic firmatis fequitur, quod etiam fi prædicta Territoria fuiffent demanialia Vniuerfitatis (prout non erant, vt ex dictis priuilegijs) Comes Rogerius potuit ea Beato Brunoni dare; quia fuit in remuneratio-
41 nem beneficiorum acceptorum à Deo mediantibus orationibus prædicti Sancti, & eius Fratrum, quorum orationibus fuit liberatus ex quamplurimis periculis, vt idem Rogerius in dictis priuilegijs, ac in alijs, teftatur.
Dum ergò donatio remuneratoria exti-
42 tit, & facta tam magno Militi cęlefti, potuit Rex prædictæ Vniuerfitati, & eius Particularibus præiudicare per fuperius allegata. imò notat *Aufd. de exeq. mand. Reg. par. 1. c. 12. nu. 20. fol. 99.* quod ita eft hodie apud Indos, quoniam tota terra eft Domini Regis, qui eam à faucibus inimicorum eruit. notum eft enim, quod Alexander VI. nouum mundum inter Reges Caftellæ, & Portugalli diuifit, referuando Ecclefiæ directum dominium feudale, tam in acquifitis, quam in acquirēdis; Eodemq; modo Iulius II. cōceffit Don Ferdinando Hifpaniæ Regi acquifitionem Regnorum Granatę, & Nauarrę in eijciendo Mauros ex vno, & Petrum de Albert ex alio, cum onere ligij, homagij debiti Ecclefiæ, *Bodinus lib. 1. de Republic. cap. 9.* & ideo Rex folus poteft donare de tanto, vel de quanto Territorio, vel omnes Ciuitates dicti Regni, vt notauerant *Innoc. in cap. cum ad fedem, de reftitut. fpoliat. Bald. in l. 1. C. de mancip. libert. col. 4. & Ancbar. in conf. 142.* Et ante affignationē dicunt, quod ficuti poteft vni Populo eas Terras affignare, & diuifionem terminorum facere, ita etiam poteft donare vni perfonæ, vel familiæ, *l. iuris gentium, §. adeo, ff. de pact.* & eft optimus titulus *C. de fund. limotroph. lib. 11.* Verum poft affignationem factam, non nifi ex caufa publica reuocare poffet, *l. item fi verberatum, §. 1. ff. de rei vendic. & l. Lutius, ff. depofi. vel fi ex certa fcientia faceret, Bald. in cap. cum adeò, de refcript. & Auend. ibid. verf poft affignationem.* Immò in cafu noftro fortius procedit, quia donatio facta fuit Ecclefiæ, cuius funt omnia, Domini enim eft Terra,
43 & plenitudo eius, & immenfitas in Ecclefia eft menfura, *Reg. de Ponte in decif. 4.* ac etiam conceffio, & donatio fit à Rege, qui & fi magna dat, parua videri debent, *glof. in l. & fi fufceperit, §. fed, verf. modici, ff. de iudic.* & dedit pro anima, quo cafu tranfeunt omnia iura, cum mero, & mixto Imperio, *Oldrad. in conf. 152. & Fab. de Anna obferu. 20. fuarum collectanearum.*
Cumque ex prædictis fundatum effe credimus, Territoria fuiffe propria Regis, illaq; potuiffe donare, etiam fi erant demanialia
Vniuer-

Vniuersitatis, & similiter potuisse præiudicare eius iuribus, & alienis, stante donatione in remunerationem facta tam magno cęlesti Militi, & ad rem faciunt allegata per *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. clausul. 4. glos. 10. part. 2. num. 20. & seq.* Restat modo respondere aliquibus obiectionibus, quę pro parte Vniuersitatis ponderantur, vt infra.

Primo enim prætendit ex *cap. Regni. Item Boues sine campanis*; esse prohibitū fieri nouas defensas.

Sed iam diximus, hæc Territoria non esse nouas defensas, sed à Rege ordinatū in anno 1093. vt nemo in eis pascere debeat, nec ipse, ergò non nouæ, sed nimis veteres sunt, & cōcessio fuit in plenum dominium, & proprietatem, & non in feudum.

Secūdo, Vniuersitas fundatur in *Pragmatica Regis Ferdinandi Primi sub titulo de salario corū, qui mittuntur pro seruitio Cu-*
44 *ria. §. & cum*, vbi quod forestæ nouiter institutæ ab omnibus cuiuscumq; conditionis, dignitatis, & gradus, tollantur, ita vt liber sit in illis vsus, prout antea erat, quæ fuit confirmata per *Carolum Quintū in prag. 11. de Baronibus*.

Sed respondetur pro Monasterio, quod Pragmaticæ prædictæ fuerunt conditæ contra Barones faciētes nouas defensas: sed ista Territoria per eū possidētur iure priuato, & cum expressa prohibitione Regis, vt nemo in eis pascua sumere possit, nec ipsemet Rex, vt fuit sępius dictum; ergò Pragmaticæ prædictæ non obstant, imo pro Monasterio faciunt.

Tertio, ne ciues vitā inermem ducantquā in Priuilegijs concessis à Rege cum generali clausula. *cum montibus, planis, & aquis*, vt per *Luc. de Penna in l. quaecumque, C. fundis*
45 *limotrophis, lib. 11.* in demanijs competit vasallis vsus lignandi, & pascendi, vt per eundem *Luc. de Penna in l. vsum aqua, C. de aquaduct. lib. 10. Petr. de Antibolo in tract. de muner. Couar. pract. qq. cap. 37.* & quæ cumulat *Regens de Ponte in cons. 97. nu. 4. vol. 1. & Bal. in §. amplius, de pace constant.* vbi notabiliter ergo &c.

Sed prædictis respondet Monasterium de facto, & de iure: de facto, quod Styli Vniuersitas habet amplissimas montaneas, & Territoria forsan plus omni alia Terra illius Prouinciæ, vt supra animaduertimus, habetque forestas, & demania, vt liquet ex eius confessionibus fol. & fol. . . . & sic inermem vitam ducere propter hæc parua Territoria non potest dici. De iure, quia diximus, quod Territoria prædicta sunt cōcessa libera, quo ad dominium, & proprietatē, & non iure Baronis, quinimò dum Territoria prædicta sunt donata à Rege cum destinatione finiū,
46 & confinium, & exempta ab omni Communitate Styli (vt ex Priuilegijs) censentur seperata ab Vniuersitate Styli, *Host. Io. Andr. Butrie. & Panorm. in cap. nimis, de iure iur.* dicūtur enim de per se stantia, vt p dd. *Doctores ibidem, & Abb. in cons. 62. nu. 12. vol. 2. Bald. in l. sebasam. 44. de euict.*

Et tandem si Vniuersitas prætenderet se valere exceptione rei iudicatæ (quatenus Monasterium prosequeretur possessorium, de quo prius esset tractandum, *l. si coloni. 18. C. de agric. & cens. lib. 11.* quia in petitorio exceptio hæc iuuare non posset) ad hue dico non obstare: quia Monasterium in Territorio Styli possidet Territoria ex diuersis titulis, idest ex donatione Regum, vt sunt prædicta, & ex emptionibus, & ex legatis, & ex particularibus donationibus, vt ipsa Vniuersitas fatetur in 4. 8. & 9. *grauamine fol. 1. de anno* 1566. Et dum ad præsens Monasteriū ageret super declaratione decreti S. C. vt non comprehendantur Territoria prædicta donata à Rege, (vt Consiliarius Theodorus decreuit, non licere facere nouas defensas, exceptis Territorijs proprijs ipsius Monasterij 24. Septembris 1586. fol. 269. quod decretum fuit confirmatum per Consiliarium Mastrilliū fol. 435. & ex quo non fuerunt producta Priuilegia in forma valida, & authentica, vt supra diximus, fuit inde per S. C. sic decisum) difficultas talis ad præsens cessat, stante validitate Priuilegiorum nouiter productorum, quia vbi alia est ratio, aliud ius exigit, *l. interpositas, C de transact. Andr. in l. Imperialem, nu. 7. de probib. feud. alien. per Fred.* prout etiam dicimus, quod contraria ratio pactum reformat, & hæc quatenus possessorium continuaretur iudicium, licet (vt supra diximus) in hoc remedio Capit. Regni non datur possessorium, nec petitorium, sed extraordinaria prouisio est. At si Monasterium vellet compilare processum, & finire petitorium, nulla dubitatio erit, quin obtinere debebit, non prætereundo vnum curiosum, (postquā curiositas nil recusat, secundum *Vopiscum in Aureliano.*) Stylū dici ferrum subtile, cum quo sigillabantur literæ, quando super tabulis cereis scribebatur, vt in *C. lib. 12. de Primicerio.* & est videre in vita Sanctorum Sergij, & Bacci, qui fuerunt primicerius, & secundicerius Imperatoris Massimiliani, vt in *vita Sanctorū sub die 8. Octobris.* infertur ex hoc, homines illius Ciuitatis ēt fuisse, & esse acutos, & subtilis ingenij, & si notoriā iniustitiā Monasterij nō cognouissent antiqui, nō fuissent in silētio ram-

diù

diù: Ciuitas enim fuit cum Epifcopo, & ad huc Epifcopatus veftigia videntur, meritò Ciuitatis nomen retinet, per *Fontanell. de pact. nuptialib. tom. 1. clauful. 4. gloff. 11. nu. 14. verf. & hae, fol. 281. & Bal. in §. Imperialem, nu. 10. de pace conftant.* & femper in ea homines, & Doctores principaliores extitere. Hæc pro nunc (faluis alijs) occurrunt pro refpondendo fcriptis ad beneficium Vniuerfitatis prædictæ, atque adclaudendum os Parti, & ad iura Monafterij, (quatenus voluerit omni futuro tempore causā hanc determinari facere) patefaciendum futuris feculis, quando fua fydera erūt. Et ad maiorem veritatis dilucidationem, infrafcripta Priuilegia inferanda curaui, ad hoc, vt omnes ea reuereantur, & timeant, ac obferuent, vt decet. De anno 1616.

Io. Dominicus Taffonus.

Primum Priuilegium Comitis Rogerij de Anno 1093.


I*N nomine Dei, Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis. Rogerius diuina fauente clementia Comes Calabriæ, & Siciliæ. Notū fit omnibus Chrifti, noftrifq; fidelibus, tam futuris, quā præfentibus, quoniā miferatio*
47 *diuina fanctæ Religionis viros Brunonem videlicet, ac Lanuinum, cum focijs fuis ad nos vfque tranfmifit, fancto fuo propofito aptum folitudinis locum quærentes. Quorū nos defiderio congaudentes meritifq; talius, ac precibus apud Dominum adiuuari cōfidētes, multis eos exhortati fumus precibus, vt in terra noftra locum habilem eligerent, in quo ad feruiendum Deo, qualia vellent habitacula præpararent. Eligeruntq; itaq; quendam folitudinis locum, fitum inter locum, qui dicitur Arena, & Oppidum, quod appellatur Stylum. Hunc ergo locū, & omnia vndique in circuitu adiacentia in fpatium vnius ligæ, Deo, & Beatæ Mariæ, ac ipfis eorumque fucceffōribus in proprietatem, ficut noftra, ab omni immunitate, ac libertate donauimus, cum omnibus rebus infra fitis, Terris, filuis, aquis, pafcuis, & cæteris omnibus cultis, vel incultis, mobilibus, vel immobilibus. Rogauimus infuper Venerabilem Virum Militenfem Epifcopum Goffridum, fuper hac donatione noftra confirmationis cartam eum fcribere, quā etiam figillauimus, fed cū poftea . . . gratia commendandi nos ipforum orationibus, fupradictos vifitaffemus fratres, eorum focietate gratias Deo fufcepiffemus, prædictæ fpatium ligæ, bis in circuitu terminis diftinctæ, per nosmetipfos defignauimus, ac terminorum nomina in memoriam futuris confcribere iuffimus. de parte Orientis Caftellum, qui locus eft in cacumine montis de Stylo. inde vadit per Serram eiufdem montis vfque ad mala repofta, fcilicet ad fuperiorem collem montis, & inde per magnam cauam qua verfa eft ad Occidentem vfque ad pedem montis defcendit, in qua aqua decurrit, & inde tranfit duos rufcellos, & vallonem in directo vfque ad iugum montis, quod eft apud Occidentem, ficuti prædicta caua refpicit, et inde per iugum eiufdem montis vfque ad Brundifmenon, & inde tranfit vallonem rectè ad viam, quæ venit de Arena ad locum, qui vocatur Sancta Crux. & inde in directo vfque fuper cacumen montis Embacbar, & inde defcendit per Cauam, ficut aqua decurrit per Spatulam, vfque ad flumen Luchinar, & inde afcendit illud flumen vfque ad altud flumen, quod vocatur Alba. & inde afcendit eundem flumen vfq; ad magnā cauam, quam Græci vocant Bachinachæ, & fic afcēdit per eandem cauam vfque ad Caftellum vnde incepimus. Hanc autem donationem noftram tam Dominus nofter Apoftolicus Vrbanus, quam Squillacinus Epifcopus Theodorus, in cuius Epifcopatu, ipfe locus fitus eft, laudauerunt Priuilegijs confirmauerunt, atque terribili anathemate munierunt. Quapropter præcipiendo rogamus, rogandoq; præcipimus ex parte Dei omnipotentis, & Beatæ Mariæ, quibus ipfum conceffimus locum, & noftra, vt nullus aliquando cuiufcumq; dignitatis fit, vel poteftatis nofter, aut extraneus in toto prædicto fpatio quicquam magnum, vel paruum fibi vendicet, nec nos ipfi. Nullus aliqua vnquam occafione, vel caufa, Fratribus ibidem Deo feruituris iniuriam, aut moleftiam irroget, vel vllam inquietudinem faciat. Et illi, neque homines eorum*

aliquam

aliquam angariam, aut seruitutem omnino faciant nulli, nec nobis ipsis, aliquam ibi culturã facere, vllum animal pascere, ligna incidere, venari, vel piscari, aut quicquam omnino sine Fratrum licentia liceat. Sed in eorũ potestate sint quęcumq; intra prędictũ continetur spatium, iuxta voluntatem suã possidere, disponere, ordinare, & erogare, tanquam Dei possessionem, & suam immunem, atque liberam. Quod si quis aliquando hanc nostram Constitutionem in aliquo violare præsumpserit, Fratribus ibidem dignè degẽtibus satisfaciat, quod si contempserit Principi Terræ, qui fuerit 100. libras auri persoluat. Vt ergo Cõstitutio hæc inuiolabiliter, & omninò firma permaneat, concedente vxore nostra Adelay Comitissa, & filio nostro Goffredo in præsentia bonorũ hominum donationem istam fecimus, & sigillo proprio signauimus. Insuper donaui Mulè cum filijs suis ad custodiendam siluam. Data in pratis Squillacij, vbi tunc collecto morabamur Exercitu anno ab Incarnatione Domini 1093. Inditione prima, nonis Maij † Rogerius Comes † Adelays Comitissa † Goffredus filius Comitis Rogerij † Rogerius Culchebret Bastardus † Gulielmus de Altauilla † Gulielmus Culchebret † Iosbertus de Luciaco † Rogerius Presbyter de Stylo.

Finis Priuilegij.

Ex hoc Priuilegio videtur, quod eo tẽpore Spatula erat proximior dicto Monasterio fundando, & inde fundato, & ideo probabiliter credendũ est, ciues illius subministrasse necessaria alimenta Beato Brunoni, & socijs suis. & Spatula transiuit in dominium Monasterij vigore donationis prædictæ: Reginaq; Ioanna Prima, & Rex Ludouicus eius maritus concesserunt immunitatem hominibus Casalis Spatulæ de iurisdictione Monasterij Sancti Stephani de Bosco, vt non soluant collectas, nec functiones fiscalium datum 22. Martij 1357. vt est videre in Archiuio Siclæ, in Registris dictorum Regum.



Sequitur & aliud Priuilegium infrascriptum in hac materia.

IN nomine Dei Aeterni, & Saluatoris nostri, Iesu Christi anno, ab Incarnatione Domini 1094. Inditione secunda. Cum Ego Rogerius Comes Calabriæ, & Siciliæ pro Dei amore, & animæ meæ remedio, & pro salute animæ Roberti Guiscardi fratris mei gloriosissimi Ducis Apuliæ, et Calabrię, & pro remedio animarum fratrum meorum, ac omnium parentum, & vxorum mearum, vellem dedicari facere ad honorẽ Dei, & Beatæ Mariæ, & Beati Ioannis Baptistæ Ecclesiam de Heremo, quæ sita est inter Arenam, & Oppidum, quod dicitur Stylum, super Territorio dicti Oppidi Styli, per Venerabiles, & sanctissimos Patres Panormitanensem Archiepiscopum, & Militensem, Tropeensem, Neocastrensem, Cataniensem, atque Squillacensem Episcopos, collaudantibus eisdem sanctissimis Patribus, dedi Beato Patri Brunoni Magistro eiusdem Heremi, sibi, & successoribus suis Monasterium Sanctæ Mariæ de Arsaphia cum omnibus pertinentijs suis vbicumque sint, eximendo eandem Ecclesiam, seù Monasterium de Arsaphia ab hodierno die in antea in perpetuum de omni temporali seruitio, & Turri, ad quã tenebatur Oppido meo de Stylo, vt Ecclesia de Heremo, & Fratres in perpetuum illas quietè habeant sine omni calumnia, & sine temporali seruitio, omni remoto tremore, & placario, & omnibus remotis infestationibus. Hæc autem donaria Ecclesiæ prædictæ de Bosco, & Fratribus ibi Deo seruientibus dotem dedi Adelayda coniuge mea consiliante, & laudante, & concedente Goffredo filio meo, Malgerio filio meo. Quod Monasterium Arsaphiæ Cappella mea erat exempta ab Episcopali iurisdictione per sacrosanctam Romanam Ecclesiam, quod constare feci prædictis Archiepiscopo, & Episcopis, qui testes sunt huius donationis, & testes sunt Iosbertus de Luciaco, Paganus de Giorgijs, Rogerius Borrellus, Fulco Cappellanus meus, qui hæc scripsit. Hæc autem dedi testimonio suprascriptorum Testium, & hi termini,

termini, ac limites Sanctę Mariæ de Arſaphia videlicet ab Arbore quercus vbi eſt lapis intrinſecus, quæ eſt inter duo Caſalia, quæ dicuntur de Sancto Andrea, & per directum vadit ad vallonem, & inde aſcendit ad viam magnam vſque ad flumen Aſſi, & deſcendit flumen vſque ad locum, qui dicitur Silipa, et inde accipit vallonē, et ſenterium groſſum ad ſerram clumerchi, vbi eſt lapis rotundus cruciatus rectè ad piaſtrum, & per eundem ſenterium ad caput vallonis Silipa, et inde declinat per vallonem ad viam, quæ deſcendit ad ſeruluſa, & ad Monaſterium Arſaphiæ, & inde per ſenterium ad viuonem, & ferit ad ſerram de Monoſilla, & declinat ad vallonem, qui dicitur Monoſilum, & deſcendit eundem vallonem per antiquum ſenterium vſque ad vallonem de Feruluſa, & inde per ſenterium aſcendit ad Serram, & inde deſcendit ad flumen Matrimone, & inde aſcendit flumen, & colligit per ſenterium groſſū ad locum, qui dicitur ſaſſi ad magnū vallonem, & inde circuit per ſenterium ad caput Criſtæ, & circuit, & deſcendit ad viā publicam, & ad vallonem, qui deſcendit ad flumen Matrimone, & inde aſcendit per idem flumen, & per Criſtā vadit ad Terram Sanctæ Euſemiæ, & inde per ſenteriū, & per magnam Criſtam, & deſcendit per Eccleſiam, quam fieri fecit Rogerius Bonellus, & vadit per ſenterium ad pulpā, & inde aſcēdit per magnum vallonem, & per pedem mōtis Muturaldu, & per Caput collis Maroni deſcendit, & circuit flumen, quod dicitur Stillitanus, & inde per idem flumen aſcendit per magnum vallonem, & deſcendit ad arborem, vnde inceptum eſt cum duobus Caſalibus interclusis videlicet de Sancto Andrea, et Roſeti liberis, & exēptis ab omni communitate Caſalium meorū de dicto Oppido Styli. Item locum, qui dicitur Apoſtoli cum duobus Caſalibus Vingi, & Biuungi ſimiliter liberis, & exemptis ab omni Communitate Caſalium meorum de dicto Oppido meo Styli, & hi termini dicti loci Apoſtoli, et hæc sūt nomina eorū videlicet à Scala Tinan, q̃ incipit à Calabri, & tranſit rectè ad magnum Caſtellum, & inde tendit ad ſtrictum Condoiannis, & ad fontes Muſi, & ad rupem Albam, & trāſit rectè, & peruenit ad porum de Arethe, & vadit ad Monaſterium Sancti Nicolai, & ad aquas calidas, & tranſit magnū flumen, & exit ad locum, qui dicitur Finiacas, & aſcendit ad Aſſantum, et ad planum Pomæ, & tranſit in veterem aream ad Erunteres, & vadit rectè ad fontem Poſianum, & ſic pergens magnam viam peruenit ad Saliſtrum, & inde deſcendit ad vallonem magnum, & currit per ipſum vallonem vſquè ad Petraciam, & ſaliens claudit Lachinam, ſicque pertranſit magnū flumen veniens per Ripam fluminis vſque ad Pannaram, & inde per vallonem per Iſteronas aſcendit ſurſum ad tres aquas, & ad veteres muros, et ꝑ dexterā Cattholichi condeſcēdit in cacumen ardui mōtis, et ita per pedē Caſtelli tranſcēdit arduā rupē, & inde tendit Criſtam, Criſtā, & tranſit vſq; ad ſupradictā Scalā, & concludit: Itē Eccleſiam Sancti Fantini exemptā ab Epiſcopali iuriſdictione Geracij, quæ ad eandē Eccleſiam Arſaphiæ pertinet, quæ poſita eſt in pertinentijs Arotteriæ; & in Tenimento Geracij cum omnibus rationibus, & pertinentijs ſuis, quæ ſic diuiduntur à Caſale Marmorum per viam publicam, quæ deſcendit ad flumen, & vadit ad aquā Farrelli, & inde tranſit per Sinorum, qui dicitur Muy, & aſcendit per Vallem quæ dicitur Mugalipum, & inde vadit vſque ad marmorum, & inde deſcendit ad Vallonē alium, qui dicitur Ruſeloria per diuiſas de Mandilona vſque ad magnum flumen Potram, deinde per ipſum flumen aſcendit ad Riuum Albam, & aſcendit in montē, qui dicitur Spilottum, de quo monte girat, & deſcendit per Vallonem de Caſtanea vſque ad magnum lapidem viuum, & rotundū, qui eſt in flumine Rullā, & inde per ipſum flumen ad Vallonem de Chirinu, & per ipſum Vallonem ad Terram Rubram, & deſcendit per Vallonem vſque ad viam publicam dicti Caſalis Marmorum, vnde inceptum eſt. Item Caſale Arunchi in pertinentijs Ciuitatis Squillacij, cū omnibus rationibus, & pertinentijs ſuis, ſicuti tenere, & poſſi-


& possidere eadem Ecclesia Arsaphia consueuit. Hæc autem omnia prænotata dono, & concedo pro eadem Ecclesia in dotem Domino Patri Brunoui, & successoribus eius cum omnibus rationibus aquarum decursibus molendinis nemoribus, & arboribus cultis, & incultis, minerijs eris, et ferri, & omnium metallorum, pascuis, & omnibus iuribus, quæ Ego, & Curia mea habere hactenus consueuit. Ita vt nemo ibi aliquid nisi dicta Ecclesia Heremi habeat, sicut ex nūc ibi nemo aliquid iuris habuit nisi Ego. Item concedo eidem Ecclesiæ Heremi in reliqua Terra mea vsum liberum minerariarum, eris, & ferri . . . pascua libera in eadem Terra mea pro animalibus eiusdem Ecclesiæ, atque Custodum. necnon, & eorum, qui in dictis Casalibus habitant. Concedo etiam, vt dicta Ecclesia Heremi commendatos l. . . . sit in supradictis Casalibus, & locis, quæ eidem Ecclesiæ dedi . . . 20. in supradictis locis suo, vel meo nomine, aut hæredum, vel successorū meorum præsumat ius aliquod . . . habere, nec Ego. Sed omnia conseruentur eidem Ecclesiæ solida, & intacta, quia paruum est pro Dei amore suis tribuere famulis, qui mihi multa præstitit l. . . . persona aliqua filius meus, vel aliquis hæres seu successor hoc in eum quassauerit donum, seu priuilegium, vel mihi, aut posteris meis, aut Ecclesia Romanæ . . . . soluat, nisi ad condignam venerit satisfactionem Fratrum ibi Deo seruientium, & perpetuè subiaceant donationi. Hæc autem acta sunt mense Augusti dum regressus essem de expeditione, quam feceram super Gulielmum, & ab obsidione Castrouillæ, & hoc meum Priuilegium ad perpetuā firmitatē iussi, & mandaui, ac feci mea pendenti Bulla plumbea communiri † Rogerius Comes † Adelays Comitissa † Goffredus filius Dñi Comitis † Malgerius filius Comitis Rogerij † Iosbertus de Luciaco † Paganus de Georgijs † Rogerius Bonellus † Ego Fulco Domini Comitis Rogerij Cappellanus de mandato eius hoc Priuilegium scripsi, & me subscripsi &c.

Finis Priuilegij.

Ex his autem Priuilegijs nota, quod vxor etiam interuenit, iuxta *text. in §. 1. in auth. vt Præsides absque vlla datione pecuniæ mittantur, circa finem.*

Cumq; dixerim supra Monasteriū prædictum prætendere iurisdictionem spiritualē super Terra Montis Pauonis, olim dicta Arunchum, in Priuilegio mentionatū: & de iurisdictione prædicta viget lis in Alma Vrbe. Pro declaratione Iurium Monasterij, infrascripta etiam videas pro nunc. Saluis alijs perpendendis, quādo melius, & plenius causa digesta erit in progressu iudicij.

IESVS MARIA.
AC
DIVI STEPHANVS, ET BRVNO.



ALLEGATIO XIX.

Postquam in sententia Illustriss. D. Cardinalis Farnesij Compromissarij de ordine Sanctissimi, inter Venerabile Monasterium Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore, cum Reuerendissimo Fabritio Sirleto meritissimo nepote magni illius Cardinalis Sirleti doctissimi, ac pijssimi, vt infra *vers. 14. obseru. 1. nu. 55. circ. fin.* Episcopo Squillacēse lata de anno 1609. ius vtrique parti reseruatum fuerit, prout ad vnumquemque spectat respectu iurisdictionis spiritualis quo ad Castrum Montis Pauonis. Merito Monasterium ipsum ad præsens intendit iudicium prædictum prosequi super

ſuper relaxatione dictæ iuriſdictionis ſpiritualis in Caſale, ſeù Terra Montis Pauonis. (olim dicti Arunchi.) eiuſquæ inſtitiam fundare poterit in infraſcriptis præcipuè tribus concluſionibus in Iure, & in facto veriſſimis, (ſaluis alijs, diſcuſſa cauſa, quando merita ipſius clarius pandentur.)

Primo, quia Arunchum fuit conceſſum Beato Brunoni (dum in humanis agebat) & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, liberum, & exemptum ab Epiſcopali iuriſdictione Diœceſis Squillacenſis, & ſucceſſiuè licet Arunchum mutauerit habitationem, & ſe contulit in eminentiorem locum. (Sed tamen intus eius diſtrictum) pro ſe defendendo ab incurſibus Turcharum, & vocatum fuit, prout hodie vocatur Mons Pauo, dicitur idem Populus, & eadem remanſit iuriſdictio, prout per prius erat.

Secundo, quia ſtante præcalendatione temporum inferius deſcribendorum, nulla potuit inchoari, vel conſiderari præſcriptio contra Religionem Cartuſianam donatariam, & conceſſionariam, Caſalis, & iuriſdictionis prædictæ, & inde ſpoliatam, vt intus.

Tertio, & Vltimo, quia ſtante mala fide, iniuſto titulo, occupationeq; facta per dictos Epiſcopos, ac irruptione, & tranſgreſſione limitum, & confinium alienæ Diœceſis, nulla poteſt dici præſcriptio, etiam ſi immemorabile tempus eſſet decurſum.

Et ad fundandam primam concluſionem dico: Verū eſſe in facto, quod in anno 1093. Comes Rogerius Normandus Dominus, & Regni vtriuſque Siciliæ acquiſitor Iure belli Venerabili Patri Brunoni, & ſucceſſoribus ſuis bona notata dederit, vt ex Priuilegio primo loco deſcripto ſupra *nu.* 47.

Deinde vero in anno 1094. eidem Patri Brunoni, & ſucceſſoribus ſuis, quamplurima alia bona dedit, & inter alia, vniuit Monaſterium prædictæ Sanctæ Mariæ de Arſaphia
48 rum Caſalibus ſuis, inter quæ erat, & eſt Arunchum, teſtando eſſe Cappellam ſuam Regiam, liberam, & exemptam per Sanctam Romanam Eccleſiam à Iuriſdictione Epiſcopali Squillacēſi, vt conſtare fecit Archiepiſcupo Panormitano, & Epiſcopo Squillacenſi, & alijs Epiſcopis ibi præſentibus, & collaudantibus: deſcripſitq; Arunchum cum pertinentijs ſuis, vt ex Priuilegio ſuperius deſcripto. Priuilegioq; exemptionis prædictæ aſſentierunt etiā poſtea Epiſcopi Squillacenſes pro tempore exiſtentes videlicet, Theodorus, Ioannes, & Donatus vt in fol. . . .

Et ex his concludendum venit, quod vltra exemptionem, quæ erat ratione Cappellæ Regiæ de Iure communi, vt in *cap. cum Cappella, de priuileg.* exemptio datur in hoc
49 Priuilegio, & aſſertioni, ac ſermoni Regis affirmantis exemptionem prædictam adeſſe, plene credendum eſſe affirmat *Peregrin. de iure fiſci, lib. 1. tit. 2. num. 79. circa finem, fol.* 24. & ſupra hic *num.* 28. Iuriſdictiones enim probantur per tacitas, vel expreſſas aſ-
50 ſertiones partium, vt not. in *l. optimam, C. de contrah. & committ. ſtipulat. & in l. cum aliquis, C. de iure deliber. Bald.* latè *in conſ.* 420. *num.* 1. *volum.* 1. & ſtante in-
51 corporatione prædicta, omnia Priuilegia, & exemptiones fuerunt tranſlata in Religionem Cartuſianam, *l. ætatem, §. final. l. forma, §. quamquam, ff. de cenſibus, Rota in antiquis in deciſ. 4. de priuileg.* & nouiſſimè *Surdus,* qui alios cumulat in *conſ.* 525.

Quodque Arunchum ſic liberum, & exem-
52 ptum in poſſe Cartuſiæ prædictæ per infraſcripta tempora fuerit, ex infraſcriptis patebit ſcripturis.

1138 *Innocentius Papa ſic affirmat in Bulla fol.* . . .

1212 Ex quo Imperator Fredericus ediderat
1222 legem in Regno, vt omnia Priuilegia
1224 coram eo præſententur, vt eſt videre in *Conſtit. Regni. Dignum.* Fueruntq; exhibita Priuilegia Cartuſiæ, & in eis fit mentio de Aruncho prędicto fol. . . .

1234 *Ex Breui Honorij Papa confirmantis bona Monaſterij fol.* . . .

1283 Inter Cartuſiam, & Epiſcopum Squillacenſem, fuit lis coram Cantore Catagenſi Delegato ſuper exēptione Caſalium Monaſterij, & ſententia in fauorem Cartuſiæ lata extit, & inter alia Caſalia nominatur Arunchum fol. . . .

53 Sententiæ antiquæ veritatem declaranti plenè credendum eſſe teſtatur *Hieron. de Monte de finibus regendis, cap.* 104. *num.* 3. *&* 4. & clarè probat *l. inter Caſtellanum, ff. de arbitr. & §. fin. inſtit. de offic. Iudic.*

Ex prædictis quidem Priuilegijs, & ſcripturis clariſſimè conſtat, Arunchum fuiſſe liberum, & exemptum à Iuriſdictione Epiſcopali Squillacenſi. (Fuit enim Arunchum antiquiſſimum, & ex eo fuit Lucilius Poeta antiquiſſimus, & famoſiſſimus, teſte *Petrarca de remedijs vtriuſq; fortunæ, dialog.* 125. *fol.* 703.)

Reſtat nunc videre, ſi per mutationem habitationis Arunchi, poſtea dicti Montis Pauonis, idem cenſeatur, & eadem iuriſdictio remanſerit. & affirmatiuè reſpondendū eſſe conſtat.

Primo, ex depoſitione cuiuſdā teſtis examinati ad inſtantiam Regij Fiſci in anno

1514. qui annorum centum se esse ait, & af-
firmat Arunchum esse eodem, quod Mons
Pauo, redditque rationem, quia Arunchum
ob incursus Turcharum mutauit habitatio-
nem, & se contulit super quodam monte
sito intus eius Territorium, & fuit vocatum
Mons Pauo, vt liquet ex dicta depositione
fol. . . . in processu inter Monasterium,
& Ducem Nuceriæ in Sac. Consil. in banca
de Figlola: & si vnus restis in possessorio pro-
bat secundum *Surdum in cons. 73. num. 1.*
vol. 1. quanto magis ad faciendam hanc de-
clarationem.

Ex qua, & ex alijs producendis circa hoc,
dico, quod etsi ad alium finem depositio prę-
54 dicta facta fuerit, & incidenter producatur,
dum sumus in antiquis probat, *Niconitius*
in repetitio. cap. quoniam contra, nu. 1249.
de probat.

Fines enim Casalium probantur per vul-
gi opinionem, & iudicium Accolarum, &
55 circa Colentium, qui in hac materia sunt
testes magis idonei, quam alij, *l. 1. §. 1. ff de*
flum. & quanto sunt simpliciores, & rustici,
tanto credibiliores: quia non deponunt nisi
de possessione facti oculis eorum semper
astantis, vt not. *ff. de verbor. obligat. l. sti-*
pulatio ista. §. si quoque, Bald. in cons. 420.
num. 1. vol. 1. & in cons. 286. num. 1. vol. 2.
Afflict. in decis. 23. nu. 2.

Et quod sit idem locus, liquet etiam, ex
quo postquam Religio Cartusiana fuit rein-
tegrata in possessione Monasterij, videns
quod Mons Pano, seù Arunchum, per Illustr.
D. Ducem Nuceriæ Paganorum occupaba-
tur, petijt in Neapolitano Sacro Concilio
de anno 1550. ipsum condemnari ad rela-
xandum Casale prædictum, vt in petitione
fol. 1. in Banca de Figliola.

Et per dictum D. Ducem fuit opposita
exceptio Pragmaticæ editæ Thori, (& est
Pragmat. 4. sub titulo de possessoribus non
56 *turbandis.*) quæ ad lites infinitas obtrun-
candas possessores ante annum 1505. tue-
tur; & tandem in anno 1602. lis prædicta
mediante transactione inter Monasterium,
& dictum Ducem fuit sopita, vt ex ea,
fol. . . .

Quinimò petijt inde Cartusia ipsa Casale
prædictum describi in cędulario in eius fa-
ciem, & facta relatione per Regiam Came-
ram in Collaterali Consilio, & Excellentissi-
mo Regni Proregi (præcedente ordine Ca-
tholici Regis) fuit Cartusiæ iustitia cogni-
ta, quod Mons Pano est idem quod Arun-
chum: & obtinuit, quod describatur in ca-
pite Monasterij, vt ex decreto de anno 1619.
fol. . . & ex relatione facta per Regiam
Cameram D. Proregi, in Banca de Tatta-
glione. Notum est enim, quod feuda in Ec-
clesiam non transeunt, & difficiliter Rex as-
sentit, si non liquet de notoria Ecclesiæ in-
ritiæ, prout in casu nostro fundatũ est supra
in alijs Allegationibus *vers. 2. obseruat. 2.*
num. 116.

Posito ergo fundamento prædicto, quod
sit eodem, mutatio habitationis non obstat,
quia etsi Populus mutat habitationẽ de vno
57 loco ad alium, idem est Populus, & eadem
est Ciuitas, *glos. notab. in l. si vsusfructus*
21. ff. quibus modis vsusfructus amittatur,
Bal. notab. in titulo de pace constantiæ, in
§. Imperialis, num. 9. vbi quod retinet ea-
dem Priuilegia, & subditos. id etiam tenet
Andr. Gayll. practic. obseruat. lib. 2. obseru.
61. num. 8. & idem dicitur Populus, qui ab
58 hinc retro multis annis fuit, licet ex illis
nemo adhuc viuat, *l. proponebatur, ff. de*
iudic. l. grege legato, cum l. seq. in fine, ff. de
legat. 1. quinimò per vnum ciuem retinetur
idem Populus, *l. sicut, §. 1. ff. quod cuiusque*
Vniuers. nom. & punctualiter ita tenet *De-*
cianus in cons. 43. volum. 3. & iurisdictio re-
59 manet in eo, quia est tanquam nebula super
palude, *Bald. in cap. 1. num. 8. de allodijs,*
Peregrin. de iure fisci, lib. 8. num. 81. sique
esset dirutum Castrum, iurisdictio eadem
remanet, *Cardinal. Tuscus in verbo destru-*
ctio, conclus. 228. num. 15. post *Bellon. in*
consil. 1. num. 18. versic. ad hoc quod vide-
batur.

Et ex his probatam esse credimus primã
conclusionem, quod hodiernus Mons Pauo
sit idem quod antiquum Arunchum, & quod
eadem iurisdictio exempta est, vt per prius
erat, nec alia dote indiget, quicquid dici
posset de domo, vel turri diruta, vel de Ec-
clesia diruta, per quæ considerat *Afflict. in*
decis. 392. num. 11. & seq. dum loquitur de
Turri lanternæ molis diruta; quia ex eisdem
dictis apparet diuersam esse rationem in
Populo, quã in domo, seù in Turre prædicta.
Casale enim consistit in hominibus, qui dum
habitationem de loco ad locum mutant, idẽ
est Grex, & Populus, per superius notata.
nec etiam obst *Alexan. cons. 43. vol. 1.* nam
loquitur de Castro penitus diruto absq; spe
reędificationis, quia tunc non retinet pri-
mena iura, quia in casu nostro idem Populus
reędificauit vt supra.

Ad Secundam conclusionem est animad-
uertendum, quod Religio Cartusiana con-
cessionaria, & successiuè domina Casalis, seù
Terræ prædictæ ex temporum initia, & ex
continuis, & quasi annalibus hostilibus in-
cursibus in hoc Regno euentis in possessio-
ne Mo-

ne Monaſterij prædicti,& eius bonorum ſpoliata fuit, & ideò ex duobus non poterat,nec poteſt conſiderari præſcriptio.

Primo,quia eius antiqua poſſeſſio ſiuè per
60 aliam Eccleſiam,ſiuè per quaſcumque perſonas occupata fuerit ad beneficium Cartuſianæ Religionis ſpoliatæ retrotrahitur tanquam à poſtliminio reuerſa : & ideò præſcriptio obijci non poteſt, *text. eſt notab. in cap. primo 16. quæſt. 3.* vltra ꝙ nec præſcriptio tempore hoſtilitatis locum habet, *Innoc. in cap ex tranſmiſſa, nu. 1. de præſcript.*

Secūdo,quia dum Cartuſiana Religio nedum dicto Caſali, ſed etiā Monaſterio ipſo, & eius bonis ſpoliata extiterat, agere non
61 poterat, ſequitur Iuris concluſio,vt non valenti agere præſcriptio non currat, *l. 1. in fin. C. de annal. except. l. ſi ſeruus. 15. ff. de ſtipulat. ſeruor. Io. Nouellus in tract. de iure protbomiſ. §. 8. & 9.* & latè *Io. Gallicus in conſ. 2. nu. 94. & eſt inter conſil. feudal. diuerſ.* & in his caſibus mora non nocet habenti actionem, *l quidam. 6. C. ad Senat. Conſ. Orfic.*
62 & ideo vſque ad annum 1514. (quo Religio Cartuſiana reintegrationem,& reſtitutionē Monaſterij,& bonorum mediāte Bulla Papæ Leonis X. obtinuit,& canonizatio D. Brunonis facta fuit, teſte *Melcagro Pentemalli in vita eiuſdem Sancti, fol. 116.*) non poteſt cō-
63 ſiderari præſcriptio,quoniam ſpolio durante, præſcriptio dormit, ſicuti etiam dicitur de Imperio vacante, *Claudius de Saiſello in repet. l. naturaliter, nu. 32. ff. de vſucap.* poſt *Card. in cap. contingit, de for. compet. col. 7.* vbi *Abb. nu. 8.* idemque dicitur etiam de pupillo carente Tutore, & de Eccleſia Prælatū non habente, vel ſi haberet, inutilis eſſet, vt per eundē *Saiſellum ibid. nu. 31. & Card. Pariſ. in repetit. cap. ex tranſmiſſa, nu. 15. de præſcript. & Alex. in conſ. 51. num. 8. lib. 5.*
64 Erant enim bona Cartuſiæ tanquam hæreditas iacēs,dum eis ſpoliata ſtabat,quo fit vt cōtra eam præſcriptio inchoari non poterat, *Io. Franc. Balb. in tract. de præſcr. verſ. poſtquam, num. 47.* nec concluſioni iſti obſtat, *l. ceptam vſucapionem. 40. ff. de vſucap.* quia procedit in caſu diuerſo,puta quando defunctus vſucapionē inceperat, & eius hęreditas iacens, cōplere poteſt vſucapionem ceptā.

Concludo igitur, quod vſque ad dictum tempus reintegrationis nulla poteſt opponi, vel cōſiderari pręſcriptio aduerſus Religionem Cartuſianam reintegratam, nec illud
65 tempus cōputari poteſt, *Iacob. Rimin. iun. in conſ. 430. nu. 49. & ſeqq. lib. 3. Roman. in conſ. 407. num. 6.* & ibi additio, in verba iuſſerit, & punctualiter *Innoc. in cap. ex tranſmiſſa, num. 2. de præſcriptio.* vbi quod iſta tempora ſubducuntur ipſo Iure ſine in integrum reſtitutione.

Ab anno autem reintegrationis in antea, nec etiam de præſcriptione obijci poteſt, nam vltra, quod tempus non eſt ſufficiens, fuit illa per murmurationes, & conqueſtus, & diuerſos alios actus interrupta, vt infra.

Vtique in anno 1530. Monaſterium obtinuit ab Imperatore Carolo V. Reintegratorem pro reintegrandis, & recuperandis bonis occupatis. Sed quia iſtud Oppidum Montis Pauonis, ſeù Arunchi, repetiebatur in poſſe D. Ducis Nuceriæ Paganorum, non potuit obtinere, ſed in anno 1550. Monaſteriū petijt in S. C. Neapolitano prędictum Ducē condemnari ad relaxandum Oppidum prædictum cum fructibus,& lis durauit vſque ad annum 1602. quo tempore tranſactione fuit finita, vt diximus ſupra.

Item in lite vertente inter Monaſterium, & Epiſcopum, quo ad exemptionem viſitationis aliorum Caſalium, fuit deductum Ius ſpirituale Montis Pauonis, & in ſententia Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domini Cardinalis Farneſij de anno 1619. apparet, *Reſeruatum ius vtrique parti tale, quale ſit, & prout ad vnumquemq; ſpectat, quoad Caſale, ſeù Caſtrum Montis Pauonis fol. . . .*

Patet enim ex prędictis,quod præſcriptio fuit ſemper interrupta,quę & ſi per murmurationem ſolam interrumpitur, vt per *And. de Iſern. in verb. extraordinaria collatio, ſub nu. 62. circa medium, quæ ſint regalia, & Afflict. ibidem in fine*; & ſola murmuratio habetur pro contradictione, & diſſenſu, *Prece. in lib. 2. de ſubfeud. in 2. author. Baronis, fol. 341.* Quanto fortius in caſu noſtro, in quo nedum murmurationes, & conqueſtus, ſed interpellationes in iudicio interfuere, & ideò Epiſcopi, qui pro tempore rexerunt, & regunt, fuerunt, & ſunt in mala fide conſtituti.

Ergò nulla præſcriptio proceſſit, neque procedit, eo maximè, quia Epiſcopus nunquam præſcribit, quę contra ius commune vſurpauit, *Archid. in cap. quia. 10. quæſt. 3.* & mala fides in Anthore in omnes ſucceſſores traosfunditur, & ſic nulla pręſcriptio cadit, *cap. fin. de præſcript.* ibi, *nulla valet abſq; bonâ fide præſcriptio,* & latè *Io. Gallicus inter conſil. feudal. diuerſ. conſ. 2. nu. 93.*

Ad Tertiam verò, & vltimam concluſionem firmandam dico;

Primo, quod D. Squillacenſis Epiſcopus nullo titulo, aut bona fide, ſe vel ſuos Prædeceſſores tueri poteſe, ſed in ſolo curſu tem-
68 poris tantū, cuius pręſcriptio etiam in Curijs ſęcularibus eſt hodie reiecta, ſecundum

Camer. in l. Imperialem, de probib. feu. alien. per Freder. fol. 8. lit B. & Camill. de Curte in diuers. iuris feud. fol. 76. nu. 136. nec in Regno Siciliæ præscriptionem admitti, testatur *Castill. in decis. 394. nu. 71. fol. 636.* & præscriptio tam exosa est legibus, quod etiam curator loco absentia constitui potest ad præscriptionem interrumpendã. *glos.* & ibi *Bal. in l. 2. ff de negot. gest. in verb vel iniuria*, ergò quanto fortius in foro Ecclesiastico, vbi veritas est videnda, dum Ecclesia est Iustitiæ Cultrix. Concludendũ est igitur, quod vllo vnquam tempore præscribere potuit, *cap. dilectio tua. 16. quæst 3. & Prasdocimus de Comitibus in tract. de differ. legum, & canonum, siuè iuris ciuilis, & canonici, nu. 51.*
69 & maximè Iure Poli, vbi tanto grauius peccatur, quanto diutius alienum detinetur, *cap. vlt. de consuet. Andr. in prælud. feud. nu. 30. in fine*, & ideo de Iure Canonico sine
70 bona fide, præscriptio non procedit, quia vertitur peccatum, *Hostiens. in summa de præscript. § qua exigantur vers. verum quicquid dicant Legistæ*, & est tex in term. *in cap. vigilanti, de præscript.* Præscriptio enim,
71 quæ est introducta de Iure Canonico fauore possidentis in duobus casibus procedit, vel cum bona fide & iusto titulo, vel cum bona fide tantum, *cap. placuit, §. hæ præscriptiones 16. quæst. 3.*

In casu nostro neutraq; adest, & requiretur vtraquè, dum agitur de præscribenda iurisdictione in Territorio alieno, & ius cõ-
72 mune resistit, quo casu non sufficit iustus error, vt post *Bal. in l. fin. col. 8. circ. princ. in 15. opposit. vers. attende, C. de edict. Diu. Adr. toll.* tenet *Franc. Balb. in repet. l Celsus, nu. 10. C. de vsucap.* quinimò fortius dico, quod in præscribendis istis Iuribus, quibus ius resistit longa, & immemorabilis possessio, cu-
73 ius initij memoria non extat in contrarium non sufficit, vt notabiliter tenet *Io. Igneus in repet. l. necessarius, §. nõ alias, ff. de Senat. Cons Sillaniano, par. 4. nu. 35. & 129.* per *c. si diligẽti, de præscri. & c. primũ, eod. tit. in 6.*
74 Nec ex antiquitate temporis bonam fidè præsumi posset dici, quia aut agitur de præscribendis rebus corporalibus, & tunc posset dici præsumendam esse, aut verò de præscribendis rebus incorporalibus, vt in casu nostro, & tunc non præsumitur, & hęc est communis opinio, secundum *Antonium de Padilla in repet. l. si quas actionis, nu. 34. & 37. C. de seruit. & aqua*, vbi alios congerit.

Ostendat quæso D. Episcopus iustum titulum, aut bonam fidem suam, vel suorum prædecessorum? vtique vnquam poterit, sed tantum titulum vitiosum, & violentum inuasionis à principio factæ per suos Pędecessores Episcopos absque vllo titulo, aut bona fide, quando Monasterium spoliatum fuit suis bonis, & successiuè dicto Oppido, quod peruenit in posse Laicorum occasione Belloiũ, qua sumpta occasione, Episcopi Squillacenses sub prætextu, quod sit infra Dięcesim Squillacensem, intruserunt se in possessione, seù quasi dictæ Iurisdictionis spiritualis, & meritò iste vitiosus titulus opitulari non potest, *Aym. Crau. in tract. de antiquit. temp. vers. absolutis, nu. 190.*

Et quatenus replicaretur, sufficere ei titulum præsumptum, vel putatiuum, stante quod Oppidum prædictum est situatum in-
fra fines eius Diœcęsis Squillacensis; respõ-
75 detur, titulum putatiuum ad præscribendũ non sufficere, cum regulæ obstent, *ff. de vsucapionibus, l. non solum, §. quod vulgo, & ff. pro emptore, l. quod vulgo, & l. fin. ff. pro suo*, in quibus habetur, quod si quis probat possidere ex titulo, qui in effectu non erat, non præscribit: ex quo titulus verus requiritur, quinimò quando bona fides cum lapsu temporis sufficeret, sed titulus in effectu à principio non existeret, aut vitiosus, & illegitimus existeret, vt in casu isto, nulla præscriptio etiam immemorabilis compleretur, vt supra notauimus.

Sed quod hunc titulũ pręsumptũ allegare non possit, dico, quod dum Oppidũ prędictũ fuit exemptũ à Iur. Iurisdictione Squillacẽsis Diœcesis, vt vidimus supra in prima conclusione,
76 non dicitur amplius de dicta Diœcesi; quod probo, siquidem vbi ante Christi aduentum apud Ethnicos primi Flaminum, (qui a filio albo caput cingẽte, quasi flamini dicti fuere teste Varronem, vel quia ipsi soli in sacrificijs ignem administrabant, & vxores capiebant, quæ flaminicę appellabantur, & vultũ croceo velo tegebãt, ac repudiũ facere nõ poterant, *Põpon Letus de Rom. vetust. Gelius noct. actt. lib. 10. c. 15.*) esse solebant. Apostolorum Princeps Petrus Patriarchas instituit, & vbi Archiflamines præfecit Archiepiscopos. & in alijs Ciuitatibus Episcopos ordinauit: *c. Vrbes. 80. dist. c. Prouincia. 96. dist.* In Castellis autẽ, & paruis Ciuitatibus, nõ Episcopos, sed Presbyteros collocauit, vt in *c. Episcopi non in Castellis. 80. dist & in c. illud cum cap. seq.* Erat etiã ordo, & vlus Corepiscoporum, qui minores Episcopi minutis locis pręerant, & solos minores ordines conferebant, vt in *c. inter Epos. 68. dist.* sed ne iste tertius ordo in Ecclesia poneretur, & quia isti Episcoporũ officium vsurpabant, recesserunt ab aula, *c. Corepiscopi. ead. dist. & in §. his vero.* Postea vero Dionisius Papa Dięceses diuisit, *glos. in cap. 1.*

cap.1.99.diſt.& c.1.80.diſt.& ſucceſſores ſũ-
mi Pontifices alias conſtituerunt, vnierunt,
& diuiſerunt, vt temporum neceſſitas expo-
ſtulauit, vt videbis infra *verſ.14.obſeruat.*1.
& ſic etiam Præpoſitatus, Presbyteratus, &
Parrochię ſuam diſtinctam habuerunt Diœ-
ceſim, ſeù determinationem, *cap.1.13.quaſt.*
78 1. Apud antem Romanos Diœceſes voca-
bantur omnes gubernationes Populorum
minorum, *Cicer. in epiſtola familiari.* 3. ibi.
vnde omnili Diœceſum, quæ cis Taurum ſunt,
omniumq; harum Ciuitatum Magiſtratus.
Et ad *Atticum* ait, *Mirifica expectatio no-*
ſtrarum Diœceſum; & notat *Erodot. lib. 6.*
de primipil. ſuorum tempor. Sed locus exem-
79 ptus loco extra Diœceſim ęquiparatur, *Paul.*
de Caſtro in conſ.187.in fin. volum.1.& ple-
nius *in conſ.431.num.3. verſ.quod autem*,
*eodem vol.1.*vbi quod ſtante dicto Priuilegio
exemptionis, immediatè loca ſubiecta ſunt
Domino Papæ, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ,
80 & licet ſint infra Diœceſim, habentur, ac ſi
non eſſent, ſed de alia, & quodammodo vi-
dentur per ſe conſtituere aliam Diœceſim
habentem alium Prælatum, vt per Iura ibi
allegata. Et hinc eſt, quod exempti conſe-
crationem Eccleſiæ, vel Altaris, Chriſmatis,
81 & alia, quæ ſunt ordinis à Delegato Papæ
recipiunt, & non ab Ordinario, niſi velint,
Zabarell. in conſ.112. verſ.ad tertium, nec
82 viſitari poſſunt inuiti, *vt ibidem in fine*, &
Ant. de Butrio in conſ.19. num. 20. verſ. ex
hoc patet.

Stantibus ergò prædictis, luce clarius cõ-
gnuſcitur, poſſeſſionẽ allegatam per D. Epi-
ſcopum non poſſe dici poſſeſſionem, ſed ma-
83 nifeſtam intruſionem, ſeù vſurpationem,
& meritò nulla præſcriptio conſiderari po-
teſt, *cap. dilectio tua, §. poteſt etiam, 16.q.3.*
ibi, *Quæ quiſque ſua authoritate occupauit,*
quia nullo tempore poſſidere incipit, præſcri-
bere non poteſt. Et idem notat *Andr. in præ-*
ludijs feud. nu.36. in fin.

Nec dicatur occupationem à prædeceſ-
ſoribus Epiſcopis fuiſſe factam; quia reſpõ-
detur, malam fidem transfundi, & conti-
84 nuari etiam in omnes ſucceſſores ſingula-
res, quando à principio vis, vel occupatio
interuenerit: & conſequenter nulla præſcri-
ptio euenit, *Alexan. in conſ.3.num.9.& 10.*
volum.5. vbi *num.10.* inuehit contra Ciui-
tatem, vel Tyrannos bona alterius propria
authoritate occupantes.

De Iure Canonico, ſemper quod mala
fides, ideſt ſcientia, ſeù conſcientia rei alie-
næ ſuperuenerit, præſcriptio perimitur, *cap.*
85 *vigilanti, & cap. final. de præſcript. & cap.*
poſſeſſor malæ fidei, de regul. iur. in 6. Bart.
in l. naturaliter, ff. de vſucapionibus, & per-
bellè fundat *Ioannes Gallicus in d.conſ.2. in-*
ter conſilia feudalia diuerſ. num.76. & ſeqq.
vbi quod non obſtante, quod Duces Mantuæ
præſcriptionem Marchionatus Montis fer-
rati prætendant, debetur Marchionatus pre-
dictus Marchioni Sallutij, tanquam deſcen-
denti ex ſecundogenito Alledrami primi cõ-
ceſſionarij, & Duces Mantuæ deſcendunt ex
fœmina, vt ibidem.

Et quatenus D. Epiſcopus ſe tueri vellet
opinione *Dyni in regula malæ fidei poſſeſſor,*
in 6. tenentis, quod mala fides finit in pri-
86 mo poſſeſſore, & in ſecundo incipit bona
fides. reſpondetur, opinionem prædictam
eſſe omninò falſam, & ab omnibus reproba-
tam: eo maximè quando præſcriptio ab in-
uaſione incipit, vel de facto, vel à tyranni-
de, *Alex. in conſ.3. num.10.vol.5.*

Et ſimiliter nec ei opitulatur *gloſ. in cap.*
cura, in verb. legitima, de iurepatronat. vbi
87 quod bona fides Prælati inuenientis Eccle-
ſiam poſſidere, præſcriptionem incipere fa-
cit, ex quo in locum alterius ſuccedit, & iu-
ſtam ignorantiæ cauſam habet, *l. qui alte-*
rius. ff. de regul. iur. ſiquidem reſpondetur
gloſ. illam eſſe intelligendam, ſecundum *tex.*
quem gloſat, ſed ſic eſt, quod *d.cap. cura*,
loquitur, quando à principio adfuit bona
fides, vel iuſtus titulus, puta quia Monaci ſe-
cundum illum *text.* acceperant Eccleſiam
à manibus Laicorum, & ideò iuſtè, & bona
fide putabant accipere poſſe, & meritò di-
cit *gloſ.* quod præſcriptio incepit: in termi-
nis autem noſtris nulla bona fides, aut iuſtus
titulus originem ſumſit, quinimò notoria
occupatio poteſt conſiderari poſtquam lon-
ginquitas temporis negat probationum
88 facultatem, & ideò præſcriptio rei alienæ
non incepit, & ſaltem per viam reſtitutionis
in integrum ſemper eſt reſtituenda Domi-
no, non obſtante lapſu centum annorum,
ſecundum *Alexan. in conſil. 63. numer. 15.*
volum. 4.

Secundo principaliter dico in terminis
noſtris, nullam poſſe conſiderari præſcri-
ptionem, etiam ex quo agitur de irruptione,
& fractione limitum, & confinium, qui ſunt
impreſcriptibiles: fundauimus ſupra, locum
exemptum extra Diœceſim eſſe, & quodam-
modo aliam Diœceſim facere, & quod Op-
pidum iſtud fuit exemptum per fines, & cõ-
fines, & ideò ſequitur, quod dum Epiſcopus
iuriſdictionem ſpiritualem Arunchi occupa-
uit, limites ſuæ Diœceſis tranſgreſſus eſt,
quos tranſgredi non poterat, quia ſunt im-
89 preſcriptibiles, quando certis limitibus sũt
diſtincti, *text. eſt notab. in cap. licet, & in*

cap. inter Monasterium, 16. *quæst.* 3. *Misinger. in obseruat. centur.* 6. *obseruat.* 28. *fol.* 407. *ater.* & imprescriptibiles esse fines dicit etiam *glos. in cap. quicumque, in verbo Prouincia*, 16. *quæst.* 3. *& Andr. in cap.* 1. *num.* 13. *hic finitur lex*; & ideò est vsurpatio, quæ nullo tempore præscribi potest, idē *Andr. in prælud. feud. num.* 36.

90 Ergò nullo modo dici potest, Episcopos
Squillacenses potuisse præscribere limites
alterius Diœcesis, idest istius loci exempti,
sed remanserunt liberi, vt per prius erant,
& ita ad præsens præsumuntur, vt fama refert *Afflict. in decis.* 13. *&* 23. nec censentur mutati, *l. in finibus, ff. finium regundo-*
91 *rum*, & latè fundat *D. Regens Valenzuela in cons.* 100. *nu.* 30. *& seqq.*

92 Imò non solum Diœcesum, & Parrochiarum limites sunt imprescriptibiles, sed etiā feudorum, *Hieron. de Monte in tract. de finibus regen. cap.* 74. *nu.* 8.

Attamen non me fugit, huic conclusioni
opponi posse, quod per possessionem finium
93 Monasterij spatio 40. annorum, præscriptio
datur, & nullam deinceps dari actionem, etiam si Romanæ Ecclesiæ ius competere posset, per *cap. volumus*, 16. *quæst.* 4. & per *l. final. C. de fundis patrimonialibus, lib.* 11. vbi emphyteuta Ecclesiæ, qui per 40. annos possedit, vllam patitur molestiam.

Sed distinctionis fœdere responsio datur. Aut enim agitur de præscribendis finibus, qui non sunt certis limitibus distincti, nec diffinitio eorum à principio clara processit, & tunc vera est præsens oppositio.

Aut verò agitur de finibus distinctis, & determinatis à principio, in quibus eorum dilucidatio apparet, vt est in terminis nostræ causæ, & tunc vera est nostra conclusio, nullam dari præscriptionem ex quouis cursu temporis, *d. cap. licet*, 16. *quæst.* 3.

Concludendum est igitur tam ex prædictis, quam ex alijs maturius considerandis
in progressu causæ, quando apertius Archana causarum pandentur, omninò pro nostra
Cartusia fore iudicandum, eo magis, quia
agitur coram DD. Ecclesiasticis; & Eccle-
94 sia est cultrix Iustitiæ, nec patitur contra
Iustitiam aliquid fieri in se, vel in alios, *cap.* 1. *de alienat. feud.* & clarè cognoscit nullo titulo, aut bona fide Episcopos Squillacenses iurisdictionem hanc occupauisse, & eo fortius, dum agitur de reintegranda Religione Cartusiana, quæ in maxima veneratione habetur in Ecclesia Dei, & *Fasciculus temporum in anno* 1084. per hæc verba loquitur, *Ordo Cartusiensis sanctissimus incepit hoc tempore per Brunonem virum sanctum, natione Alemanum de Colonia Agrippina Magistrum in Theologia cum alijs venerabilibus viris in Diœcesi Grationopolitanensi, & hic ordo (teste Diuo Bernardo) inter omnes Ecclesiasticos ordines primatum tenet, non ratione temporis, sed rigorositatis. Vndè ipse vocat eum speciosissimam columnam Ecclesiæ, verum quia propter nimiam abstinentiam paucis portabilis erat, ne diù paruus maneret, postea ab Ecclesia moderatus fuit, nec vnquam à sancto proposito excidit singulariter à sancto Spiritu præseruatus vsque ad hodie*. Hæc ille.

Et Authorem prædictum sequitur *Franciscus Gratianus in compend. Iuris Canonici distinct.* 6. *par.* 2. *fol.* 110. *& Boer. in tract. de vita, & statu Heremitarum, num.* 4. qui allegat *Diuum Antoninum Florentinum sic testantem*.

Meritò claris oculis Iustitiam istius Venerabilis Monasterij perpendendam fore putatur. Neap. die 1. Aprelis 1627.

Io. Dominicus Tassonus.

ET prosequendo materiam nostræ Obseruationis quo ad Congregationes Vniuersitatum de qua supra, dicimus Vniuersitates
nō posse se congregare sine authoritate Su-
96 perioris, sicuti nec pupilli sine Tutore, *Affl. in cap.* 1. *§. si verò Castaldi, de feudo guardia, num.* 8. *in quæst. final. & num.* 10. *& in Constitut. Regni. Beneficium*. Fallit tamen in rebus licitis, secundum *Bald. in cons.* 319. *volum.* 2. *Aym. cons.* 4. *num.* 14. *& Paris in verb. Vniuersitas*, licet contrarium teneat *Abb. in cap.* 1. *de synd.* & sic etiam in electione Syndici licitum est Vniuersitati se cōgregare interuenientibus tamen ijs, qui secundum dictarum Vniuersitatum consuetudinē interuenire debent, ac secundum ordinem, & modum in ipsa Vniuersitate seruari consuetum, *pragmat.* 2. *de administratione Vniuersitatum*, ad cuius intellectum vide *Vinc. de Franch. decis.* 210. verum in his congregationibus solēt hodie interuenire Officiales Vniuersitatum, idem de *Franch. decis.* 446. maior pars hominum, vel duæ partes,
ex quibus quotis fit Vniuersitas, declarat
97 *Capyc. in decis.* 4. *per totam*, in qua disputat, an requiratur descriptio omnium ciuiū interuenientium in conclusionibus faciendis, vel credatur Notario asserenti maiorem partem hominum adfuisse: & concludit, credendum esse Notario, & dat formam vocandi Vniuersitatem, & ad materiam vide supra *vers.* 3. *obseruat.* 5. *num.* 21. *in fine*, vbi quod non potest se congregare ad donandum.

Fauor

98 Fauor ipfius Vniuerfitatis eft, vt femper ad eius vtilitatem attendatur, nam alias poffet mutare decretum factum per eam, fi eius vtilitas publica non detegeretur, *l. quod.5. ff. de decretis ab ordine faciendis*, & hoc non obftante lapfu temporis per viam reftitutionis in integrum, ad tradita per *Afflict.in decif.175.* Quinimò pro eius vtilitate agere
99 poterit fine abfolutione à iuramento interpofito in contractu, & non dicetur periura, non obftante quod per fuos Syndicos, & Rectores iurauerit, *l. municipalibus.96.ff.de condit.& demonftrat.* & ratio eft, quia Vniuerfitas non habet animam, & ideo abfolu-
100 tione à iuramento non indiget, *Maranta* (Doctor ab omnibus amplexandus, perpenditur enim ex fcriptis maiorum fcriptorum
101 præfertim Hifpanorum ex eo,& ex *Grammat.* & ab alijs noftris Regnicolis fingulares doctrinas, & mutiuos fuiffe carptos, licet cum folita grauitate, & encomio illos exornent: & inter noftrates indignantur aliqui, *Marantam* allegare, fed nimirum,quia fcriptura adimplenda eft: *Nemo Propheta acceptus in patria.*) in *Specul. par. 6. verfic. & quandoque appellatur*, *num.* 105. *fol. mihi* 493. vbi tamen affirmat, quod propter hoc
102 prætenfum periurium, Vniuerfitas agendo reftitutionem in integrum non haberet: Tu autem circa hoc recurre ad *Conftitutionem Regni. Beneficium*, & infra *verf.13. obferuat.* 1. vbi multa in materia reftitutionis in integrum, docet enim *D. Thom. in* 2. 2. *quæft.* 98. *art.*1. *verf. refpondeo*, quod
103 iuramenti finis eft confirmatio dicti hominis, cui quidem confirmationi, fi falfitas opponitur: per iuramentum confirmatur aliquod dictum, quia oftenditur firmiter effe verum: quod quidem non poteft contingere de eo, quod falfum eft: Vnde falfitas directè euacuat finem iuramenti, & propter hoc à falfitate præcipuè fpecificatur peruerfitas iuramenti, quæ periurium dicitur, & ideo falfitas eft de ratione periurij. Merito idem *Angelicus Doctor fupra in quæft.* 89. *artic.* 7. *verf. refpondeo. in fine*, concludit, iuramentum obligare ad faciendum, ad hoc vt veritas impleatur: fi tamen duo alij Comites adfint, fcilicet Iudicium, & Iuftitia, alias non obligaret: Cetera vero in materia iuramenti vide infra *verf. 7. obferuat.* 1, *circa finem*.



VERS.

V E R S. V.

Ch'alle doti di docati 4000. in baſcio, l'Antefato ſia il terzo, & il donatiuo à ragione di otto per cento.

Quod dotibus infra ducatos quatuor mille, Antefatum ſit pro tertia parte dotium, & donatiuum ad rationem ducatorum octo pro centenario.

Pro declaratione huius Verſiculi, tres videbimus Obſeruationes, circumſcriptis diſpoſitionibus Iuris communis in hoc, nam habemus titulum in Auth. de æqualitate dotis, & donationis ante nuptias.

Primo, de dote aliqua diſcutientur.
Secundo, quid ſignificet donatiuum in hac lege mentionatum.
Tertio, & Vltimo, quid eſt Ducatus in moneta ſimiliter hic deſcriptus.

OBSERVATIONIS I.

S V M M A R I V M.

1 *Dos dicitur, idest do item, & quare.*
2 *Quare eſt inuenta.*
3 *Quid eſt, & quare conſtituatur.*
4 *Eſt multiplicis generis.*
Profectitia quando eſt, ibidem.
5 *Aduentitia quando eſt.*
Mulier non reſtituitur aduerſus ſententiā S. C. ibid. in fine.
6 *Reclamans, debet infra biennium offerre ſupplicationes.*
Exceptio rei iudicatæ reſeruata ad merita ante omnia eſt diſcutienda, ibid.
7 *Fatalia currunt in S. C. & eis elapſis, ſententia eſt nulliter prolata.*
8 *Approbans teſtamentum paternum, non poteſt reprobare.*
Reprobari non poteſt, quod ſemel approbauit, ibidem.
9 *Geminationes multæ reddunt actum validum, & ſi alias eſſet inualidus.*
10 *Inducunt magnam ſcientiam, & deliberationem.*
11 *Scientia, & deliberatio inducuntur per geminationes.*
12 *Reſtitutio in integrū non conceditur, quando cauſa eſt iniuſta.*
Ignorantia iuris non excuſat mulieres, ibid.
13 *Pater non ſubiacet conſuetudini, quo ad bona extra diſtrictum.*
14 *Vſus Capuanæ, & Nidi an extendatur ad bona extra diſtrictum.*
15 *Pater poteſt relinquere plus vni, quam alteri ex filijs.*
16 *Pater non ſubiacet diſpoſitioni l. hac edictali, C. de ſecundis nuptijs.*
Mariti authoritas in vxorem non eſt eadē, quæ vxoris in maritum, ibid.
17 *Mater an ſubiaceat l. hac edictali, eſt dubium.*
18 *Mater de iure conſuetudinario poteſt meliorare filios ex diuerſis matrimonijs.*
19 *Donatio facta à matre contemplatione filiorum ſecundi matrimonij, an valeat.*
20 *Reſeruatio filiæ primogenitæ maritatæ de ſuccedendo in feudalibus, valet.*
Filia primogenita maritata poteſt ſibi reſeruare ius ſuccedendi in feudis, ibid.
21 *Aſſenſus non requiritur in contractu cum immediatè ſucceſſuro.*
22 *Filiæ in capillo vt excludāt primogenitam maritatam, quæ requirantur.*
23 *Vtrinque coniunctus præfertur conſanguineo tantum de iure communi, ſed non conſuetudinario Neap. & ſic deciſum.*
24 *Auth. poſt fratres) ſunt correcta per con-*
Auth. ceſſante) ſuet. Neap.
25 *Pater ſuccedit ſolus doti datæ filiabus.*
26 *Dos redit ad heredes dotantis.*
27 *Conſuetudines non ſunt Capitula illa deſcripta à Camillo Salerno in conſuet. Neapol.*
28 *Sententia confirmata in cauſa reclamationis,*

nis, ponit perpetuum silentium.

Legitima debetur filia etiam super dotibus promissis, vel solutis per patrem alijs filiabus, ibid.

29 *Dos praefertur creditoribus quando.*

30 *Dos non praefertur creditoribus anterioribus in bonis acquisitis post obligationẽ.*

Fiscus praefertur creditoribus anterioribus in bonis acquisitis post obligationem, ibidem.

Dotis exactio datur contra haredes insolidum, ibidem.

Dos cõfessata per maritum tempore mortis, non admittit exceptionem nõ numerata dotis, ibidem.

31 *Compensatio nõ potest opponi aduersus exactionem dotis.*

32 *Mater tutrix potest dotem exigere non obstante exceptione computorum.*

§. taceat, C. de rei vxor. actione procedit etiam fauore matris tutricis, ibid.

33 *Militat tantum in solutione interesse dotis, & antefati, ibidem.*

34 *Soror masculiata quando dicatur.*

35 *Filia instituta à patre, quando vigore consuetudinis censeatur, posse succedere vti hares.*

36 *Faemina concurrunt cum masculis non habentibus onus dotandi.*

37 *Vterina succedunt cum vterinis, qui non habent onus dotandi.*

Fratres consanguinei tenentur dotare sorores consanguineas, licet vterini non teneantur, ibid.

38 *Filij dotata, qua renunciauit, succedunt cum consanguineis.*

Renunciatio non nocet filijs dotata qua renunciauit successionibus, ibid.

39 *Monasterium monialium veniens ex persona monialis renunciantis, fuit exclusum per sententiam S.C.*

40 *Consanguinei in quarto gradu excludunt illos in quinto de iure communi.*

41 *Secus autem de iure consuetudinis Neapol.*

42 *Renunciatio matris quando noceat filijs, & num. seq.*

43 *Filia etiam hares matris renunciantis potest venire ad successionem consanguineorum, & seq.*

44 *Pactum, vt filij non possint venire ex propria persona cũ promissione euictionis, quomodo intelligatur.*

45 *Euictio non tenet, si non tenet renunciatio.*

46 *Renunciatio sine causa non valet.*

47 *Bona filij, non dicuntur bona patris.*

48 *Mutata persona, mutatur conditio rei.*

49 *Renunciatio generalis non transgreditur personas ad beneficium cuius fuit facta.*

50 *Soror succedit fratri decedenti sine filijs nõ obstante renunciatione.*

51 *Filia renunciantis quando non concurrit cum alijs.*

52 *Dote deperdita an pater teneatur iterum dotare.*

Pater vtrum teneatur dotare iterum filiã, qua dotem perdidit, ibidem.

53 *Frater an iterum teneatur dotare sororem, qua dotem perdidit.*

54 *Pater quando repetit à filio dotem.*

55 *Dos in matrimonio inualido an repetita censeatur in matrimonio valido.*

Fallit, si est promissio incerta, & pacto nudo, ibidem.

56 *Dos non potest minui filia iterum nubenti.*

57 *Dotes materna an subiaceant pro alimentis filiorum.*

58 *Alimenta debentur secundum conditionem. & num. 66.*

59 *Lite pendente debentur, & nu. 71.*

60 *Alendi onus potius spectat ad matrem, quã ad fratrem.*

61 *Et sic etiam in dote filiarum, & num. 63.*

62 *Dos filia subiacet alimentis matris et auia.*

63 *Mater de dotibus quando non tenetur alere filios.*

64 *Ingratitudo filiorum facit cessare alimenta.*

65 *Fallit, si filius est egenus.*

66 *Pater habet alimenta super dote filia.*

Quando non sufficiunt fructus, nõ tenetur alere filium, ibid.

67 *Alimenta debita iure actionis debentur etiã filio diuiti.*

68 *Debentur filio de bonis datis in dotem.*

69 *Debentur ab Ecclesia donanti ei domum, etiam si domus diruatur.*

70 *Vt debeantur, qua requirantur.*

71 *Debentur lite pendente.*

72 *Mater, qua transiuit ad secunda vota, an teneatur alere filium infra triennium.*

73 *Debet inius vocari, petita venia.*

Filius non tenetur dotare matrem, nec victualia mittere, ibid.

74 *Nepotes tenentur alere amitam.*

75 *Filij tenentur parentibus, & per se, & per accidens.*

Pater tenetur tesaurizare pro filio, ibid.

Vxor tenetur alere maritum, ibid.

76 *Alimenta debentur debitori, cui omnia bona sunt sequestrata per creditores.*

77 *Alimenta absque cautione sunt danda, & si cautio daretur, sufficit iuratoria.*

VERS V.

OBSERVATIO I.

De dotibus quatenus ad materiam nostram.



AD Primam, quæ se offert obseruat. petendi quid est dos, dico, materiam istam latam esse, & à DD. plenius explicatam in diuersis tractatibus, & in lecturis, & nouissimè per *Fontanell. de pact. nuptialib. per totum*, & ideò non est opus ad aliam transgredi, nisi quatenus ad nostram materiam attinet, aliqua tangere.

1 Dotes secundum *Neapodanu in consuet. Neap. in rubr. de iure dotium*, dictæ sunt, idest *do item*. Siquidem maritus, & vxor se ad inuicem emebant, & dotabantur, præsertim ne vxores virorum ancillæ viderentur, & ita declarat *Guido in verb. do*, licet etiam maritus dotabat, vt in *Genes. 34.* ibi, *Augete dotem, & munera postulate, tantum date mihi puellam hanc.* (quem locũ intellige de Christo, qui adeò amat, & cupit animam nostram, quod ipse omnia dat, & etiam sanguinem suum sparsit pro ea.)

2 Dotes.n.ob grauamina inuentę fuere, nam si dotes non adessent: vtique tanta matrimonij onera non assumerentur, & Respublica in damno esset, & mulieres nubere non possent, hominesq; non essent, *l. 1. ff de iur. dot. & l. 1. solut. matrim. Fontanell. de pact. nuptial. lib. tom. 2. claus. 5. gloss. 2 part. 3.* tantaq; erat apud Romanos antiquos cupiditas replendi Rempublicam, vt lex erat, quæ cęlibes vetabat, quinè 25. anno transacto cęlibes erant ex propinquorum bonis etiam ex testamento nihil commodi capere poterãt, imo, qui nullos habebat liberos in medietate bonorum multabatur: quam legem Constantinus Magnus Christianus effectus reuocauit, cęlibatusq; vitam meliorem declarauit. Quinimo immunitatem Clericorum statuit circa annum 306. ita *Sozomenus in Historia Ecclesiastica lib. 1.* qui est cum *Eusebio, & Nicefore in vita Constant. lib. 3.*

3 *cap. 14. & lib. 4. cap. 47.* Dos enim est id, quod datur ab vxore marito in carnali matrimonio ad onera substinenda. Vel possec diffiniri, quod est ius pecuniæ viro constitutæ ad onera matrimonij substinendi, *l. pro oneribus, ff. de iure dotium.* & multiplex genus est, videlicet profectitia, aut aduẽtitia.

4 Profectitia est, quæ à patre, vel ab auo, aut proauo paterno fuit profecta: scilicet de bonis eius, aut facto eius pro filia, vel nepte eius, vel quando de mandato eorum constituatur; vel Præses, aut Curator deuie de bonis alicuius eorum, si pater erat prodigus, vel furiosus, *l. profectitia. §. 1. in fin. ff. de iure dotium*, & prædicta procedunt etiam si filia, vel neptis in potestate parentis non esset.

5 Aduenticia dos est, quæ non proficiscitur à parente, sed ab extraneo, etiam si extraneus patri daret, vt filiæ in dotem det, *d. l. profectitia, §. si quis certum*, vel si pater, vt extraneus dedit dotem viro, *d. l. profectitia, §. fin. vers. cæterum*. Seu quando pater, non vt pater, sed vt alio dotem promittente, fideiusserit, & quasi fideiussor soluerit, *d. vers. si pater*.

Fuit alias dubitatum, de dote promissa à patre filiæ in hac Ciuitate Neapolis, si filia dotata sine liberis decesserit, & de medietate dotis tantum disposuerit serua a forma consuetudinis, num alia medietas dotis redire deberet ad hæredes patris dotantis, vel ad sorores vtrinque coniunctas ipsius filiæ dotatæ tanquã proximiores. Quæstio hæc euenit in contingentia facti, & aliqui viri grauissimi dubitabant. Ego autem intrepidè sentiebam ad hæredes dotantis redire, & infrascripta allegabam vna cum alijs capitibus, secundum quæ fuit postea iudicatum iunctis Aulis, & quia in decisione prædicta adsunt multa capita, ideò omnes Allegationes inserere volui, secundũ quæ etiam in causa reclamationis fuit confirmatum, vt videbis.



IESVS MARIA IOSEPH.

ALLEGATIO XX.

An Pater poteft relinquere plus filijs fecundi matrimonij quam primi, relictæ tamen legitima alijs filijs: Et an dos redeat ad dotantem, vel ad proximiores dotatæ: Et an filia primogenita dotata poffit fibi referuare fucceffionem feudaliū: & aliqua de fatalibus.

IO. Vincentius Pignonus habuit duas vxores, ex prima Ioanna Carrafa procreauit quinque filias.

Prima fuit Hyppolita, quam maritauit Carolo Pignatello Marchioni Plagetæ cum dote duc. 10000.

Secunda fuit Delia, quam fimiliter maritauit Francifco Pignatello cum dote ducat. 8000.

Tertia, & quarta fuerunt monachatæ.

Quinta, quæ eft Portia Pignone, fuit pofita intus Monafterium S. Mariæ Donnę Romitæ ad ipfam monachandam, ex quo eſt vnoculа, & minus apta ad maritandum.

Ex fecunda autē vxore Cornelia Caracciola, habuit Beatricem Pignonem.

Idem Io. Vincentius de menfe Decembris 1596. fuum condidit teftamentum, & hæredem vniuerfalem inftituit prædictam Beatricem vltimam filiam ex fecūdo matrimonio, & cognofcens tanquam pater prudens, quod prædicta Portia erat inhabilis ad fe maritandum, reliquit ei legitimam, & fi fe monachare voluerit, totum illud, quod neceffariū erit pro monachatu, fecundū confuetudinē Monafterij, *vt ex teftamento fol.* 4.

De menfe Maij 1597. ifta Portia approbauit teftamentum paternū, & petijt in S.C. legitimam à patre relictam, & portionem in bonis maternis, *vt ex fupplicatione fol.* 1.

Et per aliam comparitionē petijt introitus feudales duc. 200. exclufis alijs filiabus maritatis, ex quo erant loco legitimæ, *vt ex comparitione fol.* 100.

Pro parte Beatricis fuit prætenfum, quod prædicti ducat. 200. excedunt legitimam *fol.* 140.

Et compilato proceffu, per decretū S.C. iunctis Aulis, referente D. Marco Antonio de Ponte, fuit prouifum, *dictos introitus feudales duc.* 200. *effe imputandos in legitimam Portiæ, falua prouifione facienda, an omnes dicti introitus fint legitima Portia, vel pro currenti quantitate legitimæ, 6. Iulij* 1601. *fol.* 119. *ater.*

Portia approbauit dictum decretum, & habuit poffeffionem prędictorum duc. 200. annuorum, fol. 186.

Et filuit per annos quinque.

Poft annos quinque fub die 11. Augufti 1605. obtulit fupplicationē in S.C. fol. 144. & deduxit plura capita.

Primo, quod non obftante teftamēto paterno, in quo fuit ei relicta legitima tantum, ad eam fpectat medietas hęreditatis paternæ, ex quo pater non poteft relinquere plus filijs fecundi matrimonij, quam filijs primi.

Secundo, ad eam fpectare portionem dotium maternarum peruentam ad Deliam eius fororem mortuam fine filijs.

Tertio, ad eam fpectare prędictos ducat. 200. annuos feudales tanquam relictam in capillo, & maiorem natu.

Quarto, declarari, ftante morte Delię prędictę fine filijs, ad ipfam Portiam fpectare medietatem dotium Delię tanquam proximiorem, feruata forma confuetudinis, vt ex comparitione fol. 141.

Beatrix oppofuit exceptionem rei iudicatæ, & litis finitę fol. 144.

Et per decretum S.C. fuit referuata ad merita fol. . .

Et tandem per fententiam S.C. latam fub die 16. Septembris 1616. fol. 409. iunctis DD. duarum Aularum declarata funt plura capita videlicet.

Primo fuit abfoluta Beatrix à petita medietate bonorum quondam Ioan. Vincentij communis patris, & declaratum eft fpectare ad Portiam legitimam fuper bonis extra diftrictum, & fuper bonis acquifitis per Ioan. Vincentium patrem, necnon fextam partē fuper bonis infra diftrictum cum fructibus, ac quintam partem dotis Ioannæ Carrafæ matris, deductis quantitatibus per ipfam receptis, & quintam partē medietatis quintæ partis dotium prædictæ Ioannæ peruentę ad Deliam, cum intereffe liquidando.

Secun-

Secundo declaratum est, introitus feudales peruentos ad Portiam ex hęreditate patris non spectauisse, nec spectare pręcipuos ad ipsam Portiam, & proinde esse imputandos in legitimam ipsius Portiæ, seruata forma decreti S.C. lati 6.Iulij 1601. f.119.ater. & esse procedendum ad decisionem articuli reseruati in decreto prædicto.

Tertio, & Vltimo, fuit declaratum, Beatricem esse absoluendam à petita portione medietatis dotiũ Deliæ eius sororis fol.409.

Et votauerunt XI. Consiliarij.

Portia reclamauit ab hac sententia quoad tria capita.

Primo quoad absolutionem medietatis bonorum hęreditatis paternæ.

Secundo quoad caput feudalium.

Tertio quoad absolutionem medietatis Deliæ.

Et quoad reliqua acceptat sententiam, vt ex comparitione 27. Septembris 1616. fol. 416.

Et licet obtinuerat regiam decretationẽ de verbo faciendo, an sit deferendum 23. Septembris 1616. fol.411.

Fuit postea reuocata, ex quo restitutio prædicta mulieri non competit aduersus sẽtentiam S. C. vt ex alia regia decretatione fol.418. ex *decis. Vinc. de Franch.* 284.

Quinimò fuit oppositum pro parte Beatricis, quod respectu capitis feudalium non competat Portiæ reclamatio, cũ adsint duo decreta conformia, ideſt illud de anno 1601. & ista sententia de anno 1616. vt ex comparitione fol.416.

Portia produxit ordinationes S.E. per Scriptorium, vt causa referatur in Collaterali Consilio fol. 439. & 440. & siluit vsque ad annum 1625.

Et in anno 1625. porrexit supplicationẽ pro reclamatione, & fuit commissa D.Carauitæ fol. 488. intimata Beatrice, fuit per eã oppositum de lapsu fatalium, ex quo licèt de anno 1616. reclamauit, non est prosequuta reclamationem, vt ex comparitione Beatricis fol.489.

Debebat enim infra biennium supplica-
6 tionem offerre, *Auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper. offerend. l. 1. C. de sent. præfect. prætor.* & tenet *Reg. de Ponte in cons. 61. num. 1. & cons. 63. vol. 2.* vbi *num. 6.* subdit, quod si ex lapsu fatalium causa fuerit deserta, & Iudex, fatalium lapsu non obstante, primam sententiam retractauerit, nulliter procedit, ex quo prima sententia est effecta
7 irretractabilis per lapsum fatalium. Et fatalia obseruari in S.C. non dubitatur, *D. de Franch. in decis. 646. vol. 4.*

Sed vt DD. Iudicantes ex nunc pro tunc cognoscant, quam aereè conqueritur Portia de sententia S.C. iustissimè prolata, super tribus capitibus, à quibus reclamat, quæso infrascripta pauca dignentur perpendere.

Et quoad primum caput de legitima relicta à patre, dicimus.

Quod Io. Vincentius Pignonus erat Doctor, & fuit Gubernator Prouinciarum, & amator æquitatis, & iusti, vt notum est, & patet ex *decis. 30. Gizzarelli*, in qua & si nomen non declaratur, de Equite isto loquitur, ex primo enim matrimonio habuit quinque filias, duas maritauit, & duas monachauit, vt supra, & isti Portiæ quintogenitæ reliquit legitimam, & expensas pro monachatu, & hæredem vniuersalem reliquit Beatricem filiam ex secundo matrimonio, eique substituit filios Hippolytæ Pignone primogenitæ, vt ex testamento fol.217. ater. in 4.cap.

Portia iam nata in anno 1580. vt fol. 192. de mense Maij 1597. approbauit testamentum paternum, petendo legitimam fol. 1. per decretum S.C. 6. Iulij 1601. fuit ei tradita, vt supra in nota facti.

Sequitur ergo, quod ei obstat *text.* in terminis *in l. parentibus. 8. C. de inoffic. testam. in fin.* ibi, *accusare vt inofficiosam voluntatem patris, quam probauit, non potest.*

Subditque ibi *glos. fin.* quod probo, non
8 reprobo, nam quod semel approbauit, amplius reprobare non potest, *l. Pomponius scribit. 10. ff. de negot. gest.* vbi *glos. in verbo probatum semel.*

Nec dici potest, Portiam fuisse minorem, siquidem est nata 28. Augusti 1580. fol. 192. in 6. Maij 1597. petijtq; legitimam seruata forma testamenti paterni, fol. 1.

Et sic ratificauit 9. Decembris 1598. fol. 36. & in anno 1601. fol. 100.

Et 6. Iulij 1601. obtinuit decretum S. C. fol. 119. aterg. & illius exequutionem habuit in anno 1602. fol. 186.

Et siluit vsque ad 1605.

Geminationes istæ magnæ sunt virtutis,
9 & reddũt actum validũ, & si alias esset inualidus, *arg. l. Balista, ad Trebell. Bart. in l. scimus, C. de agric. & cens. lib. 10.* & indicant actum magis deliberatum, *glos. in cap. si quis iuratus, 2. quæst. 3.* Quinimò lex, quæ generaliter loquitur, non intelligitur de actibus geminatis, *Roman. in l. si vero, §. de viro,*
10 *ff. solut. matrim.* quia talis geminatio inducit magnam scientiam, & deliberationem, *Barbat. in cons. 18. col. 15. lib. 2. Corset. in tract. de geminat.*

Et meritò exceptio litis finitæ, & rei iudicatæ opposita de anno 1601. militauit, & militat

militat aduerſus Portiam.

Nec ei opitulari poteſt prætenſa reſtitutio in integrum.

Primo, quia non poteſt, nec debet allegare ignorantiam, ſtantibus tot geminatis pe-
11 titionibus, ex quibus præſumitur magna ſcientia, *Barb. in d.conſ.* 18. & tanto magis, quia habuit executionem decreti S. C. de anno 1601. pro legitima petita, vltra quod ignorantia iuris non excuſat mulieres, *l.fin. C.de iur. & fact.ignor.*

Secundo, quia reſtitutio in integrum non
12 conceditur, quando iniuſtitia cognoſcitur, *l.3. ff de reſtit.in integr.*

Tertio, quia non poteſt dici læſa, nam ex relatione facta de ordine S.C. ante prolationem ſententiæ de anno 1616. fuit patefactũ, patrimonium paternum eſſe ram oneratum debitis, quod ipſa Portia habuit pluſquam Beatrix.

Et hæc ſufficerent ad excludendam prætenſionem Portiæ reſpectu iſtius primi capitis.

Sed ad magis demonſtrandam eius iniuſtitiam, eſt aduertendum, quod patrimoniũ paternum conſiſtit in bonis extra diſtrictũ, & in bonis infra diſtrictum.

Quoad illa extra diſtrictum, pater non
13 ſubiacet conſuetudini, *§.per quod, in proem. conſuet.fol.*44. *Fab.de Anna in conſ.*92.*vol.*2. ſed ſubeſt iuri communi, quo permiſſum eſt patri relinquere plus vni, quam alteri ex filijs, *text. eſt Clar. in d.l.parentibus, C.de inoffic.teſtam.* Poteſt enim pater relinquere
14 plus filijs ſecundi matrimonij, quam primi ad eius libitum, dum tamen filijs primi matrimonij relinquat legitimã (vt in caſu noſtro) *D.de Franch.in dec.*583.*nu.*2.*vol.*4.in qua fuit deciſum legatum duc. 15.mil. factũ filio ſecundi matrimonij valere citra præiudicium legitimę filiorum primi matrimonij. Altera deciſio eſt Senatus Pedamontani de anno 1603. relata per *Gaſpar.Teſſ.in* 1.*add. ad dec.*170.*Ant.Teſſ.eius patris.* (quinimò & de donatione ſic eſſet reſpondendũ, per *tex. clarũ in §.*1.*in auth. de immenſis donationibus collatis in filios, conſt.*92.*ſecundum lect. Aloandri,ibi.illud volumus,vt ſi quis immoderatam donationẽ in quempiam. aut quoſpiam filiorũ ſuorum faciat: neceſſe habeat in hæreditatis diſtributione tantũ cuiq; filiorũ relinquere,quã magna pars erat legitimæ antequam propter donationẽ in filios, vel filias hæc ipſa honoratos conferret. Ita enim donationes amplius in crimen non vocabunt,cũ in vniuerſa partis ſubſtantia legitimã habeãt.)

Hinc aduertit *Teſſ.in dec.*170.*n.*10.*et* 13.
15 ait eum eſſe dicere, patrẽ ſubiacere diſpoſitioni *l.hac edictali. C.de ſecund.nupt.* cum diuerſa ſit ratio in patre, quam in matre, ex quo, contra patrẽ non repetitur ſcriptum, ꝙ excoriaret liberos primi matrimonij, vt dicitur in matre, *l.lex quæ tutores.C.de admi.*
16 *tutor.* nec eſt eadẽ auctoritas vxoris in maritum, quæ eſt mariti in vxorẽ, *Tiraq.in trac. de legib.connub.in princ.*vt per *Teſſ ibi n.*13.
17 Quinimo etiã in matre, eſt quæſtio diſputabilis ſecundum *Teſſ.in d.dec.*170.an poſſit relinquere plus filijs ſecũdi matrimonij quã primi, & *D.de Frãch.in dec.*435.*nu.*4.tenet, ꝙ poteſt dare filię ſecundi matrimonij pro ea dotanda, non obſtante contradictione filiorum primi matrimonij, quibus reſeruatur legitima debita iure naturæ, & idem tenet *Maſtrill.in dec.*179. *nu.*28.*&* 30.*& D.de Pont.in conſ.*35.*nu.*27.*&* 28.*vol.*1.*et Steph. Bertran.in repet. l.hac edictali. C.de ſecund. nupt. in verſ.ita tamen, nu.*15.*&* 16. qui eſt inter repetentes in 1.*par. Codicis, fol.* 529. indubitãter tenet poſt multos ibi allegatos, quod mater poteſt relinquere plus filijs ſecundi matrimonij, dummodo filij primi legitima nõ fraudantur, & ex diſpoſitione noſtræ *conſuetudinis. Si qua moriens, cum ſeq.*
18 eſt permiſſum matri meliorare filios primi, vel ſecundi matrimonij; ad eius libitum, relicto bonorum ſubſidio alijs: Sed quicquid in matre, de qua non eſt quæſtio noſtra. Sed ſi eſſet indubitanter tenerem, quod poſſet, per *tex.clarum in § pen.in auth.de nupt & in §. 1.in verſ.integrum, in auth.de triente.& ſemiſſe,& maximè ſecundũ lectur. Greg. Aloãdri, vt infra notabitur*, quæ iura loquuntur de parentibus, & ſic mater includitur.

Quoad patrem, DD. non dubitant poſſe relinquere plus filijs ſecundi matrimonij, quam primi, vt oſtendit *Teſſ in d. deciſ.* 170. *nu.*10.adducens DD. ſic tenentes, & in *num.* 13. per rationem vt ibi.

Nec Pars aduerſa opitulari ſibi põt de *d.l. hac edictali, C.de ſecund.nupt.nec de dec. D. de Franch.* 435. qm̃ *l.hac edictali.* loquitur qñ pater, vel mater, quæ habet filios, & ad ſecunda vota tranſit, vt non poſſit relinquere vitrico, vel nouercæ, pluſquã reliquit vni ex filijs primi matrimonij, quod etiã eſt prouiſum *in §.cõmodiſſimè, in auth.de his, qui nuptias iterant*, & ſic caſus eſt diuerſus à nr̃o, & tanquã exorbitans nõn extẽdendus, *Surd. in conſ.* 422. *nu.* 13. vbi teſtatur de cõmuni.

Eſt verum, quod DD. dubitauerunt, an *d.l.hac edictali.* procedat quando mater trã-
19 ſiens ad ſecunda vota, & facit donationem filijs naſcituris ex ſecundo matrimonio, & *Bal.Caſtr.Boer.*& alij relati per *D. de Frãch, in d.dec.*435.*nu.*1.*& Teſſ.in dec.*170. tenentuns

runt opinionem pro filijs secundi matrimonij, ex quo *d.l.hac edictali*, non comprehendit hunc casum.

Sed *Ricrhard.de Salyc.*& alij DD. ibidem relati *num.* 2. tenuerunt contra *Bal.* ex ratione, quia in tali casu videtur facta donatio viro, & non filijs secundi matrimonij, cum quibus non potest cadere affectio, & tanto magis si vir stipuletur pro eis, & ideo fuit decisum secundum opinionem *Ricchar.* & in *d.decis.*435.*in fine*, decisum fuit, donationem factam per matrē in capitulis matrimonialibus non valere, & sic etiam procedit *decis.* 275.*Mastrill.* in donatione facta per matrē, & de patre nullum verbum dicit.

Casus noster est diuersus ab vtroque superius relato; nam pater in testamento relinquere tenetur filijs legitimam tantum, & illud plus, quod habet potest relinquere extraneis, *§.1.vers.integrum, in auth.de triente,& semisse*; ergo fortius & filijs primi, vel secundi matrimonij, vt sibi videtur. & meritò dum in S.C. fuit dubitatum, an valeret donatio per Franciscum Gambacorta facta duc. 15. mil. ad beneficium filiorum nascendorum ex secundo matrimonio, qui per legatum reliquit prædictos duc. 15. mil. per S. C. fuit decisum legatum valere, citra tamen præiudicium legitimæ competentis filio primi matrimonij, pro quo facit *§. commodissimè, in auth. de his, qui nuptias iterant*, ibi. *vt tamen omninò, quæ quarta olim fuit hodie tertia, aut dimidia ex lege nostra parti, filio relinquatur.* Et licet aliqui ex Dominis dubitabāt, ex quo dependebat ex donatione facta in capitulis matrimonialibus; Quo ad legatum, & testamentum nulla dubitatio adfuit, vt in *d.decis. D.de Franch.*583. *nu.*1. *&* 2, *vol.*4. *& l.*4. *ff. de inoff. testam.* procedit quando pater præteriit filium, aut nihil reliquit, vt declarat *Gasp.Tess.in d.add.*1.*ad dec. patris* 170. & non in casu nostro.

Et quod pater relicta legitima liberis primi matrimonij, de residuo possit disponere ad libitum ad beneficium filiorum secundi matrimonij, indubitanter tenuerunt.

*Stephanus Bertrandus in rep. d.l. hac edictali, super vers.ita tamen, nu.*15. *qui est inter repetentes in* 1.*par.Codicis, fol.vbi* 529.& alij legat *Bal. in multis locis.*

*Angel.in cons.*394.*incip.cum fratres ad diuisionem, circa finem.*

*Abb.Panor.in cons.*15.*incip.duo sunt, vol.*2.

*Corn.cons.*5 r 3. *vol.* 1.

*Castr.cons.*351.*incip.pro fundamēto,col.*2.*vol.*2.

Et alios cumulat *Tess. in d. decis.*170. *num.*10.

Quibus addo *Andr.Gayl.lib.*3.*obseruat. obseruat.*112.*nu.*24.*&* 25. vbi, quod pater non tenetur seruare equalitatem inter filios primi, vel secundi matrimonij fol. 175. *Alex.in in cons.*19.*num.*5.*lib.*6. post *Bar.* ibi allegatum, *Tusc. in pract. verb. uxor, conclus.* 407. *nu.*3.*&* 6.*& Bald. in l. hac edictali, nu.*16. *C.de secund. nupt.*

Et ne *tex.* punctualis in hoc articulo tam claro desit, quæso videatur, *§.pen. incip.illud., in auth. de nupt.* quo loci expresse sancitum est, parentes qui ex primis, & secundis nuptijs habent filios, posse inequaliter inter eos disponere, dummodo legitima portio eis non auferatur, & si ex primis, vel secundis nuptijs aliquem filium habent, ita festiuum, ita delectum, vt eum velint præponere alijs: datur licentia hoc agendi, dummodo alijs de legitima portione prouideāt, qui *text.* hortatur tantum parentes ad equalitatem, & non arctat, sicuti *S. C.Trid.* hortatur coniuges ad confessionem, & communionem ante matrimoniū. & non arctat. in *sess.*24.*c.*1.*& Nauar.de pænit.c.*1.*n* 33.*&* 39. *& in pandectis Florētinis adsūt infrascripta verba in text. prædicto sm̄ lecturā Aloandri.*

Porrò hanc particulam, vt liberorum, ex primo, secundoq; matrimonio procreatorum equaliter ratio habeatur, non quasi legem sācientes, sed potius quasi consilium dantes profersmus. Sic intelligit *Bart.ibi, in summario,* & inde sequitur *tex. Alioquin & auget legitimam, idest vt sit tertia infra quatuor filios, & dimidia supra quatuor, & per prius erat quarta pars eius, quā quis ab intestato fuisset habiturus, l.Papinianus, §.quarta, ff.de inoff. testam,* quinimò paulo ante in *text.* prædicto habetur: *Iusti patres erunt, si solum legem obseruant. iusti verò, & benigni, si vltra legem relinquant.* & ita tenet *Fontanell. de pact.nupt.claus.*5.*gloss.*8.*par.*5.*nu.*6.*in* 2.*tom.*

Et sic iste primus punctus iustissimè decisus fuit per S. C. per iura, decisiones, & auctoritates, vt supra relatas.

Quo verò ad secundum caput de feudalibus introitibus, dicitur, quod primogenita Io.Vincentij fuit Hyppolita, quæ qn se maritauit Carolo Pignatello Marchioni Pagletæ, expresse sibi reseruauit successionē feudaliū in casu mortis patris sine filijs masculis.

20 Et hanc reseruationem (patre consentiēte) valere, tenet *Andr.in c.*1. *nu.*31. *vers.cū filia, vel soror, de nat.succ.feud.*& ita decisum refert *D. de Ponte in causa Amatricis, in cons.*20.*nu.*21.*&* 56.*& in tribus eius consil.* 10.*&*20.*&* 21.*vol.*1.in quibus omnibus disputat articulū, & rationes refert, & signanter, quia primogenita posset dicere patri, nolo dotari, sed expectare successionem feudaliū, & pater tali casu eam cogere nō posset: itaq; reser-

reseruatio reducitur in pactum, vt in *d. cons. 10. nu. 4.* subdens *nu. 11.* quod si pactum successionis non sortiretur effectum, ex quo voluntas est indiuidua in dotatione, resolueretur dotatio, & oporteret, vt primogenita admitteretur ad successionem feudorum.

21 Nec in hac reseruatione pacti requiritur assensus, dum fit cum immediatè successore, *And. et scribēn. in c. 1. §. si libellus, de alie. feu. pater. & in consl. cõstitutionē Diua memoria*, & idem de *Ponte in cons. 10. nu. 19. 28. & 56.*

Et pater in testamento agnoscens, quod Hyppolita habuerat dotem duc. 10000. eam grauauit ad ęstimationem feudalium, quatenus illa prætenderet, vt ex testamento fol... sed Hyppolita, & eius filij scientes hanc veritatem tacuerunt, & tacent.

Et ad excludendum Portiam.

Conferunt etiam verba *Const. vt de succes-*
22 *sionibus. ibi. filia autem in capillo post mortē patris in domo manentes maiores sorores cõiugatas excludant.* & cum verba statuti, sint strictè intelligenda, non possunt extendi ad Portiam, quę non in domo patris, sed in Monasterio destinata ad monacandum erat, tãquam non apta ad matrimonium.

Et sic quo ad istud secundum caput, fuit iustissimè decisum contra Portiam.

Ad Tertium vero, & Vltimū de medietate dotium Deliæ.

23 Dicimus, quod & si de iure cõmuni soror vtrinq; coniuncta præferatur consanguineæ, *Auth. cessante, cū seq. C. de legit. hæred. et §. 1. in aut. de consang. et vterin. fratrib. const. 84.* hoc procedit ab intestato, *§. consequens, in auth. de hæred. & falcid. & d. auth. cessante, et Gasp. Tess. in quæst. forens. 74. nu. 1.*

Sed Delia fecit testamentum, ergo &c.

Quinimo, & de iure cõsuetudinario *Neap. per consuet. si quis, vel si qua*, consanguinea succedit cum vtrinq; coniuncta, & ita decisū refert *de Fräch. in. dec. 26. et 99. n. 3. & 619.*

Sed in casu nostro nō cadit disputatio hęc, postquam Delia disposuit de medietate suarum dotium ad beneficiū filiorum Hyppolitę eius sororis primogenitæ, sed est videndū ad quem veniat alia medietas dotiū, de qua non potuit disponere.

In capitulis matrimonialialibus fuit factū pactum per Tutores Beatricis hæredis, dum dotauerunt Deliam, vt in casu mortis Deliæ sine liberis, ad Beatricem dotantem, & eius hæredes rediret dos, vt in fol. 169.

24 Et ex dispositione iuris, *dos redit ad dotātem, l. dos à patre, C. solut. matr. Affl. dec. 296. nu. 5. & Baro in l. post dotē, in fin. ff. sol. matr.*
25 dixit, quod decedente filia sine liberis, succedit solus pater dotans, etiã ꝙ cum eo concurrerent sorores, vel fratres, aut mater dotatæ, contra *tex. in auth. defuncto, C. de legit. hæred. D. de Franch. in dec. 619. nu. 3. & D. de Pont. in cons. 69. n. 1. vol. 2.* vbi ꝙ per viam consolidationis redit ad patrem dotantem.

Et ne punctualis decisio deseat, videatur quæso *Minad. in consl. in aliquibus. fol. 129. nu. 6. circ. med.* vbi firmat, quod etiam vigore nostræ Consuetudinis prouidetur, vt mortua
26 filia sine filijs, dos redeat ad hęredes dotantis, subdēs, quod dum dos recedit è patrimonio patris, non redit, nisi ex pacto, *Auth. sed quamuis, C. de rei vxor. actio.* quod pactum fecit nouus vsus, vt mortua filia sine liberis, dos redeat ad dotantem, & eius hæredes, *D. de Franch. in dec. 44. sub nu. 1. et D. Rouit. in cons. 99. nu. 5.* post *Dec. in cons. 106.*

Et pro cõfirmanda opinione *Minad.* dicimus, ꝙ non adest cõsuetudo, quæ loquatur de dispositione huius medietatis dotium; sed tantum in casu super existentiæ liberorū, & incipit, *si qua moriens.* Adsunt tantū quędam
27 capitula (quę aliqui ex errore consuetudines vocant) descripta per *Camill. Saler. in consuetud. Neap. sub tit. de success. ab intest. fol. 131. & sequ.* in quibus dicitur, quod secundum vsum Capuanæ, & Nidi, mulieres decedentes cum liberis disponant decimam de dotibus, & sine liberis de medietate.

Istæ non sunt consuetudines, sed quædam capitula exemplata ex protocollo *Notarij Camilli de Valle*, vt fundat *Molfes. in add. ad consuet. par. 1. car. 4. n. 5. et seqq.* quę capitula, seu nouus vsus tantum valent, quatenus sunt in pactum redacta, vt post *Affl. in dec. 237.* dicit ibi *Molfes. nu. 9. & 10.* & ideo si non sunt redacta in pactum, remanēt sub dispositione iuris communis, vel consuetudinarij in scriptis redacti, *Molfes. ibid. nu. 15.* subdens *nu. 22.* quod hodiè in S. C. de hoc non dubitatur, & merito bene dixit *Minad. loc. cit.* quod ēt vigore dicti noui vsus, mortua muliere sine liberis, hęc dos redit ad dotantes.

Et quatenus essent consuetudines (prout non sunt) vel nouus vsus, dum de ista medietate dotiū non disponunt, nec determinant; remanet sub dispositione iuris cõmunis, quæ est, vt ad dotantes, & eius heredes dos reuertatur, *d. l. dos à patre*, licet fuerit iam stipulatum, vt redeat ad dotantes, vt in d. fol. 169.

Patet ergo, quod non est quid disputare de consanguinea, vel vtrinq; coniuncta, sed de hærede dotantis, ad cuius hęreditatē, & patrimonium ista medietas redire debet; nam ex eo exiuit, meritò ad Beatricem hæredem patris spectat, & non ad Portiā; *D. de Fräch. dec. 619. n. 3. et 8.* & facit *l. 4. C. de falsa. adiec. legat. & D. de Ponte in d. cons. 69. nu. 1. vol. 2.*

Cumq; in omnibus istis tribus capitibus constet, quam iustissimè iudicatũ fuerit per S.C. ac cum nimia maturitate, & circumspi-ctione (vt moris est) Portia non est amplius audienda, dum iniustè conqueritur. Cętera suppleant DD. Religio, & doctrina. Neapoli die 6. Decembris 1627.

Io. Dominicus Tassonus.

Die 12. Februarij 1628. fuit prædicta causa reclamationis decisa in primo capite tantum, & prouisum: bene iudicatum, & male reclamatum per Portiam, quoad caput pe-
28 titæ medietatis bonorum, & proindè imponatur perpetuum silentium, salua prouisione facienda quoad alia &c.

Votauerunt.

D. Præsidens Petrus Iordanus Vrsinus, & DD. Consiliarij Fœlix de Ianuario Marchio Sancti Maximi, Didacus Varela, Didacus Bernaldus Sofia, D. Franciscus Sauius Commissarius, Don Thomas Carloual, Andreas Prouenzalis, Don Christopharus Moralea de Toledo, & Alonsus Vargas. In Banca de Mondellis.

In eadem causa dum ageretur de liquidatione legitimæ debitæ ipsi Portiæ, & dubitaretur de dotibus solutis alijs filiabus, an hæreditatem augerent, per decretum S.C. iunctis Aulis fuit prouisum, quod dotes solutæ, vel promissæ per patrem tam pro maritandis, quàm pro monachandis filiabus, agregentur in patrimonio, ita vt augeant legitimam Portiæ, secundum *decis. Capyc.* 158. *& Vinc. de Franch. decis.* 549. & pendet reclamatio.

Sed in contrarium allegabam *Bald. in l. Papinianus, §. vnde si quis, nu.* 2. *ff. de inoff. testam. & Tiraquell. in tom.* 6. *in l. si vnquã, de reuoc. donat. verb. suscepit liberos, num.* 114. *fol.* 223. qui alios refert, dicentes, legitimam esse deducto ęre alieno, & dotes filiarum esse ęs alienum, quo deductò, de eo quod remanet, detrahatur legitima: Sed ratio quare dotes istæ patrimonium augent, fuit, ex quo aliæ filiæ augent numerum, & successiuè isti Portiæ minuunt legitimam: sed si dictas filias dotatas, vel monachatas, non cõputàrea in numero filiorum, illisq; demptis, cęteri tantum filij computentur, & secundũ numerum istorum legitima dari deberet.

ET materiam nostram Dotis continuando: dico, quod eius priuilegia multa sunt, vt per DD. in locis citatis, ad quos recurre: illud tamen ne prętereas, vt priuilegijs suis vta-
29 tur aduersus creditores viri, etiam si eorum pecunia res empta, vel refecta sit: exceptis tamen creditoribus, pecunia quorum militia empta foret, *§. his consequenter, in auth. de æqualit. dot. & donat. propter nuptias*, sed respectu bonorum acquisitorum per maritũ
30 post obligationem dotis, licet Fiscus creditoribus anterioribus præferatur, *l. si is qui* 28. *ff. de iure fisci.* id tamen non procedit fauore mulieris, *glos. in verb. licet, circa med. in l. assiduis, C. qui potiores in pignore habeãtur*, & notat *Gizzarell. in decis.* 1. vbi articulum disputat, & in alia *decis.* 52. tenet, dari actionem insolidum contra hęredes pro dotis exactione, & facit *Vinc. de Franch. decis.* 581. At secundum *Fontanel. de pact. nuptial. tom.* 2. *clausul.* 7. *gloss.* 2. *par.* 1. *num.* 10. *&* 12. habetur, mulierem ratione tacitę hypothecę pro dote præferri alijs creditoribus anterioribus similem hypothecam habentibus, sed non præferri habentibus expressam, verum præfertur posterioribus, etiam si expressam habebũt: & decisiones hinc inde refert. Quo vero ad dotem confessatam per maritum tempore mortis, aduerte, quod hęredes mariti non possunt opponere exceptionem nõ numeratæ pecuniæ, quia nequaquam moriẽs expectabat futuram numerationem, ita *Bal. in §. vasalli, in fine, de pace constant.* per *glos. singul. in l.* 1. *C. de falsa causa adiecta legato.*

31 Sicuti nec contra eius exactionem exceptio compensationis opponi potest, *l.* 1. *§. taceat, C. de rei vxor. actione.* & licet alias in quadam causa vti curator DD. Marini, & Fratrum de Freccia minorum, cum D. Aluina Rossa eorum Matre, & Tutrice, pretenderem *d. §. taceat*, non opitulari
32 matri tutrici, quæ tenebatur reddere rationes pro tutela administrata, ad tradita per *Capyc. in decis.* 50. & eò fortius, quia obligauerat se, & bona sua, ad redditionem prædictorum computorum, renunciando omniũ legum auxilijs, quo casu censetur renunciasse etiam auxilio *d. §. taceat*, ad trad. per *Ioan. Andr. Georgium in alleg.* 36. *num.* 6. tamen fuit decisum, dotem esse soluendam non ob-
33 stante exceptione pręd:cta, quæ militat tãtum quoad solutionem antefati, & interesse dotis, & non in solutione dotis, *Vincent. de Franch. in decis.* 642. & ita nouissimè refert *D. Tapia in dec. S.C.* 42. qui alios recenset, quod extende etiam fauore hęredũ mulieris mortuę, *Mastrill. in dec.* 189. nota tñ, quod exceptio pręd:cta de nõ numerata dote, opponi non potest, nisi infra biennium, & post dissolutum matrimonium infra annum: sed matrimonio soluto infra biennium, exceptio competit viro, & eius hæredibus infra decennium, *§.* 1. *in auth. de tempore non numerata dotalis pecun. const.* 100.

Dos

Dos non ſtatim debetur à fratribus ſorori, ſed ſi pater dotẽ filiæ reliquerit, fratreſuè
34 illam maritare diſtulerint, maſculiata ſoror cenſetur, quia fratres in maiori culpa ſunt, dum non ſoluunt dotem à patre taxatam, *Vinc. de Franch. in deciſ. 412. in fin.* & ſi poſt. 16. annum prętendatur maſculiata, interpellatio interuenire deberet, *Afflict. decis.* 159.
35 At ſimiliter ſi pater dotem, vel aliam rem filiæ reliquerit, conſuetudini Neapolitanæ cenſetur derogaſſe, & filia vti hæres ſuccedit, poſtquam videtur admiſſa ad partem, & ita deciſum refert *Frec. in Apoſtill. ad conſuet. Neap. ſed ſi morienti, fol.* 159. Verum circa hoc nota, quod conſuetudo Neapolis
36 non excludit fœminas concurrentes cum maſculis, quando maſculus non habet onus eas dotandi, *Vinc. de Franch. in decis.* 199. *num.* 11. *& decis.* 475. *nu.* 5. vbi ad ſucceſſio-
37 nes Auunculorum fuerunt admiſſæ vterinæ cum fratribus vterinis, ex quo vterini non tenentur eas maritare, quod ſecus eſſet, ſi concurrerent cum fratribus conſanguineis tantum, qui eas maritare tenentur, *Vinc. de Franch. in decis.* 85. Et ſi ſorores dotatæ re-
38 nunciauerunt, earum filij non excluduntur à ſucceſſionẽ conſanguineorum, & cum alijs conſanguineis concurrunt, vt fuit deciſum in fauorem Elionoræ Brancatiæ filię Beatricis Pignatellæ, quæ fuit admiſſa cum alijs de Pignatello ad ſucceſſionem Io. Andreę Pignatelli, vt videre poteris in Banca de Mondellis in proceſſu inter D. Clementiam Pignatellam, & Monaſterium Reginæ Cęli cũ Cæſare, & alijs de Pignatello, in quo fuit &
39 deciſum Monaſterium prædictum excludi à ſucceſſione prædicti Io. Andreæ, ad quam veniebat ex perſona prædictæ Donnæ Clemẽtiæ Pignatellæ eius monialis: & pro prędicta Eleonora Brancatia infraſcripta conſiderabam.

ALLEGATIO XXI.

Conſanguinei quomodo inter eos ſuccedunt: & renunciatio matris dotatæ an noceat filijs, & hæredibus.

AD hæreditatẽ Io. Andreæ Pignatelli mortui ab inteſtato, & ſine filijs concurrunt Cæſar Pignatellus filius Sigiſmundi Pignatelli, Elionora Brancatia filia Beatricis Pignatellæ, qui ſunt in quarto gradu, necnon & Camillus, Hieronymus, ac Marcellus Pignatelli, qui ſunt in quinto gradu.

Et in hæreditate prædicta adſunt bona extra, & infra deſtrictum hujus fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis.

Elionora Brancatia ſoror Amitina prætendit medietatem bonorum ſitorum extra deſtrictum, ex quo alia medietas ipſorum ſpectat ad prædictum Cęſarem Pignatellum fratrem patruelem, iſti enim duo tantum in quarto gradu exiſtunt.

Prætendit etiam ex bonis infra diſtrictum habere quintam partem ſtante ſubingreſſione prædictorũ Camilli, Hieronymi, & Marcelli, qui ſunt in quinto gradu.

Et pro bonis extra diſtrictum, quia in eis ius commune ſeruatur, Elionora habet intentionem fundatam quoad medietatem ipſorum, tam ex diſpoſitione Iuris, quam ex deciſionibus Sacri Conſilij.

Ex diſpoſitione Iuris, quia eſt ſoror amitina prædicti Ioannis Andreæ, & ſic in quarto gradu, *l. Iureconſultus, §. quarto gradu, verſ. eodem gradu ſunt, ff. de gradib. §. quarto gradu. circa finẽ, inſtit. de grad. cognat.* At ſupradicti Camillus, Hieronymus, & Marcellus ſunt in quinto gradu, *d. l. Iureconſultus, §. quinto gradu, & §. quinto gradu, inſtit. eod. titulo.* Merito Elionora, & Cæſar, qui ſunt in
40 quarto gradu, excludunt alios de Pignatello exiſtentes in quinto gradu, *tex. eſt in terminis in §. ſi vero neque, in auth. de hæred. ab inteſt. venien.* vbi etiã diſponitur ſublatam eſſe differentiam agnationis, & cognationis, & non dari ſubingreſſionem in linea tranſuerſali, niſi quando tractatur de ſucceſſione patrui, & latè ſundat *D. de Franch. in decis.* 149. *in princ.*

Ex deciſionibus S.C. latè etiam patet iuſtitia Elionoræ, puta in deciſione illorum de Ieſualdo, cum Comite Muri quoad Gabellam Molæ, vt teſtatur *Minad. in conſ.* 12. *verſ. quoad ius conſuetudinarium*; vbi licet *Minad.* allegaſſet pro contraria parte, attamen aduerſus eum fuit deciſum, vt ipſe refert in *conſ.* 21. & in deciſione cauſæ Clemẽtis Gattulæ, vt refert *Conſiliarius Georgius in alleg.* 23. *num.* 49. deciſioneſq; prædictæ proceſſerunt, non obſtante quod filij renunciantis erant.

Quo verò ad bona infra diſtrictum: dum Camillus, Hieronymus, & Marcellus in quinto gradu, ſeu geniculo exiſtunt, ſuccedunt, iam quod ſunt filij fratrum conſobrinorum,
41 & de Iure conſuetudinario Neap. ſubingreſſio datur, vt in *conſuet. ſed ſi morienti, de ſucceſſio. ab inteſtato, & Vinc. de Franch. in decis.* 24. *&* 149. *nu.* 2. quo fit, vt Elionora prædicta ſuccedat in quinta parte, vti ſoror amitina, *Neapod. in cõſuet. ſi quis, vel ſi qua, de ſucceſſ. ab inteſt. num.* 147. *fol. mihi* 116. *& in conſuetud. quod autem, eodem titulo, in verſ.*

in vers. alijs. his verbis.

Fratribus existentibus in ulterioribus gradibus vt sunt patrueles, consobrini, amitini, qui sunt in quarto gradu.

Dictamq; *glos.* debere intelligi tam de agnatis, quam de cognatis, tenet *Vinc. de Franch. in decis.* 24. *num.* 1. *circa medium*, & tam de masculis, quam de fęminis in eadē *decis.* 24. *circa finem*.

Sed hanc notoriam Elionorę iustitiam in vtroque capite conantur infringere ipsi de Pignatello, prætendētes, quod dum Elionora venit tanquam filia, & hæres Beatricis Pignatellæ, quæ fuit dotata à Cęsare, Pompeo, Sigismundo, & Octauio fratribus, amplamq; renunciationem in eorum fauorem fecerit, cum speciali pacto, quod eius filij etiā ex propria persona venire non possint, & casu quo ex propria persona venirent, euictionem, ac tantundē promisit: prętensionemq;
42 hanc fundare fortè credunt ex originaria opinione *Roman. in l. qui superstitis, n.* 7. *ff. de acquir. hæred.* vbi tenuit, quod si renunciatio fuit à muliere facta occasione dotis receptę, descendentes ex ea à dotantis successione excludit, & *Roman.* sequuti sunt.

Decius in cons. 181. *num.* 7.
Rip. lib. 1. *resp. cap.* 6.
Bellon. in cons. 15. *sub nu.* 9.
Guido Pap. decis. 228.
Rubeus cons. 42. *num.* 6.
Cassan. cons. 47.
Et alij à *Surdo citati in cons.* 332. *nu.* 1. *vol.* 3.

Attamen pro parte Elionoræ prædictæ dicimus, ex infrascriptis conclusionibus in facto, & in iure militantibus liquere eius iustitiam.

Primo, quia etsi ipsa Eleonora est hæres Beatricis Pignatellæ suæ matris renuncian-
43 tis, adhuc etiam potest venire ad hæreditatem prædictam ex propria persona, nulla habita ratione de matris renunciatione, vt tenuere.

Bart. in d. l. qui superstitis, nu. 7.
Alex. in l. pactum quod dotale, C. de Codicill. & in cons. 83. *vol.* 2.
Aretin. cons. 90. *col.* 2. *vers. ex quibus.*
Soccin. cons. 183. *col.* 1. *vol.* 2.
Ruin. cons. 204. *col.* 1. *vol.* 2.
Greg. Natta in repet. cap. quāuis, de pact. in 6.
Bart. cons. 138. *col.* 2. *vol.* 1.
Crauett. cons. 84. *num.* 5.
Rolan. cons. 11. *num.* 4. *vol.* 1.
Cephal. cons. 134. *num.* 40. *& seqq. & cons.* 620. *num.* 88. *& seqq.*
Menoch. in cons. 211. *nu.* 23.
Crass. in § legitima, quæst. 4. *nu.* 4. vbi affirmat, quod nec etiam obstat iuramentum.

Paris. cons. 94. *col.* 2. *vol.* 4.
Bened. in cap. Raynuntius, de testam. in 1. *par. vers. duas habens filias, nu.* 280.
Tiraquell. in tract. pignor. quæst. 40. *nu.* 13.
Grammat. decis. 57. *nu* 29.
Couarr. in cap. quamuis, 3. *par. §.* 2. *nu.* 4.
Marot. in cons. 22. *nu.* 2.
Io. Franc. de Ponte in cons. 40. *nu.* 6. *vol.* 1.
Gozzad. cons. 75. *col.* 1.
Purpurat. cons. 307. *num.* 8. *& seqq.* vbi alios refert, & testatur de communi.
Molin. de primog. Hisp. lib. 2. *cap.* 3. *nu.* 47.
Surd. cons. 332. *nu.* 10. *vol.* 3.
Marant. in disput. 10.

Et de communi, & quod sic fuit decisum per S.C. iunctis Aulis testatur *Vincent. de Franch. in decis.* 67. (& vide supra *vers.* 4. *obseru.* 2. *nu.* 95.) & ratio est, quia filia succedit patri non obstante dotatione cum pacto de non habendo regressum ad successionem, *l. pactum, C. de collat. & l. pactum, C. de pact.* (filios enim meritis magis ad obsequia paterna prouocandos, quā pactionibus astringendos, *l. si quando, §.* 1. *C. de inoffic. testam.* & ita aduertit *glos. in cap.* 1. *§.* 1. *in verb. legibus, de his, qui feudum dare possunt*; vbi tantum limitat, filiam dotatam non succedere de Iure Longobardorum, de quo nec potest facere remissionem de morte patris, asserit, quia faidam, idest vindictam facere non potest, vt ibidem.)

Romaniq; sententiam, & eius sequacium communiter reprobari, testatur *Surd. in d. cons.* 332. *num.* 11. *& Marot. in d. cons.* 22. *num.* 3. ex ratione clara, quia filij veniunt ex propria persona, & mater eos prohibere nō potest, quia renunciatio tacitam habet conditionem, puta si hæreditas deferretur matri renuncianti, & non filijs, vt per *Marot. ibidem, & Loffred. in paraphrasi feudal. in in cap.* 1. *de natur. success. feud. vers. & iusta, fol.* 50. *col.* 4. *Vinc. de Franch. in d. dec.* 67. *nu.* 4. *& Artamanus Pistorus in lib.* 5. *obser. c.* 25.

Quo fit, vt si talis renunciatio dote recepta, vel non recepta, fieret, adhuc annullaretur tanquam facta sub conditione, quæ non euenit, *Surd. in cons.* 133. *num.* 2. *vol.* 1. alias esset terminos renunciationis extendere, & ius competens filijs, personæ renunciantis includere, quod fieri non debet, nec potest, dum renunciatio est odiosa, & restringenda, *Aym. in cons.* 42. *nu.* 2. quæ tanto magis procedunt, quando hęres cū beneficio legis, & inuentarij omnia iura sibi spectantia illæsa ex propria persona retineret, *Surd. in cons.* 332. *num.* 13. *vol.* 3.

Secundo, quia non obstāte pacto per Beatricem facto, quod filij non possint venire ex

propria

propria perſona,& caſu quo venirent, eſſent
44 excluſi, adhuc etiam talis renũciatio, & pa-
ctum nil eſſet, *Minad.in conſtit.in aliquibus,*
*notab.3.poſt nu.*11.*&* 12. vbi teſtatur pluries
ita fuiſſe iudicatum,& quod in bonis extra
deſtrictũ, filij matris renunciantis etiã hęre-
des ſuccedant in bonis patrui, vel materte-
rę, non obſtante renunciatione matris, quia
ſemper intelligitur , ſi bona ad renunciantẽ
deuenerint,ſubdens, *num.*12.quod clauſula,
vt filij non poſſint venire ex propria perſo-
na, parum prodeſſet. Et faciunt dicta *Surd.*
*in d.conſ.*133.*ſub nu.*29.*&* *Morot.in d.conſ.*
22.*num.*8.*&* *Hartaman.Piſtor.in loc.cit.*

Tertio,& ſi in hac renunciatione etiam
pactum adeſſet, vt filij non poſſint venire ex
propria perſona, & caſu quo venirent, obli-
gauit ſe Beatrix ad euictionem,& ad tantun-
dem: quia adhuc etiam tale pactum non ob-
ſtat Elionorę Actrici , quoniã venire poteſt,
& euictio taliter promiſſa cum renunciatio-
ne euaneſcit,& cum ipſa promiſſione facta
extinguitur , ac pro non adiecta habetur , vt
per multa fundat, & decidit *Morot.in conſil.*
22.*num.*10. & ſecundum eum, ratio eſt,quia
defunctis illis,in quorum gratiam mater re-
nunciauit , filij hæreditatem conſequuntur
beneficio *l.ſi arrogator, ff.de adopt. et l.ſi poſt*
mortem, §.fin.ff.de bon.poſſ.contr.tab. Gomeſ.
*in comment.ll.Taur. l.*22. *poſt nu.*2.*verſ.ter-*
tio fallit ; opinionemq; hanc cõprobat *Hot-*
*tom. lib.*5. *obſeruat. cap.*25. *relat. ab Add.ad*
*decij.Guido Pap.*228. *in verb.quaro iuxta*
pramiſſa ; Meritò dum iſta bona renunciata
à matre,non euincuntur ab ipſis filijs contra
matris promiſſionem, ſed eis deferuntur iu-
re ſucceſſionario legitimo,& ex legis proui-
45 ſione , *ridiculum videretur in hoc caſu eui-*
ctionis articulum conſiderari , *quoniam ſi re-*
nunciatio nõ tenet,nec tenet euictio promiſſa.
Morot. loc. cit.

Verum eſt enim Io. Baptiſtam Pignatel-
lum Patrem communem Beatricis, & fra-
trum de anno 1528. legaſſe pro dotibus ip-
ſius Beatricis duc. 4000. & ipſos fratres in
anno 1540. vnica ſolutione prędictos duc.
4000. non ſoluiſſe tempore maritagij Bea-
tricis, ſed in diuerſis tandis,adeò vt ex nota
facti appareat,quod etſi Beatrix habuit duc.
4700. de dote, computato tamen intereſſe,
& lucro percepto à fratribus in retinendo
prædictos duc.4000.ac etiam alijs duc.200.
ipſi Beatrici legatis à Pardo Pappacoda , ac
portione dotis maternæ ei debitæ ; conſtat
ipſam Beatricem fuiſſe dotatam ex legato
paterno, & quod nil habuit de bonis fratrũ :
merito ſequitur indubitata Iuris concluſio ,
quod dum renunciatio fuit facta per Beatri-
cem fratribus , abſque dote ab eis recepta ,
remanet renunciatio gratuita , quæ non ob-
ſtat ei, nec eius filijs,vt tenet *Surd.in conſil.*
355.*num.*42. *verſ.tertio reſpondetur, vol.*3.
& quando fit renunciatio generalis in bonis
paternis,maternis, fraternis,&c. pro aliquo
dato, vt puta de bonis paternis tantum, non
46 valet renunciatio,niſi in bonis paternis tan-
tum,quoniam in alijs fuiſſet renunciatio ſine
cauſa, & non valeret, vt notat *Vrſill. in dec.*
*Afflict.*161. *ſub nu.*6. poſt *Dec.in conſ.*369.
Caſſan.& alios ibi relatos per *Vrſill.*& dota-
ta viuens Iure Francorum , tunc excluditur
à ſucceſſione fratris , quando de bonis fra-
tris fuit dotata , & non ſufficit , quod ſit do-
tata de bonis communis patris , vt in *prag.*
1.*de feud. D.de Franch.deciſ.*228.*circa finẽ,*
& in terminis diſputat *Surd.in conſ.*85.*vol.*
1. Meritò dum Beatrix non fuit dotata de
bonis Pompei patris Io. Andreæ vltimi mo-
rientis ab inteſtato , concludendum eſt, ne
dum ipſam Elionoram nõ excludi à tali ſuc-
ceſſione, ſed ſi viueret Beatrix, nec etiam
excluderetur, ad trad. per *Dec.in conſ.*369.
quod pro Hyppolita Carrafa fecit.

Secundo, in hac prætenſa renunciatione
facta per Beatricẽ , non adfuit conſenſus Io.
Andreę,de cuius ſucceſſione ad p̃ſens agitur,
& ideo renunciatio non tenet, *l. fin. C. de*
pact. l. pactum dotali, C.de collat. cap.quam-
uis , de pact. & *Surd. in conſil.* 355. *num.*1.
vbi plura allegat *vol.*3. Nec dici poſſet , re-
nunciationem fuiſſe factam Pompeo patri
Io.Andreæ,quia reſpondetur,quod dum agi-
47 tur de perſona Io.Andreę,non dicuntur am-
plius bona patris,ſed bona filij, *D.de Frãch.*
*deciſ.*121. *nu.* 30. vbi fuit iudicatum ſorores
concurrere cum fratribus ad ſucceſſionem
fratris, iuxta *auth. defuncto, C.de legit. hæ-*
red. & etiam ad bona,quę obuenerant fratri
mortuo ex ſucceſſione patris,de cuius bonis
tales ſorores erant dotatæ , eique addo *Iaſ.*
*in l.*1.*§.veteres, ff.de acquir.poſſ.&* *Vrſill.cũ*
*Afflict.in deciſ.*1.178. ratio eſt, quia mutata
48 perſona,mutatur cõditio rei, *l.Paulus alias*
per Procuratorem, ff.de acquir.hæred.l.fin.in
fin.ff.de inoffic.teſtam.l.fiſcus, la prima, ff.de
iure fiſci, l.inter ſtipulantem, §.ſacram,verſ.
nam & cum quis, ff.de verb.oblig.& ex cauſa
perſonę alia res efficitur *Andr.in §.præterea*
*ducatus, nu.*38. *circa mediũ, de probib. feud.*
alien. per Freder. Imo mutata perſona, mu-
tatur nomen rei, *Bal.in l.*2.*num.*3.*C.de iure*
fiſci .

Renunciatio Beatricis quantumuis gene-
raliſſima, & ampliſſima (quando fratres ip-
49 ſam dotaſſent de proprio , prout non dota-
uerunt, vt ſupra diximus) perſonas dotantiũ
non

non transgrederetur, *DD. omnes in l. pactum*
quod tali, C. de collat. quos sequitur *Consil.*
Georgius in alleg. 30. nu. 27. & Anell. Amat.
in cons. 78. & hoc non obstante quod dicat,
pro hæredibus, & per Aquilianam stipulatio-
nem: dum non adsunt descendentes Pompei
prætensi dotantis, qui excluderent renunciã-
tem ex præsumpta mente: quia renunciatio
intelligitur personalis, vt latè ponderat *La-*
nar. in cons. 49. num. 1. & 6. secundum quem
etiam si Beatrix viueret, posset concurrere,
quia caducatũ est pactũ, dum nõ adsunt filij
illius, de cuius bonis fuit facta prætẽsa renũ-
ciatio, *l. vnic. §. pro secundo, C. de caduc. toll.*
D. de Ponte in cons. 39. nu. 1. & 3. vol. 1. refe-
rens decis. S.C. in fortiori casu, puta quando
soror dotata vult succedere cum sorore in
capillo, non obstante renunciatione facta
fratri, ipsiusq; hæredibus. Semper enim quod
soror renunciat fratri dotanti pro se, & hæ-
50 redibus, & successoribus, si frater decessit ab
intestato absque filijs, & descendentibus, ad
huc soror succedit, quia dum non fecit testa-
mentum, non dicitur habere successores, *D.*
de Ponte in cons. 40. nu. 4. & 7. vol. 1.

Ergò si Elionora reperitur vna ex proxi-
mioribus Ioan. Andreæ mortui ab intestato
absque descendentibus, etiam quod sit filia,
& hæres Beatricis renunciantis, succedit, &
sic fuisse decisum in duabus causis similibus
testatur *Pisanell. in addit. ad Neapod. in con-*
suetud. si morientes, nu. 37. vers. pro alia verò
parte, fol. mihi 90. & licet *Neapod.* ibi teneat,
quod quando filia renunciantis concurrit cũ
51 æquè proximis non admittitur, respondet
ibi *Pisanell.* & rectè, quod doctrina *Neapod.*
procedit, quando hæc filia renunciantis con-
currit cum filijs patris, vel patrui, quibus re-
nunciauit, & non quando filia etiam hæres
matris concurrit cũ æquè proximis, qui non
sunt filij (prout est in casu nostro) & refert
tres casus consimiles decisos per S. C. non
obstante quod renunciatio erat amplissima,
& per Aquilianam stipulationem, ideò dum
non adsunt filij Ioan. Andreæ mortui ab inte-
stato, sed adsunt amitini, & consobrini in
æquali gradu, datur inter eos ad inuicem
successio, *Neapodan. in consuet. si quis, vel si*
qua, nu. 147. f. mihi 126. Et sicut Io. Andreas
prædictus ipsi Elionoræ succedere poterat, si
superuixisset, æqualiter Elionora ei succede-
re debet, quia quando casus euenit de mor-
te Io. Andreæ sine filijs, persona Elionoræ nõ
consideratur à quo descendit, sed vt perso-
na proxima ipsius, cui est proximior, *Loffr.*
in paraphr. feud. de natur. success. feud. cap.
1. vers. & initia. fol. 50. col. 40. per DD. ibi al-
leg. quæ tanto magis procedunt, quia etiam
& ipsa Beatrix succederet, si esset viua, vt
supra fundauimus.

Et tandem dicimus, quod in renunciatio-
ne facta per Beatricem, non apparet renun-
ciatum, nisi iuribus, & successionibus pater-
nis, maternis, legitimis maternis, fraternis,
sororum, auernis, patruorum, & auunculorũ
amitis, & auitis vtriusque, vt ex renũciatio-
ne fol. 162. ater. meritò dum hæc hæreditas
sit Io. Andreæ nepotis, clarum est, quod eius
hæreditati non fuit renunciatum, vt consi-
derat *Dec.* in terminis *in cons. 379. nu. 2. 8.*
& 11. Nec obstant illa verba *renunciationis,*
quam de cætero deuoluendis &c. quia intel-
ligontur de iuribus cõpetituris ex causa de
præsenti, vt tenet idem *Dec. in d. consil. 379.*
num. 11. vers. præterea illa renunciatio.

Propterea omni iure Elionora obtinere
debet in medietate bonorum sitorum extra
destrictum, & in quinta parte bonorum in-
fra destrictum, prout ex circumspectione
integerrimorum, ac doctissimorum Iudicã-
tium speratur, qui cætera suppleant.

Io. Dominicus Tassonus.

In hac causa scripserunt etiam alij DD.
Collegæ. Et tandem secundum has Allega-
tiones per DD. arbitros Regios Consilia-
rios Alderisium, Rouitum. & Palatium, fuit
iudicatum, & licet inde fuerit in Sacro Con-
silio dictum de nullitate, facto verbo iunctis
tribus Aulis, fuit prouisum, quod nullitati-
bus non obstantibus, exequatur laudum cum
cautione 7. Septembris 1616. In Banca de
Mondellis.

Solet etiam dubitari in materia dotis, num
ea deperdita per filiam, teneatur pater iterũ
52 eam dotare? *Bart. in l. si cum dotem. 22. §. si*
post solutum, nu. 2. ff. solut. matrim. & Frecc.
in lib. 2. de subfeud. quæst. 3. fol. 289. & in
quæst. 16. fol. 305. dicunt teneri, & late com-
probat *Fontanell. de pactis nuptial. tom. 2.*
clausul. 5. gloss. 1. par. 1. nu. 69. & seq. cum li-
mitationibus, vt ibi, idest, si dolo, & fraude
non deperderetur, quod extẽditur etiã in fi-
lia vidua, *Bart in l. si sorius. 82. ff. de contrah.*
empt. & similiter in filia spuria, incestuosa,
vel nefaria, vt p *Fontan. in loc. cit. n. 113.* siq;
indigno nuberet, etiam pater ad dotem, seu
alimenta teneretur, vt ibi *nu. 97.* prout te-
netur alere filium, vel fratrem, qui prodiga-
liter consumsit partem suam *Bal. in l. 1. §.*
ius naturale, num. 18. ff. de iustit. & iure,
nisi dolo, & lata culpa perderet, vt per *add.*
53 *ibid.* Sed an frater teneatur? disputat *Vinc.*
de Franch. in addit. ad consuet. si moriatur,
in vers. & hæc consuetudo, circa medium. fol.
mihi

mihi 71. allegans *Afflict. in conſtit. fratribus, quaſt. 3. num. 3.* & alia *addit. ad dictam conſuet. fol. 81. verſ. ibi.* refert *Iaſ. in §. fuerat nu. 135. inſtit. de action.* quinimò uedum pater tenetur talem filiam alere dote deperdita, ſed etiam nepotes, & Amitam, vt per *Giurb. in dec. 5.* & procedit etiam ſi dos fuerat tradita vltra legitimam, vt iu *deciſ ſeq. 6.*

Sed ſi dos eſt ſoluta patri, & filio marito ſimpliciter, & pater adminiſtrabat buna, eēſetur totam perueniſſe ad patrem, & ipſe ſolus tenetur ad reſtitutionē, *Fab. de Anna in conſ. 76. num. 9. &* rū. *Maſtrill. in dec. 46.*
54 *& Anna* ibi concludit, quod ſi pater eſt tātum obligatus, & ſoluit, à filio repetet. & ſic etiam quando recipitur per maritum fratrē, de communi aliorum fratrum non reſtitueretur, ſi iu vtilitatem communem non probetur verſam, *Bart. in tract. de duobus fratribus*, vbi *Bald.* facit tractatum.

Et an dos data in matrimonio inualido,
55 ceuſeatur repetita, ſi conualidabitur matrimouium? dic, quod ſic *l. ſi ſerua. 4. ff. de iur. dot.* ſicuti qñ dos data iu primo matrimonio, cenſetur repetita iu ſecundo, *l. diuus. 41. ff. eodem. Dec. conſ. 35.* ſed fallit, ſi eſt promiſſa incerta, & pacto nudo, *l. 1. C. de dotis promiſſ.* quia duo ſpecialia circa idem concurrere non poſſunt, multa alia perquire per *Nicolaum Vigelium in lib. 15. digeſtorum per totum.*

Dubium vertitur, au à patre dos minui
56 poſſit filiæ iterum nubenti? & reſponde negatiuè, ſi tamen eius patrimonium non fuerit diminutum, *auth. ſed quamuis, C. de rei vxor. actio.* ſicuti eſſet è conuerſo, quia dos augeretur, ſi patrimunium fuiſſet auctum, & patris facultates eſſent effectę maiores, *l. nec maritus, C. ſolut. matrim. Vincent. de Franch. in addit. ad conſuet. ſi moriatur, in verſ. an hac conſuetudo, fol. 7 r.*

Sed uumquid dotes ſint ſubiectæ pro ali-
57 mentis filiurum? *Conſuetudo Neapolis, quæ incip. mulier de dotibus.* videtur tanere, quod non; & dum caſus accidaret, infraſcripta notabam pro filijs quoudam D. Scipionis Brancatij Amici cariſſimi.

ALLEGATIO XXII.

Mater an teneatur de dote promiſſa ſecundo viro filios ex primo matrimonio alere?

Inter pijſſimas alimentorum cauſas, præsēs, de qua agimus eſt, & eſſe debet priuilegiatiſſima, videut enim DD. Iudicautes, matrem quinquagenariam, & tutricem, poſt expilatā hæreditatem, & exactiouem factam omnium fructuum hæreditariorum, de facto ſe contuliſſe intus Templū Scorſiatorū cum omnibus bonis mobilibus, & derelictis ſex filijs minoribus, tribus maſculis, & tribus fœminis, eiſque nou petito tutore, de facto ad ſecundas conuolaſſe nuptias, inhumaniter relinquendo illos infantes, & nudos.

Vnde iuſtiſſimè petunt hodie iu S.C. taxari eis alimenta ſuper bonis, ſeù dotibus materuis, non obſtaute promiſſione facta ſecundo viro, (iam quud iu patrimonio paterno nihil ſupereſt, vt liquet ex actis) ſecundum
58 eorum nobilitatem, & conditionem, *l. ſed et ſi. §. & ſufficienter, ff. de vſufruct.* & declarat *Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 8. §. 6. nu.*
59 *7.* eaque deberi etiam lite pendēte, ſatis notum eſt, *l. ſi inſtituta, §. de inoffitioſo, ff. de inoffic. teſtam. Afflict. deciſ. 152. nu. 4. & Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 16. nu. 32.*

Matremq; teneri ad aleudos liberos durante eorum inopia, nemo (quem viderim) dubitat, & expreſſa ſunt iura (exiſtente patre inope) nulla facta mentione, ſi iufra triēnium, vel vltra, vt diſponūt *l. ſi quis à liberis, §. vtrum, & verſ. ergo, & matrem, ff. de liber. agnoſc. &*

L. penult. ff. eodem titulo.

Auth. ſi pater, C. diuortio facto liberi apud quē morari, vel educari debeant.

§. illud, in auth. vt matri, & auia.

Et ex Doctoribus.

Beatus Ioannes à Capiſtrano de pœnit. et remiſſ. num. 359. circa medium, qui eſt cum Abbate antiquo, fol. 380.

Bart. in l. alimenta, C. de neg. geſt.

Aluar. Valaſc. in conſult. 92. nu. 9.

Gama deciſ. 304. in princ.

Fontanell. de pactis nuptialibus, tom. 1. clauſul. 5. gloſſ. 1. par. 3. tom. 2. fol. 43. vbi quod alimenta, & dotatio, à pari procedunt quo ad matrem.

Et cum hęc ſit indubitata concluſio, alios DD. receuſere doctiſſimis Dominis, eſſet potius laborioſum, quam neceſſarium.

Pro parte matris nou negatur hæc concluſio, ſed dicitur, quod primogenitus horū fratrum habet fideicommiſſum, ex quu percipit annuos duc. 500. iu circa, & qꝫ iſte frater teneatur alere fratres, & non ipſa mater.

Sed quæſo attendatur reſponſio.

Verum eſt in facto, quod fideicommiſſum euenit ex linea tranſuerſali Ioannæ Brancatiæ amitæ magnæ, & in effectu, deductis cenſibus, & oneribus, non remanet duc. 400. qui nou ſufficiunt pro victu, veſtitu, famulis, equo, & magiſtro prædicti primogeniti annorum 15. qui ſecundum eius paritiam, æſtima-

æstimationem,& dignitatem viuere,& comparere debet. *l.si cui.ff.de annu.legat.l.mela, & l.penult. ff.de alim. & cibar.legat. l.tutor secundum dignitatem, in princ. ff. de adim. legat.cum conc.*

60 Et verissimum est de iure,quod onus alēdi magis ad matrem, quam ad fratrem spectat, *Surd.de alim.tit.9.quæst.10.num.2.fol. 302. & in tit.1.quæst.14.num.9.& seqq.fol. 12. Cardin.Tusc.in pract.lit.A.conclus.277. num.70.* per *l.si quis à liberis, §. vtrum, & vers.ergò & mater,ff.de liber.agnosc.* vbi post multos DD. refert *Socc. in cons.161, pro decisione, col.1.vol.2.* testantem hanc esse communem opinionem,& in *num.71.* fortius dicit,quod onus alendi (existente patre inope) prius est matris, secundo est auiæ maternæ, & tertio est fratris, *Fontanell. de pact. nupt. tom.2.claus.5.gloss.3.fol.47. Molin.de primogenij.Hispan.lib.1.cap.11.* & ratio est,quia ascendentes magis quam transuersales tenentur ad alendum,cæterosq; DD.refert subdendo in *nu.72.* quod mater tenetur nō dum filiū alere,sed etiam vxorē filij,iuxta eius facultatem, & in *num.83.* affirmat,idem esse

61 in dote filiarum,quia mater ad eam tenetur sicuti ad alimenta,& allegat *Barbat. in cons. 81.num.15.lib.3. & Socc.in l.1. solut. matr. nu.42. & 46. & Bart.in l.penult. ff.de liber. agnosc.* ex quo omnes ascendentes iure naturali ad alimenta descendentium obligantur in subsidiū, sicuti & è contra, *Bart. in tract. de alim.num.8.& seqq.*

Quinimò idem *D.Card.Tuscus in d.concl. 278.num.88.* fundat,quod filia tenetur alere

62 matrem, & auiam inopem, etiam ex bonis viro in dotem donatis, subdens, quod idem est in matre, quæ de dote filios tenetur alere, per *Bal. in cons.50. viso testamento, nu.6. vol. 5.* quia dos cum suo onere, & cum sua causa transit,& competit hypotheca, *vt ibidem num.89. in fine,* post *Ancbar. in consil. 150. in quæst.qua vertitur, col.1.& 2.*

Quæ conclusio tanto fortius procedit in casu nostro, ex quo hæc lis alimentorum fuit intentata antequam ista mater secundum hoc matrimonium contraheret, vt ex actis, & ideo ad secundum virum dos litigiosa deuenit.

Quo verò ad filiarum dotationem, in cōfesso est, quod existente patre inope, vel ex alia rationab li causa, mater tenetur filias dotare, *text.est in terminis in l.neque mater, C.de iure dotium,Tusc.in d.concl.287.nu.83. & Bartholom.de Capua, ibi addens ibi in singul.117.* post *Andr.* ibi allegatum, *& Bal. in auth. res quæ, num.9. C.commun.delegat. & in l.neque mater, num.1. C.de iur.dot. & Surd.de alim. tit.1. quæst.14. num.13.& 14. fol.112. & Fontanell.in loco supra citato.*

Quibus conclusionibus nō obstat,nec ob-

63 stare potest *Consuetudo Neapolis. Mulier de dotibus, de alimentis præstandis,* qua cautum est, matrem de dotibus filios alere non teneri.

Quia respondetur nos esse in bonis extra destrictum, & dictæ Consuetudini non subiectis. Vltra quod dicta Consuetudo non procedit, extantibus filijs pauperibus, vt per *Neapod. ibidem num.53.* vbi concludit, quod ad alimenta tenetur Pater, Auus, vel Proauus paternus, qui si non sunt, tenetur mater,& in vers.ibi.

In omnibus casibus,vbi pater,& mater tenentur præstare alimenta liberis suis, ipsa

64 *denegari non possunt, si causam ingratitudinis liberi ipsi contraxerunt.*

Ecce quod consuetudo prouidet de alimentis in casibus, in quibus mater tenetur alere, vt est præsens casus inopiæ filiorum, & *Neapod. ibidem in nu 78.* tenet, quod quando filius est egenus, vel infirmus, debet etiā

65 alimenta habere, non obstante ingratitudine, quoniam alimenta iure naturæ debentur, & successinè per consuetudinem, aut ius ciuile, tolli non possunt, *l.eos, ff.de capit.diminut.* & præstantur, quia filius, & filiatio tolli non potest, vt per *Neapod.ibid.nu.80.*

Patet enim quam clara, & aperta sint iura ad beneficium istorum Pupillorum Sedilis Nidi, aduersus matrem istam ad secunda vota deuentam, quæ in pœnas enumeratas per *Gayll.pract.obseru.lib.2.obser.98.* est incursa, & meritò eis taxanda sunt alimenta seruata forma iuris, vel saltem sm *consuet. Neap.* quæ incipit. *Quod si aliquis, sub tit.de alim.præstand. fol. 218.* secundum quam ex ducatis mille annuis bonorum maternorū, ad istos sex filios spectant ad minus annui duc. 780.

Reliqua suppleant DD. Iudicantium Religio, & Pietas, iam quod isti Pupilli sub S. C. protectione viuunt, à quo sunt ab inopia defendendi attenta eorum qualitate, & nobilitate. 21.Ianuarij 1624.

Io. Dominicus Tassonus.

Lis ista cum morte Matris prædictæ fuit terminata.

Et in hac materia alimentorum infrascriptas quotas nota.

66 Pater debet habere alimenta super dote Genero data, *Anna in alleg.33.* sicuti & Prælato deposito sine causa, nam debet ali ab Ecclesia, *Andr.in §.sed si feudum.n.6.Episc. vel Abb.*

vel Abb. & licet teneatur alere filium, fallit
ſi ſibi non ſufficiunt fructus, *Vinc. de Frāch.
deciſ.* 336.

Quando alimenta debentur iure actionis,
debentur etiam filio diuiti, *Neapod. in con-
ſuet. Mulier de dotibus, nu. 65. in fine,* non
obſtante *l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, ff. de*
67 *liber. agnoſc.* quia intelligitur quādo officio
Iudicis debentur

68 Alimenta debentur filio de bonis datis in
dotem, *Neapodan. in conſuet. ſi quis habet
filios, num. 2. in fin. fol.* 212. & extende, quod
etiam Pater ſpiritualis tenetur præſtare ali-
menta, *Aufrer. in tract. de recuſat. num.* 25.
quem videas in *tractatibus tom. 3. par. 1. fol.*
356. & eſt in etiam eum Abbate antiquo.

Si Eccleſiæ, vel alteri dedi domum, vt me
aleret, ſi poſtea domus rueret, vel incendio
69 peribit, Eccleſia tenetur ad alimenta, quia
ex parte mea contractus fuit perfectus in
actu donationis, *Bal. in l. 1. nu. 25. C. de iure
emphyt.* & ſequitur *Cremon. in ſing.* 1. tene-
tur enim donans præſtare alimenta donata-
rio, *Bal. in tit. de notis feudorum, nu. 3. circa
finem.*

Conſuetudo Neapolis de alimentis, non
habet locum niſi in bonis exiſtentibus in di-
ſtrictu, *Neap. in conſuet. ſi quis habet filios,
de alim. præſtan. in fin. fol.* 218. *in fin. nu.* 28.

Vt alimenta debeantur, duo requiruntur,
70 ratio naturalis, & egeſtas: & præſtātur dupli-
citer, ideſt *officio Iudicis*, qñ adeſt egeſtas,
& *Iure actionis*, ſine egeſtate, *Neap. in con-
ſuet. quod ſi aliquis, num. 34. fol.* 219. & an
debeantur anticipatè? *Vinc. de Franch. in
dec.* 155. & poſt alios ibi allegatos tenet de-
beri menſatim: & ita in ſalario Officialium
tenet *Bal. in cap. 1. §. ſoldata. quis dicatur
Dux.*

Lite pendente debentur filio alimenta,
Neap. in conſuet. in omnibus, num. 83. vbi in
71 *num. 85. in fine,* dicit, quod debet habere
etiam ſumptus litis *fol.* 227. *Aluar. Valaſc. in
conſult.* 1. qui allegat iura ad hanc materiā, &
Afflict. deciſ. 10. quod intellige etiam in pe-
titione paragij, *Vinc. de Franch. deciſ.* 559.
& l. qui filium, ff. vbi pupill. educ. debe.

Mater quę tenetur alere filium per trien-
nium ſecundum ius commune, ſi tranſit ad
72 ſecunda vota, etiam tenetur, *Neapod. in
conſuet. heredeſq; mariti, num. 74. de iure
dotium, fol.* 244.

73 Mater debet in ius vocari petita venia,
ſicuti & pater, *Surd. de alim. tit. 1. q. 14. nu.
12. fol. 12. Nouar. quaeſt. forenſ. 149. lib. 1.*

Sed filius eam dotare non tenetur, nec vi-
ctualia mittere, *Vinc. de Franch. deciſ.* 712.
num. 2. poſt *Bal. in l. 1. §. de ſeruis, ff. de tutel.
& ration. diſtrahen.* per illum *text.* ſed *Fon-
tanell. de pactis nuptialib. tom. 2. clauſul. 5.
gloſ. 1. in 3. par. num.* 25. contrarium tenet,
ſi mater eſt iuuenis, & in ætate nubili, quia
charitas debēt eſſe reciproca, *nu.* 44.

74 Nepotes tenentur alere Amitam, quæ do-
tes amiſit, *Giurb in deciſ.* 5.

75 Filij tenentur parētibus per ſe, & per ac-
cidens: per ſe, quo ad obſequium, reueren-
tiam, & honorem: per accidens, quo ad ali-
menta: ſicut & coniux marito, *D. Thomas*
2. 2. *quaeſt. 101. artic.* 2. vbi quod pater tene-
tur filio totam ſuam vitam, ideſt teſaurizare
pro eo.

76 Debitori cui omnia bona per creditores
fuerunt ſequeſtrata, debentur alimenta ſu-
per bonis ſequeſtratis, *Aluar. Valaſc. in con-
ſult. 1. in princ.* hinc eſt, quod Titularis de-
coctis alimenta debentur, *Rodoriquez in
tract. de priuileg. creditorum, par. 1. in rub.
nu. 27. fol.* 15. ſed in cauſa Creditorum Fer-
dinandi de Bernaudo Ducis Bernaudæ, idem
Dux alimenta petijt, & per decretum S. C.
referente Eximio Conſiliario Rouito de an-
no 1627. fuit excluſus, in Banca Verruſij.

77 Pro alimentis reſtituendis non debet præ-
ſtari cautio, *Aluar. Valaſc. ibid. num.* 7. & ſi
præſtatur, ſufficit iuratoria, *Molin. de pri-
mogin. Hiſpan. lib. 2. cap. 26. nu. 42. Vinc. de
Franch. deciſ. 614. & 366. Affl. dec.* 152.

OBSERVAT. II.

SVMMARIVM.

1 *Donatiuum quod fit à ſponſo ſponſæ,
quid.*
2 *Sponſalitia largitas quid.*
3 *Donatiua à ſponſo ſponſæ ante hanc Prag-
maticam, quæ erant.*
4 *Donata ſponſæ per ſponſum, vel conſangui-
neos ſponſi, vel è contra, cui acquiran-
tur, & nu. 9.*
*Ioannes Andreas de Paulo doctiſſimus Le-
ctor in matutinis, ibid.*
5 *Donatio eſt perfecta circa munera data
ſponſæ.*
6 *Donata à ſocero nurui, acquiritur nurui.
Fallit, ſi dediſſet, vt ornatior nu-
rus iret, ibid.*
7 *Vxori licitum eſt ſe ornare, vt viro placeat,
& non peccat, ſecus ſi ad alium finem.*
8 *Mulier, vel homo ſe ornare quando poſſit.*
*Ornare ſe quando liceat hominibus, vel mu-
lieribus, ibid.*
9 *Donata mulieri per conſanguineos viri, cui
acquirantur.*
10 *Mater tranſiens ad ſecunda vota: donata
in pri-*

in primo matrimonio, cõseruet filijs primi matrimonij.

11 *Dotes inter filios diuersorum matrimoniorum aequaliter diuiduntur.*

Pater transiens ad secunda vota, donata in primo matrimonio, conseruare tenetur pro filijs primi matrimonij, ibid.

12 *L. foemina, C. de secundis nuptijs, procedit tam in patre, quam in matre.*

Molfes. est contrarius in se ipso. ibid.

13 *Iocalia, & vestes quomodo vxori, vel viro acquirantur.*

14 *Mulier transiens ad secunda vota, an possit donare filijs nascituris secundi matrimonij, in praeiudicium filiorum primi.*

OBSERVATIO II.

De donatiuo sponsae dando, & quomodo dona inter coniuges filijs conseruentur.



Secunda Obseruatio in ordine ponit, quid sit donatiuum in materia nostra, & circumscripto donatiuo Regi debito, vt supra latè tractauimus in vers. 4. obseru. 3. & per *Lanar. in cons.* 57. In hoc casu dicitur, quod est illa
1 summa pecuniae, quę transmittitur à sponso sponsae, habita ratione ad dotes, secun-
2 dum taxam factam in hac Pragmatica. De Iure verò communi vocatur sponsalitia largitas, *l. cum te*, C. *de donat. ante nupt.* Sed ex vsu, & consuetudine Neapol. vocatur donatiuum, vt in *consuetud. Neap. Mulier de dotibus.*

Est enim sciendum, quod ante hanc legẽ, sponsi mittebant donatiua sponsis ad rationẽ duc. 10. pro 100. summae dotium, vt testatur *Vinc. de Franch. in decis.* 503. *num.* 5. & est
3 notorium omnibus, quae summa erat exorbitans, & ideò fuit iustissimè limitata, vt hic. Sed aduerte, sub hoc donatiuo taxato in hac lege, non comprehendi iocalia, quae sunt ornamenta aurea à viro vxori ante traductionem mitti solita, vt ornatè accedat *l. mortis sua causa*, §. 1. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* & *l. id vestimentũ, ff. de peculio.* & sunt vestes, anuli, armillę, torques, margaritae, & huiusmodi.

Fiunt enim donatiua praedicta à marito: sed aliquando à consanguineis mariti, vel vxoris, aliqua munera dari solent, *l. cum plures.* 13. §. *cum tutor, ff. de administrat. & peric. tutor.* & ideo fuit dubitatum, cui munera ista quaerantur? *Neapod. in d. consuet. mulier de dotibus, in verb. donatiuo, fol. mihi* 224. (in quo declarat multa de hoc verbo) disputauit articulum, & dixit, quod acquiruntur vxori, & ita decisum referunt per S. C. *Io. Vincent. de Anna in singul.* 157. & *Vinc. de Franch. in dec.* 503. (haec dum scriberem sub die 3. Octobris 1625. venit ex studijs Bruno Marius Tassonus meus filius adolescens annorum 15. & mensium duorũ, & allegauit ita tenere *Alciatũ in princ. praesumpt.* 18. & *Rol. à Valle in cons.* 10. *nu.* 89. *lib.* 1. & *Gotofredum in l. cum te, C. de donat. ante nuptias*, opiniones quorum etiam insectabatur eius Praeceptor *D. Io. Andreas de Paulo doctissimus, ac facundissimus Lector in matutinis* florentissimorum Studiorum huius fidelissimae Ciuitatis Neap.) *Bart. autem in l. si plures.* 10. §. *in arrogato, nu.* 4. *ff. de vulgar. & pupill.* tenet, donata vxori à consanguineis viri, viro acquiri: Attamen
5 ibi Additio est contra Bartolum, ex ratione, quia donatio est perfecta, & mulieri est quaesitum ius, *l. si mater vestra, C. de donat. ante*
6 *nupt.* quo loci habes, quod donata simpliciter à socero nurui, acquiruntur nurui. Limita tamen hanc conclusionem, quando socer dedisset, vt nurus magis ornata accederet, *Vinc. de Franch. decis.* 503. *num.* 18. *circa*
7 *medium*; (& hic nota corollariè, permissum esse mulieri ornare se, vt viro placeat, licitè tamen, ne per eius contemptum vir in adulterium labatur, *D. Thomas secunda secundae, quaest.* 144. *art.* 2. *in princ. responso*; vbi quod si mulier ornatur, vt placeat viro suo, non peccat, sed si ornaretur, vt alios allectet ad
8 luxuriam, peccat. Verum quando ex quadã leuitate ornaretur, non peccat mortaliter, & idem est in homine, vt ibidem: sublimitatamen, quando ad saluandam Rempublicam mulier ornaretur, vt in casu *Iudith*, quae se ornauit, vt occideret Holoferne, vt in *Iudith* 10.) *Alexander Tassonus in lib.* 6. *cap.* 33. *in lib. titulato. de Pensieri diuersi*, quaerit rationem de ornatu mulierum, vt pulchrè videatur, & concludit, quod ornamenta sunt arma mulierum contra vires hominum, & quod à Diogene vocantur Reginae, quia mulieres pulchrae, & ornatae, vt Reginae iubent, & eis vti Reginis obeditur.

Hodie indistinctè obseruatur, quod dona
9 facta sponsae à cõsanguineis mariti in domo sponsae: acquiruntur sponsae: si verò donatiua sponsae fiunt in domo viri, acquiruntur viro: quia eius contemplatione donata cẽsentur: & sic è contra, dona facta viro à cõsanguineis sponsae, in domo sponsae, censentur facta sponsae, si verò fiunt in domo viri, acquiruntur viro, & nouissimè videas per

Fonta-

Fontanell. de Pact. nuptial. tom. 2. in clausula 7. gloss. 3. part. 7. num. 65. & seq. vbi varios casus distinguit, ac diuersas Regnorum Consuetudines refert, & residere videtur in arbitrio Iudicis esse in perpendendo, an vere sit donatio, & quo animo donetur, habita ratione ad qualitates personarum, & valorem rerum, vel iocalium, aut vestitum donatarum. Aduerte tamen, quod & si hæc donatiua acquiruntur ipsi mulieri, quando
10 ista mulier secũdo nuberet, & filios habebit ex primo viro, ex dispositione *l. fœmina*, C.
11 *de secund. nupt.* tenetur conseruare hæc dona pro filijs ipsius matrimonij, cuius contemplatione facta fuerunt: sicuti & portiones ei obuentas ex filijs mortuis eiusdem matrimonij, *d. l. fœmina*, §. 1. quod etiam
12 procedit in patre; *vt per glos. ibid. in verb. possessione*, & sequitur *Couarr. in repetit. cap. quamuis*, 3. *par. relectionis* §. 3. *num.* 1. *fol. mihi* 286. & facit *l. mater* 5. *ad Senatus Conf. Tertul.* & *Vinc. de Francb. in dec.* 428. & 612. secus autem esset in augmento facto per filium de bonis paternis, *Vinc. de Franch. decis.* 18. & quid de bonis Aui, an mater succedat? *idem de Franch. in decis.* 666.

In dotibus verò est diuersum, quia omnes filij, tam primi, quam secundi matrimonij, & vlterius, succedunt pro æquali portione, *idem de Franch. in decis.* 26. quoniam respectu matris, cuiuscumq; matrimonij filij sint, omnes sunt in æquali conditione, & licet *Molphesius super Consuet. Neap. par.* 3. *q.* 22. *num.* 16. *fol.* 156. contrarium dicat, affirmando quod medietas dotis est filiorum primi matrimonij, etiam si vnus esset, & alia medietas sit filiorum secundi matrimonij, etiam si plures essent, & quod bis sic iudicatum fuit per S. C. credo errorem in typo fuisse, tanto magis, quia esset sibi cõtrarius, nam in *par.* 4. *q.* 17. *nu.* 32. *fol.* 202. tenet cum prima opinione supra narrata.

Quo verò ad iocalia, & vestes pretiosas,
13 & gemmas, & alia mulieri data, quomodo vxori, vel viro acquirantur, latè declarat *Afflict. in decis.* 315.

Et quoad antefatum, an cedat ad beneficiũ filiorum vtriusq; matrimonij, *vide supra vers.* 4. *obseru.* 4. *num.* 62.

Solet etiam dubitari in materia donationis maternæ, an mater transiens ad secunda vota, possit in capitulis matrimonialibus cũ
14 secundo viro facere donationem contemplatione matrimonij filijs nascituris, & dare plus eis, quam filijs primi matrimonij? hæc quæstio fuit controuersa inter *Bald. & Riccard. de Saliceto*, *Baldus* enim dicebat valere, *Riccardus de Saliceto* contrarium tenebat, ex *l. hac adictali, C. de secund. nupt.* Adsunt autem *Vinc. de Franch. in decis.* 435. & *Thess. in decis.* 170. & *Mastrill. in dec.* 170. in quibus fuit decisum non valere, secundum opinionẽ prædicti Riccardi. Quinimo aliqui extenderunt etiam in testamento matris, vt non possit relinquere plus filijs secundi matrimonij, quam primi, *vt per DD. citatos in dictis decis.* nos autem habemus *Consuet. si qua moriens*; qua licitum est matri de bonis per eam acquisitis meliorare filios secundi matrimonij, vel primi, ad eius libitum, vt ibid.

Sed quid in patre, an possit relinquere plus filijs secundi matrimonij, quam primi? vide supra *eod. vers.* 5. *obseru.* 1. *num.* 18. vbi etiam an mater hoc facere possit, & decisiones inde sequutas videbis.

OBSERVAT. III.

SVMMARIVM.

1 *Ducati quandoque aurei, quandoque solidi appellantur.*
Aurum purum nunquam diminuitur, ibid.
2 *Libra Aurei, vel Argenti valor.*
Moneta primus fabricator fuit Tharas, ibid.
3 *Ducatus quo tempore fuit percussus, & a ducato Romano dictus.*
4 *Romani à principio vsi sunt moneta anea, & indè argentea, & postea aurea.*
5 *ÆNei nummi à Seruio Tullo Rege Romanorum prius percussi.*
6 *Pecunia ante creationem Roma fuit percussa.*
Pecunia obediunt omnia, ibid.
7 *Pecunia semper homines mundi dominauit*
Pecuniam amare, nil iniquius ibid.
8 *Moneta, & dobla quando in Hispania inceperunt, & earum valor.*
9 *Monetarum diminutio prohibita per Const. Regni.*
10 *Falsificantes monetas puniuntur pœna mortis.*
Monetas minimas falsificantes quomodo puniantur, ibid.
11 *Pœna ex voluntate intrinseca statuentis, an subrogetur de casu ad casum.*
12 *Monetarum mutatio in Regno.*
13 *Zannettarum tempus connumeratur.*
Comitis Oliuares Proregis consideratio ibid.
14 *Gubernantes cauti sint in mutandis monetis.*
15 *Princeps mutando monetam, iustum pondus faciat.*
16 *Non tenetur facere expensas de suo circa damnum moneta.*

Hh 17 Po:

17 *Potest mutare valorem moneta, sed cum consensu Populi.*
18 *Mutatio moneta de anno 1622. fuit secundum valorem antiqua.*
Rex noster noluit monetam minui, & si aliter ei consulebatur, ibid.
19 *Moneta Regni Neapolis est purior omniu aliorum Regnorum.*
20 *Rex ex motu proprio multa facere solet.*
21 *Moneta mutatio fiat sm valorē antiquum.*
22 *Gulielmi Mali statuta pessima, & informia.*
23 *Moneta Coirj fuit tempore Gulielmi Mali, & Imperatoris Friderici.*
24 *Corij moneta quo tempore fuerunt.*
25 *Moneta valor non ex metallis, sed ex Regis signo procedit.*
26 *Thesauri inuenti, vt sint Regis, et nō Dominorum Terra in qua inueniuntur à Rege Gulielmo il Malo, fuit statutum.*
27 *Principi potest facere legem, vt Thesauri inueniendi sint Fisci.*
28 *Consuetudo vt Thesauri sint Fisci, an obliget in conscientia.*
Thesauri subtus domū, vel in muro inuenti cuius sint, ibid.
Vena Metallorum cuius sunt, ibid.
29 *Inuenta res latentes in stecchis lana, aut aliarum, non fiunt emptoris.*
30 *Lapilli inuenti in Gallina vendita, non fiunt emptoris.*
Gallina vendita, non veniunt lapilli, vel gemma latentes in ea, ibid.
31 *Valor moneta declaratur in duabus Pragmaticis.*
32 *Alchimiam facere est prohibitum.*

OBSERVATIO III.

De Ducato in Moneta, & de mutatione monetarum.



OBseruatio ista quærit, quid sit Ducatus in moneta, postquā secundum verba vsualia Regni, vt alias diximus, licet loqui, quod etiam aduertit *Aulus Gellius lib. 11. cap. 7. noctium Atticarum*, qui in seq. cap. ait, M. Catonem reprehendisse Albinum, qui homo Romanus Græca oratione res Romanas cō-
1 posuerat; merito lex nostra dotium donatiua, taxat in tot ducatis, qui quandoq; aurei, quandoq; solidi appellantur, *glo. in l. 1. C. de collatione aris lib. 10.* & dicitur à soliditate, quia fiunt de puro auro, quod nunquam
2 seu tardius diminuitur, *l. 1. C. de veterib. numismatis lib. 11.* & libra argenti valet decem aureos, *l. 1. & ibi Io. de Platea, C. de aur. publ. perseq. lib. 10.* & in *l. quotiescunq; C. de suscept. & arcbit. lib. x.* libra vero auri valet 72. aureos *glo. in §. & iudicare, in verb. ad trecentos, in auth. de defens. Ciuit. col. 3. & glo. in l. fin. & ibi Alex. ff. de in ius vocando, & glos. in §. fin. in fin. instit. de pœna temere litig*, latè declarat *Boer. in dec.* 327. quam vide.

Et nota primum monetæ fabricatorem fuisse Tharas Abrahæ patrē, teste *Alberico de Rosate in suo Dictionario verbo Moneta.*

Ducatus percussus fuit anno Vrbis Romæ
3 642. à Ducatu Romano dictus, *Hieronymus Gigas in tract. de crim. les. Maiest. quæst. 62. num. 10. in tractat. tom. 11. par. 1. fol. 47.*
4 Romani à principio pecunia ænea vsi fuere, deinde multo post argentea, & post aliquos annos aurea, *Plinius in lib. naturalis Historia 33. cap. 3.* vbi subdit, quod Seruius Tul-
5 lus Romanorum Rex fuit primus, qui Romæ æneos nummos percussit; sed antequam Roma fundaretur (cuius fundatio fuit in anno 12. Achaz Regis Iudæorum post mundi creationem 3233. & ante Christi aduentum 751. à Romulo regnante annis 77. post quē Numa Pompilius regnauit an. 43. & inde Tullus Hostilius an. 32. postea Ancus Martius an. 24. & L. Tarquinius an. 38. & Seruius Tullus an. 44. L. Tarquinius Superbus an. 25. & inde Consules vsq; ad Iulium Cæsarem an. 462.) vsus pecuniæ fuit in mundo
6 *Ecclesiastes* 10. vbi in fine dicit, quod pecuniæ obediunt omnia, dictaq; fuit à Pecude, siquidem Seruius Tullus Rex Romanorum Sextus, æneam monetam cudi fecit, cum impressione Iani Bifrontis ex vna parte, & in alia cum pecude, & sic pecunia dicta fuit, vt probat *Odoardus Ganducius in suo opere fol.* 101. Et sic nota, quod semper homines huius mundi fuerunt, prout hodie sunt subditi pecuniæ: non obstante, quod pecuniam
7 amare, nil est iniquius, vt ex Græcis testatur *Arist. in politic. & Virgilius Polydorus de Inuentore rerum lib. 2. cap. 20. Diuusque Leo Papa in sermone 5. de passione*, ait, *Amore pecunia vilis est omnis affectio, & anima lucri cupida etiam pro exiguo perire non metuit: nullumq; est in eo corde iustitia vestigium in quo auaritia fecit habitaculum.* Sed naturali affectione fit, ea esse cariora omnibus, quæ labore parata sunt: Pecuniæq; his cariores sunt, qui quæsierunt, quam qui acceperunt, *Arist. lib. 9. Æthnicorum.* Quo vero ad pecuniæ valorē vide *Couarr. in fin. lib. variarum resolut. in tract. veterum*
8 *nummismatum*; declarantem valorem monetarum libræ, & dublarum, & quando in

Regno

Regno Hyſpaniæ eſſe cæperunt, *in cap. 3. num. 2.*

In hoc autem Regno habemus *Conſtitutionem adulterinam, cum duabus ſequent.* in
9 quibus Rex Rogerius prohibuit monetas adulterari, vel nummos aureos, vel argentec os radi: *& Io.Vinc.de Anna in Repetitione Conſtit. Regni ſi quis aliquem num.* 48. (quæ eſt in fine primi voluminis conſiliorum Fabij de Anna eius filij) tenet hanc pœnam mortis non extendi ad falſificantes monetas minimas *per Alexan. in conſ.* 104. *in fin. vol.* 1. ad quod *vide Boſſ. in tit. de falſa moneta num.* 4. *& Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 316. *num.* 30. *&* 40. ſed contrarium fuit ſeruatum in anno 1623. in circa, nam fuit detectum aliquos falſificare monetam æneam, & omnes fuerunt ſuſpenſi in Burgo Virginum vbi delinquerant, poſt euectionem per Ciuitatem ſuper curribus cum omnibus inſtrumentis eorum, & ipſorum Caput, & Author, qui erat titulo decoratus, fuit, & eſt foriudicatus. Vide etiam de hoc ſupra *verſ.* 3. *obſeru.* 3. *num.* 60.

Tempore verò Caroli Illuſtris Ducis Calabriæ filij Regis Roberti, fuit facta alia lex, *in cap. Regni, Iam ſæpè*, contra demolientes, falſificantes, aut incidentes carolenos liliatos,
10 qui caroleni licet hodie non adſint, & ſic illa pœna non poſſet adaptari contra incidentes alias pecunias, ex quo in crimi-
11 nalibus non datur ſubrogatio, *Alex. in conſ.* 104. *in fin. vol.* 1. tamen in adulterantes, & incidentes pecunias currentes, ex voluntate intrinſeca ſtatuentis, lex prædicta ſeruatur, vltra quod per alias leges, & pragmaticas ſtatuta eſt talis pœna, ſiquidem Reſpublica ſemper eſt idem.

In Regno Galliæ monetam Regis falſificantes, aut illam ementes, vel portantes falſas monetas ad dictum Regnum, ſunt excommunicati, & abſolutio, præter quam in mortis articulo, ſoli Papæ eſt reſeruata, *vt in extrauag.* 10. *incip. Prodiens, de crimine falſi.* Pecuniæ enim mutantur ſecundum opiniones Dominantium, vel ſecundum varietatem temporum, *Affliſt. in verſ. moneta, in*
12 *tit. quæ ſint Regalia*, & præcipuè in anno 1575. euenit, vt refert *Vrſill. ad Affliſt. in deciſ.* 90. *&* 194. Et in anno 1600. fuit introductum, vt ex Tallaris Hyſpanicis cuderentur medij caroleni (inſtante Aduocato fiſcali Regiæ Cameræ illius temporis) ſed inde de tempore in tempus decreuit diminutio iſtius monetæ, & in tam maximam diminutionem, & detrimentum perueneral, & commercium quaſi erat deperdendum, vt neceſſum fuit condere pragmaticam 30. Iulij 1621. (ne commercium periret) per quam promittebatur ſub verbo, & fide Regis, quod ex moneta prædicta nemo erit paſſurus damnum, & proinde mandabatur vt pecunia prædictorum mediorum carolenorum expenderetur inter omnes. Et hinc lachrymæ, nam quaſi per totum Regnum, & extra fuerunt fabricatæ, & falſificatæ tot, tãtæque monetæ iſtius qualitatis mediorum carolenorum, & in tanta paruitate, & diminutione, quod eis à vulgo impoſitum fuit
13 nome, *le zannete*. occaſione quarum ad extremam calamitatẽ in Regno peruenimus, & alterata fuerunt pretia rerum, & centum ducati de iſtis zannetis, non erant ponderis ducat. 25. currentium in iuſto pondere; & ideò fuit neceſſum monetas mutare, *vt ex Pragm. 2. Martij* 1622. & indè anſã præbuit alias pragmaticas ſequentes condere pro reparandis inconuenientibus præteritis; & pro emendatione damnorum, fuit exactum quartum omnium redditunm exterorum, per quatuor annos, vt vidimus ſupra in alleg. pro Domino Magno Comeſtabulo Columna *verſ.* 2. *obſeru.* 4. omniaque mala ex Bancherijs prouenere, ex cauſa mutui, quod particularibus faciebant, pro concurſu negotiantium in eis: ſed oculatiſſimè hoc proſpexit magnus ille Gubernator, & Prorex Oliuarenſium Comes tempore ſui optimi Præſidatus in annis 1598. & ſeq. qui fuit voti non debere accommodari pecunias negotianeibus in Banco S. Iacobi Hiſpanorũ, ex ratione, quia magis concurrit ad depoſitandum ibi pecuniam, qui ſcit eam alijs non accommodari, ſed DD. Regentes illius tempeſtatis fuerunt in voto contrario, & tẽpus veritatis pater oſtendit prouidentiam prædicti Comitis fore conſultius; nam viſa ruinam prædictã, fuit ſtatutum, vt non fiat mutuatio prædicta in Bancis, prout hodie ſeruatur.

Cauti quidem debent eſſe Gubernatores
14 in hac mutatione monetæ, nam ſemper q; augetur, vel diminuitur æxtimatio pecuniæ, augentur, & diminuuntur pretia rerum *l.* 2. *C. de vet. nummiſ. poteſt. lib.* 11. & idẽ notat *Angel. in l. Paulus, ff. ſolut. matrim.* & Prin-
15 ceps mutando monetam, tenetur eam cudi facere, vt eius valor iuxta pondus antiquum conſtituatur, *cap. quanto de iur. iur. Anna in ſingul.* 348. & ita habetur *in cap.* 16. *Cæſarea Maieſtatis in priuilegijs. & cap. Neapoli pag.* 89. *ater.* ſed ratione expenſarum, poteſt aliquantulum alterare valorem, quia Prin-
16 ceps non tenetur expenſas facere de ſuo, *Couarr. in fin. lib. variar. reſol. in tit. veterum collationum cap.* 7. *num.* 5. *fol.* 495. vbi

num. 6. fundat ex mente *Aristotelis in lib. 1.*
17 *polit. cap. 5. & 6.* poss Principem, vel Rempublicam valorem, & extimationem pecuniæ mutare: sed cum consensu Populi hoc facere debet, *Boer. in decis. 327. num. 6.* qui alios allegat. Meritò Rex noster Iustissimus, ac Inuictissimus expressè voluit, ac mandauit in hac mutatione monetę facta 3. Martij
18 1622. illam cudi seruata forma temporis, & valoris suorum Serenissimorum Patris, Aui, & Abaui, & secundum dispositionem *l. 3. C. de veteris nummis potestate lib. xi.* Et hoc nō obstante, quod contrarium ei consulebatur,
19 & fuit motus, ne nostra pecunia purioris argenti omni alia cæterorū Regnorum adul-
20 teretur; & ita executum fuit. Rex enim ex motu proprio multa facere solet, immo inclinatio Senatus quandoquidem illum in aliam sententiam mutare facit, vt euenit Tiberio Cæsari inflecti Senatum inclinari ad pecuniam dandā Hortalo nepoti Q. Hortensij, quando eius liberos coram Cæsare, & Senatu asportauit ad alimonias petendas, tamquam Augusti alumnos; ait enim *Tacitus* hoc referendo, *in 2. lib. annal. fol. mihi 87. in paruis, Inclinatio Senatus incitamentum Tiberio fuit, quo promptius aduersaretur.* Sciebat enim Rex Piissimus tamquam habens omnia iura in scrinio pectoris, quod
21 Reges in mutando monetam debent eiusdē valoris, & bonitatis aliam perfabricari facere, magna .n. ratio cogit, ac pcipue ne eis adueniat illud Regis Gulielmi Primi, dicti il
22 malo, in cuius vita legitur, quod ex quo primus fuit in condendo legem, vt omnes subditi aurum, & argentum laboratum, & non
23 laboratum ad eius ærarium asportent, & postea monetam corij cudi, & expendi fecit: mandando etiam, quod nemo filias maritaret absq; eius licentia, & q Thesauri antiqui sint Regis, & non inuentorum, & Dominorum loci in quo inueniuntur, vt de iure erat, Mali agnomen fuit adeptus, & inde a vassallis, & coniuratis Panormi carceratus; licet inde à Populo liberatus, vt inter alios Scriptores videre poteris per *Summontem in 2. lib. Historia Neap. in vita eiusdem Gulielmi primi, dicti il Malo.*

Et tempore Imperatoris Federici Secundi in anno 1240. dū obsessus fuerat Faiensā
24 Ciuitatem (*teste Beato Antonino Archiepiscopo*) monetam corij cudi etiam fecit cum edicto, quod transacto illo bello, monetam corij ad Cameram Fiscalem portaturi valorem in auro, vel argento habebunt, & licet inde fuerit ita executum, male tamen a Populis fuit digestum. Hinc nota valorem,
25 & pretium metallis, & alijs materijs Regio Signo signandis Reges facere, & non materiam. *Afflict.* tamen *in Constit. Regni edita per Regem Gulielmum de thesauris, qua in-*
26 *cipit pecuniam*; dicit constitutionem illam esse antiquam, & à Carolo Secundo fuisse moderatam per *cap. Regni, quia non decet Principem*, vbi inuentio thesauri reducitur secundum ius Romanum, & quod Bursa pecuniæ inuenta in Silua debeat consignari Episcopo loci, vt illam distribuat inter Pauperes: tu autem in hac materia Thesauri vide *Regentem de Ponte de Potestate Proregis sub titulo de Thesaur.* vbi quid hodie practicetur, *& l. 1. C. de thes. lib. 10.* & ex quo thesaurum fortunæ donum creditur, *l. si is qui 63. vers. & simile, ff. de acquir. rer. domin.* immo & Dei beneficiū, *l. vnica, C. de Thes. lib. 10.* q notat *Molin. de primog Hisp. lib. 1. cap. 23. num. 4.* liberum esse deberet, & ideo *Andr. in verb. argenteria num. 71. quæ sint Regalia*, dixit, quod quilibet in proprio fundo potest thesaurum quærere arte non magica, & magna ratio, & vtilitas Reipublicæ suaderent, ita debere fieri, quia expedit Regi diuites habere vassallos; sed aliter seruatur, vt supra; possq; Principem facere legem, vt thesauri inueniendi, nō sint
27 inuenientis, sed Fisci, defendit *Molin. in 2. par. summa tract. 12. sub tit. de contract. cap. 3. num. 7. & 72. fol. 22.* asserens sic
28 seruari in Hispania, licet consuetudo ista non obliget in conscientia. *Siluestr. in verb. inuentum q. 13. Soto panes Less. in cap. 5. num. 66. in fin.* quicquid autem sit, in Regno nostro fuit consuetum, vt thesauri inuēti applicentur Fisco etiam si essent impropriè, licet *Moles in dec. 91.* dicat, fuisse decisum, esse domini soli, & hodiernis temporibus à doctis, & consceotiatis DD. Præsidentibus Regiæ Cameræ, ita etiam decisum fuisse audiui, quamuis aliter in alia tempestate fuerit seruatum, *& D. Tho. 2. 2. q. 66. art. 5. ad 2.* dicit, medietatem Thesauri spectare ad inuentorem, & aliam ad Dominum Agri; idemque tenet *Auend. de exeq. mand. Regum par. 1. cap. 4. num. 33. fol. 61.* sed si pecunia esset inuenta in muro domus venditæ non in forma thesauri, spectaret ad vēdentem, *vt ibid. in conc. 9.* sed quid de venis Metallorum inuentis, *l. 3. C. de metallis lib. 11.* dat tertiam partem Fisco, tertiam Domino loci, & aliam inuentori. Nota tamen quod si quis diceret thesaurum esse subtus domum aliquam, & pro eo inueniendo esset necesse domum diruere, quod non est audiēdus denuncians, *l. quosdam 6. C. eod. tit.* In anno 1619. euenit, vt triremes transmissæ à D. Duce Ossunæ Regni Protege, aliquas Mer-

Mercaturas Turcarum ceperint, in quibus aderant ſacchi lanæ, & aliarum mercium, quos ſacchos vendi fecit in hac Ciuitate, &
29 ex quo intus eos erant abſconditæ pecuniæ, & alia lamina aurea, & argentea, & res pretioſæ: emptores fuerunt cogti ad illa deregenda, quibus deregtis, Fiſco applicata fuere, ex ratione, quia venditoris voluntas non erat, emptorem acquirere aliud, quam res
30 véditas, & non latentia in ſacch s prædictis, ex traditis per *DD.in §.Gallinarum, inſtit. de rer. diuiſ.* vbi quod vendita gallina non veniunt lapilli, aut gemmæ in gallina latentes, vt diximus paulo ante de domo vendita.

Sed quomodo intelligatur ducatus, & va-
31 lor aliarum monetarum in hoc Regno, habemus duas pragmaticas, vnam conditam per Excellentiſſimum D.Ducem Oſſunæ 22. Septembris 16.8. & alteram per Illuſtriſſimum D. Cardinalem Zapatam Locumtenentem 2. Martij 1622. ex quibus liquidationem pódēris, & valoris monetarū Regnicolarum, & exterarum latius videre eſt. Aduerte tamen, quia augmentum, vel decrementum monetæ ſpectat ad Creditorem, ſecundum *Andr.Gaill. pract. obſeru. lib. 2. obſer. 73. in fin.* vbi quod valor monetæ, qui fuit tempore cótractus eſt attendendus, vbi alia circa hanc materiam.

Sed quid de Alchimia, numquid licitum
32 ſit illam facere? *cap. vnicum, de crimine falſi in extrauagātibus communibus*, decreuit non licere, & prohibitum eſſe, ſed *Io. de Anania in diſputatione de alienatione feudi in rubr. quæ ſint Regalia num.5.* quæ eſt poſt *Bald. in vſibus feudorum fol. 95.* dicit poſt *Andr. in d. tit. quæ ſint Regalia verb. moneta*, quod ſi impenditur tantum pro tanto, & talem pro tali, ſine aliqua falſificatione formæ, vel materiæ, non punitur Alchimiſta, quia eſt ars perſpicaci ingenio inuenta, & tamquam à Philoſopho, & faci. *Oldradi conſ. 74. Io. Andr. in addit. ad Speculat. de crimin. falſi, in rub. & Moder. in c. 2. de ſortileg. ac D.Thom. 2. 2. q. 77.*



VERS. VI.

Parendoci giusta tal domanda.

Visa nobis iusta, ac rationabilis petitio prædicta.

Pro huius vers. intelligentia obseruabimus tantum, An Rex teneatur semper assentire petitionibus Populi.

OBSERVATIONIS Vnicæ.

SVMMARIVM.

1 *Reges in Terris sunt Vicedei.*
2 *Populos exaudire tenentur.*
3 *Audientiam dent si Reges esse volunt.*
Vetula dictum Philippo Regi Macedoniæ, ibidem.
4 *Rex est Caput Populi, sicuti est caput in hominem.*
5 *Iustitia est soror, & Comes Regis.*
6 *Ægyptiorum symbolum iustitiam cum vno oculo, Regem significabat.*
7 *Regis labores, & vigiliæ quæ.*
8 *Proregis potestas maxima.*
Traianus Imperator quam potestatem suo Proregi dedit, ibid.
9 *Rex assentire tenetur quando ab eo iusta petuntur.*
10 *Ratio in lege condenda non redditur, quod secus est in statuto.*
11 *Consuetudo præsumitur processisse ex iusta causa.*
12 *Ius consistit in acquirendo, in conseruando, vel in minuendo.*
13 *Rationabile dictum debet mouere sicut lex.*
14 *Iustitia est subiectum legis, quæ est Regina virtutum.*
15 *Assensus est gratia.*
16 *Non est denegandus aliquando, alias iniuria fieret.*
17 *Magnam causam requirit, vt excludatur.*
18 *In alienationibus feudorum per exteros faciendis, non est denegandus.*
19 *In quibus casibus est denegandus.*
20 *Præstatur à Rege in feudis secundum quid, in contumaciam Baronum.*
Baro requisitus, vt assentiat, si non assentit, Rex assentit, ibid.
21 *Rex requisitus, vt assentiat, an habeatur pro præstito.*
22 *Assensus in onerosis alienationibus habetur pro præstito si Rex denegat.*

OBSERVAT. vnica.

De assensu Regis quoad petitiones Populi.



FVndauimus supra in *vers.*
1. obseruat. 3. Reges esse
1 Vicedeos in Terris, & me-
ritò *Dauid in Psalm.* 4 di-
xit: *Cum inuocarem exau-*
diuit me Deus iustitiæ
meæ: Dominus exaudiat me, cum clamaue-
ro ad eum. Ergò ad Dei exemplum Popu-
los exaudire debent in ipsorum iustis peti-
tionibus: ac particularium curas habere,
§. 1. circa princ. in authen. de har & falcid.
Sic enim Opifex Maximus operatus est in
Genes. 17. & 21. quàndo puer Site morie-
batur, *& exaudiuit Dominus vocem Pueri,*
& dixit, non videbo morientem puerum, &
in *Psalm.* 101. *vers.* 21. legitur, *Dominus*
de cælo in terram aspexit, vt videret gemi-
tus compeditorum, si quæ prædicta non fece-
2 rint, posset eis illud *Plutarchi in vita Phi-*
lippi Regis Macedonum, vel Demetrij ex-
probari, quando vetula à Rege audientiam
expetebat, & respondit, tempus ei non ades-
se: cui Vetula subdit, *proinde nec Rex qui-*
3 *dem esse velis;* & altera replicauit Imperato-
ri Adriano sic dicenti, *relinquas Imperium,*
vt per Gubernatorem Christianum in lib. 1.
cap. 19. col. 9. fol. 113. vnicum quidem, ac
particulare remedium consolationis subdi-
torum est, à Rege benigno iustam consequi
petitionem: quoniam Rex est caput Populi,
sicut caput in homine, quod audit corporis
4 necessitates, prouideatq; ei de oportunis, &
necessarijs remedijs: & ideo ad horum exē-
plum

plum, pijssimus Rex noster, iustissimæ huius
legis petitioni assensit, moderando excessi-
5 uos abusus, quoniam iustitia est Comes, &
soror carnalis Regis, vt in *Isaiæ* 45. ibi, *Ro-
rate cæli desuper*, & *Hierem.* 23. *Regnabit
Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, &
iustitiam in terra.* Summum quidem bonum
est in Regibus iustitiam colere, & cuiq; sua
6 iura seruare: duo enim requirit præcipue
regnandi securitas, idest obedientiam in sub-
ditis, & fidem in Superiore, quibus deficien-
tibus Populi clauus deficit. Merito Ægyp-
tij cum symbolo oculi videntis, Regem, &
Iustitiam significabant, quia alterinsecus of-
ficium facere tenetur, & merito *Osor. lib.* 4.
7 *de Regim. inst.* dixit, *in studium iustitiæ om-
nes Regis curæ, & cognitiones, omnes labo-
res, & vigiliæ, omnia deniq; studia conside-
randa sunt.* Eã namque à principio Reges
creauit, & ideò Reges iniusti deponuntur, vt
euenit Imperatori Friderico, *cap. ad Apost.
de sent. excommunicat. in* 6. & quampluri-
ma alia exempla cumulat *Pater Sanctarel-
lus Iesuita in tract. de haret. cap.* 30. *&* 31.
& diximus supra in *vers.* 1. *obser.* 2. *nu.* 12.
& seq.

Ad exemplum enim Regis tenentur, &
8 Proreges audientiam præbere, & iustitiam
facere, stante summa potestate eis tradita,
vt vidimus supra, *vers.* 2. *obseru.* 2. Quoniã
Imperator Traianus concedens potestatem
suo Gubernatori Romæ constituto, dixit,
*vtere gladio hoc nomine meo, & pro me si iu-
stum iubeo, & aduersus me, si contrarium
fecero.*

Ergo in omnibus, quæ à iure communi nõ
sunt concessa, nàm in eis preces non requi-
runtur, *l.* 1. *C. de iure liber.* Regis placet
expedit habere, si iuste petuntur, Rex assen-
9 tire tenetur, *§. fin. instit. de his, qui sunt
sui, vel alieni iuris, c. nouit. de iudicijs*, vel
si in tertij præiudicium non teneret, vt eue-
nire solet in petitionibus faciendi nundinas,
quæ absq; Principis autoritate sunt prohibi-
tæ, ne tertio præiudicetur, sed secus est in
Mercatis faciendis, *Iulius Ferrettus in
tract. de Gabell. sub num.* 103. *fol.* 83. *in
Tractatibus tomo* 12.

Quinimo, & si in condenda lege non de-
bet dari ratio, *l. non omnibus, ff. de leg.* nam
& si Iurisconsultorum valent responsa, & si
ratio non reddatur, *Seneca lib.* 4. *epistol.* 65.
& lib. 8. *de benefic.* quanto fortius in lege:
In statuto tamen exprimitur ratio, *Dyn. in
cap. vlt. de reg. iur. in* 6. *Bald. in cons.* 218.
10 *statuto Ciuitatis Florentiæ col.* 1. *& cons.* 39.
per egregiam lib. 3. & *in l. de quibus, col.* 10.
11 *ff. de legib.* vbi quod consuetudo præsumi-
tur processisse ex iusta causa: tamen in hac
nostra lege Rex Iustissimus rationem redit,
ex qua mouetur, idest, ad conseruandum
bona suorum subditorum in eadem domo,
12 postquam totum ius consistit, aut in ac-
quirendo, aut in conseruando, aut in mi-
nuendo, *l. fin. ff. de legib.* & sic in hac lege
conseruat bona suorum subditorum, idest vt
antefatum redeat, vnde exiuit, & ve limita-
tum procedat, & extet, ne eneruentur vires
maritorum, & eorum hæredum, prout acte-
nus euenerat, & conseruando bona, conser-
uat honorem, & decentiam familiæ, vt in
vers. 10. *obseru.* 2. *num* 34. vltra quod di-
ctum rationabile debet mouere, sicuti & lex,
13 *Andreas in prælud. feud. q.* 6. *num.* 48.
Iustitia enim est subiectum, & obiectum le-
14 gis, quæ est Regina virtutum, secundum
Cicer. in 3. *de offic.* & est illa Regina, de qua
Psalm. 44. canit, *Astitit Regina à dextris
tuis in vestitu deaurato circundata varie-
tate.*

Nec dicatur, assensum esse gratiam, &
15 & ideò Dominum non teneri, *Anna in al-
legat.* 39. *& Camerar. in l. Imperialem, de
prohib. feud. alienat. per Frideric. fol.* 44.
lit. I. & facit *cap. si gratiose de rescript.* quia
respondetur cum eodem *Camer. in d. l. Im-
perialem fol.* 30. *lit. I.* vbi quod si Rex de-
negat gratiam, siue assensum, facit contra
16 honestatem, & illud denegationis gratiæ
debet intelligi, quando Rex habet causam
denegandi, & causa esset iusta, alias faceret
iniuriam vassallo, *Afflict. in constit. si quis
post litem. vers. ego addo, & Regens de Pon-
te in tract. de potestat. Proregis. in tit. de
assen. Reg §.* 3. *n.* 2. Verum quælibet causa
17 denegandi assensum non sufficit, sed magna
requiritur, quæ status conseruationem re-
spiceret, prout dicitur quãdo Rex teneretur
18 assentire alienationibus iurium feudalium
per exteros factis, tunc enim denegare as-
sensum an debeat, vide per *D. Reg. Tapiam
in decis. Suprem. Cons.* 11. *num.* 8. secus au-
tem, quando Assensus solitus esset denegari,
19 puta in substitutionibus, vel fideicõmissis,
vel in contractibus alterantibus naturam
feudorum, *idem de Ponte de Potest. Proreg.
sub tit. de assens. Regis §.* 2. *num* 9. *fol.* 271.
Hinc est, quod quando alienantur feuda se-
20 cundum quid, in quibus assensus Regis, &
Baronis requiritur, si Barones denegant as-
sentire, Rex in eorum contumaciam præstat
assensum, *Vincent. de Franch. decis.* 310. *ex
reg. l. ob causam, de euictionibus.*

Sed quid in Rege requisito, vt assentiat,
21 & consentire nolit, an habeatur pro con-
sensiente, & contractus valeat? *Mariconda*

in

in vltima addit. ad Constit. Regni Constitut. Diuæ memoriæ fol. mihi 204. disput. q. & dicit 195. C. fuisse hoc dubitatum, non refert decisionem, sed concludit, Regem
22 sine iusta causa assensum denegare nõ posse in onerosis alienationibus, *secundum Bart. in l. si eum dotem, §. eo autem tempore. ff solut. matrim. vers quem de statuto*; sed in voluntarijs, Rex non tenetur assentire, & stat pro ratione voluntas, vt ibidem.

Concludendum est ergo, Regem teneri petitionibus subditorum assentire, si magna & iusta causa contradicendi non concurreret, vt supra diximus, sed in hac auctoritate præstita aduerte, quod si Rex aliquod ius haberet, per hunc assensum, illud non amittit, *argum. l. cum quidam 26. C. de administratorum*, quia non præsumitur velle derogare leges. *l. si quando, C. de inoffic. testam.*

Multa circa hanc materiam vide supra *vers. 4. obseru. 1. in fin. & obser. 2. ibidem.*

VERS. VII.

Ci è parso con voto, e parere del Collateral Consiglio appresso di noi assistente.

Visum fuit nobis cum voto, & consilio Collateralis Consilij penes nos assistentis.

Pro explicatione huius Versiculi obseruabimus.

Primo, an Prorex possit sine voto Collateralis Concilij legem, vel pragmaticam condere, & alia facere.

Secundo, quid teneatur Prorex cum Collaterali Concilio facere.

Tertio, & tandem quid est Concilium Collaterale, & quando incæpit esse in hoc Regno, & quid sine D. Prorege facere valeat, & aliqua de Secretario Regni, & eius iurisdictione.

OBSERVATIONIS I.

SVMMARIVM.

1 *PRorex vti Capitaneus Generalis est supra militiam, & solus circa eius concernentia leges condere potest.*
2 *Prouisiones pertinentes statum Regni solus condere potest.*
3 *Potestas totalis in Prorege à Carolo V. supplicatur per Ciuitatem.*
4 *Prorex potest prohibere, ne ad Regem quis eat sine eius licentia.*
5 *Prorex potest exfractare à Regno personas scandali auctores.*
6 *Potest solus eligere Gubernatores in Terris demanialibus.*
Scandalizantes, & rixosæ personæ possunt à Regno exfractari. ibid.
7 *Pestis tempore prouisiones facit Prorex.*
8 *Falsificantes fides in causa pestis quomodo plectuntur.*
9 *Prorex, vt Caput Collat. Conc. potest prouidere circa concernentia eius consilium, & alia.*
10 *Capita, & prouisiones Domini Proregis, quoad Tribunalia.*
11 *Aduocatorum iuramenta, & examen.*
12 *Ordo Proregis circa iuramenta, & examen Doctorum.*
13 *Iuramenta Doctorum non fuerunt vsu recepta, nisi in gradu Doctoratus.*
14 *Officiales iurare, & examinari debent.*
15 *Aduocatorum olim certus erat numerus.*
16 *Electio Aduocatorum in arbitrio clientis stat.*
17 *Abrogatum per consuetudinem videtur Reipublicæ non expedire.*
18 *Busonis Iudicis Federici Secundi prætentio quoad iuramenta Aduocatorum.*
19 *Iuramenta Doctorũ vnquã vsu fuerũt recepta.*

20 *Do-*



VERS. VII.

OBSERVATIO I.

Prorex ſine voto Collateralis Concilij legem, vel pragmaticam condere, & alia facere quando valeat.



Vpra *in verſ. 2. obſeru.* 2. plura de Poteſtate D. Proregis diximus, vbi videre poteris: tamen hæc pauca attingemus hic quatenus ad materiam noſtræ obſeruationis pertinet.

Primo enim eſt aduertendum, quod Prorex, ſeu Præfectus prætorio, vti Capitanius
1 Generalis, ſupra Militiam eſt ſolus, vt vidimus ſupra in loco cit. & ſic omnia circa militiã concernentia, vel eius cohortẽ prætoriã, cuius nos Continuos appellamus, abſque Collaterali Concilio prouidere, & leges cõdere poteſt, vt ibi diximus, & videre poteris in *Pragmaticis.* & ſignanter in illa *D. Comitis de Lemos* 12. *Octobris* 1614. vbi prouiſiones concernentes cauſam militum habes.

Poteſt etiam ſolus, abſq; Collaterali Con-
2 cilio prouiſiones pertinẽtes Statui, & beneficio Regni facere, vt habetur in *priuilegijs, & capitulis Neapolis de anno* 1354. *fol.* 153. *ater. in cap.* 10. *Cæſar. Maieſt.* Imo in anno 1534. in Parlamento generali fuit ſupplicatum Imperatori Carolo V. vt Proregi concederet facultatem faciẽdi omnia, quę poſſet
3 facere Rex: ſed fuit reſponſum, quod prouidebit ſecundũ eius ſeruitio fuerit expediẽs, ac etiam publico Regni, *vt in dictis priuilegijs, & capitulis Neap. fol.* 111. *ater. cap.* 24.

Poteſt etiam ſolus prohibere Baronibus, & Vniuerſitatibus Regni, vt ad Regem ſine eius licentia non accedant, nec mittant,
4 *Marcus Antonius Surgens de Neap. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 25. *fol.* 269.

Poteſt etiam Prorex ob bonum publicum priuatas literas tranſcribere, vt perſonæ etiã Illuſtres, & ſcandalorum authores exulent
5 à Ciuitate, vel à Regno, vt melius ei videbitur, *idem Surgens in cap.* 18. *num.* 19. *fol.* 176. Quinimo tales inſolentes debet Regi denunciare, *l.* 2. *C. de officio Rectoris Prouinc.* & inſolentia, & procacitas quandoq; in Officialibus extat, *l.* 4. *C. de defenſ. Ciuit.* eiuſq; eſt cura, vaſſallorum animos inclinare ad ſeruitium ſui Principis, *vt per Gubernat. Chriſtian. in lib.* 1. *c.* 20. *col.* 2.

Poteſt etiam ſolus eligere Gubernatores

in Terris demanialibus, absque Collaterali Concilio, *vt in cap. 9. Cæsar. Maiestatis de Anno* 1554. in capitulis, & priuilegijs Neapolis, & aliquando (si de gubernio, & modo sedendi dissensio eueniret) prouidet, vt causa decidatur in Collaterali Concilio, non obstante, quod in S. C. causa esset, aut de nullitate decreti S.C. ageretur, vt refert *Anellus Amatus in cons. 60. in fin.* vbi quod dum ageretur de nullitate decreti S.C. quoad modum sedendi inter Economos Plateæ Popularis Capuanæ, Dominus Comes Beneuenti Regni Prorex mandauit, vt in Collaterali Concilio decideretur modus electionis prædictæ faciendi, absq; interuentu S. C. quod nouum fuit visum, vt ibidem.

Habet etiam Dominus Prorex instructiones suas, circa quas, non est nostrum os imponere, quia Principum arcana inuestigare nefas, sunt enim similia mari, de quo nil dici potest, nisi quantum oculus videt.

Et in prouisionibus extraordinarijs, & exorbitantibus ex causa pestis cum suo Secretario ordinationes facit, & alia concer-
7 nentia, & necessaria Ciuitati, & Regno circa custodiam, vt videmus *in Pragmatica, seu prouisione facta per Excellentissimum D. Ducem Alua Regni Proregem sub die* 16. *Augusti* 1624. (verum videas infra hic in *obseru. 2. in fin.*) ob pestem in Ciuitate Panormi vigentem eo tẽpore; multas enim prouisiones cum suo Secretario belli statuit circa custodiam huius Ciuitatis, & pœnas mortis naturalis imposuit in transgressores, & eum miro ordine, & vigilantia in tali occasione se gessit, obseruando omnia requisita notata à *Gubernatore Christiano Fratre Io. Marques in lib. 1. cap. 24.* in supradicto enim tempore fuerunt positæ custodię per totum Regnum, & in portis huius Ciuitatis, Ciues custodiebant per quarteria tangentia quālibet ex portis: quod ẽt euenit in anno 1630. occasione pestis vigẽtis in quāplurimis Ciuitatibus Lõbardiæ, & Venetijs, ac in alijs locis. Occasione cuius quæri pos-
8 set, an si quis ex Territorio bandito ex causa pestis, veniret cum fide vitiata Neapoli habita, qua pœna sit puniendus? *Riminal. iun. in cons.* 245. *vol. 3.* disputat articulum, & concludit, in tali casu Ferrariæ euento, pœna pecuniaria quendam fuisse punitum; multa quidem in materia pestis ponit *Hieronymus Prauadellus in tract. de peste, qui est in voluminibus tractatuum.*

Vt plurimum Domini Proreges vti caput nedum Regni, sed super omnia Tribunalia existentes, ad euitandas confusiones, solent diuersas prouisiones, etiam circa concernentia Tribunalia ipsa, emanare: & si-
9 gnanter quoad tangentia eius Collaterale Concilium, vt peractè, & accuratissimè fecit Prouidissimus Princeps Dux Albæ Regni Prorex in infrascriptis capitibus, & prouisionibus emanatis in anno 1627. quæ vti scitu digna, prætereunda non erunt.

Ordinationes Domini Proregis quoad negotia quodlibet ex Tribunalibus tangentia, & quæ ad ipsum spectant.

H*Auiendo considerado el Duque mi Señor lo que V. S. le ha propuesto à boca, y en diuersos papeles, en razon de lo que puede, y deue hazer el Collateral sobre los negocios de justitia, que se tratan en esso*
10 *Sac. Cons. ha resuelto S. E. lo que V. S. entenderà por la copia del orden, que se hà dado al Collateral, lo que es, la qual và con estas, la qual remete S. E. à V. S. paraque queda enformado, y sepa que es esta su voluntad, y lo que se hà de executar, y assi encarga à V. S. que por su parte lo haga para el desembaraço de la justitia, y curso de los negocios. Palatio* 24. *de Enero* 1627.

Matthias Gonzales Medrano.

ater. Al Señor Presidente del S. C.

Hauiendo entendido el Duque mi Señor, que diuersos pleitos de los que corren al S. C. se hallan impedidos, porque el S. C. ha difficultado el entregarlo, y que se executen algunos otros ordenes que se han de dar, y dan por Collateral de ordenario, hà examinado S. E. las razones que ay de vna parte, y otra, y los ordenes que estan dados en esta materia, y desseando poner forma en ella, y que cadavnos de los Tribunales sepa lo que le toca ordenar, y executar, me ha mandado que renueue vn villette, que en 20. *de Março* 1624. *escriui à la Cancelaria de orden de S. E. en osseruancia de otro del Señor Conde de Lemos, que Dios aya, paraque en ella se osserua todo lo que fuere aduertido, y ordenado, que es de la iustitia que se segue.*

Primeramente mandà S. E. que los Señores

ſiores Regentes no deſpachen en ſu caſa por ningun diſpenſacion de pragmaticas.

Que no reuoquen ningun orden dado por S. E. en Collateral, ò por Eſcriptorio.

Que no den ſuperſeſſorias, ò moratorias, y concedan indultos, ne compoſicion de delictos.

Que no den Guiaticos, ne agan otro genero de Gracias, excepto de la remiſſion de la midad de las pena de fiſco.

Que no den aſſenſo para vender juros de Vniuerſidades, ò hazer donatiuos a los Barones, dar limoſnas en otra ninguna conceſſion en todo lo de mas que fuere de eſta calidad.

Que no deſpachen vnion de Ruedas, ne den adiuntos, ne probean memoriales en que ſe agrauiar las partes de los decretos hechos por los Tribunales, ò por ſus cabeças.

Que no agan prouiſion para paſſar las cauſas de vna Audiencia à otra, paraque ſe entreguen a la Vicaria, nel Collateral; ò que ſuſpendan el curſo della.

Que los dichos Regentes en ſus caſas no den commiſſion el vno al otro paraque ſe eſcbargue de referir, ſuſtanciar algun negocio, y lo miſmo ſe intiende reſpetto de cometer a los officiales inferiores ſemejantes relaciones, y diligencias.

Que no nombren Iuezes de commiſſion para proceſſar, hazer gouiernos, ò otros, effectos deſte genero, porque eſto ſolo toca à S. E.

Que no orden que los commiſſarios de las cauſas bayan à referirla en Collateral à boca, ò las refieran en eſcriptis excepto quando ſe pide gracia, ò compoſicion de delictos.

Que no llamen à ningun Miniſtro, ò Perſonage graue que eſtè en partibus.

Que no den exequatur à Bulas de Roma para Obiſpos, ò Vicarios ſuyos, a cerca de coſa que tenga la miſma grauedad, ni en Collateral, ſin ſubiduria de S. E.

Que no hagan hortatorias, paraque hauiendolas de firmar el Collateral es juſto que en el ſe reſueluan.

Que no cometan tratas de armas, de cauallos de trigos de poſta, y de todas las demas coſas por dentro, y fuera del Reyno, ni en ſus caſas, ni en Collateral.

Que no deſpachen pagamientos de la hazienda Real ni en ſus caſas, ni en Collateral, ni ningunos negocios tocantes a la Capitania general.

Que no den oſſeruatorias de Prouiſiones que no ſean hechas por el dicho Collateral.

Y que de mas de que todas eſtas coſas no ſe puedan probeer por los Regentes en ſus caſas, tampoco ſe haya de tractar de ninguna dellas en Collateral haſta que aya paſſado la primera hora, y quando S. E. por ſus occupaciones no ſe pudiere hallar preſente à ſu deſpacho, no ſe de por reſuelta ninguna coſa haſta que hauiendoſela conſultado el Segretario del Reyno, ò el Regente que ſe encargare de referirſelo probea S. E. lo que mas conueniere.

Que los memoriales en que ſe piden dos Ruedas, ò adiuntos, ò que ſe aya relacion en Collateral, ſe remitan à las Cabeças de los Tribunales ſi fueren de aquellos caſos en que ſuelen y pueden probeer, y huuieran proueido algun decreto en ellos por alguno de los cabos de los Tribunales, ſe pueda ordenar que vengan à hazer relacion en Collateral, paraque procediendo con entero conocimiento, ſe tome la reſolucion mas conueniente.

Que ſe algun negociante ſe agrauare de otros Tribunales el Regente por S. E. para Commiſſario de la cauſa oyga entrambas, y lo refiera en Collateral, paraque alli ſe vea, y determine ſi cõuiendra pedir el proceſſo para tratar fundadamente del negocio., y que entretanto no ſe impide el curſo de ſu deſpacho ordinario.

Tambien manda S. E. que los preſos por deudas no ſe viſiten ſi no fuere eſtado en las carceles à inſtancia de los acreedores, y no preſentados de ſu voluntad, y quando ſe ayan de hazer eſtas viſitas, ſea por deudas tan cortas, que no paſſen 70. ducados.

Que todas las prouiſiones las firmen los Eſcribanos de mandamiento, Canceleres y todos los de mas que tienen autoridad

para

para firmar, y que el official que las sellara sin estas firmas, esse sugetos a la pena en que incurrieren los Ministros sudichos, quando no cumplan con esta obligacion.

Que quando firman algun despacho no lo traygan a la firma de S.E. se no viene señalado de los Señores Regentes, Cancileres que lo escriuan.

Que los Escriuanos de mandamiento, Cancileres, y otros officiales no digan a las partes que Regente puso difficultad en firmar su prouision, y que el que no guardara este orden incurra la primera vez en suspension de officio por 40. dias, y la segunda por 6. mes, y la terzera en priuacion de officio.

Que los Escriuanos de mandamiento cada uno su semana traygan la firma a Palacio, y la entreguen al Segretario de Camera de S. E. y ellos mismos la lleuen à casa de los Señores Regentes.

Que cada mes visite vn Regente la Cancileria, alternando en la forma ordenaria esta visita, y reconozea como se guarden los establiscimientos de aquel Tribunal, la sufficiencia de sus Ministros, sus costumbres, y manera de proceder, y hallando cosa deña de representar à S.E. la refiera.

Que ningun Regente decrete memorial de su propria mano, si no por la de los Escriuanos de mandamiento, porque tengan sus derechos, los qual compran los officios dal Regio Fisco.

Y porque el Señor Presidente del S.C. vapresenta que delegando las causas ciuiles los Regentes se la quita à el la auctoridad de probeer las supplicas, y à los Mastredatios derechos cuyo daño viene à resultar enteres de Fisco por las ventas, y afflictos q̃ haze de las Mastredatias.

Manda S. E. que en esta parte se guarde la pragmatica del titulo de delegationibus, y las ordenes que en esta razon tien dadas por su Magestad.

Assi mismo pretẽde el Presidente del S.C. q̃ los Regentes en los decretos no den forma de proceder en las causas que en Consejo se tratan, y à S.E. le parece assi conueniente, y manda, que no digan al Consejo, y Commissarios, veniat processus, si no es procediẽdo primero la relaciõ, que arriua queda hecha, ne digan, exequatur la sententia, y decreto del S.C. ò causæ Commissarius relationem faciat in Collaterali Concilio de statu causæ, y esto en Collateral, y no à sus casas.

Y pidiendo tambiens el dicho Señor Presidente que quando el delegado huuiera de hazer en caso de agrauio se hagan en Consejo, y no en Collateral, declara S. E. que se la de egacion fuera hecha con clausula expressa de que el Commissario refiera en su Rueda, se aya de osseruar assi, però que sea delegacion absoluta se aya de hazer la relacion que se admittan en Collateral pues conforme à derecho si tiene recurso del delegato ad delegantem.

Y aunque S. E. escriue esto mismo à cadauno de los Regẽtes paraque todos tengan noticia del, y tambien al Presidente del Sacro Consejo manda S. E. que V. S. lo lea esse villette en Collateral, y que tengan mucho cuydado con la osseruancia del, por la parte que toca. Palacio 24. de Enero 1627.

Matthias Gonzales Medrano.

ET nedum circa prædicta Dominus Prorex manus imponit, sed etiam vti Capita-
11 neus Generalis decernit circa materias Curialium ipsorum Tribunalium. Prout vidimus tempore iuramenti, & examinis Aduocatorum, & Procuratorum. Quoniam & si per *Regiam Pragmaticam editam 10. Decēbris 1629.* statutum erat Doctores ante triennium debere iuramentum præstare, & alios infra triennium examinari, & similiter iurare, & in 17. Ianuarij 1630. per Circumspectum S.C. Præsidentem fuerit emanatum decretum, Aduocatos, & Procuratores in duobus libris debere describi: quo impedito cum decretatione Collateralis Concilij, *vt relationem faciat, & interim nihil innouetur*: & inde die 17. Februarij 1630. per alium ordinem decreuerit, Aduocatos vltra triennium iuramentum præstare, & infra triennium examinari debere, seruata forma Regiæ Pragmaticæ, quod similiter per Collaterale Concilium fuit supersessum. Postea idem Præsidens præcedente ordine S. E. per Scriptorium aliud emanauit decretum 25.

Fe-

Februarij 1630. pro obſeruantia prædictorū primorum ordinum : Vnde euenit, Aduocatos, & Procuratores per multos dies ad Tribunalia non acceſſiſſe : & iſto interim cauſæ aliquæ decidebantur, abſq; parrocinio: Et Tribunalia quaſi deſerta, & Officiales ſoli videbantur: nimiumque damnum Magiſtris actorum, & Reipublicæ cauſabatur, qua de re ab Excellentiſſimo D. Prorege infraſcriptus ordo in valuis Tribunalium prodijt.

D. FERDINANDO AFAN de Ribera, y Enriquez

Duque de Alcalà, del Conſejo de S.M. ſu Virrey, y Capitan General deſte Reyno.

POR quanto por vna Pragmatica publicada à 16. de Deciembre del año paſſado 1629. ſtà mandado lo que ſe ha de
12 *aſſer à çerca del juramento, y examen del Abogados, y Procuradores del Conſejo, y Tribunales de eſta Ciudad, y Audiencias deſte Reyno, reſpectiue à cada vno dellos, por lo que le tocca, conforme en la dicha Pragmatica ſe contiene : Y porque para la exequcion della el Eſpectabil Preſidēte del S. C. ha echo ciertos Edictos, en que ſe contiene el miſmo que ſe contiene en dicha Pragmatica, de los quales auiendo de reſultar la oſſeruanza della, ſe è viſto lo contrario, con no pequeño eſcandalo, y malo exemplo ; y porque conuiene a ſuſarle, y que tēga la dicha exequcion lo que ſtà ordenado, hà parecido conbeniente ordenar, y mandar, como con la preſente ordeno, y mando à todos los Doctores, que vſauan, y exercitauan el officio de Abogados en el Conſejo, y Tribunales, que reſieden en eſta Ciudad al tiempo que ſe publico la dicha Pragmatica, à quien tocca dar el juramento que en ella ſe contiene, ſe en termine de ocho dias primeros ſiguientes, que ſe cuenten de eſta mañana Martes cinque deſte preſente Mes de Martio, no acudieren à dar el juramiento en man del dicho Spectabil Preſidente, y en ſu auhſencia en mano del Decano del S. C. paſſado el dicho termino, y por ſu traſcurſo, ſin otra declaracion quedan inhabiles para poder exercer mas da qui adelante el dicho officio de Abogados en los Tribunales, y Conſejos reſiedentes en eſta Ciudad, y las de mas Audiencias deſte Reyno, ſin que en publico, ò en ſegreto puedan conſultar en los negocios ; ſu las penas à nueſtro arbitrio reſeruadas, y aſſi miſmo quedan inhabiles, y no puedan tener officios de juſtitia perpetuos ni temporales en eſte Reyno, ni ſer propueſtos en las nominas à S. M. para à ellos; y que quedan excludidos paſſado el dicho termino, de gozar las preminencias, honrras, y prerogatiuas que podieran gozar, y por razon del grado que tienen de Doctores, de cuias matriculas, y libros ſean ipſo facto borrados, y haholidos, y tenidos como ſe nunca hubieren recibido el dicho grado.*

Y aſſi miſmo ordeno, y mando, que los Abogados que conforme à la dicha Pragmatica ſe hubieren de examinar dentro de quinze dias primeros ſiguientes, que ſe cuente deſde el dia cinque deſte, acuden à preſentarſe, y hazerſe ante el dicho Spectabil Preſidente para el dicho examen, y juramiento ſu las dichas penas.

Y que todos los Procuradores que fueren Doctores acuden dentre de los miſmos quinze dias à preſentarſe, como dicho es, ſe vaian examinando, y jurādo conforme à los deſpueſtos en la dicha Pragm. ſu la dichas penas.

Y los que no fueren Doctores ſe preſenten para el dicho effecto dentro del dicho termino. Donde no, quedan inhabiles para exercitar aſſi los officios, como qualquiera otro miniſterio, y adminiſtracion de juſticia. Porque ſea notorio mando que los dichos ſe publiche en lo S. C. y en la Regia Camara de la Sumara, y Gran Corte de la Vicaria. Dat. Neapoli à 4. de Martio 1630.

EL DVQVE DE ALCALA.

Por mandado de S.E. Io. Miguel Igun de la Lana.

Et licet pro reuocando ordine prædicto
13 D. Proregi ſupplicabatur, & pro Aduocatorum

torum parte dicebatur, vnquam fuisse vsu
receptum, ipsos iurare, vel examinari, nisi
in gradu Doctoratos, legalisq; facultatis li-
bertatem duritiem hanc tollerare non de-
bere: quoniam iuramentum Officialibus
14 est propriè applicandum, *l. rem non nouam
C. de iudic. cum concord.* & in nostris Prag-
maticis Regni sancitum est: ipsosq; rigoro-
so examini esse submissos, *l. 1. in fin. C. de
præpositis Sacri Cubiculi, lib.* 12. & quod
quamuis in *l. rem non nouam, §. patroni
causarum, C. de iudic.* & in *l. 2. C. de iu-
ram. calum.* & in *§. vtriusq; instit. de pœna
temer. litigant.* fuerit prouisum, Aduocatos
iuramentum præstare, procedebat eo tem-
15 pore, quo certus Aduocatorum numerus
erat constitutus in causis certis, vt perpen-
ditur, *C. de Aduocatis diuersorum iudicio-
rum, l. nemini* 11. & *l. ad similitudinem* 16.
16 sed postquam in clientum arbitrio Aduo-
catorum electio permansit, vt in *l. prope-
randum* 11. *§. illo procul. C. de iudicijs*, cō-
suetudines istę abolueri, sicuti Bulgarus re-
spōdit Busoni Iudici Imperatoris Friderici
Secundi, teste *glos. in d. §. vtriusq; instit. de
pœna temere litigantium*, & in d. *§. Patroni
17 causarum*, & ideo quod consuetudine ab-
rogatum stat, euidens est, Reipublicæ non
expedire, *l. 2. ff. de constit. Princ.* Ex qua
Busonis propositione aduersus Bulgarum
clare perpendi potest, Busonem induxisse
Imperatorem Fridericum Secundum re-
gnantem circa annum 1220. ad Regni con-
18 stitutiones emanandas, vnam quæ incip.
Aduocatoi. iuramentum statuens; & aliam
incip. *Aduocatorum officium*, qua prouide-
batur Doctorum examen. Verum nec an-
tea, nec post, iuramentum illud fuisse vsu
receptum, testatur *Andreas in proam. con-
stit.* Regni *col.* 13. ibi, *De Sacramento Pa-
tronorum, quod consuetudo abolet, quia con-
suetudo non habetur. licet lege caueatur, vt
19 notatur in l. rem non nouam.* Non præte-
reundo constitutionem illam ab Impera-
tore deposito, (vt in *cap. ad Apostolica, de
sentent. & re iudic. in 6.*) fuisse emanatam,
vsuque receptas non fuit tamquam auaras,
cum pœna trium librarum auri, quæ pœna
ab optimo Imperatore Iustiniano condito-
re, *DD. §. Patroni causarum, & §. vtriusq;*
nullatenus imposita, aut excogitata extitit,
& quamuis prætenderetur à Rege Ferdinā-
do Primo renouatam fuisse in *Pragm.* 21.
de offic. S. C. nec etiam fuit vsu recepta,
teste *D. Regente Rouito super ea.* & animad-
uertere confert, eundem Ferdinandum ve-
rum, & naturalem Regni Dominum non
fuisse, quoniam (vt alias notauimus) filius
illegitimus erat Alphonsi Primi, Regni hu-
ius acquisitoris, cui Rex Catholicus eius
nepos legitimus erat successor, & ita deci-
sum refert *Regens Moles in decis.* 114. *&
Afflict. in vsibus feudorum* scriptum reli-
quit, *propter peccata Regum Aragonum
plagam in Regnum euenisse*: Ventilatisque
20 istis materijs tempore Sapientissimi Regis
Philippi Secundi Regni huius veri, & natu-
ralis successoris, moderante illo Guberna-
torum speculo, Duce Alcalà, fuerunt omnia
reiecta, & Procuratorum tantum examen
sufficere sancitum in *Prag.* 22. *de offic. Sac.
Cons.*

21 Cūq; leges quæ in desuetudinē deuenere,
amplius non esse renouādas, statutum sit in
l. 1. in fin. C. de veteri iure enucl. nec ad illas
renouandas leues animorū motus, aut ridi-
culę ambiguitates, sed q̄ moribus constituta
sunt insectētur, *l. fin. C. de leg. l. de quib. & l.
si de interpretatione. ff eod.* cōsuetudo .n. le-
22 gem vincit, *Bal. in §. ex eadē lege, n. 2. in fin.
de lege Corradi*, vbi q & si lex dictet iurisdi-
ctiones non esse vendendas, attamen de cō-
suetudine venduntur, & ei statur.

Nec prædictis obstant aliqua DD. dicta,
puta *Hostiens. in c. Romana. in verb. Ad-
uocatorum, de foro compet. in 6. in nouell.* &
ibi *Io. Monacus. & Io. Andr.* dicentes, fore
cōueniens Aduocatos iurare, sed sine pœna,
23 & absque violentia, quia iuramentum tan-
tum procedit ad habendum Deum in vlto-
rem: & isto etiam modo intelliguntur *Cyn.
in l. 2. C. de iuramento calum.* & *Castrens.
in d. l. rem non nouam*, & ibi *Ias.* vltra
quod DD. prædicti locuti sunt ante annum
1564. quo *Bulla felic. record. Pij IV.* ema-
nata extitit de iuramento Doctorum: in
qua virtualiter iuramentum præstandum
omnium legum obseruantiam comprehen-
dit. Iuramentum non est multiplicandum,
24 sed tantummodo vti medicina applicandū
in necessitatibus, *D. Thom. 2. 2. q. 89. art.
1. & 2.* si quæ nouum, & extortum fuerit
contra antiquam consuetudinem, impres-
siuum erit, teste *Baldo in §. ex eadem lege
n. 2. in fine, de lege Corradi.* Merito & si in
Pragm. D. Comitis de Lemos lata 11. *Maij*
25 1612. *in cap.* 28. statutum erat, omnes do-
ctorandos, & Procuratores matriculandos
debere iuramentum præstare sub forma
danda, tamen (attentis prædictis) forma
illa non fuit amplius tradita. Sciebat enim
Princeps ille prudentissimus, per iura-
mentum in Doctoratu datum, omnia fuisse
adimpleta, & iuramentum non fore reite-
randū, ne anima illaquiaretur: & quod exa-
men in Collegio Doctorum sufficiebat, ser-
uata

uata forma *Pragm.22. de officio Sacri Conſilij*; in rebus .n. nouis conſtituendis euidẽs debet eſſe vtilitas, vt recedatur ab eo iure, q̃ diu æquũ viſũ fuit.*l.2.ff.de conſtit.Princ.*
Cumque finis omnium rerum ſit ſpectã-
26 dus, dicitur, quod ſi iuramentum defertur ad ponendum calumniam. Vltra iura communia, in Regno noſtro, legibus organizato forſan melius omni alio, tot iura municipalia adſunt, quæ in tranſgreſſores exequi ſat eſſet: Sique ad animam attimorandam, qui iuramentum præſtitum in Doctoratu non obſeruat, nec & alia iuramenta curabit: Sed abſit credere, horum Tri-
27 bunalium Aduocatos peritiſſimos, deſertiſſimoſque, & præſertim in feudalibus, & iuriſdictionalibus materijs excelſiores, ne dum calumnias non patrare, ſed nec cogitare, & merito iurare ea, quæ acturi non erunt, cogendi non ſunt. Eo magis quia in iſto, & in omni æuo maxima in veneratione extitere. *Textus* enim *in l. diximus, §. fin. ff.de excuſat.tut.* nobiliſſimos vocat: & Imperator in *l.quiſquis, C. de poſtul.* Ho-
28 noratos appellat, ex magno honore, & preminentia. Et nobiliſſimos denominat in *l. 1. §. cumq; hoc. C.de veter.iur. enucleando*, & in *l. pen. C. de poſtul.* & videbis in *verſic. 10. obſeru.2.num.14.* & iure merito tum ob eminentiam legalis facultatis, quã ex eis multi, ne dum ex Imperatoria proſapia venere, ſed etiam Imperatores fuere: ac etiam ex ſummo ordine: ſicuti, & in noſtra tempeſtate Patritios prudentiſſimos, ac lepidiſſimos Aduocationis munus ſummo decore, & ſcientia inſequi videtur.
Addebatur prędictis circumſpectio erga Aduocatos habenda; Mundi enim Redemp-
29 tor Aduocati nomen erga Patrem pro nobis miſeris peccatoribus aſſumpſit, *cap. ſi*
30 *enim inquit, diſt. 2.* Iudicibuſq; æquiparat Imperator in *l. quiſquis, in fine, C. eodem tit.* ibi, *Neque putet quiſquam honori ſuo aliquid eſſe detractum, cum ipſe neceſſitatem elegerit ſtandi, & contempſerit ius ſedendi*, & certum eſt, ſtare eſſe Aduocati, & Iudicis ſedere, vt ibid. ex quo *tex. in verbo contempſerit ius ſedendi*, elici poteſt, Aduocati officium non inferius illo Iudicum; Ipſi enim ſunt Ciuitatis Oraculum, Reipublicæque neceſſarij, ſicuti & Milites, *l. Aduocati, C. de Aduocat.diuerſ.iudic.* Victoriç Palmarijque præmia merentur, *D. Thom. 2.2. q. 71.art. 2.* Iudices autem ſalaria exigunt; ab Aduocatis enim Iudices inſtruuntur, *l. 2. §. poſt originem, in fin. ff.de origine iuris*, qui ſi ſciunt bonum ius fouere, poſſunt etiam non ſubſiſtentia allegare quoad Iudices ignaros, qui ex leuibus, & non ſubſiſtentibus ſe mouere ſolent, *Reg. de Ponte in tract. de poteſtat. Proregis, in tit. 6. de aſſenſibus, num. 56.fol. 256.* magiſq; meretur boni Aduocati, quam Patres Religioſi, vt ſup. *verſ.3. obſ.3.n. 113.* notauimus, & eorum multi inter Diuos connumerantur à *Caſſ.in Catalogo Glor.Mundi, parte 7.conſ. 29.* & cum Iudicibus ſedere poſſunt, *Afflict. in rubr. Conſtit. Regni Iuſtitiarios in fine*, per *l. fin. C. vbi Senat. vel Clariſs. & l. fin. C. de Aduocat. diuerſ. Iudic.* Sed facibus quidem eſſet illuminare Solem, ſi fundare velimus præſcriptam in Regno ab hoc onere iurandi libertatem: merito ſilentio prateriebatur coram tanto Principe, omnium Scientiarum Męcenate, & deſcendente ex magno illo Prorege D. Paraſan ſuperius allegato, qui per optime
31 libertatem legalis ſcientiæ præcognoſcit, in *l. quiſquis, §. apud Vrbem, C. de poſt.* & in *l. 1. § proinde, ff. de varijs, & extraor-*
32 *din. cogn.* & quatenus Regis iuſſum adeſſe prætenderetur: tunc & Regi replicare fas eſt, vt politicè aduertit *Guber.Chriſt.F.Io. Marquez in lib.1.c.10.& tex.notab.in c.ſi qñ.de reſcript.& l ſi vindicari, C.de pœnis.*
Tñ quia nimis vltra fuerat negotiũ protelarum, & ſubditorũ obedientia requiritur; Principes .n. delicati ſunt in cõtẽptu man-
33 datorum ſuorum, neceſſum fuit parere, & omnes quaſi intra terminum iurauimus; moderate tamen, & ſub hac forma tantum de bene, & fideliter Aduocati Officium
34 exercendo, præter D.Ioannem Vincentium Macedonium Aduocatum primarium, ac Doctiſſimum, vt alias notauimus ſupra *verſ. 3. obſeru.3. nu.226.*
Latiores quidem ſuper materiis iſta prodierant lucubrationes, ſed illis diſperſis, hæc pauca correcti calamo iterum adnotare, fuit neceſſum. Sed ſuper materia iſta eruditiſſime ſcripſit Primarius Aduocatus, & Politicarum litterarũ verſatiſſimus *Franciſcus de Petris*, quem videas.
Solet quoque D. Prorex abſque Collat.
35 Concilio miniſteria, & expenſas neceſſarias Regijs perſonis, & earum Curijs, & Comitatui, per Regnum forte tranſeuntibus miniſtrare, & prouidere: vt de anno 1630. euenit: Siquidem ad exemplar fęlicis memoriæ Caroli V. qui de anno 1518. eius
36 Sororẽ Infantam Mariam de Auſtria Regi Hungariæ nuptui tradidit, vt in Priuileg.& Capitulis Neap.fol. 80. legitur, Rex noſter Philippus IV. eius fęliciſſimus Pronepos Hiſpaniarum Rex (quem Chriſtianiſſimum, & potentiſſimum vocat, *Ioan.Redina in tract.*

37 *tract. de Maiest. Princ. num.* 3. Hinc est, quod causa Catholica semper causa æqualiter Austriaca dicitur, teste *Eminentissimo Cardinali Bentiuoglio in secundo libro Eruditissimarum Relationum Flandria fol.* 199. & Inuictissimum, ac à Carolo Magno genus ducere, ait *Io. Garf. Hispanus in tract. de expensis, & meliorat. cap.* 12. *num.* 12.) similiter nuptui tradidit Serenissimam Infantam Mariam de Austria eius Sororem (Deo dante futuram Imperatricem) Serenissimo Hungariæ Regi eius fratri consobrino filio Diui Imper. Ferdi-
38 nandi de Austria: & ad virum pergens, per hoc Regnum trãsiuit ingenti cum Hispanico primario Comitatu, & præsertim Eminentissimi Cardinalis de Siuilia Don Ioannis de Gusman: Excellentissimorum Aluæ Ducis prædecessoris Protegis huius Regni, Regis Domus præfecti, cui personã Serenissimæ Mariæ Frater Catholicus cõmendauit: Comitissæ Syruolæ maioris Cubiculariæ: Illustrissimorum Comitis de Varaches, vnius ex quatuor Regiæ Domus œconomis, & eiusdem Reginæ maioris: Comitis Syruolæ Cubiculariæ maioris prędictæ filij: Marchionis Mansedæ D. Petri de Toledo nostræ M. C. V. olim Regentis moderatissimi: Marchionis Arizzæ in Regno Aragonum: Don Francisci Manriquez ex Comitibus Ossorni: Marchionis Villæ nouæ del camino, iam dicti Cardinalis nepotis: Don Rodorici de Tapia Regiæ maioris Equisonis: ac multorum aliorum diuersorum Militarium ordinum Equitum Reginæ seruitio incumbentium, vltra alios Officiales ad instar Domus Regis diuersis præpositos ministerijs; Ducebat & secum Excellentissimus Alua dilectissimum ex filio nepotem Illustrifs. D. Antonium de Toledo Coitæ, & Villæ nouæ del Rio Marchionem, pulchri, iucundiq; aspectus, ac omni spe ornatum: aderat quoq; & Inuictiss. Cęsaris ExcellẽtissimusOrator: & hi cẽs amplas, copiosasq; ducebãt familias. Missisq; per Ciuitatẽ hanc Oratoribus ad eam salutãdã in Ciuitate Caietæ, receptaque indè in mole magna huius Ciuitatis cum ditissimo Ponte, Illustrata Ciuitate ista, & cum eius speciosa, & quasi Angelica præsentia lætificata spatio quatuor Mensiũ, (& isto interim Itali Grandes Hispaniarũ, qui in Ciuitate reperiebantur, operto capite steterunt, puta Dñi D. Aloysius Sanseuerinus Bisiniani Princeps, D. Federicus Colũna Buterę Princeps Maritus D. Margaritæ de Austria Buteræ Principissæ Buteræ, D. Antonius de Leiua Ascoli Princeps, & D. Camillus Pignatellus Dux Mõtis Leonis Maritus Dõnæ Hieronymæ Pignatellæ Ducissæ Mõtis Leonis. Alijs aũt multis Proceribus, & Ministris gratiã fecit ad eius Regiã Manum deosculandam, & signanter DD. Regentibus Collat. Concilij.) Tandem 18. Decembris 1630. eius iter continuare cepit cum Comitatu prædicto, ac cum Syndico, & Electis Ciuitatis, & alijs Magnatibus, & Proceribus Regni. Syndicusq; fuit D.
39 Hector Capycius Latrus lepidissimus Eques Capuanę Cẽturię, & Aduocatus primarius.

Et licet permissum sit Regi, pro eius Sorore maritanda adiutorium à vassallis petere, etiam seruata forma ec. Papæ Honorij, de quibus vide supra *vers.* 4. *obseruat.* 1, ac etiã expensas pro suo itinere, & expeditione exigere, *l. neminẽ*, 11. *C. de sacros. Eccl. Innocent. in cap. nõn minus, num.* 6. & 7.
40 *de consecrat. Eccles. vel Altar.* sicuti nec est exemptus quando Regio exercitui, quid deficit, nam illud ab Vniuersitatibus exigi poterit, *glos. in d. l. neminem*. Hine est,
41 quod in *Const. Regni quamplurium*, disponitur, Barones ad Regis corredum teneri, & vasallos ad contribuendum Baronibus in corredo prædicto esse obligatos: Corredumq; intellige, de expensis Regi debitis in
42 itinere, sicuti declarat *Andr. in eius Repertorio Constitutionum Regni, verbo Rex si vadit.* Quæ omnia nõ solũ de Rege, sed de fratribus, vel sororibus Regis, qui sunt fere alter, intelliguntur, iam quod Reges impotentia sunt, dum ad Regna hæreditaria
43 succedere possunt, prout sunt istud, & illa Hispaniarum, *Frater Io. Marquez Gubernator Christianus lib.* 1. *cap.* 30.

Attamen ex itinere isto Populi vllũ grauamen senserit, ex ordinibus Illustrissimi, ac Excellentissimi D. Regni Proregis vigi-
44 lantissimi, curãte D. Francisco d' Ocampo sagacissimo Consiliario, qui omnibus, & singulis Regij Comitatus eiusdem alimenta lautè parauit, æquestrium, pedestriumq; copias potius, vt veteranus, quam vt Doctor texit, iuxta illud, vt bellorum, & pacis, &c. Inseruiuit quoq; Serenissimæ Reginæ per iter istud iam dictus Excellentiss. Buteræ Princeps Magni Regni huius Comestabuli Don Philippi Primogenitus, & tanta populorum multitudo ad Reginam videndam affluebat, vt vix poterat Regius Comitatus discerni, acclamabant enim in ingressu Regis Sororem, lacrymabant vero in egressu præbeneuolentia. Peruenit tandem ad Anconæ Ciuitatem fæliciter, & inde mense Ianuarij 1631. Veneta Classe in Tergestum prospere traiecit.

Or-

Ordines verò prædicti tamquam noui, exemplares, & excogitati, non sunt posteris denegandi, merito inserendos esse congruū visum fuit pro futuris casibus.

Philippus Dei gratia Rex.

D. FERDINANDVS AFAN de Ribera, & Enriquez, Dux de Alcalà de los Ganzules, Marchio de Tarifa, Comes de los Morales, Dominus Domus de Ribera, & in præsenti Regno Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis.

D. Franciscus d'Ocampo Miles Hispanus, Regius Consiliarius, Iudex Delegatus, Auditor, & Prouisor Generalis pro seruitio Serenissimæ Reginæ Vngariæ in præsenti Regno per suam Excellentiam.

DEsiderando S. E. che la Maestà della Serenissima Regina d'Vngheria, Sorella del Rè N. S. nel viaggio, che fà per questo Regno la vol-
45 ta d'Alemagna, sia seruita con la pontualità, & vigilanza deuuta à sua grandezza, e che ogni sorte di bastimento se troui prontamente per seruitio di sua Real Casa, & delli Signori, & Prelati, che la vanno accompagnando, che li carriaggi, lettiche, & carozze trouino albergo, & ricetto cōmodamente; con prouedere le Città, & Terre doue per transito alloggiarà S. M. di qualsiuoglia cosa necessaria, cosi per vitto delle persone, come anco delli caualli, & altri animali, che seruono à condurre le sue robbe, & detta sua Corte. Et che questo si faccia con il manco interesse dell'Vniuersità, che sarà possibile, ne hà eletto, & deputato Commissario Generale per prouedere le cose necessarie per detto viaggio, con sopra intendenza à tutte le persone soggette à sua iurisdittione, che vāno in d. viaggio, & cosi anco alla militia tanto d'Infantaria, quanto di Cauallaria nelle cose di giustitia, con potestà di fare Banno vsq; ad pœnam mortis, & sua esequutione, & con potestà anco di conoscere di tutti li delitti, che succederanno nelle Città, & Terre per doue passa S. M. con ordine anco che possiamo far vendere il pane, per il tempo che ci parerà senza gabella, & fare ordine, che nelli Boschi, & luoghi prohibiti si possa liberamente andare à caccia, & di moderare li prezzi delle cose, che seruiranno per seruitio di detta Corte, & per l'huomini che hanno da seruire S.M. Et per corrispondere alla confidenza, che S. E. hà fatto à noi in negotio di tanto momēto, hauendo l'istessa mira, che hà S. E. al seruitio di detta Serenissima Regina, & poco interesse delle Terre. Pro nunc ordinamo, & comandamo, sotto l'infrascritte pene le cose seguenti, videlicet.

In primis, se certifica, che alli creati di S. M. & di tutta sua Corte, & altri che la vanno seruendo, l'Vniuersità, nè particolari, non hanno da dare cosa alcuna sotto qualsiuoglia colore, eccetto che letti da dormire, fuoco, & luce, atteso S. M. hà ordinato, che tutta sua Corte compra, & paga, quanto pigliarà, così di cose comestibili, come d'orgio, paglia, & fieno per seruitio d'animali, nè manco à nessuno huomo di Corte, particolarmente della cometiua nostra; nè alli Commissarij, che per grassa, & seruitio del viaggio deputaremo, se li hà da dare cosa alcuna, eccetto, come si è detto di sopra, cōmodità di dormire, sotto pena di morte naturale a chi darà etiam sotto qualsiuoglia colore, ò riceuerà cosa alcuna, etiam di poca consideratione.

2 Che nella medesima pena incorrano quelli, che vn giorno prima che arriuarà S. M. & vno dopò che sarà partita, ponerà mano per la spada, nè tirarà archibugiata, etiam che non ferisca, ne colpisca; & quelli che faranno questioni senza arme, come fare a pugni, tirare a pietre, ò dar mazzate, incorrano in pena di quattro tratti di corda, & 5. anni di galera.

3 Che nessuno Molattiero, Cocchiero, Lettichiero, & Baghagliero, lasci il seruitio, ne se ne fugga, sotto qualsiuoglia scusa senza licenza nostra, sotto pena di dieci anni di galera.

4 Che l'vno all'altro, nè altre persone delle Terre arrobano orgio, paglia, capez-

ze, ne fune, ne altri instrumenti da ligare le bagaglie, sotto pena, che se il furto passarà vn ducato, incorreranno in pena di tre anni di galera, se sarà di manco prezzo, etiam minimo, di quattro butti di corda.

5 *Che non si possa recattare cartelle, letto, ne sotto qualsiuoglia altra scusa estorquere da nessuno qualsiuoglia cosa etiam minima, sotto la pena nel primo capitolo contenta.*

6 *S'assecurano tutte le persone, & animali, che veniranno a portar vittouaglie per grassa, & seruitio della Corte, che non anderanno nel viaggio, ma che se ne ritorneranuo liberamente dopò hauere vēdute le vittouaglie alle loro proprie patrie.*

7 *Che li Capitanei di Giustitia, che faranno qualsiuoglia sorte d'estorsioni, ò violenza, con animo di estorquere dinari; ex nunc, pro tunc, perdino l'officio, & incorrano nelle pene corporali ad arbitrio di S. E. Riseruandosi anco contro di loro di fare le dimostrationi, conforme il caso succedarà, giudicaremo conueniente.*

8 *Che nessuna persona delle dette Terre, & luoghi conuicini ardisca a fare resistēza a detti Capitanei, Commissarij, & altri Ministri nelle cose concernenti al seruitio della Prefata Maestà, & ordine di S. E. & nostri, sotto pena che quelli commetteranno resistenza, & impediranno, non in tutto, ma in parte il seruitio, ò lo dilateranno, incorrano in pena di morte naturale, d'esequirse irremissibilmente.*

9 *Che stante, che l'Vniuersità non hanno da fare altra spesa, che li letti, fuoco, & luce, li Sindici, & huomini dell'Vniuersita non fraudino in cosa alcuna li beni vniuersali, ma che scriuano cō fedelta quello che giustamente spendono in cōdurre detti letti, & fare altre prouisioni necessarie, atteso che Noi l' haueremo da pigliare li conti, & trouando spesa fraudolente in danno dell'Vniuersità, incorrano in pena di pagare a detta Vniueesita diece volte più di quello che haueranno fraudato, reserbandoci procedere criminalmente omni appellatione remota, conforme la qualita delle fraudi, che si commetteranno.*

10 *Che li Sindici, & Particolari di dette Terre, prima che partiamo, a fare altri preparamenti, debbiano essere da Noi a darci auiso se alcuno non ha pagato, ò pigliato robba in credenza, & non restituita, acciò li facciamo dare incontinente sodisfattione, & cosi anco lo facciano li particolari.*

11 *Che li Magazenieri d'orgi, Tauernieri, Pizzicaroli, & altri viuandieri nō faccino nessuna mistura, ne spacchino li vini, se non che si venda ogni cosa per quello, che è, ne vna carne per vn'altra, sotto pena della frustra, & cinque anni di galera.*

12 *Che li prezzi corretti, che erano un mese prima, del che tenemo particulare notā, si osseruino per insino che S. M. sarà passata da Regno.*

13 *Che li Sindici delle Terre, alli quali sarà fatta assignatione di condurre farine, grani, orgi, vene, fieno, paglia, castrati, uacche, viteile, caponi, galline, gallidindia, pignatte, lardo, olio, formaggio, oue, frutti, vino, neue, & altre cose, debbiano puntualmente condurle, & farle condurre nel loco, doue sarà segnalato, di maniera, che non si perda momento di tempo, nè si facci spettare vno minuto, & occorrendo, che tardasse, & la robba se pigliasse da altra Terra, il detto Sindico sia tenuto de proprio à resare l'interesse, che detta altra Terra hauerà patito, & de più essendo persona nobile, incorra in pena di tre anni di carcere in vn castello, che segnalarà S. E. & s'è ignobile in pena di tre anni di galera.*

14 *Che li huomini, che dalli detti Sindici saranno comandati, obedischano l'ordini loro, come alli nostri proprij, altramente incorrano in pena di tre anni di galera, & quattro butti di corda.*

15 *Che quando arriuaranno li Regij Apposentatori, li detti Sindici, senza eccettione di persone, li debbiano mostrare tutte le cose per fare detti letti necessarij, commodi, & puliti, & mancando in detta Terra, faccino aistributione alli conuicini, perche li conducano, deputando vna perso-*

na,

na, che li riceua, & reſtituiſca.

16 Che non trouandoſi forſi commodità per più di due milia caualli, che anderanno per ſeruitio di detta Sereniſſima Regina de più delle ſtalle, che ſaranno in dette Terre, ſe faccino baracche fuora l'habitato per ponere dette bagaglie, con ſegnalare li quartieri, conforme ordenarà l'Agiutante Buſtos.

17 Che quattro miglia prima d'arriuare alla Terra, doue haue d'andare ad alloggiare S. M. ogni ducento paſſi ſe faccino fuochi, accio che le gente, che reſtano in dietro, che non poſſano ſgarrare il viaggie, & coſi nelle ſtrade di dette Terre, in luoghi larghi, doue non poſſa ſuecedere danno.

18 Che le Tauerne della via noua, ſtiano tutte prouiſte d'ogni coſa neceſſaria, conforme la nota, che ſe mandera appreſſo, ſotto la pena in detti ordini contenta.

19 Che li patroni di dette Tauerne, & li Gouernatori delle Terre, ſotto cui iuriſditione ſtanno ſite, faccino fare diuerſi abbeueratori, di maniera che con comodità poſſano l'animali beuere, & mancando, ſe caſtigaranno rigoroſamente ad arbitrio noſtro.

20 Che neſſuna perſona ardiſca dir male parole, ne villanie alle femine, che forſi veneranno à vendere ſua robba, ſotto pena di quattro tutti di corda, & ſe l'ingiuria foſſe maggiore, di tre anni di galera.

21 Che alli creati di S. M. & delli Signori, che la vengono accompagnando, ſe porti ogni riſpetto, & ſe l'uſi ogni ſorte d'accoglienza per eſſerno quaſi tutte perſone di qualita.

Et ſe bene hauemo poſto le ſopraſcritte pene, le quali eſequiremo inremiſſibilmente, conforme il noſtro ſolito. Confidiamo, che la fedelta, & amoreuolezza, che vaſſalli tanto fedeli al ſuo Rè, tengono, operarà più che il timore di dette pene, per ſeruitio della Sereniſſima Regina ſua Sorella. Il preſente Bando ſe publichi tanto in queſta Fedeliſſima Città, quanto nell'altre infraſcritte Città, & Terre, con peſo di mandare copia alle Terre, conuecine quindeci miglia a torno, cioè, che la Terra di tranſito la mandi a due parte, vna a mano dritta, & l'altra alla ſiniſtra, la quale Terra poi le manda in detta paranza da Terra in Terra, & da neſſuno ſi facci il contrario per quanto s'hà cara la gratia di S. M. & ſotto le pene in eſſo contente. Dat. Neap. Die. 10. Nouemb. 1630.

Da Napoli alla Barra.	
Nola mi.	14
Auellino.	14
Mirabella.	12
Ariano.	10
Buuino.	18
Foggia.	16
Lucera.	
Torre Maggiore.	12
Serra Capriola.	12
Termini.	18
Vaſto.	18
Langiano.	18
Ortona.	12
Peſcara.	12
Atri.	12
Giulia noua.	12
Grotte.	18
Fermo.	15
Macerata	12
La Madonna.	22
Ancona.	

D. Franceſco D' Ocampo.

Anellus Palmeriu Act.

OBSERVATIONIS II.

SVMMARIVM.

1 *Prorex in Collaterali Concilio debet fatere ea, quæ ſunt Iuſtitia.*

2 *Eligere Iudices M. C. V. & Auditores Prouinciales, & Aſſeſſores in Terris demanialibus.*

3 *Prouiſiones Regias in Collaterali Concilio legere debet.*

4 *Mandatum Regium contra Neapolitanos, ſine voto ſaltem vnius ex Regibus concedere non poteſt.*

5 *Cum Collaterali Concilio debet prouidere circa acceſſus S. C. Capuana in vna, vel duabus Aulis.*

6 *Aſſenſus cum Collaterali Cõcilio præſtet ſuper obligationibus feudorum etiam*

etiam Titulatorum.

7 *Aſſenſus in venditionibus, vel obligationibus feudorum poſſeſſorum per exteros præſtentur à Rege.*

8 *Aſſenſus præſtiti per Proreges ante annum 1591. confirmantur etiam ſi contra pragmaticam 4. de feudis eſſent.*

9 *Diſpenſatio ætatis, aut deficientiæ temporis in ſtudendo, aut defectus informationis non admittatur, etiam ſi à Prorege, vel à Collaterali Concilio fuerit facta, ſed limita, vt ibid.*

OBSERVAT. II.

Quid teneatur facere Prorex cũ Collaterali Concilio.



1 Erta, ac generalis eſt norma, vt Rex cum concilio Sapientum omnia faciat, *Heſter* 1. *& Reg.* 12. & ideo omnia concernentia Iuſtitiam debet Prorex cum Collaterali Concilio gerere: licet videantur in eius arbitrium, & voluntatem, quaſi omnia fuiſſe translata. ſed cum concilio facta ſtabiliora videntur, ſiquidem Conſultores curant omnia recta fieri, ne *Auli Gellij* ſententia verificetur *in lib.* 4. *noct. Atticarum cap.* 4. ibi, *Malum concilium Conſultori peſſimum eſt.* Imo dum conſulunt, aduertere debent, ne eorum inclinationem cognoſcat Princeps, nam facile incitamentum ei foret promptius auerſandi, vt euenit de Tiberio Cæſare vidente inclinationem Senatus ad præſtandum alimenta filijs Hortali Pronepotis Q. Hortenſij teſte Tacito in 2. lib. Annal. *ſub n.* 5. *fol. mihi* 87. Attamen ne pigeat aliquos caſus ſpeciales (præter alios) perpendere, quos D. Prorex cũ Collat. Conc. expedire tenetur.

Primo enim debet cum Collaterali Concilio eligere, & creare Iudices M. C. V. 2 & Auditores in Regijs Audientijs Prouincialibus, ac Aſſeſſores in terris Demanialibus Regni, vt in *cap.* 9. *Cæſar. Maieſtatis de Anno* 1554. *in priuilegijs, & capitulis Neapolis fol. mihi* 153. *at.* ex quo cap. nota, quod reſpectu Gubernatorum in Terris demanialibus, Prorex ſolus poteſt prouidere, poſtquam in d. cap. non enumerantur. ex regula, vnius incluſio eſt alterius excluſio, & diximus ſupra hoc *verſ. obſeru.* 1. *num.* 6. & in electionibus iſtis eſt animaduertendum, ne vocet eum, qui ſemel officium illud refutauit, *argum.* §. *ſancimus, cap.* 1. *in auth. vt clerici, qui rect d. alij pro eis ſubrogati præbeant.* Et maiora officia functum ad minora vocare non debet, *l.* 1. *C. quemadmod. ciuilia officia iudicentur lib.* 10.

Secundo, omnes gratiæ, & prouiſiones à Rege tranſmiſſæ pro beneficio vniuerſale 3 Regni, debent à Prorege legi in Collaterali Concilio, vt fuit prouiſum in *cap.* 8. *Cæſar. Maieſt. in dictis capitulis, & priuileg. Neapolis in loco citato.*

Tertio, cum voto Collat. Conc. vel ſaltem vnius ex Regentibus, mandatum Regium de torquendo ex proceſſu informati- 4 uo contra Neapolitanos, vel Neapoli habitantes, vel Regnicolas, concedere debet, ſeruata forma *cap.* 11. *Cæſ. Maieſtatis de anno* 1540. *in priuileg. & capit. Neapolis fol.* 129. *in fine.*

Quarto, cum voto Collat. Conc. debet prouidere, ſi Sac. Concilium Capuanæ, aut vna, vel duæ Aulæ ipſius accedere debeant 5 ad viſuram loci differentiæ, *vt in ordinibus datis per Suam Maieſtatem* 18. *Iulij* 1625. *regiſtratis penes Secretarium S. C. & notatis ſupra in verſ.* 2. *obſeru.* 2. *nu.* 95. *in his, quæ Prorex facere non poteſt.*

Quinto, cum Collat. Conc. debet Prorex præſtare aſſenſum ſuper venditionibus, 6 aut obligationibus faciendis circa bona feudalia, vt in *Pragmatica* 4. *&* 16. *de feudis*, vbi, & ſi exceptuantur feuda Titulata, tamen per *Pragmat.* 25. *eodem tit.* fuit inde data poteſtas aſſentiendi etiã ſuper feudis titulatis, præter tamen feuda poſſeſſa 7 per exteros, quo caſu aſſenſus Regis requiritur, vt in *Pragmatica* 17. *de feudis*, prout etiam requiritur aſſenſus Regis in nouem capitibus expreſſis in anno 1531. per *Pragmat.* 4. *de feudis.*

Aduerte tamen hic, quod ex gratia conceſſa per Regem in anno 1591. fuit ordina- 8 tum, vt omnes aſſenſus conceſſi pro præterito, etiam contra dictam 4. *pragmat.* 9. *capitum*, ſint validi, vt in *pragm.* 28. *de feud.*

Sexto, Cum Collaterali Concilio ſolet prouidere in materijs extrauagantibus peſtis, vt fuit practicatum in anno 1624. tempore peſtis Panormi, nam cum Collaterali Concilio fuerunt factæ prouiſiones neceſſariæ per Regnum, vt per *Pragm.* 16. *Auguſti* 1624. *in princ.* in qua licet per prius fuerat practicatum, vt Dominus Vicerex cum ſuo Secretario (vt ſupra hic obſeru. 1. num. 7.) prouiſiones, & cuſtodias per portas, & loca Ciuitatis declarauerit, vt ex ea eſt videre, attamen inde per pragmaticam prædictam cum Collaterali Concilio ema-

natam,

natam, fuit facta prouiſioque. Sialias peſtes obuentas ab anno milleſimo, vſque ad hodierna tempora, ac etiam terremotus, & portẽtos, videre appetis, perquire *d. Secundum Lancellottum in libro oggedi fol. 669.*

Septimo, dum in Pragmatica edita 31. Decembris 1629. ſuper prouiſionibus quoad Doctorandos in cap. 7. prouidetur, non
9 eſſe admittendos ad Doctoratum, qui non ſunt ætatis anno 21. nec qui per quatuor, vel plures annos ſecundum ſcientiarum facultates, non ſtuduerint, aut informationis defectum haberent, etiam ſi Domini Proregis, aut Collateralis Concilij, diſpenſatio produceretur, diſpenſationemque prædictã non eſſe obſeruandam tamquam impetratã contra rationem, & contra vtilitatem publicam, vt ibidem. Tamen limita ſi à Domino Prorege, & Collaterale Concilio inſimul diſpenſatio iſta fieret, tamquam caſus non compreheuſus in ſtatuto, & pragmatica prædicta, *l. ſi vero 65. §. de viro ff. ſol. mat.* & dicit *Andr. in l. imperialem num. 6. de probib. feud. alien. per Frider.*

Reliquos caſus vide per *de Ponte de poteſtate Proregis ſub titul. 12. de delegation. cauſar. num. 11. fol. 536.*

OBSERVAT. III.

SVMMARIVM.

1 *Origo ante omnia inueſtiganda venit. Petitiones, & memorialia anti quitus cui dabantur, ibid.*
2 *Collaterales Regis offendere, crimen laſæ Maieſtatis eſt.*
3 *Collaterale Concilium à Rege Catholico introductum anno 1505.*
4 *Præcedentia datur Regenti, & Conſiliarijs in Aragonia erga Titulatos non grandes Hiſpaniæ.*
Regens in Aragonia ſedet in Choro cum Canonicis, ibid.
5 *Laici non debent in Choro ſedere cum Clericis.*
6 *Cancellaria fuit tranſlata in Regentes.*
Dabat normam omnibus tribunalibus ibid.
7 *Diritlus olim non exigebat, ſed ex fructibus feudi Cancellariæ, eius Officiales viuebant.*
8 *Decima debetur de omnibus fructibus.*
9 *Cancellaria Romæ quam poteſtatem habeat.*
10 *Regentes quomodo antiquitus appellabantur, & quando ad latus Principis ſedere fuit inceptum, & quomodo denominentur, & illuſtrentur.*
11 *Collaterale Concilium quare dicitur.*
12 *Regentes primi qui*
13 *Moſen, id eſt Meſere.*
Signior à ſeniore venit, ibid.
Regentes ab Afflicto Auditores vocantur;
14 *Regentes tres ſunt, duo ad beneplacitũ, & alter Regnicola.*
15 *Clericus poteſt Officialis creari, & iudicare prater cauſas mortis.*
Laicus à Papa Iudex cõtra laicos conſtitui poteſt, ibid.
16 *Collaterale Concilium habet D. Proregem in caput, & iuramentum præſtat.*
Præſidens S. C. & Locumtenens R. C. iurant in Collaterali Concilio ibid.
17 *Regentes an ſint Aſſeſſores Proregis.*
18 *Appellatio ad Superiorem in ordine fit.*
19 *Regens in Hiſpania ad ſupplicationẽ huius Regni fuit creatus, & qui fuit primus, & non eſt de corpore huius Concilij.*
Ferdinandus Brancia in Supremo Concilio, ibidem.
20 *Regẽtes pars corporis Proregis reputantur.*
Tempore Regis Catholici num in Hiſpania erant pro Neap. & Sicilia, ibid.
21 *Collaterale Concilium quid ſit, & quam authoritatem habeat.*
Abſente, vel mortuo Prorege, dicitur interrex. ibid.
22 *Cardinalium cætus mortuo Papa non habet iuriſdictionem, ſed Collaterale Cõcilium habet.*
23 *Supernumerarius in Concilio Collaterali non eſt addendus.*
24 *Regentium quis loquatur primus.*
25 *Subditi Superiorem decorant, & è contra.*
26 *Regentes ex excellentioribus Doctoribus eliguntur.*
27 *Cancellaria vnde dicatur.*
28 *Regentium requiſita.*
29 *Princeps quare cenſetur habere omnia iura in ſcrinio pectoris.*
30 *Collaterale Concilium Principis candidatus dici poteſt.*
31 *Regentes tam ex Patricijs, quam ex plebeis eligi poſſunt.*
32 *Decreta Collateralis Concilij poſſunt dici decreta Supremi Ordinis.*
33 *Collaterale Concilium ingredientes denudato capite ſtant.*
34 *Regens per 20. annos ſeruiens, poteſt quietem, & otium petere.*
35 *Io. Franciſcus de Ponte Regens, quiete obtenta, in Religione moritur.*
36 *Regens licentiatus quibus præferatur.*
37 *Libertas ob officium quaſi perditur.*
38 Ad-

95 Pro-

OBSERVATIO III.

De Collaterali Concilio, eius Origine, & Poteſtate.



AD explicationem aliquorum circa grauiſſimam hanc materiam, ante omnia huius Supremi Ordinis origo in Regno inueſtiganda erit, *ad tex. in l. 1. ff. de origin.*
1 *Iuris, & l. 3. C. ad Macedon.* & merito eſt notandum, ex diſpoſitione conſtitutionum Regni, omnes petitiones, tam de iuſtitia, quam de gratia, Magiſtro Iuſtitiario fuiſſe olim oblatas: ipſe .n. eodem die oblationis ipſarum, cum conſilio vnius ex Iudicibus Magnæ Curiæ, omnes illas de forma in ſecundo die expediebat, alias vero Regis ſcientiam requirentes, ad Libellenſem, ideſt ad Regis Secretariũ ſigillatas remittebat, vt habemus in *conſtitut. Regni recipimus*; erit etiam animaduertendum tempore conſtitutionum Regni, Collaterales Regis fuiſſe, vt perpenditur ex *conſtitut. hi qui,*
2 *circa medium*, vbi ſancitum eſt, Regis Collaterales offendẽtes, in læſæ Maieſtatis crimen incidere, & *Marc. Anton. Surg. de Neap. Illuſtr. cap. 26. num. 17. fol. 285.* Neronis tempore originẽ habuiſſe Collat. Concilium notat, & in f. 296. n. 7. cum ipſis Regibus inſtitutum fuiſſe ad iuſtitiam miniſtrandam.

Anno autem 1505. nouus Rex Catholicus forſan inductus, ex diſpoſitione *l. 3. ff. de orig. iur. circa med.* ibi. *Et quia Magiſtratibus veſpertinis temporibus in publicum eſſe conueniens erat, quinque viri conſtituti ſunt.* Aut varo ad exemplum Iuſtiniani Imperatoris poſt captam Aphricam, conſolares Iudices conſtituentis in *l. 1. C. de officio Præfecti Pratorio Aphricæ*, (quos hortatur, vt ſecundum voluntatem, ac timorem Dei, & ſuam, ſic ſuas gubernare adminiſtrationes ſtudeant, vt nullus eorum aut cupiditati ſit deditus, aut violentias aliquas inferat:) Aut verius ad ſimilitudinẽ
3 eius Regni Aragonum, Regentes introduxit, *Frecc. de ſubfeud. lib. 1. de offic. Mag. Cancell. num. 29. fol. 53.* ſed in *cap. & priuil. Neap. c. 9. Comitis Ripa Curſia f. 66.* videtur tẽpore Regũ Aragonenſiũ, ẽt Regentes adfuiſſe. (In foro Aragonum vnus tantũ Regens videatur deſcriptus, & idem confirmat *Fontanell. de pact. nupt. parte prima clauſ. 3. gloſ. 1. num. 6. verſ. & nedum*, addendo Regentem Cancellariæ ibi præcedere Conſiliarios, & vtroſque præcedere
4 Comites, & Titulatos, non tamen Grandes Hiſpaniæ, & *num. 8.* & in *addit. in fine Tomi primi num. 2.* refert, in Eccleſia Barchinonenſi per RR. Canonicos illius fuiſſe Regenti Cancellariam aſſignatum, & datum locum inter Canonicos, & Decanum, ſeu primam dignitatem, & ſic ſecundus locus, vt ibid. quamuis per diſpoſitionem *tex. in l. 2. vbi Salic. C. de Epiſcop. & Cler.*
5 habeatur, non debere laicos cum clericis in Choro ſedere, quod affirmat etiam *Aufrer. in tract. de poteſt. ſecul. ſuper Eccl. reg. 4. num. 52. verſ. quinquageſimo ſepti-*
6 *mo.*) & in iſtos DD. Regentes fuit trãſlatum Officium Magni Cancellarij eũ Cãcellaria, *vt per Frecc. loc. cit.* ꝙ per prius officiũ erat ſeperatum, normamq; dabat omnibus Regni Tribunalibus, vt in conſtitut. Regni *apud Iuſtitiarios*. Et de hoc Cancellariæ Officium

Officio mentionem facit *Andr. in cap. 1.*
num. 3. de feudo guard. quo tempore Can-
7 cellariæ deritus non exigebantur, prout
exiguntur hodie ex pandetta descripta in
priuileg. & capit. Neap. fol. 50. ordine Re-
gis Catholici 30. Ianoarij 1503. & in *prag.*
1. *de offic. Secret.* sed ex fructibus feudi Cā-
cellariæ in territorio Literarum, & Grania-
ni existentis viuebant, vt per *Andr. ibid.*
(postea verò feudum prædictum fuit vendi-
tum, & Monasterio S. Iacobi Caprearum
Ordinis Cartusiensis traditum, quod hodie
possidet, & decimam omnium fructuum su-
8 periorum, & inferiorum exigit, vigore sen-
tentiæ S. C. latæ de anno 1619. me patroci-
nante in banca de Borrello: vbi etiam vide-
bis decimam prædictam deberi quoq; de
Rapis, & Lupinis, ac palea Milij, *Io. Vinc.*
9 *de Anna in singul.* 142.) Romæ autem Re-
gentis Officium est, Iudices extendere, &
deputare, *Petrus Andr. Gambarius in*
tract. de auctor. legati à latere lib.8. n.195.
in tract. tomo 13. par. 2. fol. 213. & Can-
cellaria de iure omnes causas de communi
iustitia absque speciali mandato commit-
tere potest, *Rebuff. in praxi super 3. parte*
signat. num. 18. Felin. in rub. de rescript.
num. 9. vers. 2. nota, quod Cancellaria Pa-
pa, & sequitur *Quintilianus Mendosius de*
commiss. causa super benef. for. t.

Illi enim Domini Regentes Præfecti
10 libellorum, seu postulationum antiqui-
tus vocabantur, & quia sedent ad latus
Proregis (quod originem habet ex Re-
ge Persarum, *teste Gubern. Christiano Fra-*
tre Io. Marquez lib. 1. cap. 18. fol. 108. *col.*
2. & tanquam illius corporis partes eius
radijs illustrantur, *l. quisquis*, C. *ad l. Iul.*
Maiest.) vocantur quoque Consiliarij Col-
laterales, *l. 1. C. de prepos. labor. lib.* 10.
dicunturq; Comites, *l. unica*, C. *de prapos.*
sacri cubic. lib. 12. præsertim ex nomine
dignitatis, de quo fit mentio *in l. diem*
functo, ff. de offic. assess. sique Rex per Pro-
uincias pergeret, (vt euenit tempore Caro-
li V.) in consessu sedent, & salutantur, *l.* 2.
11 C. *de prapos. labor. lib.* 11. & merito Col-
laterale Concilium denominatur.

Ante huius Collateralis Cōcilij institu-
tionem, videmus omnes scripturas, prag-
maticas, & priuilegia, à Locotheta, & Pro-
thonotario Regni firmatas, sicuti ceptum
est firmari à Regentibus, postquam consti-
tuti extiterunt: Primique à prædicto Rege
Catholico ad hoc officium assumpti fuere
12 Mosen Long, & Mosen Malferit, qui cum
Rege Catholico Hispaniam fuit inde re-
uersi: & in eorum locum creati fuerunt
Ludouicus Mōtaltus Syracusanus Cyprius,
(qui *tractatum de reprobatione sententia*
Pilati scripsit, in *tractatibus tomo 14 fol.8.*)
& Mosen Hieronymus de Colle Catalanus,
13 (Mosen intellige secundum forum Arago-
num, idest *Miçer*, sicuti & Italiæ dicitur,
Missere, & Hispaniæ *Señor*, qui à seniore
descendit, *cap. 1. de prohib. feud. alien. per*
Lothar.) *Afflict.* autem in *decis.* 106. *in*
fine, Auditores Regis vocabat, vbi, quod à
S. C. ad Regem cum suis auditoribus fuit
appellatum, Auditoresq; & *Regentes* vo-
cantur in d. c. 9. Comitis Ripæ Cursiæ in
Priuilegijs Neap. fol. 66.

Inde autem ex quo dissipantur cogita-
tiones vbi non est consilium, vbi vero sunt
plures Consiliarij confirmantur, *Prouerb.*
cap. 15. nu. 22m. & cap. prudentiam, de
offic. deleg. & quandoque Imperator trium
Prætorum numero in Vrbe proprium
larem habentium contentus fuit. *l. 2. C. de*
14 *offic. Prat.* euenit, vt in hoc Supremo Con-
cilio tres Regentes fore introductum sit,
quorum duo ad beneplacitum, & alter Re-
gnicola esse solent: vt in c. 4. *Cæsar. Maiest.*
1552. *in priuil. & cap Neap. f.* 148. & in alio
de anno 1557. *f.* 159 *ibid.* & quãquidē aliquis
15 ex eis Clericus: (Princeps. n. Clericis, & Pr̨e-
latis causas ciuiles, & criminales delegare
potest, & eius Officiales constituere, *Innoc.*
in cap. 4. de rapto: & facit cap. sape 27. q. 8.
quo casu, illi omnia demandare poterunt,
præter vltimum supplicium, vt *ibid.* & in
cap. clericis, & *cap. sententiam, ne cleric. vel*
monac. & in *auth. de Collat. §. Presbyteros*,
& è conuerso, laicus à Papa delegatus, lai-
corum causas cognoscere poterit, *Aufrer.*
de potest. laic. super Eccles. reg. 4. nu. 52)

Collateral. Concilij caput est D. Prorex,
16 *Pragm. 9. de suspic. offic.* qua sancitum
fuit, in primo die anni negotiorum, Regen-
tes præstare iuramentum de secreto tenen-
do, & silentio seruando in manibus Prore-
gis, sicuti & cæteri Officiales aliorum
Tribunalium in manibus eorum capi-
tium, vt ibid. Capita vero ipsorum in Colla-
terale Concilio iuramentum præstant, vbi
Præsidens S. C. tamquam habens maiorem
dignitatem præcedit Locumtenentem Re-
giæ Cameræ etiam tempore anteriorem,
vt post de Ponte in cons. 8. num. 15. vol. 1.
Consil. de Anna in cons. 122. num. 43. vol.
2. & Georg. in allegat. 35. num. 11. tenet
Anellus Amatus in cons. 30. num. 8. vers.
tertio. Quo fit credere, non esse verum,
17 quod aliqui putant, istos DD. Assessores, &
Consultores tantum esse D. Proregis; siqui-
dem illi non iurant, *l. Consiliarios*, C. *de*
assess.

*aſſeſſ. Lancill. Conrad. lib. 2. de Vicar. §.
1. num. 2. in ſuo libro Templi Iudicum.* Iſti
autem DD. iurant,& iudicant, vt infra hic.
Quinimo quando quis eorum domi de-
cernit, & partes appellant, alter prouidet
appellationi cum decretatione, quod rela-
tionem faciat in Collaterali Concilio, non
18 obſtante, quod de iure ad Superiorem in
ordine eſt appellandum, *§. illud, in auth.
de appellat. & l. pracipimus*, C. *eodem tit.*
quia prouiſio d. relationis fit nomine S. E. &
merito ita prouidet, *l. & ſi prator, ff. de
offic. eius*, ibi, *Non tamen pro ſuo imperio
agit, ſed pro eo, cuius mandatu ius dicit*. A
decretis vero huius Concilij ſiue cauſam
principalem, ſiue incidentia irreparabilia
tangentibus in ciuilibus, aut in criminalibus
incidentibus tantum, ad eundem reclama-
tionem dari, diſponit *tex. in l. ſi aduerſus*,
C. *de precibus Imperat. offer. & deciſum re-
fert D. de Franch. in deciſ.* 637. Verum in
cauſis criminalibus principalibus ex com-
muni obſeruantia non reclamatur, *vt in d.
deciſ. 637. & D. de Ponte de poteſt. Proreg.
tit. de delegat. num. 6. fol.* 534. ſolumque
remedium dicendi de nullitate ſupereſt, &
inde decreta iſta legem faciunt, non ſolum
in cauſa illa, ſed in omnibus ſimilibus, *l. fin.
& l. nam Imperator 38. ff. de legib.* & in de-
cretis iſtis ſolet dici, D. Vicerex prouidet,
decernit, atq; mandat, ex diſpoſitione *tex.
in l. ſolet, 6. ff. de offic. proconſul.* vbi Pro-
conſul damnat, vel abſoluit, & incõſulto illo
nil fit: verùm quando ſupremus iſte Sena-
tus aliquid facit, propter eius authoritatem
à Principe videtur commiſſum, *Couarru.
pract. quaſt. cap. 9. num.* 3. vbi quod cauſas
ab inferioribus Tribunalibus non auocat.

Eſt & alter in Supremo Italiæ Prætorio
apud S. M. pro hoc Regno Regens, qui ad
ſupplicationem Regni in Parlamento gene-
19 rali Carolo V. factam de anno 1536. (tunc
temporis Neapoli) fuit conceſſus, *vt in
priuileg. & cap. Neap. fol. 106. at. & alibi
fol. 155. at. cap. 25. & 26.* refertque *Frecc.
in lib. 2. de ſubfeud. tit. quis dicatur Dux,
num. 13. fol.* 184. primum Regentem fuiſſe
aſſumptum Hieronymum Seuerinum de Se-
dile Portus per ſaltum (deq; prouiſione per
ſaltum videas *l. penult.* C. *de Aduoc. diuer-
ſor. Iudicum*) quo poſtea Præſidente S. C.
creato, fuit deſtinatus Ciccus de Loffredo
de Sedile Capuanæ, teſte *Marco Antonio
Surg. de Neap. Illuſtr. cap. fin. num. 40. fol.*
209. Hiſce autem tẽporibus ibi reſidet Re-
gens Ferdinandus Brancia eiuſdem Capua-
næ centuriæ, prudentia, & doctrina clarus,
vt alibi notauimus; ſed aduerte, Regentem
ibi reſidentem de corpore huius Collateralis
Concilij non dici: in iſto enim tres Regen-
tes aſſiſtunt, qui Viceregem pro ſalubriter
Republica regenda dirigunt, ratione cuius,
20 partes eius corporis m[?] ſ[?]ici reputantur, *Io.
Montagni in tract. de auctor. Magni Conſ.
in princip. ante num.* 5. ſed circa hoc nota,
quæ dicit *Hieronymus Zurida de las empre-
ſas, y ligas de Italia lib. 10. cap.* 99. quod Rex
Catholicus in eius teſtamento condito de
anno 1516. ſtatuit, vt duo Doctores, vnus
Neapolitanus, & alter Siculus interuenirent
in Concilio cum alijs, ſtante indiſpoſitione
Reginæ Ioannæ tertiæ eius filiæ, ex quo poſ-
ſet elici, tempore illo etiam Regentes pro
Neapoli, & Sicilia ibi extitiſſe.

His autem adnotatis, vides, Collaterale
Concilium eſſe illud, quod penes Proregem,
21 pro expediendis negotijs in Regno reſidet:
illud autem quod penes Regem eſt, dicitur
Concilium ſupremum; habet enim hoc Col-
lat. Concilium adminiſtrationem, *Frecc. in
lib. 2. de ſubfeud. tit. quis dicatur Dux nu.
56. fol*, 135. ac auctoritatem maximam, &
ſuprêmam, & pluſquam Romani Conſules
habebant, *Lanar. in conſ.* 88. *num.* 10. vbi,
quod abſente Rege, vel Prorege, hoc Collat.
Concilium poteſt dici Inter Rex, *Surgens
de Neapol. Illuſtr. fol.* 121. *ater. num.* 1[?].
prout dicitur inter Regnum, mortuo, vel ab-
22 ſente Rege; quo caſu quomodo gubernari,
& regi debeat inſimul cum alijs Conſiliarijs
Status ponit, *Regens de Ponte in tract. de
poteſt. Proreg. tit. de deleg. num. 24. fol.* 534.
& ſi cœtus Eminentiſſimorum Cardinalium
Sede vacante iuriſdictionem non habeat, *glo.
in verb. mora, in extrauag. 1. de electio. Io.
XXII.* Tamen Concilium hoc iuriſdictio-
nem ordinariam tenet, *Caſſ. in Catal. gloria
Mundi part. 7. conſid. 11. in fin. & D. de
Ponte loco citato*, & dum in trium eximiorũ
virorum numero conſiſtit, ſupernumerarius
23 in eo non eſt conſtituendus, *Auth. de Refe-
rendar. Sacri Palatij, conſt.* 11. & ibi *Angel.
de Peruſ. Gloſator, ſeu Commentator Regu-
larum Cancellaria Papa Iulij II. in 3. parte,
& Caſſan. in d. conſ. 21. verſ. & non debet*,
Supernumerarij enim ordinariorum iura,
aut priuilegia non habent, *l. 3. & ibi Bald.
C. de Epiſcop. & clericis*. Quiue ex prædi-
ctis tribus Dominis prius loqui debeat, vide
infra hic *num.* 62. & ponit *Afflict. in deciſ.
1. Lodouic. Rom. in ſingul. 81. & in conſ.*
24 *366. col. fin. & Regens de Ponte in tract. de
poteſt. Proregis tit. 12. n. 15. & ſeq. fol.* 536.
vbi declarat quando ſunt vota conſultiua,
vel deciſiua, ac huius Collat. Concilij aucto-
25 ritatem. Et ſicuti ſubditi Superiorem de-

corant, iuxta illud, *tanto plus maior extitit,*
quanto melioribus, & boneſtioribus praeſt,
§. nos igitur, in auth. de defenſ. Ciuit. coll. 3.
ſic & D. Prorex tutius, & excellentius Re-
gnum, & ſubditos regere poterit, dum de-
26 excellentioribus Doctoribus iſti Regentes,
(iuxta diſpoſita *in l.* 1. 2. *&* 7. *C. de pro-*
xim. ſacrorum ſcrin. lib. 12. *& in l.* 3. *C. de*
conſul. lib. 12.) eliguntur ad eius latus aſſi-
ſtendum, & ad Regiam Cancellariam regen-
dam, quæ à cancello dicitur, & aulam Pala-
27 tij Principis ſignificat; quia ibi fere omni
tempore aſſiſtere debent, vt Principem con-
ſulent, & epiſtolas, ac legationes ad Regem,
ſiue Proreges directas explicent: vel à can-
cellando, idest rompendo, vel lacerando,
l. cancellauerat, ff. de his quæ in teſtam. dele.
quia literas patentes Iuſtitiæ, vel gratiæ,
proprijs manibus deſtruere debent, *gloſ. in*
l. 1. *in verb. libellis, ubi Iaſ. ff. de off. aſſeſ.*
vel à cancellis, quia ſicuti per cancellos vi-
demus quæ intus exiſtunt, abſque ianuæ in-
greſſu, ita & D. Prorex per hos Dominos Re-
28 gentes eminentes, purgatique animi, idest
abſque paſſione, ſecundum *D. Thom.* 2. 2.
q. 61. *art.* 5. clare intelligit, quæ agenda, &
cauenda erunt, & ideo per eos Princeps cēſe-
29 tur habere omnia iura in ſcrinio pectoris,
l. omnium, cum ibi notat. per Paul. de Caſtr.
C. de teſtam. Quæ quidem omnia procedunt
etiam in Cancellario Papæ, *Io. Montagni in*
tract. de auctor. Magni Conſ. nu. 6. *& ſeq.*
quo loci *num.* 5. aduertit, concilium hoc
poſſe dici candidatum Principis, *l.* 1. *§. fin.*
30 *de off. quæſt.* & in eo tam Patricios, quam
Plebeos indifferenter erigi poſſe fundat no-
tab, *Frater Io. Marquez Gubern. Chriſt.*
31 *lib.* 1. *cap.* 3. *col.* 9. *fol.* 21. & diximus ſupra
verſ. 3. *obſeru.* 3. *nu.* 45. *per totum*, & pro-
bat *tex in terminis in l.* 2. *circa med. verſ.*
deinde cum placuiſſet creare, & iam ex plebe
Conſules, caperunt ex vtroq; corpore conſti-
tui, ff. de orig. iur. Decreta enim huius Con-
32 cilij, Supremi Ordinis decreta dici poſſunt,
argum. tex. in l. 2. *C. de Senatus conſ. Ma-*
ced. & omnes in ipſo aſtantes, capite deou-
33 dato ſtare debent ex ordine Regio, *Frecc.*
in lib. 3. *de ſubf. in differ inter feuda regalia,*
& alia differ. 48. *in fin. fol.* 437.

Siquis autem ex iſtis DD. per 20. annos
ſeruiuerit, quietem petere poterit, & digni-
tatem, ac debitum honorem Exconſulum re-
34 tinebit, nec quoquo modo ab impartito
otio poſſet ſeparari, *l.* 3. *C. de prox. ſacr.*
ſcrin. lib. 12. *& l.* 2. *C. de his, qui non im-*
pletis ſtipendijs Sacramento ſoluti ſunt, lib. x.
idemq; eſſet ſi podagræ morbo perpetuo la-
borarent, *l. à muneribus* 13. *cum gloſ. ibi, in*
verb. podagra, C. de decurion. lib. 10. *l.* 3. *C.*
de ſilentiar. lib. 12. *l. eas, C. de excuſ. mun.*
lib. 10. *Zaſius in l.* 2. *ff. de origine iuris, verb.*
Apius, num. 13. *Vermudez in ſuo Secreta-*
rio priuileg. 9. *fol.* 74. *at.* ſed crederem in
his caſibus quietis impartitæ, poſſe eos cogi
ad conſilium dandum per *glo & Io. Plateam*
in l. 2. *C. de prox. ſacr. ſcrin. lib.* 12. & qua-
tenus ad Officium forte rediret, in priſtinũ
anteriorem locum reponendum fore, *l.* 4. *C.*
de concubus lib. 12. In noſtra enim tempe-
35 ſtate hanc quietem obtinuit D. Io. Franci-
ſcus de Ponte vir doctiſſimus, qui Decanus,
Regens, & Marchio ad Sanctam Theatino-
rum Religionem eſt ingreſſus, poſt tot labo-
res, & libros editos, Sacerdoſq; effectus vi-
tam cum morte commutauit anno 1616.
36 26. Iunij. Regentes licentiati præferuntur
illis, qui poſtea ad Prouincias regendas ſunt
aſſumpti, *l. fin C. de priuileg. eorum, qui in*
ſacro Palat. militant. lib. 12. ratioque eſſe
37 poteſt, quia gloria dignitatis habitæ liber-
tatem eis quaſi eripuit, pro qua magnani-
mis viris omnis debet eſſe contentio, *Cicero*
de fortit. parte 2. *fol. mihi* 153. *lit. E.* vide-
mus enim eos diu, noctuq; inuigilare, & pro
Republica elaborare quaſi abſq; intermiſ-
ſione, vel requie, priuatoſq; eſſe à Ciuitate,
abſq; licentia recedere, *l. ſi quis* 16. *C. de de-*
curio. Imo nec in rure habitare poſſe, *l. vni-*
ca, C. ſi curialis relicta Ciuitate rus habita-
re maluerit lib. 10. & merito omni honore,
& præeminentia digni ſunt remanſi. Hinc
notat *Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum, de*
38 *conſtit. num.* 81. *in fine*, quod qui Aduoca-
tionis officium depoſuit, in dignitate eſt, &
clariſſimus appellatur, eique ſeruari debent
diſpoſita in *l. ad egregias, ff. de iniur.* idque
eſt etiam in Abbate, qui officium depoſuit,
39 nam in priſtinæ dignitatis memoriam pri-
mum locum in choro, & in conuentu, poſt
Abbatem retinebit, vt ibid. per *Felin.* poſt
Io. de lig. in clem. ne in agro, de ſtatu Mona-
chorum, & multa ponit idem *de Ponte de*
poteſt. Proregis, tit. de electio. official. §. 8.
num. 9. quo loci *num.* 18. aſſerit, quod ex
gratia ſibi facta gaudebat omnibus prero-
gatiuis, & emolumentis, quibus gaudebat
ante officij depoſitionem.

De corpore eiuſdem Concilij poteſt etiã
dici Spectabilis Regni Secretarius, *l. quiſquis*
C. ad l. Iul. Maieſt. eſt .n. depoſita ius ſecre-
tarum Regiarum cogitationum, *Gregor. Lo-*
pez in l. 7. *tit.* 9. *part.* 2. *gloſ.* 1. vel Magiſter
ſcriniorum, ſeu Notarius, qui in conſpectu
Proregis in fine Tabulæ in ſella ſedet: eiuſq;
auctoritas ampla eſt, *Bocr. deciſ.* 222. *nu.* 7.
Tiraquell. de nobilit. cap. 30. *num.* 80. *&*
babe-

habetur in pragm. 2. de officio Secret. Offi-
ciumq; hoc vere poteſt dici officium Quæ-
ſtoris, vt probat *tex. in l. 1. in fin. ff. de offic.*
Quaſt. ibi. *Qui epiſtolas eius in Senatu le-*
gunt, multa de eo dixit *Marc. Ant. Surg. in*
tract. de Neap. Illuſtr. cap. 24. num. 20. fol.
286. & Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in titulo dif-
ferentiarum feudorum Titulatorum, & Re-
gal. num. 21. fol. 431. vbi hoc officium exer-
cuiſſe Bartholomæum de Capua ante alias
dignitates ſibi à Carolo Secundo collatas,
teſtatur. Secretario ſubſunt à mandatis Scri-
bæ ſex, (qui de iure poteſtatem ſubſtituendi
alium coadiutorem loco ſui retinent cum
requiſitis tamen in *l. comperimus 13. C. de*
proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12.) ac quatuor Can-
cellarii, & alij ſex ſcribæ ordinarij Regiſtro-
rum, & Sigilli, ac cæteri Regiam Cancella-
riam inſectantes, & vacantes in expediendis
literis Regijs, Aſſenſibus, Priuilegijs, Paten-
tibus Officialium, ſeu Commiſſariorum per
Regnum expediendorum, qui derictus exi-
gunt, vt in *Pragm. 1. & 2. de offic. Secret. &*
his qua Regia Cancellaria incumbunt; & de
42 iure Authenticorum Pandecta deſcribitur in
fine tituli, vt *Præſides abſque vlla datione*
pecunia mittantur, coll. 8. in fin. cum tit. ſeq.
Super iſtis enim Secretarius habet iuriſdi-
ctionem contentioſam, *Boer. deciſ. 222. nu.*
15. in fine, ſententiamq; proferre poteſt, ſe-
cundum *l. fin. C. de ſentent. ex breuiloquo re-*
citandis. & ita tenet Licentiatus Franciſcus
Vermudez de Petraza in ſuo Secretario in
diſcur. 7. priuilegio 8. fol. 75. at. & priuil. 21
fol. 78. ſuicque id intellectum etiam ad au-
ctoritatem carcerandi, vt euenit de annis
1622. 1623. & 1624. tempore quo D. Fer-
43 dinandus Rouitus eminentis ingenij, & le-
galium, ac politicarum diſciplinarum ver-
ſatiſſimus (vt cognoſcere poteris ex eius
ſcriptis poſitis in Commentarijs Pragmati-
carum ſui Patris Conſiliarij Rouiti, qui ex
44 S. C. ordine ſuæ Maieſtatis ad Officium Præ-
ſidentis Regiæ Cameræ tranſiuit 12. Ianua-
rij 1628. pro ſymbolo facilioris tranſitus ad
gradum ſublimiorem Regentatus, ſicuti cũ
effectu euenit; nam ad illum ſummis ex ſuis
meritis fuit aſſumptus, & publicatus Regens
24. Maij 1630. vt infra ſuo loco dicetur)
officium prædictum exercuit: carcerauit
quidem à mandatis ſcribas, & alios, ſecun-
dum caſuum occaſionem; & inde ob ſuper-
uentam inualitudinem officium reſignauit,
& cum titulo Ducatus Caſtri Saraceni de-
coratus ex hac vita ſeceſſit 7. Martij 1627.
immature quidem, ſed cum omnium cordo-
lio, & meo in particulari; (at intrepidus pa-
ter in die ſequenti ad S. C. acceſſit pro pu-
blicis negotijs, nec vnum, aut duos dies lu-
ctus in *Eccleſ. 38. nu. 17.* conceſſos, voluit:
legitur enim in *Lodouico Domenichi lib. 6.*
Hiſtor. in princ. de Homulo Doctore Nea-
politano, qui Romæ in Palatio exiſtens po-
ſtulando, nouum de morte filij percepit, &
Xenophontis ad exemplum, nec vocem, nec
vultum mutando, ſermonem concinnauit.
Secretarius. n. filiosfamilias, & ſi quo ad vtili-
tatem ſubiaceat patriæ poteſtati, *l. 1. C. de*
conſul. ſecus eſt quoad officium, *l. honor. §.*
plebes, C. de mun. & honoribus.) Officiumq;
prædictum exercere incepit Acutiſſimus D.
Ioannes Angelus Barcilius capuanæ centu-
45 riæ S. Arcangeli Baro Caiuani Dux, Almiq;
Collegij Neapolitani Vicecancellarius lepi-
diſſimus, vt alibi notauimus ſupra verſ. 3.
obſeru. 3. num. 358. vbi reliqua in hac ma-
teria Secretarij videas, & ſic etiam perquire
ſupradictum *Velmudez, & Zaſium in l. 2.*
de orig. iur. & Pancirol. de notit. vtriuſque
imperij, Caſſan. in catalog. part. 7. conſ. 16.
& parte 1. conſid. 26. Quo vero ad recuſa-
tionem Secretarij *Velmudez* in loco citato
priuileg. 29. fol. 79. ater. aſſerit Hiſpaniæ
ſeruari, *per l. 1. tit. 10. lib. 2. recop. & l. 17.*
eiuſdem tit. & lib. debere recuſari cum re-
quiſitis quoad cæteros Conſiliarios, iam
quod eſt vnus ex reſidentibus in concilio,
ſique iubilatus remaneat præfertur aliis inde
miniſteria realia occupantibus, *vt ibidem*
priuilegio 23. poſt Zaſium in l. 2. verb. Apius,
ff. de orig. iur.

Collaterale Concilium abſq; interuentu
46 D. Proregis (qui in eo aſſiſtere debet ad tra-
dita per *Gubernatorem Chriſtianum Fratrē*
Io. Marquez lib. 1. cap. 19.) aſſenſus, pro-
uiſiones, & remiſſiones ad iuſtitiam expe-
dire, & circa eas oportune prouidere poteſt,
vt in *priuileg. & capit. Neap. cap. 7. fol. 153.*
at. Regens de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de
aſſenſibus Regijs §. 5. fol. 225. & propter
conſuetudinem aſſenſiendi, etiam mortuo
Prorege, aſſenſus ſolitos præſtare valet, *Ca-*
mer. in repet. leg. Imperialem fol. 79. l. N.
47 eoq; magis, quia ſubditi extra Regnum que-
rere Regem non tenentur, vt per *Andr. ibid.*
procedítq; ad ſimilitudinem Capituli, quod ſe-
de vacante à iuramentis abſolutiones con-
cedere poteſt, prout Epiſcopus faciebat,
Felin. in cap. 3. col. 5. verb. ſecundo quaro,
num. 13. de iure iurando. Hinc eſt, quod ſi
aſſenſus, vel priuilegium Regis infra annum
non eſſent regiſtrati, ſeruata forma *pragm.*
1. de priuileg. infra annum regiſtrandis, de-
bent regiſtrari, vt iunctis Aulis in Collatera-
le Concilio fuit deciſum 30. Maij 1624. in
cauſa Don Alexandri delli Monti cum fra-

tribus de Prothonobilissimo in banca de Longo, quicquid dixerit *de Ponte in cons. 3. nu. 3. vol. 1.* Potest quoq; Collaterale Con-
49 cilium Ciuitatis, & Regni regimini, ac etiã Annonis vniuersalibus prouidere, *Marcus Anton. Surg. de Neap. Illust. cap. 18. nn. 20. fol. 177.* pro quibus, nedum particulares ad moderato pretio vendendum potest cogere, *l. si pendentes § si quid Cloacbarij & ibi An-*
50 *gel. ff. de vsufr.* sed etiam ciues diuites ad mutuandas pecunias pro frumento emendo ad beneficium Ciuitatis, etiam cum carceratione compellit, verumtamen compulsionẽ hanc generalem, & non particularem faciẽdam fore, notat *Auend. de exeq. mand. Regum par. 1. cap. 19. num. 34.* vrgenteque necessitate pro Ciuitate, per Prouincias frumenta, & aliæ species pro portione sua possunt capi, & nemo excusari poterit, imo nec Regia Domus erit exempta, *l. unica, C. vt nemini liceat in emptione specierum se excusare lib. 10.* multa alia notat *Vincent. de Franch. in decis. 9.* circa istas prouisiones annonæ; aduertitq; *Gubernator Christianni Frater Ioan. Marquez lib. 1. cap. 19. col. 3. fol. 174. in fine prima colum.* Senatum istum
51 oculos conuertere debere ad peccata, & mala quę impune in Republica committuntur, veluti prodigalitas, verborum inobseruantia, ingratitudo, auaritia, mali mores erga amicos, otium, distractiones, & similia:
52 Ac etiam ætates, diuitias, qualitates, & occupationes vasallorum scire tenetur: Negat tamen in fol. 175. debere fieri Archiuia, seu notas pro debitis ciuium describendis. Hinc fortasse euenit, quod licet de anno *1609.* fuerit ordinatum has notas fieri, vt etiam alias Ciuitas nostra supplicauerat, sicuti videmus in *priuileg. & cap. Neap. fol. 92. cap. 24.* non tamen fuit vsu receptum, sed *Bald. in cons.*
53 *401. vol. 3.* multa loca in quibus notæ prædictæ, seu Archiuia sunt in vsu recenset, & in Regno isto ad lites, & differentias obtruncandas, omnino Archiuium, & notæ prædictæ essent faciẽdę, quicquid dixerit *Gubern. Christ. in loco supra citato,* quia veritas semper amanda (Christus enim est veritas) omnia detegeret, & pompas, boreas, & vanitates semper fugiendas euitaret, & contractus puros, liberos, & veridicos faceret, & successiuè litibus diminuẽdis paratum esset Antidotum.

Cumque Supremus iste Senatus superintendentiam, & præminentiam super omnibus huius Ciuitatis, & Regni Tribunalibus detineat, in cognitione causarum priuatorũ,
54 & particularium se intromittere non expedit, ad tradita in *l. præcipimus, C. de appell.* & facit *cap. 10. in priuileg. & capit. Neap. fol. 109.* vbi habes fuisse his Dominis prohibitum, trigesimas, candelas, aut sportulas exigere, quod etiam habetur in *5. cap. Cæsarea Maiestatis, in cap. & priuileg. Neap. fol. 88. ater.* specifica enim prohibitio requi-
55 ritur in statuto ad hos DD. includendos, *D. Rouit. in pragm. 1. de Official.* & quæ eis prohibentur. *Regens* vero *de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. de delegat. caus. nu. 11. & seq. fol. 536.* conatur ostendere Collate-
56 rale Concilium formatum esse Tribunal, & iurisdictionem habere, (quod mihi probat etiam *tex. in l. 4. §. si tamen, C. de tempor. appell.* vbi *florentissimus ordo vocatur,*) &
57 Regentes non esse Proregis Assessores, nec absque Iurisdictione manere, (quod mihi similiter probat *tex in §. 1. vers. nam si nobis,* ibi, *de bis cum Throno tuo concilio, in auth. de Procons. Cappadocia constit. 30.* & in foro Aragonum, ad cuius exemplum fuit & hoc introductum, vt supra notauimus, Regens Cancellariam processus diuidit, vt ibidem in *capitulis Caroli V. in Cæsaraugusta de anno 1528. in cap. antepenultimo)* verum ad dignoscendum, num Assessores, vel Ordinarij sint, perpende, secundum lecturam *Aloandri tex. in §. 1. in auth. de pratore Licoaniæ const. 25.* in verbis istis, *Mensuramque illius ad centum vsque virorum numerum extendimus, & vtriusq; Magistratus annonas illi assignamus. sed & Assessori. & reliquis, &c.* & in *§. 1. circa fin. in vers. subijciatur,* in *authent. de Moderat. Helenopontis, coust. 28.* ibi, *Quid ipsum, & Assessore, cohortemque eius ex publico percipere,* & similiter *tex. in §. 1. vers. & vero,* in *verbo Assessor eius,* in *auth. de Procons. Capadocia,* & *§. 1. in auth. de moderatore Arabia,* ex quibus iuribus habes Prætoribus, & Consulibus Assessores datos fuisse: legiturque in vita Iurisconsultorũ
58 in principio ff. veteris, post occisum Papinianum, mandante Antonio Caracalla filio Seueri, qui Papinianum nimis amauerat, fuisse in Præfectura electos Assessores, Peculum, & Vlpianum: quibus attentis Assessores num dicantur, videbis. Quicquid autem sit, formatum Concilium istud vocatur, & non Tribunal, vt alias diximus, superintendentiamq; omnium Tribunalium, & negotiorũ Regni retinet, à quibus cõpetens reuerentia est tribuenda, *l. 5. C. de offic. Rector. Prouinc.* & *l. 2. C. de offic. diuers. iudic.* Merito potest & debet iustis concurrentibus causis illis
59 mandare, vt ad eum veniant ad causas referendas, vt ibi expediant illas, sicuti expediẽtius fore videbitur. Hinc est quod Pręsidibus, & Auditoribus Prouinciarum licentiam cõ-

cedit

cedit Neapolim venire, *l. nullus 9. C. de offic. Rectoris Prouinciæ*, expedit quidem hoc Regi, & Regno, ac decet ob Guberniium ipfius, omnia in Supremo Ordine isto audiri, *Marc. Ant. Surg. de Neap. Illuftr. cap. 18. in fin. fol. 177.* & aliquando cognofci, vt diximus fupra hoc verf. obf. 1. onm. 6. & eo magis fi de intellectu alicuius Priuilegij Re-
60 gij, aut Legis, vel Pragmaticæ, ageretur: tunc enim caufæ iftæ in eo funt decidendæ, *Anna in fing. 644. & tex. eft notab. in l. ex facto 43. ff. de vulg. & pupil. fubft.* ibi, *Beneficis quidem principalis:* (licet & S.C. Neap. etiam Pragmaticas interpretari poffe prætendat, fecundũ *l. 10. ff. de legib. & infra verf.*
61 12. *obferu. 2. num. 21.*) Principis enim eft leges, & pragmaticas interpretare, *l. 1. & 9. & 10. C. de legib. l. 2. §. non quia diuina, verf. fi quid vero circa fin. d. l. 2. C. de veter. iure enucleando*, & in *nouella* 143. ipfiq; competit leges fupplere, *l. 10. ff. de legibus.* Quinimmo, & fecundum *Felin. in cap. qua in Ecclefiarum num. 3. de conft. & ibi Dec. num. 43. & Cardin. Tufc. in pract. l. l. conclu*f. 251. poteft etiam ius diuinum interpretare, & limitare, caufa tamen iufta, & exprefse declarata fubfiftente, dicit enim ius diuinum non occides, & tamen in multis lex tollerat homicidium, *toto tit. de ficarijs*, dicit etiam, in ore duorum, vel trium, &c. *cap. in omni, & cap. relatum de teftam.* & tamen lex ciuilis hoc limitat in multis cafibus, *l. confultiffima, C. de teftam. & cap. præful. 2. q. 1. cum concordant.* vt videbimus intra hic *verf. 11. obferu. 2. num. 17. & feq.* Quæ autem intellige in prophanis, in quibus Princeps iurifdictionem habet, quoniam in fpiritualibus, interpretatio fpectat ad Papam, *Aufrerius in tract. de poteft. fecul. fuper Eccleſ. 4. regula, num. 49. verf. intelligi.* eft tamen verum, quod interpretatio in beniginiorem Reipublicæ partem fieri debet, *l.*
62 *18. ff. de legib. l. 55. ff. de regul. iur.* & notauimus fupra *verf. 2. obferu. 2. num. 4. in 2. poteft. Proreg. in fine.* quioimmo & Priuilegia Reipublicæ infructuofa reuocat, vt eft videre in *pragm. 1. de priuilegijs Vniuerfitatibus conceffis*, vbi reuocata fuere priuilegia conceffa Vniuerfitatibus, ne ex officio procedatur, & prouifum ex officio in delictis procedi, non obftante partis remiffione. Ait enim *D. Thom. in 1. 2. q. 96. art. 1. 2. & 3. legem ex tempore mutari poffe, fed quando occurrit aliquid melius, mutari debet;* Hinc *D. Auguft. in lib. 2. cap. 4.* parum ante med. *in tomo primo* docuit, *quod illi, qui in regimine humano præfunt, recte aliqua mala tollerant, ne alia peiora eueniant.* fed è conuerfo, *rebus profpere fuccedentibus, magna dementia foret prima instituta immutare, Agat. lib. 3.* ficuti etiam effet Imperio vti, vbi legibus agi poteft, *Tacit. lib. 3. annal. fub num. 9.* & ad rem facit *Tucida in lib. 1.* fententia illa, *Profpera fortuna vtentibus, ingens vecordia bellum gerere.* Certumque eft, omnia ifta Principem facere cum voto huius Supremi Ordinis, fique de caufis confultiuis ageretur; primus in ordine votum dabit, vt in *Ecclef. 32.* ibi, *loquere maior natu, te autem decet primum verbum.* & ita
63 declarat *Bald. in cap. 1. circa princip. de controuerf. feud. apud pares term.* In decifiuis vero iuftitiæ vltimus in dignitate votum dabit, Sique in paritete votorum effet caufa decidenda in Collaterali cum adiunctis, & vltimus Regens paritatem videret, poterit votum fuum non promere, fed alios adiunctos petere, *Surg. de Neap. Illuftr fol. 313.* & tetigimus fupra hic *num. 24.* quibus adde *Gubernatorem Chriftian. Fr. Io. Marquez lib. 1. cap. 30. col. 3. in fine*, vbi refcripta, & cedulas Principum in vim legis, & non exẽpli tranfire declarat in dubijs decidendis.

Collaterale Concilium ex fpeciali prouifione facta per D. Proregem Offunæ Ducem in *Pragm. edita 9. Iunij* 1617. literarũ
64 cambij caufas principales, reclamationes, & recurfus fpecialiter cognofcit, & ab alijs Tribunalibus cognitio ipfarum fuit abdicata, ad cuius cambiorum materiam vide *Maftr. in decif. 303. vol. 4.* quod tamen non extenditur ad apochas bancorum, quibus datur fides ficuti & inftrumentis, *glo. in verb.*
65 *argentarios, in §. quod autem, cap. 3. in auth. de fideiuff. & Mandat. Gratian. in decif. Marchia 203. num. 5.*

Præcipuum huius Collat. Concilij munus ex Cancellaria fibi adiuncta eft, nomine Magni Cancellarij expedire, & decretare libellos, qui memorialia funt, *pragm. 1. de fide*
66 *memorial.* priuilegiaque infpicere, & prouidere, *Frecc. de fubfeud. lib. 1. tit. de offic. Magni Cancellarij num. 29. fol. 53.* vbi Regentes dici afferit, ex quo Regiam Cancellariam regunt: Affenfus vero, ac remiffiones negotiorũ ad iuftitiam, & oportunas prouifiones circa eam, abfque D. Proregis interuentu prouidere poterit, vigore *cap. 7. Cæfar. Maieftatis de anno 1554. in priuileg. & cap. Neap. fol. 153. ater.* Magnum quidem
67 eft hoc Regentis nomen, quo etiam titulari volunt Reginæ matres pro filijs minoribus gubernantes: & Regina Franciæ etiam Regẽs fuit vocata dum pro hodierno eius filio regebat, & fic etiam Duciffa Margarita de Auftria quando in anno 1560. ftatus Flan-

driæ regere, & gubernare incepit nomine
Magni Philippi Secundi, teste Eminentissi-
mo Cardinale Bentiuoglio in eius erudita
relatione rerum Flaudriæ lib. 1. cap fin.

Regitur Collater. Concilium in Proregis
Palatio, & ex quo in eo etiam causæ status
tractantur, possunt Particulares ingredi cum
68 ense, & armis, Io. Vinc. de Anna in repet.
constit. Regni si quis aliquem, n. 32. qui est in
fine primi vol. cons. Fabij de Anna eius filij,
& Frecc. de subfeud. lib. 2. in 40. diff. feudi
titulati. Quod secus est in Aulis S. C. prag.
19. de offic. S. C. in quo iustitiæ tantum cau-
sæ tractantur pragmat. 2. de offic. Sac. Cons.
idemq; statuitur in foro Aragonum in capit.
Caroli V. sub rubr. del tiempo que los Abo-
gados, &c. ratioq; conducit, siquidem coram
69 Iudice pro Tribunali sedente arma deferre
non licet, l. qui dolo, §. item, qui cum Telo.
ff. de vi public. Verum secundum Bouadill.
in Politica tomo 2. fol. 14. fallit quoad Titu-
latos, & Magnates: sed contrarium tenet
Io. Vincent. de Anna in loco supra citato, di-
70 cens, quod nec à Baronibus, Titulatis, Du-
cibus, aut Comitibus possint in S. C. arma
deferri, & ita seruatur: quinimmo de mense
Septembris 1625. existente Propresidente
D. Didaco Lopez Suarez (de quo alibi dixi-
mus) fuit emanatus ordo, quod nec intro-
euntes salam S. C. ensem, vel alia arma de-
ferre possint; secus tamen est in Palatio Pro-
regis, quod omnibus est asyllũ. attamen si in
71 eo aliquis delinqueret, grauius puniretur, &
quia diutius durant exempla, quam mores,
Cassiodorusq; ait in libro variar. epist. in
epist. 16. exempla esse determinationes ma-
gis firmas, quoniam experientia magistra
nil dubitat, merito liceat aliqua referre; eue-
nit enim pro alapa data in palatio Papæ fuis-
se quendam Gallum suspensum, & pro alapa
data in hoc Regio Palatio tempore D. Car-
dinalis Columnæ Proregis fuisse delinquenti
72 manum dexteram abscissam, teste Frecc. de
subfeud. lib. 1. tit. de offic. Magni Senescal-
chi num. 6. probatq; tex. in l. omne delictum,
§. qui manus, ff. de re milit. aliosq; casus re-
fert Cassan. in catal. glor. mundi par. 5. con-
sid. 24. & 25. num. 125. de quo meminit
Regens Constantius in rep. l. unica, C. de pa-
latijs, & domibus Dominicis lib. 10. num. 16.
fol. 238. vbi xvij. prærogatiuas Regij Palatij
habes. Alapæ delictum quandoque grauissi-
mum reputatur, & pro alapa data Ferdinan-
do Monsorio Iustitiarij officium administrã-
ti in hac Ciuitate Neapolis, fuit delinquens
furcis suspensus, Regens de Ponte in tract. de
potest. Proreg. tit. de prouision. fieri solitis,
fol. 13. num. 18. cum seq. conferuntq; Baldi
dicta in §. iniuria, de pace iuram. firman, &
Boer. in decis. 23. & d. l. omne delictum, ff.
de re milit. deq; hac Palatij materia vide su-
pra vers. 3. obseru. 3. num. 342. & l. penult.
C. de officio Rect. Prouinc. qua sancitum
erat, in Palatio, & non in Domibus priuatis
habitare Iudices, ipsosq; sub pœna (ad ipsius
Palatij reparationem applicanda) teneri Pa-
latij reparationem prouidere, vt ibid. At si
Palatij Regij Curiam formatam, & signan-
ter Regis nostri videre appetis, perquire
Eminentiss. Cardinalem Bentiuolium in
relationibus Flandriæ par. 1. c. 30. fol. 150
vbi ad similitudinem Curiæ olim Burgun-
diæ Ducum esse, asserit, & describit.

Et quoniam ex magnitudine rei gerendæ
sunt Artifices eligendi, l. 1. §. ideoq; C. de
nouo codic. faciend. merito in Regentes eligi
solent viri doctissimi, experientia, & fide cla-
ri, secretorum tenacissimi, laudabili propo-
sito pollentes, dociles, ingeniosi, ac pruden-
73 tes; prudens enim est docilis, D. Thom. 2. 2.
q. 49. art. 4. & sia etiam solertes, ad finem
vt sint faciles ad inueniendum media in de-
mostratiuis, & in operatiuis, vt ibid. per D.
Thom. art. 4. requiritur quoq; Magnanimos
esse, ad finem habendi quandam extensionẽ
ad magna, idem D. Thom. 2. 2. quæst. 129.
vers. respondeo: & Pij, & Æqui sint, siquidem
facere misericordiam, & iudicium magis
placet Domino, quam vindicta, Prouerb. 21.
num. 3. æquitasq; non finit iustum simplici-
74 ter, sed iustum, quod est lege determinatum,
nec seueritati opponitur, quia veritatem le-
gis in quibus oportet sequitur, & non verba
legis, in quibus non oportet, quo casu vitio-
sum esset, l. non dubium, ff. de leg. legis enim
75 verba semper ciuili modo interpetrentur,
l. si cui, ff. de seruit. l. quemquam, ff. de ritu
nupt. & D. Thom. 2. 2. q. 119. artic. 1. Ait
enim Prouerb. 22. Sicuti rugitus leonis, ita
& terror Regis, qui prouocat eum, peccat in
animam suam, & è conuerso, hilaritas eius est
sicuti ros super herbam, Prouerb. 19. nu. 14.
vnde requiritur vt cauti, fortes, ac resoluti
76 sint, ait enim Politicus ille Antonius Perez,
la irresoluçion es madre de grandes encon-
uenientes, y puerta à grandes atreuenientes.
& merito non antiquitate in officio, sed ex
bona æstimatione, & meritis sunt eligendi,
non enim primus, secundus, aut tertius, sed
qui optimus videtur eligatur, §. iubemus,
77 cap. 34. in auth. de sanctiss. Episcopis, & §.
ordinarie, cap. 10. in auth. vt determin. sit
numer. cleric. Anchoræ enim sunt, quæ
pacem, & tranquillitatem Monarchiæ nauis
assecurant, & ducunt. Sed si magis practicus
adesset, præferendus esset, Panctrol. ac notitia

vtri-

vtriuſque Imperij cap. 93. & Gelius lib. 3. cap. 18.

Sedent iſti DD. ad latus Proregis ſecun-
dum eorum antiquam alle&ionem ad offi-
ciũ, ét ſi poſtea adminiſtratio officijs eis con-
ceſſa foret, *l. 4. C. de conſulib. lib. 12.* meritoq;
dici poſſunt & Comites Conſiſtoriales, qui
cum Imperatore ſedebant, relationes audie-
bant, & cauſas decidebãt, *l. fin. C. de Comitib.*
Conſiſtorialibus, *Lanarius* vero *in conſ. 88.*
78 fundat DD. iſtos in actibus indifferentibus
præcedere Titulatos, non obſtante quod Ti-
tulati Illuſtres, ipſi vero Magnifici appellen-
tur, ſed dici poſſet, maiorem eſſe Titulum
79 Magnifici, quam Illuſtris, vt *Inſtitutioni-
bus in proemio*, vbi Imperator Trebonianum
Magnificum, Theophilum vero, & Doroteũ
Illuſtres appellat, & notum eſt, quod Tribo-
nianus erat dignior, vt ibidem; immo Rex
80 Franciæ Titulo Magnifici illuſtrari vult, *Re-
ſtaur. Caſtal. de Imperatore q. 69. num. 10.*
in Tractatibus tomo 16. fol. 57. Hodie autem
contrarium eſt vſu receptum, ſed reuolutio-
nes temporum contraria pariunt, immo &
idem Iuſtinianus in ſua tempeſtate variauit,
ſiquidem in *l. fin. C. de veter. iur. enucl.*
Tribonianum Illuſtriſſimum, & Theofilum,
& Doroteum Magnificentiſſimos vocat. At-
tamen in caſu præcedentiæ prædictæ, eſt ani-
maduertendum, DD. Regentes in dignitatis
exercitio exiſtentes, Titulatos præcedere,
ſin autem in alijs actibus indifferentibus in-
81 teruenirent, puta in Collegio, aut in Parla-
mento Generali, vel in feſtiuitatibus, ſiue
ad ſalutandum Regem, vel in alijs locis enũ-
ciatis in *l. 1. C. Prapoſ. Sacr. Cubic. lib. 12.*
vel alibi, ſecus eſſet. Tunc enim ſuo ſederent
loco, quia aliam repreſentant perſonam, vt
per *Lanarium ibidem num. 18. Frecc. de
ſubfeud. lib. 1. fol. 23. num. 27. & Regentem
de Ponte in deciſ. 15. per totam*, & licet Regẽs
in concilio Status omnes alios priuatos præ-
cedit, ſecundum *de Ponte in conſ. 14. nu. 40.
& ſeq. & in deciſ. 8. num. 9. in fine, Fab. de
Anna in conſ. 122. num. 31. & Anellus Ama-
tus in conſ. 30. num. 8. circa fin.* verum idem
*de Ponte in tract. de poteſt. Proregis tit. de
aſſenſib. Regijs, §. 5. n. 4. cir. med.* dicit, ꝙ hoc
extra conciliũ eſt intelligendũ, quia in con-
cilio Status Regentes ſedent ad ſiniſtrã Pro-
regis, cæteri vero ad dexterã; alia vero circa
materiã hanc vide quæ ſup. notaui in *verſ. 3.
obſeru. 2.* Dicitque vlterius *Lanar. in d. conſ.
88. in fin.* quod praua inolenit conſuetudo,
vt Titulati ſederent in S. C. & in Regia Ca-
mera in eodem loco, in quo ſedent Conſilia-
rij, & Præſidentes: & de iure diuerſum fore:
ſed aduerte in *§ ſancimus in auth. vt ab Il-
luſtr. & qui ſuper eam*, ſtatutum eſſe, Titu-
latos interuenientes pro eorum cauſis, cum
Iudicibus ſedere, dum iudicant. Verum vſu
receptum eſt, vt in vltimo loco ſine enſe,
ſedeant, dum cauſa diſcutitur, *Vincent. de
Franch. in deciſ. 138. in fine.* faciteque *tex.
cum glo. in l. 1. C. de Conſul. lib. 12.* ſique
allegarent, ſtare deberent, *gloſ. in auth. hoc
ius, C. de procur.* idemq; eſſe ſi pro conſan-
guineis interuenirent, *Vinc. de Franch. dec.
128. in fine*, ſed in *d. §. ſancimus*, traditur,
82 Titulatos non debere admitti, ibi, *ne cogan-
tur, aut ſedere cum Iudicibus cum iudicant,
aut ſtare rurſus tãquam litigantes, ex vtro-
que enim cauſa videtur incauta.* Titulati etiã
inquiſiti, ſedent coram Iudice, *Frecc. lib. 3.
de ſubfeud. tit. different. differ. 48. fol. 437. &
fol. 433. differ. 12.* Habent enim Titulati eo-
rum priuilegia, vt ibid. & per *Marc. Anton.
Surgentem in tract. de Neap. Illuſtr. fol. 218.
& ſeq.* Quatenus vero ad Regentes, ſi ex eis
83 aliquis Titulatus reperiretur, in ingreſſu, vel
regreſſu à Concilio, cæteros Regentes præ-
cedit, ſed quando in Concilio eſt, commu-
niter ſeruatur, vt ſecundũ alle&ionem ad or-
dinem ſedeat, & alios anteriores non præce-
dit, *Marc. Ant. Surg. de Neap. Illuſtr. cap.
23. num. 39. fol. 227.* vbi in *num. 38.* ponit,
quod ſi Dux, vel Princeps ad hoc Concilium
fuerit aſcitus, non præcederet Marchionem,
vel Comitem ibi exiſtentem, facitque *tex.
in l. 1. C. de Conſul. lib. 12.* ibi, *quod ſi quis
prior Conſul, poſteriori Conſuli, eidemque
Patrito poſthabitus. & ibi gloſ. fin.* licet *Frec-
cia in lib. 3. de ſubfeud. in tit. differ. inter feu-
da titulata num. 18. fol. 429. & gloſ. in verb.
poſt habitus, in l. 1. C. de prætoribus lib. 11.*
contrarium annuant, ibi, *Poſponitur enim
prior Conſul quando ſequens eſt Patricius,
cum maior ſit Conſule.* Verum contrarium
ſeruatur, quia in Concilio iſto ſedent vt ſu-
pra, ſed *Frecc. in lib. 2. de ſubfeud. in quaſt.
quis dicatur Princeps, num. 2. in fin. fol. 140.*
84 teſtatur, vidiſſe in Collaterali Concilio *no-
uum Conſiliarium aſcitum* (& eum non no-
minat) *primam tenere ſedem, & primam
ſententiam ferre, antiquitatis ordine negle-
cto.* Solet enim Princeps quandoque præro-
gatiuas iſtas concedere, aut propter ætatẽ,
aut nobilitatem, aut ob collata in Principẽ,
85 vel in Rempublicam beneficia, aut propter
conſanguinitatem, vel affinitatem, teſte *Ta-
cito in lib. 3. Hiſtor. Auguſta, & Appianus
lib. 3. Belli Ciuilis*, & aliqua vide ſupra
verſ. 3. obſer. 3. num. 215. & circa has præ-
cedentias nota, quod ſi duo vno eodemque
tempore crearentur, & per ordinem ſcrip-
turæ, vt in *l. 1. ff. de albo ſcrib.* vel per anti-

qui;

quitatem Doctoratus, aut administrationis officiorum antiquorum non constaret, quis præcedere debeat, tunc liberos habens præcederet, *l. in albo*, 9. *C. de decurio. lib.* 10. In Parlamento autem Generali Regens Titulatus præcedit Regentem simplicem antiquiorem in officio, *Frecc. de subfeud. lib.* 3. *in tit. differentia inter feuda Regalia nu.* 18. *fol.* 329. & de hac materia vide supra *vers.* 3. *obseru.* 2. Sed quid si Regens antiquior consimilem titulum inde acquisierit, num præcedat Regentem recentiorem in officio, sed antiquiorem in titulo? negatiue respondit *tex. in l.* 1. *in fine*, *C. de Consulibus lib.* 12. Intelligas etiam supradicta militare quoad Consiliarios Titulatos, qui in concilio Principis alios Consiliarios antiquiores præce-
87 dunt, & sellam habent, secundum *Mastr. de Magistr. tomo* 2. *lib.* 4. *cap.* 13. *fol.* 43. sed in hoc Collaterali Concilio diuersimode fuit obseruatum; vidimus enim Consiliarium Iacobum de Franchis fuisse creatum Marchionem Octauiani, & in Collaterale absq; præcedentia in scabello sedisse, prout cæteri Consiliarij, & Comitem Molæ Simeonem Vaaz Præsidentem Regiæ Cameræ, similiter in scabello sedere, prout cæteri Præsidentes: sed Marcellio Sancti Maximi Cõsiliarius Decanus S. C. Fęlix de Ianuario ordine Excellentissimi Ducis Aluæ Proregis sellam habuit. magna est quidem dignitas, sellam in Prætorio Principis habere, vt in *authent. ab Illustr. §.* 2. & qui eam habere debeant numerantur à *Marc. Anton. Surg. de Neap. Illustr. cap.* 23. *num.* 28. *fol.* 225. idest Titulati, sep ẽ officia Regni, Cõsiliarij à latere, Præsidens S. C. Locumtenens Regiæ Cameræ, Regens M. C. V. Scriba portionis, Thesaurarius Generalis Regni, Milites Hierosolymitani Magnæ Crucis, & alij notati ibi, etiã secundum constitutionem Pij V. Pontif. Max. nota tamen quod si Præsidens S. C. aut Regiæ Cameræ Locumtenens ad Collaterale Concilium accederet, in secundo loco sederet post Decanum in eodem Concilio, nõ obstante, quod Regentes Regiam Cancellariam ante istum Decanum creati fuissent,
88 quia Decanus in Tribunale in quo tegit, omnes venientes ad illud præcedit: Hinc est, quod si Consiliarius, vel Pręsidens Regiæ Ca-
89 meræ Regens crearetur, & ad S. C. vel Tribunal Regiæ Cameræ accederet ad causas ei per prius commissas expediendas, sederet vt notauimus supra *vers.* 3. *obseru.* 3. *post num.* 136. *in* 25. *author. Præsidentis*. sed fallit in
90 Visitatore Generali, qui si ordine Regis in aliqua causa particulari interueniret in Collaterali Concilio Decanum præcedit, sicuti

& in S. C. vel in Regia Camera præcedit Pręsidentem S. C. & Locumtenentem R. C. ac Regentem M. C. V. & ita obseruatum vidimus tempore Illustrissimi Visitatoris Don Francisci Antonij de Alarcon, de quo supra
91 diximus *vers.* 2. *obseru.* 2. verum Dominus iste non solet votare, sed assistit, prout et facit in Iunctis vnitis in eius domo, in quibus Aduocati sedent in sella, & capite tecto alloquuntur, ad quod facit *l. fin. C. vbi senat. vel Clariss. & l. fin. C. de offic. diuers. Iudic. & Assis. in rubr. const. Reg. Iustitiarios in fin.* & infra hic in fine. Collat. Conc. Protegi aliqua
92 forte iniusta mandanti (quod non est credendum) resistere potest, *Alex. in cons.* 1. *num.* 10. *vol.* 3. *per tex. in l. quoniam Iudices, C. de appellat. vbi Bart. & Iaſ. in l.* 1. *in fine, C. de offic. assess.* sique scandalum, aut periculum in Populis timeretur, posset etiã
93 ei contradicere, & resistere, *Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum num.* 64. *de const. & Abb. & Innoc. ibi allegati*. Hinc est, quod Ordo iste Regi referre tenetur gesta Proregis gubernantis, *l.* 2. *C. de officio Vicarij*, ibi. *Re-*
94 *lationes enim Iudicum libenter audiemus, ne Administratorum decrescere videatur auctoritas*. sed Taciti præceptum in his casibus est seruandum, *sub malis Principibus magnos viros esse, obsequiumque, ac modestiam: si industria, ac vigor adsint, eo laudis excedere, quo plerique per abruptum, sed id nullum rei pub. vsum, ambitiosa morte inclaruerunt*. Olim per Episcopos relationes istæ fiebant,
95 *§. cæterum, in auth. vt Præsides absque vlla dation. pecunia mittantur*, vbi hoc etiam fieri per Primiores loci Imperator statuit. Quinimmo & ad finem defendendi cõmoditates Patrię libera voce, quinque Summates, idest quasi summi ordinis supra Decuriones in Alexandria constituti erant, qui non poterant criminaliter, sed ciuiliter tantum à Pretore cognosci, *l. quinque summates* 57. *C. de decurion. lib.* 10. *& facit l. fin. C. de offic. præfect. August.* quod viu recipi, forte expediret. Potest quoque Ordo iste Regi te-
96 plicare, ad tradita per *Gubernatorem Christianum lib.* 1. *cap.* 10. *& de Ponte de potest. Proreg. in tit. de abundantia Ciuit. §.* 3. *nu.* 5. *fol.* 63. cum eius præcipua cura sit, ad Ciuitatis, & Regni conseruationem, commoditatem, & statum, aduertere, in quamplurimis enim causis, & casibus, ordo est ordinem non seruare, *cap. ad nostram, de iureiur. l.* 1. *§. pen. C. de annal. except.* & maxime contra
97 eos, qui nullum iuris ordinẽ seruauere, vt in *cap. Regni si cum sceleratis*, aut contra insolentes Regni, quos Regi referre debet, *l.* 2. *C. de offic. rector. prouinc.* Ecclesiarum quin-

98 quinque protegendarum eſt eius onus, &
neceſſarias earum ampliationes concedere,
etiam contra alias Eccleſias, ſecundum no-
tata per Maſtr. in decif. 280. vbi multos ca-
ſus ampliationis pro Eccleſia contra Eccle-
ſiam habes. Secus autem ſi ampliationes
voluptariæ forent, vt .i. verſ. 13. obſeruat. 2.
num. 17. & habes per Gizzarell. in decif. 38.
Ac etiam vt Eccleſiæ à malis hominibus, vel
hæreticis non turbentur, iuxta diſpoſita in
l. 2. in fin. C. de ſumma Trinitat. & Fide
Cathol. Immo & in eas feuda quandoque
tranſire facit, vt vidimus ſupra verſ. 2. obſ.
2. nu. 116. & videbimus infra verſ. 14. obſ.
1. vbi feuda in poſſe Eccleſiarum in Regno
exiſtentia notabimus, & in hoc caſu aduerte
ad notat. Bal. doctr. in l. an vſusfructus 63.
ff. de vſufruct. aſſenſum fauore Eccleſiæ, vel
Vniuerſitatis debere concedi cum renoua-
tione de centum annis, ad centum annos.
ſed parum, aut difficiliter ſeruatur.

Præcipuaque huius Collat. Concilij ani-
maduertentia eſſe debet, vaſallos è Baronũ
99 audacijs, ac calamitatibus euertere, ac de-
fendere. l. moderatores 11. C. de offic. rector.
prouinc. Hinc Baronibus mandare ſolet, ne
vaſallis grauamina inferant, Andr. in conſtit.
Regni, Ea quæ ad ſpeciale decus. & Frecc. de
ſubf. lib. 2. in 8. auctoritate Baronum, fol.
341. & Io. Franc. de Ponte in conſ. 105. n. 11.
vol. 2. & nouis caſibus, noua ſolet remedia im-
100 ponere, l. 1. C. de re iudic. nam ſi alias fa-
ceret, & Barones vaſallos offenderint, (quo
caſu eo ipſo proprietate priuarentur, §. fin.
de his, qui ſui, vel alieni iuris ſunt, Campa-
gna in cap. Regni grauamina, num. 23. &
33. cum ſeq.) tunc enim vaſalli Barones of-
fendere poſſent, Felin. in cap. quæ in Eccle-
ſiarum, num. 82. in fin. de conſt. & merito ad
euitandum euitanda, vaſallis litigantibus
cum Barone ſaluam guardiam concedit, etiã
ex diſpoſitione conſt. Regni, iuris gentium
induxit auctoritas, cum duabus ſeq. & ponit
Lanar. in conſ. 5. num. 13. & de Ponte in
tract. de poteſt. Proregis, tit. de diuerſis pro-
uiſion. fieri ſolitis, in rub. de inſignijs nu. 13.
fol. mihi 512. Petrus Gregorius in tract. de
conceſſ. feud. parte 8. q. 16. rub. de iure bon.
tract. num. 6. quos ſequitur Maſtrillus in
tract. de Magiſtr. lib. 5. cap. 6. num. 210. &
in decif 263. num. 7. vol. 3. notantque Ioſeph
Ludouic. in decif. 40. num 2. & 3. & Cephal.
in conſ. 507. num. 6. cum ſeq. lateq; Auend.
de exeq. mand. reg. par. 1. cap. 11. vbi ſaluam
102 guardiam iſtã, vocat ſeguro real, affirmans
Hiſpaniæ ſeruari, vaſallos nõ poſſe dominos
in ius, abſque Regis licentia vocare, & in
num. 4. infert pœnas contra Barones has
ſaluas guardias frangentes, etiam vſque ad
pœnam mortis, & publicationis bonorum.
Verum quando lis ciuilis modica eſſet, non
103 ita de facili ſaluæ guardiæ iſtæ concedi ſo-
lent, ſed tantum in cauſis ciuilibus impor-
tantibus, & magnis, ſecundum Ioſeph Seſe in
tractatu de inhibitione inſtr. Arag § 4. num.
20. Maſcardus concl 953. num. 7. & ſeq. &
Maſtr. in decif. 263. nu. 32. Sed contrarium
crederem, quando ciuilis iſta modica lis non
foret affectata ad finem obtinendi talem ſal-
uam guardiam: Quoniam negari non pote-
rit, odia ex litibus oriri, Baronũq; ſuperiori-
tas ardeſcit, eo ipſo, ꝙ vaſallos aduerſus eos
litigare audentes viderint, dicitque Eccl 8.
Non litiges cũ homine potẽte, ne forte incidas
in manus illius, non contendas cum viro lo-
cuplete, ne forte contra te conſtituat litẽ tibi.
Et ideo non eſt præſumendum ſponte vaſal-
los cum Baronibus potentibus litigare, for-
tes enim etiam cõtra fortunam ſpe inſiſtũt,
teſte Tacito lib. 2. Hiſtoriarum nu: 12. qui
alibi dixit, Dij fortioribus adſunt in lib. 4. hi-
ſtor. num. 3. in fine. Hinc Regia Camera
Summariæ cognoſcens quam neceſſe ſit va-
ſallis libertatem habere, etiam pro Regis
ſeruitio, ne in totum Baronum aſcriptitij
fiant, paſſim Regia Demania, ac prælationes
Vniuerſitatibus concedit in emptione iuriſ-
dictionum, vt perpendit D. de Ponte in tract.
de Poteſt. Proregis tit. de diuerſis prouiſion.
fieri ſolitis, ſub tit. de donis, & expenſis Vni-
uerſitat. num. 17. fol 474. quicquid dixerint
Frecc. in lib. 2. de ſubfeud. in 2. author. Ba-
ron. num. 26. fol. 172. & Vinc. de Franch.
in decif. 17. tenen es perniciosa eſſe dema-
nia, & multa mala parere, & merito illis au-
res præbere non eſſe expediens: ſiquidem
idem de Ponte in loco citato, aperte eorum
dicta reiecit, & ſenſatiſſime quidem, non
enim præſentaneo intereſſe adhoarum, rele-
uiorum, & aliorum iurium à Baronibus Re-
gi ſoluendorum eſt perſpiciendum, quæ le-
uia ſunt perſpectis eis, quæ euenire poſſent
pro conſeruatione, & ſtatu Regni, in reuo-
lutionibus iam viſis, & demaniales Terras
partes Regum ſemper inſectatas fuiſſe, ex
Hiſtorijs legitur. De iure vero Authent. datur
forma, quando Vniuerſitas cum Domino ſuo
litigaret, & ad Vrbem veniret (ſicuti quo-
104 tidie videmus miſeras Vniuerſitates inte-
gras ad pedes Proregis recurrere, & clamo-
roſis vocibus de Baronum exceſſibus con-
quæri) & tali caſu, Syndicum eſſe conſtituen-
dum, & reliquos ad patriam remittendos di-
ſponit, §. 1. verſ. & ſi quidem, in auth. de
Quæſtor. conſt. 80. ſecundum lecturam Aloã-
dri, Deque iſtis ſaluis guardijs facit etiam
men-

mentionem *D. de Ponte de poteſt. Prer. tit. de inſignus, & armis in fine fol.* 512.

Et è conuerſo, ſi forte vaſalli infecti rixoſi, & potentes in terris Baronum reperirentur, & de eis Barones conquererentur, exfractari pnrerunt, *Bart. in tract. de tyramnia nu.* 29. vbi quod ita fieri debet à quolibet iuſto Iudice, & *Regens de Ponte in tract. de poteſt. Proregis tit. de exteris habitantibus in Terris Baronum, ſub rubr. de diuerſis prouiſ. fieri ſolitis fol.* 470.

Poſſet quoque dubitari, quo actiori titu-
105 lo Patres iſti decorandi veniant, poſtquam
de Ponte in conſ. 14. num. 59. *vol.* 1. ait, ip-
ſos nec titulum Spectabilis, nec Clariſſimi
habere, ſed quidem fallitur, nam omni ho-
nore digni videntur, dum officium tale ge-
runt, cuius labor diu, noctuq, ſummus, ac
106 difficillima illius ratio eſt, teſte *Cicerone in*
oratione de lege agraria, paulo poſt principiũ
lit. D. Quinimo Imperator ait, *pœna ſacri-*
legij ſimilis erit, ſi his, honorificentia non de-
ferretur, qui contingere noſtram purpuram
digni ſunt exiſtimati, & l. 1. C. de domeſt. &
protect. lib. 12. notum eſt enim antiquitus
purpuram Imperatoris oſculari ſoli Roma-
næ Nobilitati licuiſſe. *Caſſan. in catal. par.* 7
conſ. 16. in fine, & part. 1. conſ. 26. Hodie
autem ipſius vice Rex noſter gratiã facit ad
eius manum denudatam deoſculandam per-
mittere, teſte *Licentiato Velmurez in ſuo*
Secretario, priuilegio 5. fol. 74. ater. (ſicuti
Sereniſſima Hungariæ Regina fecit Neap. vt
ſupra hoc verſ. obſeru. 1. num. 38. in fine)
Ergo omni honore, & titulo DD. iſti digni
ſunt, ſiquidẽ tali gaudent gratia, & ad latus
Principis ſedent, & memorialia explicant,
(ſicuti Papinianus, & inde Paulus, & Vlpia-
nus fecere, *Guido Paneirolus de notitia*
vtriuſque Imperij cap. 96. licet Iulius Cę-
ſar Auguſtus memorialia ipſe legebat, & ſi-
gnabat; *Tranquillinus in Auguſtum cap.* 50.
& Nero Secretarium introduxit, Commodus
vero manu piger in totum renuit, Lampri-
dius in Commodum.) Sique Codicis titulos
per ordinem reſpicimus, à titulo Magiſtri
offic. cum ſeq. primus Titulus, ſecundum
gloſ. in rubr. ibid. eſt Spectabilis: & *l. 1. C.*
de comit. conſiſtorienſ. lib. 11. & Bart. & Io.
Platea, Comites conſiſtorianos, ideſt eos,
107 qui diu in conciſtorio Principis ſteterunt,
Spectabiles denominat: *Gloſ. vero in l. 1. C.*
de ſilentiarijs lib. 12. & ibi Platea, titulum
Illuſtris maiorem putant, qui iſtorum DD.
proprius videretur, *ex l. 1. C. de præpoſitis*
laborum lib. 12. ibi, *quos lateris noſtri comi-*
tatus illuſtrat, aut vero Clariſſimi, vt in eo-
dem tex. ſed primus Regens Montaltus Ma-
gni ſori Præfectus fuit titulatus in eius ſepul-
chro exiſtente in Eccleſia Incurabilium. Su-
pra vero hic diximus, maiorem eſſe titulum
Magnifici, quam Illuſtris: licet hodie con-
trarium ſeruetur, ſicuti etiam videmus in
authent. de ſanctiſſimis Epiſcopis, quod ma-
ior erat Titulus Venerandi, quam Reueren-
diſſimi, & tamẽ contrariũ eſt in vſu. Hodie
autem Domini iſti Circumſpecti titulo ho-
norantur, ex quo quæ circumſtant conſide-
rant, *D. Thom. 2. 2. quæſt. 49. art. 7. Cæſar* au-
tem *à Coſta lib 2. variar. ambiguit. cap.* 12.
varios refert titulos ſecundum temporis di-
uerſitates, ideſt Illuſtris, Spectabilis, & Cla-
riſſimi, & concludit temporis obſeruantiæ
eſſe attendendum: Verum qualiſue titulus
detur, audiant *Eccleſ.* 32. ibi, *Rectorem te*
poſuerunt? noli extolli: eſto in illis quaſi vnus
ex ipſis Curam illorum habe, & ſic conſide, &
omni cura tua explicita recumbe: vt læteris
propter illos, & ornamentum gratiæ recipias
coronam, & dignationem conſequaris corro-
gationis. Ac etiam *Dionyſ. Helicar. lib.* 6.
ſententiam, *Optimum, & firmiſſimum Im-*
perium, quod ſubditos beneficijs magis, quam
ſupplicijs in officio continet. illi enim bene-
uolentia, huic metus eſt comes, quicquid ti-
metur, id neceſſitate naturali exoſum omni-
bus.

De mẽſe autem Iunij 1630. per Summum
108 Pontificem Vrbanum VIII. fuit mutatus
Titulus DD. Cardinalibus, nam per prius
Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi erat, hodie
autem Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi eſt;
& merito Eminentiæ titulus datur, qui ſimi-
liter tribuitur Electoribus Imperij Eccle-
ſiaſticis, ac magno ſacræ Religionis Hiero-
ſolymitanæ Magiſtro, qui Princeps dicitur,
de Ponte in conſ. 14. num. 22. vol. 2. Quo
vero ad Cardinales filios Regum reſeruata
remanſit declaratio, qualis titulus erit tri-
buendus: Hinc euenit pro parte D. Cardi-
109 nalis de Sabaudia filij Sereniſſimi Ducis Sa-
baudiæ fuiſſe eo tempore factam proteſta-
tionem, vt titulus dandus filijs Regum, ei
quoque tribuatur, quoniam etiam Regis fi-
lius dici poteſt; poſtquam eius Pater Cypri
Rex titulatur, ſiquidem nedum ab Anna de
Cypro Sabaudiæ Duciſſa ſucceſſionẽ ducit,
ſed à Regina Carlerta vxore Regis Ludoui-
ci, Ducis Sabaudiæ (ſeu Comitis ſecundum
Oldr. in conſ. 178. & Bald. conſ. 376. lib. 5.
vel Principis, *Signorol. in conſ.* 108.) quæ
ſub die 8. Iunij 1462. liberam ceſſionem
Regni prædicti fecit Carolo Sabaudiæ Co-
miti, ſeu Duci eius proximiori, & inde Ro-
mæ illam confirmauit 27. Februarij 1485.
ſedente tunc Papa Innocentio VIII. & cum

ſuo

suo Breue confirmante. Quinimmo Sabaudiæ Dux iura Imperialia habet, & Duces, & Marchiones crear, *Roland. à Valle cons. 4. num. 41. & seq. lib. 3.* Et nota, istum Eminentiæ titulum fuisse à Iustiniano Imperato-
110 re datum suo Gloriosissimo Prætoriorum per Orientem Præfecto, *vt in §. fin. in auth. ab Illustribus, & qui super casu dignitatem.*

Et tandem ne prætereas istorum DD.Re-
111 gentium super cursu publico curam esse, & merito à solutione portus literarum esse immanes, *l. 2. C. de curiolis, seu curiosis, & stationarijs lib. 12.* & facit *l. euectionum, 6. C. de cursu public. lib. 12.* & supra vers. 3. obs. 3. num. 391. fuit notatum, licet obstare videatur, *l. Iudicibus 9. C. eod. tit.* Estque hodie introductum, vt à sbleendidissimo Rege nostro post laboris palmam, meritis titulis honorentur, ad tradita in *l. 1. C. de Princip. agent. in rebus lib. 11.* iuxta illud *Eccles. 26. num. 26. Vir sensatus non debet esse contemptus, nec vir bellator deficiens per inopiam.* Hinc videmus quasi omnes ipsos Titulatos fore, licito quidem iure honorem
112 appeti posse docet *D. Thom. 2. 2. q. 131. art. 1.* & declarat *Gubernator Christianus Frater Io. Marquez lib. 2. cap. 28.*

Ipsi enim Iudices Principes denominantur aliorum respectu in *l. fin. C. de officio diuers. Iudicum.* vbi quod Aduocatos honorare tenentur, sique Aduocatis ingressus non patuerit, aut reuerentia non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum eis societas
113 denegata, trium librarum auri pœna statuitur in *d. l. fin. & l. 2. C. de proxim. sacrorum scrinior. lib. 12.* Quinimmo, & ipsos audire tenentur, *l. 2. cum glos. C. de vicar. & l. 2. C. de offic. ciuilium Iudicum,* nec debent in eos feroces se ostendere, aut metum inferre, quia metus exercitam quoque eloquentiam debilitat, teste *Tacito lib. 3. Annal. sub num. 11.* sed *glo. in d. l. fin.* sedendi modum limitat secundum dispositá *in l. 1. C. de officio ciuili Iudic.* vbi, quod in horis, vel temporibus, quibus causarum merita, vel facta panduntur, residendi cum Iudice non habent facultatem, & licet in *Pragm. 20. de officio Sacri Cons.* per Regem Ferdinandum Primum fuerit statutum, vt durante postulatione in S. C. stare debeant Aduocati, & in *Pragm. 19. vers. item quod, eodem tit. de offic. S. C.* disponatur, vt in S. C. vertice nudo alloquantur: extra tamen Tribunalia, puta in locis differentiarum, dum Iudices stant, Aduocati stant, & operto capite postulant, sique sedereat, Aduocati quoque sedebunt, & capite operto alloquantur, & vide *Afflict. in constit. Iustitiarios, in fine,* & habemus Ritum *M.C.V. 102.* Nota etiam ex *d. l. fin. C. de offic. diuers. Iudic.* Aduocatos Cameram Officialium in Palatio ingredi posse, ibi, *Quibus etiam Consistorium nostrum ingredi facultas tribuatur,* & diximus supra vers. 3. num. 368. & licet de *Ponte in tract. de potest. Proregis tit. de electione official. num. 30. fol. 134.* dixerit, licentiam Proregis requiri per *glos.* prægrinam à nemine ponderatá *in l. 1. C. de Honorat. vehic. lib. 11.* attamen non facit mentioné de hac *l. fin.* quam supra referimus, expresse hoc determinantem.

De singulis autem Dominis hodiernis Regentibus mentio fiet in vers. 14. obseruat. a vbi videas.



VER-

VERS. VIII.

Con la presente Pragmatica omni tempore valitura ordinamo, & comandiamo, che da quì auanti li matrimonij, che si contraheranno, &c.

Cum præsenti Pragmatica omni tempore valitura, ordinare, & mandare, vt deinceps matrimonia contrahenda, &c.

Pro declaratione istius Vers. obseruabitur.

Primo. Quid sit Pragmatica, & quomodo condenda, & an à Statuto, vel à Banno differat.
Secundo. De Matrimonijs, ac Sponsalibus, deque eorum impedimentis, & effectibus aliqua vsu magis recepta notabuntur.

OBSERVATIONIS I.

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica quid sit.*
2 *Idem est dicere quod causa.*
3 *Ponitur multis modis.*
4 *Futura respicit. si præterita expresse non comprehenderet.*
5 *Arctat subditos contrahentes extra Territorium.*
Potestas in subditos non arctatur Territorio ibid.
6 *Pœna in diuersis Pragmaticis contentæ debent exequi.*
7 *Imposita in pragmatica an censeantur sublatæ alia de iure communi statuta.*
8 *Lex noua antiquam non corrigit, nisi expresse dixerit.*
9 *Pragmatica quando recipit interpretationem per identitatem extrinsecam, vel intrinsecam.*
10 *Statuta an recipiant interpretationem extensiuam, vel comprensiuam.*
11 *Extensio fit ad pœnalia eandem rationem habentia*
12 *Pragmatica differt à Bando.*
Bannum differt à Pragmatica, & quandoque ad terrorem emanatur, ibid.
13 *Durat durante Authore.*
14 *Quando perpetuò durat.*
15 *Quid est, & quomodo sequtur remissius.*
16 *Remittens se ad aliud Bannum ad illud est recurrendum.*
17 *Strictè est interpretandum.*
An extendatur ad mandatarium, si loquitur de mandante tantum, ibid.
Pœna contra mandantem imposita extenditur ad mandatarios, ibid.
18 *Pragmatica differt à statuto.*
Statuta Ciuitatum iura ciuilia vocantur, ibid.
19 *Pariunt actionem condictionis ex lege.*
20 *Sunt stricti iuris, & non connumerantur inter contractus bonæ fidei.*
21 *Leges in facto consistunt, quia futura in incerto sunt.*
22 *Imperio non est vtendum, vbi legibus agi potest.*
23 *Pragmatica quomodo sit emananda.*
24 *Lex bona omni tempore firma, sed in iniusta reuocari debet.*
25 *Campiones olim erant pro dirimendis litibus in Regno, sed sublati fuere.*
26 *Petrarcha supplicauit Regi Roberto pro tollendo abusu Campionum in Regno.*
Ludi permissi ex quibus mors sequatur, quomodo intelliguntur, ibidem.
Matuma ludus permissus, & factus Neap. ob natiuitatem Principis Hispaniarum, ibid.
27 *Alienatio rerum Ecclesiæ est permissa, licet fuerit per prius probibita.*

28 Im-

28 *Imperator non poteſt facere, quin Eccleſia non detur.*
Eccleſia priuilegia ab Imperatore non reuocantur. ibid.
29 *Theſauri conſtitutio reuocata.*
30 *Matrimoniorum prohibitio inter feudatarios eſt reuocata.*
31 *Leges poſſunt mutari, ſi bono melius fuerit inuentum.*

OBSERVATIO I.

De Pragmatica videbimus aliqua, & an à Banno, vel Statuto differat.

1 Pragmatica pōt dici quod eſt ſcriptura facta cum conſilio Procerum, *gloſ. in §. ſancimus, in verbo Pragmatica, in Authent. de non alienandis, vel permutandis rebus Eccleſiæ, & alia gloſ. in autb. ſed & permutare, C. de Sacroſ. Eccleſ. & in tit. C. de diuerſis reſcriptis, & pragm.* ſed *gloſ. in l. 2. C. de quibus muneribus licet excuſare lib.* 10. dicit, quod eſt facta cum conſilio Procerum, & ad exhortationem. At ſi motu proprio fieret, etiam Pragmatica vocatur, prout ita vocauit Imperator Conſtātinus eius donationem factā Eccleſiæ Romanæ, vt notabitur i. verſ. 14. obſeru. 1. num. 68. in fine. Debet enim prius ſolemniter, & ſecretè in Conſiſtorio Principis tractari ante ipſius promulgationem, *l. 8. C. de legib.* licet aliquando ex politica ratione ſolet ante eius publicationem ſuſurrari, ad finem ſentiendi, quid Populus de ea ſentiat, vt alibi notauimus.

Idem enim eſt dicere pragmatica, quod
2 cauſa, & merito pragmatica alio nomine dicitur Conſtitutio ſuper aliqua re promulgata: & aliquando ponitur pro confirmatione,
3 ne, ſiuè ſcriptura ab Imperatore, vel Rege cum cauſæ cognitione ſuper permutatione facta, *gloſ. fin. in c. 1. de rerum permutatione.* Pragmatica futura reſpicit, *l. aſſiduis, C. qui potiores in pign. hab.* ibi, *quam legem ex præſenti tempore locum habere ſancimus, & non retrorſum referimus, & l. vnica, §. fin. in fin. verſ. locum autem, C. de caducis tollend. & habetur in cap. 2. in fin. de conſtit.*
4 & ad cauſas præteritas non trahitur, *§. fin. in auth. de nuptijs, l. lege, C. de legib. §. hac autem, verſ. enim, in auth. de hæred. & falcid. Io. Vinc. de Anna in alleg.* 49. *num.* 3. niſi expreſsè dixerit, *l. fin. C. de pact. pignor. l. leges, C. de legib. & cap. 1. §. præterea Lothariu*s, *de probib. feud. alienat. per Freder.* ratioq; eſt, quia vbi non eſt lex, nec præuaricatio adeſt, vt in *Actibus Apoſt.* 4. ſed ſi eſſet declaratoria reſpiciens futura, trahitur ad præterita, *Decian. conſ.* 63. *vol.* 5. *poſt Dec. in cap. vlt. num.* 13. *de conſtit.* Pragmatica
5 arctat etiam ſubditos contrahentes extra Territorium, quoniam poteſtas ſtatuendi in ſubditos, Territorio non arctatur, *Grat. in deciſ. Marchia* 102. *num.* 2. ſed vide ſupra verſ. 4. obſeru. 4. num. 70. & obligar à die notitiæ etiam ſi publicata non fuerit, *Extrauag. prima de preben. & dignit. verſ. qua autem,* per quam ita notat *gloſ. in c. 2. de reb. Eccl. non alien. in 6. cap. 1. de poſtul. prælat. & l. fin. C. de decret. ab ordine facien.*
6 Verum ſi Pragmatica aliam præcedentem confirmaret, & pœnam augeret, contrauenientes puniri debent pœnis in prima, & in ſecunda contentis, *Bart. in l. fin. C. de aquæduct. lib.* 10. Soletque dubitari, num impoſita pœna per pragmaticā, cenſeatur ſublata
7 alia à iure communi impoſita? *Bart. in l. 1. ff. de vi bonor. rapt.* ponit quæſtio: & dicit,
8 quod lex noua non corrigit antiquam, niſi expreſsè dixerit, *§. tribus in auth. quib. mod. naturales efficiantur legitimi,* quia quod nouo iure non cauetur, relinquitur veteri, *l. præcipimus in fine, C. de appell. Andr. in l. Imperialem nu. 4. circa med. de probib. feud. alien. per Freder.* ſed an pœna iuris communis, & ſtatuti, quis puniendus eſſet, quatenus inter ſe excederent? ponit *Afflict. in proœmio conſtit. Regni q. 7. & Iulius Clarus lib. 5. receptar. ſententi. §. fin. q. 85. verſ. debet etiam.* Pragmatica licet ſit ſtricti iuris. Attamen per identitatem rationis interpre-
9 tationem extrinſecam, & intrinſecam recipit, *l. 1. C. de interdict.* Hinc eſt, quod ſi prohibet alienationem frumenti vltra certā ſummam, ad venditionem farinæ extenditur, *Maſtrill. in deciſ.* 138. licet *Bart. in repetitione l. Cæſar.* 15. *num.* 26. *verſ. Ex quibus concludendum eſt,* dicat, ſtatuta quæ ſunt
10 contra diſpoſitionem iuris, non recipere interpretationem extenſiuam, nec reſtrictiuā: ſed non dicit, de interpretatione comprenſiua, & *Vincent. de Franch. in deciſ.* 570. ait
11 fuiſſe extenſam Pragmaticam ſimilem rationem habentem in cauſis criminalibus, & diximus ſupra verſ. 6. obſeru. 3. num. 11. & aliqua notat *Gizzarellus in deciſ.* 3. licet in pœnis non fiat extenſio de caſu ad caſum, *cap. in pœnis, de regul. iur. in 6. Afflict. deciſ. 21. num. 7.* tamen in aliquibus extenſio fit, vt infra hic num. 17. & ad delicta grauiora extenditur, vt infra hoc verſ. 8. obſ. 2. nu. 31. in fine.

Pragmatica differt à Banno, siquidem
12 pragmatica est lex perpetua, Bannum verò solet esse temporale, & quandoque ad terrorem, & non semper executioni demandatur, *Bald. in addit. ad Speculat. §. sententia, in verbo Banna*, *Grama. in decis. 36. in*
13 *princ.* & durat donec durat Author Banni, *Bald. in l. 1. C. de postul. Afflict. in dec. 290. circa med.* per multa ibi allegata, vbi quod Banna Regentis M. C. V. durant, donec eius officium durat; limita tamen quando in bā-
14 no esset apposita clausula, *omni tempore valiturum*, & fit à potestatem habente, cum eisdem solemnitatibus, cum quibus pragma-
15 tica conditur: tamen quid sit Bannum, & quid sub eo comprehendatur, & quando eius pœna remitti possit, declarat noster *Andr. in §. Banno Imperiali, de statutis, & consuetud. num. 4. & seq. & habetur in l. item nulla, C. de Episcop & cleric.* Sique Bannum ad aliud Bannum se remittit, oportet ad il-
16 lud Bannum recurrere, si nouum Bannum certam formam non dat; sin verò formam certam daret, non est opus illud videre, *Bald. in §. de illa qualiter feudū alienari possit*, est
17 autem Bannum strictè interpretādum. Hinc est, quod excommunicatio posita contra loquentes cum monialibus, non extenditur ad scribentes literas, secundum *Dianam Moral. result. in tract. 2. Miscellaniarum resolut. 34. fol. 124.* sed cogita an ex mente comprehensiua statuentis ad euitanda mala bene dicat, ad quod videas supra hic num. 9. sique aliquid contra mandantem statuitur, ad mandatarium extenditur, *Bald. in rap. 1. in fine, qui successores teneantur*; quod est notandum: & ideo quia pragmatica contra mandantes, & mandatarios in delictis assassinij loquebatur, fuit extensa ad cautelam contra mediatores, etiam diuersos, *vt in pragmatica edita per D. Cardinalem Zapatam 29. Augusti 1621.* sed secundum dictam doctrinam *Baldi* videtur superflua, tāto magis, qu a ex vi extensiua, & comprehensiua comprehendebantur in pœna prædicta assassinij, & ita tenebat ante eam *D. Rouitus in pragm. 1. de assassin. in fine, & Caeber. in decis. Pedem. 67. num. 12.* vbi quod extenditur ad casum omissum, quando si statuentes fuissent interrogati, sic verisimiliter respondissent; & similiter quando eadem esset ratio, statutum extenditur de casu ad casum, vel ad euitandum absurdum, vt per *Cassan. in consuetud. Burgund. in verbo tonelubo, & approbatio fol. 1503.* vbi videas 33. casus in quibus statutum extenditur de casu ad casū.
18 Pragmatica differt quoq; à statuto, siquidem statuta Ciuitatum iura ciuilia vocantur, *l. omnes populi, ff. de iust. & iur. §. ius autem, & §. si ius, & §. naturalis, instit. de*
19 *iure naturali*, & ideo ex statutis Ciuitatum oritur actio conditionis ex lege: quia sunt stricti iuris, & ad literam intelligenda, & si generaliter loquuntur generaliter sunt intelligenda, *Andr. Gall. pract. obseruat. lib. 2.*
20 *obseruat. 33.* & non connumerantur inter contractus bonæ fidei. *§. actionum, institut. de action. Ang. in tract. de malefic. vers. de pœnis nu. 37. fol. 327.* Hinc est, quod si statutum tollit omnes exceptiones, non tamen tollit exceptiones ex alio statuto prouenientes secundum *Bart. in l. 1. §. & parui, circa med. vers. vtrum possit opponi, ff. quod vi, aut clam, Hipp. de Marsil. in singul. 293. incip. statutum tollens*, vbi alia pulchra quoad extensionem statuti.

Fuit enim hæc lex condita pro statuendis
21 rebus futuris, quia ad decisa non trahitur, *l. causas, C. de transact.* & quæ ante eam legitimè facta sunt, firma permanent, atque subsistunt, *Molin. in tract. commerciorum q. 14. num. 139. Gayllus lib. 2. obser. 9.* & capitula matrimonialia de præterito non tangit, vt in ea; nam ideò leges in facto constituuntur, quia futura in incerto sunt, & nō
22 vtendum est Imperio, vbi legibus agi potest, *Cornelius Tacitus in lib. 3. annalium sub num. 9.* extenditurq; per totum Regnum, vt in ea: & licet de iure, pragmatica loquēs de Prouincialibus, intelligitur valida in Ciuitate, & è contra, *l. fin. C. de adific. priuatis*, idemq; est de quatuor capit. Regni prouidentibus circa violentias, *vt in capit. ad præsidentis spectat officium, cum tribus seq.* quæ diriguntur Prouincijs; & seruantur in Ciuitate.

Pragmatica non ad singulorum preces
23 condenda est super priuatis negotijs; sed quando corpus, aut schola, vel officium, vel curia, vel Ciuitas, vel Prouincia, aut quædā Vniuersitas hominum ob causam publicam preces fuderit, *l. fin. C. de diuers. rescript.* & ad dignoscendum si est generalis, vel particularis, perquire *l. 3. C. de legibus*.

Et tandem nota, quod lex bona, omni tē-
24 pore debet esse firma, mala autem debet abrogari, quod seruatur etiam in legibus Tyranni, *secundum Gubernatorem Christianum in lib. 1. cap. 8. circa fin. post D. Thom. in lib. 2. de regim. Princip. cap. 6. & Bodinum de Republ. cap. 5.* Mandauit enim Senatus, ita, *quæ Tyrannus contra ius rescripsit, non valere præcipimus, legitimis eius rescriptis minime impugnandis.* Hinc est quod Cōstitutiones Regni à Federico Imperatore excommunicato, *vt in cap. ad Apostolica de sentent. excomm. in 6.* promulgatæ, obseruantur, aliquæ vero derogatæ fuerunt: ait enim

enim *Arist. in congratul. Samyrum. Propria sunt humani generis mutationes*: & multa sunt temporum miracula. Legitur in *Bodinus lib. 2. cap. 5. de republic. per Fratrem Io. Marquez Gubernatorem Christianum*, Neronem in primis quinque annis laudabilius gubernasse, omni alio, vt Traianus Imper. testabatur. Hinc est, quod sublatæ fuerant
25 Constitutiones Regni, *nullus Campio. cum trib. sequent.* in quibus dabatur modus Campionibus ad pugnandum pro dirimendis litibus, quod abusum detestatur *Petrarcha* in epistola ad Ioannem Columnam exarata,
26 vbi affirmat ad eius instantiam à Rege Roberto fuisse sublatum, quod etiam vide eundem de remedijs vtriusque fortunæ cap.
At si vis videre materiam Campionum latè tractatam, perquire templum Iudicum *Lancellotti Conradi in parte 2. in tit. de provocatione fol. 41. & seq.* idemque habemus in *l. vnica, C. de gladiat. lib. 12.* vbi quod cruenta specula ludi, in quibus mors, vel sanguis sequeretur, prohibentur. Sed si in similibus ludis, aliquis agitans moreretur, non est pœna, *l. 2. C. de Spectulis lib. 11.* Indi vero in primo Maj soliti, qui maiuma dicuntur, non prohibentur, *l. vnica, C. de maiuma, lib. 11.* & isti ludi maiumæ fuerunt inter alios facti ante palatium D. Proregis 26. Decembris 1629. ob lætitiam natiuitatis nostri Principis Hispaniarum, Ducis Calabriæ 1. Octobris 1629. Malæ enim leges abrogentur, vt euenit de infrascriptis; etenim aderat *Constit. Regni, Prædecessorum nostrorum*, qua disponebatur, vt res stabiles red-
27 dititiæ Regiæ Curiæ Religiosis, aut Ecclesijs, non alienentur, vbi *Afflict.* dicit, esse derogatam, tamquam contra libertatem Ecclesiasticam, per *cap. Regni, Item statuimus, quod possessores, fol. 315.* talia enim statuta, vt bona non alienentur in Ecclesiam, non valent, *Martin. Lauden. in tract. de Princip. et Petrus Pecebius in tract. de amortizatione bonorum cap. 6.*
Et propter tale statutum Papa Paulus V. declarauit excommunicatos DD. Venetos 26. Aprelis 1606. licet inde fuerunt absolu-
28 ti; non enim potest Imperator tollere priuilegium, vt Ecclesiæ dare non possimus, *Camer. in l. Imperialem fol. 23. at. lit. N.*
Et similiter Guilielmus (il Malo) condérat legem, vt pecuniæ, & thesauri inuenti sint Fisci, & non DD. Terræ, in qua fuerint inuenti, vt in *constit. pecuniam*; & per Carolum
29 Secundum fuit reductum ad ius Romanorũ, *vt in cap. Regni, quia non decet Principem*, sed hodie quomodo intelligatur, ponit *Regens de Ponte in tract. de potest. Proreg. sub tit. de Thesauris, & supra diximus vers. 5. obseru. 3. num. 26. & seq.*
Et eandem per aliam *Constitutionem Regni, Honorem*, erat prohibitum feudatarijs
30 matrimonia contrahere absq; consensu Curiæ, sed per aliam *Constitut. Sancimus*, fuit correcta, & sic etiam per *cap. Regni item statuimus, quod licitum sit Baronibus, & per S. C. Tridentinum sess. 24. de reformat. c. 1.*
Sequitur ergo conclusio, quod bonæ leges
31 sunt continuandæ, etiam si à Tyranno promulgatæ fuerint, ait *in D. Thomas in 1. 2. q. 96. art. 1.* quod leges ex tempore mutari possunt, & quando occurrit aliquid melius mutari debent, vt *ibid. art. 2.*

OBSERVATIONIS II.

SVMMARIVM.

1 *Mariti animaduertere debent, ne fæminæ modũ excedant, & alia considerare.*
2 *Matrimonia libera sint, & prohibitio circa ea est nulla.*
Et quomodo probantur, ibidem.
3 *Aliquando ex causis cum mandatis Regijs impediuntur.*
4 *Mandata fieri ad impedienda matrimonia quando possunt.*
5 *Mulieribus quomodo fiunt mandata circa matrimonia contrahenda.*
6 *Matrimonium diuersimodè diffinitur.*
7 *Quid est.*
8 *Est Sacramentum.*
9 *Sacramentum Matrimonij quid operatur.*
10 *Matrimonium operatur neadum corporum, sed animarum coniunctionem.*
11 *Mulieres viris subsunt, & acerrimè reprehendendæ, quæ maritis præsunt.*
Vxores, quæ maritis præsunt acerrimè reprehendendæ, ibid.
12 *Sapientes viris obediunt, & quæ non sapiunt, viros spernunt.*
13 *Assueri vxor propter inobedientiam repudiata.*
14 *Maritus ab vxore verberatus quomodo puniatur in Gallia.*
Vicinus mariti vapulati ab vxore quid patiatur in Gallia, ibid.
15 *Vxor de iure Romano remanet in potestate patris.*
Sequitur forum viri, & dignitatem patris, ibid.
16 *De iure Gallorum, & aliorum, est sub potestate viri.*
17 *Sine consensu viri contrahere non potest.*
18 *Maritus plus vxorem, quam parentes ama-*

re tenetur.

19 *Non debet uxorem relinquere & ad bellum ire.*

20 *Amicitia est anima una in duobus corporibus.*

21 *Perfecta affabilis dicitur.*
Duo ei opponuntur.

22 *Est specialis virtus.*

23 *Uxoris bona beatus vir, anni eius longeui super terram.*
Leuamentum nil dulcius, ibid.

24 *Bona tanta maior laus, quam in mala plus culpa.*

25 *Instrumentum est potentius ad instruendum virum.*

26 *Fides uxoris sanctificat virum.*

27 *Angeli neque nubunt, neque nubuntur.*

28 *Quos Deus coniunxit, homo non separat.*

29 *Adulteri, qua pœna puniendi. in fin.*

30 *Adulterium diuortium causat quoad Thorum, ibid. & num. 31.*
Diuortium causatur ob adulterium, & alia ibidem.
Sodomia tentata causat diuortium, ibidem.

30 *Matrimonium non dissoluitur per mortem ciuilem, etiam gloriosam, vel spiritualem.*
Sed quid in matrimonio rato, & non consummato, ibid.

31 *Propter adulterium fit separatio quoad Thorum.*

32 *Quid est, & quare sic dicitur.*

33 *Mater tenetur filium lactare, ac etiam alere per triennium*

34 *Partus sequitur ventrem.*

35 *Matrimonium est multiplicis iuris.*

36 *Quando à Iudice seculari, vel Ecclesiastico cognoscatur.*

37 *Aut clandestinum, aut verum dicitur.*

38 *Aut est initiatum ratum, aut consummatum.*

39 *Carnalis copula, non est de necessitate matrimonij.*

40 *Legatum factum puella cum nupserit, per matrimonium ratum debetur.*

41 *Uxor bonorum morum debet eligi, & non diuitiæ, vel pulchritudo.*

42 *Dos requiritur proferendis oneribus matrimonij.*

43 *Filia se maritanti contra voluntatem patris, quomodo debeatur dos. limita, ut in num. 45.*
Pater tenetur dotare filiam se maritantem contra suam voluntatem, ibid.
Et etiam filiam spuriam num. 44 limita, ut in num. 45.

44 *Spuria filia debet dotari, & de dote disponere potest, etiam quod sit loco alimentorum.*

45 *Pater non tenetur ad dotem, si filia maritatur ob pulchritudinem, aut nobilitatem.*
Filiam maiorem maritare prius debet, ibid.

46 *Sponsalia sunt promissiones de futuro.*
Quomodo contrahantur nu. 48.
Unde dicantur, & qua verè sint, ibidem.

47 *Sponsus quando obligatur seruare sponsalia, & promissa cum iuramento.*

48 *Sponsalia de futuro operantur, ut inter sponsos liceat sint amplexus, & oscula.*

49 *Contrahentes tenentur stare promissis*

50 *Sponsalia de futuro per aliud matrimonium de præsenti franguntur.*

51 *Multis modis soluuntur.*

52 *Ante septennium sunt nulla ipso iure.*

53 *Differunt inter maiores, & minores, & quare.*

54 *Malitia quando supplet ætatem.*

55 *Sponsa an sit sub potestate sponsi, sicuti uxor sub potestate viri.*

56 *Bannimenta licet requirantur in matrimonijs, tamen ex causa possunt abbreuiari, & remitti ab Episcopo, vel eius Vicario.*
Publicationes, seu bannimenta possunt remitti, ibid.

57 *Iustus timor remittendi bannimenta in matrimonio, quando dici potest.*

58 *Confessio, & Communio ante matrimonium præcedere an debeant.*

59 *Essentialia debent interuenire in qualibet re, & signanter in matrimonio.*

60 *Causa efficiens in matrimonio, qua.*

61 *Formalis, qua.*

62 *Interrogatio an debet fieri prius uxori, quàm marito.*

63 *Causa finalis matrimonij, qua.*

64 *Luxuria cum maximè delectat extinguitur, citò implet, & tedio est.*

65 *Uxorati debent præferri non uxoratis.*

66 *Filios habens præfertur non habenti, sed fallit in electione Regis Tracia.*

67 *Matrimonium quando annullatur ex defectu causæ efficientis, formalis.*
Materialis, vel finalis.

68 *Quando annullatur ex defectu ætatis.*

69 *Quando ex defectu morbi*

70 *Quando ex dolo extrinseco.*

71 *Quando ex fictione alicuius coniugum.*

72 *Promissio facta coram Parocho, & testibus, facit*

facit matrimonium valere, non obſtante, quod coram Deo eſſet nullum.

73 *Regis Franciæ Matrimonium cur annullatum fuit in anno* 1572.

74 *Caroli Magni matrimonium annullatum propter ſterilitatem vxoris.*

Matrimonia ex diuerſis cauſis annullata referuntur, ibid.

75 *Matrimonia quomodo annullentur ex defectu cauſa formalis.*

76 *Hora debet apponi in matrimonio contracto per procuratorem.*

Matrimonio contracto per procuratorem debet apponi hora, ibid.

77 *Matrimonium nullum ex defectu cauſa finalis, quando.*

78 *Impedimenta temporis matrimonij contrahendi quando, & 79.*

79 *Impedimenta dirimentia matrimonium ſunt duodecim.*

80 *Matrimonium annullatur ex cauſa erroris perſona, &*

Errans non conſenſit, ibid.

81 *Vxores Angliæ in prima nocte alteri traduntur, & quare.*

82 *Matrimonium annullatur ex cauſa conditionis.*

83 *De iure ciuili non erat cum Ancillis; ſecus de iure canonico.*

84 *Dominus non poteſt impedire ancillas ſuas ad non contrahendum matrimonium.*

85 *Conditiones impoſſibiles in matrimonio habentur pro non appoſitis. ibid.*

Legatum factū puellæ ſi conſanguineo nupſerit, licet de iure ciuili. ibid.

86 *Debet adimpleri conditio, ſecus eſt de iure canonico.*

87 *Si eſt factum, vt nubat indigno, valet legatum, & conditione non adimpleta.*

88 *Conditiones ſuſpenſiua, & reiicienda in matrimonio.*

89 *Votum Religionis ſimpliciter quando matrimonia impedit.*

90 *Religionis, differt à voto caſtitatis.*

91 *Monachus profeſſus ſi ducit vxorem, quid agendum.*

92 *Maritus inueniens vxorem in adulterio, poteſt eam occidere, vel Religionem ingredi, vel clericum ſe facere viuente vxore.*

Vinum bibere mulieribus Romanis, & in Latio exiſtentibus, erat prohibitum, ibid.

93 *Vouens Religionem ſi efficiatur Epiſcopus, tenetur votum adimplere.*

Votum perpetuæ cōtinentiæ inter coniuges mutuo conſenſu factum, valet, ibid.

94 *Cognatio legalis, quæ.*

95 *Adoptio quando dicitur, & quando impedit matrimonia, & num. 96.*

96 *Cognatio ſpiritualis vſque ad ſecundum gradum.*

97 *Quid eſt.*

Filij ſpirituales Epiſcopi baptizantis, ſeu confirmantis dicuntur, ibid.

98 *Filij ſpirituales non dicuntur qui, vel qua audiuntur in confeſſionibus*

99 *Dicuntur tamquam ex reuerentia, ſed non quod contrahatur cognatio ſpiritualis.*

100 *Sollicitantes in confeſſione puniuntur in Sancta Inquiſitione.*

101 *Cognatio ſpiritualis contrahitur per actū perſonalem, & ideo per procuratorem non contrahitur.*

102 *Procuratore mediante non contrahitur cognatio ſpiritualis.*

Fallit in Principibus, ibid.

103 *Iuramentum fidelitatis poteſt præſtari per procuratorem.*

104 *Cognatio ſpiritualis vſque ad quem gradum.*

Quos effectus parit, ibid.

Quando non contrahitur, ibid.

105 *Cognatio naturalis, quando dirimit matrimonium.*

106 *Equi exemplum notab. qui cognouit matrem.*

Elephantus Neapolim venit, & eius deſcriptio, ibid.

107 *Vinculum naturale eſt ſufficiens ſatis ad amicitias habendas.*

108 *Cognatio ſpiritualis vſque ad quem gradū extendebatur tempore antiquo, & ad præſens.*

109 *Impeditur matrimonium ex cognatione naturali, cum vno teſte.*

110 *Multa facta tenent.*

111 *Diſpenſatio in matrimonijs contrahendis quando poteſt fieri ab Epiſcopo.*

Epiſcopus vſque ad quem gradum diſpenſare poteſt, ibid.

112 *Debet diſpenſationem facere cū iuſta cauſa.*

Papa poteſt diſpenſare abſque iuſta cauſa, ibidem.

113 *Diſpenſandi cauſa de ſtilo Curia Romana tres ſunt.*

114 *Gratia contrahendi matrimonium non expirat per mortem Papæ.*

115 *Matrimonium ſeparatur ex cauſa criminis.*

Et quando non, ibid.

116 *Diſſoluitur ex diſparitate cultus.*

117 *Inter infideles eſt ſicut contractus*

OBSERVATIO II.

Quid sit matrimonium, & quotuplex, quidue sint sponsalia, & quot: & multa circa impedimenta matrimonij, ac circa subsequentia, & effectus ipsius.



CVmque simus in hac materia quam aliquantulum circa magis verfabilia diffuse tractare non piguit, pro cognitione ipsius, plura sunt considerando, vt infra (licet *Eminentiss. Cardin. Belarminus in lib. vnico de Matrimonio in 3. tomo suarum disputationum in fine*, septem examinet controuersias in hac materia, vbi plurima videre poteris.)

Primo enim aduertant mariti, ne in eo
1 culpa sint, vt vxores modum excedant, secundum doctrinam *Tacit. in 3. lib. annal. sub num. 6.* notentque aliud eiusdem *Taciti*, ibi, *ob vnius, aut alterius imbecillum animum, male eripiunt maritis consortia rerum secūdarum aduersarumque: simul sexum natura inualidum deseri, & exponi suo luxu cupidinibus alienis, vix praesenti custodia manere illaesa coniugia: quid fore si per plures annos in modum dissidij obliuiscerentur? Aulus* autē *Gelius in lib. 1. c. 17. noct. attic.* refert Socratis Philosophi patientiam erga Xantippe eius vxorem morosam, & iurgiosam adeo, vt irarum molestiarumque muliebrium per dies, perque noctes scateebat, interrogatusque Socrates cur mulierem tam acerbam domo non exigeret, respondit, *cum illā domi talem perpatior, insuesco, & exerceor, vt caeterorum quoque foris petulantiam, & iniuriam facilius feram.* & Varro de vxore scribendo, ait, *Vitium vxoris, aut tollendum, aut ferendum est*, qui tollit vitium, vxorem commodiorem praestat, qui fert, se meliorem facit.

Etenim matrimonia libere, & publice
2 contrahenda sunt, vt in S. C. Tridentino de refor-

reformat. matrim. ſeſſ. 24. *cap.* 1. & fundat
Conſiliar. Paſcal. in tract. de viribus patr.
poteſt. par. 3. *cap.* 2. & ſancitum eſt in *Con-*
*ſtit.*Regni *Sancimus*, non obſtante alia *Con-*
ſtitutione, *Honorem*; quæ prohibebat fieri
matrimonium à feudatarijs abſq; conſenſu
Curiæ, quæ iam correcta eſt per *Capit. Re-*
gni, Item ſtatuimus, quod licitum ſit Baroni-
bus, & *Pariſ. in conſ.* 29. *vol.* 3. Probaturq;
matrimonium per diutinam cohabitationẽ
decennij cum fama, & alijs adminiculis:
actuumque particularium probatio ſuccedit
loco inſtrumenti, *Abb. in cap. ſcribam*, *ante*
num. 9. *de præſumpt.* & late diſputat *D. de*
Ponte in conſ. 3. *vol.* 2. *per totum*, & *ſignan-*
ter num. 115.

Eſt verum, quod ſolent ſuperiores facere
3 mandata ne contrahantur matrimonia in-
conſulto D. Prorege, vel S. C. quæ practica
ſumpta eſt, *ex l.* 1. & *l. vidua*, *C. de nuptijs*,
& per prius ex *Geneſi* 28. ibi, *Noli accipere*
coniugem de genere Canaam. & *ex cap. cum*
locum de ſponſal. vbi *glo.* & omnes DD. & ita
vbique obſeruatur, ſecundum *Io. Fabr. in*
l. 1. *C. de nupt.* & *Luc. de Penn. in l. facultas*
num. 11. *C. de iure fiſci lib.* 10. & *Molin. de*
Hiſpan. primogenit. lib. 2. *cap.* 13. *num.* 28.
multaq; circa hanc materiam ponunt *Pariſ.*
in conſ. 29. *num.* 49. *vol.* 3. & *Regens de*
Ponte in tract. de poteſt. Proreg. ſub tit. de
aſſenſ. Regijs ſuper dot. tit. 6. *nu.* 48. & *ſeq.*
4 *fol.* 253. vbi etiam de ſequeſtro mulierum
5 pro contrahendis matrimonijs, habes in
num. 53. At in quibus caſibus Iudices Ec-
cleſiaſtici, vel ſeculares ſint Iudices compe-
tentes, notat *Vincent. de Franch. in deciſ.*
130. & videbis infra hic num. 36. & 144.

Matrimonium à Doctoribus diuerſimodè
6 diffinitur in *§.* 1. *inſtit. de patria poteſt.* & *in*
l. 1. *de ritu nupt.* & *per Diuum Thomam in*
4. *ſentent. diſt.* 41. & *ab Innoc. in cap.* 1. *de*
ſponſal. nos autem diffiniri poſſe credimus
ita: Matrimoniũ eſt Sacramentum Eccleſię,
7 quo viri, & vxoris legitima coniunctio fit,
indiuiduam vitæ conſuetudinem continens;
vt per gloſ. & *DD. in cap. fin. de conuerſ. fi-*
delium. Gentiles vero dicebant, quod eſt
prima ſocietas, Vrbis principium, & Reipu-
blicæ Seminarium. at ſequendo primam dif-
finitionem, dicas.

Eſt Sacramentum, id eſt, vnum ex ſeptem
8 Sacramentis, *vt in Sac. Conc. Trid. ſeſſ.* 24.
cap. 1. & latiſſimè probat *Eminentiſſimus*
D. Cardin. Bellarminus in 3. *tomo diſputat.*
fol. 1286. *cap.* 1. *de Matrimonij Sacramento*,
lib. 1. *cap.* 2. Et pertinet ad bonum cõmune
corporale ad ſobolem procreandam, & ad
Rempublicam replendam, *l.* 1. *ff. ſolut. matr.*
D. Thom. in addit. tertia 3. *par. q.* 65. *art.* 3.
Sacramentum quidẽ hoc operatur, vt inter
9 coniuges adſit mutuus amor cum pace, &
quiete, ac cum indiſſolubili amoris vinculo:
per matrimonium enim nedum corporum,
ſed etiam animarum fit coniunctio, poſtquã
10 vir poteſtatem ſui corporis non habet, ſed
vxor; & è contra: quod intellige quoad red-
ditionem debiti coniugalis, & non vt vxor
dominetur viro: quoniam hoc turpe eſſet,
Tiraquell. in l. condub. gloſ. 1. *par.* 1. *nu.* 17.
fol. 4. vbi, quod ſicuti laudandæ ſunt mulie-
11 res, quæ ſuis ſubſunt viris: ita acerrima
repræhenſione digniſſimæ, quæ maritis præ-
ſunt, atque diſplicent, eos contemnendo,
nullam omninò de eis habentes rationem:
Exemplumque affert Euripidis in Oedipo;
Vxor, quæ ſapit, Viro inſeruit, quæ non ſapit,
12 eum ſpernit. Hinc *Senec. in Prouerb.* dixit,
Caſta ad virum Matrona parendo imperat.
Eſt & illud memorabile *Eſther* 1. de Vaſti
13 Regina, quæ Aſſueri mandatum ſpernens,
fuit repudiata. Et *Boer. in deciſ.* 297. *nu.* 14.
tomo 2. affirmat, maritum paſſum ab vxore
vapulari per Ciuitatem ſuper Aſinum eſſe
ducendum per proximiorem vicinum, qui ſi
14 hoc facere reluctauerit, pœnam centum
aureorum ſoluere teneatur. Hinc ex omniũ
Nationum more introductum eſt, Mulieres
capillos longos defferre, ex modeſtiæ pro-
batione, & ex obedientia, & reſpectu debitis
viro, in ſignum quorum natura cepit faciem
capillis tegere, ita *Gubernator Chriſtin. Fr.*
Io. Marquez lib. 1. *cap.* 30. *col.* 7. *fol.* 188. *poſt*
D. Paulum 2. *ad Corint.* 11. ibi, *Vir quidẽ*
ſi comam nutriat, *ignominia eſt illi: Mulier*
vero ſi comam nutriat, *gloria eſt illi, quoniã*
capilli pro velamine ei dati ſunt.

Ex his inferas, quod vxor ſequitur fo-
rum, & dignitatem mariti, *l. mulieres* 13.
C. de dignitatib. lib. 12. ſique vir eſt nobilis,
talis mulier, patris, & aui retinet conditionẽ,
alias ſecus, *l.* 1. *eod. tit.* & *l. edicimus* 7. *C. de*
murilegulis lib. 11. vbi gloſa, ſicuti & mater
illuſtratur radijs filij, & nurus radijs ſoceri,
l. fin. C. de incolis lib. 10. ſed ſoror non illu-
ſtratur radijs fratris, nec filia pro patre, vt
per *glo. ibid.* Tamen ex lege Romanorum
15 in poteſtate patris, & non mariti remanet,
l. 1. *in fin. cum lege ſeq. C. de liber. exhiben.*
& *l.* 2. *§. quod ſi in patris*, & *l. quoties, ff.*
ſolut. matrim. & *Tiraquell. in d. glo.* 1. *in*
princ. Verum ibi refert, de iure Gallorum,
Longobardorum, Hebræorum, & Naturæ,
ſub poteſtate viri fuiſſe, & eſſe: Maritus enim
vxoris Princeps eſt, eique iubet, *Eſther* 1 *in*
fine, & in tantum eſt in poteſtate viri, quod
17 ſine eius conſenſu contrahere non poteſt,
ſique

ſique aliter cōtraheret, nec naturaliter obli-
garetur, nec iuramentum obſtaret, quoniam
contractus non valet, cum nil reperiat con-
firmabile, *Tiraquell. in gloſ. 4. verſ. ne peut.*
per tot. & ſignanter *num. 26. in tom. 2. fol.*
287. at in *l. velles C. de reuocād. donat.* habe-
tur, quod vxor poteſt donare ſine conſenſu
viri, vbi *gloſa* limitat non valere ſi iure Lon-
gobardorum viueret, de iure autem conſue-
tudinario Neapolis, vxor cum conſenſu viri
bona ſtabilia alienare poterit, & non aliter,
vt in *conſuetudine bona, ſub tit. de contract.*
inter virum, & vxorem fol. 180. & ibi DD.

Dicitur etiam coniunctio ex illo *Geneſ. 2.*
& *Matth. 19.* ibi, *propter quod, relinquet ma-*
trem, & patrem ſuum, & adhærebit vxori
ſuæ, & erunt duo in carne vna; amore enim
18 & charitate cenſentur vna perſona, *argum.*
l. fin. C. de impuber. & alijs ſubſtitut. vir tū
circa reuerentiam potius tenetur parenti-
bus, ſed circa amorem, plus tenetur vxori;
& vxorem præferre debet omnibus ſuis con-
ſanguineis: eamque ſequi debet, & diuitijs
prouidere, *Iudith. 8. num. 7.* nec eam relin-
quere, & ad bellum ire debet, vt *Deuteron.*
19 24. quia vxoris bonæ beatus vir, numerus
enim annorum illius duplex, *Eccleſ. 24.* & è
conuerſo intelligas de marito bono erga v-
xorem: ſunt enim coniuncti in charitate
amicitiæ, quæ eſt anima vna in duobus cor-
20 poribus poſita, vt latè per *Cicer. de amicitia,*
cui titulus eſt, *Lælius*, quem ſequitur *Aulus*
Gellius lib. 17. cap. 5. addens, quod ſine in-
tereſſe debet eſſe amicitia, ibi, *quid ergo*
Aphricanus indigens mei? nec ego quidem
illius, ſed ego admiratione quadam virtutis
eius, ille viciſſim opinione fortaſſe nonnulla
quam de meis moribus habebat, me dilexit,
auxit beneuolentiam conſuetudo: merito in-
21 tellige de amicitia perfecta, quæ affabilitas
dicitur, cui & ſi duo vitia opponuntur, adu-
latio, & litigium, *ſecundum Diuum Thomam*
2. 2. *q. 114. art. 1.* ibi, *quæritur vtrum ami-*
22 *citia ſit ſpiritualis virtus*, & concludit affir-
matiue per *Eccleſ. 5.* & in *quæſt. 115. & 116.*
improbat adulationem, & litigium: & hæc
quoad amicos, de quibus aliqua diximus ſu-
pra in verſ. 1. obſeru. 3. num. 60. & ſeq. qui-
bus adde, quod amicus offendens magis gra-
uat, *Andr. in cap. 1. num. 10. quibus modis*
feud. amit. per *Pſalmum 54.* ibi, *Si inimicus*
meus male dixiſſet mihi, ſubſtinuiſſem vtique,
& ſi is, qui oderat me, ſuper me magna locu-
tus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo; Tu
vero homo vnanimis Dux meus, & notus
meus. Sed quoad virum, & vxorem à Deo
coniunctos, anima vna eſt cenſenda, *cap. ſtul-*
titia 27. q. 2. Diuus Thom. 2. 2. q. 26. art. 11.

Et quæ maior amicitia quam in viro, & vxo-
23 re bonis, *Tacit. in 3. lib. annal. ſub num. 6.*
ait, *ſed reuertentibus poſt laborem quid hone-*
ſtius, quam vxorium leuamentum, docetque
Niceph. nil animo iocundius, quam id vide-
re, & audire, quod deſideratur, & in vita Iu-
lij Agricolæ ſub *num. 2.* dicit Tacit. *quod in*
bona vxore tanto maior laus, quanto in mala
24 *plus culpa eſt*; vxor enim eſt pars corporis
viri, *vt in conſtitut. Regni, poſt Mundi ma-*
chinam, & *Diuus Chriſoſtomus in Ioann. ho-*
mil. 60. ait, *nil potentius muliere bona ad*
25 *inſtruendum, & informandum virum qua-*
cunque voluerit, neque tam leuiter amicos,
neque Magiſtros, neque Principes patietur,
vt coniugem admonentem, atque conſulentē.
Diuuſq; Paulus ad Corinth. 2. inquit, *San-*
ctificatus eſt vir infidelis per Mulierem fide-
lem, & in l. fin. C. de Epiſcop. & Cleric. ha-
bemus, quod vxores interdum viros melio-
res effecerunt; quampluri maq; exempla af-
fert *Tiraquell in legib connubial. gloſ. 1. nu.*
19. part. 11. fol. 197. in to. 2. coruſcat etiā
maritus fælicitatibus vxoris, ſicut è contra
l. fin. C. de nupt. & multa alia refert *Regens*
de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. in §. 1.
de diuerſ. prouiſ. fieri ſolitis fol. 498. & ſeq.

Dicitur enim matrimonium coniunctio
viri, & mulieris, ad differentiam brutorum,
quæ etiam ſunt mares, & fæminæ, & coniun-
guntur: & intellige vnius mulieris, & vnius
viri, *l. eum, qui duas, C. ad l. Iul. de adulte-*
rijs, c. gaudemus, de diuortijs. Dicitur etiam
27 viri, & mulieris, ad excludendum Angelos,
qui neque nubunt, neque nubuntur; non
obſtante illud *Geneſ. 6.* ibi, *Filij Dei, filias*
hominum ducunt, quia *gloſ. in cap. cum igi-*
tur, §. quamuis 35. q. 1. declarat, quod Filij
Dei, ibi, intelliguntur de familia Seth, quæ
amore ſuarum vxorum idola non colebat, &
ideo fuit eis conceſſum, vt ducerent vxores
de Tribu ſua. Filij autem Cain, qui colebant
Idola propter vxores, dicti ſunt filij hominū,
vt ibidem.

Sequiturque diffinitio, legitima coniun-
ctio, ideſt, vt fiat matrimonium inter perſo-
nas à lege permiſſas, & legitimè, ideſt, vt mu-
lier honeſta ſit, & vt fornicariè non viuat,
ſecundum Apoſtol. ad Hebreos 13. Sit inter
vos cohors immaculatus, & honorabilis con-
iunctio, & apud Romanos ſecundum *Plu-*
tarchum in vita Numæ, ac Lycurgi, verſ.
quapropter. Spurium Corninum primum
fuiſſe legitur, qui diuortium fecit, & *Aulus*
Gellius in lib. 4. noct. acttcar. aſſerit fuiſſe
ex ratione, quia liberi ex ea vxore, corporis
vitio non gignerentur anno Vrbis conditæ
523. dicitur etiam legitima, vt fiat ſecun-

dum dispositionem *Sacr. Conc. Trident. sess.* 24. *cap.* 1. Subsequitur, indiuiduam vitæ con-
28 suetudinem continens, quia quod Deus cõiunxit homo non separat, *cap. quos Deus* 33. *distinct.* est enim matrimonium vinculum
29 indissolubile, & si propter adulterium diuortium fieri potest, *cap. gaudemus, de diuortijs,* quod intellige quoad torum, & non quoad vinculum matrimonij: siquidem vir aliam ducere non potest vxorem, nec è contra, vt in *Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 5. 6. *&* 7. etiam si timor mortis superueniret: adhuc enim separatio quoad Thorum est facienda, & tali casu non est tradenda vxor viro, etiam si cautionem de non offendendo præstaret, *Decian. in cons.* 26. *col.* 4. *& in cons. seq.* vbi habes qualis sit iustus metus in tali casu *vol.* 4. sin verò matri mulieris traderetur, mater nõ tenetur præstare cautionem pro filia stuprata, *Afflict. in constitut. Mulier, quæ dotarium, num.* 18. *circa med.* sed quid de iure authent. vide *§. si quando, in auth. de vicarijs, & mulieribus adulteratis constitut.* 124. secundum lecturam *Aloandri*. Pœna enim adulterij est hodie vltimi supplitij, licet per prius tali pęna non plectebantur, vt declarat *Cæsar à Costa lib.* 1 *variar. ambiguit. cap.* 36. & in adultera est detrusio in Monasterium, ibique teserr adulteras in exilium punitas, ac etiam ad dotis amissionem, *vt ibid. in cap. seq. Innoc.* autem *in cap. intelleximus, de adulter.* limitat repudium hoc quando vir fornicarus esset, itẽ si vxorem adulteram tradiderit, vel si violẽter vxor fuerit oppressa, vel si ignoranter est cognita, vel si post adulterium eam reconciliauit, vel si credens maritum mortuum de licentia Episcopi alteri nupserit, per iura ibi allegata.

Per solam enim mortem naturalem ma-
30 trimonium dissoluitur, & non per ciuilem, etiam gloriosam, vel spiritualem: est tamen verum, quod per mortem gloriosam matrimonium ratum, & nõ consummatum dissoluitur, *cap.* 2. *& cap. ex publico, de conuers. coniugatorum*, puta quando ante matrimonium ratum per verba de præsenti, alter ingreditur Religionem, & ibi profitetur, tunc enim Deus separat, *Couarru. in* 2. *par. de sponsal. cap.* 2. *§. quamuis*; si verò matrimonium esset consummatum, tunc si vir, vel vxor in Religionem ingrederetur, & profiteretur, matrimonium non est dissolutum, *cap. dudum de conuers. coniugat.*

Sequitur definitio, indiuiduã vitæ cõsuetudine continens, ex quo insimul vir, & vxor habitare debent, *c. vnaquæq;* 23. *q.* 2. *c. bis qui, de sponsal. in* 6. vbi DD. omnes, nisi in casu
31 adulterij, vt supra diximus: & habetur in *constit. Regni, Repudium*, in quo repudiare eam potest; & si adulterium non fuerit violenter commissum, etiam à Iudicibus Ecclesiasticis cognoscitur, *vt in constitut Maiestati nostræ, & secundum Sac. Concil Trident. sess.* 24. *cap.* 5. 6. *&* 7. Fit etiam separatio quoad Thorum ex causa sodomiæ tentatæ à viro vxori, *vt per Beatum Ioannem à Capistrano de pœnit. & remiss. nu.* 221. *circa med. & est mihi cum Abb. antiquo fol.* 368. licet contrarium tenere videatur *Innoc. in cap.* 1. *vers. nec credimus, de adulter.* nefandum hoc crimen sodomiæ operatur, vt quis etiã non gaudeat immunitate Ecclesiæ, *Ca. Castillo in dec.* 155. *vol.* 2. quia Bulla Gregorij XIV. non excludit delicta grauiora, vt ibid) & vide supra hoc vers. 8. obseru. 1. num. 9. Repudia enim iam per legem diuinam, quã humanam sunt prohibita, quinimmo sibi nõ posse per Principes Ecclesiasticos, vel seculares, vt repudij lex remittatur, tenet *Gubernat. Christ. in lib.* 1. *cap.* 11. *col.* 5 *fol.* 58. vbi in quibus nationibus vigeat hodie lex repudij declarat, & signanter in Africa, & in toto Oriente obseruatur.

Matrimonium diuersimodè à multis denominatur, idest coniugium nuptiarum, connubium, & matrimonium, quod secundum *Diuum Augustinum in* 19. *lib. contra Paulum Manichæum in to.* 6. *fol.* 114. *lit.* I. *& K.* dicitur à matre, quia non ob aliud mu-
32 lier nubere debet, nisi vt mater fiat, sicuti punctualiter fundat *Cæsar à Costa variarum ambiguit. lib.* 1. *cap.* 33. habemus enim in *Tobia* 6. *&* 8. coniugium esse faciendum, amore filiorum magis, quam libidinis, nam alias essent sicut equs, & mulus, quibus non est intellectus, & habet potestatem dæmoniũ super eos. Patrimonium non dicitur, non obstante, quod à patre tamquam digniore deberet fieri denominatio, *l. arrogatio, l. eũ qui, ff de statu hominum*, ad differentiam illius patrimonij, quod à patre filijs thesaurizatur. Dicitur etiam quasi matris muniũ, idest officium; plus enim matris, quã patris officium, *Innoc. in cap.* 3. *nu.* 1. *de sponsal.*
33 quoniam siue mater sit fornicaria, siue adulteria, tenetur filium alere per triennium, *Aluar. Valasq. in consult.* 92. *& l. nequi filium, C. de patr. potest.* & de alimentis diximus supra vers. 5. obseru. 1. num. 58. Mater enim debet lactare filium, ne alienos mores imbuat, *Prepos. in cap. ad eius vero, distinct.* 5. sed fallit in magnis DD. vt per *Aluar. Valasq. in d. consultat.* 92. licet hodie in abusum venerit, & quælibet priuata hoc prauo priuilegio vtitur, & male, & contra notabilia præ-

præ-

præcepta *Auli Gellij lib. 12. noct. Atticarum cap. 1.* ibi, *Oro te inquit mulier sine eam totam integram esse matrem filij sui, quod est enim hoc contra naturam imperfectum, atq; dimidiatum matris genus? Peperisse, ac statim ab sese abiecisse? aluisse in vtero sanguine suo nescio quidquod non videret? non alere nunc suo lactis, quod videat iam viuentem? iam hominem? iam matris officia implorantem? An tu quoque inquit putas, naturam fæminis, mamarum vbera, quasi quosdam neuulos venustiores, non liberorum alendorū, sed ornandi pectoris causa dedisset? Sic enim quod à vobis scilicet abest, pleraque ista prodigiosa mulieres, fontem illum sanctissimum corporis Generis Humani educatorem arefacere, & extinguere cum periculo quoque auersi, corruptiq; lactis laborant tanquam pulchritudinis sibi insignia deuenusset.* Ponit etiam alia in hac materia notabilissima ex sententia Fauorini Philosophi, & signanter, ꝙ liberi extra natiuę pietatis alimenta educati, patrem, & matrem amare videntur in magnam fere partem nō naturali amore, sed ciuili, & opinabili. Quoniam in moribus inolescendis magnam fere partem ingenium Altricis, & naturam lactis tenent. Hinc post Homeri sententiam, & versus, relatos per Gellius ibid. v3.

Non eques ipse pater fuerat tibi mehercule Peleus.
Non Thetis est genitrix, Glaucum te protulit aquor
Aeriaq; rupes, mens quod tibi dura ferox est.

Inde sequitur in 4. Æneid. Virg.

Hyrcanaq; admorunt vbera Tigres.

Quos sequens Poeta Tassus cecinit in 16. lib.

Non te Sofia produsse, & non sei nato
Dall' Attio sangue suo, te l'onda insana
Del mar produsse, e'l Caucasso gelato,
E le mamme lattar de Tigre Hircana.

Aut verò matrimonium dicitur, quia mater est certior in partu, *l. quia semper, ff. de in*
34 *ius vocando.* Hinc dici solet, quod partus sequitur ventrem; & conditionem matris, *D. Thom. 2. 2. q. 24. art. 2.*

Multiplicis iuris est matrimonium, idest,
35 Diuini, Naturalis, Gentium, Ciuilis, & Canonici.

De Iure Diuino, siquidem à Domino institutum est, tamquam Sacramentum Ecclesię vt per *Sac. Conc. Tridert. sess. 24. cap. 1.* & in primo matrimonio inter Adam, & Euam Deus fuit Author *Genes. 2. & cap. 2. de voto, & voti redempt. in 6.*

De Iure Naturali, quia Natura perpetuitatem conseruat: & quod non potest conseruare in indiuiduo, in specie conseruari procurauit, *cap. stultitia, & cap. sunt qui dicunt 27. q. 2.*

De Iure Gentium est, quia matrimonium contractus est, *vt in Icb. 7. & 8.* sed omnes contractus sunt de iure gentium, *l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur.*

De Iure Ciuili, *vt in tit. de sponsalibus, & de nuptijs, & de pactis dotalibus, & in auth. de his, qui nuptias iterant.*

De Iure vero Canonico, *vt in tit. de sponsalibus, & ex Conc. Trid. sess. 24. c. 1.* & meri ò si in iudicijs de matrimonij quæstio foret: aut disceptatur de pactis dotalibus, & de solutionibus dotium, & tunc Iudicum secularium est cognitio: Aut verò quæritur
36 de validitate, vel inualiditate matrimonij, & tunc coram Ecclesiastico pertractanda res est, *Bart. in l. titia, ff. soluto matrim. Rip. in l. 1. num. 1. eodem tit. Vinc. de Franch in decis. 284. & Menad. in decis. 21. cum concord.*

Vlterius verò, matrimonium duplex dici-
37 tur, Clandestinum, seu priuatiuum, vel præsumptum: & alterum publicum, vel solemne. De clandestino habemus *constit. Regni Sancimus. & in tit. de clandestina desponsatione.*

Verum, & legitimum est illud, quod contrahitur in facie Ecclesie coram Parocho, & testibus, seruata forma *Sac. Cōc. Trid. sess. 24. de reformat. matrim.* & hoc triplex est, initiatum, ratum, & consummatum.

Initiatum est illud, quod contrahitur per
38 verba de futuro, prout sunt sponsalia, *cap. cum initiatur 27. q. 2.* Sponsalia enim sunt mentio, & repromissio futurarum nuptiarū, *l. 1. ff. de sponsal.*

Ratum verò est, quod per verba de præsenti fit coram Parocho, & testibus, vt supra, *& cap. fin. de sponsal.* Consummatum dicitur, quando vltra prædicta, subsecuta fuerit copula carnalis in vase debito, *c. fin. de sponsal.* & licet verum sit, copulam carnalem
39 non esse de necessitate matrimonij, tamen ad essentialem perfectionē ipsius valet. Matrimonium ratum per verba de præsenti tenet, *cap. lenta virgo, & cap. sufficit 27. q. 2.*
40 adeò, quod si puellæ fuerit factum legatum, cum nupserit vigore matrimonij rati, debetur legatum, *l. cum fuerit, ff. de condit. & demonstr. Det. in l. nuptias, ff. de regul. iur. in 6.*

In matrimonijs autem perficiendis multa
41 sunt præparatoria: prius enim scrutinanda, & eligenda erit vxor virtutum, & bonorum morum dotata, *l. si filius, ff. de rit. nuptiar. Ioannes Faber instit. de sponsal. & supra hic nu. 11.*

nu. 11. ac æqualis conditionis: dixit enim *Ouidius*, *Si vis aptè nubere, nube pari*, & caue, ne te moueant diuitiæ, vel pulchritudo mulieris, licet ornatus ipsius quandoque sit permissus, *D. Thom. 2. 2. q. 169. art. 2.* sed potius virtutes ipsius, *l. qui libertos, de rit. nupt. & Couarr. de sponsal. in 2. par. c. 1. §. 1. nu. 7. & late Sylua nuptialis, in verb. est nubendum.*

Vlterius requiritur constitutio dotis pro
42 oneribus matrimonij ferendis, *l. pro oneribus, C. de iur. dotium, Fontanell. de pactis nuptial. iu tomo 2. clausul. 6. glo. 2. parte 3. num. 2. & seq.* vbi quod Deus duo abscondit à cordibus hominum ne marcescant, idest mortem propriam, & onera matrimonij (licet ipse non adesse onera probet ibidem,) & ideo pater filias dotare tenetur, *l. qui liberos, ff. de rit. nupt.* etiam si filia ignorante
43 patre se maritauerit, *Abb. in cap. de illis, de desponsat. impuberum, Gaill. pract. obseru. lib. 2. obseru. 94.* vbi in *num. 10.* dat cautelam, vt filia promittat dotem marito in hoc casu, *& latè Gaspar Thes. in quæstionibus forensibus q. 9. & Paris. in cons. 29. volum. 3.* licet homo (in quo constantia firmior est) nō debet absque voluntate patris eam accipere, *vt in 1. Regum cap. 18.* vbi Dauid se humiliabat, & indignum se reputabat accipere filiam Regis, *& Fontanell. de pact. nuptial. tomo 1. clausul. 4. glos. 2. num. 4. & sequent.*
44 Quinimmo etiam filiam spuriam pater dotare tenetur, *cap. cum haberet. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, Bart. in auth. ex complexu, C. de incest. nuptijs,* sed dos esse debet ad instar alimentorum, alias si immoderata daretur, posset moderari, *Andr. Gaill. pract. obseruat. lib. 2. obseru. 88.* & filia de ipsa dote disponere potest, non obstante quod cedit loco alimentorum, *Vincent. de Franch. in decis. 283.* Prædicta tamen limita si filia nupserit
45 infami, vel indigno, *Rip. in l. 1. num. 50. & 54. ff. solut. matrim.* tunc enim admitteret nobilitatem patris, *vt supra hic nu. 14.* attamen si filia aliunde dotata foret, aut ob pulchritudinem, vel nobilitatem, tunc pater nō teneretur, *Afflict. in decis. 61. Bart. in l. si volente, C. de dotis promissione, Alex. & cæteri in l. diuortio, solut. matrim. Abb. in cap. de illis. de condit. apposit. & Ias in l. hoc iure, ff. de iust. & iure.* Et tandem docet Sacra Scriptura in *Genes. 29.* quod pater prius debet maritare filiam maiorem, & inde minores.

Subsequuntur indè spōsalia, quæ sunt pro-
46 missiones de futuro, vt in omnibus titulis de sponsalibus, & dicuntur à spondeo, *l. 1. & 2. ff. eod.* & qui per verba de futuro contraxerunt, propriè sponsi habentur: largè verò coniuges dicuntur illi, qui contraxerunt de præsenti, & etiam post contractum matrimonium, *cap. gemma 27. q. 2.* sponsaliaque
47 de futuro contracta esse dicitur, dato, quod ex parte sponsi aliqua verba de præsenti cōtracta essent, maxime cum iuramento, & spōsum teneri seruare promissa tenet *Decian. in cons. 66. vol. 5.*

Sponsalia quomodo olim contrahebantur ponit *Aulus Gellius noct. attic. lib. 4. cap. 4.* hodie autem multipliciter contrahuntur, vel
48 per ipsos coniuges, vel per parentes, vel per epistolam, vel per nuntium, *l. fin. ff. de sponsal.* Contrahuntur etiam, vel per simplicem promissionem, vel iuramento, aut arris, inter quas Deus differentiam non fecit, nam dixit, sit sermo vester est, est, non, non, *Soto in 4. sententiarum, distinct. 27. q. 2. art. 1.* & quāplurima vide per *Nicolaum Vigelium in 2. tom. in lib. 14. digestorum per totum.* Est verum quod pœna in istis sponsalibus exposita in Regno non debetur, cum sit pœna conditionalis, quę debetur tantum, quatenus cum interesse concurrit, *Afflict. in dec. 135.*
Sponsalia de futuro, & si de essentia matri-
48 monij non sint, tamen operantur, vt eis contractis, amplexus, & oscula licite haberi possint, sicuti post contracta sponsalia de præsenti, liciti sunt tactus carnales. *Nauarrus in cap. 22. num. 144.* & similiter operantur, vt post ipsorum contractū, sponsi teneantur obseruare fidem, alias peccarent mortaliter *Abb. in cap. venient. el primo, de sponsal. Siluest. in verb. sponsalia, num. 4.* Nam sicuti vendentes, & locantes tenentur stare pro-
49 missioni, & possunt cogi ad obseruantiam contractus, *l. si sterilis, §. vti, ff. de actio. empti,* veluti, & qui promisit dare, tenetur obseruare, *toto tit. de pactis, & Rip. in responso 144. sic*, & sponsi de futuro tenentur obseruare, tanto magis si interuenerunt amplexus, & oscula, ex quo per osculum deturpatur decus mulieris. Verum multis modis, vt
50 infra, sponsalia frangi possent.

Primo, quia non obstantibus sponsalibus contractis, ac receptione munerū, & osculis,
51 & amplexibus celebratis cum vna sponsa, si cum alia matrimonium fuerit cōtractum, matrimonium hoc valet, & tenet, *cap. 1, de matrim. contracto cont. interd. Ecclesia,* vbi *Abb.* notat, non esse alibi, *& Corset. in notab. in verb. matrimonium.*

Secundo, sicuti per mutuum consensum contrahitur, *l. omnis res, ff. de reg. iur.* ita & per mutuum dissensum sponsalia franguntur.

Tertio

Quarto, ob aliquam superuenientem causam, quæ si tempore sponsalium persisterat, vtiq; non fuissent confecta.

Quinto, ob superuenientem difformitatẽ, quoniam mutatus est status rerum. Alias vero causas ponit, *glos. notab. in cap. raptor. 27. q. 2. & Hostien. in summa in tit. de sponsal. §. vlt.*

Quo verò ad dissolutionem sponsalium, aut sunt publica, & tunc ad euitanda scandala cum decreto Curiæ sunt dissoluenda, sin verò secreta essent, vel ob defectum æta-
52 tis, puta ante septennium, tunc ipso iure sunt nulla, *l. sufficit, de sponsal. l. minorem, ff. de rit. nupt.*

Differentia tamen est inter sponsalia ma-
53 iorum, & minorum: quoniam inter maiores solo dissensu distrahuntur, sed inter mi- minores non possunt dissolui, nisi expectata ætate *cap. 1. de desponsat impuberum in 6.* sed aduerte, quod in hoc casu non ita rigo-
54 rosè attenditur tempus, nam malitia posset ætatẽ supplere, quando paruum tempus deficit, *cap. impuberes, de desponsat. impuberum, & cap. continebatur eod. tit.*

Solet tamen quæri, nũ & sponsa sub sponsi
55 potestate sit, sicuti vxor est in potestate viri? & affirmatiuè respondetur, quoniam iura loquentia in marito, locum habent & in sponso, *l. si sponsa, ff. de iur. dot. l. Iulia. ff. de fund. dotal.* & quod dicitur de nuptijs, habet locum, & in sponsalibus, *l. tutor, §. 1. l. oratio, de sponsal.* licet contrarium affirmet *Tiraquell. in tom. 2. fol. 273. in glos. 2. en pouer, de son May, num. 18.*

Requiruntur etiam ad matrimonia con-
56 trahenda publicationes, seu bannimenta in tribus diebus festiuis, vt mãdat *Sac. Conc. Trid. in sess. 24. cap. 1.* fiunt enim pro habenda scientia impedimentorum, sed aliquando possunt istæ publicationes abbreuiari, & ex causa remitti, *vt in cap. 1. de reform. matrim. in d. Sac. Conc. Trident.* Remissioque ista fieri potest ab Episcopo, vel eius Vicario, vel ab alijs Prælatis habentibus iura Episcopalia (prout sunt Abbates Montis Cassini, & alij, ac etiam est Reuerend. Pater Prior Monasterij SS. Stephani, & Brunonis de Nemore in Calabria vltra, qui omnia iura Episcopalia habet super vassallis, præter ea, quæ sunt Ordinis.) Causa enim cognita possunt prædicti dispensare, secundum *Nauarr. in cap. 22. num. 78. & sequent.* Instaque causa esset, quando timor inter parẽ-
57 tes, aut propter necessitatem immineret puta quando quis concubinam tenuit, & in infirmitate eam desponsare vellet; tunc enim periculum est in mora, & Parochus, seu Vicarius foranus dispensare posset, *glos. in verb. foranos, in clem. 2. de rescripi. Couarr. pract. quæst. cap. 4. num. 8. & Nouarius in opusculo noui iur. Pontificij conclus. 1. tit. de denunciationibus.*

Et tandem nota Confessionem, & Com-
58 munionem in matrimonio debet præcedere, quia Matrimonium est Sacramentum, & qui contrahit in peccato mortali non recipit gratiam, & peccat mortaliter, sed hoc de consilio est, & non de præcepto, vt habemus *in Sac. Conc. Trident. sess. 24. cap. 1.* ibi, *hortatur Sancta Synodus, Nauarr. in tract. de pœnit. cap. 1. num. 33. & 39.* sicuti & intelligitur consilium Imperatoris *in §. penul. in auth. de nupt.* vbi hortatur parentes ad seruandam æqualitatem in filijs primi, & secundi matrimonij, non autẽ arctat, vt æqualiter eis relinquat, vt diximus supra vers. 5. obs. 1. nu. 19. notentq; istam *Iustini* sententiam in *lib. 2. nulla sunt aduersus Deos vires.*

Sed quoniam in qualibet re essentialia in-
59 teruenire debent, alias sine eis non consistit, *secundum Bart. in l. prolatas, C. de sententijs, & glos. notab. in l. pacta conuenta, ff. de contrac empt.* Merito, & matrimonium sua debet habere essentialia, quæ sunt causa efficiens, formalis; materialis, & finalis, ideò de eis aliqua distinctim videre expedit.

Efficiens causa est interior consensus cõ-
60 iugum, *cap. tua nos. de sponsal. l. nuptias, ff. de reg. iur.* (circumscripta tamen causa efficiente præcipuè, quæ est Deus, *cap. vlt. de frig. & malefic.*) Quo vero ad formales, & materiales causas, quænam sint, opinionum dissensio adest inter Doctores, sed tenet, ꝙ
61 formalis causa est expressio prioris coniugis, materialis vero est expressio secundi coniugis, *Couarr. in 2. par. de sponsalibus, cap. 1. & 14. post Diuum Thomam in addit. ad tertiam partem, q. 41. & 44. art. 1.* Discordiamque hanc intellige, importare quãdam voluntatum disgregationem, in quantum vnius voluntas stat in vno, voluntasque alterius stat in altero, *D. Thom. 2. 2. q. 37. art. 2.*

Solet quoque dubitari, num sit necessum
62 mulierem debere loqui quando à Parrocho interrogatur si talem in maritum velit, & respondetur, quod per æquipollens respondere poterit, dummodò actus sit sensibilis, *l. cum apud, de sponsal. cap. si inter, de sponsal. Couarr. ibid. cap. 1.* mulierque deberet prius interrogari, *cap. licet, de sponsal.* & ideò regula illa in hoc, quod à dignioribus est inchoandum, fallit quia est fauor hominis, ne forsan fœmina inde interrogata neget: Est tamen verum, quod si prius interrogaretur, homo

homo poſſet contrahi, *Afflict. in deciſ.* 1. & diuerſimode ſeruatur.

Finalis autem cauſa eſt ad ſubueniendum
63 naturæ, ideſt ad ſobolem procreandam, *l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* & ad euitandas fornicatio-
nes, *cap. nuptiarum* 27. *q.* 1. tanto magis,
64 quia luxuria cum maximè delectat, citò
impler, & tedio eſt, *Seneca de vita Beata relatus ab Andr. in cap.* 1. *num.* 11. *circa med. quib. mod. feud. amitt.* Luxuria enim hominem crudeliſſimum facit, ſi neceſſitas expoſtulat, vt poſt *Trebatium Pollion Vopi. in Victorino*, excogitat *Petrus Matthai in Hiſtoria Francia in narrat.* 4. *fol.* 65.

Et tandem finalis cauſa eſt pro ciuilitate Reipublicæ, vt alter alteri adiutorium ſit, *Geneſ.* 2. ibi, *fecit adiutorium ſimile ſibi*, ex quo nota, quod vxorati deberent præferri
65 non vxoratis, ex ratione prædicta, ſicuti qui
non habet filios præfertur ab habente filios, *l. in albo* 9. *C. de decurio. lib.* 10. & notauimus ſupra verſ. 7. obſer. 3. nu. 85. ſed fallit
66 in Tracia, vbi in Regem eligitur, qui non
habet filios: imo & ſi pignus habendi filium ſuperuenitet, ſtatim eijcitur ex officio regẽdi, *Ptolomeus in tract. locorum, & mirabilium Mundi deſcript. cap.* 49. *fol mihi* 111. & ratio eſſe poteſt, ne Regna ſint hæreditaria, quoniam Reipublicæ expedit per electionem eſſe, vt alias diximus. At quoad primam propoſitionem aduerte, illam procedere ex lege Papia Poppea, qua cautum erat ne Cęlibes in adeunda hæreditate coniugatis æquipararentur: neue præter quam à genere propinqui ex teſtamento lucrarẽtur, & qui liberos non procreaſſent, & orbati decederent, medietatem ſuorum bonorum fiſci commodis applicari, ſed legem ipſam tamquam Chriſtiani Religioni infeſtam ſubſtulit Conſtantinus Imperator, ſtatuitque vt Cęlibes oẽs ad libitum teſtarentur, eſſentq; bonorum capaces, teſti: *Nicephoro lib.* 7. *cap.* 46. *& Condano lib.* 8. *cap.* 1. *quos ſequitur Caſar à Coſta variar. ambigui. lib.* 1. *c.* 18.

Ex eiſdem enim 4. cauſis, efficiente, materiale, formale, & finale, ſolent etiam matrimonia annullari, vt infra.

Ex defectu cauſæ efficientis, quãdo deficit
67 conſenſus interior vtriuſque, vel vnius ex
coniugibus, *cap. tua nos, de ſponſ. & cap. dilectus, eod. tit.* quod euenire poſſet, vel ex defectu naturali, vel accidentali, aut ex dolo illato ab extrinſeco, aut ex dolo illato ab altero ex coniugibus.

Ex defectu naturali, ſi impuberes matri-
68 monium contraherent, tunc enim ex defe-
ctu ætatis deficit conſenſus, niſi dolus, & malitia ſuppleret ætatem, *cap. atteſtationes, & cap. continebatur, & cap. de illis, & cap. vltimo de deſponſ. impuberum, Couarr. in* 2. *par. de ſponſal cap* 5. *num.* 5.

Ex defectu autem accidentali, puta quan-
69 do ex ſuperueniente morbo careret vſu ra-
tionis, ſcilicet ſi alter eorum eſſet demens, mente captus, aut ſtultus, *cap. dilectus de ſponſal.* niſi dilucida haberet interualla, *vt per gloſ. in d. cap. dilectus*, vel ſi tempore matrimonij erat ſanæ mentis, & inde ad inſaniam perueniret, *cap. neq; furioſus, & cap. ij. qui matrimonium* 32. *q.* 7. quia multa tacita tenent, *l. Patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris; l.* 1. *ff. quando appell. ſit*, ſique multa fieri non deberent, tamen ſi inde facta ſint, tenent, *l. quoties, ff. eodem tit.*

Ex dolo ab extrinſeco annullatur etiam
70 matrimonium, quando violenter eſſet quis
inductus ad contrahendum, *cap. cum locum. de ſponſal.* & tandem annullatur ex facto, &
71 dolo, ſeu fictione alicuius coniugum, *cap.*
tua nos, de ſponſal. & eſt, quando quis induxit aliquam ad conſentiendum actibus carnalibus ſub ſpe ducendi eam in vxorem, &
72 promiſſionem hanc coram Parocho, & te-
ſtibus facit, tunc enim matrimonium validum extat, non obſtante, quod coram Deo nullum eſt: ex quo conſenſus iſtius ficte promittentis deficit; *Couarr. in* 2. *par. de ſponſal. cap.* 2. *nu.* 2. *& Nauarr. in cap.* 22. *n.* 28. vbi de remedijs pro perficiendo matrimonio habes. Vel ex defectu cauſæ materialis annullari poterit, puta ſi conſanguinei forent, vel ſi legitimus, & proprius Parochus non adeſſet, *vt in Conc. Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 1. Hinc euenit, per Paulum V. Pont. Max. fuiſſe diſſolutum matrimonium Ducis Mantuæ cum eius ſubdita, ex quo coram proprio Epiſcopo, ſeu Parrocho non fuerat con-
73 tractum. Et matrimonium inter Henricum
IV. Regem Galliæ, & Reginam Margaritam fuit declaratum nullum, ſtante quod prædicta Regina erat in tertio gradu, & vlterius quia quando in anno 1570. fuit matrimoniũ illud contractum, Rex in falſa Religione reperiebatur, vt refert *Petrus Matthai in Hiſtorijs Francia lib.* 2. *narrat.* 4. *fol.* 175. *& ſeq.* vbi etiam referuntur diſſolutiones
74 matrimoniorum Caroli Magni cum Ilde-
grada, & Teodora, filia, & forore Deſiderij Regis Longobardorum ob indiſpoſitionem, & ſterilitatem; & Aloyſij VII. cum Leonora Duciſſa Ghineæ ob aliquas cauſas in Hiſtorijs expreſſas, (quas taceo) licet ſub prætextu conſanguinitatis coloratas, ac etiam Caroli IV. cum Blanca filia Otellini Comitis Burgundiæ, etiam ſub prætextu conſanguinitatis, ne cauſa, pro qua fuit confinata in

perpetuo carcere publicaretur: & tandem Aloysij XII. cum Ioanna filia Regis Franciæ Aloysij XI. coacta cum violentia, & ob defectum consensus, vt ibidem; sed an Papa propter sterilitatem vxoris soleat dispensare, vt alia ducatur, *vide Paris. in cons.* 154. *vol.* 4. & signanter *num.* 175. & *Lancellottum Conradum de præstantia, & potest. Pontificis Maximi §.* 4. *num.* 21. *& seq. fol.* 159. *ater. & vide .i. hic num.* 77. licet in actibus raris vnius casus exemplum sufficiat, secundum *Antonium Perez.* Lex enim in his, quæ forte vno aliquo casu accidere possunt iura non constituit, ea quidem, quæ semel, vel bis accidunt, contemnunt legislatores, *l.* 4. *&* 6. *ff. de legibus.*

Ex defectu quoque causæ formalis, matri-
75 monium redditur nullum, si sponsa, vel sponsus consensum non exprimunt per verba, vel per signa æquipollentia. *DD. in l.* 1. *ff. de verb. oblig.* nota tamen, quod talis consensus potest exprimi, vel per literas, vel per procuratorem, *cap. fin. de Procur. in* 6. *vbi glos.* quæ enumerat requisita in procuratore, aduertuntque ibi DD. quod in matrimo-
76 nio contracto per procuratorem, debet apponi hora, ad finem sciendi, ne reuocatio fuerit forte facta à principale.

Ex defectu causæ finalis, redditur etiam
77 matrimonium nullum. Etenim in *cap. omne* 27. *q.* 2. tres ponuntur, fides, proles, & Sacramentum. Quoad fidem declarat *Abbas in cap. vlt. num.* 2. *de condit. apposit.* Cepolla *in caut.* 143. *& Gerar. in sing.* 101. vbi tenet, quod hoc expressè debet declarari, quia tacitè non sufficeret, & matrimonium esset nullum. Prolis .i. contra bonum prolis, puta si cum pacto contraheret, vt aliquid bibat, ne concipiat, quia tunc etiam nullum esset matrimonium, *Abb. in cap. tua nos. de sponsal.*

Et tandem si contra Sacramentum Ecclesiæ fieret, idest contra requisita *in Sac. Conc. Tridentino sess.* 24. *de reformatione matrimonij*; quia tunc matrimonia contracta sub his conditionibus nulla essent.

Vidimus iam requisita, & concernentia matrimonij: videamus modo aliqua de ipsius matrimonij impedimentis; Sunt enim
78 nonnulla impedientia tantum, alia verò impedientia, & dirimentia, quæ vltima à DD. in his versibus comprehenduntur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
79 *Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,*
Si sis affinis, si forte coire nequibis,
Hæc socianda vetant, connubia iuncta retractant.

Ista omnia habes per *Io. Andr. in tract. de Sponsal. & matrim. & in glos. in §. sunt & alia, instit. de nuptijs, ac per Diuū Thomam in addit. ad tertiam partem. q.* 50. *art.* 1. *& per Couarr. in* 2. *part. de sponsal. cap.* 6. *§.* 2. *nu.* 6. *& alios Summistas,* & præcipuè examinantur ab *Eminentissimo Cardinali Bellarmino in tertio tomo controuers. disputat. controuers.* 5. *cap.* 18. *& seqq. fol.* 365. *& per Couarr. in d.* 2 *parte de Spons. cap.* 6. *cum §§. sequentibus.*

Quo verò ad impedimenta impedientia tantum, prout sunt tempora feriata, vel Ecclesiæ verbum, iuxta dispositionē *Sac. Conc. Triden. sess.* 24. *cap. vlt.* dic, tempora feriata esse à prima Dominica Aduentus, vsque ad Epiphaniam, & à die Cineris, vsq; ad octauā Paschæ Resurrectionis. In his enim temporibus benedictio Sacerdotis sub Pallio Ecclesiæ, & traductio vxoris ad domum viri cū sonis, & cantis prohibitæ sunt, *Caiet. in Summa, in verbo nuptiarum peccatum, & glos. & DD. in cap. copulatus. de decimis, & Nauarr. in cap.* 22. *nu* 81. *in Manuali.*

Quo verò ad Ecclesiæ verbum: aut prohibitio fit à Prælato, donec de matrimonio constet, *cap. cum inhibitio, §.* 1. *de clandest. desponsat. & tot. tit. de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ, & cap. tua, de sponsa duorum,* aut fit à iure, idest ne matrimonium ante publicationes contrahatur pro audiendis impedimentis, incestus, aut vxoricidij, vel aliorum similium, *cap. admonere* 33. *q.* 2. *& cap. qui presbyter, de pœnit. & remiss.*

His præcognitis, deueniamus modo ad impedimenta impedientia, & dirimentia in supradictis quatuor versibus relata, eaque sigillatim examinando, dicimus, quod licet.

Primum impedimentum *ab Innoc. in cap.* 3. *num.* 7. *de sponsal. & matrimon.* vocetur furor per *cap. neque furiosus* 33. *q.* 7. nos autē communem sequendo, dicimus esse erroris, qui aut in persona consistit, puta si alia da-
80 tetur persona, quam illa cum qua matrimonium fuit conclusum; tunc enim quia errans non consentit, nec error officit veritati, nec falsa opinio præiudicat veritati, *l. si quis per errorem, ff. de iurisdict. omn. Iudic. l. in venditionibus, ff. de contrah. empt. l. si in nomine* 4. *C. de testament. & l.* 4. *C. de hæred. instit.* & errantis non est voluntas, *l. sed hoc ita,* 20. *ff. de aqua pluuia arc.* nec ignorans remittit ius suum, etiam alterum eligendo, *Andr. in cap. porro, num.* 17. *qua sit prima causa benefic. amittendi,* & tunc impedimentum militat. Sin verò error in fortuna consisteret, puta quia vxorem diuitem

puta

putabam,& pauperem inueni, & tunc impe-
dimentum non militat, *Iaſ. in l. pacta nouiſſi-*
ma, C. de pact. Aut error conſiſtit in quali-
tate, quoniam vxorem nobilem credebam,
& ignobilem inueni, vel prudentem credebã,
& ignaram inueni, vel putabam virginem,
& corruptam reperij, & iſta impedimenta,
& ſimilia non militant. Nota quæſo hic
vnum curioſum, quod ponit *Ptolomeus in*
81 *deſcriptione locorum, ac mirabilium mundi,*
ſub titulo de quorundam gentium moribus
extraneis, cap. 47. in fine fol. 11. vbi hæc re-
fert. *Anglia ſolos colunt inferos, fæminas*
ſuas primis noctibus nuptiarum adulterijs
cogunt parere: mox ad perpetuam pudicitiam
legibus ſtringunt ſæuiſſimis.

Percepique ego à veteranis militibus Hi-
ſpanis, qui in partibus illis fuere, ſupradictam
conſuetudinem adhuc etiam vigere, illamq;
fuiſſe introductam, ex quo mariti, qui vxo-
res vt virgines ducebant, ſi eas corruptas
repetiebant, ſtatim illas occidebant, & me-
ritò fuit iſte mos adinuentus, vt in prima
nocte ſponſa cum perſona adhunc effectum
deſtinata dormiret: & indè viro traderetur,
pudicitiæque perpetuæ aſtringeretur: &
ita multa fuerunt euitata vxoricidia: quæli-
bet enim Prouincia ſuo ſenſu abundat, & in
vna, pluſquam in alia delicta graueſcunt, *l.*
aut facta, §. euenit, ff. de pœnis, & pudicitia
plus in vna Prouincia, quam in alia cuſtodi-
tur, vt alibi infra notabimus.

Secundum, de conditione ſequitur impe-
dimentum declarandum, & dicitur, quod
82 conditionis error continetur in *c. primo* 27.
q. 1. & eſt hominum, nam aliqui ſerui, alij
83 verò liberi ſunt. De iure ciuili cum ancillis
matrimonium non erat, *l. cum ancillis, C.*
de inceſt. nupt. ſed ſi dominus cum ſerua
concubitum habere, libera eueniet, *l. li-*
berta ſi in concubinam, ff. de operibus liber.
Andr. in titulo de pace tenenda circa fin. n. 19
verum Hiſpaniæ lex eſt, ſeruam tunc liberam
eſſe, ſi cũ domino filium haberet, *Ludouicus*
Domenichi lib. 1. ſuarum Hiſtoriarum fol.
43. *in fin.* Sed de iure Canonico (cui in hoc
eſt ſtandum) valet *c. 1. de coniug. ſeruorum;*
quinimmo dominus ancillas ſuas ne matri-
84 monium contrahant impedire non poteſt,
alias peccaret, *d. cap. 1. & tradit Diuus*
Thomas in addit. 3. par. q. 52. artic. 2. Eſt
verum, quod ſi contrahitur cum ſerua, quæ
libera putabatur, matrimonium non tenet.
Sin verò error fuerit in qualitate, puta quia
ſpuriam, vel libertinam, aut magnæ ignobi-
litatis vxorem inuenerim, tunc matrimoniũ
valet, *ſecundum Siluestr. in verb. matrimo-*
nium §. 7. Sed ſi in matrimonij contractu
85 impoſſibiles apponerentur conditiones, pro
non appoſitis haberentur. Dicique poteſt
conditio impoſſibilis, quæ ex voluntate
Principis penderet; nam inter impoſſibilia
connumeratur, *l. item, §. vltimo, de legat. 1.*
Abbas in cap. poſtulaſti, de cauſa poſſeſſ. &
propriet. Dec. & Cagnol. in l. eaque ratio,
ff. de reg. iur. Couarr. in 2. par. de ſponſal.
cap. 2. §. 2. num. 8. & clem. 1. de conſangui-
nitate, & affinit.

Hinc eſt, quod ſi mulieri legatum fieret,
vt conſanguineo nubat, licet de iure ciuili, ſi
non nuberet, legatum perdit, *l. 2. de inſtit.*
86 *& ſubſtit.* tamen de iure Canonico legatum
debetur, & conſanguineo nubere non tene-
tur, vt punctualiter fundat *Loffred. in conſ.*
16. idemque eſſet, ſi legatum fieret mulieri,
87 ſi indigno, aut alteri turpis cõditionis nup-
ſerit, quoniam legatum habebit, & condi-
tionem adimplere non tenetur, *l. cum ita, §.*
1. ff. de condit. & demonſt.

Cætera verò circa conditiones ſuſpenſi-
88 uas, & reijciendas, & de differentijs à cauſa,
modo, & demonſtratione, declarantur à
Nauarro in Manuali Confeſſorum cap. 22.
de Septem Sacramentis Eccleſiæ in tit. de Sa-
cram. Matrim. num. 61. fol. mihi 642. Pacta
vero, & conditiones quo ad modum viuendi
in matrimonijs, extrinſece, puta vt non di-
ſcedat ſponſa à Ciuitate Neapolis, vel ab
alio loco ſub pœna, valere, deciſum refert
Gizzarellus in deciſ. 19. num. 20. & ita te-
nuit *Hercolanus in ſua diſputatione 3. poſt*
Titulum de verb. obligat. in col. 3. ac ante pe-
nult. Quod procedit, etiam ſi vxor conſenti-
ret ad diſcedendum, talis enim conſenſus à
marito procuratus præſumitur, & in actibus
negatiuis non ſolum teneor non facere, ſed
quod alius non faciat, *Afflict. in deciſ. 307.*
num. 5. & idem Gizzarellus in d. deciſ. 19.
num. 25.

Tertium impedimentum eſt voti, *Diuus*
Auguſtinus in lib. vnico de bono viduitatis
in tom. 4. fol. mihi 367. l. l. docet, quod ſi
89 quis votum ſimplex Religionis haberet, ma-
trimonium contrahere non debet, ſed ſi con-
trahit, licet mortaliter peccet, Attamen
matrimonium cõtractum per verba de pre-
ſenti teneret, & merito dicit *Innoc. in cap. 5.*
qui Clerici vel vouen. quod ſicuti votum
ſolemne non tenet poſt matrimonium con-
tractum, ita votum ſimplex poſt ſponſalia
de futuro, non tenet. Differt enim votum
90 Religionis à voto Caſtitatis, quoniam ſi eſt
votum Religionis, poteſt ab vxore debitum
petere, ſecus autem in voto Caſtitatis, *Na-*
uarr. in cap. 12. nu. 80. Verum diſſoluto iſto
matrimonio, vouentes vota facta ſeruare

 tene-

tenentur, *Philipp. Franc. in c. unico, de voto in 6. circa finẽ*; Sin verò votum Religionis, vel Castitatis esset solemne, prout est in
91 Monacho, qui professionem facit tacitam, vel expressam in Religione approbata, etiã si non accepisset ordinem sacrum, matrimonium est nullum, & filij spurij erunt, non obstante quod posset dici, sufficere bonam fidem matris, vt per DD. supra citatos; Monachusuè talis excommunicatus excommunicatione latæ sententiæ esset, *clement. 1. de consang. & affinit.* quæ omnia comprobat *D. Cardinal Bellarm. disputation. tomo 2. lib. 2. de Monachis, cap. 38. fol. 430. & cap. ex publico, cap. ex parte tua, & cap. verum, de conuers. coniug. & c. desponsatam 27. q. 2.* adestq; *S.C. Trid. sess. 24. can. 6. de sacra. matrimonij*, determinatio, ibi, *Si quis dixerit matrimonium ratum, nõ consummatum per solemnẽ professionis Religionem alterius coniugum, non dirimi, anathema sit.*

Non tamen prætercam in hac materia, aliquos casus notabiles, & primus erit, quod
92 si vir compræhenderet vxorem adulteram, (circũscripta potestate de iure ciuili ei tradita ad occidendum, vt etiam antiquum ius Romanis fuit, *teste Aulo Gellio lib. 10. cap. 23. noctium Acticarum*, subdens ibi, *pœnã etiam fuisse Romæ, & in Latio mulieribus bibentibus vinum, quod Timitum prisca lingua appellabatur; institutum erat, vt cognatis osculum ferrent, reprehendendi causa, vt odor indicium faceret si bibissent*) potest Religionem ingredi, & ibi profiteri, vel potest facere se Clericum etiam viuente vxore adultera, quę alium virum ducere non poterit, *cap. Agathosa 27. q. 2. Abb. in cap. cum sis. num. 4. & in cap. constitutus, de conuers. coniugat.* & secundus erit casus, quod
93 si quis vouens Religionem efficeretur Episcopus, Episcopatum renuntiare, & votum adimplere teneretur, *cap. penult. de voto, & voti redempt.*

Quatenus verò coniugati ex voto continentiam mutuo consensu vouerent, validum est votũ, teste (inter cæteros) *Eminentiss. Cardinali Bellarmino in 2. tom. disputation. lib. 2. cap. 37. in titulo de Monachis fol. 427.* vbi explicat verba *D. Pauli 1. ad Corinth. 7.* ibi, *Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterũ reuertimini ad ipsum*, per quæ *Petrus Martyr in Commentario ibid.* negabat cõiugatis ex mutuo consensu perpetuæ castitatis continentiam; nam idem *D. Cardinalis* veritatẽ elucidat, multaque exempla de coniugatis Sanctis ita viuentibus refert, & præsertim illud Petri Vrsculi Ducis Venetorum, apud *Volaterranum lib. 4.* qui cum vxore ex consensu caste viuens, miraculis fuit illustris. & Alphonsus II. Castellę Rex miraculis claruit, qui ab vxore perpetuo se continuerit, teste etiam *Volaterrano lib. 2.* & alij multi, vt ibid. Ratio autem est, quia tota causa stat, quia viro, vel vxore continentiam vouere non licet, siquidem sui corporis potestatem non habent, & ideo rem alienam domino inuito donare nemini licet: At si communi consensu hoc fit votum, causa prædicta cessat; Ergo licitum est votum, vt ibidem, vbi etiã responsum habes ad illud, *quos Deus coniunxit homo non separet*, post *D. Augustin. in lib. 1. de sermone Domini cap. 25.*

Quartum impedimẽtum est cognationis, impedimentum hoc (vt potest colligi ex *titulis de consanguinitate, & affinitate, & de cognatione spirituali, & de cognatione legali.*) est multiplex.

Primo enim est cognatio legalis, quæ cõ-
94 trahitur quandò persona extranea in locum filij, vel nepotis assumitur, *cap. unico, de cognat. legali*, vbi *glos.* declarat esse generationem appositam, sicuti alienus ramus in trunco inseritur in locum rami naturalis: &
95 propriè dicitur adoptio, *l. generalis, de adoption. & l. adoptiuus, ff de ritu nupt.* quo fit; vt pater adoptiuus filiam adoptiuam in vxorem ducere non valeat, ex quo adest impedimentum legale, *tot. tit. de cognat. legali*, quod impedimentum inter ascendentes, & descendentes vsque ad quartum gradum extenditur, *Nauarr. in manual. Confess. cap. 22. num. 45.* sed in transuersali linea vltra primum gradum non transgreditur: filius tamen adoptantis filiam à patre adoptatam ducere non potest, verum si pater adoptans moriretur, vel adoptatam emanciparet, posset eam ducere, quia vinculum est solutũ, *cap. 1. & ibi glos. de cognat. legali.* Et sicuti adoptatus filius vxorem patris adoptantis ducere non posset, ita & pater vxorem adoptatam à filio nec ducere poterit. Hodie verò cognatio ista legalis inter ascendentes, & descendentes probabiliter secundum gradum non transgreditur, ex dispositione *Sac. Conc. Tridentini*, in quo, & si id expressum
96 non reperiatur; Attamen in *cap. præterea, sess. 24. de refor. matrim.* habetur, quod ex fornicatione affinitas secundum gradum non transgreditur, ergò idẽ in legali eo fortius, quod hodie adoptiones istæ non frequẽtantur, sed quomodo fiunt, *vide Abb. in cap. 1. num. 3. de cognat. legali.*
97 Spiritualis verò cognatio est compaternitas, idest affinitas, quæ ex susceptione in baptismo, vel in confirmatione contrahitur,

tur, & ideò confirmati, vel baptizati filij ſpirituales Epiſcoporum confirmantium, vel Clericorum baptizantium fiunt. Aduerte
98 tamen, quod filiæ ſpirituales non dicuntur, quę audiuntur in confeſſione, *cap. omnes* 3 *q.* 1. & licet filij ſpirituales vocentur impropriè, & largè eſt dictum, *D. Thom. in addit. ad tertiam partem q.* 56. *art.* 1. *in reſponſ. ad* 8. & filiæ ſpirituales dicuntur ob reuerentiā,
99 non quod cognatio ſpiritualis contrahatur, ſed ſi cū eis peccatū cōmitteretur, maximū eſſet delictum, & caſus Inquiſitionis, vt per
100 *edictum Gregorij XV. editum* 30. *Augusti* 1622. *contra ſollicitantes in Confeſſionibus*, ad ornatum, & explicationem cuius nouiſſime tractat *Pater Diana moralium reſolutionum in tract.* 4. *fol.* 105. *Sacrumq; Concilii Tridentinum in ſeſſ.* 24. *c. docet experientia.* diſponit, per ſuſceptionē in fontibus cōtrahi ſpiritualē cognationē, ad quā contrahendā requiritur actus perſonalis, .ſ. ſuſceptio, ſeu detemptio, vel cactus in cauſa neceſſitatis.

Et ideo per procuratorem etiam ſpecialiter deputatum, cognatio ſpiritualis iſta
101 non contrahitur: requiritur enim actus perſonalis, qui delegari non poteſt, *l. poſt mortem, §. vltimo, ff. de adopt. & notat Cardinalis Toletus in inſtructione Sacerdotum lib.* 7. *cap.* 4. *nu.* 6. *poſt Abb. in cap. veniens, de cognat. ſpirit. & Io. Andr. in cap. poteſt quis, de regul. iur. in* 6. & in hoc caſu, nec etiam procurator contrahit, quia non habet conſenſum, ex quo nomine alieno agit, *Couarr. in* 2. *par. de ſponſal. c.* 6. *§.* 4. *Nauarr. in conſ.* 2. *de cognat. ſpirit. Aretinus in §. illud, inſtit. de nuptijs, Toletus in loco citato*, vbi limitat quando procuratores ipſi intenderent contrahere ſecundum *Armillam ibid. Bart. & alij in l. Gallus, §. forſitan, ff. de liber. & poſthumis, c. veniens de cognat. ſpiritual. nouiſſime vero Regens Conſtantius in*
102 *repetitione l. nullus*, 60. *C. de decurionibus lib.* 10. *in num.* 39. *fol.* 150. affirmat, de conſuetudine contrarium ſeruari, maximè inter Principes, ſicuti etiam ſeruatur, vt fidelita-
103 tis iuramentum per procuratorem pręſtetur, non obſtante, quod principalis illud præſtare tactis ſcripturis tenetur, vt ibidem.

Attamen inter quos hæc cognatio ſpiri-
104 tualis contrahatur, declarat *S. C. Tridentinum ſeſſ.* 24. *de reformat. matrimonij in cap.* 2. Cognatio autem ſpiritualis talem producit effectum, vt inter compatres matrimonium contrahi non poſſit, etiam in caſu neceſſitatis, *cap. ad limina* 30. *q.* 1. Nota tamen, quod ſi maritus filium in partu ſemimortuum baptizauerit, vel ruſticus in confirmatione filium tenuerit ex ignorātia, vel ex malitia, cognatio talis nō ſeparat matrimonium, *c.* 2. *de cognat. ſpiritual.*

Quo verò ad cognationem naturalem,
105 id eſt conſanguinitatem, quæ eſt attinentia diuerſarum perſonarum ex eo prouenienſ, quando vna deſcendit ab altera, vel ambę ab eadem, *Io. Andr. in declaratione arboris affinitatis*, addens; quod dicitur à cum, & ſanguine, quia à communi ſanguine deſcendunt, vt etiam declarat *Præpoſitus, & alij ibidem.* & circa hoc ante omnia aduerte, ad quæ dicit *Diuus Gregorius in tom.* 2. *fol.* 855. *ex regiſtro Epiſtolarum lib.* 12. *indict.* 7. *c.* 6. ibi, *experimento didicimus, ex tali coniugio ſobolem non poſſe ſuboleſcere.* Namque talis naturalis cognatio matrimonium impedit, *Couarr. in par.* 2. *de ſponſal. cap.* 6. *§.* 6, ratione enim honeſtatis, & verecundiæ naturalis matrimonium inter conſanguineos impeditur, & dirimitur, *Leuit.* 18. ibi, *Turpitudinem ſororis tuæ ne reuales*, exemplumq; reliquit Amon, qui poſtquam ſororem ſuam conſanguineam Thamar concubuit, odio habuit, 2. *Regum* 13. *num.* 16. & inde Abſalon frater vtrinque coniunctus Thamar, occidit Amon, & à Dauid patre communi fuit abſolutus ibid. *num.* 14. *& D. Thom. in* 2. 2. *q.* 154. *art.* 9. *in corpore articuli, in reſponſione ad tertium*, poſt *Philoſoph.* ibi allegatū refert, quod quidam Equs deceptus, vt matri commiſceretur; cumque poſt concubitū cognoſceret matrem, ſeipſum præcipitauit,
106 quaſi præ horrore. Quod exemplum hominibus ſit poculis; aliquibus enim animalibus ineſt naturalis quędam reuerentia erga homines, & parentes: & intelligentia quædam ad obediendum, (vidimus enim in hac noſtra tempeſtate docilem, ac obedientem Elephantem ex Aphrica in Italiam, & inde Neapolim mercemonij cauſa ductum, qui ad doctoris nutum enbebat, & ſurgebat, ſique ductor ille ad eius collum aſcēdere volebat, Elephans pedem anteriorem erigebat in adiutorium ad modum manus, aut cum roſtro ſuper eum ſibi extollebat, & inde ſuper vna auricula ſubſtinebat: Ad nutumque eiuſdem magiſtri cum vno, vel duobus pedibus inclinabat, reuerentiam faciendo, etiā proſtrato ore vſque ad terram iuſta pręcepta magiſtri, cui interrogāti ſi amici eſſent, cum barritu, ſeu mugiendo quodamodo quaſi reſponſum dabat. Animal hoc diuerſimode deſcribitur, ſed quia rarum, & moſtruoſum, illud poſteris ſignificare, non videtur incongruum; eſt enim ad ſimilitudinem magni Tauri, curuo humere, & cornua non habens, ſed duos magnos dentes in altum verſos in ore, coriū criſpum, & ſine pilis in colorem cineritium,

Mm 3 capus

capuc magnum ad similitudinem Apri cum
paruis oculis,& magnis cum superciliis: Ex
medio iam dictorum duorum dentium super
os, quandam proposidem tenet: quæ loco
manus ei deseruit, præmagnitudine enim
suæ molis os ad terram extendere nequit,&
ideo cum proposide illa pastũ, & potum sibi
quærit, siquidem illam extendit vltra terrã,
& inde eam recolligit in modum vaginæ, &
aliquãdo cum illa suas tibias anteriores cir-
cuit: In principio proposidis prædictæ, duo
haber foramina, seu narices, in quibus pa-ẽ
& vinum reponit, & inde illa reuoluta ad
eius os conducit: imo poculum, seu syathũ,
vino plenũ capit, & in narices illas reuoluit.
Elephans iste annorum 12. altitudinis pal-
morum 1c. in circa erat, & secundum natu-
rales, vel 200. vel 300. annorum vitam du-
cit: semel generat, & duobus annis partum
in vtero gerit. habet iũcturas, veluti Taurus:
in pedibus vngulas quinque diuisas ad modũ
illarum duarum Tauri tenet: est velox in
itinere,& licet in quasi continuo tremulanti
motu existat, quando super se aliquem sub-
stinet, firme astat, & quasi in quadam maie-
state se ponit. erat iste Aphricanus, (sed illi
ex Asia grandiores, & gene osiores dicũtur)

Et redeundo ad nostram materiam dici-
mus, vinculum naturale satis sufficiens esse
107 ad amicitiam habendam, *Diuus Thomas
ibidem, & cap.* 1. 35. *q.* 1. meritò incongruè
videtur, fratris filiam in fontibus baptisma-
tis detinere, quoniam amicitia est multipli-
canda: sufficitque vinculum naturale, quod
inter fratres inest, quia maximum est adeo
vt Homerus Telemacum eius miserias con-
numerantem repræsentans, inter alias sine
fratre reperiri, ait.

Cognatio .n. nãlis sm̃ D. Augnst. in lib. 17.
Ciuit. Dei legitur ita, cõmixtio sororum, &
108 fratrum quãto fuit antiquior compellente
necessitate permissa, tanto postea facta est
damnabilior, Religione prohibente. Etenim
ante annum Domini 340. vsq; ad septimum
gradum extendebatur, *cap cum sedet* 35. *q.* 5.
sed in anno 1020. Innocentius Tertius reco-
gnoscens hominum malitias, & quod deuo-
tio & similiter ætas deminutæ erant, siquidẽ
quasi difficile est, quem videre tertium gra-
dum, restrinxit eam vsque ad quartum gra-
dum, *cap. non debet de consang. & affinit. &
Sac. Conc. Tridentinum*, ita confirmauit,
sanciendo, vt si quis sciẽter infra hunc quar-
tum gradum contraxerit, sit excommunica-
tus, & habetur in *clem.* 1. *de consanguin. &
affinit.* & vlterius matrimonium dirimitur,
vt euenit, inter Henricum IV. Regem Gallo-
rum,& Reginam Margaritam, fuit enim ma-
trimonium prædictum dissolutum, ex quo
erant in tertio gradu, & similiter, ex quo
tempore contracti matrimonij Rex erat sub
falsa Religione, vt vidimus supra hic nu. 73.
& narrat *Petrus Matthei in Història Fran-
cia lib.* 2. *narrat.* 4. *fol.* 173. *cum seq. Tacit.
in lib.* 12. *annalsũ*, tradidit, penes Romanos
nuptias incestuosas fuisse, si quis fratris filiã
in vxorem ducebat, sed occasione matrimo-
nij Claudij, qui Agrippam fratris Germani-
ci filiam, Pallantis impulsu, in vxorem duxit,
Senatus decreto ratæ,& legitimæ habitæ sũt.

Ad impediendum tamen hoc matrimoniũ
109 vnus testis cum fama vicinorum sufficit,
*cap. super eo, de cognat. Spiritual. Couarr. in
2. par. de sponsal. cap.* 10. *§.* 6. *nu.* 21. sicuti
sufficit testis vnus ad probandum adulteriũ,
Rimin. iunt in cons. 274. *vol.* 3. sed intellige
ante matrimonium contractum, quia post,
110 plures requiruntur testes, ex quo multa
facta tenent, *Nauarr. in d. cap.* 22. *num.* 20.
& 83. *in fine, & in cons.* 42. *de sponsal. l.* 1. *&
l. quoties, ff. quando app. sit.*

Quo verò ad dispensationem, quando ma-
111 trimonium esset in tertio, vel quarto gra-
du inter miserabiles personas, Episcopus di-
spensare poterit, *Couarr. in* 2. *par. de spon-
sal. cap.* 6. *§.* 10. *num.* 11. *&* 12. *& Syluestr.
in verb. dispensatio num.* 11. sicuti & in im-
pedimẽto criminis, seu voti, si bona fides sal-
tem vnius ex coniugibus adesset, puta quãdo
quis cognouit matrem,& postea duxit filiam
in vxorem existentem in bona fide, vel si im-
pedimẽtum esset adeò occultum, vt reuelari
non possit, aut coniuges essent pauperrimi,
quod Romam petere nõ possent, aut in par-
tibus remotis, adeo ut accessus ad Summum
Pontificem haberi non possit, *vt per DD.
supra citatos, & Nauarr. in cap.* 22. *nu.* 83.
& 85. Dispensatio enim ab Episcopo faciẽ-
da cum iusta causa fieri debet, sed à Papa
112 absq; iusta causa dispẽsatio fieri põt, *Couar.
in d. cap.* 6. *§* 9. *nu.* 10. *& Nauarr. in cap.*
25. *num.* 74. De stilo autem Curiæ Romanæ
113 tres sunt causæ. Prima ex defectu dotis
incompetentis. Secunda, pro extinctione
magnæ litis,& compositione inimicitiarum.
Tertia, propter angustiam loci, *secundum
DD. supra citat.* concessaque gratia præ-
dicta, si ante executionem ipsius Papa mo-
114 riretur, perfecta remanet, quia morte mã-
dantis non expirat, *cap. si super gratia, de
offic. deleg. in* 6. *Nauar. in c.* 1. *de priuileg.*

Quintum sequitur impedimentum, quod
dicitur crimen, & procedit, si homicidium
115 mariti, vel vxoris, cum machinatione
vtriusque Adulteri interuenisset, tali enim
casu crimen hoc impedit, & dirimit matri-
mo-

monium, *cap. c. de conuerſ. coniugat. & 30. q. 1. per totum*; & tunc diſpenſatio Summi Pontificis requireretur, *cap. 1. & tot. tit. de eo, qui duxit in vxorem, quam polluit per adulterium*, quod intellige, ſiue adulterium præceſſerit, ſiue non *& Toletus in inſtruct. Sacerd. lib. 7. cap. 6. num. 2.* hoc extendit etiam ſi coniux occideret coniugem infidelem, vel occidere faciat, vt ipſe conuertatur ad fidem, & cum fidele contrahat, & allegat, *cap. cum laudabile, de conuerſ. infidel.* vbi alios eſſus videre poteris.

Limita tamen, ſi homicidium ex aliqua alia cauſa proceſſiſſet, & non adhuc finem: vel ſi altero ignorante, homicidium commiſſum fuerit, *Sotus in 4. diſt. 37.* iſtudque procedit, etiam ſi poſtea innocens homicidium ratum habuerit, *glo. & Abb. in d. c. 1. de conuerſ. coniugat.* Nota tamen in hac materia adulterij, illud eſſe in Germania raro vſitatum. Hinc *Tacitus* de Germanis loquendo miratur, & ait, *Pauciſſima in tam numeroſa gente adulteria, quorum pœna præſens maritis permiſſa: accitis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac omnem vicum verbere agit.*

Sextum ſequitur impedimentum, idest
116 cultus diſparitas. Hoc enim impedimentum militat, quando alter ex coniugibus eſt Chriſtianus, & alter ex alia lege.

Inter duos infideles matrimonium poteſt
117 eſſe, non quod adſit Sacramentum, ſed coniunctio quædam naturalis, & politica, *Abb. in cap. quanto, de diuortijs, in 2. notab. Sot. in 4. diſtinct. 39. q. c. art. 1. & 2.* Sed inter Chriſtianum, & Iudæam non poteſt eſſe, vt ibidem, ex ratione quia non ſolum cohabitatio adeſſe debet, ſed tranquilla conuerſatio, ac Diuini, & Humani Iuris communio, *l. 1. ff. de rit. nupt.* Hinc euenit in anno 1599. diſſolutum fuiſſe matrimonium inter Henricum IV. & Reginam Margaritã, præſertim ex quo de Anno 1572. quando matrimoniũ inter eos contractum extitit, Rex in falſa religione hæreſis reperiebatur, & ſic non ſub iuriſdictione Summi Pontificis, *vt refert Petrus Matthæi, alias citatus, in Hiſtorijs Franciæ lib. 2. narrat. 4. fol. 177.* & diximus ſupra hic num. 73. ex occaſione aliorum impedimentorum.

Septimum eſt impedimentum, quod dicitur, Vis, proceditq; quando in matrimonio non adeſſet libertas, prout debetur, *c. gemma de ſponſal.* & ideò matrimonium per metum cadentem in cõſtantem virum contractum, eſt nullum, *l. ſi patre cogente, de rit. nuptiarum, cap. veniens, de ſponſalib. Couarr. in 2. par. de ſponſal. cap. 4. & 5. pulchre Gaillet pract. obſeru. lib. 2. obſeruat. 93. vbi nu. 13.* ait, quod ſi Monachi ſpe ſucceſſionis, in Monaſterium doloſe, aut per vim aliquem pellicerint, ſucceſſione priuantur, quod nota aduerſus talia patrantes.

Vis enim duplex eſt, *l. 2. ff quod met. cauſ.* idest, præciſa, & conditionata. Præciſa
119 dicitur quãdo quis violenter ligatus foret, nam tunc omnem vitiat contractum. Conditionata vero idem, quod metus eſt, *l. 1. 2. & 3. ff. quod met. cauſa*, puta ſi alicui dicatur, ducas talem in vxorem, alias te occidam. Metus, aut eſt leuis, & non irritat con-
120 tractum, aut eſt grauis cadens in conſtantem virum, prout eſſet metus mortis, carceris, captiuitatis, ſtupri, infamiæ, vel flagellorum, & irritat, *l. ſi mulier, in fine, & l. continet, ff. eod. tit. quod met. cauſa. gloſ. notab. in cap. 2. de his, quæ vi, metuſq; cauſa, fiunt.* Vel eſt metus amiſſionis magnæ litis,
121 (quia bona ſunt ſecondus ſanguis hominis, *gloſ. in l. aduocati. C. de aduocatis, diuerſ. iudic.* immo dici poſſet, quod ſunt primus ſanguis, quia non niſi ex bonis fit vigor, & ſanguis) & tunc talis metus veniens ab extrinſeco, idest, quando ab homine homini infertur ad hunc finem, matrimonium eſſet nullum, *vt per DD. ſupra citatos, & per Couarr. in 2. par. de ſponſal. cap. 3. §. 5.* Circa quæ nota, quod ſi quis fuit cum muliere inuentus, & euaginato coactus foret ad contrahendum, vocatiſque Parocho, & teſtibus, contrahit coram eis per verba de præſenti, matrimonium valet, *cap. tua nos, de ſponſal. Abb. in cap. veniens, el primo eod. tit.* ratioq;
122 eſt, quia Eccleſia non iudicat de occultis; Quamuis coram Deo cõſenſus ſit extortus: quod extende etiam ſi Iudex metu carceris, vel triremis, aliquem ad contrahendum cogerit, *Sot. in 4. diſtinct. 29. art. 3. & 4.* Siu verò Barones, vel eorum Magiſtratus
123 vaſallum ad contrahendum matrimonium cum perſona certa compellerent, excommunicati forent, & matrimonium eſt nullum, *vt in Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. plerumque*, quod extende, quando Baro non cum minis hoc faceret, ſed cũ precibus, quia preces Dñi habentur pro iuſſu, *l. 1. ff. cẽſetur q. vis. pro iuſſu; nam te cogi credas, cum te rogat ipſa poteſtas, Caietanus in Diuum Thomam 2. 2. q. 154. art. 6.* precesq; Superioris armatæ dicuntur; ergò tantò magis ſi vis adeſſet. Diximus de hoc etiam ſupra verſ. 3. obſeru. 4. in quibus Barones non habent poteſtatem nom.

Quo verò ad metum circa mandata regalia de non contrahendo matrimonio abſque licentia Regis, *vt in conſtit. honorem noſtræ Diadematis, vbi Andreas* irruit contra eam, dic, quod hodie matrimonia ſunt libera, vt ſupra diximus, & facit *l. in copulandis, C.* de

de secund. nupt. talia enim mandata fiunt ad
finem ne Pupillę circumueniantur, & expedit
vt Rex, qui est earum Protector videat, &
exploret consensũ earũ, *& in Genes* 28 fuit
facta ꝓhibitio ne accipiatur vxor de genere
Canaam, de quo vide *Molin. de primogen.*
Hispan. lib. 2. cap. 13. *n.* 28. & ad faciendum
ista mandata de non contrahendo, est pra-
ctica sumpta ex *l. vidua* 18. C. *de secund.*
nupt. & diximus supra in principio huius
materiæ, & alia ponit *Regens de Ponte in*
loco ibi citato, & infra hic nu. 144. vbi om-
ninò videas; tãguntur enim aliqua occasione
declarationis huius impedimenti.

Octauum sequitur impedimentum, quod
dicitur Ordo. Et est impediens, & dirimens,
124 intelligitur enim de Ordine sacro, idest,
Præsbyteratus, Diaconatus, & Subdiacona-
tus, *cap.* 1. *&* 2. *ne cler. vel Monachi. & c.* 1.
cum sequent. de Clericis coniug. Nauarr. in
cap. 2. *de conuers. coniugat.* Hi enim contra-
here non possunt, & contracta per eos ma-
trimonia dirimuntur; tu autem in hoc om-
nino videas *extrauag.* 1. *de voto, & voti re-*
dempt. lib. 6. vbi nouus casus habetur .i. ma-
trimoniũ nondũ per carnis copulã consum-
matum, per susceptionem sacri Ordinis non
dissolui.

Nonum impedimentum est ligamen,
quod vinculum matrimonij est, quoniam
125 vir, vel mulier vxorati, aliam, vel alium
ducere non possunt, *c. gaudemus, de diuortijs,*
& toto tit. de sponsa duorum; quod procedit
etiam si primum matrimonium esset ratum
126 tantum, quia consensus, & non concubitus
facit matrimonium, *glos. in cap. vltimo de*
sponsa duorum, l. fin. C. de repudijs; quinimò
127 matrimonium ratum à Papa dissolui non
potest, postquam est de iure Diuino, *Sot. in*
lib. 7. *de iustit. & iur. q.* 2. *art.* 5. *& in* 4.
distinct. 27. *q.* 1. *art.* 4. *Couarr. in* 2. *par. de*
sponsal. cap. 7. *§.* 8. *num.* 13. *& seq.* Verum
secundum opinionem Canonistarum dispen-
sare potest: quia ea ratione qua dispensat,
vt per ingressum Religionis possit separari,
ita & per hanc, & hæc est tutior, & probabi-
lior in praxi, & de facto dispensauerunt Pon-
tifices Iulius III. & Martinus IV. Est verum,
quod quando Papa dispẽsare vult super ma-
trimonio rato, cum causa facit iusta bonum
commune, *Nauarr. in cap.* 22. *num.* 21. *in*
Manuali Confessorum, Syluest. in verb. di-
uortium, §. 4. *& notabiliter Caietanus in*
opusculo to. 1. *tract.* 28. vbi ad partes arguit;
Nauarr. autem in *cons.* 3. *de sponsal. in no-*
uis, & in cons. 1. *de frigid. & maleficiatis, &*
in cons. 37. *&* 38. *de voto*, concludit, Papam
dispensare posse.

Decimum impedimentum dicitur hone-
128 stas; est enim propinquitas proueniens ex
sponsalibus propter matrimonium ratum,
ob publicam honestatem, *Additio ad cap.*
sponsam, de sponsal. Nauarr. in cap. 22. *nu.*
27. *in Manuali Confessorum*, & est inductum
ex decentia matrimonij, *l. semper in contra-*
ctibus ff. de reg. iur. & l. semper de ritu nup-
129 *tiarum*; Oritur enim hoc impedimentum
ex sponsalibus de futuro, & ex matrimonio
rato, & de iure *Sacri Concilij Tridentini in*
sess. 24. *cap. iustitia publica honestatis*, ex-
tenditurque ad primum gradum tantum in
sponsalibus de futuro validis, sed in sponsa-
libus de præsenti, idest de matrimonio rato,
non loquitur; & merito standum est iuri an-
tiquo, quod vsque ad quartum gradum in-
clusiuè extenditur, *cap.* 1. *de desponsat. im-*
puber. in 6. *Nauarr. in d. cap.* 22. *num.* 57.

Vndecimum impedimentum est, si sis af-
finis. In hoc impedimento ante omnia,
nota illud, vt supra relatum generale assum-
ptum *Beati Gregorij in lib. Epistolarum ex*
registro lib. 12. *in sect.* 7. *tom.* 2. *fol.* 855. *in*
6. *interrogat. S. Augustini*, vbi hæc verba
profert. *Experimento didicimus ex coniugio*
inito inter fratres, & sorores, aut inter duos
fratres germanos, vel inter filios, vel filias
duarum sororum, sobolem non posse subcre-
scere. Quo assumpto facto scias.

Affinitatem esse propinquitatẽ ex copula
carnali prouenientem, *Couarr. de sponsal. in*
2. *par. cap.* 6. *§.* 2. *&* 7. vel dicas, quod affi-
130 nitas est personarum proximitas ex coitu
proueniens inter copulantem & consangui-
neos copulatæ, & inter copulatam & con-
sanguineos copulantis, *secundum Io. An-*
dream, & Præposit. in declar. arboris affini-
tatis. Estque affinitas duplex, licita, & illici-
ta; licita est quæ ex matrimonio oritur: illi-
cita verò quæ ex qualibet copula carnali in-
honesta prouenit, *cap. disceptationem, de eo*
qui cognouit consanguineam vxoris suæ.
Affinitas enim nascitur ex eo, quia per con-
iugium duo personæ efficiuntur vna caro,
quod efficitur etiam per fornicationem, di-
cente *Apostolo* 1. *Corinth* 6. *qui adhæret me-*
retrici vnum corpus efficitur, erunt enim
inquit, *duo in carne vna; ex fornicatione*
verè pater est qui generat, & filius, qui sic
generatur; ergò ex fornicatione oritur affi-
nitas, *vt per Eminentiss. Bellarminum de*
matrimonio lib. 1. *cap.* 30. *in* 3. *tomo disput.*
fol. 1421. Quod intellige de copula carnali
in vase debito cum effectu cõsummato, *DD.*
in cap. extraordinaria 33. *q.* 3. *Nauarr. in*
cap. 22. *num.* 57. *& seq. in Manuali Con-*
fessorum; quæ affinitas de antiquo iure vsque
ad

ad quartum gradum extendebatur ſicuti in
131 copula licita. Hodie autē in inlicita vſque ad ſecundum gradum reſtringitur, *Couar.in 2.par. de ſponſal. cap.6. §.7. nu. 3. Abbas in cap. per tuas, num. 3. de probat.* quo verò ad copulam licitam, impedimentum vſque ad quartum gradum incluſiuè remanſit, *cap.nō debet, de conſang.& affinit.*

Huius affinitatis impedimentū multi ſunt effectus: nam ſi poſt contractum matrimonium ratum, vel conſumatum cum ſorore, nepte, vel propinqua vxoris tuæ coieris, diſpenſatio ſecundum *Sac. Concil. Trident. in ſeſſ 24. c. praterea*, eſt adhibenda, & ab Epiſcopo debet peti licentia, *cap. tua, de eo, qui cognouit conſanguineam vxor. ſua.*

Vlterius, qui duas ſorores, vel matrem, & filiam cognouerit, aliquam ex eis in vxorem ducere non poterit abſque diſpenſatione, *Sot. in 4.diſtinct.37. & 41. Nauar. in conſ.39. & 35. de ſponſalibus*, quod procedit etiam ſi delictum occultiſſimum foret, *cap. 2. de eo, qui cognouit conſang. vxor. ſua.*

Et quo ad diſpenſationem gradus, vide ſupra hic *num.* 120. quo vero ad affines iſtos in primo gradu, cauſas controuerſiarum inter eos eſſe compromittendas, etiam inter maritum, & vxorem (quamuis affines inter eos non ſint, ſed tantum vinculum hoc affinitatis ex eis producatur, *§. affinitas, inſtit. de nuptijs, l. affinitatis, C. communia de de ſucceſſio.*) tenet *Couar. in d.§.7.nu.7.*

Duodecimū, & Vltimū impedimentū eſt.
132 *Si forte coire nequibis.* Hoc impedimentū declaratur in *toto tit. de frig. & maleſ.* vbi *Innoc. in c.1.* declarat, quomodo coeundi impotentia probetur, & frigiditatem viri quadrupliciter probari, ait. Poteſtq; eſſe duplex, aut naturale, vt ſunt homines frigidi, & inepti diſpoſitionis, aut accidētale, prout ſunt maleficiati, *Abbas in cap vlt per totum, de frigidis, & malefic. Nauarr. in cap 22. num.57. & ſeq.* quod impedimentū ſi poſt matrimonium contractum accideret, etiam ratum, non impedit, nec dirimit, *cap. hi qui, 33.q.7. Abbas in cap. conſultationi, de frig.& maleſ.* requiriturq; vt ſit perpetuum, & non tem-
133 porale, *d cap. conſultationi, & toto tit. de frig.& maleſ.* vbi quod per triennium debet exitus expectari.

Sed quid ſi elapſo hoc tempore, matrimo-
134 nium ſepararetur, & iſte vir aliam duceret vxorem, vel vxor arcta alium duceret virum, & ſecundum matrimonium conſumaretur, an ad prima coniugia redire debeant? *cap fin. de frigid. & maleſic.* decidit affirmatiuè, ex quo Eccleſia intelligit de certa infirmitate facti, & ita concludit *Innoc. in c. fraternitatis, de frigidis, & maleſ.*

Quo verò ad impedimentum maleficij, opere Dęmonis, vel artis magicæ factum, vt in *cap. laudabilem, de frigid. & maleſic. & in tot.tit. de maleficis, & mathem.* ſi ob maleficium hoc matrimonium ſepararetur, & maleficiatus cum ſecunda vxore matrimonium conſumaret, ad primam vxorem redire non teneretur, quia maleficium poteſt eſſe cum prima vxore, & cum ſecunda non, *Sot. in 4. diſtinct.34. quaſt.1. artic.2. & 3. & Innoc. in cap. fin. de frigid. & malefic.*

135 Maleficium ex multis cognoſcitur, & pręcipuè ſi vir, vel vxor inter ſe exoſi ſine cauſa forent, vel ſi per ſuccos herbarum Dęmon actiua paſſiuis adhibet, & frigeſceret, vel ſi aſſumpto corpore aereo inter coniuges ſe interponeret, vt inter ſe contingi non poſſint: in his enim caſibus malefici, non debent perquiri, ſed diligentia adhibenda foret ad inueniendum alligationem, & illam comburere, *Alphonſ. de Caſtro in lib.1. de iuſtitia hæreticorum puniend. cap.15. Sot. in 4.diſtinct.34.quaſt.1.artic.4.* aduerte tamen,
136 nil poſſe euenire, niſi Deo permittente, & Dęmone adminiſtrante, *cap. ſi per ſortiarias, 33. quaſt. 1.* & meritò ad hæc maleficia cu-
137 randa, ſunt matrimonia ſine peccato mortali contrahēda, & orationes, & eleemoſynæ continuandæ, vt per *DD. in locis prædictis, & in Tobia libro legitur*, notatq; *Couar. in 2 par. de ſponſal. in cap.6. nu.1.* quod in peccato mortali exiſtens, matrimonium contrahere non debet; ratio eſt, quia hoc maximum ſacramentum non debet in tali ſtatu tractari: verum eſt tamen, quod ſi à tali crimine irretito contraheretur, matrimonium valet, *vt ibidem*, & ponit *Nauar. in princ. de pen. diſt.5. in 6.par. gloſ. nu.33. & 39.*

Et ex his breuiter ſunt impedimenta prędicta dilucidata, de quibus etiam vide *Petrū Rebuffum in pract. in regul. cancell. 46. gloſ.1. & ſeq. fol.427. & ſeq.*

Videamus modo aliqua circa effectus matrimonij, qui quidem multi ſunt, & inter cęteros nota.

138 Primo, quod filij naturales per ſubſequens matrimoniū efficiuntur legitimi, *c. tanta, qui filij ſint legitimi*, quod procedit etiam ſi fit in articulo mortis, *Iaſ. & cæteri in l. ſed, & eſt quaſitum, de lib. & poſthum.* ſed aduerte,
139 quod primogenitus ex legitimo matrimonio, præfertur primogenito illius olim concubinæ poſtea captæ in matrimonium, *Couar. in 2. par. de ſponſal. cap.8. nu.2. Molina de iuſtit. & iure, in tract.2. diſput.172.* quod limita vt per *Abb. in d. cap. tanta, qui filij ſint legitimi*, habeturq; in *Geneſ. 21.* quod filius natu-

naturalis cum filio legitimo non est hæres, quamuis naturalis patris sui semen sit, vt ibidem.

140 Secundus effectus est, vt ignorantia vnius ex coniugibus (inter quos non potest esse matrimonium ob consanguinitatem, aut affinitatem, vel aliam causam) operetur, vt filij sint legitimi, *cap. ex tenore, qui filij sint legitimi*, sicuti est in Prælato iniustè Ecclesiam detinente, nam licet rei veritate Prælatus non sit, tamen absolutiones, & pœnitentiæ quas Parrocchianis Ecclesiæ iniungit, tenent, & valent propter eorum fidem, quam habent in Sacramento, nam alias animæ illorum perirent, vt notat *Lucas de Penna in l. Actuarios. 7. vers. sic dicimus, C. de numerarijs. & Actuarijs, lib. 12.* & facit *l. barbarius, ff. de officio præs.*

141 Tertius effectus est, quia filius non tenetur credere se esse adulterinum: sicuti nec mulier tenetur reuelare adulterium, *DD. in cap. officij, de pœnitent. & remissionibus, Siluest. & Angelica in verb. adulterium,*

142 *§. 1.* vbi quod confessarius adulteram ad reuelandum adulterium compellere nō potest. Sunt etiam & multi casus à nostris Pro-regibus prouisi, in quibus matrimonia contrahi non possunt ob bonum publicum.

143 Hinc per *pragmaticam D. Comitis de Lemos 31. Maij 1616.* prohibentur Educatores matrimonia cum Puellis morantibus in eorum domibus ad educandum, contrahere: licet hoc per prius sancitum fuerat in *l. non est matrimonium. 66. ff. de rit. nupt.* & ponit *Petrus Rebuffus in pract. in regula cancellar. 46. glos. 1. nu. 3. fol. 427.*

144 Possunt n. Reges, & qui Reipublicæ præsunt, circa humanos contractus, humanas leges condere, eosque certo modo factos, ratos, secus autem irritos esse decernere ob communem pacem, & concordiam Populorum: quatenus vero matrimoniū contractus tantum ciuilis est, possunt quoq; politici Principes impedimēta constituere personas legitimas, vel illegitimas efficiendo, sicuti declarat *D. Thom. in 4. distinct. 34. quæst. vnica, artic. 1. ad 4.* & inde in *distinct. 42. quæst. 2. artic. 2. ad 4. & Eminentiss. Cardinalis Bellarminus in tom. 3. disputationum controuersar. fol. 1381. col. 2. in 21. cap. de matrimonio sacram.* vbi concludunt, ad Principem politicum non pertinere, nisi cum consensu, & subordinatione ad Principem Ecclesiasticum, quoniam eadem potestas ad duo diuersa Tribunalia, æquè, & immediatè, & propriè pertinere non potest, & clarius declarando distinguit supradictus *Cardin. Bellarminus in loco citato, fol. 1425.* & nouissimè *Pater Diana moralium resolut. in tract. 2. de immunitate Ecclesiastica, resol. 127. fol. 84. & resol. 104.* vbi imponi pœnam non posse contra nubentes patribus nolentibus, concludit: non. n. parentum consensus requiritur, *c. nō omnis c. honorantur, & c. fin. 32. q. 1. Sacrumq; Concilium Tridentinum in cap. 1. de reformat. matrim. sess. 24.* ibi, *Quique falso affirmant, matrimonia à filijs familias, sine consensu parentum contracta irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse*: (verum ibi subditur) *nihilominus sancta Dei Ecclesia ex iustissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit.* & & circa has materias vide *Regentem de Ponte de potestate Proregis, tit. de assensibus super dotibus, num. 53. fol. 255.* ac *Genesis 28.* ibi, *Noli accipere coniugem de genere Canaam, & l. vidua, C. de nupt.* quæ loca ad hanc materiam conferunt, & tetigimus supra hic *num. 3. & 123. per totum.*



VERS.

VERS. IX.

Verum à riſpetto delli matrimonij contratti, per li quali inſino al preſente foſſero fatti Capitoli matrimoniali per mano di publico Notaro, volemo, s'oſſerui quello, che trà le parti ſi foſſe concordato, non oſtante la preſente Pragmatica.

Verum reſpectu matrimoniorum initorum, pro quibus uſque ad præſens Capitula matrimonialia manu publici Notarij confecta forent, volumus obſeruari, quod inter partes fuerit conuentum, hac Pragmatica non obſtante.

Pro explicatione huius Verſiculi erit videndum.

Primo, quomodo, & quando lex non præterita, ſed futura reſpiciat.
Secundo, Capitula matrimonialia, quæ, & quando originem ſumpſere.
Tertio, de Notario, tam Apoſtolico, quam Regio, & de eorum fide aliqua obſeruabimus, & nobiles an dici poſſint, & aliqua de Iudicibus ad Contractus enunciantur.

OBSERVATIONIS I.

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica quando futuris, & non præſentibus negotijs prouidet, & nu.6.*
2 *Legis natura eſt, futura reſpicere.*
3 *Lex eſt decretum hominum ſapientum.*
4 *Inſtrumentum dotale eſt iudicandũ ſecundum leges vigentes tempore ſui contractus, non obſtante quod matrimoniũ præceſſerat.*
5 *Lex ligat etiam ignorantes.*
6 *Dum præterita indulget, futura vetat.*
7 *Lex quando ligat poſt promulgationem.*
Delinquens ſub ſpe indultus futuri, quod ſcit debere publicari, an gaudeat illo, ibidem.
Indultum, vel Iubileum futurum ſciens, & delinquens, an gaudeat, ibid.
Iubileum futurum publicandum ſciens, & delinquens, an gaudeat, ibid.
Vendentes, vel ementes carius, quia ſciunt Pragmaticam, vel legem publicandam, an teneantur, ibidem.
8 *Pragmatica quomodo à Prorege fiunt.*
9 *Banna à Prorege ſolo (vt plurimum) emanantur.*
Et à Regia Camera Summaria, & Mag. Cur. Vic. & non à Sacr. Conſ. ibidem.
10 *S.C. Capuana nõ facit Banna, ſed decreta.*
11 *Decreta S.C. affiguntur in valuis, & habentur loco Bannorum.*
12 *Leges omnes indigent publicatione præter legem naturæ.*
Natura lex non indiget publicatione, ibid.
13 *Bannum ſignificat citationem.*
14 *Nomen Barbarum eſt, latine proſcriptio ſignificat.*
15 *Vocabulorum vana nomina non ſunt curanda.*
16 *Banniti dicuntur, quia aqua, & igne interdicuntur.*
17 *Vxor occidens, vel occidi faciens maritum foriudicatum punitur, & maritum rebellẽ adiuuare poteſt.*
18 *Perſuadentes homicidia fieri cum ſcopittis paruis includuntur in Pragmatica cõtra homicidia committentes cum eis.*

VERS.

VERS. IX.

OBSERVATIO I.

Quando lex nõ præterita, sed futura respiciat.

PRO huius Obseruationis explicatione, est primo animaduertendum hunc nostrũ Versiculum aliqualiter aduersari, *text. in §. 1. in auth. de filijs ante dotalia instrumenta natis*; vbi dicit *Bart.* quod lex noua habet locum in casibus pendentibus: & sententia, vel transactio habent locum in casibus nondum finitis: Sed cum nostro Versiculo congruit *text. in §. 1. vers. quæ igitur, in auth. de æqualitate dotis*; vbi, dum agitur de æquando dotem donationi propter nuptias, & quartæ, hæc verba profert.

Quæ igitur ante hoc tempus dotalia instrumenta composita sunt, eo pacto obtinento; quo conuenta sunt, & constituta, quod enim factum est, infectum manere impossibile est. Verum est tamen, quod quando Imperator legem ad præterita prospicere vult, expresse declarat, vt in *extrauag. ad reprimendum, sub tit. quomodo in læsa Maiestatis crimine procedatur*; ibi, *hanc autem generalem legem nostram extendi iubemus ad præterita, præsentia, & futura*: de iure autem ordi-
1 nario, lex, seu pragmatica futuris, & non præsentibus negotijs prouidet, *§. 1. in auth. de his, qui nuptias iterant*; si tamen expressè non dixerit, *l. 1. de pact. pignor. l. leges, de legib.* sicuti etiã dicimus, quod lex rebus, & non verbis imponitur, *l. 2. in fine, C. communia de legat.* Idcircò; leges non est verba earum tenere, sed vim, ac potestatem, *l. scire 17. ff. de legib.* Hinc est, quod in fraudem legis dicitur facere, qui saluis verbis legis, sententiam eius circumuenit, *l. contra legẽ*
2 *29. ff. eodem*; Natura enim legis est, futura respicere, *l. sancimus, C. de sacros. Eccles. cap. 2. & fin. de constit.* & ad præteritas causas non trahi, vt latè per *Io. Vinc. de Anna in alleg. 49. nu. 3.* & dicetur infra in *vers. 13. obser. 2. nu. 5. & seq.* hinc ordinariè dici solet, lex non habet oculos retro; quod clarè probatur ex diffinitione legis, quæ est decretũ
3 hominum Sapientum, & correctio voluntariorum, & non voluntariorum peccatorum, & Ciuitatis compositio communis, secundũ quam omnes decet viuere, qui in Ciuitate sunt, *l. 2. ff. de legib.* meritò dicitur à Demosthine Oratore eam diffiniente, quod lex est cui omnes homines debent obedire, tum propter multa, & varia, tum maximè, quia omnis lex est inuentio quædã, & donum Dei, *d. l. 2. ff. de legib.* Hinc ciuilis ratio legem positiuam adinuenit ex speciali Dei gratia propter humanam prouidentiam, quam Promotheum appellat Plato. Ergò si contrahentes secundum vsum viuendi eo tempore vigente ad humanam societatem conseruandam, pacta, conditiones, ac modos apposuere, lex non potest respicere præterita, siquidem conseruari quis debet in eo statu, in quo repertus est, futura enim scire nõ poterat, nam alias non contraxisset. Hinc est, quod si *cap. 21. Regis Catholici ad beneficium mulierum Neapol. pro assensu super feudis*, loquatur de matrimonijs contrahẽ-
4 dis, non extendebatur ad maritatas: verum si præcesserat matrimonium absque instrumento dotali, & post capitulum prædictum fuerat instrumentum stipularum, comprehensum erat: quia lex futuram obligationẽ dotis respicit, & nõ matrimonium futurum, vel præteritum, & ita iudicatum refert *Camer. in l. Imperialem, fol. 52. lit. I. & V. & text.* est in terminis in *l. assiduis. C. qui potior. in pign. habeantur*, ibi. *quam legem ex præsenti tempore locum habere sancimus, & non retrorsum referimus*. Nec dicatur, quod lex punit, & cogit etiã non volũtarios, idest ignorantes, vt in *d. l. 2.* vbi *glos.* quia intelligitur non voluntarios, idest illos, qui
5 deliquerunt, vel contraxerunt post promulgationem legis, quia ligat etiam ignorãtes, *Innocent. in cap. 2. de constit. in fine*, sed notabiliter limitat, quando dilucidè suam probaret ignorantiam, quod dictum singulare exclamant *add. & alij ibi allegati*.

6 Est tamen aduertendum, quod dum lex in præteritum quid indulget, in futurum compescit, & vetat, *l. cum lex. 22. ff. de legibus*, quam regulam limita in casu *Pragmaticæ edita per Comitẽ de Lemos 11. Martij 1616.* qua sancitum extitit, vt pace facta sub verbo, & fide Regis, dicantur offendentes committere delictum proditorium, & id ad paces factas de præterito extenditur, vt fundatur infra *vers. 10 obseru. 2. nu. 4.* sed respondetur, hæc ad euitanda delicta procedere ex mente comprehensiua statuentis, vt alibi notauimus.

Promulgata enim lege, statim subditi li-
7 gantur in Ciuitate: sed per Prouincias à die publicationis prædictæ post duos menses, *§. 1. in auth. vt facta noua constit.* verũ quando Proreges cito banna seruari volunt, publicare illa faciunt nedum in hac Ciuitate Neapolis tanquam in capite, & Metropoli Regni, sed in qualibet Terra Regni, & ita

ligant

ligant fubditos à die publicationis in illa terra, *V. de Franch. in decif. 360. & 458. & in auth. vt facta noua conftitutiones*; Sed pone, quod quis bannum Indulgentiæ fciebat, & ante publicationem ipfius deliquit, ad finem gaudendi; an debet gaudere? *D. Antoninus, & Felin. in cap. vlt. de conftit. & Salic. in l. caftitati, C. ad leg. Iul. de adult.* tenent, quod fi fciens futurum Iubileum abfoluturum peccata, & fub fpe abfolutionis peccauerit, non debet gaudere: *Nauar.* autem contrarium affirmat in *notab. 34. in fine*, fed quod delinquens fub tali fpe Indulgentiæ, indultu gaudere non debeat, tenet *Vrfill. in decif. Afflict. 194. in fin.* poft *Maffuer. in tit. de priuileg. in princ.* vbi quod delinquens fub fpe Indulgentiæ, non gaudet ipfa Indulgentia. Quærit autem *Pater Diana moral. refolut. in tract. de contract. refol. 34. in fine*; num fciens promulgationem legis, poterit ante eius promulgationem vendere, vel emere carius, aut è contra? & concludit poffe: fed Confiliarios condentes leges teneri, fi filentio non tenuerint legem promulgandam, & eorum culpa in notitiam aliorum deuenerit.

Dubitatur quandoque, quæ nam fit differentia inter Bannum, & Pragmaticam, & dic, quod virtualiter idem funt, quando in Banno adeft claufula *omni tempore valituro*, fiquidem tali cafu in vniuerfalem legem tranfit.

Differunt tamen, quandoque nedum in nomine, fed in effectu, fiquidem verba cum effectu funt accipienda, *l. 5. §. 1. ff. ne quis*
8 *eum*, fiquidem Pragmaticæ à Prorege cum Confilio, voto, ac firma Regentium fiunt Bannum verò, & fi aliquando cum eadem
9 folemnitate fieret, tamen vt plurimum Banna à Prorege folo, tanquam Capitaneo Generali ad guerram cum firma fua, & eius Secretarij per Scriptorium fieri folent: fiunt quoque Banna per Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ, vel per M.C.V. pro particularibus concernentibus negotia ipforum Tribunaliũ, vt in dies videmus, & de eis facit mentionem *Afflict. in decif. 290.* & ibi *Vrfill.* At Sacrum Regium Confiliũ Capuanæ (lumen,
10 & fpeculum omnium Tribunalium) fimilia banna facere non folet: fed per eius decreta prouidet occurrentijs fuæ iurifdictionis, de-
11 cretaq; affiguntur in albo prætorio, ideft in valuis fui Tribunalis, Ex quibus fi quis non cafu, fed dolo malo ea corruperit, datur in eum 500. aureorum iudicium, & in defectum corporalis pœna, & omnes accufare poterunt, *l. fi quis id. 7. ff. de iurifd. omn. iudic. l. fin. ff. de in ius vocando*, habent enim vim legis, *pragmat. 48. §. fin. de officio Sac. Conf.* illaq; affixio habetur loco publicationis, *l. Programmata, C. comminationes Epiftolas &c. authoritatem rei iudicata non habere*, quinimo Romæ leges quamplurimæ ante promulgationem in publico ponebantur ad finem perfcrutandi à Populis, quid de eis dicerent, vel fentirent: multoties enim Populi fenfus Legiflatoris mentem aperit, quia eft melior legum interpres, quam pauci; Hinc multi Principes antequam aliquem miniftrũ creant, vocem de tali creatione facienda infurgere faciunt ad hoc vt contrarij, & prætendentes, vel Populi vox, eligendi defectus prodeat, & ita aptior prouifio acceptari poterit. Omnes enim leges indigent publica-
12 tione, licet naturæ lex tantum ea non indigeat, *D. Thom. 1. 2. quaft. 90. artic. 4. Molin. de Hifpan. primog. lib. 1. cap. 1. nu. 19. fol. 182. Cuiacius vero in fuis comment. de feudis, in præfatione*, tanquam infignis antiquitatum
13 perfcrutator dicit, Bannum fuiffe nomen generale, per quod edictum, fiuè citatio fignificabatur. Tu autem dic, Bannum nomen barbarum effe, latinè autẽ nomen hoc pro-
14 fcriptio dicitur, inde Banniti, ideft profcripti dicuntur: dicitur autem Banni vocabulum à Banderia, fiuè à Vandalico verbo Banner, quod vexillum etiã Germanicè demonftrat, vt per *Alberic. in dictionario, & Nellũ de banditis, in 1. par. 2. temporis. quaft. 3.* Sed
15 vana nominum vocabula curanda parum veniunt, dum de fenfu conftat, *l. 2. §. & vt fubtilitati, C. de conftit. pecun. l. eum de lanionis, § afinam, ff. de fund. inftruct.* In pandectis hoc nomen Banni non habemus: fed in Codice tantum, ideft in *auth. item nulla, C. de Epifcop. & Cleric. & in auth Gazaros, C. de Haret. & Manich. & in alijs locis*, ac etiã *in libris feudorũ, vt in cap. 1. hic finitur lex, & in cap. nos Fredericus, de ftatutis, & conf.* & fimiliter in *Iure Canonico cap. fœlicis, de pœnis in 6.* Hinc bannimenta dicuntur monitiones, fcũ publicationes factę in Ecclefia in tribus diebus feftiuis pro matrimonijs celebrandis, *cap. eum in tua, de fponfal. cap. fin. qui matrim. accuf. poff.* meritò dum Bannum profcriptio eft, ergò recto vocabulo latinè
16 appellantur Banniti, cum aqua, & igne interdicũtur, quod nil aliud eft, quam eos bannire. Hinc eft, quod à nemine defendi, & ab omnibus offendi poffunt poft latam fententiam declaratoriã banni, vt in noftris *Pragmaticis fub titulo de Bannitis* eft videre, & in *Regni conft. Pœnam eorum*, quæ poft anni circulum foriudicatum, ideft quafi foris omnem aditum iudicij conftitutum, & ab omnibus occidi poffe, declarat, fed limita, con-

No ftitu-

17 stitutionem ipsam non procedere ad benefi-
cium vxoris occidentis, vel occidi facientis
maritum. *Vinc. de Franch, dec.* 276. vbi quid
in filio, & fratre, ratioq; est, quia maritus, &
vxor sunt duo in carne vna, & alter alterum
offendere non debet, imo iuuare; Hinc circa
annum 1550. euenit, quod inquisita Princi-
pissa Salerni de adiutorio pecuniario dato
Principi Salerni eius viro rebelli, molestataq;
à Prorege Don Pet᷑o Toledo pro eadē causa,
ad Cæsarem Carolum V. Principissa iter ha-
buit, à quo non molestari fuit iussum, quia li-
citum est vxori maritū iuuare. Quo vero ad
cursum temporis annus currit à die contu-
maciæ, & non à die adnotationis bonorum,
idem *de Franch in dec.* 515. qui in alia *decis.*
313. fundat, posse Proregē anni tempus ab-
18 breuiare, vt est in *prag. D. Comitis de Lemos*
14. *Aprilis* 1614. contra cōmittentes homi-
cidia cū scopictis paruis, quā extendi contra
persuadētes illa fieri tenet *Caiber. in dec.* 67.

OBSERVATIONIS II.

SVMMARIVM.

1 *CApitula matrimonialia quid.*
2 *Scriptura in matrimonijs contractis*
tū testamentum vetus interueniebat.
3 *Matrimonium potius cum illis de familia,*
quam cum alijs est contrahendum.
4 *Scriptura est necessaria in capitulis matri-*
monialibus.
5 *Conseruat memoriam.*
6 *Est testimonium rerum antiquarū.*
Liber defuncti facit semiplenam probationē
pro harede, ibid.
Liber censualis probatur, ibid.
7 *Scriptura in multis casibus requiritur, &*
enumerantur multi casus.
8 *Deperdita potest probari per testes.*
9 *Requiritur ad probandum assensū*
hodie dum adsunt registra.
10 *Scriptura in quibus non requiratur, plures*
casus enumerantur, & nu. seq.
11 *Capitula matrimonialia vocantur quoque*
pittacia.
Pittacia vocātur capitula matrimonialia in
Calabria & est secundū ius Codicis, ibi.
12 *Capitula matrimonialia secundum consue-*
tudinem loci vxoris sunt stipulanda.
13 *Probant ad cogendum contrahētes.*
Et ad liquidandū instrumentū, ibi.
14 *Mariti sunt Principes. & maiores in domo.*
Eorū priuilegia multa, ibid. & seq.
15 *Vxori plus expedit virum habere, quam*
decem filios.
16 *Maritus radijs vxoris non corruscat.*
17 *Liquidatio instrumenti an fieri possit con-*
tra socerum, qui habetur loco patris, &
num. 19. & 21.
18 *Mutatio pœnæ non variat criminis quali-*
tatem.
19 *Liquidatio instrumenti non potest fieri con-*
tra patrem.
20 *Socerum teneri insolidum in restitutione*
dotis, dictat consuetudo Neapolis.
21 *Soluto matrimonio, cessat reuerentia generi.*
22 *Socer de iure communi non tenetur, nisi in*
quantum facere potest.
23 *Honor, qui debetur parēti, debetur et socero.*
24 *Extensio fit in casibus similibus.*
25 *Frater ad instantiā fratris non carceratur.*
26 *Socius ad instantiam socij non carceratur.*
Canonicus, vel alter de Collegio non carce-
ratur ad instantiam socij, ibid.
27 *Liquidatio vnius instrumenti potest fieri*
per alium.
28 *Liquidari an possit Instrumentum contra*
socerum, fuit diuersimodè iudicatum.
29 *Confessio mariti de dote recepta, quādo præ-*
iudicat creditoribus.
30 *Prohibitio legis istius nō solum in capitulis*
matrimonialibus, sed in omni scriptura
procedit.

OBSERVATIO II.

De Capitulis matrimonialibus.



HVIVS secundæ Obserua-
tionis materia erit videre,
1 quid sint capitula matrimo
nialia, & dic, quod sūt scri-
pturæ continentes dotes,
donationes propter nuptias,
ac alia pacta pro matrimonijs contrahendis
apposita.
2 Sunt scripturæ, siquidem in matrimonijs
contractis in testamento veteri scriptura
interueniebat, vt in matrimonio Tobiæ cum
Sara, ibi, *accepta carta fecerunt conscriptio-*
nem coniugij, Tobiæ 7. in fine, ex quo *tex.* no-
3 ta, coniugium potius cum illis de familia
fieri debere, quā cum extraneis: quod intel-
lige, dummodo non sint in gradu prohibito,
secundum ius Canonicum ad præsens vigēs,
cui attenditur in hac materia, vt supra exa-
minauimus *vers.* 8. *obs.* 2. *nu.* 104. & 138. &
seq. tutiusq; est cum iuuene, quā cum vetula,
quia mulier quinquagenaria raro parit, *l. si*
maior 12. *C. de legit hæred.* licet sexagenaria
etiam paruit *Paralip.* 1. *cap.* 2. *nu.* 21.
4 De iure Codicis scriptura est necessaria in
capitulis matrimonialibus, *l. Imperialis, C.*
de nupt. ibi, *dummodo dotalibus omninò in-*
strumentis, non sine scripto tale probetur
coniu-

Coniugium. Verum de Iure Authenticorum non requiritur, vt in *§. neque illo*, vbi *Angel. de triente,& ſemiſſe,collat.* 18. *& in §. 1. verſ. matrimonium , in auth. de his , qui nuptias iterant.* Attamen in *§. illud quoque, in auth. de filijs quomodo eos legitimos &c conſt.* 74. diſponitur inter Illuſtres,& alios Superiores requiri ſcripturam, ſed non inter agricolas, & abiectas perſonas. At ex *Sac. Trid. Conc. diſpoſitione in ſeſſ.* 24. *de reform.matr. cap.* 1. *fol.* 224. habetur, vt Parochus librū habeat, in quo côiugium,& teſtium nomina, diemq; & locum contracti matrimonij deſcribat, quem diligenter apud ſe cuſtodiat.

5 Per ſcripturam conſeruatur memoria geſtorum, *l. contraria, ff. de pignor.* & eſt teſti-
6 monium rerum antiquarum *Ioſue* 24. *in fin. & Geneſ.* 31. *circa finem* ; ibi, *tulit autem Iacobum lapidem &c.* & quando de ſcriptura loquitur, intelligas de autentica, & valida, quia priuata non facit fidem , nec pro ſcribente, nec pro eius hærede, etiam ſi eſſet Fiſcus, *l. fin. C. de conuenien̄dis fiſci debitoribus lib.* 10. ſed liber defuncti facit ſemiplenam probationem pro hærede, *Surd. in conſ.* 163. *col.* 4. verum liber cenſualis facit probationem, *Innoc.in cap.ad audientiam.* 13. *de probat.* per *auth. ad hæc , C. de fide inſtrum.* & per alia iura ibidem.

In multis caſibus ſcriptura requiritur, vt enumerat *gloſ.in cap.* 1. *de cenſib. in* 6. tu autem adde illos alios, quos colligere potui in diuerſis occaſionibus, & cauſis obuenêtis, ſed aduerte, quod quando principale non poteſt probari niſi per ſcripturas, attamen poteſt qualitas probari per teſtes: quia hoc non reperitur improbatū à iure, *Frecc. in lib.* 3. *de ſubf. in* 3. *form. nu.* 23. *fol.* 414. poſt *Abb. in cap auditur, in* 2. *notab. de reſtit. in integr. & gloſ. in cap. duobus, in verb. apparet, de reſcript. in* 6.

7 I. Requiritur ſcriptura ad probandam ſolutionem debitam per inſtrumentum , vel per quinque teſtes. Verum ſi talis ſcriptura
8 deperdita fuiſſet,perditio probari poſſet per duos teſtes, *l. teſtamentum, cum auth. ſeq. C. de teſtament.*

II. Requiritur ad probandum fideicommiſſum, *Ann.in ſingul.* 212. ſicuti requiritur in alienatione feudi quaternati, *Frecc.in lib.* 3. *de ſubfeud. in tit. de diffir. feudi plani, & de tabul. nu.* 16. *fol.* 421.

III. Requiritur ad probandam ſolutionē collectæ, *Bart. in l.* 1. *in fin. C. de apocis publicis lib.* 10.

IV. Requiritur ad probandum contrariam ſcripturam conſimilem, *l. generaliter, C. de non numerata pecunia.*

V. Requiritur ad probandam locationē, *litem quæritur.* 14. *§. fin. ff. locati.*

Sed contra facit *l. qui ad certum.* 15. *ff. eod.* tu autem vide *Vinc. de Franch in arreſ.* 278. vbi quod ſi per plures annos locator tenuerit locationem, poterit per teſtes probare reconductionem, quamuis *l. ne cui* 32. *C. locati*, dixerit, ad relocationem probandam ſcripturam requiri: quod intellige, & concorda *text.* iſtum procedere , ſi non ſteterat locator per plures annos,& vide infra *nu.* 12. in quibus non requiritur ſcriptura.

VI. Requiritur ſcriptura in traditione rei immobilis Eccleſiæ ad vſumfructum, *l. iubemus.* 4. *§. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

VII. Requiritur in donatione facta pijs locis vltra quingentos ſolidos , & Romanæ Eccleſiæ vltra octingentum *gloſ in verb. alia cauſa, in l. illud quod, C. de ſacroſ. Eccle.* Hoc eſt, quod ſcriptura in marmoribus lapidibus, vel ligneis poſita in Eccleſia, probat iuſpatronatus, *D.Epiſc.Rirrius in tract.de probat. iuriſpatronatus , reſol.* 34.

VIII. Requiritur ad probandum mandatum factum à Principe, *l.* 1. *C. de mandatis Principum.*

IX. Requiritur ad probandum matrimonium contractum inter habentem dignitatē, & perſonam vilem, *auth. ſed nouo iure, C. de naturalibus liberis* , vide infra in *caſu* 15. *quando non requiritur ſcriptura.*

X. Requiritur ad probandam conceſſionem in emphiteuſim, *Surd. in deciſ.* 331. ſed non in ſolutione cenſus ipſius, *Affl. in dec.* 13.

XI. Requiritur ad faciendum ſeruum liberum, *l.* 1. *§. ſed, & ſi quis, C. de latin. libert. tollend.*

XII. Requiritur in legitimatione filij per matrimonium, *Bal. in l. naturales, num.* 10. *ſi de feud. defunct. milit. fuer. controuerſia , fol.* 53. ſed hodie ſufficit fides Parrochi in libro Eccleſię ordinatione Sacri Côcilij Tridentini conſtituto.

XIII. Requiritur in donatione poſt mortem, vt in *Tob.* 8. *in fine*, ibi, *De omnibus, quæ poſſidebat Raguel , dimidiam partem dedit Tobiæ, & fecit ſcripturam, vt pars dimidia, quæ ſupererat poſt obitum eorum Tobiæ dominio deueniret.*

XIV. Requiritur in probādo reſcriptum delegationis, *cap. ſtatutum, de reſcript. in* 6. & ideo ſi originale non exhibetur in actis, ſētentia eſt nulla, *Ann. in allegat.* 24. *Ioachin. Miſing. in obſer.* 1. *in* 3. *centur. fol.* 336. *ater.*

XV. Requiritur in probanda fideiuſſione, *Affl. in dec.* 39. vbi quomodo procedat.

XVI. Licet per prius ſcriptura non requirebatur in probando aſſenſum, vt per *Affl. in dec.* 398.

398. tamen hodie dum adsunt Registra, & Per Pragmaticas est ordinatum, assensus registrari, vt per *Camill de Curt. in suo diuers. iur. feud. fol.* .. concludendum est scripturã requiri ad probandũ assensũ, vide infra *n.14.*

XVII. Requiritur in diuisione, quã facit pater inter filios, si in testamento illam non declarat, *§. & quod sapè numero, vers. si vero, in auth. de triente, & semisse.*

XVIII. Quoniam mulier pro iuribus dotalibus præfertur creditoribus viri, etiam si pecuniam dederunt in emendo fundum, vel pro reficienda domo, sed istud fallit in mutuante pecuniam pro emendo militiam, attamen in hoc requiritur scriptura ad ostendendum fuisse euersam pecuniã pro emptione militiæ, *§. his consequenter, circa fin. in auth. de æqualit. dotis, & donationis propter nuptias, & auth. quo iure, C. qui potiores in pignor. hab.*

XIX. Requiritur ad probandam licentiã datam à Prorege Vniuersitatibus pro faciẽdis donatinis etiam locis pijs, vt diximus supra *vers. 4. obseruat. 5. nu. 6.*

Requiritur etiam ad probandam matriculam pro cursu studij, quoniam per testes non sufficit illum probare, vt per *pragmaticam nouissimè editam 31. Decembris 1629. fuit prouisum.*

SEd è conuerso, sunt & alij casus speciales, in quibus scriptura non requiritur, quos
10 enumerare infructuosum non erit, licet sufficeret dicere, quod cognito vno de contrarijs &c. *l. qui accusare. & l. hos accusare. 12. ff. qui accusare non possunt.*

I. Non requiritur scriptura in testamento priuati, *l. cum antiquitas. 18. §. cum autẽ, C. de testam.*

II. Non requiritur ad probationem dominij, & emptionis factæ à Fisco, *l. 3. C. de fide, & iure hastæ fiscalis, lib. 10.*

III. Nõ requiritur in relicto ad pias causas, *l. generali. 13. in fin. C. de sacros. Eccles.*

IV. Non requiritur in donatione facta Principi, vel è contra *glos. in verb. alia causa, in l. illud quod, C. de sacros. Eccles.*

V. Non requiritur ad probandam confessionem de transactione facta, *l. cum te. 5. C. de transact.*

VI. Nec requiritur in transactione, *l. siue apud acta. 28. C. de transact.*

VII. Nec requiritur in diuisione familiæ herciscundæ, *l. non ideò 12. C. famil. hercisc. l. instructionis. 9. C. de fide instr.*

VIII. Nec ad probandum dominium, vel emptionem requiritur, *l. cum res. 12. C. de probationibus.*

IX. Nec requiritur in venditione, *l. cum instrumentis. 12. C. de fide instrum.* sed per *consuet. Neap. sub tit. de contrah. empt. requiritur arra, vel res traditio, vt contractus valeat.*

X. Nec requiritur ad probandã filiationem legitimam, *l. si vicinis. 9. C. de nupt.*

XI. Nec requiritur ad probandum pactũ inter conductorem, & nouum emptorem, *l. fin. 9. C. locati.*

XII. Nec requiritur ad probandam conductionẽ, *l. contractus. 24. C locat.* licet contrarium teneat *V. de Franch. in dec. 238.* sed intellige, vt per *Rouit. in prag. 1. nu. 12. de locat. & conduct.* & vide supra in quibus requiritur scriptura *nu. 5.*

XIII. Nec requiritur de essentia in manumissione, *l. sicut. 25. C. de liberali causa.*

XIV. Nec etiã requiritur ad probandum assensũ, quia per testes probari potest, *Andr. in cap. 1. § hac edictali, nu. 4 de prohib. feud. alien. per Lothar.* sed vide supra hic in *16. casu*, in quo scriptura requiritur.

XV. Nec etiã requiritur scriptura ad probandum matrimoniũ, siquidem per diutinam cohabitationẽ decemnij cum fama, & alijs adminiculis pbari potest, & probatio actuũ particularium succedit loco instrumenti, *Abb. in cap scribam, ante n. 9. de probat.*

Sed hodie est c gitandũ, postquam ex dispositione *Conc. Trid.* matrimonium cõtractum in facie Ecclesiæ, idest coram Parocho, & testibus, (vt latè diximus supra in *tract. de matrim. vers. 8 obs. 2.*) Parochus in libro describit matrimonia, & Baptismata: videtur ergo dicendum, scripturã requiri, vide supra in *casu 9.* quando scriptura requiratur.

XVI. Nec etiam requiritur scriptura in sponsalibus, *l. in sponsalibus. 7. ff. de sponsal.*

XVII. Licet in instrumẽto emphiteotico requiratur scriptura, *in d. glo. in c. 1. de celib. in 6.* tñ ad probandã solutionẽ census non requiritur, vt per *Afflit in dec. 13. col. fin. & in dec. 85. in fin. post Bal. in l testiũ, C. de testib.*

XVIII. Non requiritur in manumissione, *Salic. in l. sicut. 25. C. de liber. caus.* sed cõtra facit *l. 1. §. sed, & si quis, C. de latin. libert. tollen.* sed prima opinio substineri põt, quia libertas ex diuersis causis acquiritur, in quibus scriptura non potest interuenire, puta si seruus Domini necem vendicauerit, vel monetarios falsos detegerit, aut desertorẽ militiæ prodiderit, *l. 1. 2. & 3. C. quibus ex causis serui pro premio libertatem accipiant*, vel si serua a Domino cognita fuerit, *Andr. in c. 1. nu. 19. de pace iuram firm.* per *l. liberta. 8. C. de operib. libert.* de quo *tex.* idem *Andr. in §. sancimus, nu. 11. circa fin. quo tempore miles, & in cap. 1. nu. 34. per quos fiat inuest.*

Et

11 ET prosequendo materiam Capitulorũ matrimonialium,(quæ alibi vocantur Pitracia, & signanter in Prouincia Calabriæ, & ita ea vocat *text.in l.Actuarijs.5. C. de erogat. militaris Annonæ, lib.* 12.) dicimus
12 secundum consuetudinem loci vxoris stipulari debere, *Afflict.in decis.*226.*Dec.in cons.* 218. & pro tenui facultate, & in *cons.vlt. & Ias.in l.edictos populos, col.*14 *in fine*,& habēt priuilegiũ prælationis, si in eodē die appareret alterum instrumentum confectum,nisi in altero instrumento appareret appositio horæ, *Fontanell. de pact. nupt. in clausul.* 1. *nu.*15. quod limitat in *n.*18.nisi qui haberet instrumentum sine hora possideret: vel si nō esset vltima diei hora apposita,& in alijs casibus, vt ibidem.
13 Scias,quod capitula probant ad cogendũ promissores dotium, & ad liquidandum instrumentum contra eos, cum fide tamen Parochi, quod matrimonium est contractũ, *Vinc.de Francb.in decis.*366.

Magna enim sunt priuilegia maritorum
14 erga vxores propter onera matrimonij;sunt quicē Principes,& maiores in domibus suis, & sua dignitate lætantur, *l.*1. *eum glos. C.de Pretorib. lib.* 11. mulieribusq; præcipiunt, vt fuit statutum per *legem latam à Rege Assuero, Esther.*1. *in fin.* suntq; Domini vxorũ *Genes.*18. ibi, *postquam consenui, & Domi-*
15 *nus meus vetulus est*, nihilominus mulieri plus expedit maritum habere, quam decem filios,vt in 1.*Regum, cap.*1. coruscat enim vxor radijs mariti,& ē cōtra *l.fin.C.de nupt.*
16 Sed quod vir non corruschet radijs vxoris, fundare conatur *Regens de Ponte in tract. de potest. Proreg.* §.1.*sub tit.de diuersis prouisionibus fieri solitis, fol.* 498. *& seqq.* sed contra eius dicta fuit seruatum, nam vir,qui vxorem titulatam ducit,eodem titulo decoratur,& in dies ita seruatur.

Diximus in diffinitione capitulorum matrimonialium, quod sunt scripturæ continentes dotes, & donationes propter nuptias, & alia pacta pro matrimonio contrahendo, & ideò esset examinandum de alijs contentis in diffinitione prædicta,sed quia in alijs locis materiā dotium, & donationis propter nuptias tetigimus, & signanter in *versic.* 5. *obseruat.* 1. *& seq.* meritò ad ea nos remittimus,tantumq; dicimus, quod dum supra locuti sumus de liquidatione instrumenti contra promissores dotium, & vt plurimũ promittentes sunt soceri,ideò fuit alias dubita-
17 tum. An liquidatio instrumenti possit fieri contra socerum, dum loco patris habetur, & in facti contingentia infrascripta allegabam.

ALLEGATIO XXIII.

An Gener possit liquidare instrumentum contra Socerum.

IVste conqueritur Socer de indebita citatione super tenore instrumenti contra ipsum expedita ad instantiam Generi in Curia Baronali. Primo,quia de iure communi non potest instrumentum liquidari ad instantiā Generi contra socerum. Secundo, quia non adest instrumentum publicum, sed tantum capitula matrimonialia, & fides Parochi de matrimonio contracto, quo casu extra districtum Neapolis, non potest instrumentum liquidari ex communi obseruantia practicantium,licet Neap. practicetur,posse liquidari, *Vinc. de Francb. decis.* 366.

Pro fundando primo capite, dicimus, clarum esse de iure, liquidationem instrumenti causam criminalē esse,& licet per prius erat pœna mutilationis membri propter periurium, vt in *ritibus M.C.V.* & hodie est pœna pecuniaria ducatorũ 10. pro 100. tamen
18 mutatio pœnæ,non variat criminis qualitatem, *Vinc. de Francb.* in proprijs terminis *in decis.*182. *nu.*17. ex dictis per *Lucam de Penna in cap.Regni incip. Cura nobis.*& per alios DD. ibi allegatos, & *Bal. in l.fin.C.de vsur. & re iudic.*
19 Sed sic est,quod instrumentum non potest liquidari contra patrem, *Vinc. de Francb. in d. decis.* 161. ergo nec contra socerum, qui locum patris obtinet, *l. quia parētis* 16. *& l.ex diuerso.*17. *ff. solut. matrim. l. sed, & hoc ita.*22. *ff. de re iudic.*

Et licet contra hanc conclusionem obstare videatur *dec.Vinc.de Francb.* 366. vbi affirmat solere instrumentum liquidari contra socerũ, & de hac obseruantia testatur *Frec. in tract.de præsentat.instrum.par.*2.*quæst.*1. testando *in fine d. decis.* fuisse practicatum instrumentum liquidari contra matrem. Respondetur, decisiones prædictorum DD. fa-
20 cere pro casu nostro: fundantur enim in cōsuetudine Neapolis, quæ disposuit socerum teneri insolidum, quinimò *Frecc. ibidem* affirmat ex suo marte, consuetudinem prædictam fuisse male introductam.

Et *Minad. in decis.* 2. tenet, quod etiam
21 ex consuetudine Neapolis, non debet contra socerum liquidari instrumentum,& quod sic fuit iudicatum, & super difficultate prædicta fuisse factam transactionem, imò in casu fortiori, nam dissolutum erat matrimonium, & reuerentia videbatur cessare,vt per *Minad. ibidem in fine.*

Sed in casu nostro, sumus extra destrictū Neapolis, ergò ad iuris communis dispositionem est recurrendum: cumque de iure
22 communi disponatur, vt socer non possit conueniri, nisi in quantum facere potest, & non insolidum, *d. l. sed & hoc ita. 22. ff. de re iudic.* ibi, *Verum si matrimonio manente, dos ab eo petatur, succurrendum vtiq; est, vt ne maioris summa condemnatio fiat, nisi in quantum facere potest.*
ad idem est *context. in l. quia parentis, cum seq. ff. solut. matrim.* ibi, *Quia parentis locum socer obtinet: ex diuerso si socer ex promissione à marito conuenitur: solet quaeri an*
23 *idem honor ei habendus sit? Neratius libris membranorum, & Proculus subscribunt hoc iustum esse.*

Ergo si idem honor socero debetur, sicuti & parenti, instrumentū liquidari non potest. Et ratio est euidens, nam si socer non tenetur nisi in quantum facere potest ex priuilegio personali ei concesso, quod non transiret in fideiussorem ipsius, *l. & si fideiussor. 24. ff. de re iudic.* verum si est semel deductum transit ad hæredes, *Vinc. de Franch. dec. 698. vol. 4.* ergo liquidatio esset frustratoria, iam quod ad aliud non deseruit, nisi ad districtionem, & carcerationem personæ soceri, quia respectu actionis ciuilis, vel hipothecariæ, iam non negatur.

Nec dicatur, socerum haberi loco patris, & sic fictè, & non verè, & ideo non est idem iudicandum de casu ficto, sicuti de casu vero, dum simile non est idem, *vulg. l. quod nerua, ff. depositi.*

Quia respondetur cum *text. in d. l. quia parentis*, vbi disponitur, quod locum patris
24 obtinet, & idem honor debetur; ergo idem quod pater est, & in casibus similibus de iure communi fit talis extensio, *l. non tantum, ff. de re iudic. Tesaur. decis. 119. num. 3. vers.*
25 *nec obstat*, vbi quod frater ad instantiam fratris non potest carcerari, & quod ita censuit Senatus extendēdo casum similem in socio, *l. verum, vbi gloss. ff. pro socio*, idemq; ad Canonicum, & alios, qui sunt in eodem Collegio, *d. l. non tantum, de re iudic.* & hæc quo ad primum Caput.

Quo verò ad secundum,

Practicantes ex communi stylo testantur non seruari vt cum capitulis matrimonialibus, & fide Parochi possit liquidari instrumētum, sed opus est interpositio decreti ab ipsa M.C.V. vt possit liquidari, & alias omnes liquidationes fuerunt declaratæ nullæ. In
27 casu nostro tale decretum non apparet, ergo est etiam liquidatio nulla, quia *D. de Frāch. in decis. 623. nu. 5.* dicit, quod quando vnū instrumentum liquidatur per aliud, in citatione de vtroque debet fieri mentio, alias citatio esset nulla, non obstante quod vnum instrumentum faciens mentionem de alio fidem faciat, *D. Episcopus Riccius in tract. de probatione iurispatronatus, resolut. 21. nu. 3.* sed in citatione expedita per Curiam Baronalem de fide Parochi, ex qua capitula matrimonialia essent liquidāda, mentio vlla fit, ergo nulla.

Et tandem alias diuersimodè iudicatum fuit: nam licet per M.C. fuerit dictum, procedi contra socerum ad liquidationem, per S.C. fuit prouisum, quod agatur ordinariè,
28 vt ex diuersis copijs decretorum productorum in processu, & actis vertentibus in Mag. Cur. Vic. in Banca Mancini inter V. I. D. Octauium Giraldum Tutorem Isabellæ Giraldæ, contra Damianum de Afflicto Auum maternum dictæ pupillæ, fol. 13. & 17. est videre: & in in anno 1631. ad instantiam Comitis Saponariæ fuit tentata liquidatio contra Marchionem Lauri eius socerum, & facto verbo in S.C. fuit prouisum, quod supersedeatur quo ad personam tantum.

Ergò omni iure speratur debere prouideri, quod stantibus grauaminibus, causa remaneat in M.C.V. prout initatur.

De hac causa non fuit amplius loquutum, & partes se concordauerunt.

Fuit alias dubitatum in S. C. num si post confecta capitula matrimonialia, in quibus maritus obligauit omnia bona sua pro dote,
29 & deinde matrimonio constante, confiteretur dotem recepisse, an ista confessio præiudicet creditoribus habentibus hypothecam ante istam confessionem, sed post confectionem capitulorum matrimonialium? & pro muliere decisum refert *Afflict. in decis. 402*, & sic etiam dixit in *constitut. Regni. Causas, & Bal. Nouell. in tract. de dote, in 8. par. in 23. priuileg. & in 10. par. in princ. col. 13. & Nicolaus. in tract. de pignor. in 4. membro secunda partis, col. 18. nu. 77. vers. 3. quaeritur.*

Materiam istam capitulorum matrimonialium, & instrumenti dotalis latissimè pertractatam videas per *Io. Petrum Fontanellam de pactis nuptialibus.*

Et nota, quod contra hanc legem nostrā,
30 ne dum per capitula matrimonialia tantum non potest controuersia fieri, sed nec per quaslibet alias scripturas, vel instrumēta, aut conuentiones inter partes, *text. est notab. in l. vnic. §. hac autem omnia, qui est in fin. C. de caduc. toll.* & ratio est, ne legibus fraus fiat, *l. 1. C. si mancipiū ita venerit ne prostituatur.*

OBSER;

OBSERVATIONIS III.

SVMMARIVM.

1 *Notarius largè accipitur pro Actorum Magistro.*
2 *Notarij an serui publici dici possint.*
3 *Sunt nobiles, licet contrarium seruatur in Regno, & nu. 7.*
4 *Serui publici apud* Romanos *cur dicti.*
5 *Notariatus officium apud Gracos fuit in magna estimatione.*
6 *In Ciuitate Neapolis Græcorum Colonia, fuit olim officiu nobile.*
7 *Iudices ad contractus vti nobiles annumerantur.*
8 *Aduocati tanquam nobiles, & officia habêtes annumerantur in Constitut. Regni, & alijs præsunt.*
9 *Notarij nõ fiant, qui sunt vilis conditionis. Iudices ad contractus, qui esse possunt, ibid.*
10 *Notariorum officium, & non exercitium vocatur.*
Officium Notarij, & si dicatur officium tamen non est dignitas, ibid.
11 *Notariorum simplicitas partibus nocere non debet.*
Eorum peritia in quo consistat, ne sint in culpa, ibid.
12 *In exercitio litium Ecclesia excommunicantur ab Episcopo.*
Clericus quando potest patrocinium præstare, ibidem.
Episcopus excommunicat Notarios laicos in exercitio litis Ecclesia vacantes, ibidem, & nu. 25.
13 *Notarij fides est maxima, & potest reassumere instrumentum per se, & quando.*
14 *Notarius præsumitur vita, & moribus probissimus.*
15 *Pro absente stipulari potest.*
16 *Soli Notario quando creditur.*
Vox vnius vox nullius, fallit in Notario, ibidem.
17 *Testimonium vnius quando probat, casus multi enumerantur.*
Vnius testimonium probat in multis casibus enumeratis, ibidem, & seq.
Papa testimonium solum probat, ibid.
Imperatoris solum testimonium probat, ibi.
Cardinalis solum testimonium probat, ibid.
Peritus in arte solus habet fidem, ibidem in 3. casu.
Clericatus probatur per vnum testem, ibid.
Foriudicatio impeditur per præsentationẽ Bullarum Clericatus, ibid.
Iulij Genuini foriudicatio, non obstante Clericatu, ibidem.
Expertus solus à publico electus in aliqua arte, puta in ponderando aurum, probat ibidem in 4. casu.
Arbiter solus facit fidem, ibidem in 5. casu.
Nuncius publicus facit fidem solus in suo officio, ibidem in 6. casu.
18 *Notarius effectus Doctor an instrumentum reassumere valeat.*
Doctor effectus Notarius an possit reassumere instrumentum, ibid.
19 *Monacus effectus Episcopus non desinit esse Monachus.*
20 *Notarius Iudex annalis potest facere instrumentum, secus si est perpetuus.*
Iudicis, & Notarij officium exercere potest in diuersis contractibus, ibidem.
21 *Si est consanguineus vni ex partibus non potest instrumentum conficere.*
22 *Notarij falsitas grauis est delictum, & pœna capitis.*
Falsitas Notarij punitur pœna capitali, ibi.
Fallit, si pro saluando honore patris fieret, ibidem.
Notarium se fingens in contractu dum non est, pœna capitis punitur. ibid.
23 *Notariorum numerus erat in Regno determinatus.*
Numerus Notariorum erat determinatus in Regno, ibidem.
24 *Notarij Apostolici quando faciunt fidem in Regno.*
25 *Ab Episcopo cognoscuntur.*
Magistri Actorum laici in Curijs Episcoporum quando cognoscuntur ab Episcopo, ibidem.
26 *Notarij vasalli Baronũ, an pro Baronibus stipulare possint.*
27 *Obligationes penès acta, an possint stipulari per Notarium vasallum pro Barone.*
Author contra opinionem Vinc. de Franch. disputat articulum, ibid.
Instrumenta à Notario vasallo an stipulari possint, ibidem.
28 *Testamenta Baronum an à Notario vasallo possint stipulari.*
29 *Testamentum venit appellatione cõtractus.*
30 *Notarius Regius habet dignitatem.*
31 *Nobiles sunt omnes, qui Principi seruiunt.*
32 *Iudicis ad contractus officium est dignitas.*
Officium Iudicis ad contractus est dignitas, ibidem.
33 *Iudices ad contractus, & Notarij erant nobiles Platearum Neap.*
34 *Notarij tenentur registrare contractus in protocollis.*

35 Tenen-

35 *Tenentur ne cognoscere contrahẽtes.*
36 *Obligationes penès acta capienda firmentur à testibus, & principali.*
Fideiussiones subscribantur à principali, & testibus, ibidem.
37 *Scribere nescientes eorum vice subscribatur Actuarius, vel Notarius.*
Forma capiendi obligationes, & fideiussiones penès acta, ibidem.
38 *Testes non requiruntur in obligationibus penès acta.*
39 *Obligationes penès acta censentur stipulata coram Iudice, & ideo habent executionem paratam.*
40 *Notario mortuo, vel rebelle effecto, quomodo reassumatur instrumentum.*
Reassumptio instrumenti stipulati per Notarium mortuum, quomodo fiat, ibid.
41 *Rebelle effecto Notario, quomodo reaßumãtur eius instrumenta.*
42 *Instrumentum extra Regnum confectum, quomodo probet.*
43 *Notarius in scriptura non solemni, vt testis recipi potest.*
44 *Protocollum Notarij quomodo, & quando probat.*
45 *Schartafacium Notarij an fidem faciat.*

OBSERVATIO III.

De Notario, & eius officio: qualemuè fidem habeat, & aliqua de Iudicibus ad contractus: & an isti nobiles dici possint? & quando eorum instrumenta fidem faciant.



RO declaratione istorum,
præter ea, quæ diximus supra
in *vers 3. obseru. 3. nu. 12.* est
aduertendum, quod Notarius
dicitur ille, qui acta in iudi-
cio, vel etiam extra iudicium
1 notis, vel literis excipit, & sic Notarius dici-
tur Actorum Magister, de cuius officio latè
explicaui supra in Allegationibus pro Pirro,
& Io. Andrea de Ciaccio, cum Duce Ber-
naudæ, in *vers. 4. obseru. 2. in alleg. 12.* & de
isto Notario hic nõ loquimur: sed de Nota-
rijs publicis conficientibus contractus absq;
iurisdictione, sed tanquam testibus volunta-
riè stipulantibus id, quod Partes dictant, vt
per *Andr. in cap. 1. §. scriba vero, nu. 25. de*
de probib. feud. alien. per Freder. & habetur
in l. adoptio. 4. C. de adopt. qui non nisi de
perceptis visu, & auditu stipulare possunt,
Alex. in cons. 198. nu. 8. vol. 7. vbi quomodo
probatur quem fuisse Notarium, habes. No-
tarij isti vt incidant in pœnam perfectæ æta-
tis debent esse secundum *Bal. in cap. 1. nu. 6.*
de probib. feudi alien. per Lothar. alio autẽ
2 vocabulo Tabelliones, seu serui publici ap-
pellantur, *cap. 1. de vsur. in 6. l. vniuersos,* &
ibi *glos. & DD. C. de Decurio. lib. 11. l. non*
enim ff. de postul. l. non aliter, ff. de adopt. &
l. 2. C. eod. tit. quod an sit verum, declarat
glos. in l. defensionis. 7. in verb. conditiona-
lis, C. de iure fisci, lib. 10. & in l. 3. C. de ser-
uis Reipublicæ manumittendis; tu autem
teneas, seruos publicos non dici, quoniam
3 Notariatus est officium, licet non sit digni-
tas, *cap. ad officium §. ad conscribendas, ibi,*
Tabellionatus officium. *de heretic. in 6. l.*
vniuersos, C. de decurionib. lib. 10. à Princi-
pibus enim fuit inductum propter publicã
vtilitatem, *Oldr. cons. 75 incip. quis possit.*
est enim Notarius Iudex cartularius, *Glos in*
l. 1. in verb. pro Tribunali, circa finem, ff. de
iudicijs. & est nobilis secundum *Frecc. de*
subfeud. lib 1. in tit de officio Protbonot. nu.
14. circa medium, fol. 44. post *Ciceronem*
ibi allegatum, & ita latissimè defendit *Vtinus*
communium opinionum lib. 1. fol. 314 col. 2.
vbi fundat, Notarios esse nobiles in Regno,
& habere peculium quasi Castrense. Atta-
men de facto contrarium seruatur, postquã
in dies videmus, propter excessus ad trire-
mes indifferenter condemnari: & hinc est,
quod attendenda sit consuetudo circa nobi-
litatem Notoriorum, vt per *Consiliar. Pa-*
scalem de virib. patria potest. par 3. cap. 2. nu.
55. fol. 379.
Hoc nomen serui publici apud Romanos
4 fuit, ex quo suos libertos ad hoc officium
deputabant, sed apud Græcos existimatores
5 virtutis, fuit hoc officium Notarij reputatũ
nobile, & nimiæ authoritatis, & in hac no-
stra Ciuitate Neapolis (olim Græcorum
6 Colonia) alias nobile fuit reputatum. *Aleiat.*
in l mercis, C. de verb. signif. qui *Authore*
7 *Cicerone* dixit, Notarios esse nobiles, & pro-
inde in hac Ciuitate prisco tempore quam-
plurimi nobiles erant Notarij, & Iudices ad
contractus, & Rex Rogerius, & Imperator
Fredericus nostri Reges in *Constitutionibus*
Regni sub titulis de noua militia, & de bo-
nore militari, & de his, qui ludunt ad dados;
8 enumerant Notarios, Iudices, & Aduocatos,
tanquam nobiles, & officia habentes, Aduo-
cati enim alijs præsunt, vt declarat *Aulus*
Gellius lib. 1. noct. attic. c. 22. Iudices vero ad
contractus dignitatem habent, *l. iubemus,*
§. ijs quoque, C. de sacros. Eccles. Vinc. de
Franch. in decis. 438. in princ. & in cap. Re-
gni Vniuersis præsentis edicti, videmus no-
biles Platearum Neapolis Iudices fuisse, &
in *Constit. Regni, Constitutione præsenti,*
dispo-

difponitur, vt Iudex, vel Notarius publicus
9 non fiat ille, qui eft vilis conditionis, Villa-
nus, aut Angarius, nec filij Clericorum, fpu-
rij, aut quomodolibet naturales, *Luc. de Penna in l. generali, C. de tabell. lib.* 10. nifi
à Principe effent legitimati: & ideò Nota-
10 riorum vocatur officium, & non exercitiū,
verū *Andr.* dixit, quod licet fit, officiū non eft
dignitas, vt in *§. ad iuftitiam regendam, nu. 66. quæ fint regalia,* fed ò vtinam Notariorū
perfonę nobiles effent, vt grauitas tantę mo-
lis expofcit, quoniam tot iurgia, quæ in dies
oriuntur ex imperitia Notariorum vtique
nō pullularent; & meritò dixit *Bal. in l. fin. in fin. ff. de fideicommiff.* quod Notariorū fim-
11 plicitas partibus nocere non debet. Debent
enim Notarij effe periti, & peritia eorum
confiftit in conficiendo inftrumenta folem-
niter, alias notantur de culpa, *l. final. ff. de magiftrat. conueniendis, Bal. in l. 3. num. 4. C. de vfuris,* & Philippus II. in anno 1547.
(quando vti Princeps *foros Aragonū Montiffoni edidit*) ftatuit, vt Notarius effe non
poffit, nifi ille, qui practicam quatuor anno-
rum haberet: ideft duorum in practica No-
tarij, & duorum in iudiciario, & hæc probari
tempore creationis ipfius, vt in *dicto foro Aragonum circa finem.* Notarij in exerci-
12 tio litium Ecclefiæ ab Epifcopis locorum
examinentur ex difpofitione *Sacri Concilij Tridentini feff. 22. nu. 10. de reformat.* No-
tarius enim à partibus rogatus, debet per fe
negotium audire, & fcribere, & non per aliū,
nifi de fpeciali licentia hoc ei fuiffet per-
miffum, & inftrumentū in protocollo redi-
gere debet per extenfum infra terminum in
Reg. Prag. 3. de Notarijs, ftatutū alias effet
nullū, vt in *toto titulo de Tabellionibus in authentico,* & nomen Imperatoris, annus, men-
fis, & dies, & inditio, funt defcribendi, *§. 1. in auth. vt Imperatoris nomen.* Fuit alias
dubitatum an Notarius effectus Clericus,
poffit cognofci à Iudice laico pro falfitate
commiffa tempore quo erat laicus, & fuit
decifum, quod non, vt per *Maftrill. in decif. 159.* vbi habes, quod fi talis Clericus confi-
ceret inftrumenta, practica effet, ei trinam
monitionem fieri, vt abftineat: fed dubito,
ex quo funt penitus exempti à iurifdictione
laicali: tutiufq; effet requirere Epifcopum,
vt eum prohibeat, vel per legem declarare
talia inftrumenta nullam fidem facere, aut
prohibere eorum receptionem, argumento
pragmatica 21. de officio Sacri Confilij, qua
cautum eft, Officiales non admittere Cleri-
cos ad poftulandum, nifi pro caufa propria,
confanguineorum, Ecclefiæ, vel pauperum,
vt in conftit. Regni. Aduocatos, & in *d. pragm. 21. de officio Sacr. Confil. & Ignatius Lopez in addit. ad pract. crim. Diaz cap. 98. nu. 20.*
vbi quod poteft pro reo patrocinari, dum-
modo non inftet pro puniendo accufatore
pœna calumniæ, vel talionis.

Quo verò ad fidem Notarij dic, quod eft
maxima: fi tamen ftipulatur in territorio
eum creantis, & non extra, *D. Riccius de probatio. iurifpatronatus refolut.* 13. & ideo
13 fi Notarius eft hæres illius, pro quo confe-
cit inftrumentum, poteft illud reaffumere
pro fe, tefte *Bart. in l. 10. §. 1 ff. de falfis,* ex
14 quo Notarius præfumitur vita, & moribus
probatiffimus, *Couar. practicar quæftionum cap. 19.* vbi multa in hac materia, fed eius fi-
gni appofitio requiritur, vt authentica fiat
fcriptura, *Caffan. in confuet. Burgund. in text. ibi figne, fol. 517. num. 1.* & fic etiam
15 pro abfente ftipulare poteft, *Andr. in cap. 1. §. item facramenta, de pace iuram. firmanda, col. 5. & Bald. in l. 1. ff. de iuftit. & iure, & in l. non enim, ff. de adoption. Afflict. in in decif. 135. in fine, & 391 circa medium, Teff. in dec. 70. & Io. Franc. de Pont. in conf. 157. col. 2. vol. 2.* & ex hac Notarij ftipula-
tione abfenti acquiritur vtilis actio ante ra-
tihabitationem fine ceffione quo ad maio-
ratus acquifitionem, *Molin. de primogen. Hifpan. lib 4. cap. 2 nu 67. fol. 463* verum
reuocabilitet hanc actionem acquiri firmat,
& fucceffiuè ante acceptationem fideicom-
miffi, reuocationem fieri poffe afferit in *nu. 69.* vbi an in iudicialibus, vel extra iudiciali-
bus procedat, habes. Limita tamen in do-
natione infanti facta, quæ abfque accepta-
tione fit irreuocabilis, *l. iubemus, C. de emancip. liber. & Molin. ibidem nu. 75.* fa-
uorabilis eft enim ftipulatio Notarij, adeo
quod & fi excommunicatus effet infra annū
poffet inftrumenta confcribere, fecundum
Andr. in l. 1. num. 35. de ftatutis, & confuetudinibus contra liber. Eccl. & fi ex errore
diem in contractu non appofuerit, emenda-
re poterit, ad tradita per *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. in clauf. 1. nu. 24.*

16 Etenim folo Notario creditur, *l. fi quis decurio, C. de falfis,* vbi *glof. in verb. Authorem,* non obftante regula, quod vni foli (non
credatur, cum vox vnius, vox nullius, *l. iurifiurandi, C. de teftam.* & in iudicijs tres
teftes concordes requirantur, *cap. forus, de verbor. fignif. & in authent. de teftibus,* vel
faltem duo, quia in ore duorum, vel trium,
ftat omne verbum, *cap. licet, de teftibus,* (nifi
effemus in crimine vfurarum, vel fuborna-
tionis officialium, in quibus teftes fingula-
res probant, vt alias diximus, & facit *add. ad pract. crimin. Diaz cap. 90. in fine, &*

Auend.

Auend. de exeq. mandat. Regum, par. 1. cap. 2. nu. 18. vers. 3. fol. 39. & habetur in *Pragmaticis in titulis de vsuris, & de subornatione Officialium.*) quia regula prædicta fallit in multis casibus, vt per *glos. in cap. nobilissimus, 97. dist. 6.* & infrascriptos alios adde.

I. In Papa, & Imperatore, *cap. cum à nobis, in fine, de testibus, & in clem. 1. de probationibus.*

II. In Cardinalibus, *cap. nobilissimus, q. 8. distinct. cum glos & in l. Titio fundus, ff. de condit.* vbi, quod non est leuitas credere homini fidedigno, *Barbat. in tract. 5. de Cardinal. legato, quæst. 1.*

III. In Perito in arte, puta Marescalcho, *Bal. in cons. 499. vol. 5.* per *l. semel, C. de re milit. lib. 12.* vel in Medico *Andr. in cap. 1. sub num. 11. hic finitur lex,* per *auth. si Iudex, C. de Episc. & Cler. & l. semel, C. de re milit. lib. 12.* & eo fortius quando alij in Ciuitate non possunt inueniri, vt per *Barbat. ibidem*, & ita etiam in vno teste deponente de clericatu, quia creditur, *Anna in singul. 408.* & ratio est, quia coram Iudice laico nō potest clericatus probatio fieri nisi ad Iudicis instructionem, *Bal. in l. si qua per calumniam, col. 2. vers. sed pone, C. de Episcop. & Cleric.* quem sequitur *Vinc. de Franch. in decis. 329. nu. 9.* merito instructio ista quoquo modo sufficit habere. Hinc est, quod citato aliquo ad foriudicandum, possunt cōsanguinei clericatus exceptionem opponere cum Bullis, & impeditur foriudicatio, vt in *d. decis. 329.* sed in causa Iulij Genuini Electi Popularis Neapolis, ac Iudicis criminalis M. C. V. citati ad foriudicandum pro rumoribus tempore Domini Ducis Ossunæ, consanguinei comparuerūt cum Bullis Clericatus, & fuit dictum, quod foriudicetur, & sententia foriudicationis fuit in Collaterali Concilio lecta 28. Septembris 1620. referēte D. Consiliario Rouito Commissario delegato, & iustissime sententia prædicta processit, quia *Sacrum Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 6.* priuilegium tribuit, quando ita versetur quasi ad maiores ordines suscipiendos sit paratus; sed hic erat Electus, & Iudex, ergo non erat paratus ad maiores ordines.

IV. In Electo deputato à publico in aliqua opera, puta in ponderando aurum, *l. 1. C. de pond. aur. lib. 11.*

V. In arbitro, qui potest procedere in scriptis, vel sine, *auth. nisi breuiores, C. de sententijs ex breui loco recitandis.*

VI. In Nuntio publico, cui creditur in suo officio, *cap. cum parati, de appellat.* licet per Regias Pragmaticas fuit prouisum in Regno, vt in relatione describat intimasse corā duobus testibus ab eo descriptis, alias citatio esset nulla.

At quoad testes contra Episcopos, & Prælatos disponit *Sacr. Concil. Trident. sess. 13. cap. 7.* limita tamen in Notario, si Iudex ad contractus nollet se subscribere, asserendo contractum alio modo fuisse stipulatum, aut vero testes aliter asserant, tunc enim examen est faciendum in iudicio, & habebitur ratio, quæ de iure habenda erit, *Luc. de Penna in l. quicumque, de tabularijs, lib. 10.*

18 Sed dubium fit, an Notarius effectus Doctor possit instrumenta conficere? & affirmatiuè respondetur per *cap. cum officium, de haret. in 6.* sicuti & Notarius effectus monachus potest cogi ad reassumendum instrumentū de eius protocollo, dum erat secularis facto, *Mastrill. in decis. 159. nu. 14.* post *Angel. ibi alleg. in l. Prætor, ff. de iudic. & alios*, quia
19 si monachus esset effectus Episcopus non desinit esse monachum, *Boer. in tract. de author. magni Consily. nu 113. circa medium,* & ita tenet *Bal. in l. falsa demonstratio. 33. §. sed cui, ff. de condit. & demonstrat. & D. Thomas in 2. 2. quæst 185. artic. 8.* quod Monachus effectus Episcopus tenetur ad obseruantias regulares. Semper enim Religionis vota sunt obseruanda, idem in *2. 2. quæst. 189. artic. 1. & seq.* & ideo in *2. 2. quæst. 184. artic. 8.* tenet, Religiosos perfectiores esse Presbyteris, vel Diaconis. Et ad materiam redeūdo dicimus, quod hinc est, quod si No-
20 tarius esset Iudex Annalis, instrumenta cōficere potest, secus autem si Iudex in perpetuus efficeretur, *Andr. in §. ad iustitiam, circa finē, quæ sint regalia,* potest enim Notarius esse Iudex, & vtrumque officium, seù exercitium exercere, sed non in eodem contractu, sicuti fundat *Iulius Cæsar Galluppus hodiernus Regius Auditor in Calabria citra in Methodo feudali, par. 1. cap. 3. nu. 43. fol. 22.* Sic etiam dicimus in Iudice, qui potest esse Aduocatus in causa, in qua iudicauit, *Add. ad Bart. in l. prætor, ff. de iurisdict. omn. iudic.*

Dubitat *Decianus in cons. 45. volum. 3.* si
21 Notarius est consanguineus vnius ex partibus, an eius instrumentum fidem faciat, & respondit negatiuè, non obstante, quod Notariorum fides sit magna, vt supra diximus, & ideò stante magna fide ipsorum, maximū est delictum, si falsitatem patrauerint, &
22 non amplius pœna mutilationis manus punirentur, vt per prius erat, sed igne cremerentur *de iure C. l. 1. C. de priuilegijs domus Augustæ, lib. 11.* verum si instrumentum nullum declaretur, pœna non incurritur, *Card.*

Tusch.

Tuſch. in pract. verb. gabella, concl. 12. nu. 1. de iure autem Regni pœnam mortis incurrerent, vt in *Regni conſtit. Iudices vbique locorum* & declarat *Andr. in cap. 1. §. ſcriba vero, nu. 23. de probib. feud. alien. per Fred. & Vinc. de Franch. in deciſ. 444.* vbi quod in eadem pœna incurrit etiam ſi quis non eſſet Notarius, & vti Notarius publicè ſtipularetur, hinc eſt, quod in omnibus indultibus, & abolitionibus generalibus exceptuantur falſitates commiſſæ per Notarios in inſtrumẽtis, vel in publicis ſcripturis, vt ex indultibus de anno 1605. & 1630. in crimine .n. falſi nõ habet locum abolitio, etiam ſi partis voluntas acceſſerit, *Bal. in l. 3. in fine, C. de abolit.* quod limita, ſi fortè Notarius falſitatem committeret pro ſaluando patris honore, *Caſtrenſ. in conſ. 371. vol. 1.* Falſitas etiam committitur, quando vna perſona pro alia fingeretur, & in anno 1627. per Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam fuit condemnatus ad triremes quidam, ex quo celebrabat miſſam, & ordines non habebat, nec Clericus erat. Verum à tali Notario putatino acta confecta valent, *l. barbarius, ff. de officio Pratoris.*

23 In Regno noſtro, in quo per prius determinatus erat numerus Notariorum, vt in *conſtit. Regni. Occupatis nobis,* (licet hodie non ſeruetur) duo adſunt Notariorum ſpecies, ideſt Apoſtolici, & Regij.

24 Apoſtolici in Regno poſſunt inſtrumenta conficere, & probant, *Anna in ſingul. 243.* quod intellige in rebus Eccleſiæ *Epiſcopus Riccius in praxi probatio. iuriſpatronatus, reſolut. 15.* ſecus autem in prophanis, vt per eundem *Annam in ſingul 246. Carauit. in ritu 166. nu 8.* & latè *Afflict. in conſtit. Regni inſtrumentorum robur;* & in *deciſ. 245.* vbi, quod in ſtipulatione Notarij Apoſtolici Iudex Regius interuenire debet, ad hoc vt probet, & *Io Grillandus,* qui eſt cum *lib. ſingular. Bartholom. de Capua fol. 16. ater. col. 2.* idemque tenet *Luc. de Penna in l. fin. C. de locat. prædior. ciuil. lib. 11. & Capyc. in inueſtit. feudali. fol. 286.* verum licet contractus ſtipulatus in Regno per Notariũ Apoſtolicum non probet inter ſęculares vti ſcriptura publica, valebit enim vti ſcriptura priuata, *D. Rouitus in pragmat 2. in fine, de contractibus.* Cognitio autem iſtorum No-
25 tariorum Apoſtolicorum ſpectat ad Epiſcopum, prout etiam illa Regiorum Notariorũ, Actuariorum Epiſcuporum delinquentium vti Officiales Eccleſiaſtici Tribunalis, vt habemus in *conſultatione facta Sua Maieſtati vltimo Martij 1572. cap. 22. qua dicitur delli 40. capi.*

26. Regij verò Notarij ſalarium habent, vt in *conſtit. Regni de officio Baiuli, Luc. de Pen. in l. mediterranea, C. de annuis tribut. lib. 11.* nec acta gratis edere tenentur, *l. argentarius in princ. vbi omnes ff. de edend.* verum à paupere non licitè ſalarium capit, *Caſſan. in conſuet. Burgun. tit. des infans, §. 6. num. 4. fol. 875.* ſtipulantur pro omnibus, ſed non pro eorum Baronibus, quorum ſunt vaſalli, *Vinc. de Franch. in deciſ. 118.* vbi allegat *Capitulum Regni Ladiſlaui. & Anna in ſingul. 244.* ſed intellige, non procedere quando ſtipularetur iuſpatronatus, vel aliud ſpirituale contingens, quia tunc poſſet Notarius vaſallus contra Baronem ſtipulari, *Epiſcopus Riccius in praxi probationis iuriſpatronatus, reſolut. 15.* Verum ſi Notarius eſt Actuarius, poſſet pro Barone ſtipulare obligationes penes acta, ex ratione, quia non ſunt in publicã formam redigendæ ſecundum *d. dec. 118.* ſed contrarium reſpondendum eſſe videtur, ex quo ſi Capitulum Regni reddit rationem, quare Notarius vaſallus non poteſt pro Domino ſtipulare, ne cadat ſuſpitio falſitatis, quæ ratio etiam militat in obligationibus penes acta, imò maior, quia tempore dictæ deciſionis obligationes penès acta ſtipulabantur cũ ſimplici nota Actuarij in eius libro (ſiquidẽ per *Regiã Pragmaticã Dñi D. Frãciſci de Caſtro Regni Locumtenentis incomparabilis vltimo Martij 1603.* fuit prouiſũ, vt in obligationibus penès acta, & in fideiuſſionibus adſint duo teſtes, & firma obligandi, quę diſpoſitio abſque dubio proceſſit, ex doctrina *Afflicti in conſtitut. Regni. Magiſtri Camerarij, num. 14.* vbi dicit, fideiuſſiones debere recipi coram Iudice, vt dicatur penès acta, & cum teſtibus, imò exclamat contra fideiuſſiones, quæ capiebantur ſine teſtibus, & ſine præſentia Iudicis) ergò ex intrinſeca voluntate ſtatuentis, & ex ratione, qua mouetur, obligationes per Notarium vaſallum Actuarium recipi non debent pro Barone, ſicuti nec inſtrumenta ſtipulari poſſunt, in quibus maior ſolemnitas interuenire ſolet cum præſentia Iudicis ad contractus, & teſtium.

28 Sed quid in teſtamento, an Notarius vaſallus teſtamentũ Baronis ſtipulare valeat? *Fab. de Anna in addit. ad ſing. 244. Ioannis Vincentij de Anna ſui patris,* reſpondit affirmatiuè, ſed *D. Tapia in addit. ad c. Regni, non ſine, in lib. 3. Iuris Regni, fol. 164.* contrarium demonſtrat; eique inhærendum eſt, ſiquidem in *d. cap. non ſine,* fit mentio de omnibus contractibus redigendis in publicam formam, ergo, & de teſtamento eſt etiã
29 intelligendum: quoniam appellatione con-

tractus

tractus, venit etiam testamentum, *Afflict. in decis. 260. vers. item appellationem, & gloss. in constit. Regni. Instrumentorum robur, in verb. qua in contractu*. Quod limitarem, quando periculum esset in mora, & Notarius exterus de facili haberi non posset, ad tradita per *Rouitum in pragmat. 2. nu. 5. de contractibus*, verum ad cautelam, maiorem numerum testium adhibendum fore censerem, post hac tamen scripta vidi *Thorum in comp. decis. in verb. testamentum*, qui disputat articulum, & dicit fuisse decisum testamentum valere, & quod reclamatio pendet, quæ inde die 25. Octobris 1628. fuit terminata, & decisum, testamentum non valere, & fuit in causa Mutij, & Fratrum de Castellis, cum Fabritio Carrafa, sed fertur, non defuisse magnam altercationem inter Votantes.

30 Præter prædictos Notarios Apostolicos, & publicos, adest etiam Notarius Principis, cuius officiũ est dignitas; nam etiam Cocus Principis dignitatem habere dicitur, *Franc. Lucan. in tract. de iure fisci, par. 1. nu. 143. qui est in tract. tom. 9. fol. 9. ater. Frecc. de subfeud. lib. 1. in tit. de offic. Locotheta, & Prothonotarij, fol. 43. & seqq.* sicuti & om-
31 nes seruientes Principi, dicuntur etiam nobiles, *Barbat. in tract. de præstantia Cardinalium, quæst. 1. col. 1. Cassan. in tract. gloria mundi, par. 8. consider. 19.*

32 Et quoniam cum Notario interuenit etiã Iudex ad contractus, notandum est, quòd eius officium etiam est dignitas, *l. iubemus 14. §. hi quoque Iudicibus, C. de Episcop. & Cleric. Vinc. de Franch. in decis. 438.* & habetur in *cap. Regni. Vniuersis præsentis edicti*; in quo Iudices ad contractus, & Notarij
33 erant nobiles Platearum Neapolis, quorum nomina, & cognomina referre, melius est linguam compescere, quam odium consequi.

Quo verò ad ea, quæ Notarij tenẽtur pro
34 eorum officio adimplendo, habes in *Pragmaticis Regni sub tit. de Notarijs*; Notarij enim à notando dicti, olim Tabelliones appellabãtur, & per Regni Constitutiones certa eis præscripta est forma, vt in *Constitutionibus. Instrumentorum robur. Consuetudinem. & Baiulus*. & præcipuè registrare tenentur omnes contractus in protocollis, vt in *dictis Pragmaticis*: declaratq; *text. in §. fin. in auth. de tabellionibus, & Couarr. pract. quæst. cap. 19. nu. 22.* & ideo Dominus Prothonotarius visitat protocolla, vt incepit facere D. Vincentius de Franchis suo tẽpore, & viso protocollo, interponebat decretum gratis, laudando Notarium, sed inde fuit introductũ Neapoli visuras solui, & per Regnum Commissarios transmitti, non sine magno dispendio, & detrimento publico, notum est enim aliquos ex eis protocolla extraxisse, & etiam Neapolim asportasse, & cũ labore, & dispendio rehabita, & aliqua amissa fuisse. Nota tamen, diuersimodè protocollum appellari, idest scedam, & mundũ, *gloss. in l. cõtractus, C. de fide instrum.* & mondum dicitur à munditia, nam immaculatum esse debet, *gloss. in auth. de tabellio.* & protocollum quasi primã pars cartæ, idest principium. Sicuti dicitur de Sancto Stephano Prothomartire, idest primo Martire.

35 Tenetur enim Notarius contrahentes cognoscere, *Gratian. in decis. Marchia 116.* licet contrarium teneat *Afflict. in tit. de natura feudi, & Vinc. de Franch. in decis. 262. nu. 1. post Bal. in rubr. de fide instrum. 2. col. vers. venio ad secundum.* & meritò ad fraudes euitandas (nam multoties vnus pro alio reperiebatur obligatus) ad supplicationem huius fidelissimæ Ciuitatis, Baronagij,
36 ac Regni, fuit in Parlamento de anno 1603. supplicatum, vt in obligationibus, & fideiussionibus penès acta per Magistros Actorum cuiuscumque Tribunalis capiendis, persona obliganda coram duobus testibus cum nominibus, & eorum cognominibus se subscriberet, sin verò scribere nesciret, loco ipsius Actuarius se subscribat cum assertione, quod est sibi notus, ac etiam subscribãtur duo alij testes declarantes obligatum cognoscerẽ, sm̃ *Pragmaticam editam per D. Don Franciscum de Castro Locumtenentẽ vltimo Martij 1603.* quæ fuit inde declarata per aliam *Pragmaticã Domini Comitis Beneuenti magnanimi Proregis sub die 9. Maij 1603.* vt sufficiat obligandi subscriptio cum duobus testibus, quibus obligandus esset notus, sin verò scribere nesciret, Actuarius loco ipsius se subscribat, asserendo, quod obligatus nescit scribere. Sed si obligatio capienda infra summam ducatorum quinquaginta esset: obligandi tantum subscriptio sufficeret, seù Actuarij asserentis obligatum nescire scribere.

Prouisiones istæ euenerunt, quia in notorio præsumebatur potius error quam dolus, *Bart. in l. quoties, §. 1. ff. de hæred. instit. Parisi. in consi. 169. num. 58. col. 4. Gram. decis. 60. nu. 7.* & alij relati per *D. Rsetum in praxi probationis iurispatronatus, resol. 96. nu. 11. & in nu. 12.* vbi fundat, instrumentũ præsumi verum, & non falsum, fuerunt etiam factæ ad fraudes euitandas, quoniam de iure
38 communi testes non requirebantur in obligationibus penès acta, *l. in donationibus, C. de donat.* ibi, *in donationibus, quæ actis insinuan-*

finuantur, non est necessarium, vicinos, seu alios testes adhibere. Et ita *Alex.* dixit in
39 *consil.* 120. *num.* 5. *lib.* 7. ex quo acta semper præsumuntur stipulata de mandato Iudicis, & in eius præsentia, *Carauit. in ritu* 35. *&* 128. *num.* 12. & meritò ob hanc causam talis obligatio executionem paratam habet, *Vincent. de Franch. in decis.* 115. *num.* 7. *& Afflictus in constit. Regni. Magistri Camerarij.*
40 Sin autem mortuus reperiretur Notarius, & instrumentum non esset reassumptum; reassumendi formam videas in *constitut. Regni. Baiulos, & in pragmat.* 2. *de fide instrumentorum*; est enim reassumptio prædicta in pergameno describenda, & non in papiro, præter apocas, & Antapocas, vt disponit *constitutio. Regni. Consuetudinem quam;*
41 idemque esset, si Notarius rebellis reperiretur, quoniam pro mortuo reputatur, & per alium Notarium reassumptio fieri posset, *Vincent. de Franch. in decisio.* 300. *& Afflict. in dec.* 6. qui in alia *decis.* 48. ponit, quid erit agendum, quando Notarius, & testes essent mortui, ad quod etiam habemus *§. certè si ad vnum, in authent. quomodo instrumentis, quæ apud &c. constit.* 73. quo in titulo habetur de forma conficiendi instrumenta, & de eorum solemnitatibus, ac de Notario, & testibus mortuis. Quatenus verò instrumentum extra Regnum esset cōfectum, si per Officialem loci, in quo est instrumentum stipulatum, non reperiretur fa-
42 cta fides, quod ille Notarius publicus est, non probaretur, vt per *Afflict. in decis.* 151.
43 Notarius enim quando scriptura non esset solemnis, poterit recipi ad probationem negotij pro teste, non ad suppletionem sui instrumenti, sed ad viuam vocem tanquam testis vnius vicem gerens, *l. hac consultissima, §. final. C. qui testament. facere poss.* vbi *Accur. Cynus, & Iacobus Butrit. & Bal. in §. vasalli nostri, nu.* 3. *de pace constant. & in §. die luna, eodem titulo*, idem *Bald.*
44 ponit, quomodo Notarius debeat ponere diem, & qualiter protocollum probet: sed *Dominus Riccius in pract. probationis iuris patronatus, resolut.* 6. *&* 33. ait, duo requiri, vt protocollum probet. Primò, vt instrumenta sint scripta, & subscripta manu ipsius Notarij. Secundo, vt restetur Notarius de eis fuisse rogatum: tu autem aduerte, quod multi Notarij habent priuilegium describendi facere instrumenta in eorum protocollo per manus alterius Notarij, & ipsi illa eorum manu subscribunt, & authenti-
45 cant, & ita seruatur: faciunt etiam Notarij schartafatia, in quibus notant aliqua pro conseruando memoriam, & ista non faciunt fidem, secundum eundem *Riccium in loco citato, resolut.* 12. sed crederem aliqualem præsumptionem inducere ad ei credendum, maximè si ageretur de Notario mortuo, & dolus non posset præsumi, & de manu, & bona vita Notarij constaret.



VERS. X.

Annullando tutto quello, che contro la forma d'essa si facesse directè, vel indirectè, e tutti li contratti, promissioni, ò obligationi etiam sotto la fede, e parola di Nobili.

Irritando omne illud, quod contra formam ipsius directè, vel indirectè fieret, & omnes contractus, seù obligationes, etiam sub fide, & verbo Nobilium.

Circa hunc Versiculum obseruabimus.

Primo, quando lex inualidat actum, quomodo ad annullationem ipsius per indirectum contra mentem legis facti, extendatur.

Secundo, num promissio facta sub verbo, & fide Nobilium, obliget extraiudicialiter, postquam lex improbat promissionem, & multa in materia nobilitatis, & an genere, vel ex virtute sit excellentior.

OBSERVATIONIS I.

SVMMARIVM.

1 *QVi contra mentem legis facit, in legem dicitur committere.*
2 *Mens, & non verba legis sunt attendenda.*
3 *Verba legis tantum an liceat offendere.*
4 *Contra mentem legis facere quando est.*
5 *Contra legem facere, vel in fraudem legis, quando fit.*
6 *Fraus est decipere alium sine commodo.* *Dolus est aliquem decipere cum suo damno, & tuo commodo, ibidem.*
7 *Fraus non est sine dolo, sed species doli.* *Dolus potest esse sine fraude, ibid.*
8 *Fraus legi quando fit.* *Filiusfamilias contrahere potest præter quā in mutuo, & voto, ibid.*
9 *Fraus legi de persona ad personam.*
10 *Licitator penultimus non liberatur in venditionibus subhasta, si vltimus non est soluendo, & quare.*
11 *Procurator qui licitauit subhasta, tenetur de proprio.*
12 *Fraus legi de contractu ad contractum.*
13 *Actus factus contra verba, vel mentem legis per indirectum est nullus.*
14 *Via fraudibus non est aperienda.*
15 *Interpretatio lata fit ad fraudes euitandas.*
16 *Delinquendi materia non est danda.*
17 *Monachus nō est transmittendus de vno ad aliud Monasteriū in fraudē uisitationis.* *Visitatio si est ventura, non debent monaci transmigrari, ibidem.* *Generalis alicuius ordinis non potest transmigrare monachum de vno ad aliud Monasterium in fraudem visitationis futura, ibidem.*
18 *L. hac edictali. C. de secundis nuptijs, quomodo procedat, vt non possit relinqui plus filijs secundi matrimonij, quam primi.*
19 *Pœna contra abscindentem manum, extenditur contra abscindentem digitum.*
20 *Extensio fit ex mente comprehensiua legis.*

VERS. X.

OBSERVATIO I.

Quando lex inualidat actum, quomodo per indirectum ad annullationem ipsius actus contra mentem legis facti, extendatur.

PRO intelligentia huius Obseruationis breuiter dicendum venit, hoc regulari, ex text. in *l. non dubium, C. de legibus,*
1 quo cauetur, in legem committere eum, qui

qui contra legis nititur voluntatem: quia mens, & non verba legis ſunt attendenda, &
2 ideo nullum pactum, nullaq; conuentio valet, ſi lege prohibente directè, vel indirectè fieret, vt ibidem, & concordat *cap. fin. de re iudic. in 6.*

Non enim eſt verbis legum inhærendum, vt Iudęi faciunt, qui à verbis recedere nolunt, vel ſicuti aliqui faciunt verbis tantum inhærendo, vt doctores ad literam vocentur: ſiquidem non licet mentem legis offendere: ſiue eadem ſit cum ſenſu verborum, ſiuè non, & ſic etiam non licet locum à ſcripto cõtra ſententiam, ſeu voluntatem, vel à ſententia contra ſcriptum recedere, vt diſputat *Hegendorphinus in lib. 4. dialect. legalis.* Verba enim ſtatuti recipiunt interpretationem reſtrictiuam ex ſenſu, & mente, ne aliquis indebitè condemnetur, *l. 2. C. de noxal. actio.*

3 Dubium tamen eſt, an legis verba tantũ liceat offendere, ſi lex, vel equitas ſit in contrarium? & *Placentinus gloſator* dixit, quod non, per *l. proſpexit, ff. qui, & à quibus, l. quod conſtitutum, ff. de teſtament. milit.* ſed *Ioannes gloſator* tenuit contrarium, per *l. adigere, §. quamuis, ff. de iurepatron.* & ex illo generali dicto, ſenſum, & non verba ſpectari debere, *l. 7. §. conditio, ff. de adminiſtr. legata, l. etiam. 8. C. de iure dot. l. 3. C. de liber. præterit. l. in legatis. 21. C. de legat.* attamen *Gloſ. ibidē in verb. non dubium, & in verb. amplexus,* diſtinctionis fędere concordat, quod ſi alia mens pater, & in ſcriptis redacta eſt, præualet ſententia Ioannis, ſin verò ſecus, Placentini ſenſus eſt verior, vt in *l. non aliter, ff. de legat. 3.* facitq; ad hoc *l.*
4 *contra legem. 29. ff. de legib.* in qua habemus, quod contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet. In fraudem verò legis facit, qui ſaluis verbis legis, ſententiam eius circumuenit. Hinc eſt, quod ſi Teſtator prohibuit quem eſſe Tutorem, non debet hunc Curatorem fieri, quia voluntas Teſtatoris non debet alia via circumueniri, vel inficiari, vt in *cap. 21. Modeſtini poſito in fine, ff. inforſiati*, quia voluntas declaratur etiam per actum nullum, *l. fin. ff. de rebus eorum.*

5 Etenim aliud eſt facere in fraudem legis, aliud verò contra legē; ſit in fraudem legis, quando id fit, quod lex fieri noluit, fieri autē non vetuit, *l. fraus. 30. ff. de legib.* ſed contra legem fit, quando id agitur, quod lex prohibuit, *l. contra legem. 29. de legib.*

6 Eſt enim aduertendum, tunc legi fraudem fieri, quando aliquem decipis ſine tuo commodo: dolus verò eſt, quando aliquem cum damno ſuo, & cum commodo tuo decipis:
7 ſed fraus non eſt ſine dolo, imò eſt ſpecies doli, ſed dolus poteſt eſſe ſine fraude, vt declarat *Abb. in conſ. 68. num. 3. in verſ. fortius, lib. 1.*

8 Fit autem fraus legi, quando de re ad rem committeretur, puta, lex prohibet pecuniã filiofamilias mutuo dari, *toto titulo ad Macedonianum*, tu autem vis dare aliud, quam pecuniam mutuo, *l. ſed Iulianus, §. mutui, ff. ad Macedonian. & pragmat. 1. de contrac.* (poteſt enim filiusfamilias contrahere præter quam in mutuo, & in voto, *Menadous in conſ. 17. num. 1. per l. filiusfamilias, ff. de action. & obligat.*) vel quando venditio eſt prohibita, niſi inter conſortes, & ſit permutario cum alijs, *Alex. in conſ. 197. num. 3. verſ. quid imò, lib. 7.*

9 Fit etiam fraus legi de perſona ad perſonam; puta, quando vir qui non poteſt dare vxori, ſupponit alium, cui donetur, *l. ſi ſponſus, in princ. ff. de donat. inter virum, & vxor.* vel quando ſupponeretur perſona in
10 licitatione ſubhaſta, tunc enim proultimus licitator non liberaretur, ſi vltimus non eſſet idoneus, alias aperiretur via fraudibus, quoniam ſi liberaretur iſti non idoneo, poſſet penultimus, quem penituit de oblatione
11 facta, non idoneum ſupponere ad offerendum, vt ipſe liberaretur, *Bald. in conſil. 17. modus, & forma in fine, lib. 2.* & haſta fiſcalis deluderetur. Priuilegia enim venditionum ſubhaſta multa ſunt: & merito ſi quis Procuratorio nomine licitaret, & ei tanquã vltimo licitatori remaneret: ſi principalis non erit ſoluendo, ipſe nomine proprio tenebitur, non obſtante quod Procuratorio nomine licitauerit, *text.* eſt in terminis, & notand. in *l. cum vendente, C. vbi cauſa fiſcales*, & ibi *Caſtrenſ. & Prece. in lib. 2. de ſubfeud. fol. mihi 169. nu. 104.* ad quod aduertas, quiamulti faciliter decipiuntur.

12 Aliquando fit etiam fraus legi de contractu ad contractum, non eodem modo, ſed quando creditor cum viro erat contracturus, & vxorem, quæ intercedere non poteſt, vt in *toto titulo ad Velleianum*, quæſiuit, & conuenit, vt cum ipſa potius contrahatur, quam cum viro, *l. quauis, §. ſi cum eſſem, ff. ad Velleian. Alex. in conſ. 21. in fine, lib. 1. Socein. Iun. in conſil. 34. num. 12. lib. 1.* & diximus ſupra in *verſ. 4. obſeruat. 2. num. 148. & ſeq.*

13 Ergò ſemper quod perpenditur actum fieri contra verba, vel mentem legis per indirectum, actus eſt nullus, tanquam factus
14 in fraudem legis, quia non eſt aperienda via fraudibus, *Lapus in allegat. 55. num. 2.*
15 *in princ.* quinimò vt occurratur fraudibus, ius latam interpretationem admittit, diſpo-

sitionem fauorabilem, facit *Crauett. consil.*
16 *674. num. 6.* quoniam non est danda ma-
teria delinquendi, *Ioan. de Anan. in consil.*
7. num. 1.

Hinc est, quod Patres Generales ordinum
17 & si possint transmittere monachum de
vno ad aliud Monasterium, tamen hoc fa-
cere non possent in fraudē Visitatoris Apo-
stolici venturi, & tanto magis si visitatio es-
set cępta, *Federic. de Senis in cons. 145. nu.*
3. circa finem, vers. sed pone, quod vere.
Fallit tamen, si monachus foret licentiatus,
vt transeat in aliud Monasterium, quia non
subest primo Abbati, qui inde non debet in-
quirere, vbi moratur, *Bal. in l. qui manu-*
mittuntur. 12. C. de oper. libert. potest etiam
fraus considerari circa dispositionem *l. hac*
edictali, C. de secund. nupt. prohibet enim
18 vt vir, vel vxor relinquat plus secundo vi-
ro, vel secundæ vxori, quam vni ex filijs pri-
mi matrimonij, & ne fraus eueniat hoc ex-
terditur secundum aliquos, vt non possit re-
linquere plus filio secundi matrimonij, quā
primi, *Bald. in consil. 161. quidam nobilis,*
per totum, lib. 1. Petr. Anchar. in cons. 329.
sed aduerte, non esse totaliter verum, vt pa-
ter, aut mater non possint relinquere plus
filijs secundi matrimonij, quam primi, siqui-
dem *d. l. hac edictali*, non procedit in pa-
tre, vt fuit decisum iunctis Aulis, & ex alle-
gationibus, & sententia relatis supra *vers.*
5. obseruat. 1. num. 7. in qua sententia sunt
decisa multa capita circa consuetudinem
Neapolis; & fuit cum 11. votis prolata, vt
ibidem videre poteris. Quinimo quo ad ma-
trem anceps est sententia Doctorum, vt ibi-
dem *nu. 19.*

Solet etiam dubitari circa extensionem
19 statuti, num si esset pœna contra abscin-
dentem membrum, extendatur contra ab-
scindentem digitum manus? & quod sic
fuit decisum per *Mastrill. in decis. 168.* non
obstante, quod appellatione membri non
veniat digitus, *Bart. in l. non sunt liberi,*
ff. de statu hominum, quia verba in mutila-
tione membri, extenduntur ad debilitatio-
nem, & per abscissionem digiti, debilitatur
manus.

Ex mente enim comprehensiua legis fit
20 extensio ad quę verisimiliter Legislator co-
gitauit, argumento *l. 2. ff. de iurisdict. om-*
nium Iudicum, & ideo si fuerit dubitatum,
num pactum factum in capitulis matrimo-
nialibus inter coniuges, vt maritus non
asportet vxorem extra Ciuitatem an possit
discedere cum consensu vxoris? & negati-
uè fuit per Sac. Consil. iudicatum teste *Giz-*
zarello in decis. 19. non obstante consensu
vxoris, ex fraude .n. extortum fuisse præten-
ditur, ac etiam non obstante, quod sit contra
bonos mores, *l. Titio centum. 70. §. Titio cen-*
tum, il 2. ff. de condit. & demonstrat.

OBSERVATIONIS II.

SVMMARIVM.

1 *PRemissio sub verbo, & fide Regis, est omnino obseruanda.*
2 *Pax facta sub verbo, & fide Regis, quomodo est seruanda.*
3 *Frangens pacem sub verbo, & fide Regis, quomodo puniatur.*
4 *Proditorium est delictum factum sub verbo, & fide Regis, vel cum scopitto paruo.*
Sed an gaudeat immunitate Ecclesiæ, ibidem.
Obligatio naturalis an oriatur ex pacto contra bonos mores, ibidem.
5 *Fides Regis est saluus conductus.*
6 *Fides seruanda etiam hosti.*
Fidem non præstans, fidem sperare non debet, ibidem.
7 *Nobilium verba plurimum valent.*
Iuramentum suppletorium quā probat, ibid.
8 *Ludentes obseruant verba non obstante Regia Pragmatica.*
9 *Nobilis dicitur notus, & quid est nobilitas.*
10 *Nobilitas à plebeis differre facit.*
11 *Nobilitas quomodo diffinitur.*
12 *Nobilitas duplex à genere dicitur præsumpta, & fortuita.*
13 *Altera quam ex propria virtute sibi acquirit.*
Nobilitas acquisita magis cōmendabilis, ibi.
14 *Filius nobilis non offuscatur à patre, licet rustico.*
Aduocati omnes Ciues, & Equites præcellūt, & Principes, atq; Dñi appellantur, ibid.
Pater per filium nobilitatur, ibid.
15 *Nobilis ex maioribus est ille, qui retinet diuitias, & dignitates.*
16 *Non ex quo quis vocatur de familia nobili, dicitur nobilis.*
17 *Nobilitas acquisita ex scientia, est maior illa maiorum.*
18 *Nobilis est, qui ingenium rectius habet, & actibus bonis abundat.*
19 *Nobilitas, vel bonitas cognatorum non iuuat, si quis non est bonus.*
20 *Doctrina facilè exornat generosum, & ex oscuro nobilem facit.*
21 *Nobilitas in bonis moribus, nō in natalibus consistit.*
22 *Est quid accidentale, & ideo perditur per artem vilem.*

23 *Non*

23 *Non perditur per exercitium in domo propria, vel in agro proprio.*
24 *Nobilitate amiſſa per exercitium, an recuperetur, relicto illo exercitio.*
25 *Procuratores, qui ſunt nobiles, & in Curijs practicantur, perdunt nobilitatem.*
26 *Nobilis furtum committĕs, an decapitetur, vel ſuſpendatur.*
27 *Nobilitas amittitur per falſitatem, vel periurium.*
28 *Nobiles viri quatuor mores habere debent.*
29 *Vt plurimum duos mores vituperabiles habent.*
Nobilitas cauſatur ex 9. caſibus, ibid.
30 *Mercaturas exercere non debet.*
31 *Conſuetudo attenditur.*
32 *Nobilis dicitur, qui habuit patrem nobiliter viuentem, licet auus ruſticaliter vixerit, & ſic etiam ille, qui ex matre nobili natus, licet pater ignobilis fuerit.*
33 *Legitimati non differunt à veris legitimis, & conſeruant familiam.*
Nobilis præfertur in beneficijs habĕdis, ibi.
34 *Nobiles ad paupertatem peruĕti, an dicantur nobiles.*
35 *Diuitiæ nobilitant homines, & vilitatem tegunt.*
36 *Nobilitas acquiſita ex diuitijs, dicĭ infima.*
Homo non debet nobilitari per rem, ſed res per hominem, ibidem.
37 *Roma ex lateribus inuĕta fuit ab Octauiano Imperatore, qui eam in marmoribus reliquit.*
38 *Mulieres quando nobilitātur per homines.*
39 *Nobiles ex nobilibus adſunt, & nobiles ex ignobilibus, ibid. ac ignobiles ex nobilibus, ibidem.*
40 *Equites qui.*
Domicelli qui, ibidem.

OBSERVATIO II.

De promiſſione ſub verbo, & fide nobilium, & aliqua de nobilitate.



SECVNDA hæc Obſeruatio in ordine quærit, an promiſſio facta in contractu ſub verbo, & fide nobilium, obliget extraiudicialiter, ſi lex improbat promiſſionem, vt in caſu noſtro? & pro explicatione eſt aduertendum, quod alia eſt promiſſio ſub verbo nobilium. (Promiſſiones enim ſunt ſeruandæ ſecundum qualitatem perſonæ, *Bart.* in *l.3.C. de milit. veſte, lib.12.*) Alia vero eſt promiſ-
1 ſio facta ſub verbo, & fide Regis, quæ eſt omnino obſeruanda, etiam ſi hoſtibus eſſet data, vt per *Gubernatorem Chriſtianum in lib. 2. cap. 24.* vbi quod Carolus Quintus obſeruauit ſaluum conductum Martino Luthero, nō obſtante Conſilio Coſtantiæ, quo cautum eſt, fidem non eſſe ſeruandam inimicis fidei, & idem *Author in cap. præcedenti* fundat, quomodo Rex debeat iuramenta, & verba promiſſionum obſeruare. Hæc quidem promiſſio Principis loco iuramenti habetur, *Scurphi. conſ. 37. per totum, Gaillus pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 59.* ſolet enim fieri promiſſio iſta etiam in Pragmaticis, vt euenit in *pragmat. edita 30. Iulij 1621.* tempore Gubernij Illuſtriſſ. D. Cardinalis Zappatæ Locumtenentis, in qua videtur promiſſum *ſub verbo, & fide Regis, ac noſtri,* neminem fore damnum paſſurum occaſione monetæ tunc currentis, quæ erat mediorum carolenorum vulgo dicta *le zannette;* quæ Regni diſtructionem in illis temporibus parabāt, vt vidimus ſupra *verſ. 4. obſeruat. 3.* Adeſt quoque, & alia *Pragmatica edita à D. Comite Lemenſium ſub die 31. Maij 1616.* qua cau-
2 tum eſt, vt frangens fidem, & pacem factam *ſub verbo, & fide Regis:* incidat in pœnam infamiæ vt fractor verborum, etiam ſi mors,
3 aut vulnus non reſultarent, & ſimiliter in pœnam mortis naturalis incluſiuè incidat, attenta qualitate perſonarum, & circum-
4 ſtātia facti, & vlterius tale delictum proditorium intelligatur, & exceptuatum in omnibus caſibus, in quibus delicta proditoria exceptuantur: & ratione boni publici Pragmatica hæc extenditur etiam ad paces antea factas, vt ibidem, grauiſſimum enim eſt delictum, frangere pacem, *Andr. in cap. 1. num. 6. & ſeq. de pace iuram. firm.* ſicuti à promiſſis recedere, malum eſt. In hac etiā ſpetie promiſſionis ſolet dubitari, num naturalis obligatio oriatur ex pacto contra bonos mores? iam quod pacta contra bonos mores à Iure Ciuili improbantur, *l. pacta, quæ contra, C. de pactis,* vbi *Deci.* affirmatiuā tenet, ex eo, quia naturalis obligatio ex conſenſu oritur, *l. 1. ff. de pact. Bar. in l. 1. ff. de condit. indeb.* conſenſus enim dum conſiſtit in animo, facti eſt, *l. bonæ fidei, ff. de acquir. rer. domin.* ſed ſic eſt, quod Iure Ciuili non poſſunt infirmari ea, quæ inſunt facti, *l. 1. §. ſi vir, ff. de acquir. poſſ.* ergo &c. at contra *Dec.* facit *Soccin.* opinio per eum citati, quam ſequitur *Caſar à Coſta variar. ambig. lib. 1. cap. 30.* & rationes ſunt claræ, vnquam enim ius naturale turpia permittit, cum ſemper bonum, & æquum ſit, *l. proba. ff. de verb. ſignif.* ſique obligatio naturalis oriatur ex æquitate fidei ſeruandæ, *d. l. 1. ff. de pact.* æquum eſt enim ſeruari conuenta, &

promissa, *l. stichum, §. naturalis, ff. de solut.* & si ęquitas desit, (quæ est fundamentum, & causa propinqua obligationis) cessat causa iusta, & ęqua promissionem non seruare: merito naturalis obligationis actio cessat. Hinc est, quod ius naturale, vel gentium, prohibet insidias, & maleficia, *l. veluti, & l. pen. ff. de iustit. & iure*, & sic etiam homicidia, & alia mala, *d. l. proba. ff. de verb. signif.* ergo nullo iure naturalis obligatio oriri potest, *l. pacta qua contra, C. de pact.* & ibi DD.

Quatenus vero attinet ad materiā delicti proditorij in dicta Pragmatica declarati, fuit dubitatum in quorundam nobiliū grauissima causa, num comprehendatur in Bulla Gregorij XIV. de anno 1594. condita, in qua inter alia delicta ab Ecclesiæ immunitate exclusa, est delictum proditorium, & dicebatur, quod delictum declaratum proditoriū à Principe sęculari post Bullam prædictam non comprehenditur in ea: quæ intellexit de delicto proditorio sub illa specie proditionis vigente tempore Bullæ prædictæ tantum. Capti enim in Conuentu, vel Ecclesia sunt restituendi, *Decian. in consil. 79. vol. 3. Io. Franc. de Ponte in decis. 35. & Riccius in collect. 1792.* & ideo inquisiti pro causa, quod sub verbo pacis quendam alium nobilem occiderant, à Monasterio S. Seuerini extracti de anno 1626. & ad Castrum nouum asportati, fuerunt inde repositi in Monasterio prædicto ad dispositionem Summi Pontificis, postea vero fugam arripuerunt. Ex quibus etiam infertur, quod alia *Pragmatica eiusdē Comitis de Lemos sub die 14. Aprelis* 1614. qua sancitū est, delictum commissum cum scopirto paruo, seù Archibuseetto, proditorium esse censendum, nec etiam in Bulla prædicta comprehendi ex dicta ratione. Cęterum vt apertè cognoscas, quale sit delictum proditorium, vltra *Bart. in l. respiciendum, §. delinqunt, ff. de pœnis*, perquire *Vinc. de Franch. decis. 713. vol. 4.* in qua vnitis Tribunalibus Sacri Concilij, & Regiæ Cameræ 23. Octobris 1600. declaratus est articulus generalis pro explicatione indultus generalis, in quo delictum proditorium exceptuabatur, videlicet *vulnus proditorium illud esse, quod est illatum cōtra amicum sub colore, vel simulatione amicitiæ.* Quatenus vero ad nostram materiam attinet,
5 est notandū, quod fides Regis est saluus conductus, omnino seruandus integrè, quia cibus quamuis bonus si fumo olet, displicet, & sicuti spes est panis miserorum, qui dum viuunt sperant, ita fides est panis fidatorum, qui tam in eundo, quam instando, quam in redeundo, semper fidi esse debent, vt supra tetigimus, quoniam etiam hostibus seruanda est fides, alias qui fidem non præ-
6 stat, fidem sperare non debet, *Bal. in cap. 1. num. 4. de forma fidelitatis, per l. quarit, §. inter, ff. locati.* & hæc quo ad regulam promissionum.

Quò verò ad promissionē factam sub fide, & verbo nobilium, illo exploso dicto, Fides dictis, promissisq; nulla: nisi quatenus expedit, est animaduertendum, quod si à lege improbatur factum principale, etiam extraiudicialis hæc promissio non est seruanda, si-
7 quidem non potest videri improbus, qui cōtra ordinem legis facit, quamuis nobilium verba plurimum valeant, vt in *const. Regni. Iurisperitorum*, vbi iuramentum suppletoriū nobilium probat in summa vbi taxata.

8 Hæ tamen promissiones de consuetudine inter nobiles, (non obstante improbatione legis,) obseruantur in maledictis prohibitis Duellis, & in ludis, nam etsi *Regia Pragmatica. sub titulo de aleatoribus*, improbent ludos, & promissiones in eis, vt etiam notat *Io. Franciscus de Ponte in cons. 31. num. 16. vol. 2.* (vbi priuilegia concessionis Gabellæ ludi adsunt) attamen inter nobiles obseruātur, & solutiones punctualiter fieri, vt in dies videmus. Pragmaticę n. & prohibitiones prędictæ licito iure ob publicum bonū fieri possunt, sed an tuta conscientia possint exigi pecuniæ lucratæ in ludis prohibitis? negatiuè respondit *Molfesius in summa in 7. par. sub titulo de contractibus, tract. 12. cap. 21. in fin.* post *Salas in dub. 26. num. 5.* sed *Anna in singul.* 108. ait, in anno 1571. fuisse decisū, deberi debitum ex causa ludi.

Sunt & aliæ ludorū species, puta ludi agitatorij, in quibus personæ agitari solent, & mors sequitur, & non est pœna, *l. 2. C. de spectulis, lib. 11.* licet ista cruenta spectacula, idest ludi, ex quibus mors, vel sanguis sequatur, sunt prohibita, *l. vnica, C. de gladiatoribus, lib. 11.* & inter hos ludos est ille, qui in primo Maij fieri solet, & dicitur Maiuma, idest ascendere ad maios, & est permissus, *l. vnica, C. de maiuma, lib. 11.* Quatenus vero ad obseruantiā promissorum infausti Duelli dicemus infra suo loco.

Cumque de nobiliū promissionibus euenit verba facere, plura de nobilitate forent dicenda, sed pauca attingere intendimus, quatenus ad materiam nostram attinet.

9 Et Primo est sciendum, quod nobilitas secundum *Sipontinum in Cornucopia*, dicitur à Nosco, hinc nobilis, idest notus, & secundū *Virgiliū. 7. Æne.* ibi *Est locus Italia in medio sub montibus altis nobilis &c.* idest notus.
10 Accipitur enim nobilitas pro quadam præhe-

præheminentia, quæ à Plebeis differre facit, *§. plebifcitum, cum glof. in verb. fpecies, in fine, inftit. de iur. nat. gent. & ciuile, cap. venerabilis, de praben.* & latè *Io. Arg. in tract. de nobilitate Hifpania, par. 1. cap. 4.*
11 *num. 4. in tract. tom. 16. fol. 220. & à Bart. in l. 1. num. 62. G. de dignit. lib. 12.* diffinitur nobilitas, quod eft qualitas illata per Principē, quam quis vltra honeftos Plebeos acceptus intelligatur, quam diffinitionem fequuntur ibi *Odofr. Io. Platea, & Lucas de Penna, ac Panorm. in cap. 1. col. 2. de purgat. canon.*

12 Nobilitas duplex eft, vna à genere, quam quis à maioribus fuis trahit, & ifta nobilitas verè dicitur præfumpta, & *Hoftien. in cap. venerabilem, de praben.* quem fequitur *Caffan. in confuet. Burgundia, tit. des Droict. rub. 4. §. 19. num. 10. fol. 742.* dixit, quod difputare de nobilitate generis, eft difputare de nobilitate ftercoris, fed contra tenet *glof. in extrauag. execrabilis, in §. nos itaque, in verb. generis claritatem, de prabendis, & dignitatibus;* nam regulariter nobilitas ex fanguine reputatur legitima, & illa ex virtute inferior, vt *Cæfar Auguftus* aiebat, & defendit *Alexander Taffonus in lib. 8. delli fuoi penfieri, cap. 19.* & in hac nobilitate exiftens parentes laudare debet, & fortunam, quæ eft ipfe Deus, qui voluit aliquem ex parentibus nobilibus nafci, vt per *Bonum de Curtili in tract. de nobilitate, par. 2. mecy. in tract. tom. 16. fol. 1. ater.* & notat *Tacitus lib. 1. Hift. fub num. 5.* ibi, *generari, & nafci à Principibus, fortuitum, nec vltra aftimatur;* & probatur etiam in *l. bene à Zenone, C. de quatrien, præfcript. circa medium, & in fine.* Hinc Alphonfus Primus laudantibus eum Regem, filium Regis, fratremq; Regis, refpondit, illa nil exiftimare, fed fi in eo aliquid boni effet, laudarent, & non ex patribus iam mortuis, *Ludouicus Domeniebi in lib. 1. Hiftoriarum, fol. 39.* Natura enim crebro tamquam ex induftria malos è bonis, egreftes è Doctoribus, & cæteris huiufmodi, feù contra gignit, *Aureol. Vict. in Caligula,* nonne accetum vini eft filium, hinc ex bonis, & nobilibus patribus filij deteriores oriuntur. Deque diuerfarum Ciuitatum nobilitate, & fignanter de nobilitate Neapolitana, præter Conftantium, & cæteros noftros Scriptores Regnicolas, ponit multa *Io. Arz. in tract. de nobilitate Hifpaniæ, in 5. par. principali, cap. 2. num. 4.* nec de ea poteft confiderari *Galeni* dictum affirmantis, quod nobilitas eft in terris, ficuti moneta, quæ in Ciuitate in qua formatur, valet, in alijs vero locis veì falfa reputatur: fiquidem Neapolitanā nobilitas vbique per mundum micat, & in honore habetur, tanquam lepidiffima, fummoq; Nitore florida, & id confidera etiam vltra nobiles defcriptos in quinque fedilibus, de quibus fopra notauimus, alij .n. multi extra Plateas prædictas (circumfcriptis ciuilibus muneribus) à pari procedunt, & præfertim multoties in matrimonijs contrahendis. Matrimonia enim ex lege 12. Tabularum contrahenda erant, ideft nobiles cū nobilibus, Principes cum Principibus, diuites cum diuitibus, & plebei cū plebeis; vnde *Ouidius* cecinit, *Si vis apte nubere, nube pari:* Sed quoniam ex his feditiones multæ oriebantur, Tribunus Plebis nomine Condoleius ad illas euitandas legem iftam delere fecit, *Petrus Matthei in libro titulato Iuditio Politico, fol. 141.*

13 Altera vero nobilitas eft, quam quis ex propria virtute fibi acquirit, fiquidem nobilitas eft filia fcientiæ, (vt omnes fatentur,) & ideò magis certa dicitur, & magis commendabilis, *cap. venerabilis, de praben. Stephanus Guazzius in ciuilibus conuerfationibus, lib. 2. fol. 111. Alex. in conf. 209. ponderatis, num. 8. verf. unde dicit, lib. 6. & in conf. 213. nu. 9. verf. in eo etiam, eodem lib. 6.* fubdens ibi *num. 7. in fine;* quod iuuenis
14 virtuofus, & bene morigeratus, qui fibi nobilitatem ex propria perfona acquifiuit, nō recipit offufcationem à patre, licet ruftico, dummodo talis filius artem rufticam non exerceat; quinimo filius Doctor nobilitat patrem, qui ad triremes condemnandus non effet ex nobilitate filij, vt per *Gizzarell. in decif. 10. D. Riccius in praxi fori eccleſ. refolut. part. 1.* eo fortius fi Aduocatus effet, clariffima enim eft Aduocatorum virtus, adeo vt Equites, & Ciues omnes præcellat, tefte *Fontanell. de pact. nupt. par. 1. clauful. 3. glof. 1. num. 29. fol. 17.* Principes, ac Domini appellantur, *l. proximè, ff. de his, qua in teftam. delet. l. Nefennius, & ff. ad l. falcid.* & in *l. 1. §. 1. C. de nouo Codice faciend.* denominantur Excellentiffimi, Eminentiffimi, Sublimiffimi, ac Gloriofiffimi, præexcelfaq; ftudia quorum Imperator reuerentia profequitur, *l. quicquid, C. de Aduocat. diuerf. iud.* & reliqua vide fupra *verf. 7. obferuat. 1. nu. 13. & feq.* Hinc *Falfares Tyrannus* aiebat, quod folam nobilitatem cognofcebat ex virtute, & cætera per fortunam: & Rex Alphonfus Primus fatebatur gloriofiorem effe nobilitatem proprio, & peculiari virtute acquifitam: quam cum hæreditate: fępiufq; dicendo, melius velle capere valorem Nicolai Piccinini nati ex macellario, quam Regem effe fine virtute,

tefte

teste Ludouico Domenichi in eius Historia
15 fol. 14. & 39. lib. 1. Verum nobilis ex maio-
ritate maiorum dicitur ille, qui maiorum
diuitias, & nobilitates retinet; alias secus,
Socein. in cons. 246. num. 3. lib. 2. post Phi-
losophum in 5. Politicorum, vbi, quod non
16 ex quo, quis est de familia nobili, est nobilis,
postquam videmus multos de eadem quali-
tate, seù familia esse nobiles, & alios ignobi-
les: nec quis præsumitur nobilis, ex quo in-
ter nobiles reperitur descriptus Io. Vinc. de
Anna in singul. 358. & sic concludunt DD.
qđ nobilitas acquisita ex scientia, maior est
17 illa, quæ ex maiorum nobilitate allegatur,
Alex. in d. cons. 213. ponderatis, num. 9. lib. 6.
& Seneca in 3. de beneficijs ad Eburneum,
18 ait, Nobiliorem esse, qui rectius habet inge-
nium, & actibus bonis abundat. & idem
Seneca in libro de minoribus scripsit, quod
19 Nobilitas, est hominis generosus animus, nã
nobilitas, vel bonitas cognatorum, non valet,
nisi fuerimus nos ipsi boni. Cassiod. autem
lib. 9. Epistolarum, in epist. 8. dixit, quod do-
20 ctrina facilè exornat generosum, quæ etiam
ex oscuro nobilem facit. Sed ex nobilibus
nasci optimum est, si eorum vestigia posteri
insectantur, nam alias fumatæ Imagines, &
Trophea, non transeunt in descendentes in
ocio viuentes, vel bona dissipantes, merito
diui Bernardi magnum dictum sequuntur
DD. quod in nobilibus semper primogeni-
tus debet totum habere, quia melius est se-
cundogenitorum dispersio, quam inter eos
hæreditatis diuisio, Regens de Ponte de po-
test. Proreg. in tit. de assensibus super doti-
bus, nu. 12. fol. 272.
21 Nobilitas enim consistere debet in bonis
moribus, & non in natalibus, vel nuptijs, ar-
gumento l. pronunciarum. 46. §. matrem
fam. in fin. ff. de verb. signif. est enim quid
22 accidentale, & ideò perditur per exercitiũ
artis vilis, Couar. pract. quæst. cap. 19. nu. 7.
23 circa medium, quod non procedit, si quis
Agriculturam, vel in domo propria artem
exerceat, quia tunc etiam nobilis dicitur,
Fab. de Anna in cons. 34. vol. 1. & Vinc. de
Franch. in decis. 28. nu. 4.
24 Sed dubitatur, num si talis nobilis artem
rusticalem relinqueret, nobilitatem recupe-
ret? Cassan. in consuet. Burg. vers. des Droict,
rub. 4. nu. 32. fol. 743. distinguit, aut est no-
bilis natiuitate, & nobilitatem recuperat,
quia eam offuscat tamdiù, quamdiù illam
artem exercet. Sin verò est nobilis per pri-
uilegium nobilitatem non recuperat. Tu au-
tem videas Ioannem Raynaudi in suo com-
pendio feudali, in tractatu de nobilitate, fol.
100. in 6. quæst. principali, vbi quomodo no-
bilitas amittatur. Procuratores enim, qui
25 sunt de genere nobili, & in Curijs practi-
cantur, nobilitatem perdunt, secundum Cas-
san. ibidem nu. 31. post Guidonem Papam
in decis. 89. num. 196. sed pro defensione
Procuratorũ latè disputat Consiliar. Rouit.
in rubr. de Procuratoribus, num. 4. & seq.
sed Franc. de Petris festiuarum lectionum,
lib. 1. cap. 8. distinctionis federe concordar.
26 Nobilis furtum committens, non debet
suspendi, sed decapitari, vt in cap. Regni. Ad
hoc quod nostrum, in fine, sub tit. de furtis,
Vinc. de Franch. in decis. 569. sed contrariũ
determinat l. Iudices. 12. C. de dignit. qui-
nimo in furcis altioribus suspendi debẽt pro
enormibus delictis, Io. Franc. de Ponte in
cons. 136. num. 26. vol. 2. licet vilis plusquã
nobilis punitur, glos. in verbo vilis, §. 1. in
auth. de incestis nuptijs, idemque tenet Bal.
in cap. cum quidam, de iureiur. & Gram. in
decis. 36. nu. 5. & facit alia decis. 32. & Reg.
de Ponte in decis. 24. in qua fuit condemna-
tus ad triremes quidam ex centũ continuis
Proregis, ex quo occiderat vxorem sub falsa
causa adulterij ob lucrãdas dotes, & ob pro-
priam lasciuiam; & in cons. 136. nu. 26. vol.
2. idem Author adducit exemplum Don
Francisci Blanci Siculi, qui ob fraudes, &
furta cõmissa in annona huius Ciuitatis, fuit
super curru asportatus, & demum suspensus,
& eius caput in crata ferrea in muris Doha-
næ farinę subdiò affixum circa annum 1609.
semper enim quod nobilis vitam degit scę-
leratam, non debet ei honor seruari, l. Sena-
toris. 47. ff. de ritu nupt. Bal. in §. iniuria,
num. 9. de pace tenenda, & iuram. firmand.
fol. 78. & Iulius Clarus in §. fin. quæst. 60.
num. 24. circa finem. Nam propter falsita-
27 tem, & periurium amittitur nobilitas, l. 17.
C. de dignit. Afflict. in decis. 404. circa finẽ,
vbi quod generalis indultus crimen falsi non
comprehendit.
28 Veri nobiles mores laudabiles habent,
sunt quidem magnanimi, magnifici, dociles,
& industres, publici, & affabiles, & commer-
cia fugientes; sed vt plurimum duo mores
vituperabiles eos insequuntur, scilicet quia
sunt nimium honoris appetitiui, & progeni-
torum despectores, vt per Luc. de Penna
in l. 2. C. vt rustici ad nullum obsequium
deuocentur, col. 2. lib. 11. sed Cassan. in con-
suet. Burgundiæ, tit. des Droict, rub. 4. §. 19.
29 nu. 25. fol. 242. enumerat nouem casus, ex
quibus nobilitas cansatur.
30 Nobiles mercaturam exercere non de-
bent, l. nobiles, C. de commerc. & mercat.
Iacob. Mandella Albensis in cons. 43. atta-
31 men in his attenditur consuetudo loci, vt
quis

quis nobilis dicatur, *Bart. in l.1. C. de di-*
gnitatibus, lib.12. & facit *lex.1.§.1.ff. de*
muneribus, & idem *Bart. in l.vnica, C. de*
mulieribus, & in quo &c. lib.10. & Caftr.
in conf.126. lib.2. nam in Ciuitatibus Vene-
tiarum, & Ianuæ, & in alijs, mercatura exer-
cetur à nobilibus, *Ioannes Arz. in tract. de*
nobilit. Hifpan. in 5. par. principali, cap.2.
num.4. & feq. vbi refert multas Ciuitates in
quibus exercetur mercatura, vel non, etiã à
nobilibus, & fignãter, quod in Ciuitate Nea-
polis à nobilibus non exerceatur, & ideo di-
xit *Bartholom. de Capua, fiù add. in eo in*
fingul. 84. quod is, qui habuit patrem nobi-
32 liter viuentem, dicitur nobilis, non obftan-
te quod anus rufticaliter vixerit, nobilitas
enim triginta annorum circulo præfcribi-
tur, vt poft *Tiraquell. de nobilitat. cap.14.*
& Caffan. in catalog. par. 8. conf. 20. tenet
Francifcus de Petris in feftiuarum lectionũ,
lib.1. cap.7. num. 39. fol.100. vbi *num. 40.*
ex legibus Regni Caroli Primi, fondat, ex
matre nobili natum, nobilem effe non ob-
ftante ignobilitate patris. Multoties enim
ex patre docto, ac nobile, filij ignari, ac vi-
les gignuntur, hinc *Aureol. Victorin. in*
Caligula aiebat, *natura crebro tanquam*
ex induftria malos è bonis, agreftes è doctio-
ribus, & ceteris huiufcemodi, feù contra
gignit.

Vnum tamen ne prætereas, quod in be-
neficijs Ecclefiafticis affequendis, non con-
fideratur nobilitas, fed perfonæ idonitas,
33 quia perfonarum exceptio reprobatur, *An-*
char. in confil.131. ad exclufionem dominij,
num.4. fed *Caffan. in confuetud. Burgundia,*
verf. des Iudices, rubr.1. §.5. num.155. fol.
228. affirmauit, quod in prouidendis bene-
ficijs magis eft prouidendus nobilis, quam
ignobilis, quod procedit etiam in nobilibus
legitimatis per referiptum Principis, quia
nil differunt à veris legitimis, vt exprefsè
dicit *text. in auth. quibus modis naturales*
efficiantur legitimi, verf. fic igitur; & plenè
notat *Curt. Iun. in confil. 152. num. 11.* &
omnia priuilegia conceffa extenduntur ad
dictos legitimatos nobiles, quia verè, & non
fictè dicuntur legitimati, *Bart. in l. fi is, qui*
pro emptore, quaeft. 3. in princ. ff. de vfucap.
Bald. in l. nuper, in fine, C. de naturalibus
liberis; quoniam per eos conferuatur agna-
tio, ficuti per legitimos, *Alex. in confil. 2.*
num.12. volum.1. Dec. in conf.208. in fine,
& alios recenfet *Tiraquell. in tractatu de*
vtroque retractu, §.1. glof. 8. nu.10.
34 Aduertant tamen nobiles, feù defcenden-
tes ex genere nobili, ad quod difputant Do-
ctores, num fi ad paupertatem deuenerint,
dicantur nobiles, quoniam *Ariftotiles in*
3. politicarum, dixit, quod nobilitas eft vir-
tus, & diuitiæ antiquæ; *Soccin. autem in*
confil. 146. notat, quod talis non effet am-
plius nobilis, ex quo vt fic nobilis debent
affiftere progeniorum virtutes, & diuitiæ,
l. nobiles, C. de commercij, & mercat. vbi
Bal. & fequitur *Caffan. in confuetud. Burg.*
tit. des Droict, rub.4. §.19. num.30. fol.742.
35 vbi in *num. 35.* fubdit, quod diuitiæ nobili-
tant homines: hinc dioes quafi Deus, quia
qui diues eft, quafi Deus nullo indigere vi-
detur, tefte *Varrone de lingua latina.* Et di-
citur græce πλοῦτος. Antiquę diuitię denotãt
earum acquifitiones bona confcientia fuiffe
partos, fiquidem malæ acquifita nec acqui-
rentibus, nec eorum pofteris profperitatem
attulere, tefte *Seneca in epift. 7.* ibi, *nulli*
cui rapina fœliciter ceffit, gaudium rapti du-
rauit in pofterum. Diuitiæ enim nobilitati
viam latam aperiunt, tefte *Francifco de Pe-*
tris alias allegato in feftiuis lectionibus, lib.1.
cap.7. num.12. fol.78. vbi rufticum per feudi
emptionem non nobilitari fundat, per diui-
tias enim vilitas perfonæ tegitur, *Luc. de*
Penna in l. mulieres, C. de dignitat. lib.12.
vbi ponit, priuilegia, & deteriorationes vl-
36 tra plebeos, fed eft verũ, quod nobilitas, quę
per diuitias acquiritur, dicitur infirma, ait
enim *Cicero de fortitudine, part. 2. fol. 153.*
lit.E. nil eft tam angufti animi, tanquam
parui, quam amare diuitias: nil honeftius
magnificentiusq; quam pecuniam contemne-
re, fi non habes: fique habes, ad beneficen-
tiam, liberalitatemq; conferre. Hinc eft, quod
diuitiæ paupertates quandoque vocantur,
fiquę diues paupertatis fuæ dimidium lega-
uerit, de diuitijs intelligitur, *l. Lucius. 78.*
§. heredum, ff. ad Senat. Confult. Trebell. &
ibi *Bart. & Bald. in rubr. C. de verb. fignif.*
Homo enim non debet per rem nobilitari,
fed res per hominem, *Afflict. in conftit. poft*
mortem, in 1. notab & Horatius cecinit,
& mihi res, & non me rebus fubmittere co-
nor; & augmentum diuitiarum antiquarum
37 debet attendi, nam dicebat Octauianus
Auguftus, fecundum *Sueton.* Romam lateri-
tiam accepi, marmoream reliqui, quod etiã
notat *Tarcagnota part. 2. lib.1. 8.* nobilita-
38 tur etiam mulier per hominem, puta vxor
pro marito, vel focro, mater pro filio, nu-
rus pro focro, illuftrantur enim eorum ra-
dijs, *l. final. C. de incolis, lib.10.* vbi *glof.* li-
mitat in forore per fratrem, & in filia
per patrem, quæ intellige: fi filia fuiffet nu-
pta plebeo, *l. edicimus. 7. C. de muri regul.*
lib. 10. fed fi nobili foret nupta, dignitatem
retinet, *l.1. de dignitatibus, lib.12.* licet fe-
quatur

quatur etiam mariti forum, & dignitatem, *l. mulieres. 13. eodem titulo*.

Multa alia de nobilitate, & eius priuilegijs, & de Iudicibus, & de possessorio ipsius videre poteris per *Ioannem Arz. in d. tract. de nobilitate Hispanica*, & per *Bonum de Curtili in tract. de nobilitate, qui duo tractatus sunt in 26. tom. tractatuum*, & per *Tiraq. de nobilit.* & per *Cassan. in catal. glor. mund. par. 8. quaest. 1. & seq.* ad quae breuitatis causa (cui semper studemus) te remitto, & nouissimè alia dixit *Consil. Pascalis in tract. de virib. patr. potest. par. 3. cap. 2. per totum, & Alexander Tassonus in loco supra citato*. Sed

39 nota, quod adsunt nobiles de nobilibus, idest illi, qui descendunt ex nobilibus, & ipsi non degenerant.

Alij sunt nobiles de ignobilibus, idest illi, qui descendunt ex patribus infimis, & cum eorum virtute nobilitantur.

Et alij dicuntur ignobiles ex nobilibus, idest illi, qui ex patribus nobilibus descendunt, & vitia insectantur, vt in locis praedictis est videre. Arbor enim cognoscitur ex fructibus quos facit, ita & homo ex eius actionibus cognosci debet, quilibet enim ex magnis, & maioribus descendere vellet, & mundi reuolutio fuit, & est, & quilibet Globus magnus ex paruo incepit, & è contra, merito ex virtute, generositate, magnanimitate, & actionibus quilibet nobilis, vel ignobilis habendus erit.

40 Nobiles regulariter in hac Ciuitate vocantur Equites, & insulsè secundum *Franc. de Petris in lectionibus festiuis, lib. 1. cap. 7. num. 3.* nescientes, Equitum ordinem è Plebe, Patricios vero è Senatu proficisci, vt ibidem, vocantur etiam Milites, idest qui ex claro sanguine nati, & alibi, idest Cataloniae Domicelli appellantur, teste *Fontanell. de pact. nuptial. part. 1. clausul. 3. glos. 3. in princ. fol. 35.*

VERS. XI.

Ita che le parti non siano tenute in modo alcuno all'osseruanza di quello, che contro la dispositione della presente Pragmatica fosse conuenuto.

Ita quod partes nullatenus teneantur ad obseruantiam illius, quod contra dispositionem praesentis Pragmaticae foret conuentum.

Pro explicatione materiae huius Versiculi videbimus.

Primo, quomodo quis teneatur promissa seruare, si lex factum, vel promissum non approbat, & qui porrexit capita contra aliquem inquirendum, quomodo teneatur, si illa non probauerit.

Secundo, quomodo quis possit aliquem cogere ad obseruantiam eorum, quae tacitè per longam, seù longissimam consuetudinem dandi, promissa censentur, puta si solitum est dari eleemosynas, candelas, vel similia, & multa in materia praescriptionis obseruabuntur.

OBSERVATIONIS I.

SVMMARIVM.

1 *PActa seruanda.*
2 *Calumniator officiu Daemonis assumit.*
3 *Calumniosae inquisitiones Iudices illudunt, & accusatos vexant.*
4 *Poena talionis an sit sublata, & num. 19.*
5 *Calumniae poena est subrogata in poenam talionis.*
6 *Libellum famosum, etiam dicens veritatē, punitur poena capitis.*
7 *Calumniantes sunt puniendi etiam pro satisfaciendo Reipublicae scandalizatae ob carcerationem innocentis.*
8 *Falso accusantes magna poena plectantur.*
Accusantes falsè puniantur, ibidem.

9 Calum-

VERS. XI.

OBSERVATIO I.

Quomodo quis teneatur promissa obseruare, si lex factum, vel promissum improbet.

1 REGVLA & si sit, pacta esse seruanda, vt in *tit. ff. & C. de pactis.* tamen intelligitur de pactis licitis, & à lege, vel à statuto, aut à cōsuetudine approbatis, non autem in vetitis, vel prohibitis, quod intellige in Priuato, non autem in Capitulo generali, *Bart. in l. conuentionū, ff. de pact.* hinc est, quod si per *Concilium Constantiæ* sancitū extitit, Hæreticis & inimicis fidei non esse fidem seruandam, attamen Imperator Carolus V. fidem seruauit Martino Lutero, & saluum conductum concessit, vt testatur *Gubernator Christianus in lib. 2. cap. 24.* Aliquando enim quis tenetur obseruare promissa, etiā si lex factum non approbaret, nec reprobaret, puta quis porrexit capita contra aliquem inquirendum, quo casu videtur promittere Iudici, vel Superiori verificationem ipsorum, sed quid si non verificauit illa, an teneatur? & respōdetur affirmatiuè, nam & si pœna talionis fuit sublata, tamen remanet pœna calumniæ, vt in facti contingētia probaui in infrascriptis Allegationibus, quæ omnibus tanquam nouæ fuerunt gratæ, & inde in pluribus causis subsequentibus in praxi vsitatæ, perlegas quæso, nam te non penitere spero.



IESVS

IESVS MARIA IOSEPH.

ALLEGATIO XXIV.

Pœna talionis est transfusa in pœnam calumniæ, & porrigentes capita contra inquirendum, & non probantes, quomodo puniantur.

SI vnquam iustissimum hoc Tribunal M. C. V. dilatauit fimbrias rigoris sui ad feuiendum in exemplaria delicta, & contra pessimos calumniatores, qui of-
2 ficium Dæmonis assumunt, vt in *Psalm.* 71. vbi Satanas nomine pessimo vocatur calumniator: liceat mihi (ad præsens contra morem scribenti, sed pro amico omnia licent) dicere, quòd in causa, de qua agitur, prudentissimi Iudices, qui hodie Tribunal ipsū regunt, attentis causis calumniæ, & conditione personarum, exemplari sententia omni tempore insequenda, infrascriptos inquisitos puniendos fore censebunt, in exemplū malorum, ne Iudices illudantur cum ca-
3 lumniosis inquisitionibus, & ne subditi Suæ Maiestatis quādo falsò accusantur cum magna iactura se defendant, vt experientia docuit, teste *Afflict. in constit. Pessimam, & horrendam, sub nu.* 1.

Verum est in facto, quod aliqui Particulares sunt inquisiti, & carcerati, & conuicti de infrascriptis delictis.

Primo, quod præcedente consensu cum quodam bono viro suo loco, & tempore declarando, mediantibus magnis promissionibus, pecuniarū subduxerunt duos condemnatos ad triremes vita durante pro furtis, ad porrigendum capita falsa, & infamatoria Domino Duci Ossunæ, tunc Regni Proregi, contra Probum Virum, & delegata causa (vt Deus scit) Sauino de Sapio Aduocato Pauperum, de facto prædictus inquirendus fuit positus in criminalibus Castri Noui cū eius familia, fuerunt sequestrata bona, fuit posita custodia in domo, fuerunt carcerati plusquam 400. homines in omnibus Castris, & carceribus istius fidelissimæ Ciuitatis, & Ciuitatis Auersæ, & locorum conuicinium, & ad quem finem est notum, eum ruinis, calamitatibus, & damnis, quæ liquent omnibus: ob quæ, & alia fuit per Dominum Regni Proregem, & eius Collaterale Consilium expulsus dictus Sauinus delegatus, & remissa causa ad ipsam Mag. Cur. Vic. cognitis falsitatibus, iniquitatibus, & vexationibus, pro restaurando honore subditorum Suæ Maiestatis, vt solet, cum circumspectione decreuit, non esse procedendum contra dictum vexatum, nec etiam interrogandum.

Secundo. Addendo peiora peioribus, sunt prædicti Particulares etiam inquisiti de subductione testium ad falsum deponendum super eisdem capitibus falsis, & infamatorijs.

Tertio. De tentato assassinio, vt ex actis.

Quarto. Et tandem, vnus ex eis est inquisitus de occupatione processus, nam existēte ipso carcerato in carceribus Iugliani pro blasphemia omnipotentis Dei, fuit de facto excarceratus à prædicto Doctore Sauino, & processus fuit, & est occupatus, ob quæ ante omnia est torquēdus, tām respectu sui, quàm aliorum inquisitorum, &c.

Respectu autem primi capitis, vltra quod in hac causa per facti notorium procedi posset, iam quod est probatum, quod prædicti inquisiti sunt illi, qui capita prædicta porrigere fecerunt ab illis duobus condemnatis ad triremes, qui ipsum inquirendum non cognoscebant, stat in suis terminis regula, quod qui per alium facit, per se facere videtur, *l.* 1. *§. deiecisse, ff. de vi, & vi armata*, & est *text. in terminis in l.* 4. *§. fin. ff. de iniur.* & ideò iustissimè petit ipse Persecutus prædictos octo inquisitos, & carceratos nedum puniri consimili pœna, sed etiam ad interesse condemnari, & ad hoc fundandum dicit,
4 quòd & si tolleratum est in Republica, vt sit sublata pœna talionis, quæ solum remansit contra facientes eunuchos; vt in *§.* 4. *in auth. de his, qui eunuchos faciunt, const.* 142. est iam statuta per ius diuinum in *Leuitico* 24. *& Exodi* 21. & per ius humanum in *l. fin. C. de accus.* ex ratione secundum *Ciceronem pro Roscio Amerino*, quia accusatores multos esse in Ciuitate, vtile est, vt metu coerceatur audacia: & vt veritas pateat, ad tradita per *Gallum practic. obseruat. lib.* 2. *obseruat.* 99. attamen quando perpenditur capita non esse vera, sed falsa, & dari ad infamandum delatum, subdit ibi *Cicero*, *verum hoc ita est vtile Reipublicæ, vt ne planè illudamur ab accusatoribus*; & ideò sublata pœna

pœna talionis, eius loco pœna calumniæ, &
5 iniuriæ grauissimæ subrogata est, ita *Menoc. de arbitr. iud. casu 322. nu. 3. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 81. in fin.* vbi refert, & sequitur *Bal.* dicentem, quod quidam Perusij ob tale calumniam fuit decapitatus, quia pœnæ calumniæ viget, *l. fin. C. de calum. l. 1. C. de curiosis. lib. 12.*

Non est enim æquum, nec iustum, vt quis catalagum iniuriarum proponat contra innocentem, & remaneat impunitus, *text. est notab. in l. aut facta. vers. nemo enim. ff. de pœnis.* vbi post *Demosthenem* hæc verba habentur, *Nemo enim viri Athenienses denuncians hoc, quod agrauat audientibus repræsentare potest, ita vt rei veritas se habet, cũ tamen ipsi perpesso, & videntibus manifesta iniuria apparuerit*: aitq; *Gaill. pract. obseru. lib 2. obseru. 104. scriptura semper loquitur, & actum permanentem habet.* & merito vi-
6 demus, quod si quis facit libellum famosum, etiam quod dicat veritatem, punitur pœna capitis, *l. 1. C. de libell. fam. D. de Franch. dec. 533.* Cur ergò debet esse minor pœna in illo, qui ponit iniurias, & infamias in iudicio contra innocentẽ? nonnè iste innocens sic calumniatus sine culpa, remanet infamatus, & cum istis iniustis capitibus passus est carcerationes indebitas, remansit afflictus in persona, in honore, in fama, in expensis, & in distructione suorum bonorum? equidem non sufficit ipsi, fuisse postea liberatum, & innocentem declaratum, si maliuoli denunciatores, & capitulantes non fuerint condignè puniti, & isti innocenti non fuerint refectæ omnes expensæ, & interesse, ac Reipublicæ etiam est satisfaciendum, adeò vt qui se scandalizauerunt cum accusatione, & carceratione, satisfiant, & quieti remaneant cum
7 punitione calumniantium, ita punctualiter, & accuratè cõsiderat *Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 5. cap. 2. num. 95. in fin. fol. 675.* dixitq; *Aristoteles 6. Politicorum, cap. 5. Publicas accusationes, quam rarissimas facere oportere,*
8 *magna pœna in eos constituta, qui falsò accusaurint*; quem sequitur *Petr. Greg. sintag. iur. 3. par. lib. 32. cap. 4. nu. 12. & Menoch. de arbitr. iudic. d. casu 322. in fin.* vbi etiam *nu. 6.* dixit, quòd hodie in diuersis Italiæ locis diuersimodè seruatur pœna contra calũniatores.

Omne delictum, ob aliquam causam pa-
9 tratur cum ira animi, nam homicida ex iusto dolore peccat, fur ex aliqua necessitate, blasphemus ex lubrico linguæ male dicit, sed calumniator (qui est is, qui falsa crimina proponit, *cap. si quem. §. notandum. 2. quæst. 3. Diaz in pract. crim. cap. 67.*) semper deliberatè, & appensatè calumniosam accusationem intentat, & pessimum animum suum exercet aduersus proximum, contra præceptum Domini, ibi, *Dilige proximum tuum &c.* & punctualiter dixit *Iul. Clar. in §. fin. quæst. 81. circa finem.* Quod licet pœna talionis sit sublata, tamen si aliquis capi fe-
10 cerit aliquem, qui esset innocens, & appareret id per calumniam fecisse, fortè vt illum decapitari faceret, vtique talem pœnam non euitaret, & adducit exempla. Primo, de qua-
11 dam muliere, quæ accusauerat quosdam, quod illam per vim, & præpostera venere cognourrant, & inde apparuit querelam fuisse falsam, quod vix euitauerat pœnã mortis, si nõ fuisset pręgnans, ex qua ratione fuit tantum condemnata ad catenam infamem 26. Augusti 1558. Secundo refert, quòd quidam Christopharus Adornus propter falsam notificationem fuit per triennium condemnatus ad triremes; Nos autẽ in hoc habemus *constit. Regni incip. Pessimam, & horrendã.* in qua ponitur pœna mortis mulieri, quæ falsò accusauit aliquem de violentia sibi illata, vel de raptu, quia in foueam, quam alteri præbebat, incidere debet.

Quo fit, vt & si in actione ciuili, quis præ-
12 sentat libellum, in quo ponit iniuriam, agitur contra eum actione iniuriarum, ergò cũ maiori ratione debet puniri in iudicio criminali actione iniuriarum, *text. & glos. in l. item apud labeonem. §. si quis in libello, & §. si quis non debitorẽ, & in l. si creditor. §. iniuria,* & ibi *Bart. ff. de iniur. auth. vt iud. sine quoque suffr. §. illud, vers. ex diuerso,* (denuncians enim debet inscribere nomen suũ, vt in *constit. literas. §. denunciationes.*)
13 Quinimò qui falsè denunciat, non solum debet sic capitaliter puniri, sed etiam ad refectionem expensarum, vt tempore *Grammatici* fuit practicatum, & decisum, ac exequutum in eius *decis. 39. Riminal. iunior in*
14 *cons. 303. vol. 3.* & contra fiscales sic etiam fuisse decisum refert *Gaspar. Tessaur. in qq. forens. 45. num. 5.* & nouissimè sic fundat, & decisum refert noster circumspectus, & dignissimus *Regens Valenzuela* (dñus meus) in
15 *cons. 50.* vbi etiam tenet, debere condemnari ad expensas Iudex qui indebitè carcerauit, quod etiam tenuerunt *Regens de Ponte in tractatu de potestate Proregis. fol. 6. num. 18.* & oculatissimus *Rouit. in pragm. 1. nu. 4. & 5. de custod. reor. & Caualc. in tract. de bracchio Regio, par. 2. num. 11. fol. 58.* vbi subdit, talem Iudicem non solum teneri ad interesse, sed etiam ad iniuriam illatam, & facit *l. 1. ff. quod quisque iuris.*

Et ne punctualis desit decisio in hoc no-

stro Regno, memoriæ recolo Dominis Iudi-
cantibus, quæ disponnntur in *constit. Regni.*
16 *Pœnam calumnia* , vbi quod calumniator
tunc debet puniri quando est in euidenti ca-
lumnia, vel temerarius accusator, & ibi *An-
dreas* subdit, tunc dici euidenter calumnias-
17 se, quando delator iactat se dare magnam
brigam accusato, licet non probet, vt est in
hac causa, & ibi *Afflict. num. 2. in fine*
dicit, hanc calumniam probari ex legitimis
præsumptionibus (vt etiã est in casu nostro)
subdens *num. 3.* quod calumnia vera, & ma-
nifesta dicitur, quando concurrit prohibitio
accusationis, & ab ista euidenti calumnia
non excusat nec fama, nec alia probatio, quia
calumniator dicitur, qui falsa crimina scien-
ter intendit, *l. 1. §. 1. ff. ad Turpill.* hoc
est in casu isto, quia isti denunciatores, &
instigatores ad porrigendum ista capita,
nullam actionem habebant ad accusandum,
& inde subdit *Afflict. ibidem num. 6.* hæc
verba.

*Nunquam in hoc Regno non probans ac-
cusationem punitur de calumnia. sed pœna
pecuniaria, ad quam se obligauit, sed tunc
punitur de calumnia, quãdo probatur, quod
fuit in euidenti calumnia, vt supra dixi in 1.*
18 *notab.* & plus Ego addo, ꝙ si Iudici constat
de euidenti calumnia accusatoris, vel denun-
ciatoris, & ipsum non condemnauit pœna
calumniæ, quæ est similitudo supplicij certè
à lege statuti, vt dicit *glos. in rubr. C. de
calumnia, & Bart. in d. l. calumniator, in
fine*, ipse Iudex punietur pœna infamiæ, &
duarum librarum auri purissimi, vt in *capit.
Regis Roberti*, quod incipit, *Accusatorum
temeritas*, & illud confirmat istam constit.
& addit, Iudicibus hoc negligentibus supra-
dictam pœnam. Item debet condemnare vi-
ctori ad expensas.

Prædicta etiam confirmat *Afflict. in con-
stit. Pessimam, nu. 8.* vbi tenet, quod hodie
19 non est sublata pœna talionis, sed tantum
inscriptio, & condemnatio ad interesse, in
tali casu ponit etiam *Andr. in d. constit. Pœ-
nam calumnia, per l. qui de crimine, C. qui
accus. non poss.* & expressè decernitur in *con-
stitut. Regni. Diuorum Principum*, & se-
quitur *Campag. in d. cap. Accusatorum* te-
meritas.

Quodq; isti inquisiti fuerint in euidẽti ca-
lumnia, probatum est in actis, & ex euiden-
tibus coniecturis liquet, siquidem alias hoc
tentauerunt, & absque vlla causa legitima
hoc fecerunt, sed solummodo ad infamandũ,
& calumniandum ipsum accusatum, tam in
persona, quam in bonis, vt liquet omnibus.

Meritò respectu istius primi capitis in-
quisitionis, siue per denunciam, siue per ac-
cusationem, debent isti calumniatores puni-
ri eadem pœna cõsimili, imo maiori, *Innoc.
in cap. 2. de calumniat.* vt etiam est dispositũ
in *constit. Regni. Pessimam, & horrendam*,
vbi quod debent incidere in foueam, quam
fecerunt, quo loci subdit *glos.* quod qui la-
20 queum alijs imponit, peribit in illo, ex ra-
tione, quia similitudo supplicij postulat ca-
lumniantes ad vindictam, *l. fi. C. de calumn.*
& idem fuit obseruatũ à Rege Assuero con-
tra Aman, qui Mardocheum crucifigi face-
re intẽdebat per calumniã, consimili.n. pęna
fuit afflictus, vt in *Esther. 7.* & ideò *const. Re-
gni. Præsenti lege*, statutum est, vt capita fir-
mentur ad finem puniendi falso porrigen-
tes, & sic etiam disponit *Reg. prag. 4. de falsis.*
& notab. est *text. in Danielis. 13.* sed nõ prę-
tereant Iudices animaduertere ad notab. di-
ctum *Ioseph de bello Iudaico. lib. 1. cap. 17. ca-
lumniatores nunquam deerunt, dum cui per-
suadeatur extat*; debent enim circumspectè
prospicere accusatores, seù denunciantes,
quia rectè ait *Ammianus in lib. 18. Quis in-
nocens esse poterit. si accusasse sufficeret.* & est
pulcher *text. in l. 1. C. de curiosis. lib. 12.* di-
sponens, denunciantes delictum, & nõn pro-
bantes, debere puniri; ex quo calumnia in-
teruenit, quæ est crimen coniecturatũ, quod
consistit in animo, nec potest iure probari
nisi ex confessione calumniatoris, vel præsũ-
pte ex coniecturis, *Abb. in c. calumniam. de
pœnis, & Auend. de exeq. mandat. Regum.
par. 1. cap. 7. nu. 3. fol. 81.*

Quo verò ad secundum caput de subdu-
ctione testium ad falsum deponendum sunt
cònuicti, nulla habita ratione ad prætensa
per inquisitos, quod tales testes sint singula-
res, & ideo non conuincunt, quia responde-
tur pluribus modis, &
21 Primo, quia testi deponenti de facto pro-
prio creditur, quando non tractatur de eius
commodo, vel incommodo, *l. quaro. §. 1. ff. de
adil. edict. Aluar Valasc. in cõsul. 73.* vbi cir-
ca princ. dicit, & si testis deponens de facto
proprio esset inhabilis, vel infamis, & sub *nu.
1.* ampliat in teste deponente de corruptio-
ne, maximè si producitur ab eo, cõtra quem
fuit corruptus, vt est in casu nostro.

Secundo, testes singulares probant, quan-
22 do plures deponunt de confessione facta,
etiam si vnus deponat de confessione facta
die mercurij in tali loco, & alter deponat
die lunæ in alio loco, quia & si sint singula-
res de loco, & tempore probant, quia non
inducuntur principaliter ad probandum
confessionem, sed ad probandum delictum,
quod ex ipsa confessione probatur *D. de
Franch.*

Franch. in deciſ. 105. *num.* 21. Sic eſt in caſu noſtro, quia iſti teſtes ſingulares probãt ſubductionem ad falſum deponendum, ex di-
23 uerſis confeſſionibus inquiſiti, & teſtes non dicuntur ſingulares, quando concordant ad vnum tei finem, *Bal. in conſ.* 150. *ſub num.* 1. *vol.* 3. ſed quatenus dicerentur teſtes ſingulares, etiam probant ſubornationem factam, *Card. Tuſch. in verb. teſtis. concluſ.* 265. *nu.* 19. *fol.* 272. vbi in *nu.* 58. dixit, quòd quando teſtes ſingulares non probant, faciunt magnum adminiculum, & *nu.* 65. dixit, quod teſtes ſingulares probant circa delictum, & ea, quæ coniecturis probantur, & *nu.* 68. quod teſtes ſingulares probant de confeſſione facta, ſicuti etiam probant ſubornationem Officialium per *pragm.* 2. *de muneribus officialium*, & ſic etiam domum baratteriæ, *pragm.* 10. *circa medium*, *de aleatoribus*, ac etiam vſuras, vt in *prag. de vſuris*, & *Aundan. de exequend. mandat. Regum*, *par.* 2. *cap.* 27. *num.* 25. *fol.* 248. vbi ita puntualiter tenet.

Tertio, in iſtis ſubductionibus oportet eſſe teſtes ſingulares, & ſecretè ſubductos, & non aliter, & delicta occulta probantur per te-
24 ſtes ſingulares, *D. de Ponte deciſ.* 16. *nu.* 15. & teſtes ſingulares probant minas, *Anna in ſingul.* 520.

Quarto, & Vltimo, quia ſubornatio, ſeu corruptio teſtium probatur per eoſdem te-
25 ſtes, qui dicunt ſe ſubornatos, quando non poſſunt haberi aliæ probationes, *Bal. in cap. fin. in fin. de teſtibus cogen.* per hæc verba.

Nota, quod iſti teſtes erant corrupti pecu-
26 *nia, vt falſum dicerent, tamen poſſunt produci contra corrumpentem etiam ad principalem fidem, quod rarò alibi inuenies*; & ſequitur *Gramat. in conſ.* 1. *nu.* 13.

Idem tenet *Gaſpar. Teſſaur. in quaſt. forenſ.* 15. *num.* 4.

Nec dicatur, delictum non eſſe conſuma-
27 tum, quia in falſitate etiam procurata habet locum, lex Cornelia de Sicarijs, *l.* 1. *ff. ad l. Cornel. de fal.* ibi.

Quiuè teſtimoniauè falſa inuicem dicenda dolo malo coierit.

Vbi *gloſ. in verb. coierit*, explicat, ideſt procurauerit.

Ergò ſufficit ſola procuratio ad falſitatẽ committendam, tanto magis, quia teſtes falſos eſſe, filios Diaboli dicit, 3. *Reg.* 21. *nu.* 13.

Hinc dixit *Bal. in l. ſi quis non dicam rapere*, C. *de Epiſcop. & Cler. nu.* 4. *in fine*,
28 quod in delictis grauibus ex ſolo præambulo debet delinquens puniri, quia non debet hæc iniuria remanere impunita, & ſub *num.* 14. ibidem dixit, quod in grauioribus delictis ſi eſt deuentum ad actum verbi rantum, ſi delictum non eſt conſumatum, debet puniri extra ordinem. *l. mitiori pœna, vt in l.* 1. *ff. de extraord. crimin.* vbi conraminatio delicti punitur, & *Andr. in cap.* 1. *nu.* 5. *de cap. qui cur. vend.* notab. dicit, quod quando quis laborauit ad actum, produxit voluntatem offendendi, & non perfecit, quia noluit, & pœnituit, non punitur: ſecus verò ſi per ipſum non remanſit, quia tunc punitur.

Ergò ſi certum eſt, quod per inquiſitos nõ remanſit, quin teſtes falſum dicant, tunc negari non poteſt, quin extraordinariè debeãt puniri quòad iſtud caput, ex *d. l.* 1. *ff. de extraord. crimin.* eo fortius, quia iſte calumniatus fuit carceratus, & multa dãna paſſus.

29 Ad Tertium caput de tentaro aſſaſſinio, dicitur, quod ſunt puniendi, etiam ſi nõ peruentum eſt ad actum proximum, *Angel. in conſ.* 13. *in* 1. *vol. Caſſan in conſuet. Burg. verſ. des Iudices, ſub rubr. verſ. Aduerte, fol.* 53. & 172. *num.* 11. vbi ponit exempla, & *Iacob. de ſancto Georgio magnus practicus in l.* 1. *§. hac verba, ff. quod quiſque iuris*,
30 quia in aſſaſſinio punitur affectus, licet non fuit ſequutus effectus, *Caſſan. ibidem fol.* 172. *nu.* 11. vbi ſubdit, quod in alijs delictis, licèt mandans, non puniatur, niſi ſequatur effectus, fallit in aſſaſſinio.

Ex his ergò & alijs prudẽter perpendẽdis per Dños Iudicãtes, omni iure ſperatur prædictos debere cõdemnari in conſimili pœna, & ad intereſſe, *cap.* 71. *Regis Catholici, in priuil. & capit. Neap. fol.* 47. *ater.* & ad expenſas duppliccatas, vt ſtatuit *Carolus V. in anno* 1527. *in foro Aragonum*, *ſub titulo. el que no denunciare juſtamente en que à de ſer condendado*, & latiſſimè fundat *Diaz in pract. crim. cap. fin.* & ſi ad expenſas condẽnatur Fiſcus, vel Curiæ coadiutor quando moleſtat inquirendo, *Anna in ſingulari* 97. *Gram. deciſ.* 39. *Riminal. Iunior in conſ.* 303. *vol.* 3. *Gaſpar Teſſaur. in quaſt. forenſ.* 45. *nu.* 5. & tandem per *D. Valenzuelam in conſ.* 50. & eſt *text. notab. in l. vnica*, *C. de ſumptuum recuperatione*, *lib.* 10. & *Surd. in conſ.* 142. *vol.* 1. vbi quod ſuccumbens in criminalibus debet ſoluere expenſas, ſicuti qui ſuccũbit in ciuilibus, id etiã tenet *And. Gaill. pract. obſer. lib.* 1. *obſer.* 152. quanto fortius & iſti iam ꝙ ita peruerſæ ſunt auſi proponere talia capita contra virum probum, & omni exceptione maiorem, & cum expreſſa calumnia, & temeritate.

Cætera ſuppleant Dominorum Iudicantium religio, & pietas, &c. de anno 1620.

Io. Dominicus Taſſonus.

Isti inquisiti Ferdinandus Rossus, & socij fuerunt condemnati ad exulandū per triennium extra Regnum, sed (vt fertur) non defuerunt vota grauissimorum Consiliariorū debere condēnari ad triremes 6. Maij 1622. In Banca de Iuele Act.in M.C.V.

Euenit postea in anno 1622. quod contra D. Laurentium Cinami Præsidem Prouinciæ Calabriæ vltra, fuerunt porrecta capita S.E. per Franciscum Passalacqua Secretariū eiusdem Regiæ Audientiæ, & ex quo fuit inde liberatus prædictus Cinami, contra porrigentem capita prædicta egit, & fuit vocatus prædictus Passalacqua à Regia Iuncta delegata, sed inde fuit liberatus, vt in Banca . . . . .

Quo verò ad excusationem calumniæ, & quæ personæ excusentur quoquè non, vide latè per *Nicolaum Vigelium in lib. 3. digestor. cap. 9. fol. 280. & seq. par. 1.*

Et de tergiuersatione Accusatoris, & abolitione, *ibidem cap. 11.*

ET prosequendo materiam quo ad obseruantiam promissionis, dic, quod eo ipso, quod quis promittit facere, cēsetur promit-
31 tere, quod contrarium non faciet, *l. stipulatio ista, habere licere, in princ. ff. de verb. obligat. Egid. Bellam. in cons. 24. num. 13.* & diuersa est promissio Principis, ab illa pri-
32 uati, siquidem promissio priuati importat defensiones à iure, adeò quod oritur actio, & obligatio contra promittentem, *Petr. Anchar. in cons. 87. omisso primo dubio, nu. 3.*
33 Sed promissio Principis, vel ab obtinente locum Principis, non intelligitur nisi de facto, quia Princeps non obligatur defendere de iure contra aliquem, sed tantum ab iniuria protegere de facto, vt per *Anchar. ibid.* & sic dicitur, quod promissiones signāter de
34 non inquietando, intelliguntur factæ rebus sic stantibus, non autem ex superuenientibus, *Bald. in l. 3. C. de nautico fœnor. nu. 3. per l. venditores, ff. de verb. obligat. l. quaro, §. interlocutorem, ff. locati*, & qui promittit
35 communi nomine, poterit à socijs repetere, puta quando consors litis promittit Aduocato salarium, *Bart. in l. ex partu. 46. nu. 3. ff. famil. hereiscund.* quod fallit, quando esset tantundem impensurus, vt ibidem.
36 Sed quid si aliquis promiserit obseruare pactum, & in casu contrarij se obligauit ad manus amputationem, an tale promissum debeat obseruari? & negatiuè fuit decisum per *Guid. Pap. in decis. 288.* quia nemo est Dominus membrorum suorum, *l. liber homo, la prima, ff. ad l. aquil.* talis enim obligatio est contra bonos mores, & ideò non valet, *cap. finali. de pact.* & procedit etiam, si esset iuramēto firmata, *c. non est obligatorium, de regul. iur. in 6.* sed quatenus valeret, de qua manu deberet intelligi? dic, quod in delicto intelligitur manus cum qua percussit, sed in alijs intelligitur de minus potente, idest de leui, *Andr. in §. scriba, de probib. feud. alien. per Freder.* sub pœna capitis, vel vitæ nemo stipulari cogitur, nec debet, quia bonis moribus est contrarium, & ideò irritum, vt per *DD. in d. cap. non est obligatorium*, & pactio rei turpis, aut impossibilis de iure, & de facto nullā inducit obligationem, *l. inter stipulantem, §. sacram, l. impossibilis, ff. de verb. obligat.* quod extende ad aliquem, qui promisit vxorem renunciaturam hęreditati, & in casu contrarij,
38 quod teneatur ad interesse etiam nomine proprio, nam si fecit posse suum non excusaretur, vt fuit decisum per S.C. teste *Vinc. de Franch. in decis. 624. vol. 4.* & cum eo tenet *Reg. de Pōte in tract. de pot. Proreg. tit. de successi. mulier. fol. 452. nu. 10. & D. Reg. Valenz. in cons. 14.* quod extende eo magis, si læsio adesset, vt per *Anellum Amatum in cons. 54. in fine*, & faciunt ea, quæ disputat *Couar. in 2. tom. secunda partis relect. in §. 5. fol. 276. & Andr. in cap. 1. §. commercium excogitare, de probib. feud. alien. per Lothar. & Decian. in cons. 59. vol. 4.*

OBSERVATIONIS II.

SVMMARIVM.

1 *ELeemosynam continuare an quis cogi possit.*
2 *D. Io. Sacbes de Luna Regius Consiliarius, laudatur.*
3 *Authoris responsum contra Consil. Domini de Ponte 144. volum. 2. cum consilio prædicti de Ponte in materia eleemosinæ.*

OBSERVATIO II.

Qando quis possit aliquem cogere ad obseruandum ea, quæ censentur tacitè promissa per longam consuetudinem, puta dandi eleemosinas, candelas, vel alia similia.



VÆSTIO hæc alias accidit in facto, in his nostris Regijs Tribunalibus, nam venerabile Monasterium Sancti Laurentij prope Padulam ordinis Cartusiēsis, solebat dare eleemosynam panis Pauperibus Vniuersitatis Padulæ,

Padulæ, & inde ob ingratitudinem, & male gefta per homines ipfius Vniuerfitatis, & eius vtilem Dominum, Monafterio, fuis Re-
1 ligiofis, & bonis, Monafterium ipfum cef- fauit erogare folitas eleemofynas, & ideò per Vniuerfitatem Padulæ fuit intentatum (in S. C. in Banca de Carbone) remedium CC. Regni, & commiffa caufa Don Ioanni
2 Sances de Luna viro optimo, & Equiti infi- gni, fuit compilatus proceffus, fed caufa non fuit decifa, quia Vniuerfitas cognofcens fouere malam caufam, pro eleemofyna fupplicauit Monafterio, vt videbis infra. Et quoniã *Regens Io. Francifcus de Ponte in hac caufa ederat confilium 143. in 2. vol. fuorum confiliorũ*; Ego vti Aduocatus Monafterij prædicti, & Cartufiarum Regni requifitus, vt refponderem, infrafcriptam refponfionẽ edidi, quã idẽ D. de Ponte in eius vita vidit, & laudauit, & qm̃ materia eft noua, & oĩbus placuit, & ex diuerfis partibus Refponfum hoc perqritur, & raro inuenitur, meritò hic inferere nõ piguit, licet ab extra haberi poterit: qm̃ in feperato volumine fuit Typi traditũ, & de eo mentionem faciont multi DD. & licet laboriofiffimus *Thorus in fuo compendio par. 2. in verb. poffefforium*, affirmet pro Monafterio fuiffe determinatum, aduerte quod per S. C. non fuit aliter facta decifio, ipfe enim ex relatione *Molfefij ibi citati*, hoc afferit, & facti error eft, quoniam factum proceffit, vt infra videbis.

RESPONSI ENVNCIATI.


SVMMARIVM.

Est

Vafalli,

ARGVMENTVM.

De eleemosyna voluntaria, ac necessaria, & si est solita dari, an contra eam denegantes continuare detur actio, vel remedia CC. Regni praestari possint, & ob ingratitudinem an amittatur.



1 Euerendus Pater D. Foelix Sabolinus Prior Cartusiae Diui Laurentij propè Padulam, tanquam vigilans Pastor, & acerrimus Defensor Iurium, & immunitatum eius Domus, ex manibus Venerandi
2 Patris D. Benedicti Plutini Procuratoris eiusdem Cartusiae in hac fidelissima Ciuitate Neapolis, ad me transmisit copiam infrascripti Consilij, hoc anno editi, in 2. vo-
3 lum. consil. Reuerendi Patris D. Io. Francisci de Ponte, Clerici Regularis in sanctissima Religione Theatinorum, & olim Marchionis, & Decani Regentis Regiam Cancellariam, imponens mihi, vt non secus, ac ratio postulat, debitè responderem. Ego
4 autem ex munere iniuncto, & quia Aduocatus eiusdem Cartusiae, & aliarum Regni, & eius sanctissimae Religionis Cartusianae (quae
5 in maxima veneratione habetur in Ecclesia Dei, vt testatur *Diuus Anton. Florent. relatus à Boer. in tract. de statu, & vita herem. nu.* 4. de quibus etiam in *extrauag. Mart.* 4. *incip. viam ambitiose, de regul.* & multa dicit *Cassan. in catalogo gloria mundi. part.* 5. *consider.* 52. & nouissimè *compendium Iuris Canonici Francisci Gratiani par.* 2. *sub nu.* 178. *fol.* 109. *ater.*) deuotissimus, quo ad fieri potuit, infradictas lucubrationes edendas curaui, vt veritas elucescat, & ne in futurum ex longinquitate temporis, si sub silentio factum pertrāsiret, aliqua difficultas oriri posset, vt animi illaquearentur; salua tamen pace tanti viri, huius nostrae tempestatis nemini secundi, cui & si nimium, ac nimium deferam: Tamen magis amica veritas: dicique potest, quandoque bonus dormitat Homerus, vt per *Bouadillam in politica tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 73. *fol.* 340. & *Caesar à Costa variar. ambiguit. lib.* 1. *cap.* 34. vbi refert Authorum grauissimorū errata, aut verius in causa propria Aduocatū quaere, ipse
6 enim fuit inuentor, & Author huius praetensionis, siquidem existente Marchione Terrae Padulae eius filio, subortis litibus inter Monasterium, & Vniuersitatem Padulae (& Deus scit cuius impulsu) praetendens Populus ille facere nouas defensiones pro bubalis dicti Marchionis, comprehendendo etiam territoria, & pascua eiusdem Monasterij, defendens se Monasterium, in continuando eius possessionem pascendi cum suis animalibus.
7 Vniuersitas praedicta ad modum belli, & de facto, irruit contra animalia Monasterij, illa carcerando, (quod esse iniuriam, firmat *Bouadilla in politica tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. & *in Leuitici* 22. habemus, quod Bos, aut Ouis cum cauda, aut aure amputata, non potest dari in votum) & in opprobrium caudas aliquorum obtruncando, & quod peius, aliquos Religiosos defendentes bona Monasterij, iniurijs afficiendo, & per terram prostrando, in Dei, Iustitiae, & dictae sanctae Religionis maximum detrimentum; vt ex querelis expositis nostro Excellētissimo Regni Proregi, latios

latius eft videre, etiam in S.C. in Banca de
Seacciauento. Videns enim tot iniquitates,
iniurias, & grauamina, Reuerend. Prior il-
lius temporis, qui erat Religioni, cęterifque
virtutibus obnoxius Pater Don Laurentius
8 tius Emanuel (ad pręs. Prior Cartufiæ San-
ctorum Stephani, & Brunonis de Nemore,
Ordinarius in Terris dictæ Cartufiæ, & Co-
uifitator Prouinciæ vigilantiffimus) vna cũ
eius venerab. Conuentu decreuit, quòd Po-
pulus Padulę ex tot iniurijs & grauaminibus
in Monafterium illatis, erat indignus, qui
amplius Monafterij beneficio frueretur. Ero-
9 gatio verò eleemofynæ fieret in Terris Salę,
Potentiæ, Montis fani, & in alijs locis, vbi
fructus capere Monafterium experitur: cum
valdè paucos Terra Padulæ ferat, & adeò
parum, quod vix Monafterio fubminiftrare
poteft; & hoc omni iure facere debebãt: tum
10 quia eleemofyna potius debet erogari plu-
ribus indigentibus; quam vni, *Apoft. 1. ad Co-*
11 *rinth.* Tum etiam, quia docuit *Ecclef. 12. Si
benefeceris, fcito cui benefeceris, & erit gra-
tia in bonis tuis multa, da mifericordi, & ne
fufcipias peccatorem, da bono, & non recipias*
12 *peccatorem benefac humili, & ne dederis im-
pio: prohibe panes illi dari, ne in ipfis poten-*
13 *tior te fit*; & *Luc. ibid.* dixit: *Quod eleemo-
fina amicos multiplicat*, ibi, *facite vobis ami-
cos, de Mamona iniquitatis*, fed Populus Pa-
dulæ non amicus, fed inimicus Monafterij
euafit: non obftãtibus tot beneficijs, & emo-
lumẽtis acceptis, cui dicere poterat: *Popule
meus quid feci tibi? Mich. 6.* vel, *quid eft, q
debui facere vineæ meæ, & non feci? an quid
expectaui ei, vt faceret vuas, & fecit lam-
bruscas. Ifa. 5.* Sed nimirum, quoniã magna
beneficia magnis ingratitudinibus fatisfiũt,
ita aiebat Alphonfus Primus magnus, & do-
ctus Rex, *Lodouicus Domenichi in lib. 1. Hi-
ftoriarum. fol. 42.*
14 Eleemofyna gradatim diftribuenda eft, &
15 potius fidelibus, & iuftis, quam peccatoribus
Ecclef. 12. & potius coniunctis, quam alijs,
*Aug. 1. de doctrina Chrifti, Luc. de Pen. in
l. centum. C. de annon. ciuil. verf. 3. videtur*,
& potius parentibus, quam alijs, etiam filijs,
16 *Exod. 20. & Arift. 8. Ethic.* & potius be-
nefactoribus, nam recipiendo beneficiũ, ex
lege naturæ ad antidora obligamur, *l. fed fi*
17 *lege. §. confuluit. ff. de petit. hered.* Et fimiliter
potius pauperibus de loco, quam extraneis,
Bar. in l. 2. C. de annon ciuil. lib. 12. Dec. conf.
18 *696. col. final.* fed ingratitudo Vniuerfita-
tis Padulæ in Monafterium, & eius Religio-
fos, fecit eam indignam hoc beneficio, &
quocumque alio, quod expectaret ab Eccle-
fia, *Felyn. in conf. 32. num. 9.* per *text. notab.*
19 *in cap. final. de poft.* ingratitudo omnis eft
peccatum, fed non femper eft peccatum
mortale, *D. Thomas 2. 2. quaeft. 107. artic. 1.
& 2.* & licet non femper beneficia fint fub-
trahenda ob ingratitudinem, fi multiplicatis
beneficijs, peior fit ingratus, fubtrahenda
funt, *ibidem artic. 4.* & defcribitur, quod eft
ventus vrens, ficcans fontem mifericordiæ,
& fluenta gratiæ, *Hoft. in cap. fin. nu. 1. de*
20 *donatio.* Et eft tam exofa legibus, quod ex-
colat patrem occidentem filium, à pœna le-
gis Pomp. de parr. & è contra, vt poft *Bart.
Angel. & Hippol. de Marfil. in l. diuus ad
l. Pomp. de parr.* tenet *Crot. in tract. de
teftibus, verfic. circa tertium, num. 188. in*
21 *tract. tom. 4. fol. 207.* nullumq; vitium eft
acrius ingratitudine; nam beneficio prouo-
22 cati, fertiles agros imitari debemus, qui
multo plus afferũt, quam receperunt, vt per
23 *Cicer. in 1. de offic.* Imò nullum vitium gra-
uius Deum, & homines offendit, quàm acce-
pti beneficij ingratitudo, aut quod peius eft,
non intelligentia, *Ludouic. Dam. in tract. de*
24 *pupill. grat. actio. cap. 1. nu. 12.* Ingratitudo
filij in patrẽ, priuat eum fucceffione, *§. aliud
quoque capitulum, in auth. vt cum, de appell.
cognof.* & feudatarius feudo ob ingratitudi-
nem priuatur, *cap. 1. quibus modis feudum*
25 *amitt.* Ingratiq; fpes, tanquam hybernalis
glacies tabefcit, & difperdet tanquam aqua
26 fuperuacua, *Sap. 16. in fin.* hinc Dauid pro-
pter ingratitudinem Nabal, ipfum occidere
volebat, ni precibus, & muneribus Abigail
27 vxoris Nabal fuiffet placatus. *1. Reg. 25.* &
Abfalon propter ingratitudinem Ioab, eius
meffem fuccendere fecit, *2. Reg. 14. in fine*,
28 & Saul Rex electus, quia ingratus Deo fa-
ctus eft, abhominatus fuit ab eo, *1. Reg. 15.*
& Elias ob ingratitudinem Ifrael, rogauit
Deum, vt per tres annos neque ros, neque
pluuia maneret, *3. Reg. 17. & 18.* Quoniam
29 qui reddit malum pro bonis, non recedet
malum de domo eius. *Prouer. 17.* Deus enim
30 ob fcęlus à filijs Ifrael patratũ, tradidit eos
in manus Madianitarum feptem annis, *Iu-
dic. 6.*
Hæc præcognofcẽtes RR. PP. illius tem-
31 poris, & quod pauperibus benemeritis tene-
mur fubuenire in neceffitatibus, *Hoft. in
cap. relatum, num. 1. de teftam.* & quod ac-
32 cipiẽtes eleemofynam, fiunt debitores dan-
tium ad *Rom. 15. circa finem.* Et quod ma-
33 lemeriti digni funt, vt ęgeftate laborent, *l.
bona fides. ff. de pof. l. quifquis. C. ad l. Iul.
Maieft. Franc. Rip. in l. 1. col. pen. ff. fi cert.
petatur.*
34 Quia licet paupertas fit laudabilis, & dicit
35 *Luc. 6.* Beati pauperes fpiritu, quoniam ve-
ftrum

36 strum est Regnum Cœlorum, & à nostro Saluatore fuit amplexa, ait enim vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vnde declinet ca-
37 put suum, *Matt.* 8. & Eliseus interfecit boues suos, & pauit pauperes, & sequutus est Eliam, 3. *Reg.* 19. Tamen negari non potest,
38 quòd si pauperes sunt superbi, & ingrati, fiunt odibiles coram Deo, & hominibus, *Eccles.* 10. & quandoque callidæ paupertatis ingenium mentitur, *l.* 2. *C. de censibus, & censitis. lib.* 11.

Meritò ex his, & alijs infradicendis in 3. art. nedum iustè, sed iustissimè decreuerunt
39 RR. PP. vt eleemosyna erogaretur in dictis locis, vbi fructus nascuntur, secundum *doct. Angel. in l.* 2. *num.* 1. *C. de anno. ciuil. lib.* 11. & ibi *Bart. num.* 1. *cum add. & l. nulli. C. de Episcop. & Cleric.* & non in beneficium Vniuersitatis Padulæ ingratæ contra Monasterium, & eius Religiosos, qui ex alijs locis fru-
40 ctus exportari curabant, pro illis dispensandis dictæ Vniuersitati, & ob eius ingratitudinem, fuerunt coacti, eam priuare tali beneficio, vnde idem D. de Ponte intentare fe-
41 cit postea in S.C. extraordinariũ Iudiciũ Remedij .CC. Regni (& liceat dicere apud omnes nimis acerè) & inde edidit in eius 2. *vol. consil.* 144. satis latum vt infra.

Sed excusandus venit, quia Doctor scribẽs pro coniunctis, copiosè allegat, etiam in paruis, vt euenit *Alexandro in cons.* 29. *vol.* 7. qui scribẽs pro illis de Tassone suis cõiunctis, satis latè, ac curiosè se dilatauit, sed inde integritati suæ se restituit in alijs consilijs, vt aduertit ibi *Additio lit. A.* & ideo in alijs cõsilijs confectis pro eisdẽ de Tassone suis consanguineis breuiter scripsit, vt est videre in *cons.* 32. *&* 34. *vol.* 4. *& in cons.* 21. 71. 163. *&* 198. *vol.* 7. *& in cons.* 179. *vol.* 2. *& cons.* 45. *vol.* 3. *& cons.* 171. *vol.* 6. & alibi, deque *Alex.* integritate vide infra hic *nu.* 193.

Consilium supradicti Domini de Ponte

Pro Vniuersitate Terræ Padulæ.

SVMMARIVM.

1 *Per denegationem solutionis annuæ præstationis solui solita dicitur quis priuari, & spoliari ea, & potest agi iuidio possessorio.*

2 *Pro præstationibus personalibus datur possessorium, seu quasi, & quia inducitur spoliatio per denegationem, non est opus docere de causa, & procedit hoc etiam in successore denegante solutionem, & num.* 3.

4 *Incorporalia possidentur, & pro illis datur interdictum vnde vi, & omnia alia interdicta, quæ in rebus corporalibus.*

5 *Pro annuis præstationibus datur interdictum possessoriũ, etiam quod sint à persona debita secundum communem Canonistarum, quæ seruatur in practica.*

6 *Declaratur regula text. in l. cum de in rem verso, ff. de vsur. & nu.* 8.

7 *In his, quæ habent iuris resistentiam communis est sufficere allegare titulum, & probare possessionem.*

9 *Eleemosyna præstari solita per longum tempus efficitur irreuocabilis, & perpetua, quia qui tanto tempore soluerunt, creditur, quod voluntariè se obligauerunt, quod eleganter fundatur per synodales, & communes decis. fauore piæ causæ.*

10 *Remedia Capitulorum Regni circa possessoria habent locum in his annuis præstationibus.*

11 *Appellatione bonorum veniunt iura, & actiones.*

12 *Verbum (quilibet) comprehendit etiam impropriè, & verbum (omnes.)*

ARGVMENTVM.

De annuis præstationibus, & illarum remedijs, ac de remedijs CC. Regni circa possessoria, consil. 144. *in* 2. *volum.*



AGIT Vniuersitas Terræ Padulæ remedio *capit. Regni* cõtra Monasterium S. Laurentij Ordinis Cartusiensis denegãs soluere annuam præstationem dari solitam omnibus Egenis dictæ Terræ, certæ quantitatis panis duabus vicibus in qualibet hebdomada, & agit tan-
1 quam spoliata, nam eo ipso quod denegat, vt denegauit, priuat Vniuersitatem sua possessione, seu quasi, secundum *Innoc. in cap. querelam, de elect. communiter seq.* & denegando spoliat dicit eleganter *Abb. in eodem cap. querelam*, & quia est decisio aurea subnectam eius propria verba ibi, in 3. *notab.*

Tene menti ad istum text. quod propensione nouiter subtracta, solita annuatim præstari, potest agi possessorio iudicio ad ipsius restitutionem, & probata solita præstatione, debet actor reduci ad eius statũ, in quo primo erat, licet nihil doceat de proprietate Iuris pensionem illam percipiendi. & in hoc iste tex. solet multum

multum allegari & ex hoc,& ex tex. collige,
quod pro iftis iuribus incorporalibus, pôt agi
iudicio poffeffotio, & nota, quod eo ipfo. quod
penfio folita nõ foluitur, videtur quis fpoliare
facultate, feù poffeffione percipiendi. hęc Abb.
qui allegit Innoc. in cap. fuborta. de re iud.
tradentem, quod fubditi videntur fpoliare
2 Dominum quafi poffeffione Iuris, eo ipfo q
recufant fibi obedire,& idem Abb. ibidem
num 12. latius fundat dari poffefforium, feù
quafi etiam in præftationibus perfonalibus,
qui legatur, nam eleganter loquitur, vbi in-
ter cętera fundat, quod dum agitur poffeffo-
rio ad præftationem cenfus, vel pẽfionis fub-
tractæ, non eft neceffe allegare caufam præ-
ftationis, fed fufficit docere de poffeffione,
quia fpoliatus ante omnia eft reftituendus.
Dec. in cõf. 136. fequitur in omnibus Abb.
per propria fua verba, & quod per denega-
tionem folutionis folitæ præftationis indu-
catur fpoliatio, dicit idẽ Abb. in conf. 23. col.
2. cumulat decil. Aym. in conf. 140. nu. 1. verf.
3 fimiliter videmus notab. Dec. Guid. Pap. 629.
in cafu fortiori, videlicet in fucceffore dene-
gante folutionem annuæ præftationis folui
folitæ à prędeceffore, vt dicatur fpoliare, quã
decil. allegar, & fequitur Menoc. in 1. remed.
4 recuper. poffeff nu. 89. incorporalia enim
poffidentur, & pro illis datur interdictum
vnde vi, dicit glof. communiter recepta in l.
3. ff. de acquir. poff. eadem glof. in l. fi quis in
tantam. C. vnde vi. in verb. rerum. & omnia
interdicta dantur, quæ in rebus incorporali-
bus, allegatur communiter tex in l. pen. ff. de
5 feruit. & in fpetie quod pro annuis pręftatio-
nibus detur interdictû poffefforium eft om-
nium Canoniftarum opinio, fed quæftio di-
fputata fuit in annuis præftationibus perfo-
nalibus à perfona debitis, qualis non eft ca-
fus nofter, & hæc opinio eft communis Ca-
noniftarum, vt detur etiam pro iftis poffef-
forium, & repofitio ftatus, in quo erat ante
denegationem folutionis, licèt Legiftæ con-
trarium tennerint, fed ijdem Legiftæ dixerũt
opinio. Canoniftarum feruari in practica, de
quo latiffime per Menoch. vbi fupra. nu. 81.
cum feq. & fecundum hanc opinio. decidit
S.C. vt per Affl. decif. 395. vbi latè Moderni
Add. elegans Dec. Caeser. nu. 67. & licet Me-
noch. latè fundat opinionem Legiftarum, in
puncto Iuris dicit tandẽ hæc verba poft nu.
88. non nego tamen poffefforium aliquod re-
medium hoc cafu conceas, & veram effe Ca-
noniftarum fententiam Affl. & aliorum, vt
fupra retulimus.
His fic firmatis reducitur cafus indubita-
bilis ftante probatione facta non folũ longe-
uæ poffeffionis, feù quafi præftationis, vt fu-
pra peremptoriè, fed poffeffionis immemo-
rabilis cum omnibus fuis requifitis, & quod
pręcipuum eft, eft poffeffio titulata, nam ori-
ginem trahit ab antiquis cõceffionibus fun-
datorum Monafterij, qui illud maximis pof-
feffionibus, & bonis ditauerunt, cũ onere pę
dictæ annuæ præftationis, fic deductum fuit
in fupplicatione. fic articulatum, & probatũ
per famam publicam priuileg j præfati. Quo
cafu ad finem manutenendi contenta fuerũt
Iura, & Doct. poffeffione triennali in caufam
piam, & decennali in alijs pręftationibus, fed
in poffeffione immemorabili, opinio eft om-
nium indubitata, etiã abfq; tituli allegatio-
ne, quia illa titulum importat, & non vagan-
6 do in argumẽtis in re tam clara, notab. tan-
tum decifiones pũctuales fundatas in regu-
la text. in l. cum de in rem verfo ff. de vfur.
vt allegatio tantũ tituli cum probatione pof
feffionis, vel triennalis in caufam piam fer-
uata difpofitione text. in l. 1. C. de fideicom.
vel annorum 10. feruata forma in d. l. cum de
in rem verfo. inducatur valida probatio, ita
Bar. ibi communiter feq. & in l. fi certis an-
nis. tam in 1. quam in 2. fect. C. de pact. nam
longa præftatio præfumere facit obligatio-
nem præcedentem, ita reaffumit conclufio-
nem commũẽ Iaf. in d. l. fi certis annis. nu.
7. poft Alex eod. nu. 8. leguntur omnes limita.
ex ampliatio: per Iaf. ibi poft ę ad limitatio-
nem prædicti tex. in d. l. cum de in rem verfo.
nam omnes funt pro hac caufa fiue attenda-
mus titulum allegatum vt fupra probatum,
fiuè immemorabilem poffeffionem, pro quo
legantur folemnes Dec. Guid. Papa nu. 407.
& 408.
7 Et in his, quæ habent iuris refiftentiam
conc. eft omnium communis fufficere alle-
gare tantum titulum, & probare poffeffionẽ,
quia ex eo titulus pręfumitur, vt in decimis,
& fimilibus à laicis poffideri prohibentur,
vt communi ore dixerunt Canon. in cap. cum
apoftolicà. de his quæ fiunt à prælat. Affl. latè
in proem. conft. q. 18. Guliel. de Benea. in re-
petit. cap. Rainutius. in vir. vxorem nomine
Adalefiam. dec. 2. nu. 169. Andr. millies tradi-
dit pro reg. in prælud. 2. q. nu. 35. in conft. Re-
gni quadragenalem, vbi latè Affl. in c. impe-
rialem. in §. nec dominus feudi. num. 50. verf.
item inuitetur. & in § illud quoque. num. 67.
verf. fed fi potes pœnas. de prohib. feud. alien.
per Feder. vbi Camer. car. 8 lit. E. & in cap. fi
quis per triginta col. 1. fi de feud. defun. milit.
Et Abb. in rub. extra de parro. num. 3. verf.
fed S. Thomas, dicit authoritate prædicti San-
cti, quem refert ad literam, & fequitur Socc.
in tract. de obligat. in 3. libello. verf. 6. quaro.
num. 11. quòd in omnibus hifce cafibus quis

est conseruandus in possessione. Primo quando quis ex precedenti cōuentione obligatus ad certas prestationes, vt si fuerit fundus cōcessus cū onere prestationis certæ, vt in casu nostro pretendimus. Secundò propter præcedentē deputationem, vel prouisionē inter viuos, vel in vltima volūtate. Tertiò propter necessitatem Ecclesiæ. Quartò, propter consuetudinem, & hoc maximè procedet secundum *Soc.* quando fauor piæ causæ cōcurrit.

8 Et limitationem, quam Doct. dederunt ad regulā *tex. in d. l. cum de in rem verso.* vt non procedat in donatione, sublimitauerunt in causam piam, quia propter eius fauorē donatio longo tēpore continuata inducit obligationem, ita reassumit *Curt. in d. l. si certis annis nu.* 18. & quamq; *Angel. ibi, & Fulgos. in d. l. cum de in rem verso.* hanc sublimitationē impugnauerint, dixerunt tamen, quod in iudicando non est ab ea recedendum.

Et hęc est cōmunis opinio, & communis fallentia ad conclusionem, quod ea, quę sunt merę facultatis videntur in præscriptibilia, & maximè in eleemosyna, quando habet initium voluntarium, quale non est hic, ex præ-

9 allegatis, dico tamen, quod est communis limitatio, quod eleemosyna prestari solita per longum tempus, & precipue si constat de tēpore immemorabili efficitur irreuocabilis, & perpetua, & quod à principio fuit voluntarium ex cursu temporis est effectum necessarium in hac longa præstatione dicunt DD. q̄ presumitur obligatio prestationis illius pro quo legantur DD. vltra præfatos.

Bart. in l privilegia. C. de sacros. Eccles. nu. 3. *vers. ex tertia,* dicit hæc verba.

Ex tertia particula habetis, quòd eleemosyna debita, seu consueta dari pauperibus, debent dari perpetuo. quem allegat, & sequitur *Abb. in c. pen. de sepul. nu.* 8. & in his, quæ sunt merę facultatis, vt consuetudo longeua preualeat, & inducat obligationem in causam piam, idem *Abb. in cap. suam. nu.* 8. *de simon. Felin. in c. Ecclesia S. Mariæ. nu.* 67. *de const.* vbi latè defendit hanc *Bart.* opin. vt eleemosyna præstari solita, sit irreuocabilis, *Aret. in l. non amplius. de leg.* 1. *§.* 1. sequitur *Bart.* dicens esse opinionem magis rationi consonam, & in consulendo, & iudicando dixit *Ias.* non esse ab ea recedendum *nu.* 12. 13. *&* 14. & secundum hanc opin. referunt *Addent. ibi ad Alex.* iudicasse Collegium Paduanum.

Innoc. hanc sequens opin. in *cap. ad apostolicam. de simon.* reddit rationem huius dicti, quia qui tanto tempore soluerunt creditur, quòd voluntariè se obligauerunt, & idem sequēdo dixit *Io. Faber in §. pauonum alias §. reuertendi. instit. de rer. diuis.* videlicet quod ex tali diurna prestatione videtur quem se velle obligare, quamuis ab initio liberaliter inceperit, & ita in dubio dicit esse presumendum, ex quo infert ad Cappellanum, qui petit cereum, vel aliud donum dari consuetum à Parrocchiano in aliquo festo, quod possit ad hoc compelli.

Pulchrum *cons. Feder. de Senis* 155. *incip. Reuerenda Pater,* qui dicit, quod Presbyter, qui in Festo Purificationis solitus est dare candelam laicis, tenetur eam continuare, & tanquam consuetudo fauorabilis est amplectenda, & amplianda, quem allegat, & sequitur *Felin. in d. c. ad apostolicam. nu.* 3. qui authoritate *Paul. de Aleaz.* dicit hanc conclusionem esse indubitabilem in qualibet pia præstatione, & ita limitantur, quæ dicuntur de diuturna præstatione facta ex mera libertate, vt non inducant obligationem, *Hyppol. in singul.* 192. incipiente diuturna præstatio, *Abb. in cons.* 6. *col.* 3. *lib.* 2. *vers. secundum remedium. Rom. in aut. similiter. in* 9. *speciali pia causa. C. ad l. falcid. Gemin. in c.* 1. *de const. in* 6. latissimè *Cacher. in alleg. dec.* 99. *nu.* 17. *vsque ad* 21. *& nu.* 42. *&* 44. *Auend.* eleganter *de exeq. mand. Reg. lib.* 2. *cap.* .. *nu.* 18. decis. solleno. *Io. de Plat. in l quæcumque. C. de fid. instr. & iur. hast. fis. lib.* 10.

Et *Host. & Io. Andr. in c. cæterum. de don.* dixerunt seruandam esse consuetudinem donandi certum quid pauperibus, latè *Tiraq. de præscript. §.* 1. *glos.* 4. *vers* 42. vnde cum ex facto notoriè constat de hac annua præstatione à tempore immemorabili, & vltra est *alleg. tit.* qui ex possessione præsumitur, maximè quia hic est probata fama illius, sequitur propterea quod omni iure obtinere debet Vniuersitas, siue dicamus præstationem ortum habuisse ex antecedenti obligatione, siuè ex voluntaria causa, dum tractamus de eleemosyna, & sic de causa pia.

Et cum fundatum appareat dari remedia possessoria etiam in istis annuis præstationibus, merito non erat dubitandum, quin *remedia* CC. *Regni* locum habeant etiam ex expressis verbis illorum, & expressa ratione, ex qua illa edita fuerunt: loquuntur n. CC. etiā in quasi possessione, & in possessione spiritualiū, vt sunt Ecclesiæ, & Canonicatus, vt in *c. finis præcepti charitas.* in quo datur remedium possessoriū clerico contra clericum ibi, q̄ tam super possessione, seù quasi canonicatus prædicti, quâ perceptione fructuū, & obuentionum prouenientium ex eisdem, &c.

Et in *c. charitatis effectus.* de cōseruatorio de laico cōtra clericū, ponitur casus in Monasterio turbante, & in fine dicit, aduertatur, quod fiat similis prouisio pro Confratribus

eiusdem

eiuſdem Eccleſiæ moleſtatis per Clericum ſuper poſſeſſione Eccleſiæ Confraternitatis eórum,& ſic de quaſi poſſeſſione iurium ſpiritualium, *Menoch. vbi ſupra in d. nu.81.in fine.* dicit, non habere dubium dari poſſeſſorium etiam in iuribus incorporalibus quando ſtatutũ loquitur etiã de quaſi poſſeſſione.

Ratio enim CC. fuit, ne propria authoritate quis de facto ſpolietur, neq; ex tali modo procedendi ſcandala oriantur, ergò ſi datur ſpolium etiam in annuis præſtationibus, & in iuribus incorporalibus ſunt propterea ſpecifica CC. quæ loquuntur etiam de iuribus, vt in *cap. de laico contra clericum*, ibi nolentes quemquam de noſtris fidelibus in iuribus ſuis opprimi, ſeu vexari.

Et in *cap. omnis prælatio.* de ſpoliatis pro laico contra clericum ibi in principio.

Omnis prædatio, & inuaſio qualibet violenta iuri ſunt naturali contraria,& à præclara iuſtitia regulis reprobatæ diſplicet hoc nobis, & merito quia potius pungunt intrinſicus mentem noſtrã, per qua natura lex læditur, impugnatur iuſtitia incontemptum maioris dominij cõmittitur damnata præſumptio inter fideles noſtros,& oritur ſcandalũ, ciuilis belli diſcriminis perturbatiuum,& in fine ibi, intereſt quidem noſtra, & præcipuè fidelibus noſtris in huiuſmodi caſibus patenter aſſiſtere, qui pro eorum bonis, & poſſeſſionibus, &c.

Si ergò datur in his præſtationibus ex denegatione ſpolium,& datur propterea interdictum vnde vi, ergò CC. ſunt expreſſa.

Si loquuntur de iuribus expreſsè, igitur CC. ſunt ſpecifica, & deniq; ſi loquuntur de
11 bonis, & poſſeſſionibus, & appellatione bonorum veniunt iura, & actiones, *Bal. in l. ſi conſtante. §. fin. ff. ſolu.matr.in fin. tex.in l. bonorum appellatione. ff. de verb. ſignif. Auchar. in conſ.101. col.3. & propterea c. dixit bonis*, & poſſeſſionibus ponendo verbũ bonis generaliſſimũ omnia comprehendens, & demum verbum, poſſeſſionibus, comprehendẽs immobilia, *Alex. in l.1. nu.23. ff. de acquir. poſſ.* & latè *Io.Borcholten. de acquir. poſſ. c.1.*
12 item notatur illud verbum omnis prædatio, & inuaſio qualibet, verbum.n. qualibet comprehendit etiam impropria, maximè iuncto cum verbo omnis, quod verbũ nihil excludit *gloſ. in l. omnes. iuncto tex. in verb. quoſlibet alias. C. de quadr. præſcr.* latè per me in *conſ. 2.nu.149.et 169.vol.1.*& (vt dixi) in iſtis datur ſpolium, & interdictũ vnde vi, ergo quomodolibet ſit ius ſiue in expellendo, ſiuè in denegando ſolitam præſtationem, nam tunc ſpoliat, vt ſupra fundauimus, ratio ſcandali, ſpolij, iurgiorũ, & controuerſiarum, contem-

ptus maioris dominij,& vexatio vaſſallorum pariformiter militat in pſtationibus annuis ſicut in cæteris omnibus est *deci. particularis Gram.* 78. ſuper ſure immittendi viua extra in Ciuitate Salerni, fuit deciſum habere locũ remedium *capit. Regni*, verum quia in cauſa principali dato termino Vniuerſitas ius non fouebat vigore ſuorum prætenſorũ priuilegiorum, propterea obtinuit Monaſterium S. Benedicti, contra quod intentatũ erat remedium *capit. Regni*, vt in *deciſ.* eiuſdem *Gram. nu.*100.& ſic vndique appareat non eſſe cõtrauertendum, an CC. prædicta habeant locum etiam in iuribus incorporalibus.

Igitur omni iure ſuccurrendũ eſt Vniuerſitati cũ Regali præſidio aduerſus Monaſterium tam opulentũ,& diuitem, quod contra omne debitum charitatis ex particularibus paſſionibus, & odijs proceſſit tã ex abrupto, & de facto ad ſubtractionẽ præſtationis conſuetæ ab immemorabili in cauſam tam piã.

Et tandẽ plus eſt in facto probatum, quòd retroactis tẽporibus tentauerunt iſti Reuerendi tollere hanc præſtationẽ, & ſtatim ad conqueſtũ Vniuerſitatis receſſerunt, illamq; ſemper pacificè continuauerunt, quòd factũ tollit omnes,& qualcunq; diſputationes.

Io.Franciſcus de Ponte.

PRo enixa veritate huius articuli, poſtam D. Auctor, præcipuè duo facit fundamenta, in hac datione Eleemoſynę (quam annuã præſtationem, ſeu ſolutionem baptizat) præcognoſcens quam maxima ſit difficultas, ſi eſt eleemoſyna, & non annua præſtatio.

Primum enim eſt, quod talis datio trahit
42 originem ab antiquis cõceſſionibus Fundatorum Monaſterij, qui illud dirauerunt cum onere talis annuæ præſtationis.

Secundũ eſt, in conſuetudine præſcripta, ſeu immemorabili tempore donãdi, etiam ſi ex voluntaria cauſa præceſſerit, dum tractatur de eleemoſyna, & ſic de cauſa pia.

Ideò videndum eſt primo, ſi hæc aſſumpta ſunt vera, etiam reſpectu fundationis cum tali prætenſo onere.

Et ad hoc vt liqueat, quod vana eſt prætẽſio, libuit inſerere allegatum priuilegiũ fundationis, quod eſt infraſcriptũ, vt videri poteſt in proceſſu vertente in *S. C.* in *Banca de Figliola inter ipſum Monaſterium, & Vniuerſitates Montiſſani vol.1. fol.* 30. vbi fuit præſentatũ ſunt ferè anni 100.& plus. Et illud mihi tradidit optimus ille vir Io. Berar-
43 dinus Galleranus, qui ſummo zelo,& amore fuit, & eſt Procurator eiuſdem Cartuſiæ per 44. annos,& eius religioſis nimium carus.

Tenor Priuilegij fundationis prædictæ.

44 *REuerendis in Christo Patribus, ac sibi in Christo dilectis Don Busoni venerabili Priori Cartusiæ, ac cæteris Prioribus in generali Capitulo congregatis Thomas de Sancto Seuerino Comes Marsici salutem in Domino sempiternam. Inter cætera opera pietatis omnipotens Deus sanctificat, et acceptat illos non mediocriter Deo placere cõfidimus, cum pia loca, & sacra Monasteria construũtur, in quibus à sanctis suis idẽ Dominus noster piè colitur, & laudatur, quia dum à seruis suis laudibus, & obsequijs eius insistitur, per huiusmodi latis exempla, et delinquentium vita corrigitur, & deuotorum corda ad Dei amorem validius inflammatur. Nos itaque ab ineunte pueritia sacri Ordinis vestri reperti fragãtia, & odorifera opinione refecti, semper ordinem ipsum pia deuotinne gestauimus in intimis cordis nostri, vt si aliquando se offerret oportunitas aliquã de ordine ipso in terra nostra plantulam locaremus. Quia igitur domus officinæ, & ædificia Ecclesiæ Sancti Laurentij sita in territorio Terræ nostræ Padulæ de Valle Diani Caputaquẽsis Diœcesis, cum omnibus iuribus, & pertinentijs eiusdẽ Terræ, ad nos nuper sunt per medium permutationis rationabiliter deuoluta, volentes quòd dudum salubriter cõcepimus perducere ad effectũ, ipsas domos, ædificia, & officinas, cum vineis, ortis, terris cultis, & incultis, possessionibus, arboribus fructiferis, & infructiferis, pratis, pasquis, molendinis, & alijs omnibus Iuribus proprietatibus, & pertinentijs ad dictam Ecclesiam Sancti Laurentij quomodolibet pertinentibus ad omnipotentis Dei gloriam, ac pro remedio, & salute animæ nostræ, & parentum, & successorum nostrorum, vobis, ac ordini vestro purè, & rationabiliter in perpetuum damus, concedimus, & tradimus, ac etiam assignamus. Item donamus vobis, tradimus, & concedimus nomine, & vice eiusdem loci, ac pro ipso irreuocabiliter in perpetuum startiam nostrã magnam cum palearijs positam in tenimento dictæ Terræ nostræ Padulæ in contrata, seu loco, qui dicitur Acquasparta, quæ cingitur ab vno latere via publica, quæ dicitur via de trappo, & ab alio latere via, quę dicitur de carrario cum alijs finibus eidem startiæ cum iuribus, & exitibus suis, & cũ omnibus iuribus, & pertinentijs spectantibus ad eandem, ad habendum supradicta omnia, & singula tenendum, & possidendũ, vtendum, atque fruendum, & faciendum in eis, & de eis quicquid vobis, vestrisque successoribus Domino Prioribus, & Patribus, qui in dicto loco pro tempore fuerint, ac visum fuerit expedire. Concedimus etiã damus, & tradimus vobis vice, & nomine dicti loci irreuocabiliter, & in perpetuum decimam, tàm baiulationum Terrarum nostrarum, videlicet dictæ Terræ nostræ Padulæ, & Castri Sansiæ, quàm omnium prouentuum Terrarum nostrarum ortorũ, arborum, et molendinorum nostri demanij, necnon & animalium omnium cuiuscunq; generis existẽt, & fructuum eiusdem, quæ nunc habemus, vel simus in posterum habituri tàm nos, quàm hæredes, & successores nostri in eiusdem Terris nostris Padulæ, & Castri sansæ, & territorijs, & districtibus earundem, Damus, tradimus, et concedimus vobis vice, & nomine loci prædicti, ac pro ipso irreuocabiliter in perpetuũ ius piscandi, & piscari faciendi pro vsu Prioris, & Fratrum, ac personarum, quæ in loco prædicto pro tempore fuerint in piscarijs omnium fluminum, & aquarum nostrarum totius Vallis Diani, liberè, & absolutè, non obstantibus quibuscumque defensis Vniuersitatis, seu contradictionibus per nos, vel per hæredes, seu successores, vel Officiales nostros factis, seu imposterũ faciendis. Item donamus vobis vice, & nomine quo supra tradimus, & concedimus irreuocabiliter imperpetuum medietatem decimæ, quæ nos contingit quocumque modo iure, vel titulo in Ciuitate nostra Policastri de piscibus, & piscationibus Ciuitatis eiusdem, ita quòd ex nunc portio ipsa Prioribus, & Fratribus, qui in dicto loco pro tẽpore fuerint, eorumque familiaribus, & Nuntijs, seu Procuratoribus perpetuis tẽporibus*

ribus

ribus per Officiales nostros, qui in dicta Ciuitate pro tempore fuerint integrè, & sine diminutione aliqua tradatur, et assignetur. Item damus, tradimus, & concedimus vobis vice, & nomine dicti loci, ac pro ipso irreuocabiliter, & in perpetuum in annuos tradimus decem quarantenas boni, & puri olei super oliueto caparrate territorij Castri nostri Fasanellæ: itaque singulis annis tempore recollectionis Priori, & Fratribus dicti loci eorum Procuratoribus per nos, & per Officiales nostros, qui in dicto Castro Fasanellæ pro tempore fuerint dicta olei quantitas integrè tribuatur. Concedimus etiam, & tradimus gratiosè vobis, & per vos eidem loco, ac Priori, & Fratribus, qui ibidem pro tẽpore fuerint, quòd animalia, quæ habent, & habituri sunt cuiuscumque generis existant, sumere in perpetuum possint pasqua, & liberè pasculare in omnibus tenimentis, & siluis, ac pascuis nostris omnium terrarum, locorum nostrorum, quæ nunc habemus, & habituri sumus in posterum, tanquam nostra, sine aliqua præstatione, fidæ, seù salarij cuiuscumque. Volumus præterea, & concedimus eisdem Priori, & Fratribus, quod de omnibus, quæ ipsi per se, vel eorum conuersos, traditos oblatos, vel familiares vendiderint, seù alienauerint quocumque titulo, & de omnibus, quæ vendiderint, vel alienauerint, seù ad ipsos eodem loco quocumque titulo, iure, vel causa deuenerint in omnibus territorijs nostris libertatem plenariam, & franchitiam in perpetuum habeant, ipsaq; bona liberè, integrè teneant, habeant, possideant pleno iure, nec ad præstationem, seù solutionem alicuius census, seruitutis, homagij, pedagij, vel plateatici, seù cuiuscumque solutionis pecuniæ aliquatenus teneantur. De supradictis autem omnibus, & singulis Religiosum virum Fratrem Michelem Priorẽ Monasterij Sancti Bartholomei de Trisulto eiusdem Ordinis Procuratorem vestrum ad nouas domos recipiendas specialiter ordinatum nomine vestro, ac Prioris, & Fratrum, qui in dicto loco pro tempore fuerint, per nostrũ anulum præsentialiter inuestimus, & in possessionem induximus corporalem, præsente, volente, & consentiente Domino Henrico primogenito nostro, & supradicta vt supra omnia ratificante, ac etiam acceptante, dantes, & concedẽtes vobis iam dictis Priori, & Fratribus potestatem plenariam, & liberam facultatem corporalem possessionem, & tenutam supradictarum omnium rerum, et bonorum auctoritate propria intrandi, & accipiendi, ipsisq; bonis, & rebus fruendi, & vtendi pro vestro, & ipsorum beneplacito voluntatis vestræ disponendi, ordinandi, & fruendi de eis, & in eis, quicquid vobis, ac Priori, & Fratribus supradictis ad voluntatem, & comodum dicti loci visum fuerit, & expedire has donationes, concessiones, libertates, et immunitates vobis facimus, indulgemus, atque concedimus ad substentationem, comodum, & vtilitatẽ nouæ domus, seù Monasterij construendi, & ædificandi Authore Domino prope Ecclesiam sãcti Laurentij prælibatam, quòd Monasterium cum ædificijs cellis, & officinis debitis, & secundum morem vestri ordinis consuetis nos ædificari, & construi facere permittatis nostris sumptibus, & expensis, & si autem confirmare, vel perficere eorundem ædificare Nos deficere fortè contingerit, eundem Dominum Henricum primogenitum nostrum præsentem, volentem ad prædicta ædificia perficienda, & cõplenda specialiter, & principaliter astringimus, ac etiam obligamus. Promittimus insuper nos, nostrosque successores supradicta omnia, & singula perpetua rata, firma, & illibata seruare, & contra non facere, vel venire de iure, vel de facto, directè, vel indirectè aliqua ratione, vel causa, ad pœnã, & sub pœna dupli valoris rerum omnium prędictarum soluenda pro medietate Curiæ Regiæ, & pro alia medietate vobis pro ordine vestro prædicto. Qua pœna soluta, vel non, prædicta omnia, & singula nihilominus in suo robore perseuerent: renuntiãtes expressè olim in supradictis omnibus, & singulis omni legis, & iuris auxilio, tàm canonici, quàm ciuilis, per quod possemus nos, vel nostri heredes, et successores ad irritandũ donationes, concessiones, vel immunitates, seù libertates præfatas, tueri in aliquo, vel iuuari, & pacto adito, & adiecto; quod Monasteriũ quod

ibi auctore Domino fiet, nullis vnquam temporibus quocumque robore quæsito ab alienatione, siuè separatione à vobis, & ab ordine vestro prædicto, sed semper Monasterium ipsum membrum vestrum exiſtēs ex regula sacri Ordinis vestri perseuerantia spiritualibus semper, ac tēporalibus amplificetur augmentis. In quorum omniū testimonium, & perpetuàm firmitatem præsens priuilegium ex prædictis omnibus confectum vobis, & Fratribus dicti loci concedimus sigilli nostrorum Henrici prædicti numine roboratum. Datum in Casali Terræ Palcburæ Anno Domini millesimo tricentesimo sexto, mensis Ianuarij, die 28. eiusdem quartæ Inditionis.

Finis Priuilegij.

LIquet enim ex isto Priuilegio fundationis,
quod nullum onus, nullaq; obligatio adsit
de tali prætensa annua præstatione, vt figu-
rabatur in dicto consilio, imò patet, quam
modici redditus fuerint dati, adeò vt vix pro
victu Monachorum sufficiant, imò nullum
aliud onus in dicta fundatione fuit datum,
neque missarum, quod mirum est, & proces-
sit ex nimia charitate, & pia deuotione Fun-
45 datorum, licèt ipsi Patres ex mera liberali-
tate & ex eminenti charitate pauperes adiu-
uent: Ergo non est, cur sit defatigandum in
alia responsione, cum fundamentum sit nul-
lum.

Sed remanet clara conclusio, quod talis
eleemosyna fuit data ex charitate, & volun-
46 tate Monasterij, quoniā sancta hæc Religio
ex libera voluntate, effluentes eleemosynas
in suis Cartusijs elargiri solet, ex particulari
& pia benignitate.

Ergo respondendum erit solummodò ad
secundum fundamentum de consuetudine
donandi, atiam si voluntariè processerit, quā
in dicto consilio Pars prætendit necessariam
effectam.

Merito pro resolutione fundabimus.

PRimo, talem eleemosynam fuisse, & esse
voluntariā, & ad libitum dari, & tolli posse
47 secundum libertatem, voluntatem, & facul-
tatem Monasterij donantis.

Secūdo, quod in tali donatione eleemosy-
næ, nulla datur possessio, & ideo nec spolium
adest, nec remedia Capit. Regni adaptari
possunt.

Tertio, quod etiam si adesset aliqua obligatio (quod expresse negatur) propter ingratitudinē Vniuersitatis, ex iniurijs illatis in bona, & Religiosos Monasterij, Populus Padulæ tali beneficio indignus euenit.

Quarto, & postremo respōdebimus DD. & doctrinis allegatis in dicto consilio per D. de Ponte, & videbimus, an pro, vel contra Monasterium faciant, & si in casu nostro loquuntur.

Attamen pro euidentia, & dilucidatione
dicendorum, ante omnia, quæso aduertatur.
48 Quod eleæmosyna (quæ à Grçco sumpto
vocabulo misericordiam, vel Dei mandatū,
49 ad charitatē exercendam significat, vt per
Marian. Socc. in tract. de oblat. prim. libell.
nu. 19. & est maxima fiducia coram summo
50 Deo, omnibus facientibus eam, & ab omni
peccato liberat, & non patietur animam
ire in tenebras *Tobiæ 4. circa medium)* quā-
doque est in præcepto, puta si ex parte pro-
ximi extrema necessitas adesset, quo casu
etiam laicus peccat, non subueniendo, *cap.*
pasce. 86. *dist. cap.* 1. & 2. 83. *dist.* ipsamque
omittens æternaliter punitur, vt *Matth.* 25.
ibi, *Exuriui enim, & non dedistis mihi man-*
ducare; quinimo tempore necessitatis pos-
sunt diuites cogi ad faciendam eleemosynā,
Bouadill. in politica tom. 2. lib. 3. cap. 3. fol. 31.
num. 22. ratio est, quia dum proximi dilectio
est in præcepto, *Matt.* 25. necesse est omnia
illa cadere, & esse sub præcepto, sine quibus
51 dilectio proximi non censetur: sed ad dile-
ctionem proximi pertinet, vt ei non solum
velimus bonum, sed etiam operemur, iuxta
illud primo *Io.* 30. *Non diligamus lingua,*
neque verbo, sed opere, & veritate.

Quæ regula extenderetur, etiā quando ades-
52 set bonum commune, & publicū, quod pri-
uato, & proprio præferendum est, *l. ex om-*
nibus. 31. *C. de decur. & eorum fil. lib.* 10.
vt legitur in 3. *Reg.* 17. de vidua, quæ victui
53 suo, & eius filij, præposuit Eliæ, dicentis,
Fac mihi subcineritium panem, tibi autem,
54 *& filio, facies postea*: erat Elias Propheta
publicus, & praferēdus erat priuatis, & mul-
ta alia ad materiam cumulat *D. Io. Baptista*
Valenzuela in tract. defensio iustitia moni-
torij contra Venetos fol. 408. *num.* 224. Ergo
vbi non vrget talis necessitas, cessat impul-
55 sio, & sic eleemosyna (extra dictos casus) est
de genere bonorum, & voluntaris, & non in
præcepto, *Abb. in cap. 1. num. 8. in fin. de*
empt. & vendit.

Quinimò, non solum debet concurrere
56 necessitas ex parte proximi, vt eleemosyna
sit in præcepto, sed facultas faciendi, ex par-
te alterius, *Prepos. in cap. nō satis, sub nu.* 3.
86. *dist.*

86.*diſt.*& conſiderandum eſt aliquod ex par-
te dantis,& aliquod ex parte recipientis.

Ex parte dantis id, quod eſt in eleemoſy-
nis erogandis,ſi ſit ei ſuperfluũ, *Luc.6. Quod*
57 *ſupereſt date eleemoſynam*, & quod alicui ſit
ſuperfluum, colligitur ex cognitione con-
trarij, ſcilicet quod ſit alicui neceſſarium:
58 tàm ex neceſſitate abſoluta, quæ eſt neceſſi-
tas naturæ, ſecundum *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.*
32. *artic.* 5. quam ex neceſſitate conditiona-
ta, quæ eſt neceſſaria ad conſeruandum de-
59 centem ſtatum proprię perſonę,& aliorum,
quorum cura ſibi incumbit,tunc & in poſte-
rum, ſecundum arbitrium boni viri, *Prepoſ.*
in d.cap. non ſatis. 86.*diſt. num.*8. & 9. At
quandoque non ſolum ſuperflua,ſed & inter-
dum neceſſaria erogare, vel præceptum, vel
conſilium eſt,non ne Diuus Martinus dum
dimidium Clamidis occurrenti pauperi de-
dit, non ſuperfluum, ſed plene neceſſarium
dedit, vt *Sulpitius in eius vita cap.2. ſcribit*,
nil enim præter clamidem qua indutus erat
habebat, iam enim reliqua in opus ſimile
conſumpſerat,& quam Chriſto gratum fue-
rit, idẽ *Sulpitius in loco citato teſtatur*. San-
ctus Paulinus Epiſcopus Nolanus venditis
omnibus bonis pro pauperibus, ad extremũ
ſe ipſum dedit in ſeruum,vt alium quendam
è ſeruitute liberaret, vt egregiè laudatur à
*Diuo Gregorio in lib. 3. dialogorum, cap.*1.
reliqua vero exempla, vt etiam neceſſaria
dentur pro erogatione eleemoſynę ab *Emi-
nentiſſimo Cardinale Bellarmino* recẽſentur
*in tom.4. diſputat. fol.*1156.*in lib.*3. *de bonis
oper. in partic. cap.* 8.

Ex parte verò recipientis eleemoſynam,
eſt etiam duplex conſideratio.

60 Abſoluta,ſiue extrema,quæ dicitur,quan-
do patiens amplius ſubſtentari non poteſt,q̃
ſi ei non ſubueniatur, in mortem, aut grauẽ
infirmitatem incurreret.

61 Conditionata alia dicitur, quando deſunt
ei neceſſaria ad obſeruantiã ſtatus ſuæ per-
ſonæ, ſecundum *Prepoſ. in d. cap. non ſatis,*
*num.*11. *vbi ſub nu.*17. concludit, quòd ex-
62 tra caſum neceſſitatis, eleemoſynam dare
etiam de ſuperfluo, eſt de conſilio, & non de
præcepto. Ratio eſt, quia dum temporalia
bona ordinantur ad ſubſtentationem huma-
nam, ſi talis ſine me, poteſt commodè ſub-
ſtentari, non teneor ei propria impartiri,
ſicuti & de Aduocato dicit *D. Thomas in*
2. 2. *quæſt.* 71. *artic.*1. qui non ſemper pro
paupere aduocare tenetur, niſi concurrente
extrema neceſſitate, vt ibidem.

63 Et ideo Eccleſia non tenetur prouidere
illis, qui ſuis manibus victum, & veſtitum
quærere poſſunt, imò iuſtius quis faceret, ta-
les corripiendo, quam aliquid dando, *cap. pa-*
64 *ſce*, 86. ibi, *Paſce fame morientem.* ita *gloſ.*
poſt *text. in cap.* 1. & 2. 83. *diſt.* & non eſt
65 danda, vt is diues efficiatur, ne ſit occaſio
negligentiæ, & inertiæ, vt egregiè, & ſanctè
ſcriptũ reliquit *D. Tho.* 2. 2. *q.* 32. *art.* 9. *et ſeq.*
Menoch. de præſumpt præſumpt. 125. *in fine,*
*& Bartholom. Fumus. domin. in ſumma Ar-
milla verb. eleemoſyna, nu.*11.

66 Imò nec eleemoſyna eſt facienda ei, qui
poſſet aliunde victum quærere, aliàs magis
peccatur, quàm meretur, vt per *gloſ. & tex,*
*in l.*1. *C. de mendican. valid. lib.*11. *Guid.*
*Pap. in cap. ex parte veſtra. nu.*6. *de conſuet.*
latè *Menoch. de arbitrar. iudic. caſu* 532. *cen-
tur.* 6. vbi ponit, quod Mendicantes va-
lidi, & illi, qui fucatis coloribus pallidos
ſe exhibent, pœna falſi ſunt puniendi, &
Auendan. de exequend. mandat. Regum,
*part.*1. *cap.*6. *verſ ſecundus eſt*, affirmat, quod
iſti mendicantes validi poſſunt à Regno ex-
pelli, & nouiſſimè *D. Regens Conſtantius in
l. vnica. C. de mendican. valid. lib.*11. ab hac
pœna excludit nobiles pauperes etiam vali-
dos,& robuſtos, ac etiam ſenes, ſed in *§.*1. *in
auth. de quæſtore. coll.*80. habetur, quod de-
bent in metallum condemnari, & *Andr. de
Barul in d. l.*1. dixit, quòd eleemoſyna danda
67 eſt debili egeno, nõ forti, iuxta illud *Matt.*
Iuſtius feceris, ſi iniuſtè petentem correxeris,
quam ſi ei dederis. quia etſi eleemoſinam
facere ſit de genere bonorum, non eſt de
præcepto, vt ſupra diximus, ſi maxima, aut
publica nõ vrgeret neceſſitas; & ſi ſit neceſ-
68 ſitatem patienti, vt illi ſubueniatur, eſt actus
charitatis exterior, iuxta illud *Io.* 3. *Qui ha-
buerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit
fratrem ſuum neceſſitatem pati, & clauſerit
viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei ma-
net in illo?* quaſi dicat, non poteſt manere.

His ſic præcognitis, deueniendum eſt.

AD Primum Articulum, quòd eleemoſyna
prædicta fuit, & eſt voluntaria, & poteſt
dari, & tolli iuxta libitum, & facultatem
dantis (quia circumſcriptis caſibus, vt non
cadat ſub præcepto, in caſu extremæ neceſ-
69 ſitatis, vel publicæ vtilitatis, vt dictum eſt
de Elia) ſemper eſt de cõſilio, *Rutilius Ben-
zonius Romanus in tract. de fuga, lib.*2. *art.*
1. & *in Eccleſ.*4. dicitur: *Filij eleemoſynam
ne defraudes, & oculos tuos ne tranſuertas à
paupere.*

70 Et ſtat in libera voluntate dantis, ex quò
actus voluntatis exercens eleemoſynam, non
71 obligat vltra voluntatem, *l. voluntariè. C. de
excuſat. tutor. Bart. in l.* 4. *C. ne vxor. pro
marit.*

marit. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune, nu.50. ff. de acquir. possess. Dec. in l.1. num.11. C. de eden. post *Bart. in l.1. §. si quis ex hoc interdicto, in fine. ff. de itiner. actuq;*
72 *priu.* nec præstat coniecturam, vltra quam de necessitate inferunt actus voluntarij, *d. l.*
73 *fin. C. ne vxor. pro marit.* Imò, quòd nemo inuitus cogitur erogare eleemosynam, facit *cap.1. & 2. 83. dist. Abb. in cap.1. num.8. in fin. de empt. & vendit.* ratio est, quia stat in
74 arbitrio dantis plus, vel minus *Luc.21.* dum laudat viduam, ex eo quod dedit omnem victum, quem habuit, voluntarius actus non potest excedi, puta si debetur decima, intelligitur de illis acquisitis, & non de illis, quæ possent acquiri, si voluisset, *Abb. in cap. ex transmissa. nu. 2. de decim.* Ideo si superest, vel desit, qui scit vires sui patrimonij iudi-
75 care debet, ex quo inordinatum esset, inquit *S. Thom. 2. 2. quæst.32. artic.6.* si aliquis sibi tantum de bonis subtraheret, vt alijs largiretur, vt residuum vitæ non possit transigere conuenienter secundum proprium statum,
76 & negotia occurrentia, quia nullus inconuenienter viuere debet, nam alias contra charitatem faceret, si se ipsum dehonestaret,
77 & crudelis est, qui suam famam negligit, *cap. nolo. 12. quæst. 2.* & sic qui donat intelligitur in quantum commodè facere potest, & honestè: ita quod non egeat iuxta personæ qualitatem, *l. in condemnatione, vbi glos. & Scribent. de regul. iur. D. de Ponte in tract. de potestate Proregis, fol.232. nu.23.* quoniã faciens eleemosynam, debet primo à se ipso incipere, & de se suisque curam habere, *§. qui vult ordinate, de pœnitent. dist.3.* & docet *Lodouicus Bolognінus in tract. de indulgentijs, num.96.* nam dignus esset vituperio, qui honorem iam quæsitum non curat conseruare, *decis. est Aulens. super Matth cap.6. quæst. 3. col. 2.* nam sicuti honor non potest quæri nisi per virtutem, aut aliquam excellentiam, ita nec perdi iuste, nisi perdita illa, tum per illud præceptum *Ecclesiast.4c.* curã habe de bono nomine: tum per illud *Apost. 2. ad Corint. 9.* melius est mihi mori, quam vt gloriam meam quis euacuet, ideo curandum est, eum in eodem statu conseruari ne videns ab honore decidisse, præsumatur virtutem, & excellentiã amisisse, & ex hac præsumptione scandalum recipiat ob speciem mali, à qua est cauendum *Apostolus* relatus *in cap. cum ab omni specie mali. de vita, & honest. cleric. & 1. ad Tessalonic.5.* vbi quod ob quemque finẽ conuenit honorem, & bonam famam desiderare, & conseruare. Deus enim admonet erogationem eleemosynæ, vt
78 in *Psal. 40. Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum*
79 *Dominus.* Et alibi, frange exurienti panem tuum, & egenos, vagosq; induc in domum tuam; cum videris nudum operi eum; & carnem
80 tuam nè despexeris. *Isai. 58.* & alibi mitte panem tuum super transeuntes aquas, & post tempora multa, inuenies illum. *Ec-*
81 *clesi.11. & Luc.14.* dixit: *Cum facies conuiuium conuoca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur tibi in retributione iu-*
82 *storum. & ad Hebr. 13.* beneficentiæ, & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs præmeretur Deus.

Et ad magis demonstrandum, quòd eleemosyna sit de consilio, & arbitraria, docuit
83 *Matt 6.* ibi, *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid facit dextera tua,*
84 *& sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito redet tibi.*

Et *Diuus Bruno in 2. ad Corint cap.9.* his
85 verbis, dixit, *Eleemosyna non ex necessitate, sed ex hilaritate dari debet, & affluenter dari suadet, tamen vnusquisque tribuat, vt destinauit. 1. sicut posuit in corde suo. 1. ex ar-*
86 *bitrio propria voluntatis, & affluenter dari debet, quia qui parcè seminat, parcè metet, nam sicuti ille, qui seminat ad præsens perdit, quod in futurum multiplicatum recipiet, sic qui dat eleemosynam, ad præsens perdit,*
87 *quod centuplum colliget in gloria.* Vbi etiam subdit, quod eleemosyna hilarè danda est, hilarem enim datorem diligit Deus, qui hilari. hilaris donum tribuit. & in *Eccles. 14.* dixit, secundum vires tuas exporrige, & da pauperi; sed secundum facultates, idest si abundanter, da abundanter, si vero exigue, da exiguum, sed libenter *Tobia.4.nu.9.* Deus enim respicit cor *Regum.1. cap.16. nu.7.*

88 Nec dicatur, quòd in casu nostro, eleemosyna fit in publico, quia licèt fiat in publico, tamen genus eleemosynæ non mutatur, nam & si debet fieri in occulto, vt in *Matt. 5.* ibi, *Cum feceris eleemosynam, noli tuba*
89 *canere ante te, Item nesciat sinistra tua, quid facit dextera tua:* non tamen quia fit in publico, mutatur genus eleemosynæ, ex eius natura, quæ regularis est consideranda, vtcumque fit, tàm in publico, quàm in occulto, ita tenet *Troil. Maluest in tract. de oblat. dub.2. nu.6. in tract. tom.14. fol.137.* quintmo Prælatis præceptum est, vt publicè bene faciant per illud *Matt.15.* luceat lux vestra coram hominibus. hinc dixit *Io. Gerso.* errare eos, qui laudant Prælatos non facientes eleemosynas publicè, & *Gerso.* sequitur *Nauarrus in comentario de finibus humanarũ actio. nu.73. vers. sexta decisio, fol.44.*

Hinc

Hinc ſequitur, quòd ex diutina præſtatio-
90 ne, ex mera liberalitate, nō inducitur obli-
gatio aliqua, *Innoc.in cap. cum Eccleſia, de
cauſ. poſſ. & propr. nu.5. Bart. in l.cum de
in rem verſo. ff. de vſur. Angel.& omnes in
l. ſi certis annis. C.de pact.*& ratio eſt ſecun-
dum *Alex. in addit. ad Bart. in d. l. cum de
in rem verſo :* quia ſi apparet gratis facta,
91 tempus non præſumit obligationem, nam
alias eſſet contra legem, quæ præſumit libe-
rationem, *l.cum de indebito. ff. de probat.*
92 Et quod fit ex voluntate, non debet fieri
ex neceſſitate, *Bart in l. ſolet. ff. de off. pro-
conſ.* Quò fit, vt ſi eleemoſyna quantumuis
conſueta eſt erogari, qui deſiſtit à tali præ-
93 ſtatione, non poteſt cogi ad continuandam
erogationem, ita in terminis tenet *Menoc.
de arbitr. iudic. caſu 160. lib.2. cent.2.nu.9.*
94 per *Doct.* ibi allegatos. Reddens rationē, ibi
*nu.*10. quia agens actum hunc facultatis, ius
aliquod Aduerſario non tribuit, cum nulla
in eo poſſit conſiderari poſſeſſio.
95 Et quod eleemoſynam præſtare ſit actus
meræ voluntatis, & liberi arbitrij, tenuerunt.
*Benef. de Vital. in elem. abuſionibus. nu.59.de
ſent. excom.* vbi
*Ant.Burg.nu.*24. teſtatur de communi.
Marques de Iudæis.par.1.cap.5.nu.7.
Bouadill. in polit. tom.1. fol. 430. *num.* 47. vbi
punctualiter determinat, quod ſi eſt ſolitum
dari panem, non poteſt cogi ad donandum,
ſi proceſſit ex mera facultate, quę diſtributio
fieri debet, vt ſi abundanter ſint opes, abun-
danter detur, ſi vero exiguę, etiam exiguè
impartiri oportet *Tobiæ.4. nu.9.*
96 Ex dicta ratione, quia agens actum meræ
facultatis, Aduerſario aliquod ius non tri-
buit, cum nulla in eo poſſit conſiderari poſ-
ſeſſio, *l. proculus. ff. de damn. infect. l.1. §.
denique Marcellus, l. ſi in meo fundo, ff.de
aqua pluuia arc. l. 2. ff. de via publ.& gloſ.
notab. quæ eſt vltima in l. ſolet, ff. de officio
Proconſul. & Bart. in d. l. cum de in rem
verſo.*
97 Exemplo eorum, qui ſolent ire ad molen-
dum in molendino alicuius, quia poſſunt re-
cedere, nec dicuntur Dominū ſpoliare poſ-
ſeſſione molendi, vt per *Menoch. vbi ſupra
nu.*8. poſt *Abb.in cap. Abbate. de verb.ſignif.*
cum ſit actus meræ facultatis, in quo poſſūt
98 deſiſtere, & non accedere, *DD.in cap. ſigni-
ficante. de appell. Io. Fab. in §. aqui. nu.70.
verſ.& ideo credo. inſtit. de actio.*
Et dixit *Innoc. in cap. cum Eccleſia ſutri-
na. de cauſa poſſ. & propr. nu.5.* quòd ſi mil-
99 le vicibus, & longiſſimo tempore ex mera
facultate, quis amicum hoſpitatus eſſet, non
cogitur in futurum, nec ius acquiritur ami-
co; quod etiam firmauit *Cyn. in l.2. C. de
ſeru. & aqua:* licet *Fontanell. de pact. nupt.
nouiſſime editus in tom.1. clauſul.4. gloſ.17.
nu.38. fol.*404. cum diſtinctione hoc ſentiat,
100 vt ibidem, & beneficium non efficitur ir-
reuocabile, ex eo quod Prælatus nunquam
reuocauit, cum reuocatio eſſet in mera fa-
cultate ipſius, *Abb. in cap. Ioannes. in fine.
de cleric. coniug. & in cap. ad noſtram*, vbi
Dec. col.3. in fin. de confirm. vtil. vel inutil.
101 quò fit, vt ſi Rector Eccleſiæ conſueuit ha-
bere certos coadiutores, quos nunquam
remouit ſine cauſa, ex hoc, non inducitur
præſcriptio, & reuocare poſſet: quia illud
fuit ex eius voluntate, & honeſtate, *Ant. de
Butr. in conſ.3. col.2. in fine*, quod eſt repe-
titum in *conſ.*51.
102 Meritò, quæ ſunt meræ facultatis præſcri-
bi non poſſunt, vt tenuerunt.
*Cyn.) & alij in l.1. C. de ſeruit. & aqu. & in
Bal.) l.2. C. quæ ſit long. conſ.*
Ripa in l. quominus, nu. 131. poſt multos per
eum relatos *ff. de flum.*
Neuiz. in conſil.13. num.10.
Roland. conſil. 52. num.29. lib 3.
Bertran. latè in *conſil.234. lib.3.*
103 Imò fortius dico, quod nec conſuetudo in
his poteſt induci, niſi præcedat prohibitio, &
homines acquieſcāt prohibitioni per tem-
pus, quod ſufficit ad præſcribendum, *Doct.
in l.1. C. de ſeru. & aqua. & in l. 2. C. quæ
ſit long. conſuet.* latè *Surd. in conſ.127. nu.
22.& 21. vol.1.* & licet *Caſſan.* dicat in *con-
ſuet. Burgund. rub. 13. §. 2. verſ. ſic etiam.
fol.* 1452. quod Domini habentes omnimo-
dam iuriſdictionem poſſunt prohibere ho-
minibus ne ad alia molendina, quam ad il-
la ſuę iuriſdictionis accedant ad molendum.
hoc nō procedit in Regno noſtro, vbi requi-
ritur ſpeciale priuilegium iuris prohibendi,
vt in *pragmat.14. de Baronibus*, & ſupra di-
ximus in *verſ. 3. obſeruat.4.*

Quam difficultatē præſentiens D.de Pon-
te figurat aliud factū, quod retro actis tem-
poribus, fuit tentatum hanc præſtationem
tollere, & poſtea ad conqueſtum Vniuerſita-
tis receſſerunt, quod eſt omninò aereum, &
figuratum factum; & per teſtes Caſalis Saſ-
ſani, & aliarum Terrarum Vallis Diani in-
tereſſatos deponebatur, & ſic in cauſa pro-
pria, & nulliter, quoniam iſtæ ſanctæ Cartu-
ſiæ ex motu particulari, & pio, ſolent fa-
cere eleemoſynas, quò ad fieri poſſunt, & ita
fecit, & facit Monaſterium noſtrum, & non
ex conqueſtu Vniuerſitatis, aut obligatione
aliqua, vt notum eſt.

Quinimò videns Vniuerſitas ipſa, & ipſe-
met D.de Ponte quam malam fouebant cau-
ſam,

sam, quam aerce remedium CC. Regni erat intentatum, congregato consilio fecit infrascriptam conclusionem, & memoriale porrexit Reuer. Priori illius temporis, viro religione, prudentia, & genere claro, & mihi amico amatissimo, quorum copias inserere non est inconueniens, ad futuram rei memoriam, & veritatis indagationem.

104 Copia. *Inter cætera contenta in publico Parlamento sub die 6. mensis Aprelis 1613. in Terra Padulæ, & propriè in Platea publica eiusdem Terræ in vnum coadunatis Sindico, & Electis Vniuersitatis eiusdem Terræ, & infrascriptis ciuibus, &c. de licentia V.I.D. Emilij Rechettti ad præsens Gubernatoris.*

Cesare de Sarlo Sindico.
Dottor Gio. Lonardo di Grandello. } *Eletti.*
Ascanio Pisano, &
Marco de Sarlo.

Particulares videlicet.

Medico Geronimo Moscarella.
Dottor Giofeppe Lambardo.
Michele Moscarella.
N. Gio. Maria d'Amato.
M. Lorenzo Caulo.
Cesare d'Amato.
Micco la Rocca.
Gio Battista Carrara.
Dionisio Caputo.
Andrea Bertone.
Cristoro di N. Roberto.
Andrea di Castronouo.
Alessandro Rotondo.
Matteo Lambardo.
Imperio Trezza.
Gio. Antonio de Muria.
Martino Lambardo.
Ascanio Ragone.
Gio. Tomaso Tepedino.
Donato Caulo.
Giofeppe d'Auigliano.
Gio. Battista Siripietro.
Cola Tramonti.
Secoranza di Risi.
Cesare Comito.
Giustiniano Romano.
Vergilio d'Amato.
Andrea Castelluccia.
M. Donato di Gio. Lonardo Caolo.
Francisco Antonio Auigliano.
Paolo Padolese.
Gio. Domenico Sodano.
Angelo Antonio Caolo.
Cesare Padolese.
Luca d'Amato.
Michele Grandello.
Scipione Saluato.
Stefano Bregante.
Tullio di Muria.
Gio. Maria Caputo.
M. Ferrante d'Amato.
Pietro Giouanne Saluato.
Marco di Luca.
Antonio Bonbomo.
Geronimo d'Amato.
Lutio Scarpella.
Luca Acquauella.
Andrea d'Auigliano.
Altobello Moscarella.
Gio. Andrea Mango.
Mast. Giouanne Mangia, &
Cola Romano.

Similmente per essi Sindico, & Eletti è stato proposto alli sopradetti coadunati in
105 *questo publico parlamento, & che stante l'arriuo del Reuerendissimo Padre Don Andrea Bermudez nouamente fatto Priore del Venerabile Monasterio di Santo Lorenzo, che se ci andasse vniuersalmente à pregarlo, che restasse seruita far distribuire à poueri l'elemosina della panella, e che saria bene à darli l'infrascritto memoriale del tenor seguente videlicet.*

REVERENDISSIMO PADRE.

IL Sindico, & Eletti dell'Vniuersità della Terra della Padula deuotissimi serui di V. P. Reuerendissima l'espongono, come vertendo alcune differenze nel S.C. tra essa Vniuersità, & il Monasterio di S. Lorenzo per causa della panella, quale nō intende essa Vniuersità proseguire, ne per questo, ne per altro con detto Monasterio, conforme anco il voler del loro Signore Illustrissimo, consi-

confidati al buon Gouerno, Prudenza, Christianità, & santo Zelo di V. P. Reuerendissima. Perciò la supplicano resti seruità far destribuir dette elemosine, acciò la pouertà non pata, & il tutto riceueranno à gratia particolare dalla sua prudentissima, e benignissima mano, vt Deus &c. Perilche essendosi inteso similmente la sopradetta proposta, è stato da tutti concluso, nemine discrepante, che detto memoriale si dia conforme è stato proposto.

Concordat cum suo originali existente in libro parlamentorum, qui conseruatur penès Cæsarem de Sarlo Sindicũ licet aliena manu. meliori semper salua collatione, & in fidem Ego Notarius Andreas de Amato Terræ Padulæ signum apposui.

Locus signi.

Memoriale Porrectum R. Priori Monasterij S. Laurentij.

REVERENDISSIMO PADRE.

106 *IL Sindico, & Eletti dell'Vniuersità della Terra della Padula diuotissimi serui di V. P. Reuerendissima l'espongono, come vertendo alcune differenze nel Sacro Consiglio trà essa Vniuersità, & il Monasterio di San Lorenzo per causa della panella, quale non intende essa Vniuersità proseguire, nè per questo, nè per altro condetto Monasterio, conforme anco il volere del lor Signore Illustrissimo, confidati al buon Gouerno, Prudenza, Christianità, e santo Zelo di V. P. Reuerendissima, perciò la supplicano far destribuire dette elemosine, acciò la pouertà non pata; che il tutto riceueranno à gratia particolare dalla sua prudentissima, e benignissima mano. Vt Deus.*

Cesare Sarlo Sindico.
Dottor Medico Geronimo Moscarella pro Eletto.
Dottore Gio. Lenardo Granello Eletto.
Ascanio Pisano Eletto.
Signo di Croce † de mano di Marco di Sarlo Eletto.

Il sigello dell'Vniuersità p-detta.

Lo sopradetto memoriale è stato subscritto, e signato di segno di Croce † dalli sopradetti Sindico, Proeletto, & Eletti di lor propria mano, e sigillato del solito sigillo dell'Vniuersità della Padula in mia presentia, & in fede Io Notare Pascuccio Cerullo della Padula l'hò signato del mio solito, e consueto signo, nella Terra della Padula, hoggiài primo, che sono li 4. del presente mese d'Aprile 1613.

Locus signi Notarij.

MErito dixit *Ridoan. in tract. de simon. ment. cap. vlt. num.* 26. quòd in actibus merę facultatis, non debet induci aliqua
107 consuetudo, quæ in futurum astringat, nec
ex datione annua gratis facta, vt notatur in
l. 1. C. de seruit. & aqua, & Bar. in d. l. cum
108 *de in rem verso.* vbi etiam tenet, quòd si
rusticus detulit par caponũ annuatim sponte,
ex mera liberalitate, nõ inducitur aliqua
consuetudo; quod etiam firmauit *Innoc. in*
cap. bona, il secondo. de postul. Prælat. vbi si-
109 militer loquitur de hospitatione amici, in
domo nostra per longum tempus, quòd non
acquiritur possessio hospitandi, nec consue-
tudo; vt supra diximus, licet *Paris de reintegr. feudor. fol. 99.* dicat, quod xenia solita
dari obligent in futurum, sed intellige de nõ
gratis datis, sed in feudis.
110 Et ratio est, quia ea, quæ fiunt gratis; non
debent ad necessitatẽ reduci, *glos. notab. quæ*
est final. in l. solet. ff. de off. proconf. vbi *Add.*
111 notant, quòd donatio facta gratis, non in-
ducit obligationem in futurum ex necessita-
112 te, & si fieret pluries, quia actus meræ fa-
cultatis, non inducit consuetudinem restri-
ctiuam potestatis, *Abb. in cap. ex parte extensit. num. 7. de concess. præben.* vbi infert,
113 quod si in Ecclesia solitum sit viginti in-
stitui, per hoc non inducitur consuetudo il-
lius libertatem restringens, & idem dixit in
cap. Abbate. nu. 9. & 10. de verb. signif. red-
dens rationẽ, quia nõ apparet, quod per hos
actus voluerim iuri meo præiudicare, quin
non vtar facultate mihi concessa; quem se-
quitur *Surd. in d. cons. 127. nu. 23. circa med.*
vol. 1. vbi alios allegat, & ex mente *Bertr. in*
cons. 29. vol. 1. & aliorum DD. ibi alleg. subdit
sub *nu. 24. 25. & 26.*
114 Quod si vasalli (quorum origo incępit tẽ-
pore Galaat. *Iud. 10. in fin. & 11. in princ.*
& late *Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 16.*
fol. 592. vbi quis fuit primus, qui dominari
incepit, & in Regno propter peccata incola-
rum copia ipsorum adest *Lucas de Penna*

in l.

in l. cum scimus. C. de agric. & cens. lib. 11.
& iniustum est, vt homines liberari à natura
dominantibus hominibus inniri serutant, vt
dixit *D. August.* 19. *de Ciuitate Dei. cap.* 21.
vbi quod tale dominium, talisq; potestas nõ
est à Deo præcipiente, & iubente, sed est à
Deo permittente, & sinente, *cap. qui culpati.*
23. *quæst.* 1. nam Deus permisit, vt domitĩ
melius se haberẽt, quia indomiti se deterius
habuerunt, vt per *D. Aug. ibidem. & Andr.
in prælud. feudorum. nu.* 3.) *promiserunt Do-
mino accedere ad suum molendinũ, vel fur-
num, talis promissio præsumitur extorta per
vim, & erit rescindenda:* referens *Neuiz.
in cons.* 43. *circa finem. nu.* 10. & alios DD.
tenentes, quod si subditi acquieuerunt, præ-
sumitur id fecisse metu, quod procedit, & ve-
115 rum est secundum *Bertr. in cons.* 3. *vol.* 2.
etiam si esset conuentio inter Dominum, &
homines, quòd Dominus tenere debeat fur-
nos apertos, & habiles ad coquendum, &
vasalli tradent vigesimam, vel quinquagesi-
mam partem panis, quia ex hoc non proba-
tur ius compellendi homines, & in eodem
casu ita tenuit *Rips in d. l. quo minus nu-
mer.* 135.
116 Et ideo nõ potest induci consuetudo, nec
potest fieri immemorabilis, deficiente enim
117 substantia, deficit accidens, quod esse non
potest sine subiecto, *l. nec vsu. §. si absentis.*
vbi not. *Angel. ff. de petit. hared. l. Pompo-
nius. §. fin. ubi Aret. in princ. ff. de acquir.*
118 *possess.* nec potest quid accidens cognosce-
re, nisi prius habeat notam substantiam, di-
xit *Bal. in l.* 2. *ff. de bon. poss. secundũ tabul.
& in l. omnium. C. de testam. Ruin. in cons.*
219. *num.* 14. *volum.* 1. & probanda est prius
119 substantia, quam qualitas. *Bald. in consil.*
465. *nu.* 1. *vol.* 4. quia in his, quæ sunt meræ
120 facultatis, spatium temporis immemora-
bile nil operatur, vt latè tenuerunt.
Roland. in cons. 53. *nu.* 25. *vol.* 2.
Couar. in cap. possessor. in 2. *par. §.* 4. *nu.* 6. *de
præscript. fol. mihi* 88.
Surd. in d. cons. 127. *in fin. vol.* 1.
Meritò quod non est præscriptibile, non
121 potest per tantum tẽpus, cuius initij me-
moria hominum non extat fieri præscripti-
bile. *Io. Franc. Balb. in tract. de præscript.*
122 *quæst.* 6. *nu.* 9. vbi dixit, quod tempus non
inducit præscriptionem, vt faciat rem præ-
scriptibilem, quæ non est præscriptibilis, ex
ratione, quia tempus non potest operari, vt
sit modus, vel causa inducendi obligationẽ,
vel tollẽdi, vel augendi, vel validandi, aut di-
123 minuendi, nam de se nullius est causa, vel
origo, sed concomitantia quædam ipsarum
causarum, *Bal. in l. si certis annis. nu.* 6. *C.
de pact. vbi num.* 1. etiam tenet, quod con-
sensus longo tempore continuatus, non pa-
rit actionem, vt de debito fiat degressio ad
delictum, nam aliàs esset de albo facere ni-
grum, quod est impossibile.
Nec dicatur, quod quæ præscribi non pos
124 sunt, longissima tamen consuetudine ac-
quiri possunt, vt dicitur de mari, quòd licet
125 sit omnibus commune, & nullo tempore
præscribi potest, *l. fin. ff. de vsucap. l. iniu-
riarum. §. fin. ff. de iniur.* tamen, per con-
suetudinem potest effici proprium alicuius,
si is mare vsus fuerit per immemorabile tẽ-
pus, *l. sanè si maris. ff. de iniur.* vbi dicitur,
posse ius proprium maris alicui pertinere,
& *glos.* subdit ibi, per consuetudinem, vel
126 priuilegium, quò loci *Bart.* infert, notan-
dum esse pro Venetis, qui dicunt habere iu-
risdictionem in eorum mari, in quo secundũ
Angel. in cons. 290. *nu.* 3. possunt prohibere,
ne alij nauigent, sed vide supra *vers.* 2. *obser.*
2. *num.* 24.
Quia respondetur, illud procedere in his,
127 quæ sunt publici iuris, vt mare flumina
publica, & similia, in quibus non datur aliqua
possessio, seu acquisitio: sed occupatio ratio-
ne vsus: & si occupans, cessat ab occupatio-
ne, poterit ab alio occupari, vt per *Surd. in
cons.* 127. *num.* 78. & 79. *vol.* 1. vbi sub *nu.*
80. distinguendo tenet, quod in his, quæ sunt
128 iuris publici, acquiritur ius prohibẽdi per
solam occupationem: secus autem est in his,
129 quæ sunt priuati iuris, vt est facultas quo-
quendi, molendi, hospitandi, dandi eleemo-
synam, & similia, quia dum nobis competũt,
sine facto nostro à nobis auferri non possunt,
l. id quod nostrum. ff. de regul. iur.
Imò idem *D. de Ponte in tract. de potest.
Proreg. in tit. de trirem. num.* 20. & 21. *fol.*
527. dixit contra Venetos, quotiescumque
130 lex improbat etiam consuetudinem, tunc
quantumcunque allegetur immemorabile,
131 non deseruit, quia dum lex resistit præscri-
ptioni, & consuetudini; tunc quod est con-
cessibile, non est præscriptibile, nec consue-
tudo etiam immemorabilis quicquid profi-
cit, & quod *Ang. in d. l. sanè si maris, & me-
lius in cons.* 290. tenuit vllo modo, nec præ-
scriptione immemorabili, nec consuetudine
132 aliqua posse acquiri, nisi priuilegio vero,
vel præsumpto, quod allegari debet, & illud
probari, sicuti etiam dicitur de præscriptio-
ne limitum, qui sunt imprescriptibiles, *cap.
liceat. cum seq.* 16. *quæst.* 3. *cap. dilectio tua.
§. pater etiam.* 16. *q.* 3. maxime iure Poli, vbi
tanto grauius peccatur quanto diutius &c.
*cap. vlt. de consuet. Andr. in prælud. feudor.
nu.* 30. *in fin. & num.* 36. vbi quod est vsur-
patio

patio, & non pręſcriptio, quæ ſi ſe fundat in
ſolo curſu temporis eſt correcta, vt per *Ca-
mer. in cap. Imperialem. fol.8. lit. C. & Ca-
mill. de Curte in diuerſ. iuris feudor. fol.76.
ater. nu.136.*
133 Ergo ſecundum ipſummet D. de Ponte, ſi
ex priuilegio cõſtat contrarium illius, quod
allegatur: quęſtio remanet abſque difficul-
tate, quod priuilegium attẽdatur. At in caſu
noſtro ex priuilegio apparet hanc annuam
præſtationem non deberi, ideo non eſt quid
amplius diſputandum, dum ſecundum dictã
doctrinam einſdem de Ponte deciditur pro
Monaſterio.
Meritò talis facultas erogandi eleemoſy-
nam fuit, & eſt ad libitũ Monaſterij, & con-
ſuetudo, vel præſcriptio allegari non poteſt.
134 Corroboratur prædicta concluſio, quia
præſcribi non poſſunt, quæ non poſſunt alie-
nari, *Gulielm. de Mõteferrato in tract. de ſucc.
Regum. dub.4. nu.6. fol.183. in 16. tom. tract.*
& certũ eſt de iure, quod ſi hæc præſcriptio
eleemoſynæ induceret obligationẽ, eſſet ſpe-
cies ſeruitutis, & obligationis, quod Mona-
ſterium facere non poteſt abſque debitis ſo-
lemnitatibus, & dato principio infecto, cęte-
ra infecta remanent.
Ad ſecundum verò caput dicimus, quod
nulla datur poſſeſſio in hac datione eleemo-
ſynæ, & per conſequens nullum adeſt ſpoliũ,
nec remedia Capitulorum Regni adaptari
poſſunt, prout etiam ſupra tetigimus, quod
ſi facere eleemoſynam, eſt ius facultatis, vt
fundauimus, per hunc actum facultatis Ad-
uerſario ius aliquod non tribuitur; cum nulla
136 in eo poſſit conſiderari poſſeſſio, vt dictum
eſt ſupra in *1. art. verſ. quo fit*, & facit *glo. fin.
in l. ſolet. ff. de off. proc.* quam not. vocat *Me-
noch. de arbit. iudic. caſu 160. nu.10.* & alios
137 allegat, quod vbi non adeſt poſſeſſio, non
adeſt ſpolium, quia remedium poſſeſſiuum
138 non competit etiam in annuis pręſtationi-
bus, ſi non radicatur in aliquo iure reali cõ-
petenti in re aliqua, vel perſona, ſed ſimpli-
citer apparet, *Io. Fab. in §. praiudiciales. nu.
15. verſ. in ſecundo caſu. verb. poſſet. inſt. de
139 act.* cum non detur poſſeſſorium, vbi non
competit petitorium, *Bar. in l. fin. ff. quorum
bon.* quẽ ſequitur *Affl. pluribus doct. adduct.
in dec. 395. nu.3. vbi ſub n.8.* dicit, quod tam
Doct. Canoniſtæ, quàm Ciuiliſtæ tenẽt, quod
quando occaſione alicuius rei præſtatur ali-
140 qua pręſtatio, tunc competit poſſeſſorium,
vt dicunt omnes per eum ibi allegati, & ita
procedit *d. deciſ. Affl.* quam pro ſe allegat D.
de Ponte in ſupradicto conſilio. Sed quando
nulla occaſione debetur eleemoſyna (vt eſt
in caſu noſtro) tunc nõ datur nec petitoriũ,
141 nec poſſeſſorium, & in tali caſu non cadit
diſputatio differẽtiæ inter Canoniſtas, & Ci-
uiliſtas, an detur poſſeſſorium in annuis pręſ-
tationibus, imò quod non detur poſſeſſoriũ
142 in annuis pręſtationibus, tenet *Ripa in d. l.
fin. nu.3.* vbi teſtatur Legiſtas ita communi-
ter tenere, & hanc opinionem in puncto iuris
dicit veriorem, & reſpondet ad *d. c. querelã,
de elect.* & ſequitur *Menoch. de recup. poſſeſſ.
remed.1. nu.88.* vbi pariter crebriorem opi-
nionem atteſtatur, & eum defendunt, & ſe-
quuntur.
Alex. in conſ. 94. num.1. vol.7.
Bart. in l. ſolet. num.1. de offic. proc.
Corn. conſil. 94. l. 9. vol. 2.
Roman. conſ. 311. col. final.
*Maſuer. in ſuo tract. tit. de poſſeſſ. col. 7. verſ.
item pro rebus, & iuribus incorporalibus.*
Hinc dixit *Bal. in d. l. ſi certis annis. nu.21*
143 *C. de pact.* quod vbi non reperitur petito-
rium, ſed ſola actio perſonalis, ibi non repe-
ritur poſſeſſorium, per *text. in l. vlt. ff. quor.
144 bon. & ſub nu. 20. infert ad q.* de ruſtico,
qui ſolitus erat ſingulis annis pręſtare vnum
par caponum, vt non detur poſſeſſorium iu-
dicium, vel interdictum aliquod, ſi talis lon-
ga præſtatio non ſit ex aliqua obligatione, &
145 fortius dicit, quod non ſufficit allegare ti-
tulum cum diutina pręſtatione: quando con-
ſtat de inualiditate tituli: quia licet videan-
tur aduerſari inter ſe, *text. in l. cum de in
rem verſo. ff. de vſur. & l. ſi certis annis. C. de
146 pact. concordat eoſ.* v3. quia in *l. ſi certis
annis.* allegabatur titulus inualidus, & con-
147 ſtabat inualidus, ideo diutina pręſtatio nõ
iuuabat, (& ita procedit caſus noſter) in
quo allegatur à D. de Ponte titulus funda-
tionis, cum hoc onere, & aſſumptum non eſt
verum, vt ſupra diximus. Sed in *l. cum de in
rem verſo.* allegabatur titulus validus, & ideo
diutina pręſtatio iuuabat; ergo clarum eſt,
quod non datur petitorium, quando titulus
eſt inualidus, & per conſequens nec poſſeſſo-
rium, dum non poteſt dici oriri ex diutina
pręſtatione, quę fit ad diſſoluendum, & libe-
randum, & non ad obligandum. Imo ſi fieret
ad obligandum, habet in ſe nudum conſen-
148 ſum, & non ſolemnitatem promiſſionis.
meritò non parit actionem, *Bart. in d. l. ſi
certis annis. num. 4.* & ibi *Bald. num. 6.* vbi
ſubdit, quod nec vtraque ſimul iuncta, poſ-
ſunt hoc operari: quia cum nullum extre-
morum tendat ad hoc: ex coniunctione iſto-
rum extremorum, ſcilicet temporis, & præ-
ſtationis, impoſſibile eſt, quod aliquid ſe-
149 cundum naturã ipſorum producatur: quia
talis eſt effectus coniunctorum, qualis eſt
eius natura. Ideo ſequitur, vt ex tali longa

præstatione non oriatur, nec petitorium,
nec possessorium secundum *Bal.* ibi,

Merito dixit notab. *Io Fab. in § præiudi-
ciales. sub nu.15. inst. de act. vers. sed si hanc
150 opin. circa finem,* hæc verba,

*Sed pone nullam causam scio, nisi quia
ego, & prædecessores consueuimus recipere
ab antiquo, quæritur qua actione agam? in
hac q. Gloss. iuris ciuilis dixerunt, me non
posse agere, & ideo consulunt, quòd aliqua
151 causa vera, vel falsa supponatur, & proba-
bitur per præstationes frequentes cum tem-
152 poris lapsu; sed tamen hæc cautela videtur
periculosa animæ; quomodo enim actor salua
conscientia. potest iurare causam, quam non
credit, vel non fecit?* & paulò inferius sub
153 vers. in secundo casu dicit, *si conscientia
non te remordet, supponas causam, quam
probabis per frequentes præstationes cum
cursu temporis, & ages actione ex illa causa
descendente: caue tamen. quia si dicas, quod
154 ratione certa rei, tibi soluerit, oportet pro-
bare, quòd ratione illius rei soluerit,*

Hæc est punctualis decisio in casu nostro,
tum quia non datur actio, tum etiam quia
dum liquet ex priuilegio, quòd non datur
obligatio ratione certæ rei, ergo non potest
agere, & si agit ex priuilegio, succubit, quia
causa non est vera.

Corroborantur prædicta etiam ex doctri-
na *Bald. in d. l. si certis annis. num. 20.* vbi
155 dixit, quod petitio debet fundari super
præstatione, & quòd sit facta ex certa scien-
tia, quia sicut vera confessio non cadit in
errantem, ita nec præsumpta, ex diutina
156 præstatione, & ideo quando agimus de
obligatione præsumenda, tunc si constat de
origine causæ per veritatem, cessat præsum-
ptio, vt est in casu nostro, in quo non appa-
ret obligatio ex priuilegio. Et ideo nullum
157 datur spolium, dum nulla adsit possessio;
& si allegatur, est euidenter iniusta, vt per
Abb. in capit. literis communiter approb.
nu. 13. & 14. de restit. spoliat. quem sequi-
tur idem *D. de Ponte in cons. 96. nu. 12. vol.
1.* vbi etiam fundat sub *num. 13. & 14.* quod
158 agens possessorio iustificare debet suam
possessionem, saltem titulo colorato, & quod
159 quando possessio euidenter est iniusta, non
parit possessorium: quia capitula Regni lo-
quuntur de possessore, pro quo lex præsumit:
vt ibidem *nu. 25. & 26.* imò subdit, quod si al-
160 legans possessionem, habet causam ab Ec-
clesia ex contractu omnino inualido, & nul-
lo, ita quod ei obstet notorius defectus do-
minij, etsi spoliatus fuisset, non posset præ-
tendere restitutionem, quia non habet pos-
sessionem, sed nudam facti detentionem, in
161 tali casu non dantur remedia Capitulo-
rum Regni, quæ loquuntur de possessore iu-
162 sto: quoniam possessio quando est iniusta,
& habet iuris resistentiam non comprehen-
ditur in dictis remedijs, vt ibidem à *nu. 19.
vsque ad num. 23.* fundat, & alias idem *D.
de Ponte* dixit *in cons. 52. nu. 19. vol. 1.* quod
163 possessio immemorabilis, etiam per mille
annos nullius est considerationis, quando ti-
tulus est infectus, ex doctr. *Innoc. in cap. du-
dum. de decim.* & notab. dixit *Afflict. de exeq.
mandat. Regum. lib. 1. cap. 1. nu. 32. vers. & in
163 iustificandis. fol. 19.* quod in iustificandis quæ-
relis super violentijs in negotijs Ecclesiasti-
cis, necesse est docere de titulo, aut saltem
164 colorare possessionem, nam defectus tituli
reddit incoloratam possessionem, vt per *Ber-
trand. in cons. 132. vol. 2. & cons. 273. vol. 3.*
confirmans, quod illa coloratio est necessa-
165 ria, quando agitur inter personas Ecclesia-
sticas, secus autem quando agitur contra
laicos, qui de facto spoliauerant, nam sola pos
sessio beneficij à Clerico probanda est. Ergo
si ex concessione, ex alleg. eiusdem Domini
de Ponte, in alijs causis absque passione lo-
quentis, & ex alijs DD. & doctrinis superius
allegatis, clarissimè constat remedia prædi-
cta CC. Regni non procedere, quando non
adest titulus, vel possessio est iniusta, amplius
insistendum non est, & fundata remanet in-
tentio nostra, quod non datur remedium
166 CC. Regni, & ratio esse potest, quia Regum
est proprium facere iudicium, atq; iustitiam,
& liberare de manu calumniantium vi op-
pressos, *Ierem. 21. & 22. & c. Regum. 23. q. 5.*
167 ne scandalum patiatur Respublica. *l. si in-
genuam. §. in similibus. ff. de capt. & postlim.
reuers.* in hoc casu nostro, nulla adest oppres-
sio, aut iniustitia; Ergo nullum spolium, &
per consequens, nec remedia CC. Regni ada-
ptari possunt.

Ad Tertium, respectu ingratitudinis (qua-
tenus Vniuersitas figuraret aliquid de con-
sueta, & solita eleemosyna, quod esse non
168 potest) etiam dicimus ex abundanti, quod
dum Populus Padulæ insurrexit contra
Monasterium, carcerando eius animalia
pascentia in proprijs territorijs. Mona-
sterij, prætendens illa priuare solitis pa-
scuis, & quod peius, iniuriando verbis,
& factis, eius Religiosos, vt ex quærelis
expositis liquidò apparet, omnino facit se
indignum beneficijs, & eleemosynis conse-
quendis à Monasterio, tàm ex dictis in prin-
cipio harum Allegat. quàm ex infradicen-
dis, & ita in terminis tenet *Felyn. in cons. 32.
169 nu. 9. vbi nu. 11.* subdit, quod Prælatus non
potest rem Ecclesiæ concedere illis, quorum culpa,
seu

seu negligentia est reuersa ad Ecclesiam, &
170 vitium Authorum transit in successores, vt
171 ibidem per *Felyn. num.* 11. & ingratitudo patris nocet filio, *Bal. in c.* 1. *§. item qui Dominum. nu.* 7. *quae fuit prι. caus. benef. amitt.*
172 & tollit beneficium indultũ, tàm à lege, quã ab homine, *Surd. cons.* 94. *nu.* 15. *vol.* 1. & pri-
173 uat donatariũ donatione, *l. fin. C. de reuoc. donat.* imò ob ingratitudinem commissam à Monasterio contra donantem, licèt donatio
174 non reuocetur (quamuis aliqui contrariũ tenuerunt) tamen Abbas, & conuentus debent expelli à Monasterio pro tali ingratitudine, vt fundat *Gasp. Bea. in tract. de inope debitore. c.* 13. *nu.* 8. & apud Athenienses, aduersus ingratos actio cõstituta erat, & rectè
175 inquit *Valerius Maximus*, quia dandi, & accipiendi beneficij commercium est; sine quo vix vita hominum extat; perdit, & tollit quisque benemeritam partem, si referre gratiam negligit; atq; hinc fit, vt grauissimę sententiae passim aduersus ingratos, tàm apud Ecclesiasticos, quàm apud scriptores extãt, vt videre poteris per *Valerium Maximum in lib.* 5. *cap.* 5. & per *Senecam in lib.* 3. *de beneficijs. in quaest. an ingrati sint puniendi*, subdens.
176 *Nullum referre beneficium, nullumuè beneficij gratiam; turpe est apud omnes, & ingratum.* Quam sententiam pulcherrimè cõprobauit *Virgilius* his verbis.
177 *Non magis auertit cœlũ, à telluris amore,*
Quã scelus, ingrata mẽtis, q corde maligno,
Muneris authorẽ, nullo dignetur honore.
Et *Menander Comicus* grauissimè, & breuis-
178 simè dixit: *Ingrato homine, terra peius nil creat.*

Quem sequitur, & cõprobat *Ludou. Dam. in tract. de pupill. & min. guber. & Gratiar. actione. cap. vnico. nu.* 2. *& seq.*

179 Et quod ob ingratitudinẽ amittatur eleemosyna solita dari: punctualiter tenuit *Felyn. in cap. Ecclesiae Sanctae Mariae. de constit. nu.* 98. *& in cap. ad Apostolicam. de simon. sub nu.* 2. propter singulare dictum *Imolae in cap. cum M. Ferrariensis. col.* 4. *de const. & Innoc. in cap. nouit. de iudic.* vbi argũt, de donatione reuocanda propter ingratitudinem, quod dictum, licèt *Felyn.* non firmat contra Ec-
180 clesiam, quae non potest cõmittere ingra-
181 titudinem, quia delictum Praelati nõ nocet Ecclesiae, *cap. delictum. de reg. iur. in* 6. benè
182 verum est, quod Praelatus, & Conuentus ob talem ingratitudinem debent expelli à Monasterio, vt paulò ante diximus, & sic etiam propter ingratitudinẽ potest reuocari exemptio, *Mart. Laud. in tract. de priuileg. quaest.* 48. post *Bal. in l.* 2. *in fin. C. de liber. & eorum liber.* & admittitur feudum *And. Gayll. lib.* 2. *obseruat. in obseru.* 157. *fol.* 209. vbi quomodo probatur ingratitudo, & per quos testes, & cuius qualitatis, & an post mortẽ vasalli, vel domini intentari possit.

Meritò ista Vniuersitas Padulae, tanquam ingrata contra Monasterium, omni beneficio carere debebat, & licito iure erogatio eleemosynae in locis supra notatis facta fuit.

Ad Quartum, & Vltimum Articulum. Postquam vidimus fundamenta D. de Ponte tàm de priuilegio allegato, quàm de asserta diutina praestatione non militare, nec esse vera. Perpendendum est, an DD. per eum
183 allegati, fundant eius intentionem, & an loquantur in casu, de quo agimus. Adducit enim pro se gradatim infrascriptos.

Bart. in l. priuilegia. C. de sacros. Eccles.
Abb. in cap penult. nu 8. *de sepult.*
Felyn. in c. Ecclesia S. Maria. nu. 97. *de const.*
Aret. in l. non amplius. §. 1. *de leg.* 1.
Ias. ibi nu. 12. 13 *&* 14.
Add. ad Alex. in d. l. non amplius.
Innoc. in cap. ad Apostolicam. de simon.
Io. Fab. in §. retinendae. instit. de rer. diuis.
Feder. de Senis in cons. 155.
Felyn. in cap. ad Apostolicam. nu. 3. *de simon.*
Hyppol. in singul. 192.
Abbat. in cons. 6. *col.* 3. *lib.* 2.
Rom. in auth. similiter. nu. 9. *C. ad l. falcid.*
Gemin. in cap. 1. *de constit. in* 6.
Caccher. decis. 99. *num.* 17. *vsque ad* 21. *& num.* 42. *&* 43.
Auend. de exeq. mand. Reg. lib. 2. *cap.* 4. *nu.* 18.
Io. de Plat. in l quaecũque. C. de fid. instr. lib. 10.
Host. in cap. caeterum. de donat.
Io. Andr. ibidem.
Tiraq. de praescript. §. 1. *glos.* 4. *vers.* 42.

Quibus sigillatim respondendo dicimus, quod *Bar. in d. l. priuilegia.* non loquitur de ma-
184 teria casus nostri, sed quando eleemosyna Fratribus mendicantibus singulis annis debetur à laicis, num ipsimet laici possunt eam reuocare: & sic dum est diuersus casus, di-
185 uersitas facti, inducit diuersitatem iuris, *l. interpositas. C. de transact. Alber. in l. si ex plagis. §. in Cliuo ff. ad l. Aquil.*

Imo contra *Bart.* tenuerunt.

Cyn.) *Imol.*) *in l. non amplius in princ. ff. de leg.* 1.

Raph.) *Pau. de Cast.*) *in d. l. priuilegia. C. de sacros. eccl.*

Salyc. in auth. cassa, & irrita, C. de sacros. eccl.
Alex. in d. l. non amplius. nu. 5. vbi veriorem dicit opinionem *Cyni*, *& seq.* asserens, quod opinio *Bart.* non probatur per iura allegata per eum, & quòd contra eum tenuerunt DD. supra citati; pro quorum opinione

facit *text.opt.in l.si quis curialis. C.de Episc. & Cler.* vbi secundum *Bal.* ibi singulariter
186 probatur, quòd quamuis laici per sua statuta non valeant in præiudicium clericorũ
disponere, *c.Ecclesia S.Maria. de const.& c. fin.de reb.eccl.non alie.& d.auth. cassa,* & ta-
187 men possunt laici per statutum suum, pri-
priuilegium per eos inductum clericis tollere, dicens tene menti perpetuò, quod etiam
notat *Bal. in d. auth. cassa, & irrita.*

Idem *Alex.in cons.* 209. *nu.*14. *vol.*2. insistit etiam contra *Bart.* dicens, distinguen-
188 do, quòd si Ciuitas per modum simplicis
eleemosynæ, vel etiam per modum statuti,
eleemosynam daret, tunc non posset probari
189 decisio *Bart.* quia simplex prestatio non
190 consueuit inducere obligationem, *l.si cer-
tis annis. cum materia.C.de pact.* & etiam
191 non possunt statuentes imponere legem,
à qua non liceat recedere, *l. pen. ff. de pact.*
& voluerunt *Imol. & Cyn. in dict. l. non
amplius ff.de leg.* 1. & quod dictum *Bar.* pro-
192 cedere posset, quando illa conuentio fuisset
facta per modum priuilegij: quia tunc si cõ-
cessio fit non subdito, puta si Ciuitas concederet Religiosis aliquod priuilegium, tunc
non potest reuocare, vt not. *Innoc. in c.innotuit. in verb. Theologos. de indic.* & ideo do-
193 ctrina *Bart. nõ obstat nostra quaest.* & quod
Alex. est Doctor copiosissimus, & semper ad
propositum allegat, testatur *Affl.in dec.* 100.
in fin. imo quod *Alex.* est lucerna, & ab eius
dictis recedere nefas est, tenet *Sylu.Nupt.in 5.lib.fol.*195.*nu.*23.& sequitur *Dec.cons.*62.
vers. 2. respondetur, vbi multa de tali viro
semper præmanibus habendo, & quod eius
authoritas his temporibus adeo in excelso,
& illustri loco sita est, vt ab eius responsis
recedere, nefas quodammodo videtur.

*Abb.in alleg.cap.pen.de sepult.nu.*8.loquitur de
194 statuto facto per Vniuersitatem, de dando
eleemosynam Ecclesiæ, vt non possit reuocari secundum opin. *Bart.* supra allegatam,
cui respondetur, vt diximus supra aduersus
Bart.

Quinimò & si idem *Abb. in cap.tuam, nu.* 8. *de simon.* loquatur, quòd sit speciale
fauore Ecclesię, vt si longo tempore populus
solebat dare aliquod temporale, talis consuetudo valeat.

Quæso aduertatur, quia sub *nu.*5. *ibid.* dixit, quòd in his, quæ sunt meræ facultatis, nõ
introducitur consuetudo, sicuti nec ex da-
195 tione annua gratis facta; & quando vult
probare, quòd fauore Ecclesiæ inducatur talis consuetudo, *sub nu.*7. dicit, hoc procedere, ex recompensatione spiritualium, recognoscendo Deum in muneribus suis, redimendo peccata eleemosynis; confitendo, idẽ
*Abb. ibi in vers.*2. potest, quod si donatio est
196 puta, nõ relata ad certum quid, tunc nulla
consuetudo, nec præscriptio induci potest,
per dicta ibi sub *nu.* 5. Ergo *Abb.* potius facit pro nobis, quàm contra.

Felynus in alleg. cap. Ecclesia Sancta Maria. de constit. num. 97. loquitur de reuocando
priuilegio, vel statuto facto in fauorem Ecclesiæ, & licèt defendat opin. *Bar.* refert DD.
tenentes contra *Bart.* in maiori numero, &
197 sub *nu.*98. ibidem limitat opin. *Bar.* quando ex parte recipientis eleemosynam interuenisset ingratitudo, prout etiam dixit in
cap. ad Apostolicam. sub num. 2. *de simon.*
Ergo *Felyn.* loquitur in casu diuerso, & propter ingratitudinem commissam, loquitur
pro nobis.

Aret.&) *in d.l.nõ amplius.* §.1. defendunt opi-
Iason) nionem *Bart.* ideò respondetur vt supra diximus ad *Bart.* sed *Ias. ibi sub nu.* 10.
198 ex mente *Imol. Alex. Salyc. Fulg. & Paul. de Castr. in locis ibi alleg.* dicit, quòd si Ciuitas concessisset per viam simplicis eleemosynę, tunc potest facere reuocationem (ergo
est pro nobis) & postea sub *num.*15. concordat opiniones, dicens, quòd opinio tenentium contra *Bart.* procedit, vt Vniuersitas
199 cum causa possit reuocare tale statutum
factum, de dando eleemosynam Religiosis.
Meritò etiam in hoc casu loquitur pro nobis, dum cum causa fuit facta talis reuocatio
eleemosynæ, quæ ex mera liberalitate, &
gratia dabatur.

Additio ad Alex. in d. l. non amplius (quam
200 etiam allegat noster insignis Calaber *D. Io. Andras Georgius Regius Consiliarius doctissimus, & feudorum interpres in publico Gymnasio Neapolitano nemini secundus, in suis accuratissimis Allegationibus alleg.* 46.
nu. 42. *&* 43.) loquitur secundum doctri-
201 nam *Bart. in l priuilegia,* & de donatione
solita dari Ecclesiæ, vel Altari, quæ datio fit
ex reciproca obligatione ob administrationem diuinorum officiorum, quæ fiunt in Ecclesia, vel Altari per Sacerdotes seruientes,
& ideo casus est diuersus.

Io.Faber.in alleg. §. *retinenda,* potius tenet
contrarium de eo, ad quod allegatur, inquit
enim ibi in *vers. sed contra,* & in *vers. sed po-
202 test dicere,* quod si constaret, quod de iure
debiti non faceret eleemosynam, nulla diuturnitas temporis eum obligat.

Ergo si ex priuilegio supra descripto, iam
patet, quod nulla adest obligatio, *Io. Fab.*
est pro nobis, dum nullo iure debiti sit talis
eleemosyna.

*Federicus de Ṣenis in allegato cons.*155. loquitur

203 tur quando Parrochi ſolent dare candelas
ſuis ſubditis,& facit *Aufrerius in tract. de*
poteſtate ſeculari ſuper Eccl.regul.4.num.50.
verſ.quatrageſimooctauo. vbi et de colatione
ſolita dari ab aliquo Parrocho in aliquibus
feſtiuitatibus, quod procedit, quia ſubditi
ſolent Parrochis ſoluere aliquid temporale:
& ſic Parrochi dant candelam, vt animent
204 feruentius laicos ad deuotionem Eccle-
ſiaſticam, & diuini cultus, adeo quod ex re-
ciproca obligatione procedere videatur,
quod non eſt in caſu noſtro, ergo nõ obſtat.
Felyn. in alleg. cap. ad Apoſtolicam, num.3. li-
cèt referat opinio. *Paul. de Leazar* (cui re-
ſpondetur infra *num.*220.) debet intelligi ſe-
cundum præcedentem quæſtionem poſitam
per idem *Felyn.* ex opinione *Bart.* vt in pia
205 præſtatione danda præcedat ſtatutum,
vel pactum, aut priuilegium, quod non eſt
in caſu noſtro, & idem *Felyn. ibi ſub num.*
2. limitat regulam prædictam, quando ob
ingratitudinem, quis efficeretur indignus
tali beneficio, prout etiam dixit in *d. cap.*
Eccleſia Sancta Maria. de conſtit. num.98.
ergo non obſtat.
*Hyppol. de Marſil. in d. ſingul.*192. licèt po-
nat regulam, quod ex diutina præſtatione
206 facta ex mera liberalitate, non producitur
obligatio, & poſtea regulã prædictam limi-
207 tat, ſi fieret ex pia cauſa, allegando dictum
Paulum de Leazariis, cuius intellectus vide-
bitur 1. in reſponſione ad *Auendan.* quæſo
aduertatur, quia fundat ſe in *cap. ad Apo-*
ſtolicam. de ſimon. vbi *text.* loquitur de
cõſuetudine ſolita dari Eccleſię, & Clericis,
quæ militat ex recompenſatione ſeruitiorũ
208 perſonalium per adminiſtrationem Sacra-
mentorum, & non in datione aonna gratis,
pura, & non relata ad certum quid, vt dixi-
mus ſupra in reſponſione ad *Abb. in d. cap.*
penult. de ſepult. Et ideo, dum *Hyppol.* alle-
gat *d. text. in cap. ad Apoſtolicam*, debet in-
telligi ſecundum *text.* quem allegat, & non
in caſu noſtro, in quo fuit datio gratis, ex
mera, & pura liberalitate Monaſterij, abſque
recompenſatione ſeruitiorum, vel alicuius
rei ab Vniuerſitate Padulæ, ideo non obſtat.
Abb. in d. conſ.6.colum.3. lib.2. vltra quod non
firmat allegatam concluſionem, præſuppo-
nit præceſſiſſe conuentionem, imò ibidem
ſub *nu.1. verſ. tertio non obſtat.* conſuetudo
per Monaſterium allegata; dicit, quòd ex an-
209 nua præſtatione gratis facta, non naſcitur
obligatio in futurum, cum quælibet pactio
habuit effectum ſuum, sũ donationem, &
inducit *quaſt. Bart.* de donatione facta à ru-
210 ſtico de vno pare caponum, & de amico,
qui ſolitus eſt hoſpitari in domo amici, vt
non inducatur obligatio in futurum. Ergo
pro noſtra q. potius facit.
Roman. in d. authent. ſimiliter. num.9. C. ad
legem falcidiam, non loquitur de caſu no-
211 ſtro, ſed vt poſſit detrahi falcidia, ſi fauo-
re piæ cauſæ poſſunt adimpleri relicta, alias
non.
Gemin. in d. cap. 1. de conſtit. in 6. ſub nu.19.
ſimpliciter refert dictum *Bart. in d. l pri-*
uilegia, & nil firmat, imò paulò inferius di-
212 cit, quod Vniuerſitas ex cauſa poteſt re-
uocare tale ſtatutũ dandi eleemoſynã. Ergo
eſt pro nobis.
Cacher. in alleg. deciſ. 99. à num.17. vſque ad
21.43.*&* 44. loquitur in materia Parochorũ
exigentium à ſubditis, ratione ſeruitiorum
perſonalium in adminiſtrandis Sacramẽtis,
imò ſub *num.*15. ibidem tenet, quod Rector
Eccleſiæ non poteſt fundare ſuam intentio-
tionem ex ſola diutina præſtatione, quia
213 tempus non eſt modus inducendi obliga-
tionem, ſed ſi fundat intentionem ſuam, ex
obligatione pręcedenti, & obligatio non ap-
paret, nõ obtinebit (quæ faciunt pro nobis)
dum non conſtat de tali obligatione, quæ
figurabatur, imò in fine dict. deciſ. dicit,
quod non obſtante, quod agebatur de Par-
rocho, qui impendit ſeruitia perſonalia pro
ſubditis. Articulus adeo erat dubius in tali
annua præſtatione, quod concordia fuit cõ-
poſitus.
Auendan. de exequend. mandat. Reg. lib. 2. d.
cap.4. num. 18. in verſ. qua ſuper ea. ponit
214 regulam, quod actus voluntariæ præſta-
ſtationis non habet in ſe formam præciſæ
obligationis in futurum, quia actus mere
voluntatis excludit Iuris neceſſitatem, &
215 actus, qui ſolet ex gratia exerceri, non
pręiudicat agenti, ſi non præſtatur; quod
216 maximè procedit, ſi talis donatio non eſt
vniformis, ſed diuerſa in præſtatione ſingu-
lorum annorum, ex quò actu colligitur con-
iectura, quod non vi obligationis, ſed ex vo-
luntate illud præſtatur, & conſequenter etiã
ex tempore immemorabili, non inducitur
præſcriptio, vel obligatio, ex ratione, quia
per liberalitatem dantis, & recipientis non,
inducitur formata poſſeſſio, & ſine poſſeſſio-
ne non procedit præſcriptio.

Quam regulam ibi in *verſic. illud fallit*,
limitat, niſi diutina præſtatio facta ex mera
liberalitate fieret fauore piæ cauſæ, puta
(limoſna para Monaſterios, ò limoſna que ſe
218 ſuele dar las Paſchas, à los Hoſpitales) nã
talia præſtantes obligantur ex huiuſmodi
actu liberali ad præſtandum in futurum, di-
cens, quod ita notat *Paul. de Leazar. in*
cap. in literis. de reſtitut. ſpoliat. per *text.*

*in cap. ad Apostolicam. de simon. & seq. Hyp-
pol. in singul. 192. & Felyn. in dict. cap. ad
Apostolicam.*

Quia pro parte Monasterij respondetur.

Primo, quod casus est diuersus à nostro.

Secundo, posset dici, quod quando con-
currit priuilegiatus cum priuilegiato, con-
quassantur priuilegia, & sic dum Ecclesia
est etiam causa pia, non potest induci contra
eam, ex fauore alterius piæ causæ.

Tertio, quia ex eademmet doctr. *Auend.*
resultat claritas casus nostri, postquam
exemplificat in difformitate actuum, & præ-
stationum, vt non inducatur obligatio: in
casu nostro certum est, quod eleemosyna
219 fuit difformiter data à Monasterio, eam
in quantitate, quam in tempore, nam quan-
doque vna panella, quandoque duæ datæ
sunt, & quandoque non fuit data, & simili-
ter, quandoque semel, quandoque bis in
Hebdomada, secundum tempora, & ca-
suum diuersitates, & voluntatem Superio-
rum.

Quarto, & Vltimo, quia dum allegat
Paul. de Leazar. Hyppol. & Felyn. qui om-
nes fundant se in *text. in d. cap. ad Apostoli-
cam.* in quo loquitur de consuetis dari Ec-
clesiæ, & clericis, quod procedit ex recom-
pensatione seruitiorum personalium, in ad-
ministrandis Sacramentis. Hæc in casu no-
stro considerari non possunt, quia nullum
ex parte Vniuersitatis Padulæ potest consi-
derari seruitium, aut occasio rei, vt detur
hæc eleemosyna, meritò applicari non potest
talis decisio huic nostræ quæstioni.

Sed ne decipiamur in dicto *Pauli de
Leazaryjs*, si illud sic simpliciter t: āsiremus,
quæso aduertatur, quia idem *Paul.* non sic
absolutè fundat id, ad quod Doctores præ-
dicti allegant. Et vt veritas eius dicti ma-
gis elucescat; dico, quod post quæstionem
per eum propositam, quod in personalibus
220 præstationibus non potest reperiri posses-
sorium, cum non reperiatur petitorium,
sunt enim correlatiua, & vbi non reperitur
vnum deficit, & aliud, subdit hæc formalia
verba sub *num.* 24. & est cum repetentibus
Canonicis fideliter descripta.

*Contra hoc facit apertè de election. qua-
221 relam. ad idem de simon. ad Apostolicam,
solutio, aut agitur ex præstatione reali, aut
personali, primo casu competere potest, & pe-
titorium, & possessorium, & sic loquitur de-
cretalis, querelam, vbi pro Ecclesia peteba-
tur pensio ab alia Ecclesia. Secundo casu,
aut præstatio fit ex causa pia, & laudabili,
& est idem dicendum, vt in dicta decretali
ad Apostolicam, vbi de hoc, & eodem titulo
Suam. 64. dicti in sancta, quia tunc causa
sequuta consuetudinaria solutione, inducit
obligationem, & quodam ius, quod quasi
possidetur, ad quod petitur restitutio, quod
patet in dicta decret. Querelam. præstatio-
nis autem restitutio absolutè non petitur, sed
subtracta, et denegata, & tanquam accessoria
ipsius iuris, vt notat Innoc. aut præstatio fit
sine causa, & locum habet, quod primo dixi,
vt ex tali solutione agi nō possit nec petitorio,
nec possessorio.*

Ecce quod ex verbis eiusdē Pauli patet,
quod omnia fundamenta Doctorum ipsum
allegat. corruunt, postquam ex eius dictis
constat, quod vbi non adest causa præstatio-
nis (vt est in casu nostro) non datur nec pe-
titorium, nec possessorium.

Ergo pro Monasterio faciunt dicta Pauli,
& non pro Vniuersitate.

*Ioan. de Platea in d. l. quæcumque. C. de fide
instrument. lib.* 10. loquitur, vt non possit
reuocari per statutum, si Ciuitas consueuit
dare singulis annis aliquam quantitatem
frumenti, vel salis Sacerdotibus, & sequitur
123 opinio. *Bar.* dicens, consuetudinem soli-
tam dari Sacerdotibus certum quid pro exe-
quijs mortuorum, vel benedictionibus nu-
bentium debere seruari, & sic præsupponit,
seruitia personalia Sacerdotum, vt in eorum
recompensationem, detur certum quid tē-
porale; & sic casus est diuersus à nostro.

Hostiens. in d. cap. cæterum. de donat. licet di-
cat, quod Prælatus si habet superflua, po-
test dare pauperibus, secundum consuetu-
dinem, non tamen dicit, quod sit obligatus;
imo ibidem sub *nu.* 2. expressè determinat,
225 quod pro talibus consuetis faciendis, non
debet Ecclesiam suam obligare; Ergo dat
consilium, vel arbitrium, si videtur habere
superflua, potest eleemosinam facere, & ea-
lia verba important arbitrium boni viri, &
liberam voluntatem, vt consuluit *Riminal.
Iun. in cons. quod dicit facere pro Ill. Comi-
tissa Beatrice Prisciana vxore Ill. & gene-
rosi Comitis Ferrantis Estensis Tassoni cons.
65. nu. 29. vol.* 1. ideo non obstat.

Io. Andr. in d. cap. cæterum. de donat. dispu-
tat, si Prælatus potest dare secundum con-
226 suetudinem Ecclesiæ, & licet dicat, quod
valeat consuetudo dandi pauperibus, vel cō-
sanguineis, vel pro faciendo milite, vel nu-
227 bendo pauperes nobiles, in fine concludit,
quod Prælatus pro his faciendis non debet
obligare Ecclesiam. Ergo pernecesse intel-
ligit de arbitrio, & voluntate Prælati, secun-
dum vires, & redditus Monasterij, & non
inducit necessitatem donandi solitas elee-
mosynas.

Tiraq.

Tiraq. de præſcript. in d. §. 7. gloſ. 4. verſ. 41. ſeq. opinionem *Bart.* & ideo reſp. vt ſupra diximus ad *Bart.*

Patet ergo, quod prædicti DD. & doctrinæ per D. de Ponte alleg. aut loquuntur in caſibus diuerſis, aut non fundant eius intentionem; aut potius faciunt pro nobis.

Et ſimiliter, quod eius aſſumpta de Priuilegio fundationis, aut de diutina conſuetudine figuratæ exactionis Eleemoſynæ, non militant, nec ſubſiſtunt in Iure, vel in facto. Et quod petitum remedium CC. Regni adaptari non poterat.

Imò quod Iure licito, ex rationabili, & iuſtiſſima cauſa, fuit ſublata talis erogatio eleemoſynæ à Populo Padulæ, indigno tali beneficio, ex cauſis prædictis, & ideo non ex odio, vel paſſione aliqua factum fuit, vt figuratur aeree in prædicto Conſilio.

Meritò liquet vndiquè, quã clara, & aperta ſint Iura huius ſanctæ Cartuſiæ, quæ in charitate exercenda, & in adiuuandis pauperibus primum locum obtinet; & ideo fuit, & eſt in eius libero arbitrio, & voluntate, donandi, & tollendi erogationem eleemoſynæ, toties, quoties libuerit eius RR. Prioribus, & Conuentui, pro tempore exiſtentibus, quia Monaſterium non compellatum dedit eleemoſynam, nec ea lege vt ſemper
228 daret, vt reſpondit *Tiberius Cæſar Hortalo nepoti Q. Hortenſij*, qui à diuo Auguſto inlectus liberalitate decies ſextertium (quæ hodie eſſent ducati decem mille, ſecundum *Bouadill. in politica tom. 1. fol. 247. nu. 19.*) ducere vxorem, ſuſcipere filios, ne clariſſima familia extingueretur, procreatis enim filijs, illos ad Senatum duxit, petendo tanquã Q. Hortentij pronepotes, & diui Auguſti alumnos ab inopia defendi, dixit enim Cæſar, dedit tibi Hortale diuus Auguſtus pecuniam, ſed non compellatus, nec ea lege vt ſemper daretur. ita refert *Cornelius Tacitus in 2. lib. annalium, fol. mihi 95. & in paruo fol. 87.*

Cętera vero in materia eleemoſynæ, illamque non ſufficere ad ſalutem ſine fide, dilectione, pœnitentia, alijſque ad ſalutem præſidijs, vide per *Eminentiſſimum Cardinalem Bellarminum in lib. 3. cap. 4. de eleemoſyna, in 4. tomo diſputat. fol. 1143.* vbi *cap. 12.* habetur, quis eleemoſynam facere teneatur: & cui fieri debeat, & in *cap. 9.* quando ex male partis eleemoſyna fieri poſſit.

Hæc omnia dixi, & ſcripſi, ſaluo ſemper meliori iudicio, de anno 1616.



VERS

VERS. XII.

Sotto la pena alli Notari che stipuleranno detti contratti, della perdita de' loro officij: & d'altra corporale à nostro arbitrio reseruata.

Sub pœna Notarijs stipulaturis contractus prædictos amissionis eorum officiorum, & alterius corporalis, nostro arbitrio reseruatæ.

Pro explicatione istius Versiculi videbimus.

Primo, quid sit pœna, & quotuplex, & in quibus casibus irrogari, vel minui possit, & multa de pœna homicidij, assassinij, ac duelli, & de quatuor literis arbitrarijs Baronibus concessis.

Secundo, quando Princeps aliam pœnam suo arbitrio irrogandam reseruauit, vsque ad quam aliam licitè extendere poterit.

OBSERVATIONIS I.

SVMMARIVM.


1 *OFficij priuatio non venit, nisi in casibus à iure statutis.*
Pœna priuationis officij quando, ibidem.
2 *Pœna est nomen generale, & differt à mulcta.*
Mulcta est animaduersio pecuniaria, ibid.
3 *Pœna quomodo sit propriè arbitraria Iudicis.*
4 *Non est multiplicanda, si in vno actu plures contrauentiones fierent, & quando secus.*
5 *Ciuilis est quatenus cum interesse concurrit de stilo S.C.*
6 *Non duplicatur, si semel est illata.*
Deus non iudicat bis in idipsum, ibid.
7 *Pœna in delictis mixtis quando duplicetur in Regno.*
8 *Saculares Iudices in Regno prætendũt procedere in causis mixtis.*
Mixta delicta à quo Iudice puniãtur à seculari, vel ecclesiastico, ibid.
Quæ sunt. 9
Sacrilegium à quo Iudice cognoscatur, ibid.
Præuentio quando datur in causis mixtis, ibidem.
10 *Adulteri à quo Iudice cognoscantur, & num. 13.*
Sacrilegium à quo Iudice cognoscatur, ibid.
11 *Capientes duas vxores à quo Iudice cognoscantur.*
12 *Concubinarij publici à quo Iudice cognoscantur.*
14 *Pœnarum omnium distinctiones.*
15 *Homicidium est prohibitũ de Iure diuino, & humano.*
16 *Homicida assimilari se vult Deo.*
17 *Iudices ministri sunt Dei, & homicidas impunitos non relaxent, alias puniuntur.*
Carolus Primus suspendi iussit Iudicem, qui homicidam debitè non puniuit, ibid.
18 *Iudices sunt infames non punientes delinquentes, & quomodo peccent.*
Et sic etiam qui pœnam auget, ibid.
19 *Homidium quid.*
Multipliciter committitur, ibid.
20 *Mentale quando est peccatum mortale.*
21 *Verbale homicidium quando.*
22 *Voluntarium quando licitum, vel illicitum.*
Irregularitas quando est ex homicidio casuali, & quomodo iudicauit sacra Congregatio Cardinalium, ibid.
23 *Homicida voluntarius occultus, est inhabilis ad quoduĕ beneficium ecclesiasticum.*
24 *Assassini, qui sunt propriè, & impropriè.*

25 *Clerici assassini amittunt priuilegium clericale.*
26 *Assassinio nō consumato, quomodo puniatur delinquens.*
27 *Assassinij pœna extenditur ad omnes tractantes.*
28 *An sint ipso iure excommunicati in Regno nostro.*
29 *Exceptio rei iudicatæ obstat, quando concurrunt tria verè, vel interpretatiuè.*
30 *Assassinij pœnam incurritur, etiam si mors non sequatur.*
Morte non sequuta, assassinij pœna capitalis, ibidem.
31 *Assassinium assimilatur crimini læsæ Maiestatis.*
31 *Clericus assassinus à Iudice laico an priuatiuè cognoscatur absque alia declaratoria.*
33 *Et procedit tam in mandatario, quam in mandante.*
34 *Assassinium tentatum punitur, vt consumatum.*
35 *Mandans plus punitur, quā mandatarius.*
37 *Tenetur de assassinio, & si non fuit deuentum ad actum proximum.*
37 *Affectus in assassinio punitur etiam non sequuto effectu.*
38 *Argumenta sufficiunt in crimine assassinij.*
39 *Et in milite transfuga.*
Transfuga miles argumentis punitur, ibidem.
Miles transfuga punitur argumentis, ibid.
40 *Cappellanus maior quam iurisdictionem habet.*
41 *Præuenit qui citauit.*
42 *Præuentio in pari causa præualet.*
43 *Priuilegium debet exhiberi à Iudice, qui prætendit præuentionem ex priuilegio.*
Iudex qui prætendit præuentionem ex priuilegio illud exhibere debet, ibid.
43 *Carceratus potest imparari à diuersis Iudicibus.*
44 *Præuenit Iudex, qui prius carceratum recomendauit.*
45 *Homicidium excusatur ex tribus causis.*
46 *Ex casu fortuito quando.*
47 *Ex casu inconsiderato.*
Ex causa iustitiæ quando, ibid.
48 *Regula illa satis suo furore torquetur, quādo fallit.*
49 *Probationes ad condemnandum quomodo esse debent.*
50 *Indicia indubitata, & alia sufficiunt hodie ad condemnandum.*
51 *Tortura quando inferenda.*
52 *Confessio delinquentis non extorqueatur cum dolo.*
53 *Scientia priuati Iudicis non sufficit ad condemnandum.*
Iudex, qui vidit delinquentem delinquere quid agendum, ibid.
54 *Conuictus de homicidio falsè, quomodo tractetur.*
55 *Bannitum occidere quando licet.*
56 *Sed non extra territorium bannientis.*
57 *Adulteri occidi possunt de iure ciuili, sed nō canonico.*
Raptorum pœna, & eorum auxiliatores, quomodo puniantur, ibid.
Homicidium adulterorum est licitū patri, & marito, sed non de iure canonico, ibidem.
Adultera perdit dotem, & in monasterium detruditur, etiam propter osculum luxuriosum, ibidem.
58 *Lex duplex permissoria, & absolutoria.*
59 *Homicidium adulterij in Terris Ecclesiæ non est permissum.*
60 *Homicidium licitum in bello iusto.*
61 *Bellum iustum quando.*
62 *Milites non tenentur iudicare an bellum sit iustum, quoniā pro Rege præsumitur.*
63 *Homicidium licitum ex causa defensionis quando.*
64 *Defensio vt sit iusta, quæ concurrere debeāt.*
65 *Homicidium licitum est pro defensione honoris.*
66 *Et etiam pro vita, & honore proximi.*
67 *Duellum omni iure est prohibitum.*
Enumerantur personæ incidentes in pœnas duellorum, ibid.
Excommunicati sunt duellātes excommunicatione Papali, & à solo Pontifice absolui possunt, ibid.
An obliget maiorem ad respondendum minori, ibidem.
Exēpla multa inter Reges, & alios Principes, ibidem.
Quando permittitur pro salute publica, ibidem.
Non est in singularibus certaminibus, sed in spectaculis formatis cum destinatione loci, armorum, & Patrinorum, ibid. in fine.
68 *Occidere se ipsum non licet, nisi in quinque casibus.*
69 *Ordinata charitas incipit à se ipso.*
70 *Nemo est Dominus membrorum suorum.*
71 *Clericus percutiens se ipsum, incidit in cap. si quis suadente.*
Mutilare membrum zelo charitatis non licet, ibidem.
72 *Abstinentia quando est licita.*

Vulne-

Vulnerare se ipsum quando licet, ibid.
73 Quarelam prosequi an liceat tuta conscientia, & nu. seqq.
74 Accusare quando quis teneatur.
75 Et quando peccatur nõ prosequẽdo.
76 Remissio offensi coram Confessario, aut Notario, vel in mortis articulo quando sufficiat.
77 Vindictam ordinatam ab offenso prosequi haredes tenentur.
Prosequi vindictam à testatore, ibid.
78 Offensi non prosequendo iniuriam quando peccant.
79 Remissione partis offensa facta, Iudex ex officio procedere potest.
80 Princeps non potest remittere, vel commutare pœnam absque partis remissione.
81 Parte remittẽte quando aggratiare potest.
82 Luminaria magna duo sũt in mundo, pramium; & pœna.
Pramium, & pœna mundum substinent. ibidem.
83 Monarchia cadentis inditium quando.
Inditia cadentis Monarchia, ibid.
Iustitia cadens, est inditium cadentis Monarchia, ibidem.
84 Remittendo pœnam quando peccant Principes, & supplicantes.
Delicta grauia non sunt aggratianda, alias peccatur, ibidem.
Gratiam facere in grauissimis delictis est peccatum, etiam quoad eas petentes, ibidem.
85 Pietas est contra pessimos esse crudelem.
86 Ordo est quandoque ordinem non seruare in delinquentes.
87 Barones de iure ciuili nullam habebant iurisdictionem.
89 Litera arbitraria qua, & quot sũt, & 109.
90 Commissarij suas commissiones ostendere tinentur.
Consiliarij tenentur ostendere eorum commissiones, ibidem.
Barones eorum priuilegia ostendere tenentur ad videndum, si adsunt litera arbitraria, ibidem.
91 In Regno solent habere literas arbitrarias.
92 Ecclesia habentes Castra ante constitucionẽ. Ea quae ad decus. an habeant literas arbitrarias.
93 Domini in Regno quãdo erant ante aduentum Normandorum.
94 Carolus Magnus dedit licentiam donandi Ecclesijs post eiectos Longobardos.
95 Normãdi omnia in Regno sibi acquisiuere, & in allodium constituerunt.
96 Rodulphus Macbabeus quomodo se titulabat.
Pomerium quid significat, ibidem.
97 Immensitas, est mensura fauore Ecclesiarũ.
98 Rogerius Comes. fundauit Monasterium SS. Stephani, & Brunonis in Calabria.
99 Literæ arbitraria vnde habuerant originẽ.
100 Robertus Rex erat secundus Salomon.
101 Iustitiarius vnus erat in Regno cũ duobus Iudicibus ante literas arbitrarias.
101 Iurisdictio in Regno quomodo exercebatur ante literas arbitrarias.
102 Barones ante literas arbitrarias quomodo exercebant iurisdictionem.
103 Augustalis vnius pœnam tantũ imponere poterant Barones.
Barones vocabantur Terrerij eo tempore, ibidem.
104 Inquisitiones generales fiebant antequam Barones haberent iurisdictionem.
105 M. C. V. per Prouincias discurrebat praterquam in Calabria.
Calabria Prouincia non visitabatur à M. C. V. ibidem.
106 M. C. V. fuit pessundata per quatuor literas arbitrarias.
107 DD. Constantij, & de Franchis fallacia.
108 Iurisdictio Baronibus non à Rege Alphonso concessa, sed confirmata tantum.
109 Literæ arbitrariæ, quæ sunt, quando missa fuerunt, & quid continent, & nu. 110. & 111.
112 Barones ex officio procedere possunt in caussis hic expressis.
113 Possunt commutare pœnam corporalem.
114 Non debent esse procliues ad pœnas commutandas, vel ad componendas, vel ad componendum.
Officiales Baronales non sint faciles ad componendum delicta, ibidem.
115 Blasphemias componere quãdo possunt Barones.
Clerici blasphemi quomodo puniantur, ibid.
Barones quando blasphemias componere possunt, ibidem.
116 Soliti delinquere, ad compositiones non admittantur.
Componi non debent soliti delinquere, ibid.
117 Barones non possunt componere, nisi cum Iudicibus, & Actorum Magistris.
Nec in crimine raptus, nec in alijs, & nu. 122.
Componere non possunt Barones sine Iudicibus, & Actuarijs, ibidem.
Rapti crimen componi non potest, ibid.
118 Componi non possunt Grassatores, seu Piratæ, vel Ruptores viarum.

Latro-



VERS.

VERS. XII.

OBSERVATIO I.

Quid sit pœna, & quotuplex, & in quibus casibus irrogari potest, & multa de pœna homicidij, assassinij, ac duelli, atque de quatuor litteris arbitrarijs Baronibus concessis.



TETIGIMVS supra in *vers. 9. obseru.* 3. materiam Notariorum, & Iudicum ad cōtractus, & de fide, & qualitate ipsorū, ad quæ nos referimus. nunc vero de pęna in hoc versiculo prænominata, & de concernentibus materiam pœnarum tantum agere intendimus: postquam respectu cōtrauentionis huius Pragmaticæ, iam in ea contra Notarios declarata est pœna priuationis officij, quæ
1 non habet locum, nisi in casibus à iure expressis, *Curt. Iun. in cons.* 238. *nu.* 26. *& seq. vers. confirmatur, Alex. in cons.* 103. *nu.* 15. *lib.* 1. quando autem officium esset concessū mediante pecunia, non posset Princeps sic de facili priuare, similiterq; esset, si concessum ob merita reperiretur, *Aluar. Valasc. in consult.* 77. *nu.* 5. attamen de officij materia vide supra *vers.* 4. *obseruat.* 2. *in allegat. pro Pyrro de Ciaccio*. Prosequendo ergo mate-
2 riam hic tactam, dicimus quod Pęna est nomen generale, omniumq; delictorum coercitio, & differt à Mulcta, quę est specialis peccati, cuius animaduersio est hodie pecuniaria tantum. Pœna autem non irrogatur, nisi reperiatur à lege, vel à iure pro delicto imposita: potestq; esse pecuniaria, personalis, & irrogationis infamiæ, secundum *l. aliud. l.* 2. *§. inter mulctam. ff. de verb. signif.* verū si statutum dictaret, ipso iure incurri in pęnam, tunc non esset ferenda sententia super solutione pœnæ, sed super declaratione solutionis pęnæ, *Bal. in cap.* 1. *§. vel si cum filia. nu.* 3. *quib. mod. feud. amitt.* licet declaret, quod siue Iudex dicat, condēnamus, aut declaramus te incidisse in talem pęnam: idem sensus esset.

3 Datur etiam pœna arbitraria, quæ propriè Iudicis est, vt in *constitut. Regni. Multa leges.* maximè si delictum ex causa defensionis honoris, vel tutelæ propriæ euenerit, quæ iure naturali, & gentiū reperiretur inducta, *l. vt vim. ff. de iustit. & iure.* & in *const. Regni. Iuris gentium*. Iudicis enim arbitrio multa constituta sunt, vt notat *Afflict. in decis.* 391. semperq; insequendo dispositiones *l. aut facta. & l. respiciendum. ff. de pœnis.*

4 Pœna multiplicanda, vel extendenda, non est, nisi in vno tantum casu, idest contra offendentes Episcopos, *clem.* 1. *de pœnis. vers. quod si terra.* & ideo quādo in statuto disponitur, vt pro aliquo verbo iniurioso quis talē patiatur pœnā, si vnico contextu pluries illud iniuriosum verbum dixerit, pęna vnica erit, *Bal. in cap.* 1. *nu.* 18. *quibus modis feudū amitt. & in cons.* 361. *quidem dixit. circa princ. vers. quandoque verba significant. lib.* 4. *Bart. in cons.* 108. *nu.* 9. *lib.* 1. vbi *Apostilla* alios allegat. Verum si iniuriosa verba multiplicata, ac diuersa delicta sonarent, diuersasq; iniurias facerent, puta vocando aliquē latronem, adulterum, homicidam &c. tunc plures pęnæ imponendæ veniunt, vt per *Bal. ibidem, qui in cap.* 1. *nu.* 13. *quib. mod. feudum amitt.* affirmat, quod si statutum punit mandantem, non extenditur ad facientem, secus è conuerso, nisi statutum requirat, quod fecerit propriè, & expresse, & ita etiam tenet *Bart. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur.*

5 Quo verò ad pœnas ciuiles, stylus est in S.C. vt nunquam condemnatio fiat ad pęnā, nisi quatenus cum interesse concurreret, *Afflict. in decis.* 135. *vers. disputabant alij Domini, & in decis.* 154. *versic. item quia* Sed dubitari solet, numquid semel condemnatus pro aliquo delicto, possit amplius pro eodem delicto cognosci, & negatiuè re-
6 spondetur, quoniam Deus non iudicat bis in idipsum, *Num.* 1. & vide infra hic *nu.* 13. *in fine. & Diuus Thomas* 2. 2. *quæst.* 68. *art.* 3. *in* 3. *dubio. Bart. in l. Senatus. ff. de accusat. Lupus in allegat.* 30. *num.* 8. *vers. numquid. Bart. in cons.* 199. *& Cardinalis Tuschus in pract. in verb. pœna. conclus.* 210. vbi multos casus hinc inde refert, sed in Regno nostro
7 aliquādo pretenditur contrarium in casibus mixtis, vt videre poteris in *consultatione S. M. facta vltimo Martij* 1572. *in cap.* 10. *qua dicitur dell* 40. *capi.* in qua habes, quod Prorex illius temporis, qui erat D. Cardinalis Grannela cum Collaterali Consilio Regi
8 nostro respondit, quod in causis mixtis Iudices laici procedere possunt contra laicos. verum in causis expressis ibi à D. Rege interim dari præuentionem, videlicet.

9 Causa notorij sacrilegij, & vbi necessariū non est processum facere ob notorietatem casus, tunc enim Ecclesiasticus potest excōmunicare. (licet sacrilegium mixti fori sit, *Add. ad pract. crim. Diaz cap.* 89. Causa blasphemiæ, vtriusque fori est cognitio, *Ignat. Lopez add. ad pract. crimin. Diaz cap.* 120. blasphemia enim portat ad incredulitatem *D. Thom.*

D.Thom. 2.2. artic.13. quaſt.1. & 3.

10 Cauſa verò adulterij quoad ſeparationem Thori, & validitatẽ matrimonij, ad quæ etiã vide *Vinc.de Franch.decif.36.& Conc.Trid. ſeſſ.24. cap.8. de reformat. matrim.*

11 Cauſa capientis duas vxores publicè, quo caſu Eccleſiaſtici excommunicare poſſunt.

Cauſę periurij, vtriuſque fori eſt cognitio, *Bal.in §.vaſalli. nu.2.de pace conſtant.*

12 Cauſa publici concubinatus, quo caſu Eccleſiaſticus excommunicare poteſt, ad finem relinquendi concubinam, vt euenit in anno 1628. nam ab Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo D. Cardinali Boncompagno vigilantiſſimo Archiepiſcopo Neapolis, quãplures concubinarij per edicta publica fuerunt declarati excommunicati. videnduſq; eſt in hac materia *text. in S. C. Trid. cap.8. ſeſſ.24. de refor. matrim.*

13 Tu autem vide *conſt.Regni. Maieſtati noſtra. ſub tit. de adulterijs coercendis*. vbi diſponitur, ꝙ adulteri cognoſcantur ab Eccleſiaſtico, & laicus cognoſcit ſolũ quando fuiſſet violẽtia, & inſultus, vt ibid. multaq; circa cauſas mixtas vide per *Maſtrill.in dec.210.*

Nota tamen in iſtis delictis mixti fori, ꝙ ſi vnus Iudex pœnam impoſuit, non poteſt alter iterum punire etiam ad exceſſum pęnæ, ita *Pater Diana moralium reſolutionum in tract. de immunitate Eccleſiaſtica, reſol.* 107. *fol.76.* in quo alia multa habes in materia iſtorum delictorum mixti fori.

14 Omnium pęnarum duo ſunt genera, corporales, aut non corporales, *Clar. in §.fin. quaſt.67. in princ.*

Corporaliũ verò duę ſunt ſpecies, capitales, & non capitales. Capitaliumq; ſpecies ſunt tres.

Prima eſt amiſſio vitæ, ideſt vltimum ſupplicium.

Secunda eſt amiſſio Ciuitatis, & libertatis ſimul, puta quando quis condemnatur ad metallum, quæ pęna hodie eſt condemnatio ad triremes.

Tertia eſt amiſſio Ciuitatis tantũ, quando quis deportaretur.

Quo vero ad primã amiſſionis vitę, plures ſunt cauſę, ꝓ quibus vita amittitur, ſed regulariter pꝯcipua eſt cauſa homicidij; meritò ali qua magis practicabilia examinabimus circa hoc delictũ homicidij (circũſcriptis alijs.)

15 Homicidium vltra prohibitionem ex Dei præcepto, ibi, *non occides*: pulchriorẽ *tex.* non habes, quam in *Regni noſtri conſt. Terminũ vita hominum.* in illis verbis. *Terminum vita hominum à Diuina Prouidentia nobis commiſſum, quantum poſſibile ſit, illius tantummodo iudicio reſeruantes, qui hominem condidit, & redemit.* (Repetitionemq; huius *text.* vide per *Io.Vinc.de Anna in fine primi voluminis Conſil. Fabij de Anna eius filij*, vbi omnia iura prohibitiua homicidij recenſet, *tam ff. quam Codicis, quam feudorum, quam canonici, & ſexti.*)

16 Cumq; ſoli Deo, qui dedit vitam, permiſſum ſit illã tollere: dum homines, qui alius necare intendunt, Deo aſſimilari volunt, eadem re, Angeli, & omnes creaturæ clamant apud Deum contra homicidam ſuperbum, qui Deo aſſimilari vult, vt in *Geneſ. 3. & Deuteronomij* 22. & notat *Afflict. in deciſ. 391. circa medium*, ex ſententia *Ariſtotelis in lib.de Regim.Princip. C.de Regis iuſtitia.*

17 Ideo caueant Iudices, (qui Dei miniſtri ſũt, à quo omnis iuriſdictio mediatè, & immediatè procedit, vt per *Hoſtienſ. in cap.1. §. hac ſancta.de ſumma Trinit.*) ne homicidas impunitos relinquant, *D.Thomas 2.2. quaſt.* 68. *artic.4. & l.1. C. de deſertoribus. lib.12.* propterea Carolus Primus quemdam Iudicem ſuſpendi iuſſit, ex quo pęna tantũ manus homicidam punierat, teſte *Andr.in cap. 1. qua ſint regalia*, & meminit *Tiraquell. in prafat. num.9. de pœnis legum temperandis, tom.7. Cicero autem in 2.oratione in Verrẽ.*
18 aduertit, *Iudices qui nocentem liberãt, tam grande facinus facere, quam reos ipſos committere.* Iudex enim qui reos nõ punit, eſt infamis, *text. eſt notab. in l. ſeruos.8. in fin. C.ad l. Iul. de vi publica.* de quo dixit *Rom. in ſingul.7. Magnum legiſtis eſſe vituperiũ, ſi ignorant, qua pana Iudex puniatur, qui panam reo diminuit, vel auget.* & notat *Tiraquell. in loc. cit. nu.13. & ſeqq.* & vide infra hic *num.*124. non enim in iudicio eſt habenda perſonarum exceptio, alias peccatum eſſet, *D. Thom. 2.2. quaſt.63. artic.4.* & aduertendum eſt, quod Iudex, qui hominem ritè, rectèq; ad mortem condamnat, tanquã Dei miniſter facit, vt diximus ſupra, & videbimus [illegible] *nu.124.*

19 Homicid[illegible] hominis iniuſta occiſio, vel hominis peremptio, *clement. homicidiũ. de panis.* & pluribus modis committitur, ideſt mente, verbo, realiter, voluntariè, caſualiter, licitè, & indebitè.

Mente committitur, quãdo quis in men-
20 te retinet proximum occidere, & tunc eſt peccatum mortale tantum, *cap. homicidiorum. cum ſiq. de panit.diſt.1.*

Verbo occid[illegible]ur, quando mandatum da-
21 tur, & tunc virtualiter reale dicitur, *d.cap. homicidiorum.*

Voluntarium vero poteſt eſſe licitum, &
22 illicitum: licitum ſi publica fit auctoritate, vt in *titulis de panis, & in d. cap. homicidiorum,*

S f

rum, *& cap. si homicidium*, *& cap. Rex debet*, *& cap. Regum officium. 23. quæst. 3.* & alibi, estque etiam licitum in rapientes mulieres, *l. 1. C. de raptu virg.* vbi quod ex raptu virginum, & aliarum mulierum, licitum est raptores, & auxiliatores occidere, & habetur etiam *Genesis. 34.* quinimò & Iudex locirapcores ad mortem condemnare potest nulla fori præscriptione obstante, ac omni appellatione remota, vt ibidem, alia autem circa materiam hanc vide infra *vers. 13. obseru. 1. in præsumpt. 101.* vbi quid in facti contingentia euenit: licitum est enim homicidium ex causa honoris, quia crudelis esset, qui suã famam negligeret, *Andr. Gayll. obseru. lib. 1. obseru. 10.*

Illicitum est, quando propria auctoritate ad vindictam committitur, de quo loquitur *const. Regni. Terminum vitæ hominis.* & patratur quinq; modis. Primo, facto, idest operà. Secũdo, præcepto. Tertio, Consilio. Quarto, auxilio. Quinto, permissione, aut omissione, vt in *l. respiciendum. ff. de pœnis*, *& cap. Petrus Diaconus. de homicidijs.*

23 Homicida voluntarius, etiam occultus, nedum ad sacros ordines est inhabilis, sed etiam ad quoduis aliud beneficiũ ecclesiasticum, vt in *S. C. Trident. sess. 24. cap. 6. de reformat.* super quo fuit dubitatum, an mandans homicidium committi in personam vnius, si in personam alterius committatur, incidat in pœnam *d. cap. 6.* & sacra Congregatio Cardinalium censuit non incidisse in irregularitatem, quæ ex voluntario homicidio contrahitur, & ita in anno 1587. fuit responsum ab Eminentissimo Cardinali Carrafa, Episcopo Heracensi, vt per *Magistrũ Petrum Vincentiũ de Marzillam super decretis Sacr. Conc. Trid. lib. 4. in tit. de homicidio voluntario, vel casuali, fol. 46. col. 1. & in col. 2. ibidem*, testatur, quod qui mandauit aliquẽ baculo verberari, eo expresso, ne occideret, si mandatarius armis percusserit, & occiderit, mandans non incideret in dicto decreto S. C. Trid. quod confirmat *Nauarr. in manuali confessorum. in cap. 27. num. 240.* Et ratio est, quia d. S. C. requirit homicidiũ per industrias, per insidias, aut ex proposito, & *decisio Cardinalium 243.* censuit ex homicidio merè casuali, cum nulla pęnitus fuerit admissa culpa, & in qua dabatur opera rei illicitæ, nullam oriri irregularitatem, vt in *d. lib. 4. fol. 46. col. 2. in fin.*

24 Quandoq; homicidium committitur mediante assassinio, quo casu grauissimè plectẽdi sunt mandantes, & mandatarij. Et pro habenda cognitione istorum assassinorum post *cap. 1. de homicid. in 6.* perquire *Franciscum Duarenum in lib. 2. disputat. Anniuersariarum. cap. 12. circa finem*, quo loci habetur, qui sunt Isauri latrones, vt in *l. Prouinciarum. C. de ferijs*, *& Bart. in l. Cicero. ff. de pœnis.* In talibus enim delictis exquisitus requiritur castigator, nec inhumanitas est, sed potius summa quædam humanitas, cum multi paucorum animaduersione saluantur, *§. 1. vers. adulteria. in auth. de Proconf. Cappadociæ. collat. 31.*

Assassini verè dicebantur illi serui Regis Syriæ, qui ad eorum Dominorum mandata Christianos occidebant, *cap. 1. de homic. in 6.* arcta autem significatione illi dicuntur assassini, qui in vijs publicis, vel priuatis viatores occidunt, & spoliant, *Salyc. in l. non ideo minus. ff. de accusat.* sed isti impropriè assassini vocantur, & non comprehenduntur in *d. cap. 1. de homicid. in 6.* tu autem vide *Addit. Ignatij Lopez ad pract. crim. Diaz cap. 99.* vbi pulchrè distinguit. Verum communis receptaq; opinio de consuetudine est, vt illi assassini vocentur, qui pretio conducti homines occidunt, vel vulnerãt: & tam mandantes, quam mandatarij etiam clerici dispositioni, *d. cap. 1. de homicid. in 6.* subiacent, in quo textu *Dominicus, Geminianus, Anchar. & Imol.* ita tenet, & *Capyc. in decis. 112. & 155. Diaz. & ibi Add. in praxi crim. quæst. 8. nu. 11. Abb. in cap. at si clerici. nu. 41. de*
25 *iudicijs*; vbi quod isti assassini in frustra sunt diuidendi, & Clerici tam mandantes, quam mandatarij ipso Iure clericale priuilegium amittunt, vt per *Capyc. d. decis. 112.* & alios supra citatos, licet hodie sit attendẽda *Bulla Clementis* circa id emanatam.

Sed si data pecunia, effectus secutus non fuisset, tunc, aut interueniret actus propin-
26 quus, quia dedit cum ense, aut alio genere armorum, & non perfecit effectum; & tunc punitur, ac si consumatus esset actus, vt in *pragmat. 1. sub titulo de assassinio*. aut verò interuenit actus extrinsecus, & tunc extraordinariè punitur, vt *DD.* supracitatos. Sed ex *Pragmatica Domini Cardinalis Zappatæ sub die 29. Augusti 1621.* fuit prouisum
27 Pragmaticam D. Cardinalis de Granuela contra mandantes, & mandatarios (*quæ est prima, sub titulo de assassinio*) debere extendi etiam cõtra mandatores, quamuis plures, & contra quoscumq; transiuit consensus delicti, etiam si per plures manus tractatus, aut cooperatio assassinij interuenerit, & ita per prius dixerat oculatissimus *Rouitus in dicta pragmat. 1. de assassinio*.

Assassini Ecclesiæ immunitate non gaudent, *d. cap. 1. de homicid. in 6.* & dicemus in *vers. 13. obseruat. 2. in fine.* sed aduerte, quod in

in Regno noſtro non fuit vſu receptum, vt aſſaſſini ipſo iure ſint excommunicati, vt in *d. c.* 1. *de homic. in* 6. ſed vbi fuit vſu receptũ *d. cap.* 1. circa excommunicationem, obſeruatur.

Reliqua verò concernentia materiam aſſaſſinij, in infraſcriptis Allegationibus videre poteris.

ALLEGATIO XXVI.

Clericus inquiſitus de aſſaſſinio, ſi eſt Cappellanus Regius, an ad Dominum Cappellanũ Maiorem ſit remittendus? & multa de Cappella Regiæ, ac Domini Cappellani Maioris iuriſdictione.

Donnus Fabritius Ruffus de Iugliano inquiritur in M.C.V. de duobus capitibus.

Primo, quod in primo die Veneris Martij 1619. à duobus aſſaſſinis immitti fecit ictum ſcupittæ in V.I.D. Octauium Giraldum, qui ex Dei omnipotentis gratia fuit liberatus.

Secundo, quia non contentus de eodem primo delicto, & quod de menſe Nouembris 1619. inſimul cum ſuis fratribus, & alijs fecerat porrigere Domino Duci Oſſunæ capita falſa, & infamatoria, contra dictum Octauium. Poſtea de menſe . . . . . 1620. depoſitatis duc. 300. dedit mandatum ad occidendum ipſum Octauium, vt ex actis.

Pro iſtis ergo duobus delictis aſſaſſinij, vnius conſumati, & alterius tentati, fuit emparatus in carceribus Caſtri Noui ordine M.C.V. referente Regio Conſiliario Rouito, tunc temporis pro Iudice in M.C. & fuit ita confirmatum per S.C. & in Collat. Conſ. vt diximus ſupra *verſ.* 3. *obſeru.* 3. *nu.* 273. deinde fuit petitum cauſam eiuſdem inquiſiti remitti ad Curiam Reuerendiſſimi D. Cappellani Maioris, ex quo prætenditur eſſe Cappellanum Regium, & per M.C.V. fuit prouiſum, quod remittatur.

Appellauit prædictus querelans ad S.C. in quo eſt ad præſens facienda relatio, & ſperat omnino debere reuocari decretum M.C.V. & prouideri, ꝙ cauſa remaneat, iam quod fuit cognitum de iuſtitia cauſæ, quando fuit prouiſũ, quod empara facta firma remaneat. & virtualiter obſtat exceptio rei iudicatæ, & litis finitæ, ſemper eo m, quod concurrunt tria requiſita verè, vel interpetratiuè, obſtat 29 exceptio rei iudicatæ, *D. de Ponte in conſil.* 137. *nu.* 13. *vol.* 2. Quinimo ſi venit diſcutiẽdum idem ius iam deductum, diſcuſſum, & deciſum, dependens ex eodem fonte, etiam quod res ſit diuerſa, & diuerſus ſit etiam modus agendi, ſemper obſtat exceptio rei iudicatæ, ſecundum *Caſtr. in l. ſi quis cum totum. §. final. ff. de except. rei iudic.* & quid dubium eſt, quod ſemper, quod fuit ꝑ ẽũ de hac cauſa, fuit cognitum de eius Iuſtitia? ergo non eſſet amplius quid tractandum de remiſſione prędicta; ſed ad magis demonſtrandum iuſtitiã Fiſci, & querelantis, infraſcriptę afferuntur concluſiones.

Indubitatum eſt enim, quod reſpectu primi capitis, delictum eſt conſumatum, iam 30 quod ictus ſcupitti fuit immiſſus, & eſt comprehenſum in *cap.* 1. *de homic. in* 6. ex expreſſis verbis *d. cap.* 1. ibi, *quamquam mors ex hoc forſitan non ſequatur.*

Et ſic deciſum refert *Afflict. in conſtit. ſi quis aliquem. ſub num.* 16. contra illum qui traxit dardum cum baleſta, & dedit in arzone Equi, & nõ percuſſit hominem, fuit enim punitus, vt homicida, & aſſaſſinus, & ita etiã tenent.

Gramat. in vot. 9.

Capyc. in deciſ. 155.

Caualcan. de brachio Regio. part. 1. *nu.* 78. & 79. *fol.* 15.

Muſcatell. in pract. crim. in tit. de pœnis delict. nu. 19. *fol.* 21. & *in tit. de ictu ſcupitti. nu.* 23. & 24. aſſerens, quod emiſſo icto ſcupitti, & effectu non ſecuto, eſt pœna mortis naturalis, & Iudex illam minorare non poteſt. Et ante omnes dixerat Lex Diuina in *Exodo cap.* 21. ibi, *Qui percuſſit hominem volens occidere, morte moriatur.*

31 Vtque aſſaſſinij crimen, aſſimilatur crimini Ięſę Maieſtatis, ſecundum *Capyc. in d. deciſ.* 155. merito ob immanitatem talis criminis, Clericus eſt omni priuilegio clericali priuatus, & contra ipſum eſt tradita iu-

32 riſdictio Iudici ſęculari, (etenim quando Summus Pontifex maluit degradationem requiri, in enormibus, expreſſe declarat, vt ſanctiſſimus Pius V. conſtituit in *extrauag. contra Clericos ſodomitas. Datum Romæ in anno* 1568. *Pontificatus ſui anno tertio.* quã ſanciuit, Clericos ſodomitas degradari debere: & Curiæ ſęculari tradi, & Papa Vrbanus VIII. in *extrauaganti edita contra Clericos fabricantes falſas monetas*, ſtatuit degradari, & Curiæ ſęculari tradi, vt ex *Bulla de menſe Februarij* 1628. *eſt videre*) aſſaſſinos autem Clericos à Iudice ſęculari fore cognoſcendos, deciſum referunt infraſcripti DD.

Capyc. in deciſ. 112. *nu.* 4. & *deciſ.* 155. *poſt nu.* 25. *verſ. ſed hanc.* ſubdens in *num.* 26. quod Iudex ſęcularis eſt Index competens in aſſaſ-

finio, contra Clericum, & alios refert, & inde nu. 27. tenet, quod inter alias pœnas contra Clericum assassinũ est, vt cognoscatur à Iudice sęculari.

Gram. in vot. 8. nu. 4. & in vot. 11. circa princ. vers. quo ad primum, & in vot. 9. nu. 18.

Clarus in § fin quæst. 36. nu. 30.

Decian. in cons. 82. vol. 2. indubitanter sic affirmat.

Bouadilla in politica tom. 1. fol. 359. nu. 58. lib. 2. cap. 18.

Præsidens de Franchis in decis. 176. in fine, vbi fuit decisum, non dari remissionem causę in delicto assassinij, quia Iudex laicus debet cognoscere, ex quo Clericus assassinus est omni priuilegio clericali priuatus, & in alia sua *decis. 571. num. 7.* dicit absque degradatione Clericum assassinum cognosci posse à Iudice sęculari,

Riccius in eius collect. 101. in fine, qui alios recenset.

Diaz in pract. crim. cap. 93. num. 4. vbi quod Clericus assassinus est omni priuilegio clericali priuatus.

Ignatius Lopez in addit. ad d. cap. 93.

Circumspectus Regñ Tapia Marchio Belmontis in Iure Regni, in tit. de sacros. Eccles. in constit. de personis. num. 11. fol. mihi 17. vbi quod absque degradatione proceditur contra Clericos assassinos, quia ipso Iure amittunt priuilegium clericale.

Remig. de Gonny. in tractatu de immunit. Eccles. fol. 15. nu. 20. & est in tractatibus tom. 13. part. 1. vbi quod contra Clericum assassinum Iudex laicus est Iudex competens, & alios allegat.

Camillus Borrellus in tract. de Regis Catholici præstantia, cap. 17. num. 121. fol. 475. tenet idem.

Patet enim respectu huius primi capitis assassinij consumati, quod semper, quod probabilibus argumentis constaret Clericum tale scęlus patrasse, eo ipso est subditus Iu-
33 dici sęculari, & id procedit tam in mandatario, quam in mandante, vt per *glos. in d. cap. 1. de homic. in 6. in verb. mandauerit.* subdens, *mandauerit, ergo cogitatio nõ sistit in suis finibus.* & ideo punitur, & ibi *Io. And. in addit.* dicit, *quia hoc ipsum mandare est delictum consumatum.*

Quo vero ad secundum caput assassinij tentati, idem dicimus, quod nec etiam po-
34 test prętendi remissio causæ, vt alias in causa simili iudicatum extitit.

Fuit enim inquisitus in M.C.V. Reuerendus Prothonotarius Capuanus de tentato assassinio, in quo licet non fuerit deuentum ad actum proximum, sed ad tractatum tantum, (vt est in casu nostro) tamen dictus inquisitus fuit compositus in ducatis 400. cũ consensu Illustrissimi Cardinalis Columnæ Viceregis illius temporis, & Collateralis Consilij, vt refert *Gram. in vot. 8.* præsupponendo ibi *Gram.* quod in assassinio tentato sit locus compositioni.

Sed *Clar. in §. assassinium. vers. scias.* dissentit ab opinione *Gram.* & tenet, quod in tentato assassinio pęna est arbitraria Iudici, imo *Gram in vot. 9.* est sibi contrarius, & affirmat in mandatario tentante assassiniũ imponi pœnam mortis. Licet videatur tenere miniorem pęnam esse in mandante, quam in mãdatario, sed decipi videtur in hoc, quia
35 plus delinquit mandans quam mãdatarius, ex quo mandans scandalizat duos in Republica, videlicet mandatarium, & offendendũ; sed mandatarius scandalizat vnum tantum. i. offendendum, ergo plus debet puniri mandans quã mandatarius. Et ideo sanctissime dicebat *Beatus Ioãnes de Capistrano in trac. de vsuris. nu. 32. & est mihi in tract. tom. 7. fol. 93.* quod qui tale patratur crimen, diaboli officium assumit, qui non cessat instigare, & sollicitare homines ad malum, sciẽter, & ex proposito. Hinc est, quod consilium malum datum seruo, vel vasallo, punitur etiã si ad perfectionem non deuenerit, *l. si quis seruo. 20. C. de furtis.*

Et ne punctuales deseant decisiones, vt
36 mandans teneatur crimine assassinij, etiam si nõ fuerit deuentum ad actum proximum, dignentur Domini Iudicantes videre infrascriptos DD. sic tenentes.

Episcopum Diaz in d. pract. cap. 98. nu. 6. in fine.

Angel. in cons. 13. vol. 1.

Cassan. in consuet. Burgund. vers. des Iudices. rub. 1. vers. aduerte. fol. mihi. 53. & fol. 173. nu. 11. vbi ponit duo exempla, & refert fuisse suspensos tres in Ciuitate Mediolani pro quodam tentato assassinio.

Iacob. de sancto Giorgio magnus practicus in l. 1. §. hac verba. ff. quod quisque iuris. sic
37 dicit, ex quo in tali delicto, punitur affectus, licet non sequatur effectus, & ita tenuit *Cass. vbi supra in d. fol. 172. nu. 11.*

Regula enim, quæ sic habet, vt non puniatur affectus, nisi sequuto effectu, *l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis.* per quem sic dixit *Bal.* viua voce, vt testatur *Salyc. in l. qui cum telo. C. de Sicarijs.* & notat *Ioachin. Mising. in 2. centur. obseruat. nu. 9. fol. 338. & Mastrill. in decis. 293.* fallit in hoc pessimo crimine assassinij, *Card. Tusch. in pract. in verb. assassinium. num. 41.* ex ratione, quia immediate, quod mandans, declarauit diabolicum animum

animum fuum in dando mandatum, confumauit delictum quo ad fe, fi quidem bene poterat effe, vt mandatarij ftatim exequutioni demandarẽt tale delictum, & ideo puniri debet, ac fi mandatum fuiffet confumatum; & fic punctualiter tenet *Remig. de Gonny. in d.tract.de immunit. Eccles. fol.* 15. *nu.*4. & facit *l.aut facta.§.euentus.ff.de poen.*

Conftat igitur ex prædictis cognitionem delicti fpectare ad Iudicem fæcularem, ergo, &c. Sed in hoc vide, quę poft hęc fcripta dicit *Diana moralium refolut. in tract.de immun. Eccles. refolut.*51. *fol.*50.

Pars aduerfa videns has iuris conclufiones euitare non poffe, nititur duobus medijs refpondere.

Primo enim negat adeffe qualitatem affaffinij, vt ex memoriale D. Capppellani Maioris fol. . . .

Secundo, prætendit Reuerendiff. D. Cappellanus Maior, quod præuenit in perfonam inquifiti, ex quo ad eius inftantiam erat carceratus in Caftro nouo, quando M.C.V. eum emparauit.

Sed refpondit quęrelans, quod in vtroque caret fundamentis.

Quo ad primum dicit, nimis conftare ex
actis de vtroq; delicto, & licet fufficiant pro-
38 babilia argumenta tantum, in hoc crimine,
& ita dicit *text. in d.cap.1.de homic. in 6. cir-
ca fin.* ibi.

Quicunq; Princeps, vel Prælatus, feù quæuis alia Ecclefiaftica fæcularifuè perfona quępiam Chriftianum per affaffinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit, (quamquã mors ex hoc forfitan nõ fequatur) aut eos receptauerit, vel defenderit, feu occultauerit, excommunicationis, & depofitionis dignitate, honore, officio, & beneficio incurrat fententias ipfo facto; & poftquam probabilibus conftiterit argumẽtis al quem fcelus tam exacrabile commififfe, nullatenus alia excommunicationis, vel depofitionis, feù diffidationis aduerfus eum fententia requiratur.

Sufficiunt enim fecundum dictam legem,
argumenta probabilia in hoc delicto, vt eft
39 etiam alias prouifum in transfuga Milite,
l. non omnes. §.à barbaris. ff. de re milit. ibi.
*Sed licet hoc liquidè probari non poffit, ar-
gumentis tamen cognofcendum eft.* Sed in ca-
fu de quo agitur adfunt nedum argumenta
probabiliffima, fed notoriæ probationes, &
coniecturæ, & inditia clara, imo continuatus
animus delinquendi. Merito de affertione D.
Cappellani Maioris negantis qualitatem
affaffinij, non eft curandum.

Refpectu vero fecundi capitis præuentio-
nis perfonæ, fundauimus fupra, quod cogni-
tio huius delicti affaffinij fpectat priuatiuè
ad Iudicẽ fęcularem, ex difpofitione *d.cap.* 1.
ibi, *ipfo facto, &c.* & ex DD. fuperius allega-
tis, fed quatenus fpectarce cumulatiuè habi-
to refpectu ad præuentionẽ, quod negamus.
40 circumfcripto affumpto, quod D. Cappel-
lanus Maior non poteft cognofcere, nifi de
delictis concernẽtibus Cappellam Regiam,
cap. cum Cappella. de priuileg. & ad tradita
in *l. magifteria. C. de iurifd. omnium Iudic.*
& circa ea tantum habet iurifdictionem de-
legatam, & fpecialem, vt alias fundaui fupra
in *verf.*3. *obferuat.*3. *nu.*273. *& feq.*

Quando enim delictum eft militare, ideft circa concernentia Cappellam, tunc debet cognofci à Cappellano Maiore, fed quando delictum eft commune, puta homicidium, vel adulterium, tunc cognofcitur à M.C.V. vt per diftinctionem *D. de Franchis in decif.* 88. *nu.*2. fecundum quam in *nu.* 4. deberet ante omnia cognofci de priuilegio illius, qui prætendit cognitionem caufæ.

Etenim Cappellanus Maior nullã habet, nec habuit præuentionem, quia non præuenit realiter, nec verbaliter, vt eft notum.

Non verbaliter, quia non cępit informationem, nec citauit, nec aliquid circa hæc fecit.

Non realiter, quia M.C. præuenit in arreftando dictum inquifitum in carceribus Regijs, vbi eum inuenit, imo dum D. Cappellanus maior eum habilitaffet, fuit ftatim à M.C.V. captus carceratus, & cum fua empara fuit tranfmiffus è carceribus M. C. ad carceres Caftri Noui, & ita expreffe mandauit Illuftriffimus Dominus Cardinalis Zapata Regni Prorex.

In caufis præuentionum, ille Iudex pręue-
nire dicitur in delicto, qui prius inquifitum
41 citauit *Afflict. in decif.* 219. & in pari caufa
potior eft conditio Iudicis, qui præuenit,
*Bal. in l. neganda. in 1. notab. C. qui accuf. non
poff. D. de Franch. in decif.* 147. *nu.*5. *& dec.*
305. *nu.* 3.

Cũ ergo M.C.V. pręuenit verbaliter, quia
habet informationem in eius poffe, præuenit
etiam realiter, quia carcerauit, & arreftauit
inquifitum vbi eum inuenit; & arreftatum
detinet, ergo nullo iure poteft prætendi re-
miffio caufæ, vt alias fuit decifum per *Capy.
in decif.* 112. *num.* 7. ex ratione, quia habet
caufam in manu, & Clericum arreftauit vbi
eum inuenit, non prætereundo dictum *Gra-
mat. in decif.* 30. *nu.* 12. quod de præuentio-
42 ne non poteft agi, quando agitur cum Iudi-
ce, qui prætendit habere iurifdictionem ex
priuilegio, nifi exhibito priuilegio, & fic etiã
firmat *D. de Franch. in decif.* 88. vbi fuit de-

cisum, vt causa Capitanei vnius triremis inquisiti de adulterio, remaneret in M.C.V. nõ obstante remissione petita ad Audientiam Regiarum Triremium.

Sed ne punctualis deseat decisio in casu nostro, dignentur Domini Iudicantes videre, *Bart. in l. 2. §. 1. num. 4. per totum. ff. de custod. & exhib. reorum*. vbi affir-
43 mat, quod quando quis est carceratus in carceribus, potest à diuersis Iudicibus recommendari pro diuersis causis, & quando causæ sunt ambo criminales, grauius crimen præualebit, licet debet cognosci prius ab illo Iudice, qui prius recommendauit, & postea ab alio Iudice, qui secundo loco recommendauit, iste est casus noster, quia inquisitus reperitur in carceribus Castri noui, Dominus Cappellanus Maior præcedente licentia S.E. eum detinebat pro vno crimine subductionis testium ad falsum deponendum contra ipsummet Doctorem Octauium, iste carcer non est carcer Cappellani Maioris, qui non põt mandare Officialibus dicti carceris, qui sunt meri executores non deputati ab ipso, sed ab alio, & ideo nihil potest, sed tantum potest instare potestati, vt mandet eius carceratum detineri, vt in simili casu Episcopi dixit *Bal. in cons. 91. lib. 5.* & ideo dum M.C.V. illum recommendauit pro crimine assassinij, quid dubium est, quod facere potuit, per *text. expressum in l. si cui. 7. §. fin. ff. de accusat.* & sic præuenit M.C. in captura personæ circa hoc delictum assassinij, contra repertũ in carceribus Regijs, & non in carceribus Cappellani Maioris, & ideo dicere, quod Cappellanus Maior præuenit, est notorius error.

Merito patet vndique, quod tam ratione criminis, quam ratione præuentionis verbalis, & realis, cognitio spectat ad ipsam M. C. ideo omni iure speratur debere decidi, quod causa remaneat in M.C.V. Cętera suppleat Eminentissimorum DD. Iudicantiũ religio, qui pro eorum circumspictione dignentur perpendere induratum cor huius boni Clerici, qui in eadem voluntate delinquẽdi perseuerauit in committendo tam grauia delicta in diuersis, & discõtinuatis temporibus, & putent peiora fore facturum, sed speratur, quod Deus, & Iustitiæ tramites prouidebũt secundum eius demerita. Hæc currenti calamo scripsi coactus amicitiæ vinculo Neapoli die 3. Februarij 1623.

Io. Dominicus Tassonus.

Die 23. Februarij 1623. facta relatione in Collaterali Consilio cũ interuentu illius Aulæ Sac. Cons. in qua causa reperiebatur introducta, fuit inquisitus prædictus remissus ad D. Cappellanum Maiorem, vt in Banca de Bruno.

Et quo ad præuentionem verbalem, vel realem, ac etiam quando Iudex Ecclesiasticus præuenit, & in delictis mixtis, tanquam dignior præferendus, tenet *Mastrill. in dec. 210. 278. & 290.*

Et si delictum assassinij non est consumatum, quid agendum, vide infra hic *nu. 152. in 24. casu*. & infra hoc *versic. obseruat. 2. num. 25.*

ET homicidij materiam prosequendo, postquam diximus de homicidio voluntario illicito, videamus quæso aliqua, ex quibus homicidium excusari possit, & in quibus sit licitum; & quo ad excusationem, ex tribus principaliter causis euenire potest.

45 Primo, ex casu mere fortuito.

Secundo, ex casu inconsiderato, seù quasi fortuito.

Tertio, ex causa iustitiæ.

Ex fortuito casu aliquando prouenit, si
46 culpa præcessit, *l. 3. & l. si putator. ff. ad l. Aquiliam.* & habemus in *constit. Regni. Terminum vitæ hominum. circa finem. D. Tho. 2. 2. quæst. 63. artic. 4.* vbi quando in homicidio casuali pœna adest, & in *cap. si presbyterum. de homicid.* vbi quod in foro poli est necessum, vt adsit lata culpa, quæ dolo æquiparatur,

47 Ex casu inconsiderato, seù quasi fortuito euenit, quando eum repentino iræ motu fieret, *clem. si furiosus. de homicidio.* & ibi DD. putantes furiosum, & dormientem excusari etiã à peccato, quia deficit voluntas. 15. q. 1. *Diuus Augustinus*. Quod intellige, quando isti non dederunt causam homicidio, vt quia inebriati sunt scienter, tunc enim non excusarentur, quia præcessit iam lata culpa, & sic
48 fallit regula illa, quia satis suo furore torquetur.

Ex causa iustitiæ est, si quis iustitia mediante delinquentes occideret, idest quando publica interuenit authoritas, & legitima potestas, *D. Thomas 2. 2. quæst. 64. artic. 2. cap. ille gladium portat. 34. quæst. 4.* vel quãdo Iudex competens non animo vindictę, vel odij, sed zelo iustitiæ reum condemnando occiderit, *cap. cum ministrorum. 23. quæst. 5.* & ibi *glos. not. ab. & Archid.* quod intellige, vt iuris ordine seruato procedatur, ac vt
49 probationes luce meridiana sint clariores, *l. vlt. C. de probat.* & *l. qui sententiam. C. de pœnis.* hodie verò ex *Pragmatica D. Cardinalis Zappata edita 20. Septembris 1621.* fuit prouisum, vt ex indicijs indubitatis, ex quibus

bus

50 bus Iudicis intellectus quieſcere poteſt, reũ
patraſſe delictum, poſſe condemnationem
ad mortem inferri: & ſic in Regno remanet
ſopita iſta quęſtio, an in arbitrarijs poſſit ex-
tendi pœna vſque ad mortem, de qua vide
*Vinc. de Franch. in deciſ. 504. nu. 10. Boua-
dill. in politica. tom. 1. fol. 412. nu. 22. Caſſan.
in conſuet. Burgundia. fol. 170. verſ. iuſta
iſta.* vbi quod *gloſ.* prædicta reprobatur, &
alia vide infra hoc *verſ. obſeru. 2. nu. 4.*
51 Quo verò ad torturam inferendam, re-
quiruntur inditia, aut argumenta, vel ſemi-
plena probatio, *l. milites, & l. minores. C. de
quaeſtionibus, & l. final. ff. eodem,* vbi *Bart.*
& clarius *Bal. in conſ. 515. vol. 5.* (vbi quod
indicia ſufficientia ad torturam, ſtant in pe-
ctore Iudicis: duoſque teſtes conteſtes re-
quiri ad probandum inditium ad torturam
52 affirmat.) in quibus quidem tormentis ad-
uertant Iudices, ne reos ad confitendum
alliciant ſub ſpe promiſsionum, aut cum
dolo, *Dec. in l. ea eſt natura cauillationis. ff.
de regul. iur.*
53 Et tandem vt condemnatio ſubſequatur,
Iudicis ſcientia non ſufficit, ſed publica re-
quiritur, ideſt vt ex ex actis conſtet, *l. illi-
citas. §. veritas. ff. de officio Praeſidis.*
Hinc eſt, quod ſi Iudex proprijs oculis vi-
deret delinquentem delictũ patrare, & falſis
teſtibus contraria defenſio probaretur, tunc
Iudex tenetur reum liberare, *Abb. & Felyn.
in cap. Paſtoralis. §. quia verò. de officio Or-
dinarij. Soto in lib. 5. de iuſtit. & iure. quaeſt.
4. artic. 2. & Couar. in lib. 1. variar. reſol.
cap. 1. & 2.* & ad hoc propoſitum nec illud
Senec. in lib. 2. de natura. erit tutum, ideſt
*nil niſi quod in oculis occurrit, manifeſtumq;
erit credamus.* & Iudices circa hæc bene
perpendant. non præteream quid in facto
mihi contingerit, eramus inſimul tranſeun-
tes in carrotio per plateam Forcellæ, quidã
Regius Conſiliarius. alter Doctor, & Ego,
vidimus duos euaginare enſes, Ego vidi vnũ
prius euaginaſſe: ille Doctor dicebat alium
vidiſſe prius euaginaſſe; Regius vero Con-
ſiliarius non viderat: ex quo noto, quod in
viſu quis non debet ſe totaliter firmare, ſed
allegatis, & probatis ſtare debet, vt ſupra,
& ita docet *D. Thomas in 2. 2. quaeſt. 67.
artic. 2.*
54 E conuerſo tamen, ſi Iudex innocentem
conuictum de homicidio, vel de alio delicto
in proceſſu reperiret, & ex ſua priuata ſciẽ-
tia illum innocentem ſcit, debet inuenire
modum liberandi eum, vel ad ſuperiores
remittere, *Diuus Thomas 2. 2. quaeſt. 64.
artic. 6. & quaeſt. 67. artic. 2. Couar. in loc.
ſupra cit. nu. 13. Andr. Alciat. in cap. 1. de
offic. Ordinarij;* vbi concluſionem hanc mul-
tis modis ampliat, & limitat, *Felyn. & Abb.
in cap. paſtoralis. §. fin. de officio Ordinarij.
Soto lib. 1. quaeſt. 4. artic. 5. & DD. omnes
in d. §. veritas.* ſicuti debet quoque facere
Iudex in cauſis dubijs, quam cum Deo præ-
ſertim conſultare debet, & ita docet *Guber-
nator Chriſtianus Frater Io. Marquez in
lib. 1. cap. 3. col. 1. & 2. ex Num. 27. & Iob
29. 16.* poſt *Diuum Gregor. lib. 19. Moral.
cap. 23.* vbi inuehit contra malos Aduoca-
tos prætendentes legis lucem oſcurare cum
prauis intelligentijs, & figuratis imagina-
tionibus ad Iudicum animos attrahendos.
55 Quo vero ad homicidium licitum dicitur,
quod in multis caſibus eſſe poteſt: & ſignan-
ter contra bannitos, ſeù diffidatos à Curia,
quo caſu non eſt peccatum, *Iaſ. in l. vbi pec-
catum. nu. 16. & 22. C. de tranſact. Felyn.
in cap. qua in Eccleſiarum. nu. 12. de conſtit.
Couar. in 1. parte de ſponſalibus. cap. 7. nu.
7. clem. 1. de homicidio.* tamen ſi odio parti-
56 culari, vel extra fines bannientis tale homi-
cidium fieret, licitum non eſſet, *Silueſt. in
ſumma. in verb. homicidium. nu. 7.*
57 De Iure verò ciuili, licitum eſt homicidiũ
contra raptores, & eorum auxiliatores, *l.
vnica. C. de raptu virg.* imo quamdiù rapta
in poſſe raptoris manſerit, nullum poterit
matrimonium conſiſtere: niſi rapta à rapto-
re ſeperata, & in loco tuto, ac libero conſti-
tuta, illum in virum habere conſenſerit, *cap.
6. de reformat. in S. C. Trident. ſeſſ. 24.* vbi
quod auxiliũ raptoribus præbentes excom-
municantur, & alijs pœnis afficiuntur. & ra-
ptor mulierem raptam in vxorem ducere,
vel arbitrio Iudicis dotare tenetur, verum
per Sacram Congregationem Cardinalium
23. Ianuarij 1486. fuit deciſum raptores ob
aliam cauſam quam vt in vxorẽ ducant, non
comprehendi in conſilio, contra *Nauarr. in
cap. 27. nu. 150.* itaque notat *Magiſter Pe-
trus Vinc. de Marzilla in decretis S. C. Trid.
lib. 4. tit. 16. fol. 50.* & quando pater, vel ma-
ritus adulterum cum filia, vel vxore inueniũt
licitè vtrumque occidunt, *l. patri, l. marito.
& l. maritus. ff. ad leg. Iul. de adulterijs. &
l. gracchus. C. de adulterijs. & Aulus Gellius
noct. attic. lib. 10. cap. 23.* cum quinq; tamen
requiſitis relatis per *Conſiliarium Paſcalem
in tract. de virib. patria poteſt. par. 1. cap. 5.
per tot.* Adulterij pœna eſt capitalis, & quo
ad adulteras perpetui exilij, ſeù detruſio-
nis in Monaſteriũ, & amiſſionis dotis, *Caeſar
à Coſta variar. ambiguit. lib. 1. cap. 36. & 37.*
qui quidem *Author in cap. 39.* affirmat, mu-
lierem propter oſculum luxurioſum dotem
amittere. Sed crederem in tali caſu maritũ

teneri

teneri ad eandem miseram vxorem alendā, alias esset eam necare: quod lex prohibet. ergo & alimenta administrare tenetur saltē officio Iudicis, ad tradita per *Affl. in dec.* 10. limita tñ hanc adulterij pęnā nō procedere, si maritus concubinam teneret, vt per *Hippol. in repet. l.* 1. *de rapt. virg. nu.* 60. *&* 61. *& Vrsill. in decis* 10. *nu.* 10. quia paria delicta mutua compensatione tolluntur. De Iure autem canonico homicidia ista sunt peccata grauissima, *Abb. in cap.* 2. *de homicid. Felyn. in cap. qua in Ecclesiarum. nu.* 17. *de constit. Couar. in loc. cit. & Ias. in l. vt vim. ff. de iustit. & iure. nu.* 22. vbi *Dec. num.* 30. & ratio diuersitatis est inter ius ciuile, & canonicum, quia legum aliæ sunt permissiuæ, aliæ verò prohibitiuæ.

58 Permissoriæ sunt leges ciuiles, quæ permittunt homicidia prędicta. Proh bitorię vero sunt leges canonicæ, quæ illa prohibent, *cap. si quid verius.* 33. *quæst.* 2. *& cap. interfecisti & ibi glos. de homicidio. & cap. admo-*

59 *nere.* 33. *quæst.* 2. & meritò in Terris Ecclesiæ (in quibus ius canonicum seruatur) talia homicidia impunita non remanent, *Couar. in loc. cit. & Siluestr. in verb. homicidium. nu.* 7. licet in *cap. si vero. de sentent. excom.* disponatur, quod si quis Clericum iocantē cum sua vxore inuenerit, illumq; percusserit, excommunicatus nequaquam erit.

60 Licitum etiam est homicidium in bello iusto, *cap. militare.* 23. *quæst.* 5. *& cap. inuadatur.* 33. *quæst.* 1. & sic etiam est licitum,

61 quando supremi Regis cōcurrit authoritas, & iusta causa bellum inducendi. At tamen

62 militum, vel subditorum, non est iudicare, num causa sit iusta, quia pro eorum Rege præsumere debent, ita *Diuus Augustinus* dixit in *cap. qui culpatur.* 23. *quæst.* 1. Regisq; cura est bellum iustum esse, alias Deus suscitat spiritum alicuius Regis ob peccata Populi, vt fecit de Rege Cyro, *Paralip.* 2. *cap. fin. in fine, & Exdra.* 1. est tamen verum, quod tempore belli, Milites paterne tractare debent deuotos Regis, & sine violentia eos conseruare, *§. eos autem. in auth. vt Iudices sine quoquo suffragio.*

63 Licitum est etiam homicidium ex causa defensionis, *Diuus Thomas* 2. 2. *quæst.* 64. *artic.* 7. (vbi in *art.* 8. quid in homicidio casuali) *l. vt vim. ff. de iustit. & iure. l. vnic.* & ibi *glos. notabilis, & Bart. in C. vnde vi. & cap. olim. il primo. de restitut. spoliatorum.*

64 Defensio enim est de Iure naturæ, & quādoq; iusta, dum concurrunt modus, causa, & tempus, vt in *clem. si furiosus. de homicid.* & cum moderamine inculpatę tutelæ, idest defensionis absque vlla culpa, nam tunc licitū est homicidium, *Soto lib.* 5. *quæst.* 1. *artic.* 8. contra quem facit *Nauar. consi.* 11. *nu.* 4. tu autem pro concordia recurre ad *Couar. in clem. si furiosus. de homic. in* 3. *par.*

65 Nota tamen, homicidium licitum esse, nedum pro vita saluanda, sed etiam pro honoris defensione, *l.* 1. *§. idem diuus. ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, Bouadill. in polit. tom.* 1. *fol.* 512. *col.* 2. ex mente *Aristotelis* asserentis, *honorem vita, & bonis cariorem esse:* quoniā honoris vulnus durius est illo mortis, siquidem illud vitæ est vnicum, sed illud honoris, & famæ singulis horis suscitat, *Gizzarell. in decis.* 15. vbi quod homicidium ex causa honoris nunquā in nostris Tribunalibus fuit pęna ordinaria punitum, ait enim *D. Thom. in* 2. 2. *quæst.* 108. *artic.* 2. *vers. respondeo.* quod honor est quædam protestatio de excellentia alicuius, sique amitteretur, denigrata remanet.

Licitum est etiam homicidium contra parantem, vel comminantem mortem, *Co-*

66 *uar. ibidem.* & sic etiā pro defensione vitæ, vel honoris proximi, *cap. dilecto. de sent. excommunic. in* 6. & non est hic prætereundū, Caij Marij exemplū (qui septies Romę Consul fuit, de quo meminit *Plutarcus in eius vita.*) qui C. Lucium nepotem suum rectè occisum censuit à Tribonio Adolescente ob tentatam in eo pudicitiam non semel, & vim tandem inferre volentem. quod rectissimum iudicium refert *Cicero in orat. pro Milone. & Diaz in pract. crim. cap.* 88. vbi *Additio Ignatij Lopez* videas. Consimileq; euenit temporibus non longe elapsis de quodam infausto homine occiso ex causa prædicta, & merito honestissimus occisor vlla fuit pęna punitus.

67 Multoties solet homicidium succedere in duello, seu monomachia, fuit autem inuentum ad veritatem indagandam, quæ aliter inueniri non posset, secundum *Caphal. in in consi.* 57. *nu.* 39. *vol.* 1. sed iniqua inuentio siquidem fortior debiliorē facile opprimere poterat. Et merito omni Iure tam ciuili, quā Regni fuit, & est prohibitum, *pragmat.* 1. *de duello. & in constit. Regni. Monomachiam.* quam etiam de Iure canonico, & per *S. Conc. Trident. in sess.* 25. *in cap. potestates.* Prohibetur etiam per *Bullas Pij IV. & Gregorij XIII.* quas explicat *Nauar. in manual. Confessorum. cap.* 27. *nu.* 150. & tandem per *constitutionem Clementis VIII. incipien. Illius vices.*

Sacrum Concilium Tridentinum excommunicat omnes, & quascumque personas lacessantes, & scribentes, & præsentes.

Bulla Gregorij extenditur non solum ad illos,

illos, qui quomodolibet ſe ſocios præbent, ſed etiam ſi peruenerint ad duellum, & non fuit ſecutus effectus, quando per illos non ſtetit.

Clemens VIII. addidit, vt comprehendantur etiam omnes, qui faciunt manifeſta, (quæ vulgo cartellos appellamus) ac etiā omnes componentes, vel ſcribentes, & intimantes, aut typi imprimentes, & omnes quomodocumque, & qualitercumque ſe immiſcentes, aut cooperantes, omnes enim prædicti excommunicati ſunt excommunicatione Papali, & à ſolo Romano Pontifice poſſunt abſolui; dixit enim *gloſ. fin. in l. fin. C. de executorib. & exact. lib. 12.* puniri debere portantem imbaſciatam illicitam tam per ſe, quam per alium.

Solet autem dubitari, (quatenus duellum eſſet permiſſum, vt aliqui voluerunt fore expediens, quia forſan homines non eſſent ita faciles, & procliues ad illud, ſecundū *Petrū Matt. in Hiſt. Franc. fol. 157.* quod omnino negatur) num maior ab aliquo inferioris cōditionis prouocatus, teneatur ad duellum ire? & videtur quod non, argumento *cap. ſecundi. de conſuet. in 6. & l. nam & magiſtratus. ff. de arbitris.* notatq; *Io. de Caſtillo in tract. de duello. lib. 3. cap. 3. & 7. ſub nu. 5. in tract. tom. 12. fol. 290. & Alciat. in tract. de ſingul. certam. cap. 30. & 33.* refertq; exempla, nam Auguſtus à Marco Antonio prouocatus duellum recuſauit: & ita fecit Ferdinandus Daualos Marchio Piſcariæ prouocatus à Vaudeueſio Præfecto Regis Galliæ, vt per *Alciat. in d. tract. cap. 27.* & quando Dux Andegauiæ Regem Aragonum pro differentia Regni Siciliæ prouocauit, & Rex acceptauit: fuit communi ore concluſum Regem fuiſſe male conſultum, quoniam dum erat Rex, & ille Dux, duellum acceptare non tenebatur, *Io. de Caſtillo in d. tract. de duello. lib. 3. cap. 3.* Hinc Io. Iacobus Triultius Magiſter Militum Franciſci Regis Galliæ reiecit duellum cuiuſdam vexilliferi cataphractorum, *Alciat. in d. cap. 30.* qui in *cap. 6. eiuſdem tractatus nu. 5. & 6.* aduertit illud prudenter, ſed non bene cognitum à iuuenibus, quod quatenus in duello permiſſo prouocatus acceptaret, poſſet diem, locum, arma, & Iudicem eligere, ſecundum generalem conſuetudinem: quinimo Prouocans ad euitandas inſidias, & præparationes, quæ in loco deſtinato accidere ſæpius ſolent, deberet triplicem campum nominare, vt prouocatus vnum eligat, quia prouocans legibus prouocati ſubijcitur, habet enim prouocatus præſumptionē Iuris pro ſe, *Io. de Caſtillo in d. tract. de duello. lib. 3. c. 3.* facitq; adhoc Romanorum mos, qui erat, ſuo non Hoſtium arbitrio dimicare. Sed quæſo ne pigeat in hac materia duo adnotare exēpla, (ait enim *Cicero ad Sulpitium, quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant.*) Primum eſt illud Petri Regis Aragoniæ quando duellum inijt cum Rege Carolo Primo, elegerunt enim Ciuitatem Burdegalam, ſed ex quo Carolus Primus fuit aſſociatus à Rege Galliæ per Dietam vnam propè dictam Ciuitatem deſtinatam, Rex Petrus in declinatione diei comparuit in campo cum proteſtatione, quod locus non erat tutus ſtante vicinitate Regis Galliæ, vt refert *Tarcagnota in 2. par. lib. 15. fol. 573. & Io. Antonius Summonte in 2. par. hiſtoriarum Neapolit. fol. 318. in vita Caroli Primi.*

Secundum eſt exemplum, quādo Renatus Alphonſum Primum Aragoniū prouocauit: Alphonſus acceptauit duellum, ſed tanquam prouocatus elegit locum, & tempus, nō obſtante, quod Renatus prætendebat ad eum ſpectare electionem loci. Contempſit enim Alphonſus prætenſionē Renati, & comparuit in loco electo per ipſum prouocatū, vt teſtatur ſupradictus Hiſtoricus *Summonte in 2. par. fol. 639. in fine, & alter. in vita Renati cap. 3.* alia verò vide per *Lancellott. Conrad. in Templo Iudicum. par. 2. tit. de prouocante, fol. 41. & 55.* vbi refert Titulatos non liberos Baronem, aut nobilē magnæ virtutis in foro militiæ repellere non poſſe: refertq; iudicium Proſperi Columnæ, & Marchionis Vaſti ita fuiſſe in quadam prouocatione cuiuſdam Nobilis Equeſtri militia tantum decorati, cum Comite Boſſio Sfortia. Sed in hoc caſu electio armorum, loci, & Iudicis eſſe prouocati vt ſupra.

Verum ne prætereas Monomachiam eſſe quandoque licitam, vt in *2. Regum.* puta ſi in euidenti contentione eſſet inimicorum exercitus, & bellum per duos terminari poſſet, tunc enim publica cauſa adeſt, & priuata odia deſunt, & exemplum afferunt de *Dauid cum Gigante Golia. cap. monomachia. 2. q. 5. & Lyra. 1. Regum. 17.* verum nec hoc duellum eſſe permiſſum, tenet *Gubernator Chriſtianus lib. 1. cap. 22. fol. 130. Ignatiuſq; Lopez in pract. crim. Diaz cap. 101.* declarat pœnam duelli impoſitam in *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 19. de reformatione.* debere intelligi quando duellum indiceretur cum deſtinatione loci armorum præfixione, & ſpectatorum conſtitutione, & alijs ſolitis adhiberi in his impijs ſpectaculis, & non in ſingularibus certaminibus, per *cap. odia. de regulis iuris.* & ſic deciſum refert, aſſerens ſimplices prouocationes ad pugnam

pro

pro duello non debere baptizari: verum ad-
uerte, quia Sacra Congregatio Cardinaliũ
declarauit capitulũ prædictũ habere locũ in
priuatis duellis, quę fiũt sine alicuius Princi-
pis authoritate, vel consensu, & sine Patrinis,
& facit *Bulla Gregorij XIII. incip. Ad tol-
lendam. 9. Decembris* 1582. & refert *Magi-
ster Pater Vincentius Marzella in decreto
Sac. Conc. Trid. lib. 4. tit.* 12. *fol.* 47. & nouissi-
mè videnda est *Bulla Clementis VIII. edita
Kalend. Septembris* 1592. *quæ incipit. dete-
stabilis duellorum vsus*. quo vero ad reme-
dia euitandorum duellorum, & ad pacem
ineundam inter duellantes perquire *Guber-
natorem Christianum Fratrem Io. Marquez
lib. 1. cap. 22. fol.* 130.

68 Dubitauerunt aliqui in materia homici-
dij, an liceat se ipsum occidere, & videbatur
respondendum affirmatiuè: quoniã quilibet
in re sua est moderator, & arbiter, *l. in re
mandata. C. mandati.* sed in contrarium est
69 veritas, quoniam & si non licet occidere
alium à fortiori nec se ipsum, ex quo ab eo
ordinata charitas incipit, *l. Præses. C. de
seruitutibus, & aqua*; occidere enim se ipsũ
esset priuare Rempublicam membro, quod
non licet, *Diuus Thomas* 2. 2. *quæst.* 64. *art.*
70 5. quia nemo est Dominus membrorum
suorum, *cap. contingit. il primo, de sent. ex-
commun. l. liber homo. ff. ad legem Aquiliã*,
merito se ipsum occidere nõ est permissum,
sicuti nec licet se ipsum infamare, vel suum
honorem deturpare, *Molfesius in 2. par. suæ
summæ. cap. 2. num.* 52. *fol.* 15. quinimo et si
71 Clericus in se manus violentas iniecerit in
excommunicationem incideret, *cap. si quis
suadente diabolo.* 17. *quæst.* 4. quoniam nec
etiam zelo charitatis membrum mutilare
sibi potest, *Siluest. in summa. in verb. homi-*
72 *cidium. nu.* 4. vbi quod nec per abstinentiã
quis se macerare, aut extenuare debet, vt
moriatur.

Quinimo nedum se ipsum non licet occi-
dere, imo nec vulnerare, alias puniretur, ac
si alium vulnerasset, *l. fin. §. sicut autem. ff.
de bonis eorum*, vbi *Bart.* qui etiam dixit in
l. 1. §. vsque adeo. ff. de iniurijs. & Canonist.
*in cap. contingit. de sentent. excommunic. l.
omne delictum. ff. de re milit. & l. si quis ali-
quid. §. fin. ff. de pœnis. Decian. in tract. cri-
min. tom. 2. lib. 6. cap. 1. num. 4. fol. 45. & Pe-
regrin. de iure fisci. lib. 4. tit. 4. & seqq. fol.*
302. *Grammat. in decis.* 44. *& Menoch. de
arbitr. iudic. casu* 284. Est tamen verum
esse minus delictum in se, quam in alium,
*glos. in verb. quod magis. in §. eos autem
cap. 8. in auth. vt Iudices sine quoquo suffr.*

Quęrimus nunc, an pro delicto quis actio-
73 nem ciuilem ad legem Aquiliam intentare,
& criminalem prosequi tuta conscientia
possit? *Constitutio Regni nostri. Varietas.*
disponit, posse agi actione iniuriarum, & ad
interesse, & ita ait *Couarru. variar. resolut.
lib. 1. cap. 10. nu. 1. Diuusq; Thom. 2. 2. quæst.
67. artic. 4. in responsione ad tertium*, docet,
posse agi ad interesse, & ad satisfactionem
Reipublicæ, *l. item si vulneratus. ff. ad legem
Aquiliam*. & ad pœnam corporis afflictiuã,
vt in sequenti *quæst.* 68. *art.* 1. vbi quod quan-
do Reipublicæ expedit, & crimen est tale,
74 quod vergit in detrimentum Reipublicæ,
vel Religionis, quisque tenetur accusare,
*Angel. in §. final. in auth. quomodo oporteat
Episcopos*. quinimo in crimine raptus quis
nec remittere debet sub pœna, *l. 1. in fine,
C. de raptu virgin.* concluditur ergo, quod
offensus, vel eius propinqui, quos intellige
quo ad transuersales vsque ad sextum gradũ,
secundum *Marant. in suo specul. par. 6. vers.
& peruenitur aliquando per viam inquis.
nu.* 62. *fol.* 279. per *text. in §. sexto gradu,
instit. de gradib.* vel secundum *pragmat. 8. de
composit.* vbi quod ius querelandi spectat ad
quos defertur successio: quibus competit ius
remittendi, quod intellige secundum *Vinc.
de Franch. in decis.* 611. vbi quod ius vindi-
ctæ competit Iure sanguinis, & non Iure hæ-
reditario, & de *Ponte de potest. Proregis, fol.*
27. *& Anellus Amatus in cons.* 18. quo vero
ad descendentes intellige in infinitum, tuta
conscientia procurare possunt inquisitum
carcerari (absente tamen odio animi, nam
si sitiret, eum reficerent; vel si esuriret, eum
cibarent, si à iustitia liberabitur) & similiter
possunt Aduocatos, & Procuratores consti-
tuere, vt inquisitus secundum eius merita
puniatur, *Diuus Thomas* 2. 2. *quæst.* 67. *art.*
4. *Nauar. in manuali confess. cap.* 24. *nu.* 25.
& omnes DD. ita tenent, dummodo quęre-
lantis intentio sit, reum puniri, iuxta illud
Domini: *maleficos ne sinas viuere super ter-
ram*. Immò quandoque peccat accusator
75 non prosequendo, *Nauar. ibidem, & cap.
est iusta misericordia.* 23. *quæst.* 4. *cap. prodest,
& cap. frustra.* 23. *quæst.* 5. *& Diuus Tho.
in loc. cit.* 2. 2. *quæst.* 68. *artic.* 1. *& d. l. 1. in
fin. C. de raptu virgin.* quod extende etiam
76 si offensus remissionem coram Confessario,
vel Notario, aut in articulo mortis faceret,
quoniam & tunc prosequi posset: siquidem
remissio hæc intelligitur de actione iniuria-
rum, non autem de potestate agendi in foro
exteriori ciuiliter, vel criminaliter, nisi ex-
presè omnem actionem remiserit, *Bart. in
l. non solum. §. 1. nu. 3. ff. de iniurijs, & in
l. si tibi decem, §. 1. ff. de pactis, & cap. accu-*

sasti,

ſaſti, *& cap. debitis*, vbi *Felyn. de accuſat.*
quinimo remota actione iniuriarum, & quo
ad eum, & quo ad forum exterius, adhuc po-
teſt agi pro intereſſe, ſi non fuit remiſſum,
Couar. variar. reſolut. lib. 7. cap. 10. num. 7.
idemque eſſet, ſi remiſſio fuiſſet facta ſub ali-
qua conditione, tali enim caſu remiſſio va-
let, ſed conditio eſt ab inquiſito adimplẽda,
Gizzarell. in deciſ. 51. ſiq; conditio eſſet, ne
inquiſitus ſtaret, vel habitaret vbi habitant
partes offenſæ, intelligitur etiam, vt non poſ-
ſit ſtare, vel accedere ad territoria dictorum
locorum vbi partes offenſæ habitant, ſicuti
declarauit Dominus Dux Oſſunæ Prorex de
anno 1617. in eius ordinibus per hæc verba.
*Tutte quelle perſone, che ſe trouerãno aggra-
tiati da Noi, ſenza remiſſione di parte, e con
tempo d'ottenerla, ſe intenda da qui auanti,
che non ſolo non poſſino entrare, e ſtare nelli
lochi doue ſtanno, ò ſtaranno le parti offeſe,
però ne anco accoſtare nelli territorij di detti
lochi, doue ſtanno, ò ſtaranno le dette parti of-
feſe, ſe prima da quelle non otteneranno la
remiſſione.* (licet gratiæ abſque partis remiſ
ſione prius obtentæ, nullæ ſint, vt infra hic.)
Intellige tamen de habitatione cum animo
ibi permanendi, *l. ſi intereſt. ff. de captiuis,
& poſtlimin. reuerſis*, non autem ſi per tran-
ſitum pars offenſa habitaret, nam tali caſu ſi
filius oriretur, non diceretur ciuis Neapoli-
tanus, *Moles in deciſ. 55.* quia habitare eſt
Neapoli, ſi domus habetur, *l. quod niſi. 20.
ff. de operib. liber.* per quem *text. Sac. Con.*
decreuit vaſallos ſoluto pretio teneri ad cõ-
ductionem frumenti, & aliorum victualium
Baroni Neapoli habitanti, *Vinc. de Franch.
deciſ. 526. nu. 3.* eſt tamen veriſſimum, quod
propter parcere, & remittere inimico, ſum-
mum defertur premium, vt in *1. Regum. 24.
in fine*, vbi Dauid Saulo pepercit, & Saul ait:
*Nunc ſcio, quod certiſſime regnaturus ſis, &
habiturus in manu tua Regnũ Iſdrael.* Ergo
quilibet remittere ſtudeat, quia ait Domi-
nus: *Mihi vindictam, & Ego retribuam.*

Eſt & vlterius Iuriſconſultorum opinio in
*l. 1. & in l. ſorores. C. de his quibus vt indig.
& Bart. in l. eum, & in l. diui. ff. de accuſat.*
77 quod ſi teſtator diſpoſuit de eius occiſione,
vel alia offenſione vindictam fieri, quod hæ-
redes tenerentur proſequi, alias hæreditate
priuarentur, *Siluest. in verb. accuſatio.* (&
Principis reſcriptum in vim legis fore, ait
*Gubernator Chriſtianus lib. 1. cap. 30. col. 3.
in fin. nu. 3.*) licet *Summa Angelica in verb.
accuſatio*, ex mente *gloſa in l. furti. §. pactus.
ff. de his, qui notantur infamia.* aſſerat chri-
ſtianum male facere proſequẽdo in iudicio,
attamen eius opinio falſa eſt, veraq; eſt illa,
quod offenſus poteſt, & debet agere, vt do-
cet *Diuus Thomas in 2. 2. quaſt. 68. art. 1.* &
in alijs locis ſupra citatis; Quinimo ſi in non
78 proſequendo immineret periculũ Ciuitati,
vel familiæ offenſi, peccarent. *Geneſ. 28. Le-
uit. 5. & Diuus Thomas in loco paulo ante
citato*, & in caſu remiſſionis factæ ab offenſo,
Iudex ex officio poteſt agere, vt in *cap. Regni
Si temporum alterata conditio*, & in alio *cap.
vt delatas*, & in *pragmat. 1. de priuileg. Vni-
uerſ. conceſſis, & in ritu M. C. V. 68.* & ra-
79 tio eſt, quia Reipublicæ offenſæ ex delicto
commiſſo ſatisfaciendum erit. Etenim
80 parte læſa non remittente, Princeps pœnas
commutare, vel componere non poteſt, *D.
Thomas 2. 2. quaſt. 67. artic. 4.* & merito ir-
ritatæ fuerunt gratiæ tempore D. Ducis Oſ-
ſunæ, & D. Cardinalis Borgiæ Regni Prore-
gum factæ non præcedentibus partium re-
miſſionibus, vt notauimus ſupra *verſ. 3. obſ.
1. nu. 14.* Immo, & parte remittente, non
ita paſſim gratiæ fieri debent, ſed cum ma-
81 gna circumſpectione eſt procedendum, tri-
bus concurrentibus, *cap. magna. extra de
voto*, ideſt vt liceat, vt expediat, & vt opor-
teat; *Caietanus in ſummula. §. 4. in verbo
Iudicis peccatum. Nauar. in manual. cap. 25.*
82 *nu. 14.* Duo quidem ſunt mundi luminaria
magna, quæ terram ſubſtinent, & illuminãt,
ideſt Premiũ, & Pœna: quibus ſublatis reſpu-
blica perit, *l. 1.* vbi *gloſ. ff. de iuſtit. & iure,
cap. vt fama. de ſentent. excommun. cap. eſt
iuſta miſericordia. 23. quaſt. 4.* docet enim
Diuus Auguſtinus: Regna ſine iuſtitia, non
eſſe niſi magna latrocinia: nullumq; maius
83 cadentis Monarchiæ inditium fore eniden-
tius, quam ſi iuſtitiam declinare, & reos non
puniri, & bonos non honorari, ac premiari,
videris, vel iuſtitiæ officia eſſe venalia, quo-
niam qui emit, vendit.

Debet enim Princeps iuſtitię tramites ſer
uare, & aduertere, quod iraſci, in quibus non
oportet inſipientis eſt, ſed non iraſci in qui-
bus oportet, ſtupidi eſſet, *Ariſt. 3. Æthicor.*
non enim iuſtitię rigor eſt omnino inſectan-
dus, ſed peius eſt habitare vbi omnia licita
ſunt, merito aiebat *Frontinus Conſul, Malũ
eſt eum imperare, ſub quo nemini quicquam
conceſſum ſit, ſed longe peius viuere ſub eo,
ſub quo maxime licet.* In atrociſſimis delictis
84 nedum peccant Principes remittentes, ſed
etiam Internuntij, & ſupplicantes pro gra-
tijs, *Nauar. in rubr. de iudicijs. nu. 98. Soto
lib. 5. quaſt. 4. artic. 9. Alphonſus de Caſtro in
lib. 2. de lege pœnali. cap. 13. fol. 3.* pietas eſt
85 enim contra peſſimos eſſe crudelem, hinc
Paulus de Caſtro dixit in *l. nemo. C. de Epi-
ſcopali audient.* quod vlla maior eſt victima

Deo, quam pessimos vltimo supplicio affli-
86 gere, contra quos ordo est, ordinem non
seruare, vt in *cap. Regni. Si cum sceleratis, & cap. ad nostram. de iure iurando. l. 1. §. penult. C. de annal. except. l. respiciendum, & l. aut facta. ff. de pœnis, & Boer. in tract. de author. magni consilij. nu. 122. in fine*; ergo si hoc à Regibus est tam arctè obser-
87 nandum, quanto fortius à Baronibus: qui de Iure ciuili nullam iurisdictionem criminalem habebant, sed postea à Rege Roberto ipsis communicatæ fuerunt quatuor literæ
88 arbitrariæ, vt infra, & quoniam vtilis est cognitio ipsarum, aliqua perquirere pro earũ declaratione incongruũ fore non credimus, ideo examinandum erit.

Primo, quid sint literæ arbitrariæ Baronibus concessæ.

Secundo, quando habuerunt originem.

Tertio, quæ sint, & vnde habentur.

Quarto, & Vltimo, quid contineatur in his quatuo literis arbitrarijs.

89 Ad Primum deueniendo dicimus, quod litera arbitraria potest diei, quod sit quædã facultas à Rege Baronibus inscriptis concessa, determinatam tradens potestatem in causis præsertim capitalibus.

Diximus inscriptis, quia talis concessio, vel priuilegium non præsumitur, nisi probaretur, *Afflict. in constit. ea, qua ad decus*, sicuti & Officiali non exhibenti commissionem, non creditur, *Innocent. & Abb. in cap. cum Iure peritus. de officio delegati*; quinimo
90 eis resisti posset, si eorum commissionem non ostendent, *l. prohibitũ. 5. C. de iur. fisci. lib. 10.* Imò etiam Regij Consiliarij tenentur ostendere eorum commissiones, secundum *Bouadill. in politica, tom. 1. fol. 876. nu. 25. & seq.* dicitur etiam in scriptis, quia hæc facultas fuit à Rege Baronibus trãsmissa per literas, & ideò dicuntur literæ arbitrariæ. Subsequitur inde à Rege Baronibus concessa, quia tantum à Rege, vel Principe, vel Republica non recognoscente Superiorem concedi possunt eorum Baronibus habentibus iurisdictionem in vtile dominium, vel in exercitium. Dicitur tradens potestatem determinatã, idest certam in causis præsertim capitalibus, vbi venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, vel membri abscissio *l. capitalium. ff. de pœnis*. & in hoc Regno
91 post prædictas literas concessas omnes Barones habere solent has literas arbitrarias, secundum *Afflict. in constit. Regni. ea, qua ad decus*. dummodo priuilegium habeant, vt supra est notatum.

Sed quid in Ecclesijs, & alijs locis Pijs, ac Religionibus, vel Monasterijs concessiones
92 habentibus à Regibus Normandis, vel ab alijs Regibus ante *d. constitutionem. ea, qua ad decus*. quæ fuit condita ab Imperatore Frederico circa annum 1222? multa in hac materia dicit *Regens de Ponte in decis. 2.* Ego autem in quadam causa graui Venerab. Monasterij Sancti Laurentij propè Padulam, cum Barone Pisticij, super differentia iuris-
93 dictionis in defensa Sancti Basilij, considerabam, quod ante Reges Normandos in hoc Regno, (de quibus diximus supra *vers. 2. obseruat. 1.*) Regiones, & Populi erant sub diuersis dominijs Comitibus, Principibus, vel Ducibus, qui Magistratus constituebant, leges ferebant, & nullum in superiorem recognoscebant, imò nec Ecclesiam Romanam nec Imperatorem Constantinopolitanum, quod videtur ex priuilegijs, quæ concedebant, in quibus solum Deum testantur in superiorem, & ipsi in Regno donabant liberè, & plenariè præsertim Ecclesijs, & Prælatis, sicuti per *Marifiotum in cronica Calabria, lib. 1. cap. 23. & 24.* & vsus fortè feudorum illis temporibus non erat eo modo, quo postea ab Imperatoribus fuit inductus, & Carolus Magnus, qui imperauit circa annum salutis 800. vel vt supra dixi in *vers. 1. obser. 2. nu. 34.* post deuictos Longobardos, capto,
94 & relegato Desiderio eorũ Rege cum vxore & filijs, vnicuique liberam concessit potestatem disponendi in Ecclesias, vt habetur in *Longobarda. in tit. de Beninduttjs*; & hinc est, quod in anno 974. Comes Pennæ transtulit iurisdictionem Ecclesiæ Casenouæ, vt post *Riccium* notat *Frecc. de subfeudis, lib. 1. in tit. de antiquo statu Regni, num. 1. & 64. & 65. fol. 70.* vbi subdit, quod quando om-
95 nes Regiones Regni in posse Normandorũ peruenere, ipsi in allodium, & proprietatem, ac in dominium, Prouincias, Regiones, Castra, flumina, & maria habebant, & tam ipsi, quam eorum successores vocabantur Domini, Duces, vel Comites, prout eis libuerat; & Dux Moctularum donauit Ecclesiæ Sancti Angeli, & Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Lenne iurisdictionem: & Domina Ema soror Roggerij Primi Regis, Comitissa Seuerianæ (quę hodie dicitur Mons caueosus, seu Scaggio-
96 sus) vxor D. Rodulphi Machabei (qui se titulabat Rodulphus Machabrus, vt Dominus voluit Ciuitatis Seuerianæ, & Castelli Pisticij, & Appij Dominus &c.) vt diximus ex alia occasione supra in *vers. 3. obser. 4. nu. 20.* Abbati Sãcti Angeli iurisdictionem donauit, ac etiam iurisdictionem Monasterio Sanctæ Mariæ de Pisticio, (quod hodie vnitũ est venerab. Monasterio Sancti Laurentij prope Padulam Ordinis Carthusiensis) concessit cũ pote-

poteftate faciendi etiam Pomerium, (quod *Aulus Gellius lib.* 13. *cap.* 14. *noctium atticarum, fol.* 180. diffinit, quod eft locus intra agrum effatum, per totius orbis circuitum penès muros regionibus certis determinatus, qui facit finem Vrbani aufpicij.) In quibus quidem conceffionibus fuit omnis iurifdictio tam ciuilis, quam criminalis tranflata: ftante conceffione facta ante *dict. conftit. Ea qua ad decus,* & ita ponderat *Anna in alleg.* 52. *num.* 12. *pro Ecclefia Tarentina*;
97 & tanto magis lata eft facienda interpetratio in fauorem Ecclefiarum, in quas immenfitas eft menfura, vt punctualiter dicit *Oldrad. in conf.* 252. & fequitur *Det. in l. Imperium, col.* 5. *in princ. ff. de iurifdict. omn. Iudic. & Fab. de Anna in collectan. in obferuat.* 20. *& Regens de Ponte in decif.* 2. *nu.* 14. *&* 15. & fic etiam eft in alijs Priuilegijs
98 Regū Normandorum, & fignanter Comitis Rogerij, qui celebrem Cartufiam Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore dotauit cum maximis Priuilegijs, cum Iurifdictionibus etiam fpiritualibus (Papæ affenfu præcedente, vt diximus fupra in *verf.* 4. *obfer.* 5. *nu.* 84. *& feq.*) ciuilibus, & criminalibus, in quarum poffeffione, feu quafi femper fuit, & eft. Merito concludendū venit, quod dum conceffio facta fuit Monafterio S. Mariæ de Pittieio ante *d. conft. Ea qua ad decus,* cum omnimoda iurifdictione, pertinentijs, & poteftate habitare faciendi vafallos, nulli dubiū eft, quin iurifdictio ciuilis, & criminalis fuit conftituta fuper dicto Territorio, & defenfa, feu Cafale S. Bafilij, quam Monafteriū prædictum poffedit, & poffidet, vt latius alibi fundauimus in *d. verf.* 4. *obfer.* 5. *nu.* 48. *& feq.* & per *Annam in loc. fupra cit.* (verum fi Terras per Ecclefias poffeffas in Regno videre cupies, perquire infra *verf.* 14. *obfer.* 1. *in qualibet ex* 12. *Prouincijs Regni.*)

Quo verò ad fecundum Cap. vnde quatuor literæ arbitrariæ habuerunt originem,
99 dico, quod Author fuit fapientiffimus Rex Robertus tertiogenitus Caroli II. & frater S. Ludouici Epifcopi Tolofani. Ifte Robertus hoc Regnum habuit vigore fententiæ in eius fauorem latæ, tefte *Gram. in decif.* 1. & refe-
100 runt Hiftorici: & ftante fua magna prudētia, & doctrina alter fecundus Salomon fuit reputatus: verum liceat dicere deceptum fuiffe in hac conceffione literarum arbitrariarum, ficuti experientia docuit, & docet: videmus enim ex eis Regni, & vafallorum confumptionem euenifle, fiquidem Barones vafallis abutūtur, vt omnes fciunt, & vidēt. Et ante conceffionē prædictā omnes Prouinciæ in quiete, & pace viuebant, fi quidē vnus tan-
101 tū erat in Regno Magnus Iuftitiarius cum duobus Iudicibus: & in qualibet Prouincia vnus Iuftitiarius cum vno Iudice, & in qualibet Terra Demaniali vnus Balius erat, vt in *conft. Regni. Occupatis nobis*; Imo Caroli I. patris Roberti prædicti de anno 1282. edita extiterant *capit. Regni. Terrerij*, videlicet *Comites, & Barones. cum duobus feqq.* in qui-bus habetur prohibitio contra Barones, ne
102 vafallos carcerarent, vel cognofcerent fub pęna priuati carceris: fed vnius Auguftalis tantum pęnam conftituere poterant, vt ibidem, & *Io. Franc. de Ponte in conf.* 53. *vol.* 2. & latè *D. Frecc. in lib.* 2. *de fubfeud. in* 2. *au-*
103 *thor. Baron. nu.* 21. *per tot. fol.* 267. *& alter.* ex quo tex. nota, quod in illis *capit.* Barones,
104 & feudatarij vocabantur Terrerij, tunc n. temporis Generales Inquifitiones fingulis annis, per fingula loca Regni fiebāt per Præfides Prouinciarū, vt in *cap. Regni Caroli II. incip. Generales Inquifitiones fingulis annis*;
105 & Magna Curia per Regnum difcurrebat per fingulas Prouincias, & quia grauis eft Popularibus Comitatus Principis etiam nimis parci, fecundum *Iulium Capitolium in Antonio Pio*, fuit ei ftatutum tempus morandi, vt in *cap. Regni. Infuper ad fidelium*, Verum non accedebat ad Prouinciam Calabriæ, vt in *d. cap.* vbi cæteræ Prouinciæ numerantur præter Calabriam, & ratio effe poterat, quia ibi refidebat Dux Calabriæ, qui erat primogenitus, & Vicarius Regis, vt infra videbimus *verf.* 14. *obferu.* 1. poftea vero cum conceffione prædictarum quatuor literarum arbitrariarū à Rege Roberto facta cum iuramento ligij Homagij, (qd̄ ęquiparatur obedientiæ, quæ eft in fpiritualibus pertinentibus ad Ecclefiam, & ad quemcumque Prælatum, *Innocent. in cap. fin. de de regulis iuris.*) Barones amplam iurifdictionem in miferos
106 vafallos habuere, & iam peffundata fuit illa ampla iurifdictio M. C. V. vt p *D. de Franch. in dec.* 370. *nu.* 8. poft *Petr. Bellug. in fpecul. princ. in tit. de iurifd. & vtroque Imper. rub.* 22. *§. & quia quotidie, nu.* 55. *verf. item aliqua Ciuitates, fol.* 133. vafallagiumq; Regni fuit contritum.
107 Et ideo nota, quod dum *D. Reg. Conftant. in l.* 1. *C. de iure fifci, lib.* 10. *nu.* 31. *fol.* 58. *& D. V. de Franch. in d. dec.* 370. *nu.* 8. *& D. Io. Franc. de Ponte in conf.* 53. *nu.* 6. *vol.* 2. afferunt à Rege Alphonfo I. fuiffe Baronibus cōmunicatam iurifdictionē meri Imperii: iam ex *cap.* prædictis contrarium videmus, fiquidem à Rege Roberto fuit facta conceffio, vt
108 fupra, & Rex Alphonfus I. confirmauit tm̄ iurifdictionē prædictā, vt in *capit. & priuil. Neap. fol.* 5. *cap.* 9. cū qua confirmatione cen-

ſentur conceſſa,& commiſſa omnia ſine quibus iuriſdictio expediri non poteſt, *Innoc. in cap.dilectus.11. nu.2. de pœnis.*

109 Reſpectu varo tertij capitis,quæ ſint quatuor literæ prædictæ, & vnde habentur, dico pro iuuenibus, quod habentur in libro Conſtitutionum Regni, in CC. Regni. &

Prima incipit. *Ad conſultationem, fol.mihi 359. & in cap.ſi temporum, fol.347. & in cap. ne tuorum, fol.348.*

Secunda eſt in *c.exercere volentes, fol.344*

Tertia eſt in *c.prouiſa iuris sãctio, fol.344*

Quarta,& Vltima in *c.iuris cenſura, f.344*

110 Omnes ſupradictæ literæ miſſæ fuerunt Iuſtitiarijs Regni Siciliæ,vt habetur in principio *conſtitut. ſpectat ad Præſidentis &c.* quæ eſt ante *conſtitutionẽ exercere volentes.* conceduntur enim iſtæ quatuor literæ arbitrariæ in Priuilegijs,in quibus dici ſolet, *cum quatuor literis arbitrarijs.*

Et tandem ad quartum,& vltimum caput
111 quid contineatur in ipſis quatuor literis arbitrarijs, dicimus, quod in prima datur fa-
112 cultas Baronibus ex officio procedendi, etiam nulla parte exiſtente in cauſis capitalibus, & præſertim vbi illata erit iniuria pupillis,viduis,& perſonis miſerabilibus,& Eccleſiaſticis,quod etiam habetur in *capit. Regni.vt delatas, & cap.ne peruerſo, ſub tit. de non componendo ſub criminalibus; & D.Tho. 2.2.q.67.* dixit,ꝙ etiã parte deſiſtente, Iudex procedere poteſt ad ſatisfaciendum Reipublicæ, ne ſpreta vindicta impellat reprobos ad faciendum peiora. Fuit etiam ab aliquibus dubitatum: num in crimine furti poſſit ex officio proced. ? & *Io. Ant.de Nigris, ſeù Campagna in cap.Reg.ad hoc, nu.138.* diſputat articulum, recenſendo DD. pro, & contra, & ait,quod articulus eſt dubius, ſed in Regno (dicit in fine) procedi poteſt: At non diſtinguit tẽpora,vel Reges conditores.CC. Regni.Ergo pro veritate dilucidanda diſtinguamus,eſt enim ſciendum,quod Carolus I. condidit *cap.Ad hoc,* imponens pęnam capitalem furantibus vltra vnciam *fol.* 302. Carolus II. eius filius in *cap. Ab illo inchoandũ 140.fol.343.* declarauit,eſſe procedendum ex officio in delictis capitalibus.Carolus III. dictus Illuſtris, primogenitus Regis Roberti, eius Vicarius, & Dux Calabriæ condidit *cap.generales.142.fol.345.& cap.creſcit culpa.224.fol.369. & cap. contingit plerumque 227.fol.271.* in quibus Iuribus ſtatuit, quomodo procedendum ſit, & quia aderat confuſio,vaſallorũq; quęrimoniæ apud eũ erant: ad illas euitandas,fecit *cap.Vt delatas,* quod eſt vltimum in *capit. Regni,* & declarauit,vt in delictis in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis,vel ciuilis, vel membri abſciſſio, aut flagitium in perſonam Eccleſiaſticam,pupilli,vel viduæ,procedendum eſſe ex officio, & fuit confirmatum per Reginam Ioannam in *vltimo ritu M.C.V. verſ. ſtatuentes etiam*; ſed ſic eſt, quod in pęna furti pęna mortis naturalis inflingitur, ſi vltra vnciam foret, vel membri abſciſſio, ſi infra vt in *d.cap. ad hoc.10.* ergo indubitati Iuris eſt ex officio procedi contra fures poſſe: dicitur enim fur à furuo, ideſt fuſco,quia fures vt plurimũ noctis tempore vtuntur. *D. Thom. 2. 2. quæſt.66. art.3. verſ.ſed contra,* deq; multis generibus furtorum, & ipſorum punitione in diuerſis Regnis, vide p *Menoc. de arbitr.Iudic. lib.2. centur.3. caſu 295. & Petrum Crinitum lib.3.de honeſta diſciplina cap.13. ac Celium Rodigin. lib.10.antiquit. relectio. cap.6. Alex.ab Alex.lib.6.dierum genial. cap.10.et Aulum Gelliũ noct.actic.lib. 11. cap. fin.* vbi primos Legiſlatores contra fures habes,nec non & quomodo minores,& alij fures puniendi veniunt.Furtumq; ait cõmittere illum, qui alienum tacens, lucri faciendi cauſſa ſubſtulit furti obſtringitur,ſiue ſcit,cuius ſit, ſiue neſciat. Subq; furti crimine comprehenduntur etiã vſurpantes bona, ſeù Iura cuiuſlibet pij loci, ac vſurpationi huiuſmodi quomodolibet conſentientes excommunicantur cum reſeruatione abſolutionis ad Summum Pontificem, ac ſub alijs pęnis ſunt obnoxij,vt in *Sacr.Conc.Trid. ſeſſ. 22. cap.11. de reformat.* nota tamen ſub hoc verbo vſurpationis per Congregationẽ DD. Cardinalium fuiſſe declaratum diſpoſitionẽ huius cap. non habere locum quando dominus beneficij cedit arbores fructiferas, & illas ad proprium commodum conuertit, ſed locum ſibi vendicat, quando cedentes arbores prædictas ſunt extranei, licet cum iniuria hoc non facerent, ſed ſolum animo furandi,ita teſtatur *Magiſter Marzella in decretis S.C.Trid. lib.4.tit.de furtis fol.51.* vbi quod etiã DD. Cardinaliũ Congregatio declarauit, vt nullus laicus aſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia Eccleſias,ſeù Eccleſiaſtica bona poſſidere poſſit, etiam ſi eſſent iuriſpatronatus proprij, non obſtante quacumque poſſeſſione: ſique Rectores piorum locorum arbores frugiferas inciderent,& in proprios vſus conuerterent, in canonẽ prædictum inciduut,vt ibidem quod nota cõtra iſtos Gubernatores Hoſpitalium.

113 Secundarum autem literarum vigore Barones habent poteſtatem commutandi pęnam,& componendi, vel indulgendi reo pro
114 delictis; verum eſt tñ Barones non debere eſſe ita procliues in prædictis,ſed præ oculis habere

habere, quæ diſponnntur in *cap. magna. de voto.* vltra quod in litera prædicta habetur, vt idfaciant cum rationabili cauſa. Quinimo *pragmat. incip. mandamus etiam vt Barones. 6. ſub tit. de Baronibus,* (quam ad Epiſcopos vaſallos habentes extendit *D. Conſtantius in l. 1. C. de pœnis fiſcal. lib. 10. nu. 51. & ſeq*) diſponit, vt Barones, & eorum Officiales nō ſint faciles ad componendum. Aduerte ta-
115 men, quod etſi in *pragmat. 1. de blaſphemia.* Baronibus prohibita eſt cōpoſitio blaſphemiæ; illud intellige quando ageretur in tribus caſibus, ideſt de blaſphemia Dei, Ieſu Chriſti, & Matris ſanctiſſimæ, vt in *pragmat. 1. de ſodomia.* ergo in alijs blaſphemijs compoſitio licita eſt, vt alias diximus. Sin vero componere nequierint, triremis pœna eſt, vt in *pragmat. 1. de blaſphem.* Clericus autem blaſphemans Ieſum Chriſtum, ac Beatam Virginem, pro prima vice fructibus beneficiorum, pro ſecunda, beneficijs priuetur, & pro tertia, omnibus beneficijs exutus in exilium mittatur: ſin vero beneficia non habet, pro prima vice, pœna pecuniaria, vel corporali, pro ſecunda, carceretur, pro tertia, verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. Qui vero reliquos Sanctos blaſphemauerit, arbitrio Iudicis puniatur, vt per *Stephanum Quarantam in ſum. Bullarij, in verbo blaſphemia, Diaz in d. cap. 110. Boer. deciſ. 30. nu. 9. & ſeq.* Nec etiam debent Ba-
116 rones ad compoſitionem admittere ſolitos delinquere. *Luc. de Penna in l. 1. 12. col. C. de deſertor. lib. 12. Afflict. in conſtit. inconſutilem. col. penult. in fin.* ſolituſq; delinquere dicitur, qui bis deliquit, *Bal. in l. nemo. nu. 5. C. de Epiſcop. & Cler. & in conſil. criminal. diuerſ. conſ. 126. nu. 66.* compoſi-
117 tioneſq; prædictæ nec poſſunt fieri per Barones, niſi cum Iudicibus, & Actorum Magiſtris. *Afflict. in conſtit. cauſas alias. col. pen. in fin.* & de crimine raptus (de quo delicto vide infra in *verſ. 13. obſeru. 1. in præſumpt. 100. ante nu. 29.*) nec etiam poſſunt componere, vt in *cap. Regni Vt ſine mortale peccatum, circa finem. & cap. Regni. Ne quis de ſua malitia glorietur, & cap. ſequens ad peruerſorum.* quæ iura diſponunt, vt quis non componatur, ſi corporaliter veniret puniendus: & vide ſupra in *verſ. 3. obſeruat. 4. nu. 44. & 148.* & nota contra ſe tranſigentem, quia crimen confiteri præſumitur, *gloſ. fin. in l. quoniam. ff. de his, qui notantur infamia.*
118 Tertia litera arbitraria, facultatē tribuit Baronibus contra latrones, & graſſatores viarum, ſeù contra Piratas, & ſimiles, contra quos, in quolibet tempore, etiam in ſanctiſſimo die Paſchatis procedi poteſt, *l. prouinciarum. C. de ferijs.* Prohibet enim ſpecificè
119 Rex in litera prædicta, vt hi peſſimi homines non habilitentur cum cautione, nec habeant priuilegium, *l. communis,* quod eſt diſpoſitum in *cap. Regni. Item caueant. & in cap. Iuſtitiarij.* Alij autem inquiſiti ſub fideiuſſoria cautione, tam pro cauſa ciuili, quā criminali admitti debent, vt ibidem.

Quarta, & Vltima arbitraria litera, Iuris
120 cenſura poteſtatē Baronibus tribuit procedendi ex proceſſu informatiuo, vt facit in dies M. C. V. ſed hoc intelligebatur in delictis raptorum, & incendiariorum, & aliorum grauiorum, in quibus Iuris ordine non ſeruato procedi poteſt, vt in *cap. Regni. Si cum ſceleratis* hodie tamen Curiæ Baronales nō poſſunt procedere ad torturam ex proceſſu informatiuo; ſed ſi in grauibus delictis ita procedere vellent, Proregem, & Collaterale Conſilium adire tenentur, vt diximus ſupra *verſ 3. obſeruat. 4. in his, quæ non poſſunt facere Barones. caſu 29.*
121 Et tandem nota, quod ſi in Pragmaticis imponitur pœna Fiſco applicanda, tunc & Barones poterunt eam exequi contra culpatos, & eorum Curiæ Baronali eam applicare, *D. Regens Conſtantius in l. 1. C. de iure fiſci. lib. 10. nu. 24. fol. 55.*

Regula eſt (ſed hodie male obſeruata) quod in atrocioribus delictis, & præſertim
122 homicidij, non eſt admittēdus locus compoſitionibus parte etiam remittente, vel deſiſtente, vt habetur in *cap. Regni. Ne quis de ſua malitia. & Innoc. in cap. 2. de colluſione detegenda.* & alibi vt ſupra, quam amplia.

Primo, debere procedi, etiam ſi pars offenſa nunquam accuſauerit, vel detulerit, vt Reipublicæ ſatisfiat, & parti læſæ etiam non inſiſtenti, *D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 4. ad tertiū. Innoc. in cap. 2. de colluſ. detegen.*

Secundo, commutatio pœnæ de corporali in pecuniariam, etiam grauiſſimam fieri non debet, *cap. pauper. cum ſeq. 12. q. 3.*

Tertio, pœna non debet diminui, nec alterari, *l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis.* ſed ſecundum leges ſcriptas ſemper eſt iudicandum, *D. Thom. 2. 2. quæſt. 6. artic. 6.* nec
123 falſis, aut vanis vocibus Populi eſt attendendum in commutando pęnam à loco ſupplicij, *l. decurionum, C. de pœnis.*
124 Iudex enim pœnas à Iure ſtatutas minuere non poteſt, (ait *Plato in polit. Neminem oportet legibus ſapientiorem eſſe.*) alias pęnā capitis incurrit, *l. unica. C. ne ſanctum baptiſma iteretur, Romanus in ſingul. 53. Clar. in §. final. quæſt. 85. numer. 10. verſic. caueant, Par. de ſyndicatu.* vbi refert, Regem

decapitasse quemdam Officialem, qui condemnauerat ad triremes inquisitum merentem pœnam mortis, & tetigimus supra hic nu. 18. hinc est, quod Iudex, qui dissimulato crimine monopolij, delinquẽtes ipsius pęnis non afficit, eadem mulctatur pœna, *Menoch. de arbitr. Iudic. casu 560. nu. 24.* post *Petr. Gregor. lib. 25. syntag. cap. 14. nu. 6. in fine.* Caueant ergo Iudices, ne pęnam prædictam incurrant, vt etiam annuitur in *cap. 1. de pace tenenda inter subditos, & de pœna Iudicibus apposita, qui eam vendicare, & iustitiā facere neglexerint.*

Quinimo Reges, & Officiales, reos non punientes, à Deo puniuntur, *3. Regum. 20. & in cap. Ecclesia. §. 1. 2. q. 4. & Eminentiss. Cardin. Bellarmin. in 2. tomo disputat. fol. 476. cap. 13. lib. 1. sub tit. de laicis.* Quinimo propter delictum gentes transferuntur de loco ad locum, *1. Paralip. 9. num. 2.* meritò dixit *Alphōs. de Castro in lib. 7. de lege pœn. 1. nu. 12. & 13.* quod Iudex, qui debitam pęnam non imposuit, obligatur in eodem foro restituere domino, cui illa pęna debetur, quod limitat *Auendan. de exequen. mandat. par. 1. cap. 7. nu. 7. vers. quod limita. fol. 81.* nisi talis remissio ex causa fieret, puta paupertatis, quia tunc lex remittit, & propter paupertatem omnis Iudex habet facultatem pęnas remittendi, quod tamen sublimita, dummodo non præiudicetur tertio, vt per *Io. Fabr. in §. 1. instit. de iudic.* idest quando pœna Fisco, & non tertio esset applicanda; si vero pœna esset ad tertij commodum, vt est pęna corporis afflictiua, quæ publicè debet imponi, *l. iubemus. C. de defens. Ciuit.* tunc Iudices male agunt, si pęnas debitas non imponunt: & pœna non potest remitti, etiam si esset tantum pęna relegationis, vt per *Auend. ibidem nu. 8.* idemque est in debitore, qui nō debet remittere pœnas pecuniarias in fraudem creditorum, vt supra in *vers. 3. obser. 4. num. 100.*

Dantur etiam limitationes in multis casibus, in quibus Reges indulgere debent tam in vita, quam in bonis, sicuti & Iulius Cęsar immortale dedit exemplū in principio eius Imperij, nam & Domitio pepercit, & pecuniā reddidit: ne continentior in vita hominum quam in pecunia videretur, & si eam pecuniam publicam esse constabat, datamq; à Pompeio in stipendium. ita legitur in eius *comentarijs lib. 1. de Bello ciuili. nu. 288. fol. mihi 240.* Sed ante omnia tam in puniendo, quam in indulgendo, præ oculis habere debent Reges, & Iudices dispositā in *cap. iudicantem. 3. quæst. 5. & in l. aut facta. ff. de pœnis, & §. fin. in auth. de Vicarijs, & mulier. adult. constit. 134.* & quod nil in terra sine causa fit, & quod de humo non oritur dolor, *Iob. 5. nu. 6.* causa enim Regina delictorum est indaganda; hinc est, quod pœna grauis quandoque pro delicto paruo imponitur arbitrio Iudicis, *glos. in verb. leuis, in l. 1. C. de primi cereo, & secundi cereo, lib. 12.* & è contra vt per *Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 1. nu. 18. fol. 55.*

Nec mireris, si Iudices in hoc casu Regibus ęquiparantur, quoniam non loquimur de Regibus, quando potestatem absolutam exercere volunt, sed quando per potestatem ordinariam secundum leges procedere intendunt. Nulli dubium est, Reges omnia, quę volunt, posse de potestate absoluta, dicuntur enim Dei in terris, *Iudith. 3. nu. 13.* quinimo cum eorum oratione saluant à morte, *Regum. 4. cap. 20. in princ.* & propter eorum preces Deus conuertit gladium in vaginam, *1. Paralipom. 21. nu. 27.* sed de potestate ordinaria Nos loquimur, & , ò , vtinam Reges possent omnes subditos iudicare, vt per *Gubernatorem Christianum Fr. Io. Marquez in lib. 1. cap. 19. col. 3. fol. 110.* At in infrascriptis casibus debent indulgere (circumscriptis alijs) iam quod interpretatione legum pęnæ molliendæ sunt potius quam asperandæ, *l. interpretatione. 42. ff. de pœnis.*

125 I. Indulgere debent quādo quis deliquit non dolosè, nec ex proposito, seu appensatè, nec ex electione, sed casu, vel rixa, aut passione animi, in his quidem casibus erat Asylus

126 in illis sex Ciuitatibus (sicuti Gallia est Asylus pauperorum Principum, secundum *Petrum Matthei in histor. Franciæ. fol. . .* licet *Tucyd. lib. 1. in oratio. Corinth.* pro præcepto politico tradit. *Aperte negamus aliquē à puniendis suis esse prohibendū.*) Idest quod Princeps non debet recipere persecutos à suis superioribus, nisi iniustè persequerētur.) vt habemus *Deutheronom. 19. & num. 25.* & Theseus Athenis, & Romulus Romæ Asylum introduxerunt, teste *Plutarc. in vita vtriusque.* & in Regno Neapolis adest Ciuitas Beneuenti sub iurisdictione Summi Pontificis, ad quam inquisiti, & debitores confugiunt, & potissima est causa, ne Regnum inquietetur. Merito quando Imperator Constantinus Diuo Syluestro Italiam dedit, reseruauit sibi Neapolim in Camerā, vt supra diximus in *vers. 2. obser. 1. nu. 21.* Iudex enim in supradictis, pęnas mitigare debet, *Felyn. in cap. dilecti filij, nu. 12. & seqq. vers. secunda declaratio, de exceptionibus, Bossius in titulo de homicid. nu. 88. & seq.* vbi latissimè, & *Alex. in cons. 144. nu. 9. lib. 2.*

127 II. Indulgere possunt, quādo iniuria ipsis Regibus

Regibus infereretur, *l. vnica, C. ſi quis Imperatori maledixerit;* quæ lex tam pja, tamquam ſancta iudicatur, vt quaſi diuina dici poſſit, & diximus ſupra in *verſ.3.obſeruat.3. nu.49.* Magnanimi enim eſt proprium, atq; tranquillum iniurias, & offenſiones ſemper deſpicere, *Senec.de clem. lib.1.cap.5.* licet de Iure Codicis Iudices contra hos male loquentes conſtituti erant, *gloſ. in tit. C. de præpoſitis laborum. lib.12. & Afflict. in dec. 265. nu. 62.* ait enim *Xenoph. Cyrop. lib.1. Nil iuſtius, quam propulſare iniuriam.* Sed hoc apud Gentiles, Chriſtiani autem quotidie orant, *dimitte nobis debita noſtra, ſicuti & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Quo vero ad iniurias Iudici per litigantē factas, nota non per ipſum Iudicem, ſed per Superiorem eſſe puniēdas, quia nemo Iudex idoneus in cauſa propria *l.1. C. ne quis in ſua cauſa iudic.* quod intellige tam in Ordinario, quam in Delegato: fallit tamen, ſi iuriſdictio turbaretur, vel niſi in officio quis peccauerit coram ſe exhibito, puta Aduocatus in aduocatione, vel teſtis in teſtimonio, aut Actorum Magiſter in actis conficiendis, *Innoc. in cap. dilectus. 11. de pœnis,* per *l. nullū. C. de teſtibus, & l. quæſitum. ff. eodem, & l. mortis. ff. de pœnis.*

128 III. Poſſunt indulgere quādo quis in delatione, ſeù aſportatione armorum prohibitorū per Regia Banna peccaret: ſi vero animo non offendendi deferebantur, quia tunc nemo lęſus dici poſſet, ſin autem publicè, & in contemptum Regis, & legis, non aſportarentur, argumento dictorum per *Bald. in conſ.59. lib.1.* ſin vero ad ſui redemptionem aſportarentur, tunc licitè fieri poſſet ſecundum *Innoc. in cap. ſignificauit. de Iudæis, & Saracenis.*

129 IV. In tranſgreſſione edictorum Baronalium, dummodo in contemptum tranſgreſſores non excederent, *Bald. in conſ.59. licet eleganter num.4. verſ. item detrahere, lib.1. Fulgoſ. in conſ.123. in fine.* Tranſgreſſio n. dicitur, quando graditur extra terminum ſibi præfixum, vel quando quid agitur contra præceptum negatiuum, *D.Thom.2.2. quæſt. 79. art.2.* omiſſio autem eſt quando importat prætermiſſionem boni debiti, *ibidem artic. 3.*

130 V. In delictis leuibus, *Couar. variar. reſolut. lib.2. cap.9. per totum.* Hinc eſt, quod pœna impoſita contra vulnerantes non extenditur ad vulnuſcula, nec contra incendētes domos, extenditur ad domunculas, nec in falſificantes monetas, extenditur ad monetas minimas, ſecundum *Io. Vincent. de Anna in repetitione conſtitut. Regni. Si quis aliquem, nu.44. & ſeq.* quæ eſt poſt primum volumen conſiliorū Fabij de Anna eius filij, & diximus ſupra *verſ.3. obſer.3. in Tribunali Theſaurarij.*

131 VI. Si eſt primum delictum, & non ſolitus delinquere, vel ex magna cauſa deliquerit, *l.3. C. de Epiſcopali audient. Gram. deciſ.23. & 24.* ex quo infertur à cōtrario ſenſu, quod ſi in homicidiarium publicum committeretur homicidium, deberet pęna minui, ait n. Dominus: *Qui gladio ferit, gladio peribit.* & alibi, *homicida non viuet ſuper terram.* dum ergo occiditur homicidiarius publicus, & notorius, minus eſt delictum, argumento *l. ſeruos.8. C. ad leg. Iuliam de vi publica.* Homicidium enim dicitur horrendum crimen, ex quo incidit in manus Domini, de quo Deus faciet vltionem, vt per *Nicolaum de Lira in Epiſtola Pauli ad Hæbreos. cap. 9.* ſāguis quidem occiſorum apud Deum continuo clamat, vt in *Apocalipſi.* ibi, *Ecce poſt hæc vidi animas interfectorum clamantes ad Deum, & dicētes. vſque quo Domine non das iudicium, & vindicas ſanguinem noſtrum de interfectoribus noſtris, qui ſunt in terris.* merito dum homicidiarij iſti occiduntur, iuſto Dei iudicio cenſentur occiſi, & ſucceſſiue mitius puniri debent eorum occiſores, quia virum ſanguinum, & doloſum abominatur Dominus, *Pſalm. 5. & Auli Gellij noctium atticarum. lib.12. cap.7.* eſt Hiſtoria notabilis, de muliere Smyrnęa, quæ virum, & filium eodem tempore veneni clam datis vita necauerat, quod delictum confitebatur feciſſe, ex quo illi filium ſuum ex primo marito innocentiſſimum inſidijs occiderant, relataq; cauſa in Senatu Romano per Dolobellam Aſiæ Proconſulē, nemo ex Conſilio in cauſſa tam ancipiti ſententiam ferre audebat, quoniam delictum non videbatur impunitum, & digna tamen pœna in homines ſceleratos vindicatū fuiſſet. Dolobella eam rem Athenas ad Areopagitas, vt ad Iudices grauiores exercitatioreſq; in Martis Templo iudicantes reiecit. à quibus cognita cauſa accuſatorem, & mulierem accuſatam centeſimo anno adeſſe iuſſerunt. & ſic nec abſoluta, nec condemnata fuit mulier.

132 VII. Quando perſona delinquens eſſet excellens in aliqua arte, *l. ad beſtias, ff. de pœnis.*

133 VIII. Si ex imperitia, vel ignorantia delinquitur, *l. ſi quid id quod. ff. de iuriſd. omn. Iudicum,* vel ex lubrico linguæ, nam ad pœnam non eſt facile trahendum, *l. famoſi. §.1. ff. ad leg. Iul. Maieſt.*

134 IX. Quando ob ebrietatem, vel laſciniā, *l. omne delictum. §. vinum. ff. de re militari,*

& in const. Regni. Terminum vitæ hominis. in fine, quod limita, nisi ipse culpa sua ebrietati causam dederit, vt supra hic diximus *numer.* 48.

135 X. Potest indulgere, quãdo reus est adeò corrigibilis, vt faciliter gratijs Curiæ se remittat, *l. si libertus. ff. de operibus libertorũ. Anna in singul.* 162. *&* 226. *& in cap. Regni Ad peruersorum reprimendam audaciam*. ait enim *Tacitus de Iulio Agricola, Nec pœna semper, sæpius pœnitentia contentus esse debet*. Quinimo si reus gratijs Curiæ se remittit, & grauaretur, appellare poterit, *Gizzarellus in decis.* 57.

136 XI. Possunt indulgere propter ætatem delinquentis, quo casu pœna moderanda esset, & in Regno intelligitur infra annum 18. & supra 50. *Grammat. in decis.* 23. *&* 24. *& cap. tanta.* 80. *distinct. Bald. in cons.* 59. *nu.* 3. *vol.* 1. & latè *Decian. in cons.* 24. *vol.* 3. sed *Aulus Gellius noctium attic. lib.* 10. *cap.* 28. apud Romanos affirmat vsque ad 17. annos minores, vltra vero vsque ad 46. iuniores, supra vero eum annum seniores existimatos fuisse. Idemque *Author in lib.* 11. *cap.* 18. refert, quod & si ex lege fures deberent mori, attamen si impuberes fuerint, Iudicis arbitratu verberandos esse, & noxam sarcire. quem quæso videas, si vere forti pœnas perpendere velis cum legislatoribus ipsarũ.

Sed per *pragmat.* 1. *de minorib.* fuit prouisum, quod si malitia suppleret ætatem, potest Iudex pęnam ordinariã imponere; ætas enim in pęnis irrogandis est inspiciẽda, nam iunior in longius, & senior in recisius, idest breuius tempus est relegandus, *l.* 2. *ff. de termino moto*; ætas enim 50. annorum est media ætas, *§. quanta igitur. in auth. quomodo oporteat Episcopos, vel Clericos*. & annorum 55. excusat ab oneribus personalibus, sed nõ à patrimonialibus, *l.* 3. *C. qui ætate, vel professione se excusant. lib.* 10. minor ætas excusat à tortura, quia minores ferula, aut habena cedi solent, *l.* 1. *§.* 1. *vers. ætas. ff. ad Senat. Consult. Syllan.* & probatur ætas per librum patris, *Anna in singul.* 379. reliqua vero de ætate vide supra *vers.* 3. *obseru.* 3. *nu.* 80. nec in hac materia *Auli Gellij* prætereas dictum in *lib.* 15. *noct. attic. cap.* 5. obseruatum esse, annum ætatis 63. qui scalaris dicitur, senibus venire cum periculo, aut clade aliqua, aut corporis morbique, aut vitæ interitu, aut animi ęgritudine.

137 XII. Quando vulneratus non perit atrocitate vulneris, sed propter imperitiam medicorum, vel ob suam inordinatam curam, *Afflict. in constitut. Regni. Terminum vitæ hominis, & in l. si plagis. ff. ad l. Aquiliam*. vel quia duo essent vulneratores, nam qui dedit causam morti, debet puniri de morte, & non alter, nisi auxiliũ morti præbuisset, quia tunc teneretur, & si leuiter percussisset, *Innoc. in cap. significasti.* 19. *de homic.* imo infirmus peccat si disordinate viueret, sicuti & medicus si malam curam faceret. idem *Innoc. in cap. tua nos.* 19. *de homic.*

138 XIII. Quando delictum non plene con-
stat, sed ex coniecturis, & præsumptionibus
proceditur: tunc enim illationes fieri non
debent, quia promptiores esse debemus ad
liberandũ, quam ad condemnandum, *l. Aria-
nus, ff. de actio. & oblig.* & sanctius est no-
139 centem absoluere, quam innocentem con-
demnare, *l. absentem, ff. de pœnis.* & melius
140 est ob misericordiam, quam ob crudelita-
tem Deo rationem reddere, *cap. alligant.* 26.
quæst. 7. hinc fertur de pijssimo Papa Grego-
rio XIII. qui tot altaria priuilegiata erige-
bat, totq; indulgentias concedebat dicendo,
quod si Dominus ab eo rationẽ exposceret,
cur tot Indulgentias concedebat, responsu-
rus erat, eius exempla imitasse, qui pro ge-
nere humano passus, & crucifixus est. Prin-
ceps enim magis Deum imitari non potest,
quam benefaciendo, *Andr. in tit. quæ sint
regalia, nu.* 74. *vers. nihilominus potest.* Ete-
141 nim nec nimia misericordia, nec nimia se-
ueritas est seruanda, *l. respiciendum, ff. de
pœnis*, & sicuti in leuioribus debemus esse
mitiores, sic in atrocissimis intẽperati, *cap.
disciplina, & cap. licet,* 45. *distinct. & Eccle-
sias.* 25. habendo præ oculis requisita in *d. l.
aut facta, ff. de pœnis*, sed *Abb. in cap. sicut
simoniaca, nu.* 3. *de simonia*, limitat hanc re-
gulam in delicto graui, & grauissimo, in quo
per sola signa, idest per verisimiles proba-
tiones proceditur, puta in crimine simoniæ,
hæresis, aut lęsę Maiestatis, & assassinij, *cap.
1. de homic. in 6.* ibi, *argumentis.*

142 XIV. Quando esset multitudo delinquẽtium, ne magna strages fieret, pœnę minui possunt, *l. aut facta, §. fin. de pœn. Bal. in cons.* 59. *num.* 3. *vol.* 1. *Petrarcha de remedio vtriusque fortunæ, lib.* 1. *dialog.* 97. *fol. mihi* 299. vbi ꝙ Cæsar incredibili sua constantia non exercitũ in se irruentem punijt, sed Authores tantũ; vbi etiã quod idẽ fecit Alexander Romanus Princeps ad Antiochiam. verũ quomodo Vniuersitas puniri, vel accusari possit, ponit *Innoc. in cap. dilectus.* 30. *de simon.* Etenim propter scandali timorem, quando multitudo esset puniẽda, sępè omittitur rigor Iuris; Et multitudinem intellige quando scandalum timetur, nam si scandalũ non timeretur propter multitudinem, non est à rigore Iuris recedendum, idem *Innoc.*

in cap.

in cap.4. de clerico excommun.depoſ. per Iura ibi allegata, qui quidem *Innoc. in cap. grauem.52. de ſentent. excom.* declarat, quando Vniuerſitas poterit excommunicari, vel interdici.

143 XV. Vbi pœna eſt arbitraria, poteſt Iudex eam minuere, vt infra hoc *verſ. obſer.2. nu.5.* & ſemel deminuta, non poteſt amplius de ea quæri, *Bal. vbi ſupra*, *Fulgoſ. in conſ. 123. præſuppoſitis ſtatutis, circa fin. Gram. in voto 23. num.21.* non eſt enim pluries inquirendum, nec accuſandum, niſi in caſibus notatis per *Innocent. in cap. de his, de accuſ. & in cap. 4. in fine, de collat. detegen. & in cap. cum dilectis.15. de purgat. vulgar.* vbi quod quando reus fuit condemnatus, poteſt ſępè de delicto quæri, ſecus ſi fuit abſolutus; & arbitraria dicitur vbi non reperitur pœna determinata, *Andr. in cap. 1. §. ſcriba vero num.23. verſ. debet quidem, de prohib. feudi alienat. per Freder.* vbi etiam tenet, quod ſi pęna eſſet amputatio manus, debet intelligi de dextera, ſi percuſſerit, vel ſcripſerit: ſed in pęna furti debet intelligi de ſiniſtra; quo vero ad pęnam in facie hominis caracteribus infligenda, licet per *Imperatorem in l. in metallum. C. de pœnis*, diſponatur non eſſe infligendam, dum ad imaginē Saluatoris eſt facies. tamen de Iure canonico admittitur, *in cap. 3. de falſ.* vbi *Innoc.* notat, non eſſe infringendam, vt ſanguis effundatur.

144 XVI. Quando ex ſolis præſumptionibus condemnatio fieret. *Boſſius in praxi, in tit. de coniect. nu.40. & ſeq.*

145 XVII. Quando quis confiteretur delictū cum aliqua qualitate, & inde qualitatem illam probare non poſſet, tali enim caſu pęna debet minui, ex quo ſuper præſumptione Iuris, & ſuper facto dubio ſententia fertur, *Boſſius vbi ſupra nu. 57. Andreas autem in cap. 1. §. poſtquam. nu.10. de controu. inueſt.*
146 dicit, quod ſiquis primo negauit delictum, & inde viſis teſtium Fiſci depoſitionibus acceptauerit cum qualitate in articulis, quod poteſt hoc facere, & irruit contra Iudices hoc negantes. & ita deciſum refert *D. de Franch. in deciſ.637. & 638.* ſicuti dicimus, quod quis poteſt negare non eſſe hæredem, non obſtante ficta confeſſione in decretis, quod declaret, alias habeatur pro confeſſo, *Gizzarellus in deciſ. 49.* hinc eſt, quod & ſi conuictus, & confeſſus non appellat, fallit ſi confiteretur cum qualitate aliqua, quæ delictum minueret, *Vinc. de Franch. in deciſ. 556. vol. 4.* ſed & ſi quis confeſſus eſſet hominem occidiſſe, & ad flumen proieciſſe cadauer, ad mortem condemnari debere, tenet *Salernit. in deciſ. manuſcript. 30.* hinc eſt, quod negans in iudicio, ſi inde vult iuuari Iuribus ſpectantibus ad ipſum, perdit poſſeſſionem rei negatæ, *§. aliud quoq; in iudiciis, cap.10. in auth. de triente, & ſemiſſe.*

147 XVIII. Quando quis bannitum conſanguineum receptauit, quia minus punitur, *Alex. in conſ.144. in fine, lib. 2. & Caſtillo in deciſ.166. num.5. vol.2.* de hac tamen receptatione bannitorum vide multa per *D. Ponte in tract. de poteſtate Proregis, de prouiſ. fieri ſolitis, §.4. nu.58. fol.21.* & diximus ſupra *verſ.3. obſeruat.4. nu. 93. & Gizzar. in deciſ.78.* vbi quod receptans inquiſitum de crimine lęſę Maieſtatis, non gaudet generali Indulto.

148 XIX. Quando reus eſt debilitatus, & in triremibus ſeruire non poſſet, tunc enim pœna poteſt minui, *l. in metallum. 22. ff. de pœnis, & Clar. in §. fin. in quæſt. 85. verſ. non omitto etiam,* hinc eſt, quod etiā ſi quis ex paupertate delinqueret, aliqua in eum conſideratio eſſet habenda, ait enim *Saluſt. in Iugurta, Expertus ſum parum fidei miſeris eſſe.* Multi quidem ſcelerati non eſſent, ſi miſerabiles non forent.

149 XX. Poteſt pęnam minorari, quando Iudex ex cauſa mouere ſe poſſet ad minorandum, ſicuti etiam ex cauſa poteſt eam alterare, *Clar. in §. fin. quæſt. 35. in fine,* licet affirmet, quod Iudex malefaceret, ſed per *l. aut facta. ff. de pœnis,* credo quod poſſet.

150 XXI. Quando homicidiū non eſt ex dolo commiſſum, ſed tantum culpoſum eſſet, quoniam tunc pœna eſſet extraordinaria, & relegationis ad quinquennium, *l. Cornelia, §. 1. ff. de ſicariis, & in conſt. Regni. Terminū vitæ. in fine,* vel ſi eſſet pro ſui defenſione, quoniam defendere ſe quiſque tenetur, nam qui ſe non defendit, nec obſtitit, ſi poteſt iniuriæ, tam eſt in vitio, quam ſi parentes, aut amicos, aut patriam, aut ſocios deſerat, *Cic. 1. de offic.*

151 XXII. Poteſt pęna minorari ex lapſu tēporis, *l. ſi diutino, ff. de pœnis, & Afflict. in deciſ. 287. verſ. & ſic lapſus temporis. & in conſtit. Regni. Iuſtitiarij non per calendas, col.3. verſ.4. nota;* vbi dicit, quod *d. l. ſi diutino.* fecit ſibi honorē coram Rege Alphonſo Secundo, qui replicauit, quod illa lex videtur ſibi iniuſta, vt tempus habeat minorare pœnam, & merito in *extrauag. qui ſint rebelles.* diſponitur, ibi, *& eo ipſo quod quis peccat correctionem meretur: & quanto plus differtur punitio, tanto magis culpa creſcit, & gentibus pernicioſius in exemplum tranſit;* & pro declaratione *d. l. ſi diutino,* vide *Teſſaur. in deciſ.76. & Gram. in deciſ.24. Viui. deciſ.439. nu.38. & Foller. in pract. crimin.*

captis foriudicatis, nu. 8. quibus in locis habetur, quod foriudicatus vltra decennium debet puniri non obstante lapsu temporis, & in cap. cum Ecclesia. 9. extra de simonia, habetur, quod tanto grauiora sunt crimina, quanto diutius infelicem animam tenuerunt alligatam. quærit enim Gizzarell. in decis. 18. num si homicidium fuerit commissum longo tempore post receptam iniuriam, pœna mortis naturalis debeat puniri? & negatiuè respondit, affirmas nostra Tribunalia non solere ad mortem naturalem condemnare illum, qui ex internallo, & ex causa honoris, vel iniuriæ receptæ homicidium commiserit, & allegat Gram. decis. 23. hinc Politici rumores & Populorum subleuationes inueterate faciunt quando resistendi modus deficit, iuxta præceptum Taciti in annalib. ibi, Relinquendum rumoribus tempus, quo senescant.

XXIII. Quando non adsunt probationes sufficientes pœna extraordinaria imponitur, Io. Franciscus de Ponte in cons. 96. num. 17. & 18. vol. 2.

152 XXIV. In illis causis, in quibus punitur affectus, seu conatus etiam non sequuto effectu, pragmat. 1. de ictu scopictæ, Cobtr. in decis. 67. & l. si quis non dicam rapere, C. de sacros. Eccles. & si posset Iudex pœnam exequi, attamen ex authoritate legis sibi concessa poterit pœnam mitigare, licet id facere non sit obnoxius, & ita refert Saliect. dixisse Bal. viua voce in l. is qui cum telo, C. de sicar. per text. singul. & optim. in l. aut facta, vers. euentus, ff. de pœnis, sequiturq; Felyn. in tract. de conatu, ad finem. & notat Ioach. Mysinger. in centur. 2. obseruat. 9. fol. 338. & l. 1. §. final. ff. quod quisque iuris, latèq; Mastrill. in decis. 293. vbi quid in atrocissimis.

153 XXV. Quando homicidium esset commissum calore iracundiæ mitius punitur, vt per Mastrill. in decis. 278. & Castill. in decis. 159. vol. 2. vbi declarat, quando color iracundiæ, & ad propositum, & vide Gizzar. decis. 18.

154 XXVI. Quando delinquēs sponte se præsentaret, l. 1. C. de desertoribus. lib. 12. & l. 1. C. de grege dominico. lib. 11. vel quando pater sponte præsentaret filium capitalis criminis reum, tunc enim pœna minuenda est, text. est notab. in l. milites agrorum. §. desertorem. ff. de re milit. quod extende in filio præsentante patrem, & in matre præsentante filium, vt per Consiliarium Pascalem in tract. de viribus patriæ potestatis, cap. 3. & gloriatur Castr. in l. propter insidias. C. qui accusare non possunt, per illum §. desertorem. saluasse vitam cuidam inquisito, qui per decennium fuit relegatus, & Ego addo l. vnic. C. de his, qui se deferunt, lib. 10. vbi gratius agitur cum eo, qui sponte se defert Curiæ, quam cum alijs, & alium text. in l. 1. C. de desertorib. lib. 12. vbi desertor, qui se spontè præsentat, impunitus euadit. habemus etiā parcendum esse filio propter patrem, vt fecit Deus Salomoni, & filio eius propter Dauid patrem, 3. Regum. cap. 11. nu. 12. tanta enim est naturalis pietas inter patrem, & filium, quod parentes non sunt deserendi propter religionem, si absque periculo demittendi cultum Religionis, possunt honorari, D. Thom. 2. 2. q. 98. art. 4. & merito in anno 1591. in circa Imperator Turcharū concessit licentiam eius magno maris Præfecto Sinam Cicalæ, vt cum Classe maritima veniret prope Messanam in portu dicto la fossa di S. Gio. pro salutanda, & veneranda eius matre Christiana habitante in Messana Ciuitate, & è conuerso fuit concessa licentia eidem matri ad videndū prædictū eius filiū.

Patet enim potest vendere filium, tot. tit. de patria potestate, si est inobediens, potest eum carcerare in nostra Turre S. Vincentij, vel alibi, & licet mater hoc non possit facere, debet tamen Iudex eum carcerare ad instantiam matris, quando conqueritur de inobedientia filij. Hinc est, quod pater non potest occidere filium bannitum, Bald. in l. veluti, ff. de iustit. & iure, quod etiam intellige è contra. Cæterum de potestate patris erga filios diximus alibi, & vide per Cons. Pascalē in tract. de viribus patriæ potestatis, cap. 3.

155 Et eandē quo ad temperantiā, & moderationem pœnarū videas per Tiraq. in tract. de pœnis legum, consuetudinum, vel statutorum moderandis, vel minuendis, in tom. 7. circa finem, vbi reperies. 64. Causas ex quibus pœnæ debent minui, & moderari, & alias ponit Add. Ignat. Lopez ad pract. crimin. Diaz c. 95. in fin. Decian. in cons. 24. vol. 3. & Rim. iun. in cons. 349. vol. 3. vbi quod si volens occidere vnum, occidit aliū, non est pœna mortis, sed arbitraria puniendus, imò irregularitas euitari posset, vt supra diximus.

Sunt etiam & causæ, ex quibus pœna est remittenda, puta si tempus pœnę sit finitum, l. omnes. 23. C. de pœnis. & l. 3. C. de causis ex quib. infam. irrogetur.

Vel si Principis Indulgentia superuenerit, l. 1. de abolit. quod limita per l. si operis 14. C. de pœnis.

Quo vero ad pœnas inferendas ex causa furti, & actiones ex furto competente, latè vide per Nicol. Vigel. in lib. 46. & 47. digesto. per tot. in par. 6.

OBSER-

OBSERVATIONIS II.

SVMMARIVM.

1 *Poena semper est arbitraria, si non reperitur statuta, & nu. 50.*
2 *Arbitrium in delictis consuetis potest extendi ad mortem naturalem.*
3 *Sed contrarium tenet Menochius post alios.*
4 *Inditia indubitata extenduntur ad pœnã mortis naturalis.*
5 *Arbitraria est pœna in statuto eam ponente, & non declarante.*
6 *Iudicis arbitrium quomodo intelligatur.*
Arbitriũ Iudicis quam habeat interpretationem, ibidem.
7 *Principis arbitrium est latissimum.*
Arbitrium Principis latè interpetratur, ibidem.
8 *Disputare de arbitrio, vel de electione facta per Principem, quasi sacrilegium est.*
9 *Principi non potest dici cur ita facis.*
10 *Princeps ex certa scientia potest facere, quæ sunt supra ius, cõtra ius, & præter ius.*
11 *Ex causis potest tollere ea, quæ sūt iuris gentium, & diuini.*
Præsumitur facere ex causa, ibid.
12 *Ex sua opinione tantum potest tollere ea, quæ sunt iuris positiui.*
13 *Princeps subiectorum miserere debet.*
Est amator æqualitatis, & iustitiæ, ibidem.
Est Pater Patriæ.
Ex pia allegatione moueri debet, ibidem.
Humaniter, & non superbe se gerere debet, ibidem.
14 *Quo ad vim directiuam legis debet subiacere legi.*
15 *Misericordiã habere, est elementiæ.*
16 *Arbitrium suum secundum hanc Pragmaticã quomodo extendat.*
17 *Mercator ex dolo decoctus quomodo puniatur.*
Decocti mercatores ex dolo, quomodo debẽt puniri, ibidem.
18 *Princeps conquiescit in quiete subditorum.*
19 *Procurare debet quietem conuiciniorum.*
Pœna si in banno non est specificata, qualiter intelligatur, ibidem.
Pœna arbitrio reseruata, debet intelligi de simili, ibidem.
20 *S. C. Capuanæ arbitrium extenditur.*
Iudex potest gratificare in multis, ibid.
Arbitrium S. C. Capuanæ, ad quæ extendi possit, ibidem, & seq.
21 *Potest condemnare ad non petita.*
22 *Compromittere causas inuolutas, sed non claras.*
23 *Ius intricatum æquiparatur ignorantiæ.*
24 *Arbitrium Principis in mitiorem partem, est interpretandum in pœnalibus.*
25 *Electio an sit inquisiti, si pœna est alternatiua.*
26 *Pœna in ciuilibus soluitur, quatenus eum interesse concurrit, & sic seruatur.*
27 *Princeps interpretatur eius Pragmaticas, & leges, illasque extendit, vt Reipublicæ expedit.*
Extensio pœnæ de vna ad aliam personam, ibidem.
28 *Pœna an sit extendenda ad similia.*
Pœnæ indignationis Regiæ, vel per quantum gratiam nostram caram habent, quæ sint, ibidem.
29 *Arbitrium creditorum debet esse regulatũ non obstante l. creditoris arbitrio.*
30 *Intelligitur semper secundum arbitrium boni viri.*
31 *Venditio facta pro pretio arbitrãdo per talem est nulla, si talis non arbitratur.*
32 *Pactum de vendẽdo rem pignoratam facit, vt creditor non teneatur de euictione.*
33 *Creditor pignus vendens quando non teneatur de euictione super pignore vendito, nec potest quæstionem mouere etiam ex alia causa, ibid.*
34 *Non tenentur accipere pecuniam dotalem.*
Dotalis pecunia non potest solui creditoribus, ibidem.
35 *Debitor soluendo pecuniam dotalem creditori repellitur.*
36 *Auocatio pecuniæ à secundo creditore quando fieri possit.*
37 *Creditor optinens assistentiam super bonis possessis per debitorem, & super bonis possessis per tertios possessores, tenetur exequi super bonis possessis per debitorẽ.*
38 *Electio creditoris vigore l. creditoris arbitrio. de distract. pign. & l. qui pignori. ff. de pignor. quomodo procedat.*
39 *L. creditoris arbitrio, quomodo limitatur, & nu. seq.*
40 *Arbitrium creditoris debet esse effrenatum, & non indomitum.*
41 *Feuda veniunt in subsidium.*
42 *Feuda exterorum non possunt vendi absque licentia Regis.*
43 *Tertius possessor non debet molestari solus, si alij possessores adsunt.*
44 *Regula quod tibi nõ nocet, & creditori prodest, quomodo procedit.*

OBSER-

OBSERVATIO II.

Alia pœna arbitrio Principis in statuto reseruata, vsque ad quam extendi debeat, vel possit.



Rætermissis multis, quæ referri possent circa arbitrium Iudicis, de quibus per *Menoch. in tract. de arbitr. Iudicum, & per alios Scribentes*, & signanter per nostrum *Marant. in disput. 3.* Quantum ad nos pertinet, constitue regulam generalem, quod quando pęna
1 non reperitur limitata, vel certa, semper arbitraria intelligitur, *Alex. in cons. 13. attentis, num. 14. in fine, lib. 7.* & arbitrium hoc in delictis consumatis potest extendi vsque ad mortem naturalem, *Bald. in consil. 437. Cacibus conferit nu. 4. vers. item non obstat, lib. 3. Dec. cons 100. nu. 9. vers postremo, & in cap. de causis, num. 18. de offic. deleg.* vbi communem dicit, & quādo delictum ex circumstantijs est dignum morte, ad eam arbitrium tale extendi potest, *Grauett. in consil. 220. nu. 14.* licet contrarium narrem tenuit
2 *Menoch. de arbitr. Iudicum, lib. . num. 86.* & communem dicit *Afflict. in decis. 276. Alex. in d. cons. 13. nu. 15. lib. 7. & Cassan. in consuet. Burgundia tit. 170. vers. iusta ista*, ex quo *glos. in §. in summa, instit. de . . . tur.* est reprobata, euenit enim causa ista discutienda circa annum 1606. tempore Præsidatus D. Comitis de Beneuento Proregis, nam inquisita Marcia Basile de homicidio in personam mariti, ex quo inditia erāt indubitata, paritas votorum adfuit, sed datis adiunctis, fuit ad mortem condemnata, & decapitata, arbitrium q; fuit extensum vsque ad mortem, sed de hac extensione arbitrij vide *Vincent. de Franchis in decis. 504. nu. 10.* vbi congerit contradictores, & *Bouadill. in polit. tom. 1. fol. 422. nu. 27.*

Hodie autē quæstio hæc in Regno nostro est sopita, nam ex *Pragmatica edita per D. Cardinalem Zappatam Locumtenentem 20.*
4 *Septembris 1621.* datur Iudicibus potestas ex inditijs indubitatis posse extendere pęnā vsque ad mortem naturalem: & declarat inditia indubitata tunc adesse, quando Iudicis intellectus adęquatus remaneret reum commisisse delictum: sicuti dici potest in siludendo aliquo articulo dubio Iuris, de quo controuertitur: tunc veritatem fuisse repertam, quando pacatus remanet intellectus super illo puncto, absque aliqua vacillatione: verum in superiori casu Deus optimus maximus permittat Iudices mites, & temperatos, & non sitientes humanum sanguinem habere: de indirijs indubitatis facit quoque mentionem *cap. Regni, iam sæpe*, & aliqua tetigimus supra in hoc *vers. 12. obseru. 1. nu. 50.* quinimo quod ex inditijs indubitatis poterit quis condemnari, probat *Gubernator Christianus in lib. 2. cap. 17. col. 4. fol. 267. per l. 25. C. de probat. & cap. cum olim, de verb. significat.*

Vbi autem certa, & præcisa pęna à lege
5 non declararetur, semper est arbitraria Iudici, vt supra diximus in hoc *vers. obseru. 1. num. 143.* & tenet *Io. de Anania in cons. 1.* & sic etiam si Regis præceptū prohibet aliquid, & non dicit sub qua pęna tunc etiam est arbitraria, *Bal. in cons. 363. venerabilis in Christo, nu. 4. vers. adde vtrum, lib. 3.* &
6 hæc quo ad illos Iudices quorum arbitrium intelligitur in his, quæ circa animi consiliū reguntur, & non in his, quæ specificata sunt à lege, vt declarat *Bal. in cap. 1. nu. 14 in fin. de milite vasallo, qui contumax est, fol. 47.* & sic habemus multas *cōstitutiones Regni, sub titulo de violentijs*, & aliam *constitut. Regni, Fanam praecedenti*, in quibus locis multa circa arbitria Iudicum habes, & vide supra hoc *vers. obseruat. 1. nu. 122. & seq.*
7 Quo vero ad arbitrium Principis attinet, dico, quod *Bal. in cons. 248. quaeritur vtrum donatio, in fine, lib. 1.* dicit, esse ponere os in Cęlum negare Principem non posse omnia facere, & in *cons. 262. nu. 2. in fin. lib. 1.* ait, quod reuocare potestatem Principis in dubium, nunciū esset reuoluere, adeò quod ne dum disputandum non sit, sed nec dubitandum de potestate, & authoritate Principis supremi, *Roman. in cons. 310. Soccin. in cons. 47. in præsenti, nu. 21. lib. 4.* Quinimò
8 disputare de eius potestate, & iudicio, sacrilegium esset, *l. 2. C. de sacrileg.* & sic etiam affirmare electum per Principem ad officiū non esse habilem, quasi sacrilegium foret, *cap. qui autem, 17. quæst. 17. & in constitut.*
9 *Regni nostri, disputare*, non enim potest dici Regi, cur ita facis, *Alex. in cons. 1. num. 12. vers. vel si intelligatur, lib. 2. Rolan. à Valle in cons. 3. num. 127. lib. 1.* Quoniam solum Deum habet in superiorem, vnde *Dauid* dixit: *Tibi soli peccaui, & malum coram te*
10 *feci. in psalm. 50.* Princeps enim ex causa scientiæ potest facere ea, quæ sunt supra ius, contra ius, & præter ius, seu extra ios, quia est super omnia, *Rolan. in cons. 3. num. 130.*
11 *lib. 1.* & de plenitudine potestatis potest tollere ea, quæ sunt Iuris gentium: & ex causis etiam ea, quæ sunt Iuris diuini, & in dubio

præsu-

præſumitur in Principe adeſſe cauſam ad ſic agendum, *Bolognett. in addit. ad conſ. Io. de Anania* 81. *num.* 5. ſubdens ſufficere, vt Princeps putet causã ſubeſſe, & ſubſiſtere ex opi-
12 nione ſua, & ita etiam poteſt tollere ea, quæ ſunt Iuris poſitiui ſine cauſa, *Rolan. à Valle in conſ.* 66. *lib.* 2. & ex cauſis poteſt recedere à regulis iuris, *l.* 1. vbi notat *gloſ. C. de præcibus Imperatori offer. l. qui in Prouinciam* 57. *§.* 1. *ff. de ritu nupt.* & latè per *Lancell. Corrad. in tract. de Impēr. in lib. titulato Templum Iudicum*.

Ergo ſecundum prædicta, & alia, quæ circa hæc inſinuari poſſent, videtur quod Princeps talem pœnam ſuo arbitrio reſeruatam extendere poterit etiam vſque ad mortem inclusiuè, conſideratis tamen perſona, cauſa loco, tempore, & qualitate, vt per *Menoc. de arbitrijs Iudicum, lib.* 1. *quæſt.* 86. *num.* 3. *& ſeqq. & Marant. in d. diſput.* 2. facitq; ſingul. *text. in l. aut facta, ff. de pœnis, & gloſ. in §. in ſumma, inſtit. de iniur.*

Attamen verũ eſt, quod Princeps in quantum fit poſſibile, vaſallis prouidet, & ad eorũ veſſationem fugiendam vnquam datur cognitio primarum cauſarum vni, & ſecundarum alteri, ſicuti notat *Reg. de Ponte de poteſtate Proregis, tit. de aſſenſibus ſuper doti-*
13 *bus, nu.* 10. *fol.* 272. ſubiectorumq; misereri debet, ſicut Deus miſertus eſt hominum, *l. Imperialis, C. de nupt.* ex quo æquitatis, & iuſtitiæ eſt amor, *§. vlt. verſ. æqualitatis, in auth. de non elig. ſecundo nubentes mulieres*; eſt enim Pater Patriæ, *Seneca in lib.* 1. *de clementia, Andr. in cap.* 1. *nu.* 14. *circa medisi, quæ ſit pri. cauſ. benef. amitt.* & ex pia allegatione moueri debet, *l.* 1. vbi *gloſa C. de offic. Comitis ſacri Palatij*, & vti humanus, & non ſuperbus dicit ſe gerere, iuxta *l. fin. C. de donat. inter vir. & vxor.* ait enim *D. Chriſoſt. in oratione de Regno, & Tyran. cui maiore opus eſt prudentia, quam qui tantis de rebus delibèrat, cui accuratiore iuſtitia, quam qui eſt ſupra leges? & cui modeſtia continentiore, quam cui omnia licent? & cui maiore fortitudine, quã qui omnia ſalua conſeruat?* & *Auripid.* ſubdit, *omnis aer eſt Aquila penetrabilis, ita eſt Rex fortis*. & ideo ſtanti-
14 bus prædictis, ſubditus eſt legi, vt quilibet alius, quantum attinet ad vim directiuam legis, *Andr. in cap.* 1. *de Capitaneo qui curiã vendidit, nu.* 19. & merito arbitrium ſuum (ſecundum noſtrum propoſitum) debet eſſe regulatum directum, & potius pronum in mitiorẽ partem, quam in duriorem, *l. Arianus, ff. de pœnis*, & in ſimilibus caſibus tria conſiderare debet, ideſt quid deceat ſecundum honeſtatẽ, quid liceat ſecundum æquitatem, & quid expediat ſecundum vtilitatem, vt per *Anchar. in conſ.* 66. *pro declaratione, num.* 2. & ideò dixit *Gram. in deciſ.* 23.
15 *nu.* 17. quod vlla virtus in Principe reperitur generoſior, quam miſericordia, nec admirabilior, quam clementia, quia Deo appropinquatur. Arbitrium quidem Principis in his caſibus ſecundum Reipublicæ vtilita-
16 tem extendi, & dilatari debet, & ſignanter in publicis exemplis, & non prætercam illud Caſtrucij Domini Ciuitatis Lucæ, teſt *Ludouico Dominici in ſua hiſtoria, lib.* 8. *in fine, fol. mihi* 453. qui ob bonum publicum
17 & ad exemplum aliorum, quendam mercatorem ex dolo, & fraude ſua decoctum ad ſe vocauit, & ad carceres mancipauit, cumq; ad ſoluendum integrè omnibus eius creditoribus coegit, non obſtante, quod creditores per prius concordauerat pro paruis quantitatibus, & inde quod de ſuis facultatibus ſuperfuit, in communi poſuit prædictum mercatorem perpetuò confinauit: quinimo ſecundum *Boer. in deciſ.* 215. *nu.* 7. iſti mercatores decocti nec deberent gaudere immunitate Eccleſiaſtica, ſed contrarium ſeruatur, & ſtandum eſt *Bulla Gregorij XIV.* O quam bonum, & quam iucundum foret hodie, hæc exempla ſeruare. Videmus enim in dies fraudolentes campſores, quod ſub fiducia publica pecunias particularium accipiunt, & inde ex dolo, & fraude decoctos ſe fingunt, & creditores pro minimis quantitatibus concordant, & poſtea diuites deueniunt: quod malum præcipuè in aliqua Ciuitate floruit, & floret, nam vulgariter illum diuitem reputant, qui ternis, vel quaternis vicibus decoxit, in his, & ſimilibus caſibus Principes debent arbitrium dilatare, acriterq; tales deceptores publicæ fidei punire, vt Reſpublicæ ſint magis in tuto, & commercia non deperirent, ac ſubditi in negotiationibus acquieſcerent; eodemque modo
18 conquieſcerẽt Principes in quiete ſubditorum, *cap.* 1. *de officio legati in* 6. *Frederic. de Senis in conſil.* 185. *in princ.* vbi Principes aduertit, nedum ſubditorum commoda pro-
19 curare, ſed etiam illa conuicinorum, ne ipſe ciuſque ſubditi inquietentur. Sed quo ad hęc vide multa ſupra in *verſ.* 3. *obſeru.* 3. *in Conſilio Status*.

Quo vero ad aliud caput, puta ſi in banno non deſcribatur pęna, tunc liberum erit arbitrium ſtatuendi ei, qui cognoſcit, *l.* 1. *ff. de Effractoribus*, ſique tantummodo dicetur, ne contraueniant per quantum caram habeant gratiam Regiam, dic, quod etiam pęna priuationis officij in contrauenientes infligi poteſt, ſecundum *Gramat. in deciſ.* 40. *nu.* 23.

*nu.*23.& per alios ibi alleg.& *Petrus Caball.*
in resolut. crimin. casu 30. quos sequitur *D.*
*Rouitus in pragm. de perseq. malefact. nu.*11.
si vero dicit sub alia pęna nostro arbitrio re-
seruata,& tunc dicas debere intelligi de alia
simili, *l. si fugitiuum.* 3. *C. de seru. fugit.*& no-
tat *D. de Franch. in decis.*571. *nu.*4.

20 Arbitrium nedum regulatum, seù discre-
tum esse debet respectu Regis, sed etiam re-
spectu Sacri Regij Concilij nostri Neap. qm̃
Principis personam representat, & sola facti
veritate prospecta procedit, vt aduertit *V.*
de Franch. in decis. 5. *& in decis.*220. *nu.*6.
Iudex enim in multis grassificare potest, *Af-*
flict. in decis. 244. soletq; Tribunal hoc ar-
bitrium suum in pluribus, & diuersis causis,
& negotijs exercere, inter q̃ aliqua numera-
re nõ reduit, præter alia posita supra in *vers.*
3. *obser.* 3. *n.*71. *& seqq.* sed Iudicãtes videant
quid faciunt, non enim hominis exercent iu-
dicium, sed Domini,& quodcumque iudica-
uerint, in ipsos redundabit, sit timor Domi-
ni cum eis,& eum diligentia cuncta faciant,
nõ est.n.apud Dñum iniquitas, nec persona-
rũ exceptio, nec cupido munerũ, 2. *Paral.* 19.

21 Potest enim S.C. Neapolitanum etiam ad
non petita per Actorem condẽnare, *Afflict.*
*in decis.*83. *nu.*8. *in fine*, & facit *l. ex diuerso*
36. *§.*1. *ff. de rei vendic.* potestq; Pragmati-
cas interpetrare, vt per *Gizzarell. in decis.*
23. in qua interpetrauit, exulatum à propria
patria, intelligi exulatũ etiam ab eius terri-
torio,& in alia *dec.*25. vbi percutiens aliquẽ
cum ictu scupittæ, si mors non sequatur, pę-
nam mortis non esse infligendam interpe-
trauit; licet interpetratio Pragmaticarum
verè spectet ad Collaterale Concilium, vt su-
pra diximus *vers.*7. *obseru.*3. *nu.*60.

22 Et quando causæ, in Iure, & in facto sunt
inuolutæ, potest partes cogere ad compro-
mittendũ in arbitrium eiusdem S.C. *Afflict.*
*in decis.*13. *num.*29. & ita seruatum fuit in
causa Fabij Cicinelli, cum Don Antonio del-
la Quadra, in Banca de Sarro, idemque te-
statur *Reg. de Ponte in tract. de potest. Pro-*
23 *reg. fol.*4. *nu.*10. & ratio est, quia ius intri-
catum ęquiparatur ignorantiæ facti, quę ex-
cusat, *cap. cum dilectus, de consuet. Capyc. in*
*decis.*69. *nu.*4. *Abb. in cap. Apostolica, de ap-*
*pellat. Pinell. in l.*2. *par.*2. *cap.*14. *nu.*4. *C. de*
rescind. vendit. sed quando casus esset cla-
rus, non potest partes arctare ad compro-
mittendum, etiam si statutum adesset de cõ-
promisso faciendo, *Cancer. var. resol. cap.*10.
*num.*78. *fol.*214. semper enim fuit interpre-
24 tatum arbitrium Principis in mitiorẽ par-
tem in pęnalibus cedere, præter si ageretur
de distructione templorum Dei, aut furti re-
rum sacrarũ nocte subtractarum, in quibus
nec Rex habet arbitrium, sed capitali pœna
est infligenda, vt in *const. Regni. Multa le-*
ges, sub tit. de arbitrio Regis, seù Iudicis. in
alijs autem regula posita procedit. Hinc est,
quod & si *pragm.*38. *de armis.* pœnam mor-
tis naturalis, vel solutionis ducatorum duo-
rum mille imponat cõtra asportantes pisto-
las, seù archibuscettos paruos; fuit tamen
tempore Ducis Ossunæ declaratum, electio-
25 nem esse inquisiti ad soluendum ducatos
duos mille pro euitanda pęna mortis natu-
ralis,& sic fundauit *Marant. in disput.*3 *nu.*
3. quo loci *nu.*8. dixit, pęnam mortis nunquã
dari in delictis nõ consumatis, & notauimus
supra in hoc *vers.*12. *obseru.*1. *nu* 43. *in fine,*
& 152. ad quod facit *l.*1. *§. fin. ff. quod quisq;*
iuris; sed contrarium tenet doctissimus *Ro-*
*uitus in pragm.*8. *num.*9. *de armis*; quo loci
ostendit Proregis, & non inquisiti electionẽ
forè, quando vna pęna pecuniaria, alia vero
criminalis esset, quem videas.

Hinc quando pęna est imposita in ciuili-
bus S.C. stylus est, ad pęnam non condem-
26 nare, nisi quatenus cum interesse concurrit,
*Afflict. in decis.*154. *&* 135. *vers. disputabant*
olim Domini.

Et in interpretãdo dispositiones testato-
rum, arbitrium in piam causam extendere
debet, sicuti in testamento Comitis Oppidi
dici posset, in quo contẽplatur Inquartatio
familiæ Caracciolorum in aliquibus testa-
menti partibus, & paupertatis in alijs, sed in
fine admittit omnes quocumque tempore
inquartauerint,& affert exemplum Domini,
ibi, *Qui venit adme, non eijciam foras*: ergo
piè, & fideliter credendum est, testatorem
voluisse paupertatem debere pręferri,& non
inquartationem, quæ causa impulsiua,& non
finalis fuit, & quod sic respondisset, si fuisset
interrogatus, quod comprobat *Diuus Hiero-*
nymi doctrina relata à *Fratre Io. Marquez*
*Gubernatore Christiano in lib.*1. *c.*30. *fol.*191.
ibi, *Liberorum causa vxorem ducere, ne no-*
men nostrum intereat, stolidissimum est. quid
enim ad nos pertinet recedentes è mundo, si
nomine nostro alius nominetur. Merito dici
potest, quod ad testatorem nil pertinet in
illo mundo, an inquartatio fiat, sed potius vt
pauper pręferatur,& docetur eum eius lega-
to pio pro animæ ipsius suffragio. Magna su-
per hoc vertitur lis in banca Sarri in S.C.&
pro,& contra multa afferũtur, & ad materiã
videas *Mastrill. dec.*206. Solet quoq; S.C. ar-
bitrium suum extendere in interpetratione
Pragmaticarum, vt euenit in casu *Pragma-*
tica edita per Dominum Comitem de Lemos
sub die 14. *Aprelis* 1614. qua cautum est, vt

occi-

occidens aliquem cum ſcopitto paruo, forindicaretur infra dies 15. & delictum intelligatur proditorium, & ex quo lex illa non loquitur de aſſiſtentibus cum delinquente, fuit dubitatum an etiam aſſiſtentes deberent foriudicari, & per DD. delegatos fuerat prouiſum, quod non, quia ſtatutum in hoc non loquitur, & ſtricti Iuris eſt, ſed facta relatione in Collaterali Concilio coram Prorege, fuit declaratum, vt aſſiſtentes, & ſocij occiſoris etiam foriudicentur, cauſa fuit cōtra illos de Hoſtuni, in Banca de Cuntio 14. Octobris 1624.

28 Pro inquiſitis inter alia afferebatur doctrina *Andr. in §. turpiter. nu. 12. quib. mod. feud. amitt.* vbi hæc verba ponit: *Pœnalia nō protrahuntur ad ſimilia, quia odioſa, & ſic reſtringenda, ff. de liber. & poſthum. l. cum quidam. nec ad aliam perſonam, quam ad eam, in qua ſtatutum loquitur. C. de pœn. l. ſancimus, item & ſi ſimilis eſſet pœna.*

Sed his non obſtantibus fuit deciſum, vt ſupra, & ſic vides, quod arbitrium Principis interpretatur ſecundum euidentiam caſus gubernij Reipublicæ, & vt ei videbitur expedire, & vide ſupra *verſ. 3. obſer. 3. nu. 247.* extenditq; eius arbitrium ad magnam æquitatem, quoniā & ſi in contractu emphiteotico adeſt pœna caducitatis ob canonem non ſolutum, imo perdit rem, & ſoluit cenſus præteritos, *Bal. in l. 2. nu. 26. C. de iure emphit. & Rouit. in conſ. 37. ſub nu. 8. vol. 2.* tamen S.C. etiam poſt ſententiam deuolutionis, ac eius executionem, & poſſeſſionē captam, admittit creditorem emphiteutæ ad moram purgandam, & ad cenſus ſolutionem, & ita fuit deciſū per S.C. de anno 1594. in cauſa Monaſterij S. Martini, cum Andrea Genuino, & Vincētio Quinque, in Banca de Cioffo. Quinimo & quilibet poſſeſſor moram purgare poterit, *Rom. in conſ. 103. in 1. dub. & Anna in ſing. 268. Redoan. de reb. Eccl. non alien. q. 24 nu. 25. Vrſill. in dec. 174.* quod intellige ante ſententiam, quia poſt executionem ſententiæ, reſoluta ſunt Iura ex operatione legali, *Bal. in l. 2. nu. 43. C. de reſcind. vend.* ex regula, quod reſoluto Iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, *l. lex vectigali, & l. grege, §. 1. ff. de pign.*

Fuit etiam dubitatum, quando lex imponit pœnam corporalem, & publicationem bonorum, ſi inquiſitus ad pœnam corporalē condemnaretur, nulla facta mentione de publicatione bonorum; an Fiſcus publicationē bonorum prætendere poſſit? & contra Fiſcū deciſum fuiſſe refert *Maſtr. in dec. 271. nu. 7*

Quid autem ſi pœna Regiæ Indignationis imponeretur, vſq; ad quam extendi poſſet? multos DD. cumulat *D. Rouit. in prag. 1. nu. 10. de receptator. malef.* & ſignanter *Bar. in extrauag. qui ſint rebelles, in verb. indignationem, & Gulielm. de Perno* dicentem, *quod ira Regis nuncius eſt mortis.*

Præterea arbitrium regulatum eſſe debet, nedum in caſibus ſuperius enumeratis: ſed ēt
29 reſpectu creditorum agentium contra tertios poſſeſſores, vel inter ipſos creditores, & tertios poſſeſſores non obſtante, *l. creditoris arbitrio, ff. de diſtract. pignor.* quoniam eorū arbitriū debet eſſe regulatum, & electio diſcreta, ſiquidem nec delicatus debitor, nec oneroſus creedditor eſſe debet, *l. ſi ſeruos pignorum, in fin. de pignor. actio.* ſemper enim
30 arbitrium creditoris intelligitur ſecundum arbitrium boni viri, *l. ſi in lege, C. locati.* ſed reſtringe in vno caſu notabili, puta quando
31 ſit venditio alicuius rei pro pretio arbitrando per aliquem electum. Nam ſi iſte arbitrare nequierit, vel moreretur ante promulgatum arbitrium, arbitrium non defertur ad alium, & venditio eſſet nulla, *l. fin. C. de contrab. empt.* & merito creditor de Iure tenebatur prius excutere principales, & deinde fideiuſſores, & poſtea ad pignora deuenire, *l. fin. cum auth. ſequenti. C. de actio. & oblig.* attamen ſi pactum adeſſet de vendendo rem
32 pignoratā propria authoritate, poſſet creditor ita facere, *l. penult. C. de pignor. actio.* &
33 tunc creditor pignus vendens de euictione non tenetur, nec poſtea ſuper iſto pignore vendito (etiam ex alia cauſa) quæſtionem mouere poſſet, *l. & ſi ii. 10. C. de diſtract. pig.* Aduerte tamen, quod creditoris arbitrium cogi non poſſet pecuniam dotalem debi-
34 toris accipere, & ſignanter, quando dantur dotes cum pacto de illis conuertendis in emptionem: tunc enim ſi maritus creditori ſuo ſoluere illam vellet, creditor talem pe-
35 cuniam, vel alteram eiuſdem qualitatis accipere non tenetur, & ita fuit deciſū per *S.C. 12. Decembris 1615. in cauſa Diana de Loffredo, cū Don Antonio de Loffredo, in Banca de Figliola.* In qua ſubintrauerunt Horatius Caracciolus, & Hieronyma de Aquina, referente Conſiliario Alderiſio.

Sed num primus creditor poterit à ſecundo creditore pecuniam ſolutam abſq; cautione de reſtituendo, & conſumptam auocare? reſponde negatiuè, quoniā vigilantibus,
36 & non dormientibus Iura ſubueniunt, *l. pupillus, ff. de his, quæ in fraudem creditorum;* quod limita, ſi iſte ſecundus creditor ex cauſa lucratiua, & non oneroſa eſſet creditor, *Gram. in q. 1. num. 4.* quæ eſt poſita poſt ſuas deciſiones, & multoties S.C. æquitati, & nō ſubtilitatibus nitens, pecuniā à ſecundo cre-

ditore non facit auocare, vt notat *Io.Franciscus de Ponte in consi.* 83.*num.*4. *vol.*2. *Afflict. in decis.* 190. ad quæ conferunt infrascripta allegata.

ALLEGATIO XXVII.

L. creditoris arbitrio. *quomodo procedat, & an creditor possit exequi super bonis possessis per tertios possessores, relictis bonis possessis per debitores?*

POstquam Gulielmus Melluccius (nescio quo spiritu ductus) nouo, & insitato modo relinquit eius commodum executionis sententiæ, & decreti S.C. obtentorum contra debitores de Vgno, & eorum bona burgensatica, & feudalia, consistentia in 8. rubrieis valoris duc. 10000. & plus vendere negligit, & nouiter variauit, &
37 petijt in S.C. assistentiam super Castro Falli possesso per Cosmum Busdraghi nobilē Lucensem diebus præteritis vendito D. Ferdinando Capycio Equiti morigeratissimo, & Aduocato primario, & inde per decretum S.C. restituto eidē Cosmo, merito ipsemet Cosmus ad redimendā vexationem sibi paratam, fuit coactus opponere exceptiones rei iudicatæ, & litis finitæ, ac notorium defectum iuris agendi, quas cogor Ego ad præsens currenti calamo (vt breuitas exposcit) fundare eius iustitiam tam ex equitate, & circumspectione S.C. quam etiā ex iuris rigore, vt infra.

Potissimum fundamentum prædicti Actoris est ex *l. creditoris arbitrio.* 8. *ff. de distract. pignor. & l. qui pignori.* 19. *ff. de pignor.* cre-
38 dens ex eis habere electionem, & variationē toties quoties super bonis obligatis voluerit, ac mutare iudiciū contra quoscumque.

Sed quęso aduertantur limitationes, & responsiones ad iura prædicta, & ad causam de qua agimus.

Primo S.C. limitauit *d. l. creditoris arbi-*
39 *trio.* non procedere, quoties Actor obtinuit assistentiā super aliquo corpore, & post sententiā vult variare super alio (vt est in casu nostro) siquidem tenetur experiri super corpore, super quo obtinuit, ne authoritas Prętoris sit elusoria contra *l. si prætor.* 75. *ff. de iudic.* & ita punctualiter fuit decisū per S.C. teste *Capyc. in decis.* 33. & iterum in *dec.* 46. *nu.* 6. & ita in terminis docuit *Bart. in l. eum qui certarum.* 138. *§.* 1. *nu.* 4. *ff. de verb. oblig.* per *d. text. in l. si prætor.*

Secundo S.C. limitauit *tex. in d. l. creditoris arbitrio.* quādo creditor potest satisfieri super fructibus, nam tali casu non potest vendere corpus feudi, *Minad. in decis.* 13. quem sequitur *Reg. de Ponte in trac. de potest. Proreg. in tit. de assensu Regis super dote, nu.* 38. *fol.* 251.

Tertio, & si ius dedit creditori arbitrium in *d. l. creditoris arbitrio.* tamen verum est, *tex.* illum regulari secundum *l.* 2. *C. de pignor.* vbi mandat Imperator iurisdictionem temperandam esse.

Et ideo dixerunt Doctores, quod arbitriū debet esse effrenatum, & discretum, & non
40 indomitum, vel iniquum, sed boni viri arbitrio regulatum, & si pro modico vult vendere rem magnam, cum non ex bona fide id agat, interdicenda est venditio, *Bart. in l. alio, nu.* 13. *vers. sed si poneres, ff. de aliment. & cibar. legat.*

Quarto, quando creditor non bona fide, sed dolo, aut mala fide ageret, non procedit *text. in l. creditoris arbitrio, Negusant. de pignor. in* 8. *par. princ. membr.* 1. *nu.* 48. remittens se ad sextam partem *membr.* 1. *nu.* 28. vbi sic expresśe tenuit, limitando *d. text.* decem modis, & signanter quod si creditor plures res obligatas haberet, & vellet vendere meliorem, non posset, si vendendo deteriorem sibi satisfaceret, ac etiam nec plures res quas habet obligatas vendere poterit, si cum venditione vnius sibi satisfierer.

In casu nostro creditor obtinuit sententiā super burgensaticis, & feudalibus possessis per debitoris hęredes, & super burgensaticis potest satisfieri, siquidem eius prætensum creditum est ducatorum trium mille, & burgensatica sunt valoris ducat. 30. mil. & plus:
41 ergo super feudis agere non potest, quia veniunt in subsidium, & sic punctualiter fundat *Anna in alleg.* 141. *nu.* 4. post *consti. si quis post litem, And. ibid. & in cap.* 1. *§. quid ergo. de inuestit. de re aliena facta. & in cap.* 1. *§. sed nec alia, col.* 1. *ex quibus causis beneficium amittatur,* quem sequuntur *Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. fol.* 251. *num.* 38. *sub tit. de assensib. Reg. super dotibus, tit.* 6. *Præfatus Anellus Amatus in cons.* 95. *nu.* 10.

Prædicta tanto magis procedunt in casu
42 nostro, in quo feudum Falli non potest vendi absque expressa licentia Regis, postquam est prædicti Cosmi exteri à Regno, vt in *pragm.* 17. *de feudis.* & ipse creditor non ad alium finem hoc affectat, nisi pro habenda terra prędicta vicina alijs suis, & non quod sibi super alijs bonis possessis per debitores satisfieri non possit: ad quod Domini Iudicantes aduertere debent.

Quinto, & tandem *d. l. creditoris arbitrio.* non procedit, quando primus creditor facilius

lius poteſt ſibi ſatisfieri, & ſecundo creditori non eſt conſultum, *Conſiliarius Fabius de Anna in conſ. 63. nu. 4 & 76. nu. 1.*

Nonne iſte primus creditor facilius poteſt ſibi ſatisfieri ſuper corporibus burgēſaticis poſſeſſis per debitores, ſuper quibus obtinuit aſſiſtentiam, & ſibi conſultius eſt, & Coſmo Buſdrago ſecundo creditori non eſt conſultum, ſiquidem cogeretur contra eoſdem debitores agere, & ſucceſſiuè circuitum facere in repetendo, quos circuitus S.C. ſemper euitauit, & euitat. eo fortius quia res alienata in tertium poſſeſſorem, licet hypotecæ ſit obnoxia, ſi lite pendente alienetur: non dicitur litigioſa, & contra tertium poſſeſſorem non poteſt agi, ſi principalis debitor eſt ſoluendus, ita in terminis tenet *Couar. pract. qq. cap. 15. num. 7. verſ. hinc & deducitur.*

Imo ex ęquitate Regis Ferdinandi Primi ne vexetur vnus tertius poſſeſſor tantum, inſſum fuit omnes poſſeſſores pro rata teneri, & S.C. Regem repreſentans, ęquitatem

43 prædictam exercere poſſe, teſtatur *D. de Franch. deciſ. 5.* quam ſpecificè in hoc caſu exercere poteſt, & debet, ſtante regula,

44 quod primo creditori non nocet, & Coſmo ſecūdo creditori prodeſt, concedendum eſt, *l. 2. §. item verus, in fine, ff. de aqua pluuia arcenda.* Hinc eſt, quod ſi plures tertij poſſeſſores inſolidū eſſent condemnati, & contra vnum tantum ſit executio ſententiæ, poteſt ipſe in eodem iudicio ceſſis ſibi Iuribus, contra alios condemnatos executionem ſententiæ petere, & ita decisum refert *Fontanell. de pact. nuptialib. clauſul. 4. gloſſa. 18. par. 1. num. 60. in tom. 1. fol. 449.* quod intellige, ſi executio fieret contra tertium poſſeſſorem non poſteriorem, ideo tanto magis contra debitores principales, vt eſt in caſu noſtro.

Ergo tā ex iuris diſpoſitione, quā de ęquitate S.C. iſta notoria vexatio huius creditoris reprimenda venit, & prouideri exceptiones oppoſitas obſtare. Cętera ſuppleant religio, & circumſpectio DD. Iudicantium &c. 12. Octobris 1625.

Io. Dominicus Taſſonus.

Facto verbo in S. C. fuit prouiſum, quod ſententia lata contra prædictos de Vgnio debitę executioni demandetur ſuper bonis debitorum de Vgnio, ſalua prouiſione faciēda ſuper oppoſita exceptione rei iudicatæ viſo exitu executionis prædictæ, referente perſpicaciſſimo Conſiliario Carauita.

Coſmus dedit ſupplicationem ad finem confirmandi decretum prædictum, & facto verbo, fuit confirmatum die . . Octobris 1625.

In Banca de Martino.



VERS. XIII.

Et acciò, che in neſſun futuro tempo dalla preſente Pragmatica ſi poſſa allegare ignoranza, ordinamo ſi publichi in queſta preſente Città, & per il Regno, & il tranſunto di eſſa ſi affigga in valuis delli Regij Tribunali di queſta Città.

Et ne in futurum præſentis Pragmaticæ ignorantia allegari poſſit, ordinamus eam publicari in præſenti Ciuitate, & per Regnum, eiuſque tranſumptum affigi in valuis Regiorum Tribunalium iſtius Ciuitatis.

Pro declaratione huius Verſ. obſeruabimus.

Primo, quomodo, & quando ignorantia legis excuſet, & merito reſtitutio in integrum quandoq; concedi debet, & multa de his, quæ in Iure præſumuntur, vel non.

Secundo, infra quod tempus Pragmatica obliget poſt publicationem in Ciuitate, vel per Regnum, & Edicta Pontificis quomodo ligent, & aliqua de immunitate Eccleſiarum.

Tertio, & Vltimò, an ſit de eſſentia tranſumptum legis in valuis Tribunalium affigere?

OBSERVATIONIS I.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia facti ſemper excuſat.*
2 *Ignorans nõ ſemper offendit, nec peccat, nec delinquit.*
3 *Ignorantia ſupina non excuſat.*
Ruſticitas non excuſat.
4 *Ignorantia iuris naturalis nõ excuſat mulieres, & maximè in lucris.*
5 *Ignorantia an probetur cum iuramento.*
6 *Duas habet filias, falſitatem, & dubietatem.*
7 *Errantis conſenſus nullus eſt.*
8 *Cõfeſſio facta ex ignorãtia, dicitur erronea.*
9 *Fallit ſi eſt geminata.*
10 *Ignorantia facti excuſat Principem ob multitudinem negotiorum.*
Princeps excuſatur in facto, ob multitudinem negotiorum, ibidem.
11 *Reſcriptum contrarium primo, ſi de primo non ſit mentio, non reuocat primum.*
12 *Ignorantia excuſat in facto intricato computorum.*
13 *Et in facto antiquo, niſi eſſet grauis.*
14 *In facto alieno.*
15 *Sed non in notorijs geſtis per prædeceſſores.*
16 *Ignorantia iuris neminem excuſat.*
Nec etiam fœminas niſi in caſibus à iure permiſſis, ibidem.
In quibus caſibus excuſat, & n. 20.
17 *Ignorantiæ materia in Prælatis, & Rectoribus Populorum eſt aduertenda.*
Abuſiones Religionis, quæ ſint, ibid.
18 *Prælati quas abuſiones euitare debent.*
Religioſi contrauenientes conſtitutionibus, an peccent, ibidem.
Religionem ingreſſuri debent ante oſculare patrem, & matrem, ibidem.
Et debent eſſe robuſti, & fortes, ibid.
Panis primus debet eſſe Religioſorum, ibid.
Eliſeus ante ingreſſum Religionis oſculatus eſt patrem, & matrem, ibid.
19 *Gubernantes quas abuſiones euitent.*
20 *Ignorantia iuris quando eſt, & quando excuſat.*
21 *Ignorãtia iuris extrauagantis excuſat etiã Doctores, & Iudices.*

Error in factis antiquis, in 72. pr.

Non velle luere pignus, si plus valoris pecuniam accepit, in 73. præsumpt.

Cogitatum, ubi adest expressa scientia, in 74. præsumpt.

Societas non præsumitur ex sola habitatione unita fratrum, in 75. pr.

Citatio non præsumitur, nisi probetur, in 76. præsumpt.

Fraus ex abundanti cautela, non præsumitur, in 77. præsumpt.

Filius potius naturalis, quam spurius, in 78. præsumpt.

Neminem esse immemorem salutis æternæ, in 79. præsumpt.

Simulationem non adesse, in 80. pr.

Quemlibet operari bonum, in 81. pr.

Donationem esse in fraudem, in 82. pr.

Non præsumitur incontinenti agere contraria, in 83. præsumpt.

Contractus censualis etiam in Ecclesia, quando concessio esset facta in perpetuum, in 84. præsumpt.

Bonum quemlibet esse, in 85. pr.

Homines spectare ad dominium Regis, in 86. præsumpt.

Ex brevitate temporis fraus, in 87. pr.

Fraus, & simulatio ex brevitate temporis, in 87. præsumpt.

Bona fides præsumitur, in 88. pr.

Dolus non præsumitur in rescripto impetrato, in 89. præsumpt.

Tempus statutum sine determinatione est decenny, in 90. pr.

Diuturnitas temporis præsumit actum validum, in 91. pr.

Mortuus prius pater quam filius, in 92. pr.

Prælatio pro DD. Pascorum, in 93. pr.

Rem datam potius in pignus, quam in solutum, in 94. pr.

Paupertas non præsumitur, in 95. pr.

Occultè factum, quod sine Principis authoritate fit, ibidem.

Emens officium habere animum vendendi, in 96. præsumpt.

Animus malefaciendi, qui dat pecuniam pro habendo officio, in 97. pr.

Vidualis habitus, quam non esse maritatam, in 98. præsumpt.

Partes nolle pœnam committi, in 99. pr.

Census præsumit contractum emphyteoticũ, in 100. præsumpt.

Præsumitur raptam absque eius velle, in 101. præsumpt.

Præsumitur amittere equum, vel arma ad bellum locata. pr. 102.

Præsumitur pro actore, pr. 103.

Præsumitur Regem indicere bellum iustum etiam extra Regnum, pr. 104.

29 *Mulier non excusatur, nec restituitur in confectione inuentarij.*

30 *Nec aduersus fatalia.*

31 *In exercitio litis, & non post sententiam restituitur.*

32 *Minor, & Ecclesia restituitur aduersus sententiam.*

33 *Restitutio in integrum datur minori, et Ecclesiæ aduersus sententiam, si non est cœptum exequi.*

Cœptum exequi quando intelligatur, ibidem.

34 *A solo Principe conceditur restitutio.*

35 *Quando non conceditur minoribus.*

36 *Restitutio in integrum quando non conceditur Fisco, nec minoribus, nec mulieri.*

37 *Hæreditatis aditio potest deliberari à minore post quatrienniam à die quo efficitur maior, & infra aliud triennium postea.*

38 *Personale remedium nõ iuuat consortibus indiuiduis.*

39 *Minor se maiorem asserens, non restituitur.*

40 *Præscriptio quinquennij quando obstat.*

41 *Tutor quando vendere potest ob æs alienum.*

42 *Quinquennium inducit alienationem legalem.*

43 *Eo elapso, maior effectus non potest agere.*

44 *Alienatio tutoris sine decreto conualidatur per quinquennium elapsum post maiorẽ ætatem pupilli.*

45 *Ratihabitio tacita inducitur per lapsum quinquennij.*

46 *Læsio, & restitutio, quando minori non datur.*

47 *Tutor quando alienare potest sine decreto.*

48 *Mandatum speciale requiritur ad petendã restitutionem in integrum.*

Fallit in mãdato generali cum alijs potestatibus, ibidem.

49 *Restitutio in integrum ex scripturis de nouo repertis an concedenda, & 58.*

50 *Sententia non retractatur per scripturas de nouo repertas.*

51 *Rigor de non restituendo est contra ius positiuum, & diuinum.*

52 *Iudex non debet esse tam temerarius, vt non retractet sententiam, si de nouo scripturæ sunt repertæ, quæ veritatem declarant.*

53 *Restitutio ex scripturis de nouo repertis debetur.*

54 *Ignorantia instrumentorum noviter repertorum, dat restitutionem in integrum.*


55 *Solutum potest repeti ex scripturis de nouo repertis.*

56 Re-

VERS. XIII.

OBSERVATIO I.

Quomodo, & quando ignorantia legis excuset, & restitutio in integrum quando concedi debeat, et aliqua circa quae lex praesumat, vel non.

1 GNORANTIA facti semper excusat, *l. regula est, ff. de iuris, & facti ignorãtia;* & exemplum habemus in *Genes. 20.* vbi Abimalech ceperat Sarã vxorẽ Abrae, qui suam sororem esse affirmabat, & Deus pepercit Abimalech propter ignorantiam facti, quia ignorans non offendit, *l. si ignorant,*

2 *rans, ff. beati*, & merito nec peccat, nec de-
linquit *Andr. in rub. qua sint regalia.* Sed ta-
3 men est verum, quod ignorantia non debet
esse supina, quia nō excusaret semper, vt per
Andr. ibidem nu. 5. sicuti nec excusatur ru-
sticus, *l.* 1. ibi *glos. C. de interdict. matrim.*
nec mulier contrahens cum seruo matrimo-
nium credens liberum, *l.* 3. *C. solut. matrim.*
4 ex quo ignorantia etiam Iuris naturalis nō
excusat mulieres, *l. fin. cum glos. C. quando
non petent. partes. & Felyn. in cap.* 2. *col.* 4.
vers. stat difficultas, de transactionibus. vbi
5 disputat articulum, an ad probandam igno-
rantiam sufficiat iuramentū, tamen *Hippol.
de Marsil. in l. qui ignorās, ff. ad leg. Cornel.
de falsis*. resoluens articulum, ponit omnes
effectus ignorantiæ.

6 Et licet ignorantiæ duæ sint filiæ, falsitas,
& dubietas, secundum *Diuum Bernardum
in cant. serm.* 17. *tom.* 1. *fol.* 257. *lit. M. in
fine*; attamen in facti ignorantia non potest
7 opponi, cum nullus sit errantis consensus,
l. non ideirco. 9. *C de iur. & facti ignorantia*;
8 quia semper excusaret, etiam si esset facta
confessio, ex quo dicitur erronea, sed hoc
ante sententiam procedit, & non post, *l. er-
ror.* 7. *C. de iuris, & facti ignorant.* vel nisi
9 esset facta confessio geminata, *glos. in cap. ex
literis, de rescript.* & per *Bald. ibi, & Angel.
in rubr. de verb. obligat. col.* 3. *& l. Balysta,*
10 *ff. ad Trebell.* & similiter aliquando ignoran-
tia in proprio facto excusat, idest in Principe
ob multitudinem negotiorum, & ideo si fa-
cit rescriptum contrarium primo, non facta
11 mentione de primo, non reuocat primum,
quod procedit etiam in Iudicibus Ordina-
rijs propter multitudinē negotiorum, *Abb.
in cons.* 20. *nu.* 2. *lib.* 2.

12 Et sic etiam excusaret ignorantia, quan-
do sumus in facto intricato, & difficili, puta
in computis, & rationibus, *Alex. in cons.* 206.
viso nu. 6. *lib.* 7. & idem procedit in facto an-
13 tiquo, nisi esset factum graue, & notabile,
Mascard. de probat. in conclus. 739. *in verbo
factum graue, & notabile.* ergo multo magis
14 cadit ignorantia in facto alieno, *l. qui in
alterius. ff. de reg. iur. Oldr. in cons.* 270. *nu.* 4.
15 Sed fallit in notorijs gestis per prædecesso-
res, *Abb. in cons.* 3. *nitar. col.* 12. *in* 14. *quæst.
lib.* 2. *& in cons.* 12. *nu.* 3. *eodē lib.* 2. vbi quod
Rex Franciæ, qui ad manus suas deduxit
quendam Comitatum via iudiciali, Rex suc-
cessor non potest in futurum ignorantiam
allegare.

16 Quo verò ad Iuris ignorantiam dicimus
neminem excusare, *l. penult. C. de iuris, &
facti ignorantia*; nec etiam fœminas nisi in
casibus à Iure permissis, idest in intercessio-
ne, *l. si fine. in* 2. *responso. C. ad Velleia.* & ab
incestus crimine *l. si quis adulterium cum
incestu, ff. de adult. Roman. in cons.* 306. *nu.*
4. *vers.* 1. & in alijs multis casibus enumera-
tis per *glos. fin. in l. fin. C. de iuris, & & fa-
cti ignor.*

17 Ignorantiæ materiam magis ac magis
debent aduertere Prælati, ac Rectores Popu-
lorum, ne in eorum gubernijs corruptelæ, &
abusiones vigeant, & præcipuè Prælati ne
abusiones fiant, quæ totam Religionis sum-
mam corrumpunt, secundum *Luc. de Pen. in
l. vsum aqua, C. de aqued. lib.* 11. quem se-
quitur *Cassan. in consuet. Burgundiæ, verb.
des Iudices. rub.* 1. *num.* 77. *fol.* 202. & inter
alias abusiones in claustro compescant, &
euitent infrascriptas.

18 *Prælatus negligens* — *Dissolutio in choro*
Iuuenis otiosus — *Monacus loquax*
Monacus curialis — *Cibus exquisitus*
Discipulus inobediēs — *Lis in Capitulo*
Senex obstinatus — *Irreuerentia in Altare*
Clericus causidicus — quibus adde, &
Habitus pretiosus. — *Inæstimatio Superiori-
bus.*
Rumor in claustro

Sed quid si Religiosi cōtraueniunt constitu-
tionibus Regulæ, an peccent mortaliter? di-
sputat *Lancellott. Conradus in templo Iudi-
cum, in lib.* 1. *de præstantia, & potentia Im-
peratoris. in vers. obedire, nu.* 20. *fol.* 112. post
*Felyn. Abb. & Archidiac. in cap. ea te, de re-
script. & D. Thom. ibi cit.* vbi quod Religiosi
contrauenientes constitutionibus prædictis,
non peccant mortaliter, quia votum profes-
sionis seruandi regulam, nō refertur ad om-
nia contenta in regula, sed solum ad tria
substantialia regulæ, quibus contrauenien-
do peccat quis mortaliter, idest in pauper-
tate, incontinentia, & obedientia, in alijs
verò venialiter, vt per *Archid. in cap. sicut,*
27. *quæst.* 1. sed per *dd. DD.* sublimita in tri-
bus casibus, vt extra dicta tria peccetur mor-
taliter. Primo, quando ex contemptu con-
trauenit. Secundo, si hoc assumeret in con-
suetudinem. Tertio, vbi quis veniret contra
præceptum, siue oretenus factum, siue in re-
gula expressum. Deus enim nolit Religiosos
pati, quia Eliæ abscondito tam de mane,
quam vesperi per coruos panes, & carnes
mittebat, 3. *Regum. cap.* 17. *num.* 6. primusq;
panis debet esse Religiosorum, quam laico-
rum, vt ibidem *nu.* 13. & qui in religionem
ingressuri sunt: debēt antea osculari patrem,
& matrem, & inde religionem ingredi, vt fe-
cit Eliseus vocatus ab Elia, 3. *Regum. cap.* 19.
num. 20. *Diuusq; Thomas in* 2. 2. *quæst.* 172.
artic. 1. fundat vitam contemplatiuam po-
tiorem esse vita actiua, signanter ex *Luca*

10. ibi,

10. ibi, *Maria optimam partem elexit, quæ non auferetur ab ea.* Hi enim religionem ingredientes fortiſſimi eſſe debent, quia fortiſſimi robore ſunt eligẽdi ad faciendum opus miniſterij in domo Dei, 1. *Paralip. 9. nu. 13.*

Quo verò ad Gubernatores Populorum eniteant infraſcripta notata per eundem *Luc. de Penna vbi ſupra.*

19 *Sapientis ſine bonis operibus* | *Fœmina ſine pudicitia*
Senex ſine Religione | *Dominus ſine virtute*
Adoleſcens ſine obedientia | *Officialis ſine iuſtitia*
Chriſtianus contentioſus | *Epiſcopus negligens*
Pauper ſuperbus | *Plebs ſine diſciplina*
Rex iniquus | *Populus ſine lege.* quibus ſimiliter adde, &
Diues ſine eleemoſyna | *Miles ſine vigilantia, & obedientia.*

Sed ad has abuſiones euitandas tam in Prælatis, quam in Gubernatoribus præciſe debet attendi ad eligendũ Prælatos, & Gubernantes non ignaros, aut affectantes officia, alias ex eis tanquam à capite omne malum in guberolo eueniret.

Iuris autem ignorantia excuſat in multis caſibus, non obſtante regula generali ſupra poſita, quæ omnes ligat.

20 Dicitur enim ignorantia Iuris, quando illud ignoratur, & quod ius commune diſponit *Bart. in l. 2. C. quando prouocare non eſt neceſſe,* ſed eſt bene aduertendum, quod ſi ius extrauagans foret, in corpore iuris non inſertum, non poſſet dici ignorantia iuris, ſm̃ *Bart. in l. 1. in princ. C. quando prouocare nõ eſt neceſſe. cap. paſtoralis, de fide inſtrument. l. cum prolatis, ff. de re iudic. Geminianus in conſ. 78. col. 1. verſ. nec obſtat ſi dicatur.*

21 Quinimò ignorantia iuris extrauagantis nedum particulares excuſat, ſed etiam Doctores, *Geminian. in d conſ. 78. num. 2. verſ. vnde datur.* ac etiam Iudices, *Bart. & Iaſ. in l. cum prolatis. nu. 9. de re iudicata.*

22 Ius enim intricatum æquiparatur facto, & ideo excuſat, *cap. cum dilectus, de conſuet. Capyc. in deciſ. 69. nu. 24. Abb. in cap. Apoſtolica, de appellat. Pinell. in l. 2. in 2. par. cap. 4. nu. 4. ff. de reſcind. vendit.*

23 Ignorantia verò iuris ordinarij excuſat ruſticos, ſi agitur de dãno euitando, *Dyn. in conſ. 5. nu. 5. verſ. praeterea pariſicatur.* Et idẽ dic in homine ſimplice, etiam ſi poſſet conſulere peritiores, *Caſtr. in conſ. 356. poſtquã ipſe tutor. in fine, lib. 1. & in conſ. 216. lib. 2.*

24 quod extende etiam in milite *l. 1. C. de iuris, & facti ignorantia. Roman. in conſ. 506. nu. 2. verſ. 3.* quia & idem eſt in muliere, vel minore, *l. penult. in 2. reſponſ. ff. de iuris, & facti ignor. Feder. de Senis in conſ. 199. nu. 2. verſ. ſicut, & Dyn. & Caſtr. in locis citatis.*

25 Solet etiam dubitari, nunquid ignorantia ſtatuti liget ignorãtes exteros? & dic, quod ſi forenſis non traxit longam moram in Ciuitate, vel in loco ſtatuti, nõ præſumitur ſtatutum ſcire, quando non eſt conſimile alijs ſtatutis locorum conuicinorum, *Rom. in conſ. 491,* vbi *Apoſtill. in verb. ignorantia,* multos concordantes allegat. Imò tale ſta-

26 tutum nõ ligat ciuem nouellum, vt per *Roman. in conſ. 228. nu. 8.* & ibi *Apoſtill. in verb. nouellus.*

27 In dubio enim ignorantia præſumitur, ſi ſcientia non probatur, *cap præſumitur, de regulis iuris in 6. l. fin. ff. pro ſuo, l. verius, ff. de probat.* & talis præſumptio in multis caſibus operatur in dubio, aliquando autẽ non, inter quos in facti cõtingentia, & in diuerſis occurrentijs infraſcriptos notaui, quos lectoribus congerere, non inutile erit.

28 I. Præſumitur ignorantia in eo, qui ſuccedit in ius alterius, *Alex. in conſ. 71. nu. 5. lib. 1. Rol. à Valle in conſ. 66. num. 8. & ſeqq. lib. 3. & l. penult. C. qui admitti,* vbi licet videatur loqui de ruſticitate, tu intelligas de negligentia, & craſſa ignorantia, ſecundum *Cæſarem à Coſta variar. ambiguit. lib. 2. c. 2.*

II. Præſumitur ignorantia donatarij, donationem eſſe factam, etiam ſi donatarius filius donantis eſſet, *Ruinus in conſ. 121. nu. 4, lib. 1. & in conſ. 4, nu. 28. & Anchar. in conſ. 170. num. 4.*

III. Præſumitur coniuges ignoraſſe impedimentum affinitatis, & hoc in beneficiũ prolis, vt dicatur legitima, *Dyn. in conſ. 6. in fin. verſ. in tertio caſu.*

IV. Præſumitur, quod quãdo generaliter renunciauit, vel tranſegit, vel compromiſit, non renunciauit bona ſibi competentia ex teſtamento, ſi ſpecificè non renunciauerit, quia præſumitur ignorantia, niſi ſcientia probetur, *Soccin. in conſ. 283. in princ. vſque ad num. 5. lib. 2.*

V. Non præſumitur renunciatum fideicommiſſo, ſi de eo ſpecificè non fieret mentio, *Cuman. in conſ. 134. & Rom. in conſ. 403.*

VI. Præſumitur errare, qui rem propriã vti communem diuidit, *Bald. in conſil. 300. num. 5. lib. 2.*

VII. Præſumitur filium ignoraſſe teſtamentum patris, niſi probetur ſcientia, *Bald. in conſ.*

in conf. 200. *lib.* 1. *& conf.* 399. *lib.* 3.

VIII. Præsumitur ignorantia, si restitutio in integrum petatur aduersus sententiam prætextu instrumentorum nouiter repertorum post quatriennium, & talis ignorantia per iuramentum probari potest, *Bald. in conf.* 92. *num.* 1. *in fin. lib.* 1.

IX. Præsumitur ignorantia in Episcopo, quod sui subditi sint interdicti, si interdictũ fuit publicatum in locis conuicinis suæ Diœcesis, *Federic. de Senis in conf.* 231. *in princ.* eo magis si tempore prædecessoris factum euenerit, quia præsumitur ignorantia in eo, qui in alterius locum successit, *Cephal. in conf.* 24. *num.* 6. *vol.* 1.

X. Præsumitur pro scriptura in dubio, etiam si aliud actum sit, modo de illo non constet, *l. si alij* 19. *de vsu, & vsufructu legato.* & maximè si scriptura esset in marmoribus, aut lapidibus, aut in lignis positis in Ecclesijs, *D. Episcopus Riccius in praxi probatio. iurispatronatus, resolut.* 34.

XI. Præsumitur in dubio, quem non esse natum ex legitimo matrimonio, nec legitimè natum, *l. liberorum*, & ibi *Angel. ff. de his, qui notantur infamia Iaf. in l. neque professio, ff. de testam. Alciat. in reg.* 3. *de præsumpt. præsumpt.* 3. *nu.* 12. *Couar. in clem. si furiosus,* 1 *par. relect. nu.* 9. *fol.* 430. *& in cap.* 8. *nu.* 3. *fol.* 195. vbi tenet, quod allegans se esse legitimum probare debet.

XII. Præsumitur testes idoneos esse, *Couar. in c. relatum, in princ. tom.* 2. *fol.* 48. *nu.* 7.

XIII. Præsumitur legatum fuisse factum in compensationem debiti legantis, idem *Couar. in cap. officij, num.* 9. quod fallit in donatione inter viuos.

XIV. Præsumitur legatum factum ab extraneo alicui Parocho Sacerdoti, vel Episcopo, fuisse factum nomine Ecclesiæ: nisi fuerit factum à consanguineo, vel amico Parochi, *Couar. in in cap. requisisti, nu.* 7. *tom.* 2. *fol.* 59. quia amicitia est consanguinitati similis, vt ibidem.

XV. Præsumitur in dubio donationem omnium bonorum fuisse factam in fraudem, *l. omnes debitores.* 17. *§.* 1. *ff. de his, quæ in fraudem creditorum.*

XVI. Præsumitur quem decessisse abintestato, *Couar. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 25. *fol. mihi* 258.

XVII. Præsumitur quem mortuum sine liberis, *Couar. ibidem nu.* 6. vbi quod relicto fideicommisso cum conditione, si sine liberis decesserit, mortuo instituto, si fideicommissarius petierit fideicommissum asserendo institutum mortuum sine liberis, potest obtinere, & onus probandi adesse liberos, spectat ad aduersarium, *Anna in singul.* 354. *&* 682. *& Molin. de primogen. Hispan. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 22. & ratio est, quia habere, vel non habere filios, aut hæredes, facti est, & facta non præsumuntur, nisi probentur.

XVIII. Præsumitur feudũ esse concessum secundum eius naturam, & qui allegat alterationem, debet probare, *Regens de Ponte in conf.* 3. *num.* 74. *vol.* 1.

XIX. Præsumitur quem nõ eligere viam impugnatiuam circa actum quem gerit, *l.* 3. *ff. de milit. testam. Camer. in l. Imperialem, fol.* 55. *littera T.* merito regula, quod præsens, & tacens, præsumitur consentire, debet intelligi, vt sit aliqua præsumptio, sed non probatio, *Innoc. in cap. nonne, de præsumpt.*

XX. Præsumitur fideicommissum non adesse, *Lanar. in conf.* 60. *num.* 6.

XXI. Præsumitur testatorẽ diligere plus primo loco institutum, quam substitutum, *l. Lucius.* 36. *§.* 1. *ff. de condit. & demonstr.* & plus filias fœminas quam transuersales masculos, *Gubern. Christian. lib.* 1. *cap.* 30. & eius liber facit semiplenam pobationem pro hærede, *Surdus in conf.* 563. *vol.* 4. longe enim magis defunctorum quam viuentium scripturis creditur. vt cõcinne probat *Franciscus de Petris Aduocatus primarius in festiuis lectionibus, lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 14.

XXII. Præsumitur contra vendentes, vel loquentes in dubio sermone, *l labeo, & l. si in emptione, cum l. præcedenti, ff. de contrab. empt. Andr. in cap.* 1. *num.* 7. *qui successores teneantur, l. si arborem.* 16. *§. hac lex, ff. de seruit. vrban. prædiorum*, ex quo nota contra facientes apochas in bancis sine causa, nam qui eas facit indeterminatè, id est sine causa, ille causam probare tenetur, & non accipiens pecuniam, *text. est in cap. si cautio* 14. *de fide instrum. & in l cum in debito.* 25. *§. fin. ff. de probat.* & in materia apocharum bancorum, quod & si debitor præuenerit super annullatione apochę banci, est dandus terminus in causa, salua promissione facienda per S.C. quo ad rigorem Regię Pragmaticæ dispo-

diſponentis, quod nulla exceptio admittatur, *D. Tapia in lib. 3. de Iure Regni, in pragmat. de apocis, fol. 249.*

XXIII. Præſumitur ad exeluſionem delicti, *l. merito. 5. ff. pro ſocio*, hine eſt, quod ſi dubitaretur, num homicidium fuerit commiſſum intuitu offic'j, vel ex odio particulalari, præſumitur ex odio particulari ad finem vt delinquens gaudeat indultu generali, à quo exeluduntur delicta contra officiales commiſſa, *Maſtrill. de indultu generali, cap. 31. num. 22.*

XXIV. Præſumitur non adeſſe vnionem corporum deſtinatorum, *Ioan. Franciſcus de Ponte in conſ. 63. num. 66.*

XXV. Præſumitur æſtimationem facere venditionem, *l. cum fundum, ff. locati*, ſed *l. plerumque, ff. de iure dotium.* ait, quod æſtimatio venditio eſt.

XXVI. Præſumitur quem eſſe talem, in quali habitu reperitur, *l. ita apud labeonem. 15. ſ. ſi quis virginem, ff. de ingenuis*; & merito caput malũ, facit præſumere de malis membris, *Innoc. in cap. cum dilectis. 19. de accuſat.* qui etiam dixit in *cap. ſicut. 6. de ſimonia*; quòd leuia ſigna ſufficiunt ad præſumendum aliquem hæreticum, vel ſimoniacum.

XXVII. Præſumitur poſſeſſorem bonæ fidei eſſe effectum locupletiorem, *Vinc. de Franch. in deciſ. 31.*

XXVIII. Præſumitur in dubio pro ſententia, *l. Herennius, ſ. Gaia, ff. de euictionibus, Couar. pract. quæſt. cap. 6. num. 35. Vinc. de Franch. deciſ. 48. num. 9.*

XXIX. Præſumitur etiã pro proceſſu, & fraudem non adeſſe propter authoritatem iudicij, *Andr. in ſ. ſi vaſallus, in princ. ſi de feudo defuncti militis.*

XXX. Præſumitur pro Eccleſia maiori in legatis dubijs, *l. quoniam in multis, C. de ſacroſanctis Eccleſijs.*

XXXI. Præſumitur filios exhæredatos ingratos fuiſſe, niſi contrarium probetur, & è contra, patres exhæredatorum præſumuntur grati, niſi contrarium probetur, *l. liberi. 28. C. de inoffic. teſtament.*

XXXII. Præſumitur Regẽ nolle derogare legibus, *l. ſi quoniam. 35. ff. de inoffic. teſtam.*

XXXIII. Præſumitur Iudicem corrumpere, qui ei pecuniam mutuat, *l. quiſquis 16. ff. ſi certum petatur.*

XXXIV. Præſumitur poſſeſſorem eſſe dominum, *l. 2. C. de probationibus.*

XXXV. Ex præſenti ſtatu præſumitur quẽ fuiſſe pro præterito, *l. 3. C. de probatio.*

XXXVI. Præſumitur quem non eſſe filium, niſi contrarium probetur, *l. non nundinis. 14. C. de probationibus.*

XXXVII. Præſumitur caſum nõ eſſe fortuitum, niſi contrarium probetur, *l. 4. C. de pignoratitia actione.* Hinc ſi domus comburreretur, culpa habitantium præſumitur, *l. ſi vendita, C. de peric. & commod. rei vend.* latè *Afflict. in deciſ. 57.*

XXXVIII. Præſumitur quem eſſe ſanæ mentis, & non ſtultum, quia pro Natura eſt præſumptio, *l. 3. C. de codicill.*

XXXIX. Non præſumitur minor ætas, *l. cum te. 9. C. de probatio.*

XL. Non præſumitur creditorem pecuniam numeraſſe, niſi probet, *l. 1. C. de non numerata pecunia.*

XLI. Non præſumitur literas ſcriptas probare conſanguinitatem, ſi in eis aliqua appellaretur ſoror, *l. non epiſtolis, C. de probat.* ſicuti etiam præſumitur idemptitas familiæ ex idemptitate inſignium, vt poſt *Bar. in l. tutelas, ff. de capit. demin. Caſſan. in catalogo gloria mundi, par. 1. conſid. 41. fol. 14. Ant. Croff. conſ. 18. num. 7. lib. 1. Annam in alleg. 57.* & alios tenet *D. Riccius in praxi probatio. iuriſpatronat. reſolut. 199. nu. 5.*

XLII. Præſumitur receſſum ab exactione maiorum vſurarum per exactionem minorũ vſurarum, *l. aduerſus. 5. C. de vſuris*; ſicuti ſolutum præſumitur in duriorem cauſam, *l. 1. C. de ſolutionibus.*

XLIII. Præſumitur pro inſtrumento, niſi aliqua raſura, ſeù vitiatio ſit contra eum, *l. cum precibus. 18. cum gloſ. in verb. oportet*; & ibi additio *C. de probat.* quinimo præſumitur illud inſtrumentum fuiſſe prius confectũ, in quo adeſt appoſitio horæ, *Fontanell. de pact. nupt. in clauſ. 1. nu. 10. verſ. cæterum.*

XLIV. Præſumitur omiſſum, quod in inſtru-

strumento non est descriptum, *l. ad probationem. 21. C. de probationibus*.

XLV. Præsumitur pro testamento, & qui eum impugnat, probare debet, *l. si scriptum 11. C. de probatio.* sic etiam præsumitur pro testamento paterno scripto sine testibus, *auth. quod sine, C. de testament.* de cuius intelligentia vide per *Fontanell. de pact. nupt. clausul. 1. num. 9.*

XLVI. Nõ præsumitur vsuras fuisse promissas per præstationem ipsarum, nisi per instrumentum probetur, *l. creditor, C. de vsur.*

XLVII. Præsumitur rescriptum impetratum super immunitate vectigalium esse subrepticium, quia à solutione ipsarum nemo est immunis, *l. omnium. 6. C. de vectigal.*

XLVIII. Præsumitur mulierem existentẽ in caupona esse meretricem, *l. fin. C. si mancipium ita venierit, ne prostituatur.*

XLIX. Donatio facta vxori à marito in domo vxoris, præsumitur facta tanquam sponsæ, sed si est facta in domo mariti, præsumitur facta tamquam vxori, *l. cum tu. 6. C. de donat. ante nupt. Vincent. de Franch. in decis. 503.*

L. Natus ex ea, quæ domi retinetur tanquam vxor (vicinis scientibus) præsumitur legitimus, *l. si vicinis. 9. C. de nuptijs.*

LI. Præsumitur quis restitutus ad famã, si dignitatem est cõsecutus, *l. Imperialis. 23. §. similem. C. de nuptijs.* Hinc nota pro inquisitis, si inde ab eorum Superioribus ad officia fuerint electi, nam resoluta possit cẽseri inquisitio.

LII. Præsumitur tutorem ducentem pupillam in vxorem fecisse in fraudem ad non reddendas rationes, *l. si tutor. 7. C. de interdict. matrimonio.*

LIII. Præsumitur patrem dotantem filiã, vel promittentem donationem propter nuptias pro filio, dotare & promittere de suo, & non de patrimonio filiæ, vel filij, *l. final. C. de dotis promiss.*

LIV. Si vir legat vxori, non præsumitur legare pro dote, & ideo vtrumque consequitur *l. 1. §. primum itaque, C. de rei vxor. act.*

LV. præsumitur emptionem simulatam, si est appositus titulus in personam vxoris, & traditio est facta marito, *l. si filij tui. 16. C. de donat. inter vir. & vxor.*

LVI. Præsumitur vxorẽ marito donare, si patitur eum bona parafrenalia consumere, *l. de his. 17. C. de donat. inter vir. & vxor.* & si vxor venditionibus factis per maritum de bonis, super quibus habet hypothecam, consenserit, præsumitur consensisse, si poterit sibi satisfieri super alijs bonis pro suis dotibus, & antefato, & non aliter, *auth. sine à me, C. ad Velleian. Afflict. in decis. 311.* de iure autẽ consuetudinario Neapolis, si mulier viro alienanti cõsenserit, præiudicat sibi quo ad quartam, vt in *consuet. Si mulier de consensu mulieris.* sed in *consuet. seq. eodem titulo.* disponitur, vt si mulier consenserit alienationi, in totum sibi præiudicet.

LVII. Præsumitur pupillum capere alimenta à tutore, *l. 1. C. de alim. pupill. præst.*

LVIII. Præsumitur studium fuisse factum cum sumptibus, *l. 2. C. de alim. pupill. præst.*

LIX. Non præsumitur quem de nihilo vixisse, *dict. l. 2.*

LX. Non præsumitur tutorem ditatum de bonis pupilli, si pendente administratione tutelæ ditaretur, *l. si defunctus. 10. C. arbitrium tutelæ.*

LXI. Officialis ditatus officio pendente, præsumitur ex officio ditatus, *Andr. in §. si vero Castaldi, nu. 8. de feud. Guardia.*

LXII. Condemnatus in contumaciam cum probationibus liquidis, ob dictas probationes præsumitur condemnatus, & non ob absentiam, *l. 2. C. contrario iudicio tutelæ.*

LXIII. Non præsumitur ignorantia proprij nominis, *l. fin. in fine, C. de hæred. instit. & l. 1. C. de mutat. nominis.*

LXIV. Filius soluẽs debitum paternum, præsumitur hæres, *l. 2. C. de iure deliber.* & sic etiã si habitat in domo patris post mortem ipsius, præsumitur habitare vt hæres, nisi contrarium probetur, *l. 1. C. de repudian. vel abstinen. hæredit.* est tamen verum, quod si filius patris hæreditatem repudiauerit, & ex noua causa possideret, non dicitur hæres, *l. 2. C. eodem titulo.*

LXV. Qui furtiuam rem emit, furti particeps præfumitur, *l. 2. cum glof. C. de furt. & feruo corrupt.*

LXVI. Non præfumitur reciproca fubftitutio inter filios, *Bal. in l. 1. in 2. notab. C. de his, qui ante apertas tabulas.*

LXVII. Affenfus Papę pręfumitur in alienatione rei Ecclefiæ, fi eius fcientia adfuit, & non aliter, *Afflict. in decif. 107. in fin.*

Sed aduerte, quod affenfus Papæ ex curfu 30. annorum præfumitur, fi poffeffio etiam interuenit; *Rota Romana in nouiffimis, in decif. 254. Campagna in cap. Regni. Pondus equum, Afflict. decif.* . . vbi enim affenfus requiritur, fi non adfuit, & alienatio fieret, poteft impediri, puta quando pater alienationem feudi prohibet, & fuper hac prohibitione affenfus non adeft, attamen fi poffeffor feudum alienare vellet, eius confanguinei impedire poffunt, & à Rege non effet concedendus affenfus fuper tali alienatione, ita *Io. Vinc. de Anna in repet. conft. conftitutionem diuæ memoriæ, nu. 47. & 48.*

LXVIII. Præfumptio iuris, & de iure dicitur fictio iuris, *Andr. in §. licebit, quid fit inueftitura*, & licet probationem in contrarium non admittat, puta fi quis inuerifimile probare vellet, *Innoc. in cap. quia verifimile, nu. 1. de præfumpt.* quod intellige directè; fecus autem indirectè, vt declarat *Afflict. in decif. 13. circa finem, verf. fed ego pro opinione Baldi, & Innoc. in loc. cit.* vbi quod quando fama loci, vel bonitas teftium, vel aliqua circumftantia rationabilis aliter fuaderet, probatio contra inuerifimile admittitur, per *cap. ad noftram, de procur. & cap. 2. de noui oper. nunc.* & fic etiam per confeffioné partis admittitur probatio in contrarium, *auth. fed iam neceffe, C. de donat. ante nupt. l. fin. C. quod met. cauf.* in hoc enim cafu poteft Iudex partem cogere ad iurandum, *Cremonenfis in fingul. fuis 116. incipiente contra præfumptionem*, fed eft verum, quod nimis oculatè procedere debet, nam Salomon & fi ex præfumptionibus adiudicauit filium vni mulieri, vt in *cap. afferte, de præfumpt.* non tamen aliam ad mortem condemnauit, ad quam iuftiffime erat condemnanda, ftante furtu pueri, quia ex præfumptionibus procedebatur, ita *Innocent. in loco fupra citato, num. 2. in fine.*

LXIX. Si penès debitorem adeft chirographum, liberatus pręfumitur debitor, *glof. in auth. ad hoc, in verb. non minus, C. de latina libertate tollenda.*

LXX. Scientia inter coniunctos præfumitur, *l. filium. 37. C. de liberali caufa.*

LXXI. Præfumitur citationem fuiffe factam ad inftantiam partis, quia actus ifte nō folet fieri nifi cum aliqua inftantia partis, *Capyc. in decif. 4. num. 19.* & citanti Nuntio plus creditur quam Iudici, ex ratione, quia eius eft officium, & Iudex femper factum fuū defendere creditur, *Innoc. in cap. quoniam 11. nu. 9. de probat.*

LXXII. Error in factis antiquis pręfumitur, *§. fi vero, in fin. de feud. Guardia.*

LXXIII. Pręfumitur quem habere animū non luendi, fi fupra pignus, plufquam valet acquirit, *l. qui habebat, in princ. ff. de leg. 3. Bal. in §. aut fi liberatio, nu. 5. quibus modis feudum amittatur.*

LXXIV. Cogitatū præfumitur, vbi adeft expreffa fcientia, *l. emptor, §. Lucius, ff. de pact. & l quicquid aftringenda, in 3. refponf. ff. de verb. obligat. Bal. in cap. 1. nu. 7. circa finem Imperator Lotharius.*

LXXV. Ex fola fratrum habitatione vnita, focietas non præfumitur, *Bal. in cap. 1. num. 8. de benef. fratris.*

LXXVI. Citatio non præfumitur, nifi probetur, *Bal. in cap. 1. nu. 19. de allodijs.*

LXXVII. Fraus ex abundanti cautela non præfumitur, *l. fin. C. de auctionibus.*

LXXVIII. Filius præfumitur magis naturalis, quam fpurius, ad euitandum maius delictum, *Bal. in conf. 448. quæritur, in princ. col. 2. vol. 1. Grauett. conf. 138. & 166. num. 1.* merito expofitus præfumitur potius legitimus quam fpurius, ad finem fufcipiendi ordines facros, ita *Diana moralium refol. in tract. 1. Mifcellan. refolut. 22.* vbi refert DD. hinc inde tenentes, & tandem concludit expofitos abfque licentia Papæ, vel Epifcopi abfque vllo fcrupulo poffe ordines facros recipere.

LXXIX. Neminem falutis ęternæ immemorem effe pręfumitur, nec aliquid dixiffe in animæ fuę prçiudiciū, *Cart. Iun. in conf. 106. nu. 8. Crau. in conf. 198. nu. 11. Surd. in conf. 329. nu. 10. vol. 1.* & cęteri omnes.

LXXX. Simulatio non præsumitur, quia contractus præsumitur talis in sua figura, qualis in sua essentia, *Bald. in cap. 1. nu. 1. de feud. dato in vim legis commissoria*, & sic etiã non præsumitur venditorem plus promisisse, quam iudicio empti præstare tenetur, *l. 4. ibi, qui non est verisimile, ff. de usuris*, & per *consuet. Neap. Instrumenta donationum, de instrument. conficien. per curial.* disponitur non præsumi traditionem in instrumẽtis donationum, obligationum, & permutationũ, nisi re vera possessio ipsorum peruenerit ad donatariũ, seù ad quem fuit facta obligatio.

LXXXI. Præsumitur bonum quemlibet operari potius quam malum, *l. si constante, §. maritum. ff. solut. matrim. Afflict. in cap. 1. nu. 33. de feudo dato in vim legis commissoria*, & vide infra *præsumpt. 85. & 96.*

LXXXII. Donatio præsumitur facta in fraudem, *Afflict. ibidem nu. 34.* sicuti præsumitur in Baronibus Regni Neapolis vsurpatio quo ad iura patronatus si non appareat de constitutione ipsius, secundum dispositionem *S. C. Tridentini sess. 25. cap. 9.* vt decisum refert *D. Riccius in praxi probationis iurispatronatus, resolut. 103.*

LXXXIII. Nõ præsumitur in continenti contraria agi, *Afflict. ibidem nu. 37.*

LXXXIV. Contractus cẽsualis præsumitur etiam in Ecclesia, si concessio in perpetuum fuerit facta, *Paris in cons. 84. in fine, vol. 4.* sed cogita, & vide hic *præsumpt. 100.*

LXXXV. Bonum est semper præsumendum, quia casum, & aduersam fortunam considerare, nec ciuile, nec naturale ius persuadet, *Andr. in § præterea ducatus, nu. 36. de prohib. feud. alienat. per Federicum.* Hoc est, quod & si malum, & damnũ semper præsumatur malo animo fieri, tamen contrariũ probari poterit, *Innoc. in cap. 1. de præsump.*

LXXXVI. Ad dominiũ Regis omnes homines spectare præsumitur, quoniã pro Regis domin o prima facie præsumitur, vt in *constit. Regni. Si dubitatio*, vbi quæ probare debeat Baro vasallum ad se pertinere.

LXXXVII. Præsumitur fraus, & simulatio ex breuitate temporis, *glos. in cap. desinimus, 28. quæst. 1. Bart. in l. post contractum, col. 2. ff. de rer. diuis. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. oncntres chefes glos. 7. num. 77. fol. 63. in tom. 3.* vbi refert, Tiberij mutum iudicium remouendo quondã à quæstura, ex quo vxorem pridie sortitione ductam, postridie repudiaule, veluti id in fraudem fecisset, *Sueton. in Tiberio cap. 35.*

LXXXVIII. Bona fides præsumitur, nisi aliud subdit, *glos. in l. 1. C. de euictio. Tiraq. in glos. 2. §. des prescriptionis, fol. 2. in 2. par. 4. tom.* vbi in *col. seq.* dixit, quod si statutum bonam fidem requireret, tunc non præsumeretur, vt per *Barbatium inter cons. Calc. consil. 58.*

LXXXIX. Non præsumitur dolus in rescripto impetrato cum falsis allegationibus, *glos. notab. in cap. super literis, in verb. priori modo, de rescript.* quam singularem exclamat *Barbat. in l. 2. §. ex his, col. 17. ff. de verb. obligat.* sicuti nec etiam præsumitur contra Principem disponentem contra ius positiuum, secus autem si aduersus ius naturale, vel gentium disponeret, *Andr. Gaill. pract. obseruat. lib. 2. obser. 58. nu. 1. & 2.*

XC. Tempus statutum sine determinatione præsumitur decennium, *l. sine præfinitione, & l. si diutino, ff. de pœnis.*

XCI. Diuturnitas temporis præsumit actum validum, *l. qui in Prouincia, §. 1. ff. de ritu nuptiarum.*

XCII. Præsumitur prius mortuus pater, aut mater, & deinde filius inspecto ordine naturæ, nam qui primo nascitur, prius moritur, *l. nam & si parentes, ff. de inoffic. testament. l. qui duo, §. cum in bello*, & ibi *Bart. ff. de rerum diuisione*, quod fallit, si filius erat pubes, *glos. & text. in l. inter socerum, in princ. ff. de pactis dotalibus, Paul. de Castro in cons. 101. in princ. volum. 2.* & materiam hanc latè explicat, *Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 7. & Vinc. de Franch. in decis. 454.* quam facit de incendio fulguris in Castro Sancti Erasmi supra Neapolim de anno 1586. & in casibus prædictis præsumitur sine hærede quem decessisse, si statim hæres non apparet, *Bart. in l. penult. §. cum autem, nu. 3. C. ad trebell. Capyc. dec. 159. nu. 11. Molin. de primog. lib. 3. cap. 9. nu. 21.*

XCIII. Præsumitur prælatio pro Dominis pascuorum, puta quando duo Castra in possessione pascendi forent inter vtraque territoria promisque, & postea oritur contentio, quia vna Vniuersitas dicit pascua sibi non sufficere, nam tunc Domini illorum pascuorum præferuntur, *Ioannes Andr.*

Andr. in cap. dilecti, in princ. extra de arbitrii, & fequitur *Rocchus de Curte in tract. de iurepatronat. in verbo competens, col. 12. verfic. 19. & Roman. in fingul. 655. incip. præfcripfit.*

XCIV. Præfumitur rem datam à debitore creditori, potius fuiffe datam in pignus, quam infolutum, fecundum *Affl. in dec. 373.* Et occulté factũ præfumitur, quod fine Regis authoritate fit, *l. 2. de his, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt, lib. 10.*

XCV. Paupertas allegata debet probari ab allegante, & fic etiã diuitiæ, quia alias nõ præfumerentur, *Afflict. in decif. 378. circa finem*, per *glof. fing. in l. fi verò, §. qui pro rei qualitate, ff. qui fatifd. cogant.*

XCVI. Præfumendũ eft bonum femper, adeò quod fi Sacerdos ofcularetur mulierẽ, præfumitur eam benedicere, hinc fanciunt *text. in cap. cum fcripturis. 96. dift. & cap. Sacerdotibus. 11. quæft. 1. Quòd verè fi proprijs oculis viderem Sacerdotem Dei, aut aliquem torti in monachali habitu circumamittum peccantem, clamidem meam expoliarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur.* & fic notat modo tiffimus *D. Regens Valenzuela in tract. defenfio iuftitia monitorij contra Venetos. fol. 142. nu. 28.* & vide fupra *præfumpt. 81. & 85.*

XCVII. Præfumitur, quod qui dat pecuniã pro habendo officio, habet animum malefaciendi, & extorquendi, & indebitè lucrandi, *Bar. in l. 2. C. de muris regul. lib. 11. Boer. in decif. 149. nu. 3.* vbi quod qui emit, paratus eft alijs vendere, *cap. quibufdam. 11. quæft. 1.* hinc dici folet, emerat ille prius, vendere iure poteft; reliqua vide per *Boer. ibid.*

XCVIII. Habitus vidualis præfumit quã non effe maritatam, *Alex. in conf. 153 col. 3. vol. 5. Io. Francifc. de Ponte in conf. 3. num. 148. vol. 2.* Vidua eorum, quæ caftitatem amauerit, & poft virum fuum alterum nefcierit, manus Domini confortat eam, *Iudith. 14. num. 11.* cætera vero diftinguentia perfonas per habitum, vel figna, vel figilla, vel aliter, vide per *Auend. de exeq. mandat. Regum, par. 2. cap. 21. fol. 221.*

XCIX. Præfumitur partes noluiffe, vt pœna committatur, *Io. Berardinus Branca acutiffimus Calaber in repetitione l. ita ftipulatus, nu. 25. ff. de verb. oblig.* & eft inter repetentes *volum. 2. fol. 411.* qui morte præuentus alia opera non compofuit, erat enim doctiffimus de Terra Sanctæ Catherinæ ex Calabria vltra, & Salamanchæ obijt.

C. Cenfus præfumit contractum emphiteoticum in Ecclefijs, *Ioach. Myfing. in cent 3. obferuationum, obfer. 65. fol. 348.* poft *Affl. in decif. 129. nu. 8. & Hieron. Schur. conf. 56. cent. 1.* & vide fupra *præfupt. 84.*

CI. Mulieris rapræ confenfus ad fe rapiẽdum extortus præfumitur ex infidijs nequiffimi raptoris, *l. fin. § fin. C. de raptu virg.* quẽ *tex.* in quadã caufa limitabam, quando rapta confentiens, non eft in poteftate patris, viri, vel tutoris, per *Carrer. in pract. crimin. in verb. circa, nu. 284. fol. 142.* & per *Teff. in decif. 217. nu. 4.* & obtinui, vt mitius puniretur. & in alia caufa raptus, ex quo raptor cum focio, & rapta, à Curia capti, & dum in fortijs Curiæ effent, fupetuenerunt confanguinei raptæ, & alij, qui raptorem, & focium occiderunt, fed raptam occidere non potuerunt, dum in M. C. V. delegata inquirerentur quatuor ex focijs prędictis, & carcerati effent, pro eis allegabam *d. l. vnic. C. de raptu virg.* ibi, *vbi inuenti fuerint in ipfa rapina.* & facram Scripturam *Genefis. 34.* vbi Deus ob raptum Dynæ vindictam permifit in omnes illos Populos, vt legi poteft. & eo fortius quia requiritur vt fint principaliter coadunati ad hoc maleficium committendum, *l. 2. §. homines, ff. de vi bonor. rapt.* non fufficit quod fint omnes in aliquo loco, fed etiam requiritur, vt Fifcus habeat in probatis, & vt appofitum fit verbum, affiftendo, & auxiliũ præftando, *Decian. in conf. 125. vol. 3.* poft *Bar. in l. fi feruo, §. fin. ff. de furt.* accedebat Patriæ, & Prouinciæ mos, & vfus honoris zelantiffimę, fm quos iudicanda funt delicta, *l. aut facta, §. euenit, ff. de pœn.* fuerunt tandem liberati per M. C. V. & inde confirmatũ decretũ coram Prorege in Collaterali Concilio. Sed quid fi raptor non cognouit rapiã carnaliter, *Fontan. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glof. 4.* refert opiniones DD. pro, & contra tenentium, an fit pena capitalis.

CII. Commodans, vel locans equum, & arma ad bellum, fi ibi amittantur, non competit actio ad ea repetenda, quia præfumitur amittere, dum ad illum vfum accomodauit, *Lvideamus, § fi in hoc, & l. fin. ff. loc. & l. fi vt certum, §. fed interdum, ff. commod. Innoc. in c. ficut. 29. de iure iur.* vbi quod hoc non procedit in vocato ad bellum, quia ratione mandati poteft ea repetere.

CIII. Præsumitur pro Actore, & præsertim si esset melioris conditionis quam reus, *Aul.Gell.lib.14. noct.attic. cap.2.*

CIV. Præsumitur in Principe iusta causa bellum indicendi, etiam si non appareat, vt post *Panorm.in cap.1. de tregua. & pace. & Menoch. de præsumpt. lib 6 c 96.nu.1.& 7.* fundat *doctissimus Consiliarius,& Fisci Patronus Fabius Capycius Galeota alias laudatus in suo tractatu de Principis potestate circa reuocationem priuilegiorum,& concessionum, nu.93,* vbi in *nu.111.*extendit, tam si bellum esset in Regno, quam extra: fecit etiam tractatum prædictum pro iustificatione venditionum aliquorū Casaliū Neapolis,& aliarum Terrarū,& Ciuitatum Regni demanialium in anno 1630.factarum per Regiam Curiam,sed vide supra *vers.2 obser.5.nu.38.*

HActenus de ignorantia iuris vidimus, & ex quibus ius præsumatur:restat nūc videre, quando mulier restituatur, aut excusetur à
29 inte,vel non; Sed Primo nota, quod non excusatur mulier in cōfectione inuentarij,iam confecti, *Vinc.de Franchsin decis.229.nu.4. Loffred. in cons.14.nu.47.* nec etiam aduersus fatalia elapsa etiam per viam restitutionis in integrum, idem *Vinc.de Franch in*
31 *decis.284.*quoniam in iudicijs mulier restituitur in exercitio litis tantum,non autem post sententiam, vt ibidem, & per *Mastrill. in decis.51.* quod secus est in minore, & in Ecclesia venientibus cōtra sententiam S.C. nam conceditur eis supplicatio, vt fiat verbum in S.C.an sit deferendum restitutioni in integrum,ad finem videndi an sint læsi, *Afflict. decis.16.& 356.* vbi *Vrsill. in fine,& Vinc.*
32 *de Franch. decis.86.* quod limita, nisi fuisset cœptum exequi, quod intelligunt etiam post
33 intimatum mandatum de parendo, vt per *D.Rouit.in prag.1.nu.27.de minor.*per *Annam ibi alleg.* sed crederem, quod sola intimatio mandati de parendo non sufficeret,& illud cœptū exequi, debet intelligi post inceptam executionē realem,non autē post intimationem mandati de parendo,quæ notitiā tantum tribuit condemnato ad parendum sententiæ, proceditq; illud ceptum exequi, quando executio realis, & non ficta, cœpta esset, *Mastrill.decis.30.nu.3.*
34 Quo verò ad restitutionem in integrum, quæ à solo Principe concedi potest, *l.1. C. vbi,& apud quem cognitio restitutionis in integrum agitanda est, l.1. in fine, ff. de officio Præfecti Prætorio,* laté *Couar. variar. resolut. lib.1.cap.4.* vel conceditur per S. C. quia personam Principis repræsentat, *prag. 3. de officio S.C.* & vidimus supra *vers. 3. obseruat. 3. in 17. authoritate Præsidentis S. C.* vbi alia circa hæc.
35 Attamen restitutio ista in multis casibus denegatur minoribus, vt inf. a hic *num.72.* & similiter quando peteretur aduersus præscriptionem temporalem in casibus enumeratis per *glos. in §.non autem, vers. pupillus, in verbo nihil, in auth.de hered. & falcid.*
36 Nec etiam in delictis impingnandis, vel testibus repulsandis, *Capyc. in repetit. l.Imperialem, fol.51.vers. quarta conclusio,* quia nec etiam fisco datur restitutio in integrum in pœnalibus, *Gasp. Tessaur. in quæst. forens. quæst. 59.* (vbi multa quando Fiscus debet restitui) nec etiam restituitur mulier in iudicijs criminalibus, *Andr. in §. præterea si quis, nu. 28. in med. de probib. feud. alien. per Frederic.* per *constit. Regni. Minorum iura,* quia non interuenit Procurator in criminalibus, *l. penult. §. ad crimen, ff. de publicis iudic.* quod intellige etiam in causa ciuili oriēte ex criminale, in qua nec Fiscus, nec minor restituuntur, vt per *Andr.ibidem in vers infeudatio,* & in *constit. Regni.Obscuritatem, in glos. in verb. quid ergo si pœna.* Et similiter non restituitur in petendo beneficia in causa remissionis causarum ad alios Iudices, *Vinc. de Franch. in decis.439.* nec etiam post causam introductam *Gizzarell. in decis.21.* (licet hodie per *pragmaticam de anno 1622. 28. capitum,* sit præscriptum tempus petendi beneficia) nec aduersus non confectionem inuentarij, vel minus sollemniter confecti, *D. Tapia in decis. S. C. decis. 39.*qui in alia *decis.43.eodem vol.* tenet mulierem non admitti ad electionem fori in M. C. V. contra subditum Magni Admiratí. nec ad petendū vnionem aularum post elapsum tempus 15. dierum à die monitionis ad dicendum,vt in *pragmat.20.Domini Comitis Miranda de anno 1588.* nec etiam datur Vniuersitatibus ad petendum demanium, si infra annum à die venditionis non petierint, vt in *pragmat. 13. Comitis Miranda.* Sed datur restitutio minori contra minorē, & sic etiam Ecclesiæ contra Ecclesiam, *Mastrill. in decis. 44.* sicuti etiam datur ipsi minori aduersus tres sententias conformes, vt per eundem *Mastrill.in dec.45.& 11c.*reliqua verò circa hanc materiam restitutionis in integrum,vide supra *vers.12.obser.2.in 4. potestate Proregis.*
37 Est tamen notandum,quod etiam post effectum maiorem potest peti restitutio in integrum infra quatriennium, *l.final. C. de tempor. in integrum restitut. Capyc. in decis. 109.* quinimo elapso quatriennio, poterit infra aliud triennium deliberare, an velit here-

hæreditatem adire, *Bart. in l. fin. nu. 1. C. de repudian. hæred. & in §. fin autem, ibidem.* vbi text. est clarus.

Multæ quidem sunt causæ, ex quibus in integrum restitutio concedi solet, & signanter Ecclesijs ob mutationem Prælatorum, *Anna in singul.* 169. & ex alijs, ac etiam principalibus ob negligentiam Procuratorum non appellantium, quo casu si Procurator non est soluendo, tunc principalis restituitur, & à die scientię ei currit tempus, & in supplicatione debet aduertere, & allegare Procuratorem non esse soluendo, *And. Gaill. pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 45. nu. 9.* qui in *obseruat.* 143. ponit, quando aduersus fatalia competit restitutio in integrum. Sicuti etiã minori in tempore non appellanti, vel processum non præsentanti, *Andr. in cap. 1. nu. 7. & 8. quo tempore miles inuestituram petere debet*, conceditur etiam restitutio in iudicio possessorio, *Menoch. de retinend. possess. rem. 3 nu. 851. & seq. Couar. pract. qq. cap. 17. nu. 4. vers. sextum*, & in alijs casibus, & in *l. 1. ff. de in integr. restitut. & in l. vnic. C. de error. calcult*, & refert *Vigelius in lib. 49. digestor. cap. 1. in par. 7.* vbi per quinque capita causas prædictas examinat, & similiter quibus competat restitutio in integrum, habemus in *l. 1. ff. eodem*, & aliqua in infrascriptis Allegationibus videri poterunt.

ALLEGATIO XXVIII.

Restitutio in integrum an concedenda post quatriennium, si res minoris fuit vendita, & post effectum maiorem tacuit per quatriennium.

ARTICVLVS de quo quæritur est, an facta venditione per Tutricem de re immobili pupillari absq; decreto, si pupillus effectus maior, infra quinquennium non egerit, obstet ei exceptio præscriptionis dispositæ in *l. fin. C. si maior aliem. fine decreto factam ratam habue. lib. 5.*

Attamen, vt dilucidetur veritas, dignentur Domini Iudicantes attendere facti seriẽ, quæ sic se habet in præsenti causa.

Paulus Vincentius emphiteota possidebat quoddam territorium emphiteoticum modiorum quinque in circa, pro annuo canone duc. 6. 4. 10. debito Abbati sancti Cæsari.

Egit Abbas prædictus in anno 1576. pro solutione censuum, & deuolutione, & interpositis pluribus decretis per M. C. V. quod prædictus censuarius soluat cẽsus decursos, alias territorium sit deuolutum; ex quo non soluit, fuit facta deuolutio, & Abbati prædicto cõsignata possessio in anno 1579. & possedit vsque ad annũ 1589. vt liquet ex processu M. C. V. præsentato in processu currẽti.

Mortuo prædicto Paulo Vincentio emphiteuta relictis tribus filiabus, quarum duæ erant maiores, & tertia minor, & pupilla, sub tutela matris.

Ista diligens mater, & tutrix vacauit in recuperando territorium prædictum, sed nõ poterat illud rehabere, nisi solutis censibus decursis, meritò pro illis soluendis, fuit necessum, territorium prædictum vendere, & Abbatis consensum obtinuit, & ideò sub die vltimo Octobris 1589. tam prędictæ sorores maiores, quam ipsa mater, & tutrix, nomine, & pro parte pupillæ, consentiente Abbate prędicto, vendiderunt territorium istud Io. Hieronymo emptori ad rationem duc. 45. pro quolibet modio, cum onere tamen dicti census duc. 6. 4. 10. quo computato ascendit ad duc. 71. pro quolibet modio, & de prętio fuerunt Abbati prædicto soluti duc. 70. pro censibus, & remanens prętiũ fuit diuisũ inter subdictas tres sorores, quarum duæ maiores receperunt duas partes suas in contantis, cum quibus se maritauerunt; Reliqua vero tertia pars pupillæ importãs duc. 55. 4. 13. fuit relaxata penès emptorem pro illa soluenda tempore maritagij dictæ pupillæ, & interim correspondere in annuis duc. 4. 4. 10. vt liquet ex instrumento. Deinde ista minor effecta maior se maritauit, & recepit dictam tertiam partem prętij ad se spectantem.

Ad præsens verò post annos 32. istæ tres sorores petierunt in S. C. condemnari Antoninum Ciccarellum filium, & hæredem dicti emptoris, & possessorem territorij, ad illud relaxandum vna cum fructibus, sub prætextu quod venditio prędicta fuerat facta à tutrice sine decreto, & consequenter cõtractus nullus extat.

Pro parte conuẽti fuit opposita exceptio præscriptionis, ac notorius defectus iuris agendi, & sub prætextu quod erat deuentũ vsque ad actum citationis ad concludendũ, subreptitiè cum reuerentia obtinuerunt à Domino causæ Commissario decretũ, quod procedatur ad vlteriora exceptione pręscriptionis opposita ad merita reseruata.

Ab hoc decreto Conuẽtus appellauit, & appellatio cõpetit, nam etiã à decreto Prefecti Prætorio reclamatur semel *l. 1. & auth. qua supplicatio, C. de praecib. Imper. offeren. & l. 1. C. de sentent. Praefect. Prætor. Vinc. de Franch. decis. 702. num. 3. & Anna in singul.*

605. & merito obtinuit regiam decretationem de verbo faciendo in S.C. & ſperat conuentus omni iure fore declarandum exceptionem prædictam obſtare, ex infraſcriptis, & alijs ſupplendis per Dominos Iudicantes.

Primo, reſpectu tertię partis ſpectantis ad primam ſororem, nulli dubiũ eſt, quod erat maior in anno 1589. tẽpore contractus nec iuuare ſe poterit, ſub prætextu, quod aderat pars pupillæ, & quod res erat communia, & per conſequẽs beneficium minoris ei proſit,
38 quia obſtat ei *text.* in terminis in *l. unica*, *C. ſi communi eademque cauſa in integr. reſt. poſtul.* vbi *gloſ. in verb. patrocinium*, declarat hoc eſſe priuilegiũ perſonale, & in rebus diuiduis nõ iuuat, & punctualiter dicit, quod tentata rei venditione, pro parte earum, quæ minori competebat, poteſt agi. Et ſic de hac tertia parte nõ eſt quid tractandum.

Secundo, pro tertia parte ſpectante ad ſecundam ſororem, idem dicitur, imo & plus, quia licet prætendat, quod fuit nata die 27. Martij 1576. vt ex fide baptiſmi quam produxit fol. 40. & ſic tempore contractus celebrati vltimo Octobris 1589. erat annorum 13. & menſium 8. & apparet, quod erat minor, tamen quia in dicto contractu ſe aſſer-
39 uit maiorem, etiam ſi fuiſſet minor obſtat ei *text. in l. 2. C. ſi minor ſe maior. dixer.* vbi diſponitur, quod ſi minor ſe dixerit maiorẽ, ex quo decepit, non reſtituitur, & eſt *text.* in terminis in *l. 1. C. ſi ignorans rem minoris eſſe compar auerit*, meritò reſpectu iſtius tertiæ partis, nec etiam eſt quid tractandum.

Et tanto fortius, quia iſta ſecunda ſoror inſimul cum eius viro ſub die 10. Februarij 1594. ratificauit contractũ recipiendo partem prædictam duc. 55. ſol.

Tertio, & Vltimo, reſpectu tertiæ partis pupillæ, in qua pars aduerſa videtur principaliter ſe fundare, forſitan ex regula generali in *tit. de rebus eorum, qui ſub tutel. vel cur. ſine decreto non alien.* dicimus, quod ei
40 obſtat exceptio oppoſita notoriæ præſcriptionis ratihabitionis quinquennij, ex *l. fin. C. ſi maior factus alien. fact. ſine decreto rat. habuer.*

Et pro maiori dilucidatione veritatis, memoriæ recolo Dominis Iudicantibus, quod nos habemus duos titulos in Codice.

Vnus eſt in *lib. 2. ſi maior factus ratum habuerit*, qui loquitur de alienatione valida, ſed minor prætendit læſionem, & hic non eſt caſus noſter, quia non agunt iſta via, ex quo territorium tunc temporis venditum ad rationem duc. 73. pro quolibet modio, computato onere cenſus, fuit ſatis vltra cõdecentem valorem, nam eo tempore vendebatur in locis conuicinis ad rationem duc. 85. in circa pro quolibet modio, vt liquet ex ſcripturis productis, fol. 66. & 67.

Secundus eſt titulus in *lib. 5. ſi maior factus alienationem factam ſine decreto ratam habuer.* qui loquitur de alienatione nulla ſine decreto facta, ſed per lapſum temporis effectus aior excluditur à nullitate, & hic eſt caſus noſter.

Prætendit enim iſta tertia ſoror non adfuiſſe decretum in alienatione facta per eius matrem, & tutricem, & quod ideo eſt nulla, attamen negari non poteſt, quod cum de-
41 creto vẽditio ob æs alienum poteſt fieri per tutorem, *l. 1. & l. ob æs alienum, C. de præd. & alijs reb. minor.* ſed ſi pro adimplenda ſolemnitate decreti, ſufficit quinquennium,
42 per quod inducitur alienatio legalis, ideſt præſcriptio, *l. alienationis, de verb. ſignific.* meritò obſtat ei exceptio præſcriptionis oppoſita de quinquennio per *d. l. fin.*

Apparet enim ex fide baptiſmi, quam ipſa produxit, fol. 39. quod orta fuit 24. Auguſti 1581. adeo quod ſub die 24. Auguſti 1599. finijt ætatem annorum 18. in qua fuit facta maior, vt eſt notum, & declarat *Caſtr. in l. 2. num. 9. ff. de his, qui ven. ætat. impetr.* vbi *Salyc. nu. 2. & Menoch. de recuper. poſſ. remed. 15. num. 252.*

Cum ergo à dicto die maioris ætatis nedum eſt elapſum quinquennium, ſed ſunt elapſi anni 24. & plus vſq; ad diem litis motæ, obſtant ergo ei notoria iura in *l. 2. & fin. C. ſi maior fact. lib. 5.*

Decidit enim *d. l. 2.* quod ſi ſine decreto Præſidis prædia minoris ſint alienata, ſi ſta-
43 tutum tempus non eſt elapſum, alienatio eſt nulla; ſequitur *lex fin. eodem titulo*, & declarat tempus ſtatutum eſſe quinquennij, quo elapſo poſt ætatem legitimam inchoatam, amplius non poteſt agi.

Conſimilis eſt alter *text. in l. 2. C. ſi maior factus, lib. 2.* quo diſponitur, vt geſta in minori ætate rata habeantur, ſi poſt 25. annum rata habebuntur, vbi *gloſ. in verb. geſta*, ſubdit, ſiuè geſta ſint à minoribus, ſiuè ab
44 eorum tutoribus, ſunt & aliæ conſimiles, *gloſ.* vt alienationes factæ à tutore ſine decreto conualidentur, ſi quinquennium poſt legitimam ætatem fuerit taciturnitate elapſum, & ſunt.

Gloſ. in l. 1. in verb. ratam, & in l. fin. in verb. minorum, verſ. ſed Placentinus dixit, C. ſi maior factus, lib. 5.

Gloſ. in l. 3. §. 1. in verb. comprobauerit, ff. de minor.

Quæ ſatis ſufficerent ad demonſtrandum hanc notoriam veritatem, ſed non tęduit

etiam

etiam cumulare aliquos DD. punctuales, vt infra, licet nullus (quem viderim) huic concluſioni contradicat.

Et in Lecturis,

Bart. in d. l. fin. dicit, *quod iſta l. eſt ſingularis valde, tene menti iſtam l. quantum plus*
45 *potes, rogo te*, & notat, quod non eſt propria præſcriptio, ſed inducitur quædam ratihabitio tacita.

Bal. in d. l. final. num. 1. quia idem operatur tempus quinquennij, quod operatur Iudicis decretum.

Et cęteri omnes in *dict. l. final.*

In Tractatibus.

Dynus de Mugillo de præſcriptionibus, nu. 27. in fin. vbi enumerat omnes caſus, in quibus datur præſcriptio quinquennij, & inter alios eſt caſus noſter, & eſt in *tractatibus tom. 17. fol. 51. a terg.*

In deciſ.

Capyc. deciſ. 93. num. 1.

Vrſill. in Afflict. deciſ. 249. nu. 9. vbi limitat tantum hanc concluſionem, quando alienatio fieret ex falſa cauſa, & non vera.

In conſilijs ſunt inter cęteros.

Bal. in conſ. 45. & 184. num. 3. verſ. 2. vol. 2. vbi quod ſufficit ratificatio tacita, vel expreſſa elapſo quinquennio.

Corn. in conſ. 207. num. 6. lib. 3. vbi dicit, quod tenere contrarium, eſt contra ſtimulum calcitrare.

Caphal. conſ. 51. nu. 15. lib. 1. vbi quod elapſo quinquennio ceſſat nullitas, & ſubdit, quod ſi nedum cócurrit tacita ratificatio per lapſum quinquennij, ſed expreſſa approbatio in recipiendo pretium, vel partem ipſius, &
46 vlterius concurrit decennium, tunc nullo modo auditur etiam ex capite lęſionis, vel reſtitutionis in integrum, & hęc omnia concurrunt in caſu noſtro.

Pariſ. conſ. 49. lib. 1. num. 24. & ſeq. qui alios cumulat, & dicit, quod iſta ratificatio per curſum quinquennij inducitur non facto hominis, ſed ab ipſa lege ſupplente defectum ſolemnitatis, & formæ omiſſæ, ac validanté nullitatis incurſæ: & *nu. 48.* addit, quod iſta tacita ratificatio introducta à lege per lapſum quinquennij, eundem producit effectum, ac ſi contractus à maiore celebratus foret, ſecundum *gloſ. C. ſi maior factus*, & *Bart. Bald.* & alios ibi volentes, talem prorogationem purgare defectum ſolemnitatis omiſſæ, & per eam induci remiſſionem doli pręſumpti.

Alex. in conſ. 117. nu. 2. lib. 5. idem tenet.

Curt. Iunior in conſ. 50. num. 2. in fin. vbi quod ratificatio tacita per quinquennium operatur, ac ſi de nouo fuiſſet factus contractus, bene verum eſt, quod hoc limitat, quando adeſſet læſio vltra dimidiam.

Nec prędictis obſtant dicta *Ant. de Butr. in conſ. 45. num. 3. verſ. nec obſtat*, vbi videtur tenere, quod *d. l. fin. C. ſi maior factus*; non procedit de iure canonico, cui ſtandum eſt in eo, qui contra iura mercatur, quia dicitur malę fidei poſſeſſor; loquitur enim in lęſo, & ſic in remiſſione gratuita, vt aduertit ibi *Apoſtill. in l. fin.* & aduertit etiam *Card. Tuſchus in pract. lit. M. concl. 254. num. 33.* poſt *Curt. Iun. in conſ. 50. Corn. conſ. 36. lib. 2. & conſ. 207. lib. 3. Pariſ. conſ. 49. num. 24. lib. 1.* laté *Natta conſ. 95. col. 1. & 2.* & alios ibi allegatos, & ideo non ſolum nil obſtat, ſed facit pro nobis, cum in caſu noſtro nulla adeſt lęſio, nec remiſſio gratuita.

Imo caſus noſter in fortioribus terminis militat, quia ne dum iuuatur taciturnitate quinquénij per ſupra allegata, quę ſufficeret, ſed venditio fuit vtilis, & neceſſaria, & cum cauſa pro recuperando prætium territorij iam deuoluti, & deperditi, & poſſeſſi per Abbatem per annos decem, vt eſt ſupra notatum. & ideò ſequitur alia iuris concluſio, vt in tali caſu nullum requirebatur decretum ex iuribus in terminis *ff. de rebus eorum, l. 3. § item quæritur*, ibi, *hæc enim alienatio non ſponté tutorum fuit*. & *l. 1. C. eodem titulo, l. magis puto, §. pupillus*, ibi, *ſed ſi pater ſtipulanti funeum ſponderit, ſucceſſeritq; pupillus inſtipulatum, fortius dicetur ſine Prætoris authoritate poſſe eum reddere.*

Et ſic expreſsé tenet *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 149.* maximé ſi contractus eſt onerofus, vt in caſu noſtro; om-
47 nes enim dicunt, quod pro cauſa neceſſaria, puta pro ſoluenda dote, vel pro ſatisfaciendis creditoribus, poteſt fieri alienatio à tutore, & ſic firmat *Angel. Aret. in conſ. 12. videtur dicendum. per totum*, vbi pro vtraque parte diſputat, & hanc tuetur.

Apparet enim quam vtile negotium geſſerit iſta Turrix in tractatu de rehabẽdo hoc territorium deuolutum pro illo vendendo, & ſoluendo cenſus, & habere partem prętij pro maritandis dictis filiabus, ergò cum pro cauſa neceſſaria, & voluntaria fuerit facta venditio, & ſi neceſſaria, nullum requirebatur decretum, ſin veró voluntaria, per lapſũ quinquennij, adimpleta eſt ſolemnitas decreti, & ideò ceſſat nullitas, & obſtat præſcriptio *d. l. fin.* & eo magis, quia iſta tertia ſoror vt fertur poſtea exegit eius tertiam partem prætij, & ſe maritauit cum ea, quo etiam caſu, nulla poteſt adhiberi difficultas per ſuperius allegata.

Meritò omni iure ſperatur foré prouiden-

dum

dum obstare exceptionem oppositam, nulla data consideratione reseruationis ad merita causę: hodie enim constat de iniustitia Actricum, hodie agatur, ne conuenti vexentur sumptibus, & indebitis expensis; & ne DD. Iudicantes tędio afficiantur cum indebitis, & importunis petitionibus.

Cętera suppleant DD. meorum Religio, & pietas. Primo Maij 1622.

Io. Dominicus Tassonus.

Sed ex quo non adducta fuit solutio istius tertiæ partis vltimę sororis pupillæ conuentus condemnatus fuit ad relaxandum prædictam tertiam partem territorij cum fructibus, & à cęteris alijs duabus partibus fuit absolutus.

In Banca de Carbone.

ET prosequendo materiā in qua versamur restitutionis in integrū dico, q ad illam pe-
48 rendā requiritur speciale mandatū, *l. 1. C. etiā per Procur. caus. in integrū restit. agi posse*, & adest *prag. 32. de offic. Magist. Iustit.* & late *Couar. variar. resolut. lib. 1. cap. 6.* in autem die, quod si in mandato adesset clausula, vt Procurator omnia facere possit, quæ potest principalis, tunc censetur etiam concessa potestas prædicta, argumento *cap. qui ad agendum, de procurat. in 6.* & in *Commun. opin. tom. 1. sub tit. de procur.* Fuit alias dubitatum, an ex scripturis de nouo repertis
49 per priuatum debeat ei concedi restitutio in integrum, & in causa Sancti Martini, cum Duce Nuceriæ Paganorū, in Banca de Scacciauento de anno 1600. fuit decisum, esse restitutionem concedendam dicto Duci ex scripturis de nouo repertis, & sic etiam tenet *Bar. in l. 1. C. de sentent. aduersus fiscum*, & latè *Peregrin. de iure fisci, lib. 7. tit. 4. nu. 4.* & S. C. passim obseruare solet scripturas de nouo repertas in causa reclamationis reseruare: sed in quadam facti contingentia infrascripta allegabam.

ALLEGATIO XXIX.

Restitutio in integrum ex scripturis de nouo repertis, imò per Partem aduersam productis, an concedenda?

MARIVS de Orange vti pretensus creditor Iulij de Orange petijt in S.C. condemnari Basilium Vngarum hæredem Iulij de Orange in feudalibus ad solutionem ducatorū tercentum cum interesse, & obtinuit sententiam S. C. in eius fauorem, pro cuius executione fuit prouisum, quod prędictus Basilius cogatur ad vendendum feudum, ex *decis. Vinc. de Franch. 704. & Afflict. decis. 240.* expeditoq; mandato de parendo executionem fecit super alijs bonis prædicti Vngari, & inde supradictus Actor sub colore alterius pretensionis contra dictum Vngarum heredem in feudo vt supra, pręsentauit quasdam scripturas in eodem processu, ex quibus apparet, quod idemmet Marius actor est heres prędicti Iulij in Burgensaticis, eiusque bona hæreditaria adiuit, & inuentariū fecit in anno 1607. licet prætendat illa possidere iure fideicommissi instituti ab Auo Iulij, & non vt heres Iulij.

Merito ipse Basilius petit ad præsens restitutionē in integrum ex prędictis scripturis de nouo repertis, & productis per eundemmet Marium actorem, pretendens, quod si fuissent in processu tempore prolatæ sententiæ supradictæ, vtique non esset ita iudicatum: dum obstat exceptio compensationis opposita, quia quod petit Actor intus habet, & militat regula, quem de euictione tenet actio eundē Agentem repellit exceptio &c. impeditur enim executio ex restitutione petita, quia Iudicantis Religio fuit decepta, *l. fin. C. si ex falsis instr.*

Ergo pro indagatione veritatis istius causæ, erit videndum de duobus.

Primo, si ex istis scripturis per Actorem productis, competat conuento petita restitutio, postquam in hoc casu omnis calumnia à DD. pręsumpta cessat, & terminus ad impugnandum non potest peti à producente, nec ad se defendendum, iam quod non sunt productæ per Reum, sed per ipsum Actorem.

Secundo, si scripturæ prædictæ efficaces existant, adeò vt ipsi Actori obstent, postquā quod petit intus habet, & vti hæres Iulij in Burgensaticis, sed in allodialibus, non potest contra hæredem in feudalibus (quæ in subsidium cedunt) venire.

Et ad Primi capitis resolutionem dicitur, quod & si ex iuris ciuilis rigore, sententia transacta in rem iudicatam pretexto instrumentorum noniter per conuentum priuatū
50 productorum, non retractetur, *l. Imperatores. ff. de re iudic. l. sub specie, C. eodem, & l. sub prætextu, C. de transact.* & faciunt *l. argentarijs, ff. de eden. & cap. inter Monasterium, & cap. subacta, de re iudic.*

Attamen quia idē rigor contra jus diuinū, & contra naturalem ęquitatem facit ac etiā contra bonā fidem, quæ vt quis cū aliena iactura lucretur, nō patitur, & similiter contra

ius

ius poſitiuum eſſet, ſiquidem iuris rigor inuentus, vt lites tollantur, præter eius intentionem in lucrum alterius conuerteretur, vt notabiliter perpendit *Caſtren. in conſ. 257. in princ. lib. 2.* aduerſus quem rigorem, & contra tam perniciosum venenum Iureconſulti antydotum inuenere, teſte *Iureconſulto in l. ſi aedibus, ff. de damno infecto*, & rigorem prædictum (quando veritas, & bona fides detegitur, quod ſententia rectè fundata non fuerit) per viam reſtitutionis in integrum, ac etiam per obiectionem exceptionis compenſationis moderauerunt, ſecundum *Bald. d. l. ſub prætextu*, & poſt eum *Caſtren. in d. conſ. 257. num. 5. lib. 2.* vbi in fine conſilij hæc notabilia verba protulit.

52 *Nullus Iudex debet eſſe tam temerarius, quod prætextu ligum dicentium ſententia executionem non impediri prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum, affirmet.* & addi poſſet, quod talis Iudex Dei veritatē amantis non eſſet amator, ſi veritatem cognoſceret, & prætextu ordinis, vel iuris poſitiui ipſam opprimeret, vel ſubfocaret.

Caſus noſter eſt clarus, quoniam Actor ſcripturas produxit, eaſque approbauit, & aduerſus eam nil tendere contra valer.

Sed quatenus à conuento productæ fuiſ-
53 ſent, tunc & reſtitutionem in integrum deberi, tenuerunt infraſcripti DD. quos colligere potui præter alios.

Cyn in l. 1. C. de condit. indeb. nu. 5. vbi dixit, quod ita antiqui tenebant, quia bona fides non patitur, vt bis exigatur, tam quod ſi fuiſſet ſolutum poſſet repeti, ergo multo magis poteſt excipi.

Et reſpōdet *Iacobo de Rayn.* tenenti contrariū per *d. l. ſub ſpecie*, quod intelligitur de iure communi non impediri executionem, ſed de iure ſpeciali quando adeſt dolus, datur reſtitutio.

In hac cauſa dolus non deficit, dum Actor habet bona allodialia, & vult ſatisfieri ſuper bonis feudalibus.

Idem *Cyn. & Rayn. in l. qui teſtamento, ff. de excuſat. tutor. Iacob. de Arena in l. 1. C. de condit. indeb. in princ.* vbi quod quando cauſa ſententiæ reducitur ad non cauſam, & culpa non poteſt imputari in eo, qui victus
54 fuit, ex quo iuſtè ignorauit inſtrumenta de nouo reperta, reſtitutio in integrum conceditur, vt *ff. de in integrum reſtitut. l. diuus, & de iudic. l. prætor, §. Marcellus.*

In caſu noſtro ignorantia iuſtiſſima adeſt, ſiquidem Conuentus habitat in Terra Nuceriæ diſtantis per 30. millearia, & plus à Ciuitate Coſentiæ, & erat minor, & agitur de facto Prædeceſſorum, ergo etiam per viā reſtitutionis in integrum ex capite ignorantiæ poſt 30. vel 40. annos debet reſtitui, *Fontanell. de pactis nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 12. nu. 38. & ſeq.* vbi exactè quæſtionem ad partes diſputat vſque ad *nu. 85. & ſeq. Specul. in tit. executio ſntētia qualiter impediatur, nu. 7. verſ. illud autem, lib. 2. par. 3. fol. mihi* 879.

55 & reddit rationem, quia ſi poſt ſententiam vigore inſtrumenti de nouo reperti, ſolutum repeti poterit conditione ſine cauſa, *ff. mandati, l. ſi fideiuſſor, §. in omnibus*, ſi datur ſo-
56 luti repetitio, multo magis nō ſoluti retentio dari debet, *l. 1. ff. de ſuperſ. & ff. de re iud. l. poſt rem iudicatā, & ff. de iure iur. l. admonendi, C. de ſent. aduerſ. fiſ. lat. l. 1. & l. ſub ſpecie, C. de re iudic.*

Io. Andr. in addit. ad Specul. in §. 3. incip. poſtea quam, ſub tit. de inſtrum. edit. verſ. hoc iure, lib. 2. fol. mihi 640. tenet idem ex mente *Vgolini per rimedium l. ſi quis ex argentarijs, §. ex hoc edicto, ff. de edendo.*

Angel. in d. l. Imperatores, ff. de re iudic.

Ioannes de Imol. in eadem l. Imperatores, vbi etiam refert alios hanc opinionē ſectantes.

Bart. in l. 1. nu. 4. C. de ſent. aduerſ. fiſc. lib. 10.

Bald. in l. argentarijs, §. cum autem, ff. de eden. & in l. ſi ex falſis, C. de tranſact. & in l. pen. C. de ſentent. aduerſ. fiſc. lib. 10. & in l. 1. C. ſi ex falſis inſtrum.

Alex. in conſ. 169. num. 2. vol. 7. & in conſ. 69. num. 5. vol. 3.

Caſtrenſ. in d. conſ. 257. lib. 2. per totum.

Hyppol. de Marſil. in ſingul. 229. vbi affirmat, quod ſententia in rem iudicatam tranſacta, reſcinditur per inſtrumēta de nouo reperta.

Io. Maur. Rol. in tract. de reſtit. in integr. c. 294. nu. 1. vbi teſtatur de communi, quando iuſta
57 adeſt cauſa ignorantię, affirmans, quod iuſta cauſa dicitur, quando tractatur de facto alieno, vel quando à defuncto prodijt, & in *nu. 6.* ponit rationem, quia ignorantia probatur veriſimiliter, nam ſi Conuentus inſtrumenta ſciniſſet, vtique exhibuiſſet, idemque tenet in *cap. 379. & eſt in tract. tom. 5. fol. 186. & 205.*

Ludouicus Romanus in d. l. ſub prætextu, C. de tranſact. nu. 8. vbi refert ſic fuiſſe deciſum non obſtante authoritate rei iudicatæ.

Felyn. in cap. ſuborta, nu. 10. de re iudic. vbi affirmat, ſic procedere in quatuor caſibus. Primo, quādo Actor fuit in dolo. Secundo, quando victus nunquam habuit ſcientiam talis inſtrumenti, puta, quia erat ſucceſſor in ius alterius (vt eſt in caſu in quo verſamur) ex clauſula generali ſi qua mihi &c. *l. ſi quis in alterius, ff. de reg. iur.* Tertio, vbi inſtrumentum deperditum probaretur. Quarto, vbi ex notorietate facti ſententiam eſſe iniuſtam

proba-

probaretur. Et idem Doctor in *c.insinuante, num.10. de officio, & potestate Iudic.delegat.* dixit, quod quando ille, qui instrumenta reperijt, probat adhibuisse omnem diligentiā lite pendente pro illis reperiendis: nam facta, & probata hac diligentia, retractatur sententia.

Paris. in addit. ad Bart. in l. sub praetextu, C. de transact in verb. video circa istam legem, versus finem, vbi habetur, quod saltem de æquitate restitutio in integrum dari debet repertis instrumentis, idemq; tenuerunt

Socc. in reg. sententia.12. vers.9 fallit.

Vrsill. in decis. Afflict. 356. nu.3.

Io. Vinc. de Anna in repet. cap.1. de vass. decrep. etat. nu.243. & in fing 251.

Peregr. de iure fisci, lib.7. tit.4. nu.4.

Dec. in cons. 42 nu.15. vers. cum ergo.

Et per S. C. de anno 1600. referente Reg. Consil. Mestanza, ita decisum videmus, si
58 quidem fuit concessa restitutio in integrum Illustri Duci Nuceriæ Paganorum ex instrumentis de nouo repertis in causa quam habebat cum Monasterio Sancti Martini, in Banca de Scacciauento, vt supra hic *nu.* 49.

Ergo si restitutio in integrum Reo concedi solet ex scripturis per ipsum repertis, & productis post sententiam, tanto fortius est concedenda ex istis scripturis productis, & approbatis per ipsum Actorem, meritò videndum est, si scripturæ prædictæ releuāt, & sic deueniemus ad secundum articulum.

Ad cuius explicationem dicimus scripturas productas per Actorem esse claras.

Produxit primo, testamentum Dominici de Orange, qui in anno 1586. instituit hæredem prædictū Iulium, & alios filios, & in casu mortis sine filijs masculis substituit proximiores de familia, & sic ipsum Mariū de Orange, & fratres, disponendo, quod in casu, quo prædicti hæredes instituti delinquerent, possent obligare, & vendere bona prædicta, fol. 239. in princ.

In anno 1607. decessit prædictus Iulius sine filijs masculis, & ad bona burgensatica successit idem Marius, qui confecit inuentarium bonorum hæreditariorum, fol. 256. in fine, & fecit se declarari hæredem fideicommissarium quondam Dominici, & etiam aliqua bona propria Iulij occupauit.

Ergo patet, quod ipsemet Marius est hæres Iulij in Burgensaticis, & tenetur ad debi-
59 ta, & non potest venire ad bona feudalia, quę in subsidium tantum veniunt, vt in *constit. Si quis post litem*, ibi, *in feudalibus autem cum hereditaria non supersunt*. meritò ei obstat exceptio compensationis oppositæ, & illa, quem de euictione tenet actio &c. & quod perit intus habet, iam quod possidet bona burgensatica valoris duc. 6000. & plus.

Et quatenus prætenderet, quod venit, vt hæres substitutus à Dominico de Orange Auo Iulij, & non vt hæres Iulij debitoris.

Respondetur.

Primo, quod Iulius cōtraxit hoc debitum ducatorum tercentum tempore quo erat inquisitus, & carceratus pro homicidio Doctoris Martij Cosentini, & pro se defendendo potuit obligare bona prędicta, tum ex dispositione prædicti Testatoris fol. 239. quam etiam ex dispositione iuris, quoniam bona subiecta fideicommisso, potest grauatus alienare pro sui defensione, maximè filius, quia verisimiliter pater sic concessisset, *arg. l. isti quidem. quod metus causa*, & seruandū venit, quod Testator verisimiliter disposuisset, & licet *Bald. in cons. 176. lib.2* dixerit, quod filius in tali casu potest alienare vsque ad legitimam, in casu nostro, dum habemus dispositionem Testatoris, vt supra, non cadit disputatio super isto articulo; & tandem ad saturitatem dicitur, quod scriptura circumscripta dispositione Testatoris, & iuris circa dictam alienationem, seu obligationē bonorum fideicommisso subiectorum.

In casu nostro alia venit consideranda causa, nam ipsemet Marius substitutus consensijt obligationi factæ per dictum Iulium,
60 instituū, & successiuè sibi præiudicauit tam in obligatione facta prędictorum bonorum, quam etiam si adesset venditio, & ita punctualiter tenet *Alex. in cons. 100. vol.3. num. 6. & seq.* vbi licet referat differentias opinionum inter *Bart. & Dyn.* tamen opinionem *Dyn.* sic tenentis, veriorē, & communiorem, & ab omnibus approbatam fore ait in *num. 9.*

61 Cumque *Alex.* sit Doctor veritatis, & quī eum allegat alium allegare non est opus, vt testatur *Affl in dec. 100. circa finē*, meritò super hoc pūcto, amplius insistendū non veoit.

Constat igitur de notoria iustitia, & bona fide ipsius Vngari conuenti, & è conuerso dolus, & versutia Actoris luce clarius liquēt; Meritò à doctissimis Senatoribus, qui sola veritate inspecta cognoscunt, fore iudicandum speratur petitæ restitutioni esse deferendum, cętera suppleant &c. die 20. Nouembris 1617.

Io. Dominicus Tassonus.

Facto tamen verbo in S. C. fuerunt reseruata iura in causa reclamationis de anno 1616. In Banca de Scacciauento.

Multæ aliæ sunt causæ ex quibus maiores resti-

reftituuntur, vt in *toto titulo ex quibus caufis maiores*, & *Nicol. Vigel. in lib. 49. digeftorum, in 6. par. num. 168. cumulat. 22.* caufas quas videre poteris.

Dubium fimiliter mihi euenit, num refti-
62 tutio in integrum debeatur aduerfus decretum S. C. quo prouifum erat fuper remedijs Capitulorum Regni, effe præftandum regale præfidium Vniuerfitati Sācti Blafij aduerfus Baliuum Sanctæ Euphemiæ facræ Religionis Hierofolymitanę, & ex infra allegatis videre poteris.

ALLEGATIO XXX.

Reftitutio in integrum aduerfus decretum S. C. præftantis remedia capit. Regni, an fit concedenda.

VNIVERSITAS Sancti Blafij poft 40. annos litis, tandem fub die 30. Iunij 1625. obtinuit decretum S.C. vt ei præftetur regale præfidium imploratum contra Dominū Baliuum Sanctæ Euphemiæ, & quod reftituātur depofita. Votantibus quatuor illis doctiffimis, & eminentiffimis viris, ideft Spectab. D. Regente Valenzuela Valafquez, ac DD. Regijs Confiliarijs Meliore, de Piccolellis, & Salgado.

D. Baliuus (de cuius titulo videas per *D. de Ponte in conf. 14. num. 19. & feq. vol. 1.*) obtulit memoriale in Collaterale Confilio, & figurando tria capita.

Primo, quod Commiffarius huius caufæ erat D. Conf. Andreas Ianuarius, & non D. Conf. de Piccolellis.

Secundo, quod D. Conf. Melior nō fuerat informatus, & caufa erat lecta cum DD. Conf. Marciano, & Ianuario.

Tertio, & tandem, quod Vniuerfitas non erat in probatis circa hæc remedia petita.

Et fuit facta decretatio, quod veris expofitis Mag. Conf. Andreas Ianuarius relationē faciat in S.C.

Subingreffa eft inde Sacra Religio Hierofolymitana, & coadiuuando prædicta, obtinuit etiam aliud refcriptum, quod relatio prędicta fiat etiam per viam reftitutionis in integrum.

Et inde per decretum S. C. referente prędicto D. Andrea de Ianuario in Aula D. Conf. Patifi fuit prouifum, quod procedatur ad decifionem articuli reftitutionis in integrū petitæ per Sacram Religionem Hierofolymitanam fol. 355.

Eft ergo ad præfens videndum, an fit deferendum prædictæ reftitutioni in integrum petitæ.

Et pro parte Vniuerfitatis, dicitur omnino effe denegandam.

Primo, ex qualitate, & natura remedij extraordinarij in quo fumus.

Secundo, quia & fi effemus in iudicijs ordinarijs, nulla adeft lęfio ex qua poffet prætendi reftitutio in integrum.

Et pro fundando primo capite, memoriæ recolo Dominis Iudicantibus, quod fapien-
63 tiffimus Rex Robertus cupiēs in Regno violentias euitari, & quietem, ac pacem fuis vafallis vigere, (hinc ad eius pedes in fuo fepulchro in Ecclefia Sanctæ Claræ fignatum videmus lupum, & ouem infimul commedentes) confirmādo fe canonum difpofitioni, quæ has violentias prohibet in *cap. fortitudo, & in cap. non inferenda. 23. quæft. 3. & & cap. omnis. 7. quæft. 1.* edidit quatuor capitula, & fecundum *Lucam de Penna in l. fi coloni, col. fin. verf. metu huius obiectionis, C. de agric. & cenf. lib. 11.* fortè non erant ne-
64 ceffaria, ftante difpofitione prædictorum canonum, confuetudo enim ifta prouidendi circa violentias viget nedum in Regno Hifpaniarum, tefte doctiffimo *Couar. pract. qq. cap. 35. verf. fexto non negamus*, fed etiam in Regnis Galliæ *Guid. Papa in quæft. 1. & in 78 & 85. & Boer. decif. 69. nu. 23.* fiquidem
65 Clerici etiam dicuntur ciues, & non totaliter exēpti à Regia Iurifdictione, vt per *Aluarum Valafc. in confultat. 100. Bald. in § fi Clericus, de pace tenenda*, & latè *Bernardinus Laurenti in tract. de poteft. fæculari fuper ecclef. in tract. tom. 16. fol. 301.* &
66 pro bono pacis poteft etiam eis fieri inhibitio à Iudice laico, ne arma deferant, *Menoc. de arbitr. Iudic. cafu 394. nu. 37.* & in Regno noftro fuit prouifum, ne Milites Hierofolymitani arma deferant, in *prag. de armis. 38*, & hoc ob bonum pacis, ad quod vide *Dianam moralium refolutionum, tract. 2. de immunit. Ecclefiaft. refolut. 9. 10. & 11. fol. 25.* Merito capitula prædicta fuerunt extenfa
67 contra Clericos per viam extraiudicialis cognitionis, & non in forma iudicij, ad euitandas violentias tantum, & pro conferuanda poffeffione Laici contra Clericum turbantem fuit editum *cap. charitatis affectus*, & contra Clericum fpoliantem aliud *cap. omnis prædatio*, & aliud pro Clerico cōtra Clericum, de quo vide *Afflict. decif. 2. & 24.* & per *Dianam in loco fupra citato, refol. 13. fol. 28.* vbi hanc practicā examinat quo ad Clericum contra Clericum, & in *refolut. 66. fol. 59.* idque declarat *Fontanell. de pact. nuptialib. tom. 1. clauful. 4. gloff. 13. par. 3. nu.*

14. verf.

14. *verf. alÿs etiam modis, fol. 525.*

Quinimo prędicta duo cc. dependent ex
cap. ad regale faſtigium; quod eſt generale,
& comprehendit omnia quattuor capitula;
& procedit etiam pro Laico contra Clericũ,
& è conuerſo, vt deciſum refert *D. Tapia*
in 3. lib. Iuris Regni, in d. cap. ad regale faſti
gium, in rub. nu. 11. fol. 27.

Ex omnibus enim prędictis cc. paret, hoc
non eſſe iudicium, non cauſam, non litem
formatam, ſed quodam charitatiuum ſubſi-
dium per extraiudicialem cognitionem ca-
pta informatione ad inſtructionem Regis,
vel eius Delegati, qui non vt Iudex, ſed per
viam notorij ſe informat de oppreſſione, &
68 ſpolio, vt quiſque ſuæ poſſeſſione fruatur,
donec iuſta cauſa durauerit, vt poſt *Afflict.*
in deciſ. 24. D. de Ponte in conſ. 144. & 145.
num. 1. vol. 2. vbi quod neque declinatoria
fori eſt admittenda in his remedijs, ex quo
Rex tamquam Dominus perſonarum, vt ipſe
dicit in *cap. finis præcepti charitas*, tenetur
defendere ſuos ſubditos à violẽtijs, & ſpolijs,
vt in *cap. Princeps, 13. quæſt. 1. & Luc. de*
Pen. in l. ſi coloni, C. de agric. & cenſ. lib. 11
col. fin. verſ. metu huius obiectionis, & Co-
uar. pract. quæſt. cap. 35. nu. 1. & ſeq.

Quæ protectio nedum in temporalibus
69 procedit, ſed etiam in ſpiritualibus, quo ad
tuitionem poſſeſſionis, quæ temporalis eſt, &
abſque lite, vel iudicio proceditur. *Afflict.*
deciſ. 24. & Couar. in loco citato, vbicumque
enim violentia adeſſet, licita defenſio ſubro-
gatur, vt perbelle declarat *Fabius de Anna*
in conſ. 6. per totum.

Meritò ſi non adeſt iudicium, nec lis, ſed
tantum quædã extraiudicialis cognitio, nul-
la poteſt cõſiderari reſtitutio in integrum,
quæ ſemper fuit denegata, & iudicatũ vidiſ-
ſe teſtatur *Io. Vincentius de Anna in alleg.*
84. in fine, & Benintend. in deciſ. Bononienſ.
79. num. 8. Capyc. deciſ. 13. Anton. de Amatis
deciſ. 77. num. 14. Maſtrill. deciſ. 134. Grat.
diſcept. forenſ. lib. 2. cap. 384. nu. 25. Menoch.
de remed. poſſeſſor. rem. 3. nu. 862. & Sfortia
Oddus de reſtit. quæſt. 68. art. 6. nu. 54.

Idemq; in præſenti videtur proceſſu, nam
70 petito primo beneficio, fuit iudicatum in
anno 1594. ſtante qualitate iudicij non eſſe
concedendum, vt in fol. 174.

Conſimile affertur decretum S.C. iuſtiſſi-
mè prolatum, quo fuit denegata petita reſti-
71 tutio in integrum Monaſterio Sanctę Marię
de Arco aduerſus decretum obtemptum à
Franciſco Antonio Saia, quod ei præſtetur
regale præſidium fol. 356.

72 Et ſi reſtitutiones in integrum non con-
ceduntur ab hoc ſupremo Senatu, quan-
do ex officio proceditur in capiendo infor-
mationem ſuper poſſeſſione vtriuſque par-
tis, cum nemo ex partibus vult ſuſtinere
vices Actoris, vt per *Capyc. in deciſ. 13.* quem
ſequitur *Couar. pract. quæſt. cap. 17. num. 4.*
verſ. ſextum, vbi affirmat in *Granatenſi Au-*
ditorio, nunquam conceſſam vidiſſe reſtitu-
tionem in integrum in tali caſu;

73 Nec etiam ſuper omiſſa declinatoria fori
Capic. ibidem nu. 3. & D. Rouitus in pragm.
1. num. 20. de minoribus, poſt *D. de Franch.*
in deciſ. 439.

74 Nec ſuper nullitate ſententiæ latæ non
citata perſona legitima pro pupillo, vel Ec-
cleſia, vel ex defectu ordinis iudicij, ex quo
adeſt remedium ordinarium dicendi de nul-
litate, & ideo ceſſat extraordinarium reſti-
tutionis in integrum, vt per *D. Rouitum*
ibidem nu. 21.

75 Et ſimiliter nec quando Eccleſia vult re-
ſtitui aduerſus appellationem omiſſam ab
interlocutoria excludente exceptiones ex-
communicationis, vel ſpolij, vt per *Capyc. in*
d. deciſ. 13. nu. 5. nec Vniuerſitati conceditur
ex cauſa ſpolij de recenti, *Maſtrill. in de-*
ciſ. 134.

76 Et tandem nec in cauſis remiſſionis Cle-
ricorum ad Iudices Eccleſiaſticos, in quibus
prouidetur, quod capiatur informatio ad in-
ſtructionem Iudicis, vt per *D. de Franch. in*
deciſ. 439. nu. 8. nec in alijs caſibus vt ſupra
hic *nu. 35.*

Et militant prædicta, ex quo in articulis
enumeratis proceditur extraordinariè, vt
per *Beninten. in d. deciſ. 79. nu. 8.* ergo quan-
to fortius erit fatendum in hoc puncto Ca-
pitulorum Regni nullatenus poſſe prætendi
reſtitutionem in integrum?

77 Quo verò ad ſecundum caput, indubitati
Iuris eſt, Reſtitutionem in integrum, (quę eſt
repoſitio in eodẽ ſtatu) tunc concedi quan-
do lęſio eſt euidens, & non petitur cauſa ca-
lumniæ, *Afflict. deciſ. 356. D. de Franch. de-*
ciſ. 86. num. 8. D. de Ponte in conſ. 53. nu. 13.
D. Tapia in pragm. 2. de appellat. & in conſt.
Minor. iura, num. 34. Sforz. Odd. in tract.
de reſtit. in integr. quæſt. 43. art. 2. & alÿ.

In hac cauſa nulla poteſt cõſiderari lęſio,
nec in modo procedẽdi, nec ex quibus Pars
aduerſa in ſuo memoriali figurat.

Non ex modo procedendi, quia actum fuit
cum Domino Baliuo Comendæ Sanctæ Eu-
phemiæ, Prælato in Eccleſia prædicta haben-
te menſam ſeparatam ab Hoſpitali Sancti
Ioannis Hieroſolymitani, & introytus, & bo-
78 na diuiſa, quo caſu Prælatus poteſt ſolus
agere, & cõueniri pro dictis bonis, ſicuti ca-
pitulum poteſt conueniri pro menſa ſua, Za-

barell.

barell. in conf.134. nu.2. verf.ad fecundum, vbi teftatur de communi, affirmans Prælatũ poffe præiudicare Ecclefiæ tam in omittendo, quam in committendo. Acta quidẽ facta cum habente intereffe nocent, *Afflict. decif. 396.nu.7.Capy dec.128.n.5. Ann.in fing.28.*

79 Sic fuit decifum in Templarijs, qui poterant agere,& defendere Ecclefias fibi fubiectas, *Lapus in alleg.49.nu.5.verf.& hoc ideo*, & ponit rationem *Innoc. in c. cum deputati, in princ.de iudic. Card.Tufch.in pract. in verb. Prælatus,concl.499.nu.8.* & Templarios fuiffe religiofos fub regula D. Auguftini, teftatur *Calder.in conf.12 1.circ.med.verf.iftud autem, & glo.in cap.duo funt,12.q.1.* & dum

80 poftea à Bonifacio VIII. fuerint extincti ob delicta, vt per *Angel. de Peruf. in conf.165. nu.1.& Bar.in l.aut facta, §.fin ff.de pœnis*,

81 loco ipforum fuborti fuerunt Milites Hierofolymitani,qui etiam Fratres sãcti Sepulchri appellantur, *Feder.de Sen. in conf.138. Fely.in cap.2.nu.10.de foro compet.& Parif.* qui alios cumulat in *conf.24.lib.4.* (cumque hic acciderit de Templarijs mentionem facere quęfo ne pigeat notab. cafum audire, quem refert *Ludouicus Domenichi in lib.4. fuarum hiftoriarum, fol. mihi 190.* ait enim quod dum Clemens V.Philippo Gallorum Rege dicto *il bello iftante*, eamdem Religionem p: ffundari,condẽnauit multos Equites: tandẽ quidã Neapolitanus eiufdẽ Religionis Eques intrepidi animi condẽnatus, vt viuus combureretur: vt alijs euenerat; exiftentibus coram pręfatis Clemente V. & Philippo Rege in Ciuitate Burdegala in quadã feneftra dum prędictus Eques ad fupplicium ducebatur: qui eos videns, reuerfus ad illos dixit: O Clemens atrox Tyrãnde,dum alius in mundo non inuenitur, ad quem appellare poffim de mea immani, & iniufta morte, ad Chriftum iuftum Iudicem,& noftrũ Redemptorem appello, & coram eius Tribunali te, & Regem Philippum, cuius confilio tanta mala fecifti, ad comparendum in termino vnius anni, & vnius diei, cito. coram quo meas rationes proponam, & ibi iuftitia abfq; vllo malo affectu miniftrabitur. Hoc.n. mirabile fuit, quoniam infra terminum prædictum Clemens fubitanea morte obijt, & paulo poft fupradictus Rex Philippus.) fed ad factum redeam.

Ergo cũ ifto D. Baliuo legitimè fuit proceffum, vt proceditur cum fimplicibus Cle-

82 ricis beneficiatis, & Rectoribus Ecclefiarũ qui habent adminiftrationem ab Epifcopo abfque quod citetur Epifcopus, & fimiliter agitur cum Epifcopis, abfque quod citetur Ecclefia Romana, quia poffunt hi agere, &

83 defendere foli, abfque confenfu Epifcopi, Capituli,vel Ecclefiæ Romanæ, *Specul. in §.actore, §.1.verf.quid de clericis, nu.79. & Lapus in d.alleg.49.nu.8.* & alij.

Nec dicatur Ecclefiam reftitui ex negligentia Prælati,quoniam deficit factum,& ius in cafu noftro.

Deficit factum, quia notum eft omnibus, quam diligenter,quam vigilanter, & quam perfpicaciter D. Baliuus vacauit in hac Ciuitate pro expeditione huius caufæ fpatio duorum annorum, & plus,quo tempore fuerunt interpofita plufquam 15. decreta per S. C. circa incidentia caufæ, fecit deftinare dietas ab Excellentiffimo Domino Prorege pro expeditione ipfius,& tandem omnia neceffaria operatus eft pro defendenda eius caufa.

Deficit ius, quia in iudicijs etiam fi ad-

84 fuiffet negligentia Prelati (prout non adfuit in cafu noftro) pręiudicaret Ecclefiæ, *Angel. in conf.245. num.2. verf.folutio fi quæritur; Zabarell. in d. conf.134. num.2. verf.ad fecundum, & Alex. in conf.115. attentis narratis, in princ. lib.5.*

Nec etiam poteft confiderari læfio ex eifdemmet,quæ afferit pars aduerfa in fuo memoriali f.131. in quo conqueritur de tribus.

Primo, quod Cõmiffarius præfentis caufę non erat D.Conf.de Piccolellis,fed D.Conf. Andreas Ianuarius delegatus.

Secundo, quod Conf. Melior non erat informatus.

Tertio, quia Vniuerfitas non probauit requifita ec. Regni.

Quia primum affumptum aliter fe habet, fiquidẽ D.Baliuus porrexit memoriale S. E. dicendo, quod D.Conf.Georgius Delegatus Religionis nõ interueniebat in pręfenti caufa,ideo petebat alium delegatũ, fuit memoriale remiffum ad S. C. vt de iuftitia prouideat,& fuit caufa commiffa prędicto D. de Piccolellis fol.169. & iterũ fol.209.ater. vbi fuit facta graduatio Commiffariorũ in pręfenti caufa, & referente eodem D.de Piccolellis fuerunt interpofita pluta decreta per S.C. fol.283.ater.284.294.323.at.301.321. 323.325. & alia.

Petijt etiã D.Baliuus deftinari diem prædicto D.de Piccolellis pro expeditione caufę fol.325.& ipfo inftante fuit decifa fol.328.

Ergo in hoc capite male conqueritur.

Secundum affumptum nec militat, quia eius differtiffimi Aduocati Fuluius Lanarius, & Io. Antonius Parifius pleniffimè informauerunt prędictum D.Reg.Conf.Meliorem,&

85 abfit dicere miniftrum tantæ eminentis doctrinæ, & ingenij, ac fęlicitatis memoriæ, &

fęcundiæ, vt Iure merito ab omnibus Aquila volans acclametur, indigere informatione in causa tam clara, & tam minuatim discussa per tres horas continuas ab vtraque parte coram dictis quatuor doctissimis Patribus.

Tertium, & Vltimum partis assumptum est omninò aereum: siquidem duobus indigebat Vniu:rsitas ad obtinendum, idest possessione ex parte sua, & turbatione ex parte conuenti.

Possessio ex parte sua est plenissimè probata cum centenaria formata per 16. testes annorum 70. & 80. vt S.C. innotuit.

86 Turbatio ex parte conuēti, vltra quod est
probata per dictos testes, eo ipso quod in hoc iudicio contradicit, turbare dicitur, *Affl. in dec.394.nu.4.* vbi *Vrsill.* quia in his remedijs cc. Regni per solam denegationē inducitur turbatio, & spolium, *D.de Ponte in cons.*145 *nu.5. vol.2.* Quinimò per solam emanationē
87 bannorum; vel affixionem cartellæ fit turbatio, *D.de Franch.dec.*163.*nu.*1.

88 Et in his remedijs Capitulorū Regni possessio antiqua præualet possessioni iuniori etiam titulatæ, & sic decisum refert *Afflict. in decis.*363.*&* 327.

Et vlterius Vniuersitas ex abundanti producit, & ostendit originem eius Iustitiæ cum duabus scripturis.

89 Prima est de anno 1062. in qua liquet Rogerium Ducem Apuleæ, & Calabriæ fundasse Monasteriū Sanctæ Euphemiæ situm in valle Neocastri in beneficiū Religionis sancti Benedicti cum tenimentis circumcirca descriptis fol. 277. in fine signo † infra quos fines fuit, & est Vniuersitas sancti Blasij, quæ Monasterio prędicto suberat.

90 Secundo est de anno 1242. in qua Imperator Federicus huius Regni Rex permutauit cum Monasterio prędicto, cui dedit Terram Nuceriæ cum finibus, & confinibus, & Monasterium in excambium tradidit Imperatori medietatem Neocastri cum omni eo, quod Monasterium ibi possidebat fol. 278. ater. signo † & permutationem prædictam valere debet, *tex. est in cap.1. de rer. permut.* & cum hac permutatione transiuit Vniuersitas sācti Blasij cum Vniuersitate Neocastri, & licet fuerit diuisa ab Vniuersitate, & Monasterio sāctæ Euphemiæ quo ad iurisdictionem, & territorium, attamen quidquid fuit
91 infra prædictos fines, remansit ad commodum Incolarum, *Auend.de exeq.mandat.Regum, par.1.cap.*12.*num.1.fol.mihi* 92. & est *text.in l.1.C.de Metrop Birito lib.*11. & ponit *Couar.pract.qq.cap.37.nu.7.* & ideò Casalia Neap. diuisa quoad iurisdictionē, quoad cętera gaudent vt ciues Neapolis, *D. de Franch.in decis.*316. & habetur in *extrauag.* 1.*&* 2. *Papa Io* 22. *sub tit.de concess.praben.* *& in extrauagant. communib. cap.vnic.de officio legati, glos.in cap.1.ne sede vacante, & in cap.recolentes, de statu monachor.* vbi quod dięceses diuisæ gaudent indulgentijs, quibus gaudebant ante diuisionem, & facit *l.3. ff.de offic.assess.* & ratio est, quia prius fuerunt Po-
92 puli, quam Reges, *l.2. ff.de orig. iur.* & olim de Iure naturali primeuo, quo omnia erant cōmunia, siquidē Regna diuisa, & gentes discretæ, & limites agris impositi processerunt de Iure gentiū *l.ex hoc iure, ff.de iustit.iure,* meritò si diuisio extitit inter Imperatorem, & Monasteriū quo ad limites, & iurisdictionem secundum ius gentium secundarū, vsus tamen, & ius illud naturale primęuum, quod erat inter ipsos conciues remansit vnitum, & illibatum, & sic bona fide, & iusto titulo continuatum inter ipsos ciues, & habitantes.

93 Nec fas sit dicere, Imperatorem cum illa diuisione voluisse pręiudicare tali vsui, & cōmoditati, quia vltra quod non præsumitur, *cap.dudum, & cap.pastoralis, & cap. in suis, de priuileg. & l.4. C.de emancip.liber.* & hoc apparet verissimum ex natura concessionū factarum Baronibus per Reges huius Regni,
94 qui & si concedunt cum Terris, montibus, pascuis, & planis, nullatenus prohibent vasallis cōmoditates, & vsus ciuium, *l.in concedendo, ff.d aqua pluuia arcenda,* quoniam
95 debent habere alimenta naturalia, ne vitam inermem ducant, & in loco in quo habitant, cum exteris computentur, vt considerat doctissimus *Freccia de subfeud.lib.2.in auth.46 nu.4.* post *Luc.de Penna in l.vsum aqua, col. 2. vers. sicut autem, C.de aquaductu, lib.11.* conferuntq; *Virgilij dicta in 1.Æneid.*

Quod genus hoc hominū? quæ tā barbara mores
Permittit Patria? hospitio prohibemur arena.

Nec dicatur scripturas prædictas non esse authenticas, siquidē sunt validissimæ, fuerunt
96 enim extractæ ex Archiuio eiusdē Ecclesiæ S. Euphemiæ, & sic omnino probant *Auend. de exeq.mand.Regum, par.1.cap.21.fol.mihi* 142. *& Frecc. de subfeud.lib.1.in tit. de offic. magni Admirati, num.*28. subdens, quod pro lege obseruari possunt, *& Mastrill.in decis.* 43. dicitur enim Archiuius ab arca, quæ est testificatio, & locus publicus, vbi publicæ scripturæ reponuntur, *auth.ad hac, C.de fide instrum.* est enim idem, quod armarium publicum, & quicquid ex eo sumitur, fidem facit, *cap. venit, 30. quast.1. & in authent. de his, qui ingred. ad appell. §.si vero ex pluribus archiuijs, col.5. & glos.in l.mores, ff.de pœnis,* vbi quod differt ab archo, & gazotilatio, & *Bal. in rubr.C.de fide instrument.col. pen. &*

pen. & gloſ. in auth. de defenſorib. Ciuit. in verb. arbitrio.

Patet enim quam clara,& aperta ſit iuſtitia Vniuerſitatis, tam ex primordio ſuę poſſeſſionis,quam ex eius probationibus immemorabilis poſſeſſionis.

Quibus ſtantibus Pars aduerſa nil contra tendere poteſt, nec ſe adiuuare teſtibus, vel ſcripturis ipſius.

97 Non teſtibus, quia fuerunt recepti poſt
didicita teſtificata, poſt cauſam diſcuſſam,
& poſt monitum ad dicendum, & ſic contra
pragmaticam.14. de ordine iudiciorum, &
pragmaticam.4. de teſtium refrenatione,quæ
diſponunt in tali caſu à proceſſu eſſe reijciẽdos, & licet per S.C. hæc exceptio fuerit reſeruata ad merita fol.166. & 231. ater. cum
98 ſit exceptio notoria ante omnia fuit diſcuſſa, iuxta *tex. in l.ille à quo, §.ſi de teſtamento, ff ad Trebell. D. de Franch. in deciſ.189. num.5.*& deciſum in beneficium Vniuerſitatis. Vlterius fuit cognitum, quod iſti teſtes
99 partis aduerſæ loquentes per eundem præmeditatum ſermonem, nullam faciũt fidem, *l. 3. §. ideoque diuus,* vbi *Bart. & cæteri, ff. de teſtibus, Maſcard. de probat. concl.1374.*

Deponunt etiam de actibus negatiuis, & plus creditur duobus affirmantibus,quam mille negantibus, vulgatis Iuribus.

Et tandem teſtes Vniuerſitatis ſunt num. plures, ſunt digniores, & ſic præferendi, pro vt fuerunt Prælati,nedum in præſenti cauſa, ſed etiam in alijs, *Afflict.deciſ.363.nu.3.*

Vel ſi dicta tertium ſaluare velimus, debẽt intelligi de cęteris partibus territorij ſanctæ Euphemiæ, & non in finibus, & confinibus deſcriptis fol.19. Vel de tempore prohibito, ideſt à vigilia ſanctæ Crucis vſque ad Natiuitatem Domini noſtri, quo tempore in nemore Amatelli ciues ſancti Blaſij paſcere nequeunt.

Et ex his patet, quod teſtes partis aduerſæ nil faciunt.

Quo verò ad ſcripturas eiuſdem, faciles erunt reſponſiones.

Primo, quia affictus producti fol. 235. & ſequentibus,sũt de menſe Decembris 1587. & præſens controuerſia erat cępta de menſe Maij 1586.fol.1. & ſic attentata poſt litem motam.

Secundo, non conſtat dictos particulares affictantes eſſe Vniuerſitatis ſancti Blaſij.

Tertio, tres, vel quatuor particulares in actibus differentibus non poſſunt præiudicare Vniuerſitati, licet *Auend. de exequend. mandat. Reg. par.1. cap.13. in fin. per vnum ciuem turbari ait,*

100 Nec de ſcripturis, quia præſentatæ poſt
conclusum proceſſum, & ſic fidem non faciunt, *D. Rouit. in prag.2. nu.103. de iuriſd. non turbandis,* licet *Gizzarell. in deciſ.42.* dicat ſolere recipi.

Quinto, nil probant, quia ſunt copia copiæ, ſiuè ſumptũ de ſumpto exhibenti reſtitutæ, & extractę à Notario vaſallo D.Baliui,
101 vt in *cap. Regni, Ladiſlaus non ſine, Anna in ſingul.244. D. de Franch. deciſ.118.*

Vel ad ſaluandum ſcripturas, debent intelligi vt particulares sãcti Blaſij poſſint paſcere vt ciues ſanctæ Euphemiæ, ideſt in temporibus prohibitis,& in cæteris territorijs nõ deſcriptis fol.19. in quibus ciues ſancti Blaſij accedere eſt prohibitum.

Quò verò ad pręteпsũ laudũ de anno 1575. Reſpondetur non eſſe laudum, nec vlla laudi ſollemnitas in eo videtur, nec aſſenſus Regius, vt requiritur *Auendan. de exequend. mandat. Reg. par.1. cap.12. nu.22. verſ. & licet, fol.97.* nec Vniuerſitatis concluſio, aut conſenſus apparet, ſed quędã aerea aſſertio cuiuſdam Doctoris aſſerentis neminẽ vidiſſe pro Vniuerſitate ſancti Blaſij, nec eorum Iura audiuiſſe, & eſt copia copiæ exhibenti reſtituta, & extracta à Notario vaſallo, & ideo eodẽ morbo laborat, & potius eſt ſomnium in Parnaſo.

Liquet enim, quòd Pars aduerſa nulliter conqueritur, nec in aliquo læſa apparet, merito omni Iure ſperatur fore prouidendum, petitæ reſtitutioni non eſſe deferendum &c. cætera ſupplicant &c. Neap. 20. Martij 1626.

Io. Dominicus Taſſonus.

Die 5. Iulij 1627. facto verbo, fuit per Sac. Conſ. prouiſum, non eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum, vutantibus ſeptem ex Dominis cum interuentu D. Præſidis Vrſini, in Banca de Izzo pro amico.

NOta tamen in hac extraordinaria materia cc. Regni, quod & ſi reſtitutio in integrum concedi non ſolet per ſuperius allegata: attamen reclamatio quandoque datur, ſicuti in hac cauſa fuit ſeruatum, fuit enim à Collaterali Concilio obtẽta decretatio de
102 verbo faciendo loco reclamationis, in qua diſcuſſa cauſa coram ſex ex Dominis, votorum paritas euenit, & iam adiuncti fuerunt deſtinati, coram quibus pendet nunc deciſio, Deus Optimus Maximus illos illuminet ad notoriam Vniuerſitatis iuſtitiam, & tot decretorum doctiſſimis votantibus Patribus latorũ indagandam: fuit etiam de anno 1613. iunctis Aulis in his remedijs Capitulorum Regni conceſſa alia reclamatio in cauſa

Hospitalis Sanctissimę Annunciatę Neap. cũ D. Cardinale Pallotto: & *D. Tapia in 3. lib. Iuris Regni, sub tit. quando Rex inter ecclesiasticas personas, in rubr. nu. 17. fol. 27.* refert de anno 1578. fuisse admissam reclamationẽ in his remedijs cc. Regni, verũ in sua *dec. S.C. 24. nu. 15.* contrariũ annuere videtur, quod tene per *l. 1. C. si de momentanea possess. fuerit appell.* ubi à sententia lata super possessorio, reclamatio non admittitur, ex quo non affert praeiudiciũ irreparabile, sicuti fuit observatum in causa Mariae Rauascheriae, cum Duce Cardinalis, in qua reclamatio non fuit admissa super possessorio summarijssimo per quatuor Aularum Decanos legẽtes per S.C. Hinc est, quod nec etiam à decreto, quod testamentum aperiatur, admittitur, *l. quisquis, C. quorum appellat. non recipiantur,* & punctualiter habetur in lege Toledi disponente super turbatione possessionis, vel occupatione terminorum, quod appellatio non admittitur, *Auend. de exeq. mandat. Reg. par. 1. cap. 4. nu. 11. vers. quod autem, fol. mihi 53.*

103 Quandoque Collaterale Concilium solet causas istas cc. Regni Regio Cappellano Maiori committere etiam ex conuentione habita tempore gubernij Domini Don Petri de Toledo, & praesertim si inter personas ecclesiasticas vigerent: Hioc nota, quod & si à D. Archiepiscopo Salerni fuerit excommunicatus Decius Caraceiolus Abbas S. Petri ad Curiam, ex quo tali remedio contra aliũ Clericũ fuerat vsus, tamen in Romana Curia fuit absolutus de anno 1575. sicuti ex processu prędicti Abb. Decij, penès Scincam Actuarium D. Cappellani Maioris est videre. Verum & S.C. etiam procedit inter Clericos in his turbationibus, vt per *Afflict. in dec. 2. & 24. & Aluarus Valascus in consult. 11. 79. & 100.*

Aduerte tamen, quod vt plurimum restitutiones in integrum aduersus decreta, vel 104 sententias S. C. admitti non solent, *Vinc. de Franch. decis. 702. nu. 2.* imo interposito decreto nõ esse deferendum, executio datur, non obstante reclamatione ab hoc decreto non esse deferendum, vt ibidem.

Solet quoq; in remedijs istis cc. Regni dubitari, num lite pendente possit fieri prouisio interim? *Bal.* autem in *cap. 1. de allodijs, nu. 26.* asserit, posse Iudicẽ in iudicio turbationis prouidere ne vis fiat, & in hac causa iam fuit facta prouisio interim ad beneficiũ Vniuersitatis, vt supra notauimus: idemque fuit prouisum in causa Vniuersitatis Styli, cum Venerab. Monasterio Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore, in Banca de Longo, fuerat enim per duo decreta S. C. prouisum, quod capiatur informatio in his remedijs, & interim RR. PP. non faciant nouas defensas, vt latè notauimus de hac causa supra *vers. 4. obseruat. 5. nu. 14. & seq.* & licet dixerimus de nullitate decretorum praedictorum insimul cum D. Ioanne Baptista Meliore tunc collega, & Aduocato insigni, & inde Regio Consiliario, & praesertim quia S. C. antequam sibi constet de violentia, & turbatione, est Iudex incompetens contra Ecclesiasticas personas, dumuc probatio est in abscondito, & Iudici non liquet, vlla prouisio interim fieri debet: Verum his, & alijs adductis non obstantibus, fuit iunctis Aulis decisũ, nullitates non obstare de anno 1610. in circa.

OBSERVATIONIS II.

SVMMARIVM.

1 Lex ligat in tempore per eam statuto.
2 Indiget publicatione praeter legem naturae.
3 Ligat statim facta publicatione in Prouincia, & per Regnum post duos menses, & si promulgetur per singulas terras, statim ligat, num. 4.
5 Ligat quo ad futura negotia.
6 Nisi expressè fuerit dictum.
7 Quae prouidet praeteritis negotijs, non intelligitur de negotijs incohatis, & fallit, vt nu. 10.
8 Iudicium debet terminari secundum iura vigentia tempore Iudicij intentati, & non secundum legem superuenientem.
9 Appellatio debet terminari secundum iura, quae vigebant, & non secundum nouam legem, etiam si diceretur, quod lex trahatur ad praeterita.
10 Fallit in nullitatibus.
11 Clericorum differentiae cognoscebantur ab Imperatore, sed intellige vt in seqq. §. 1. in auth. vt eum de appellatione cognoscitur, declaratur, ibidem.
12 Clericorum exemptio quando incepit.
13 Iustinianus Imperator nimis se intromittebat in cognitione iurisdictionis.
14 Exemptio Clericorum est de iure diuino.
15 Iustinianus non vocabatur Imperator Romanorum, & faciebat Aquilam cum duobus capitibus.
16 Oratoria an fieri debeant, est aduertendum.
17 Ampliationibus Monasteriorum est aduertendum.
18 Vrsula Benincasa diuotissima Religiosa dictum.

OBSERVATIO II.

Pragmatica infra quod tempus poſt eius promulgationem obliget, & edicta Summi Pontificis quomodo, & quando ligant, & aliqua de immunitate Eccleſiarum.



1 DIXIMVS ſupra, quod ad hoc vt lex obliget, requiritur publicatio, vt latius videbimos infra in hoc *verſic. in 3. obſeru.* ſique in ea ſtatutum eſſet tempus ligādi, ei attendi debet, *Vinc. de Franch. in deciſ.*
2 360. *num. 2.* omnes enim leges indigent publicatione præter legem naturæ, quæ ſola non indiget publicatione, *D. Tho. 1. 2. quæſt. 90. artic. 4. & Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 1. num. 19. fol.* 182. Ligant enim
3 Pragmaticæ ſtatim facta publicatione in metropoli: ſed p Prouincias poſt duos menſes a die publicationis factę in metropoli, *§. 1. in auth. vt facta noua conſtit. per totum.*
4 At quando Præſides, ſeù Iuſtitiarij tempus prædictum abbreuiare cupiunt, per ſingulas Terras ſuarum iurìſdictionum publicare faciunt Pragmaticas prædictas, & ſic ſtatim ligant, vt in §. prædicto; vtique Præſides magna vti debent diligentia in Prouincijs eorum, ſeruata forma *conſtitutionis Regni. Iuſtitiarij, eſt præcedentibus, & ſeqq.* & ſignanter in publicatione legum, quando negotia vrgent.
5 Ligat Pragmatica poſt publicationem quo ad futura negotia, *l. fin. C. de vſur. & l. legibus, C. de legibus*, & diximus ſupra in *verſ. 9. obſeruat. 1. nu. 1. & 6.* facitq; *l. non eſt nouum, ff. de legibus*, vel ſi ligat ex Iure ſpeciali, ideſt quando expreſsè fuit dictum
6 *§. fin. in fine, verſ. quam interpretationem, in auth. de raptis mulieribus, quæ raptoribus nubunt*, debetq; intelligi de illis negotijs, in
7 quibus iudicium non eſt inchoatum, *gloſ. eſt notab. in §. 1. in verb. referentes, in auth. vt eum de appellatione cognoſcitur*, & habetur in hac lege noſtra, quæ circa capitula matrimonialia inchoata non extenditur, quando enim iudicium eſſet inchoatum, appella-
8 tio determinari debet ſecundum Iura, quæ tempore inchoati iudicij, vel tempore ſententiæ vigebant, & ideo ſi ab ipſa ſententia appellaretur, & poſt appellationem lex noua ſuperuenerit, appellatio decidenda venit ſe-
9 cundum leges, quæ vigebant tempore primæ ſententiæ, & non ſecundum leges nouiter emanatas, etiam ſi in his legibus nouis

diceretur, vt protrahantur ad præterita, *text. est notabilis tam in rubro, quam in nigro, in §.1. in auth. vt cum, de appellat. cognoscitur secundum illas leges debeat iudicari, quæ tempore latæ sententiæ obtinebat non secundum eas, quæ postea publicatæ sunt.* Et secundum hunc *text.* prætendebam, quod nul-
10 litates propositæ de decretis, seù sententijs S. C. ante annum 1612. latis tempore quo dabatur reclamatio, si prouidebantur nullitates non obstare, deberi etiam concedi reclamationem, non obstante Pragmatica de anno 1612. vulgo dicta *delli* 28. *capi*, quæ denegat reclamationes à decretis prouidentibus nullitates non obstare: sed circumspectus D. Regens Lopez oretenus mihi declarauit, in Collaterali Consilio determinatũ, Pragmaticam prædictam fuisse interpretatam, vt extendatur etiam ad decisionem nullitatum propositarum ante dictam Pragmaticam de anno 1612.

11 Cumque de dicto §.1. mentionem fecerimus, nota ex eo, quod Imperator cognoscebat differentias Clericorum, nam legem illam promulgauit in lite vertẽte inter Episcopum Tholonę, & Diaconũ Ecclesiæ Thalmisensis, & similiter in §.1. *vt Clerici apud proprios Episcopos, collat.* 83. apparet, quod Iustinianus separauit Clericos à cognitione Iudicis laici ad petitionem Mennæ Archiepiscopi Constantinopolitani. Sed quæso ad-
12 uertas, nam satis ante Iustinianum liquet Clericos fuisse exemptos à iurisdictione laicali, quoniam in primitiua Ecclesia *Diuus Paulus in Epist.* 1. *cap.* 5. *ad Thimotheum Episcopum*, hæc dixit verba: *Aduersus præsbyterorum accusationẽ noli recipere nisi sub duobus, vel tribus testibus.*

Et in *Concilio generali Calcidonensi can.* 9. celebrato satis ante Iustinianum, legitur ita: *Si Clericus aduersus Clericum habet negotium, non relinquat Episcopum suum, & ad sæcularia iudicia non recurrat.*

Et in *Cõcilio Agathensi in cap.* 32. dicitur: *Clericus ne quemquam præsumat apud sæcularem Iudicem (Episcopo non permittente) pulsare, & si pulsatus fuerit, nõ respondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio sæculari proponere.*

In *Concilio autem Cartaginensi cap.* 9. similiter habetur: *Item placuit quisquis Episcoporum Præsbyterorum Diaconorum, seù Clericorum, si derelicto Ecclesiastico Iudice, publicis iudicijs purgari voluerit, etiam si pro ipso fuerit prolata sententia, locum sui amittat, & hoc in criminali actione, in ciuili verò perdat, quod euicit.*

Et in *Concilio Meleuitano*, similiter ante Iustinianum in *cap.* 19. habemus: *Placuit, vt quicumq; ab Imperatore cognitionem publicorum iudiciorum petierit, honore proprio priuetur.*

Nec mireris, quod *Menna in d.* §.1. *in auth. vt Clerici apud proprios Episcopos.* à Iustiniano petierit, vt Clerici à proprijs Epi-
13 scopis cognoscerẽtur, quoniam Iustinianus nimium se intromiserat in hac cognitione, vt habemus in *titulis C. de sacrosanct. Eccles.*
14 & *de sanctiss. Episcop.* & omnes DD. concludunt, quod exemptio Clericorum est de Iure diuino, vt per *Dianam in moral. resolut. tract.* 2. *de immunit. Ecclesiar. resolut.* 1. vbi in *resolut. seq.* tractat, si immunitati prædictæ potest renonciari per Pontificẽ, aut Clericos. Verũ de huius quęstionis vera resolutione videas per *Eminentiss. Card. Bellarm. in* 2. *tomo disputationum in calce libri primi fol.* 289. vbi varias conclusiones differit, & distinguendo concordat diuersos casus, quo ad causas mere Ecclesiasticas, politicas, aut ciuiles Patriæ, & habetur in *Concilio Toletano* 3. *cap.* 13. & in alijs, & *Fridericus Secundus in sua* 1. *constit. posita in fine libri feudorum*, & in *constit. Regni. Post mundi machinam*, reuocat dictam *nouellam* 83. & omnes alias contra libertatem ecclesiasticã.

15 Quinimò Iustinianus non vocabatur Imperator Romanorum, licet Aquilam cum duobus capitibus in insignis asportabat, vt per *Capyc. in repet. l. Imperialem*, decernebat etiam circa constructiones Oratoriorum, ne domus pro Oratorijs fierent sine licentia Episcopi, ne de Ecclesijs, speluncæ illicitæ
16 fierent, §.1. *in auth, vt nullus faciat Oratorij domus*, esset q; hodie expediens oculos aperire circa ista Oratoria, vt in gubernio suo Excellentiss. D. Comes Oliuares Regni Prorex vigilantissimus aduertebat, & aliqua ex eis tolli curabat, & magna fuit eo tempore controuersia circa aliqua Oratoria tollenda, & præsertim ad euitanda multa, ac etiam monopolia circa prętia mercaturarũ alteranda contra Annonam Ciuitatis, in hoc enim animaduertendum foret, sicuti etiam in deua-
17 stationibus domorũ pro non necessarijs ampliationibus Mónasteriorum, pro quibus in dies florentissima hęc Ciuites angustatur, vt tetigimus supra *vers.* 7. *obseru.* 3. *nu.* 52. absit tamen, quin senteriam Ecclesias non esse protegendas, fauendas, & ampliandas, cum Domini sit Terra, & plenitudo eius, & in *Leuit.* 25. ait Dominus, *Terra non vendatur in perpetuum, quia mea est, & vos Aduenæ, & Coloni mei estis.* & alia dicit *Luc. de Pen. in l. nonnulli, C. de fundis patrimonialibus, lib.* 12. & *Gizzarellus in decis.* 38. & nouissi-

mè

mè *D. Tapia in decif. Sac.Conf. 7.* & eo ma-
gis, quia vti Aduocatus multarum Ecclefia-
rum,& Monafteriorum illas in dies defendo,
& pro eis laboro, & audiui à fide dignis,
18 quod *Mater Soror Vrfola Benincafa*, quç in
anno 1615. cum magna opinione fanctitatis
obijt, dicebat, totam montaneã Sancti Mar-
tini loca Ecclefiarum, & Monafteriorum
fore euaforam, fed loquor de inutilibus, &
delitiofis ampliationibus. Ecclefijs.n. vtilius
eft, vicinos habitatores habere, quã defola-
tas remanere, quoniam Reipublicç Politica
regitur, gubernatur, & augetur in vnione,&
in commercio ciuiũ. Aitq; Scriptura facra,
*Pauper, & Diues obiauerunt fibi vtriufque
enim operator eft Dominus*; & amplius in
his non immoror, tamen circa has amplia-
tiones Ecclefiarum videas *Maftrill. in decif.*
280. & fupra in *verf.7. obferu.3. nu.52.* dixit
enim *D.Bonauent.in Epit.2. Murorũ curio-
fa conftructio deftructionem parit animarũ.*
& alibi in *quaft.6. circa Reg.* ait, *Cum fancti
Patres laudantur in cellis, & in vilibus ha-
bitaculis babitaffe, quid eft, quod vos altas, &
magnas domos erigitis, & Oratoria fumptuo-
fa, & areas latas magno pretio comparatis,
cum fitis pauperes, & mendici: & comptem-
tores mundanorum effe debeatis?* & alias ex-
clamauit *Aluarus Pelagius in lib.7. cap.76.*
his verbis. *Quantum autem excedant Reli-
giofi mendicantes circa curiofitatem, & mul-
tiplicitatem, & fumptuofitatem ædificiorum
totus mundus teftis eft.* & palò inferius: *Ma-
gna pars ædificiorum Mendicantium de
Mammona iniquitatis ad literam coftructa
eft. Luc.16. fcilicet de vfuris, & rapinis. Vn-
de poffet eas propriè Diabolus tanquã fibi de-
bita quodammodo vendicare. Citius enim
vfurarij dant Fratribus pro ædificijs mille
libras, quam reftituant vnum denarium
creditori, vexante eos Xenodixa, & tumore
Religioforum.* & fi *Sanctus Gregorius Nyffe-
nus* loquens de fçcularibus *homil. 3. 10. Ec-
clef.* ait: *Quo enim maior fuerit, & multi-
tudine, & materia fumptu, magnificentia
in ædium ftructuris, eo magis arguitur inor-
dinatam animam.* alia vero adducit *Gizza-
rell. in decif. 38.* in qua etiam pro Atrio Ec-
clefiæ dari ampliationem fuit decifum,& fic
etiam pro amplianda fchola effe conceden-
dam, *nu.6.* tenet.
Redeundo igitur ad noftram materiam
19 publicationis legis dicimus, publicationem
neceffariam effe ex ratione naturali, quia
lex eft vti regula, quæ actiones humanas di-
rigit, fique humanis mentibus obligatione
mediante non imprimeretur, fecundum re-
gulam legis operari non poffet, *D. Thom.
1. 2. quaft. 90. & cap. in iftis, 4. dift. & cap.
cognofcentes, de conftit.*
20 Sola quidẽ Pontificis lex in vno loco pu-
blicari fufficit, vt venire poffit ad aliorum
notitiam, *cap. 1. de poftul. Prælat.* & ita *Io.
Andr.* declarat vltima verba fefti in verbo
*Datum Romæ. & Abb. in cap. nouit, de fent.
excommun. Siluefl. in verb. lex, in 6. & Soto
lib. 1. de iuftit. & iure, quaft. 1. artic. 4. concl.*
2. affirmat, Pontificis edicta fufficere Romç
publicari, vt ligent omnes Chrifti fideles,
21 quoniam Pontifex fummus omnium Chri-
ftianorum eft legitimus fuperior, & à Deo
immediatè poteftatem habet,& non à Popu-
lis, vt diximus fupra in *verf. 1. obferu. 2. nu.*
7. quinimo in fpiritualibus contraria con-
fuetudo induci nõ poteft, dum fummus Pon-
tifex nõ confentijt,& hæc eft communis do-
ctrina *Diui Thom. par. 2. quaft. 97. artic. 3.
Soto lib. 1. de iuftit. & iure, quaft. 7. artic. 7.*
& aliorum. Sed pro enixa veritate harum
opinionum vide *Azor. lib. 5. inftit. moralitũ,
cap. 3. & Nauar. in conf. 1. de conftit. q. 4.*
22 Nec dicatur aliquas fũmi Pontificis con-
ftitutiones in aliquibus Prouincijs, vel locis
nõ feruari: id.n. euenit multoties, ex quo ea-
dem lex fçpè non conuenit, nec expedit om-
nibus locis, & ideo Principes, & Populi ad
Papam recurrunt, difficultates proponendo,
quod talis lex in illis locis obferuari non po-
teft, & Summus Pontifex affentit: & meritò
aliquando pro vna Prouincia legem condi-
dit, & non pro alia, vt eft expediens, *l. aut fa-
cta, §. euenit, ff. de pœnis.* (Hçc fortaffe funt
caufç introducendi regium exequatur, quod
fit, ne à Summo Pontifice literæ obtineãtur,
quæ præter eius intentionem Regi, vel Re-
gno inquietudinem afferant, *Couarr. pract.
qq. cap. 35. nu. 5. verf. fic etiam*, vbi etiam
habes in *nu. 2.* de hortatorijs faciendis Epi-
fcopis, de quibus etiam vide *confultationem
40. capitũ Sua Maieftati facta in anno* 1572.
& de examinatione Bullarum Apoftolicarũ
vide per *Dianam* nouiffimè editum *refolut.
moral. tract. 2. de immunit. Ecclef. refolut.* 12.
fol. 27.) fupradicta quidẽ euenire folent cir-
ca immunitates Ecclefiarum pro delictis:
24 Afylus enim à Moyfe in illis fex Ciuitatibus
fuit adinuentus, vt in *Exod. 21. & 35.* & non
pro facinorofis,& impijs hominibus, fed pro
his tantum, qui pro humana fragilitate, &
25 impetu quodam ad delinquendum incide-
rant, vt ibidem, quo verò ad homicidã, ftatu-
tum erat, vt de loco effugij arripiatur,& ma-
nibus Iudicis tradatur, & moriatur, vt in
Deuteronom. 19. verf. fi quis,& meritò dixit
Polidorus Virgilius in lib. 3. de inuétoribus
26 *rerum, cap. 12.* duos fuiffe pçcipuos Afyli
inuen-

inuentores, Moysem, & Romulum (sed ante Romulum fuit Cadmus Tebanus, teste *Gubernatore Christiano Fratre Io. Marquez in lib. 2. cap. 32. col. 4. in princ. fol. 346.*) Moyses ex causis iam dictis, & Romulus vt Vrbē
27 Romam ab eo conditā nouis incolis, & habitatoribus impleret, Asylum fecit pro illis,
28 qui grauissima crimina patrati essent, sed veritas est, ex ruinis Ciuitatum Regij in Calabria, & Tarenti, Romam auctam fuisse, vt testatur *Titus Liuius in dec. 4. lib. 1. fol. mihi 366. ater.* & dicemus infra *vers. 14. obseru. 1. nu. 42.* fecit etiam Romulus in platea publica duas plantari myrtos, quarum vnam Patritium, alterā verò Plebeium vocari fecit: quęuè Patritia vocabatur multo tempore conseruauit se pulchram, & vireutē, & è contra, quæ vocabatur Plebeius, non ita pulchra
29 videbatur. Sed deficiente Senatus bonu Regimine, Plebeinm virescere, & Patritium minuere; visum fuit, teste *Plinio lib. 15. cap. 29.* quo vero ad Asylum attinet, etiā apud Gentiles eius immunitate gaudebant templa, ex templo enim Dianæ in Epheso delinquēs vllus extrahebatur, *Cicero in Verrem act. 3. & Iustinus in lib. 28.* idem ait de alio templo eiusdem Dianæ in Epyro. *Pausanias* vero in *Act.* persuasit, cunctas Syllæ calamitates euenisse ex extractione Aristoris ex templo Mineruæ, & inde ad mortem condemnati, Athenis vero misericordiæ templum hac immunitate gaudebat, inscriptioque erat, Ignoto Deo, *Nicolaus de Lyra act. 17. Couar. lib. 2. variar. cap. 20.* sed inter Pontifices
30 Bonifacius Quintus fuit primus, qui mandauit, fugientes ad Ecclesias vi non extrahi in anno 622. vt refert *Theatrum mundi fol. 22. & toto titulo extra de immunit. Eccles. cap. maior, cap. rerum, & cap. diffiniuit. 17. quæst. 4.* & in anno 1594. à Gregorio XIV. fuit emanata Bulla circa has immunitates, cui standum est, ad cuius Bullæ explicationē, & apparatum vide nouissimē editum *Patrē Dianam resolutionum moralium, tract. 1.* vbi varios, & diuersos casus explicatos habes. quo vero ad ius ciuile, adest titulus *C. de his, qui ad Eccles. confugiunt, l. 2. 3. & 5.*
31 Multi sunt casus decisi pro immunitate fugientium ad Ecclesias, seu ad domos Ecclesiæ adiacentes, quos refert *D. Riccius noster doctissimus, & ad præsens Episcopus, vt supra diximus, in collect. 1792. & Regens de Ponte in decis. 35. & Decian. in consil. 79. vol. 3.* & ad quem spectet cognitio hæc, declarat *Gubernator Christianus Fr. Io. Marquez in lib. 2. cap. 32. col. 8. fol. 348.* post *Abb. in cap. inter al. de immun. Eccl. nu. 24. & gloss. ibid. & in cap. sicut antiquitus. 17. quæst. 4. & Couar. lib. 2. variar. cap. 20. nu. 3. & Imol. in clem. 2. de pœnit. & remiss.*

Hinc in anno 1620. per Collaterale Consilium fuerunt repositi Magnificus Paulus Giraldus, Io. Bonacius, & alij capti intus domum cohęrentem Ecclesiæ sanctæ Sophiæ in Casale Iugliani, non obstante quod Fiscus obstabat, ex quo licet domus prædicta erat Ecclesię, reperiebatur tū locata Vniuersitati Casalis prædicti, vt in Banca de Iuele, & pro decisione prædicta vide *Dianam resolut. moral in tract. 1. resolut. 27.* vbi quod etiam si palatium Episcopi est vltra confines Ecclesiæ, & ab ea per 40. passus distaret ecclesiastica immunitate gauderet; & in vita
32 Sancti Ambrosij legitur Imperatorē Theodusium (qui fuit Hispanus) valdè obseruasse Ecclesiarum immunitates. Sed quod immu-
33 nitate prædicta mercatores decocti gaudere non debeant, tenet *Boer. in decis. 215. nu. 7.* at Bullæ prædictæ vt supra est tandum, & ita in terminis resoluit *Diana in loc. cit. resol. 32.* sed prædicti decocti deberent puniri, vt fecit Castruccius Dominus Lucæ, teste *Ludouico Domenichi in 8. lib. historiarū*, & diximus supra *vers. 12. obseru. 2. num. 18.* quando enim agitur de fauore Ecclesiæ, quæ spoliata dicitur immunitate prædicta, dum ab ea quis extrahitur, licet captus renunciauerit, renunciatio non obstat, & ad Ecclesiā reponi debet, vt decisum refert *Mastrill. in decis. 159.* reliqua vero circa immunitatem
34 Ecclesiæ vide per *Gubernatorem Christianum Fratrem Io. Marquez in lib. 2. cap. 32.* vbi omnes Principes monet ecclesiasticam immunitatem debere seruare, & per prædictum *Dianam in loco supra citato super Bulla Gregorij XIV.* vbi in *resol. 20.* tenet, quod occidens Officiales, gaudet immunitate Ecclesiæ, nam & si lęsę Maiestatis crimen dicatur, Bulla ait contra offendentes personam Principis: imo & ad offendentes Cardinalē, vel Episcopum, extendit Bullam prædictam Gregorij XIV. vt ibidem, & in *resolut. 28.* ait id procedere quādo reus tangeret Sacerdotem portantem sanctissimum Sacramentum per Ciuitatem, & in *resolut. 31. circa finem*, testatur homicidam, qui deliberatè ex proposito, & data opera aliquem occidit, debere gaudere immunitate, quia ad proditoriū tantum Bulla habet oculos, non ad homicidium appensatum, & ex industria commissum, & allegat *D. Riccium par. 3. collectan. 1792. & Peregrin. de immunit. cap. 7. nu. 13.* tenet etiam idem Author Diana Palatium Cardinalis extra Vrbem Romę gaudere immunitate prædicta, & de Palatio Episcopi facit *Innoc. in cap. inter. 6. de consecrat. Eccl.*

vel

vel altar. & tandem in *final.reſolut.*41. concludit, abſolutionem contra frangentes tales immunitates ſpectare ad Epiſcopos.

35 Dubitantq; aliqui, num immunitate eccleſiaſtica gaudeat, qui proditoriè vulnerauerit, & mors ſecuta non fuerit? & *Plaça de delict. lib.*1. *cap.*21. magnum pelagum vocat quæſtionem hanc, in qua pauci abſque periculo nautæ ſunt, ſed *Fontanella de pact. nuptial. tom.*1. *claufal.*4. *glo/ſa.*14. *nu.*117. *fol. mihi* 370. per multas doctrinas, & deciſiones (quas non eſt noſtrum referre) concludit, non gaudere, & in Bulla cum homicidio proditorio comprehendi.

36 Has enim immunitates extēde ad Eccleſias non conſacratas, dummodo Epiſcopi authoritate ædificatæ fuerint, cum in non conſacrata Eccleſia, etiam diuina officia fiant, *Innoc. in cap. inter, de conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris*, vbi in fine ait, quod delinquens intus Eccleſiam, non debet ab Eccleſia defendi, & pro, & contra refert opiniones, tandem concludit conſuetudinem eſſe ſeruandam in his, quæ pia ſunt. Licet enim Eccleſia malorum refugium eſſe non debet ad offenſiones alicuius, ſed incaſtellari, vt boni à malis defendantur, ſecundum *Innoc. in cap. cum Eccleſia, eodem titulo*, tamen ſi non inſidioſè fiat delictum, ſed ex impetu, vel caſu fortuito, ſemper immunitate gaudet, idem *Innoc. in d. cap. inter alia, paulo ante finem*.

OBSERVATIONIS III.

SVMMARIVM.

1 *Affixio legis in valuis Tribunalium, eſt de eſſentia.*

2 *Terremotus magnus euenit in anno* 1627.

3 *Tranſgreſſor primus legis, irremiſſibiliter punitur.*

4 *Publicatio Bullæ beneficij per reſignationē habiti, quomodo fiat.*

5 *Lex, aut conſtitutio, vel deciſio, quomodo differant.*

OBSERVATIO III.

Tranſumpta noua legis num ſit de eſſentia in valuis Tribunalium affigere?

1 ET affirmatiuè reſpondendū eſſe probant ſcripturæ, ſacra, canonica, & ciuilis.

Ex ſcriptura ſacra habetur in *Exod.*34. vbi in duabus tabulis Deus dedit legem Moyſi, vt affigerētur (ex quo nota, quod & ſi primò tabulæ fractæ, ac deperditæ fuerunt, & inde ſecundæ leges habitæ ſunt: fuit in ſimbolum, vt vetus lex recedat, & noua lex Euangelica amplexetur, vt notat *Gubernator Chriſtianus Frater Io. Marquez in lib.*1. *cap.*18. *fol.*106. *col.*2.)

Ex lege canonica habemus *text.* in terminis in *extrauag. commun. vnic. lib.* 2. *de dilatio.* qua diſponitur, vt citatio debeat affigi in hoſtijs Tribunalis, quæ cū tali affixione quaſi ſonoro præconio, & patulo iudicio publicabit, vt nullus poſſit excuſationem prætendere, quia non eſt veriſimile remanere incognitum, vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Ex lege autem ciuili, exemplum eſt, primo in publicatione duodecim tabularū, quibus habitis, in tabulis eboreis proſcriptis, pro roſtris expoſitæ fuere. vt apertius videantur, *l.*2. *§. poſt originem. ff. de orig. iur.* quinimò diei, & Conſulis requiritur appoſitio, *l.*4. *C. de diuerſ. reſcript.* eſt enim affixio prædicta de eſſentia, ac neceſſaria, tum ob nouæ legis publicationem vt obliget, & vt conſtituat ſubditos in mala fide, ne ignorantiam allegare valeant, alias excuſarentur: tum etiam quia lex tria requirit ad eius effectum, videlicet, vt conſtituatur, vt publicetur, & vt moribus vtentium approbetur, *Io. Franciſc. de Ponte in conſ.*146. *nu.*36. *vol.*2. vbi ampliat, quod leges debent regiſtrari in libro Pragmaticarum alias extrauagantes dicerentur *nu.*34. *Afflict. autem in conſtit. Regni. Scire volumus, num.*2. ait, Pragmaticam debere notificari Principibus, Ducibus, & alijs Baronibus Regni, ſed inde concludit, ſatis publicatam dici, ſi in loco publico Ciuitatis fuerit affixa.

Dum hæc ſcribebam in die Veneris hora 2 16.30. Iulij 1627. ſuperuenit terremotus magnus cum vniuerſali horrore, & tremore, ſed Deo auſpice in Ciuitate hac, & eius conuicinijs damnum non intulit, verum poſt paucos dies, in fauſtum ſuperuenit nouum, quod in eadem hora, infraſcriptę ruinæ in Prouincia Apuleæ euenerant: Ciuitas Sancti Seuerij, Terra Pulciniæ, ſeu Caſalis maioris (quæ verè vocabatur Apricena, ex Apro ibi ab Imperatore Henrico II. occiſo, vbi Aprum illū cenare voluit, teſte *Summonte in* 2. *par. Hiſtoria Neapolis, in vita Regis Manfredi*) dirutæ fuerunt, & ſic etiam Terræ Serræ Capriolæ, & Leſinæ, & aliæ Terræ, & Caſalia conuicinia maxima damna fuerunt paſſa. Relatumq; extitit mortuos fuiſſe circa ſexmille homines in illo inſtanti in locis prędictis, quod prodigiū omnes deterruit, & poſt dies octo in eadem hora terremotus reiterauit,

rauit, & pariter multa damna in locis prædictis intulit: quinimo in fine eiusdem anni fuit relatum similiter terremotũ euenisse in illis partibus, sed Dño adiuuante vllũ euenit damnũ. Verum si cęteros terremutus obuentos ab anno millesimo vsque ad hodierna tempora curiose Lector perquirere cupis, videas lib. denominatum *Hogge di: di Don Secondo Lancellotti Abbate Oliuetano, nel desingano.43.fol.550.e nell'altro.50.fol 669.* vbi etiã cęteras calamitates notatas, & portenta euenta reperies. nec relinquas videre *Aulum Gellium noctium atticarũ, lib. 2. cap. 28.* dicentem: neminem inuenisse veram rationem causæ terremotus.

Quo verò ad materiam nostram publicationis legum, vide *text. in terminis in §. fin. in auth. de iudic.* ibi. *Quæ nobis placuerunt, & propter subditorum vtilitatem gesta sunt, ea tam in Regia Porticu, quã in cœteris partibus huius ampla Vrbis Excellentia tua proponet, vt omnibus manifesta fiant.* Idemque disponitur in *§. illud quoque, cap. 4. in auth. de hæred. & falcidia, vers. hæc nos,* sed secundum *§. tradita, in auth. vt Iudices sine quoquo suffrag.* in valuis Ecclesię debẽt poni.

Ergo si solemnitas ista requisita omitteretur, actus esset nullus, & prorsus iaceret, *l. 3. C. de emanc. liber.* quamuis scienter ligaret, *Anna in singul. 51.*

Promulgata tamen lege, inde fit, vt pri-
3 mus transgressor vlla pietate dignus sit, ex
quo absque exemplo, aut excusatione, sed
cum malo Reipublicæ exemplo peccat: vt
euenit primo transgressori legis Moysis, ex
ore quidem Dei condemnationem lapidationis fuit consecutus, vt notant *Teodoretus quæst. 31. & Saluianus in lib. 6. de prouidentia, ad medium.*

4 Quo vero ad publicationem Bullarum
beneficiorum Ecclesiasticorum resignatorum, aduerte, quia citra montes, infra menses sex à die gratiæ, & extra montes infra menses nouem, est facienda, seruata forma *constitut. Gregorij XIII. lata 9. Ianuarij 1583. sub titulo Beneficiorum resignatorum publicatio, sub pœna amissionis beneficij,* de qua publicatione etiam facit *decis. Gizzar. 80.* vbi an requiratur publicatio, quando resignans omnes fructus sibi reseruauit cum assensu Summi Pontificis.

Et tandem nota differentias inter legem,
5 Constitutionẽ, & Decisionem. Lex.n.est, quę
ad interrogationem Populi, aut eius capitis profertur. Constitutio est propriè Principis edictum. Decisio autem est Imperatoris, vel Regis lex, quam componit ad dirimendam aliquam dissentionem, sicuti declarat *gloss. cum addit. in l. 1. C. de emendat. Codicis Iustin.*



XIV. & vltimus Verficulus continet infrafcripta verba.

EL DVQVE.

Vidit Conftantius Regens:
Vidit Lopez Proregens:
Vidit Alderifius Proregens:
Vidit Villalops Proregens.

Pro huius Verficuli intelligentia obferuabimus.

Primo, materiam Titulorum Principis, Ducis, Marchionis, & Comitis, & aliqua de eorum origine, & præcedentia, ac de Duce Calabriæ, & præcedentia vocis inter Ciuitatem Cofentiæ, & Capuæ, & aliqua de Prouincia Calabriæ.

Defcribuntur quoque Titulati, Barones, & Feudatarij in qualibet ex duodecim Prouincijs Regni feudalia poffidentes.

Et fic etiam Ecclefiæ, feù ecclefiafticæ perfonæ, ac Vniuerfitates poffidentes feudalia in Regno, ac etiam Terras cum iurifdictionibus in burgenfaticum.

Necnon Archiepifcopi, & Epifcopi etiam ad Regis præfentationem fpectantes, fimiliterq; Abbates, Archipresbyteratus, Archidiaconatus, Collegia, Monafteria, Præpofitatus, ac loca nullius Diœcefis, iurifdictiones fpirituales exercentes fuper Ciuitatibus, Terris, ac aliis locis Regni cum numero earum foculariorum, & alia.

Secundo, de Regentibus in hac lege fubfcriptis, ac de alijs in tempeftate ifta exiftentibus, & quomodo Dominus Pro ex valeat Proregentes, aut alios Proofficiales creare, aut conftituere, vel non.

OBSERVATIONIS I.

SVMMARIVM.

1 *VIceregcs, & Gubernantes debent fubfcribi cum titulis Terrarũ, fuper quibus habent titulos, & non abfque illis.*
2 *Princeps propriè eft Rex.*
3 *Impropriè Principes sũt qui à Rege, aut à nõ recognofcente Superiorem inuestiti sũt cum hoc titulo.*
4 *Erant tempore Artaxerfis.*
5 *Verè eft hodie primogenitus Regis Hifpaniarum.*
6 *Primogeniti Regis Hifpaniarum Princeps, Galliæ Delphinus, & Neapolis, Dux Calabriæ, vocantur.*
7 *Princeps primus in Italia.*
8 *Principes in Regno præcedunt Duces.*
9 *Primogeniti Ducum non recognofcentium fuperiorem in Italia, vocantur Principes.*
10 *Dux Sabaudiæ erat Comes, & à Frederico Tertio Dux creatur, & Cypri Rex quare titulatur.*
11 *Dux Ferrariæ erat Marchio, & à Carolo V. creatur Dux.*
Dux Mantuæ erat Marchio, ibidem.
12 *Princeps Neapoli erat, & iurifdictionem in officium habebat.*
13 *Exprinceps, vel Exdux, qui dicitur.*
14 *Capitanei vocantur quafi capita digna habentes.*
Magnates Hifpaniarum quomodo fedent quando inter fe conueniunt, ibid.
Princeps in profeffione, vel in delicto, qui dicatur, ibidem.
Receptatores bannitorum qui, ibid.
Caporales in delictis qui, ibid.
15 *Duces qui funt.*
Dux Romæ fuit titulus, ibidem.
16 *Duces qui dicuntur.*
17 *Dux primus in Regno qui, & qui fecundus, ibidem.*
18 *Longobardi quando Italiam venerunt.*
19 *Dux unde dicatur:*

20 *Dux,*

70 Cala-

70 Calabriæ Gubernatores, vocantur Viceregeſ; ſecus in alijs Prouincijs.
Theſaurarius, & non Perceptor vocatur, qui Calabriæ reſidet, ibidem.
71 Dux Calabriæ habet ſecundum locum in baſta palty.
72 Salerni Ciuitas quando præfertur Capuæ.
73 Dignitas ſemel acquiſita ſemper remanet.
Marchio qui dicitur, ibidem.
Dignitas acquiſita rei attenditur potius, quam perſona, ibidem.
74 Marchia cur dicta.
75 Marchio præcedit Comitem in Regno.
Conſuetudo locorum attenditur in præcedētijs, ibidem.
76 Excellentiſſimus dicitur Marchio, qui etiā habet titulum Comitis.
Marchio dicitur Excellentiſſimus quandoque, ibidem.
77 Dignitas duplicata plus tribuit, quam vna ſola.
78 Marchionatus in lingua Longobarda, et in alijs. quid.
Citari non poterant olim titulati abſque licentia Proregis, ſed fuit abuſatū, ibi.
79 M.C.V. habet iuriſdictionē cōtra titulatos.
80 Officiales per Regnum exiſtentes in demanijs Regijs, non poſſunt citari abſque licentia Proregis.
Citari non poſſunt Officiales per Regnum exiſtentes in terris demanialibus abſq; ſcentia Proregis.
81 Comes quando dicatur.
82 Comitis titulus habetur in conſt. Regni, & in Iure communi.
Comes præfertur Equiti, ibidem.
Equitis nomen an ſit modernum, ibid.
83 Comites abuſiuè dicūtur, qui legerūt per 20. annos, nec practicatur, vt ſint Comites.
84 Comites ſunt Capitanei, & ſine culpa non deſtituuntur.
85 Culpa Officialis debet prius probari, & poſtea inquiſitum priuare.
86 Pares Curiæ interuenire debent in ſententia contra Comites, & alios.
87 Hodie receſſerunt ab Aula.
Quomodo intelligatur, ibidem.
88 Plumbini Principiſſa ab Imperatore indigna à ſucceſſione cur fuit declarata, & poſtea reintegrata.
89 Pares interuenerunt in cauſa contra quendam titulatum rebellem declaratum, & ad mortem condemnatum ad priuationem bonorum.
Sententia lata contra titulatū rebellē, ibid.
90 Pares Franciæ condemnantur cum interuentu aliorum Parium.
91 Pares citati vt veniāt ad interueniendum in ſententia contra aliquem Parē ſi non veniūt in eorū contumaciā proceditur.
Dux Bironi Gallus ad mortem condemnatus, ibidem.
92 Comes Xexeri Anglus condemnatus fuit cum interuentu Parium.
93 Comitatus dignitas dupliciter cōſideratur.
94 Titulus quandoq; datur perſonæ, quandoq; Ciuitati.
95 Dignitas quādo perſonalis, vel Ciuitati conſtituta cenſeatur.
96 Aſſenſus prohibitus à Prorege dari ſuper alienatione Terræ titulo decoratæ quomodo intelligatur.
Prorex quando non poteſt aſſentire venditioni Terræ titulo decoratæ, ibid.
97 Comiti creditur cum iuramēto ſuppletorio.
Iuramentum ſuppletorium quomodo dari debet, & in qua ſumma, ibid.
98 Teſtes contra Comites, & eorum filios, qui eſſe poſſunt.
Comites, & eorum filij, quod teſtes cōtra eos habere debent, ibidem.
Barones non habent priuilegium Comitum circa teſtes contra eos, ibid.
99 Comites ſunt prius nominati in iure, quam Marchiones.
100 Præcedere qui debent Comites, vel Marchiones.
Comites præceduntur ab Epiſcopis in palatio, ibidem.
Epī præcedūt Comites, & alios Titulatos, ibi.
101 Rex poteſt concedere titulum præcedentiæ alicui Comiti quo ad alios.
102 Præcedentia Officialium in Palatio.
104 Titulatorū numerus, nomina, cognomina, & Terræ quas poſſident, ibid. & ſeq. in qualibet ex 12. Prouincijs.
Baronū Regni numerus, nomina, cognomina, & Terræ quas poſſident, ibid. & ſeq.
Feudatariorū Regni numerus nomina, cognomina, & feuda, quæ poſſident, ibid. & ſeq.
Eccleſia, quæ poſſidēt feuda in Regno, ibid. & ſeq.
Vniuerſitates poſſidentes feudalia in Regno, ibidem.
105 Archiepiſcopi etiam Regij in Regno qui, & quæ Terræ eis ſubſunt.
Epiſcopi in Regno qui etiam Regij, & quas Terras habent, ibid. & ſeq.
106 Abbates qui ibi.
107 Archipresbyteri qui in Regno ſunt.
108 Archidiaconi qui in Regno exiſtunt.
109 Collegia, quæ in Regno feuda poſſident.
110 Monaſteria, quæ Terras poſſident.
111 Propoſitatus qui Terras poſſident.
112 Nullius Diœceſis quæ.

VERS. XIV.

OBSERVATIO I.

De Titulatorum materia, idest Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum. et successiue de alijs Baronibus, & Feudatarijs Regni, ac etiam de Archiepiscopis, Episcopis, & alijs personis Ecclesiasticis vt supra.



RIMA huius XIV. & vltimi Versiculi, seù diuisionis textus nostri obseruatio quærit de materia Titulorum, & aliorum vt supra, & stante, quod Pragmatica hæc fuit condita à Duce, idest Duce Offunæ: de quo verba fecimus supra in *vers.* 2. *obser.* 2. ad quæ nos referimus. Hic aliud non tangemus, nisi materiã Tituli, & firmæ, & si hic modus firmandi à gubernãte cum titulo solummodo, idest *El Duque*, absq; expressione Terræ, vel Ciuitatis, titulo cuius decoratur, licitè fieri possit, circa quæ obseruandum venit istum firmandi modum absque expressione tituli Ciuitatis, vel Terræ vt supra, re vera non debe-
1 re fieri, nisi à Ducibus, vel aliis Dominis non recognoscentibus superiorem. Isti autem, qui licet titulum habeant, vasalli Regis sunt expressionem Ciuitatis, vel Terræ, super qua titulum habent, declarare tenentur ad differentiam Regum, & aliorum Principum superiorem non recognoscentium; & merito videmus quasi ab omnibus Proregibus fuisse ita obseruatũ ad euitandas superbias, & pro adimplenda dispositione legis, quæ mandat Principis manu subscriptiones fieri debere, *l.3. & l.6. C. de diuers. rescript.*

Tituli in Regno nostro vsitati sunt videlicet, Principes, Duces, Marchiones, & Comites, qui sm̃ hunc ordinem in Comitijs sedẽt, *Vinc. de Franch. in decis.* 365. nam alij Barones, seù Feudatarij locum non habent, *vt ibidem*, & ratio est, quia Titulati tantum sunt à Latere Regis Consiliarij, vt probatur in *cap. Imperialem, de probib. feud. alienat. per Freder.* & in Regno isto coram Regibus vsque ad Regem Catholicum capite tecto stabant, in aduentu autem Caroli V. non fuit hoc seruatũ, licet multi in diuersis Regni partibus dum Imperator ex Aphrica veniebat, & per Regnum transiuit, tecto capite steterunt, sicuti ex relationibus illius tẽpestatis habetur, idest Principes Squillacij, & Sulmonæ, Duces Castrouillari, & Nuceriæ, Marchiones Castri veteris, & Vici: Comes Consæ, & al j, prætermissis Duce Montis Altì de sanguine Regio, & Principe Bisiniani, qui sunt Grandes Hispaniæ; & de istis in genere vidimus aliqua supra in *vers.* 3. *obser.* 4. nunc
2 autem in specie dicimus, quod Princeps propriè dicitur Imperator, *toto titulo de legibus, & constitutionibus Princip. ff.* & in *§. & quod Princeps, instit. de iure naturali gentium, & ciuili*; Est enim fons ipse dignitatum, à quo omnes Magistratuum riuoli fluunt, *l.* 1. *ff. de ambit.* & vti vxor nõ est affinis, sed affinitatis caput, *l. non eo minus, C. de hered. instit.* ita & Princeps magistratuum caput est.

Illi verò, qui ab Imperatore, vel à Rege de aliqua Terra, vel Ciuitate cũ titulo, & hono-
3 re Principatus sunt inuestiti, dicũtur Principes abusiuè, & sub propria appellatione Principum non comprehenduntur, *Luc. de Pen. in rubr. C. de Principibus agentium in rebus, lib.* 11. *glos. & DD. in clem.* 1. *de baptismo, & Mastrill. de magistrat. cap.* 3. *lib.* 4. & non vtuntur corona, sed Bireto, prout Duces, *Andr. Alciat. in tract. de singul. certam. cap.* 32. vbi declarat, Birretum esse Tegmen capitis, *cap. si quis virorum.* 13. *distinct.*

Hoc nomen Principis impropriè erat etiã
4 tempore Artaxersis, *Esther.* 13. *&* 16. ad similitudinem hodiernorum Principum.

5 Princeps etiã verè est Primogenitus Regis nostri Hispaniarum immediatè successurus in Regnis, *Frec. de subfeud. lib.* 2. *titulo quis dicatur Princeps, in fine, fol.* 140. Regũ enim primogeniti diuersimodè titulantur, siquidem Hispaniarum Regis primogenitus
6 vocatur Princeps, Regis Galliæ primogenitus vocatus Delphinus, & primogenitus Regis Neap. denominatur Dux Calabriæ, de quo videbimus infra hic sub titulo Ducis. & primogenitus Regis Aphricæ vocatur Vicerex, teste *Didaco de Torres in libro de la succession, y origen de los Xerifes, cap.* 28.

7 Primus, qui in Italia titulum Principis assumpsit fuit Arecchius Secundus, qui fuit XIV. Dux Beneuenti, secundum *Leonem Cardinalem, & Episcopum Hostien. in historia Casinen. lib.* 1. *cap.* 10. & fuit circa annum 755. seù 718. iste enim eius Ducatum nimium ampliauit, Picentinos, & Irpinos subiugando, vnde Princeps vocari voluit. Hinc euenit secundum aliquos remansisse hodie illis Prouincijs Picentinorum, & Irpinorum, nomina Principatus citra, & vltra. Deinde Principes Capuæ, & Salerni insurrexere, & postea Tarenti, *Petrus Bugianus in historia monastica in vita Ludolphi Salerni Principis, lib.* 2. *fol.* 290. & de Principe Salerni mentionem facit *Eminentissimus Cardinalis Baronius in annal.* circa anni 1099.

Et inde

Et inde Principes creuere tempore Primi Regis Rogerij, vt in *conftit. Regni. Scire volumus Principes noftros*, quæ à dicto Rege fuit condita, poftea vero paffim aucti funt.

8 In Regno noftro Principes præcedunt Duces, licet alibi non ita feruetur, *Alciat. in lib. de fignat. certa, cap. 32. & Frecc. de fubfeud. in lib. 2. in tit. quis dicatur Princeps, fol. 139. & in lib. 3. de fubfeud. in vlt. quæft. de præced. Syndici, nu. 49. fol. 469.* licet Dux in ordine fuerit antiquior, *l. 1. C. de confulib. lib. 12. & in l. 2. C. de domeft. & profect. lib. 12.* ibi, *inter eos fpectabili dignitate perfruatur, qui Ducatum gerere meruerit. & Mafirill. de magiftrat. lib. 4. c. 4.* In Italia nimis vfitatur hic titulus Pricipis, & maximè in Regnis vtriufq; Siciliæ; & præcipuè erga filios pri-

9 mogenitos Ducũ non recognofcentiũ fuperiorẽ Principes vocamus, vt dicitur de filijs Sereniffimi Ducis Sabaudiæ, qui etiã Cypri Rex titulatur, vt notauimus fupra *verf. 7. obf. 3. nu. 109.* & aliorum, *Petrus Calefatus in tract. de equeftr. dignitate, nu. 106.* per prius

10 Dux Sabaudiæ Comes vocabatur, & ab Imperatore Frederico Tertio Dux fuit creatus Amodeus vir fanctus, vt per *Iacob. de fancto Georgio in tract. de feud. fol. 1. §. dubitatur etiam, nu. 2. & Raphael Volteranus in 2. lib. Geographiæ, fub cap. de Narbonenfi.* & idem *Petrus Calefatus in d. tract. de equeftr. dign. nu. 128.* vocatur etiam Rex Cypri, vt notauimus fupra *verf. 7 obfer. 3 num. 109.* quibus pro fupplenda hiftoria Cypri eiufque plenã notitiã habendã, vide quæ notantur in *Petri Matthei hiftor. Aloyfij XI. vol. 1. lib. 4. f. 401.* Cypri Regum à Lufignanta familia poffeffum, dum Iacobus Lufignanus Cypri Rex folus regnare cuperet, Petrum eius fratrem multofq; alios Mercatores Ianuenfes occidere fecit: vnde aduerfus eum bellũ iniere Ianuenfes, quẽ debellauerunt, & in Ianuã Ciuitatem carceratum duxerunt: & filios Petri fratris iam occifi in Regni poffeffionem immiferunt; Iacobus autem Rex dum Ianuæ effet, vnum procreauit filium, quem Iacobũ etiam denominauit, qui filiam vnam Carlettam nomine procreauit, quæ Aloyfio de Sabudia Aloyfij Ducis Sabaudiæ, ac Annæ de Cypro germanæ fororis Regis Ioannis filio fuit nuptui tradita: quo matrimonio contracto Aloyfius Cyprum petijt pro Regni, & vxoris acquifitione: verum quia in partibus illis erat quidam Iacobus filius naturalis Regis Ioannis Nicafiæ Epifcopus, ad Soldanum Ægypti recurrit, qui eum Cypri Regem declarauit, Regiq; Aloyfio prædicto fub minis mortis fcripfit, vt Regnum Iacobo illo relaxaret; & licet intercedente magno Rodi Magiftro fuerat Soldano infinuatum, ex Chriftianorum legibus ftatutum fore, filiam legitimam, & naturalem in Regno fuccedere, filio naturali excluſo, & quod eius protectioni fuper Regno illo non inferebatur præiudiciũ: quibus rationibus perfuafus Soldanus, filij naturalis protectionem erat iam relicturus: Tamen à Mahumete fuit animaduerfus, expediens fore, illum filium naturalem in Regnum reponere pro communi bono, & eorum Religionis vtilitate, eo maximè ex iniurijs ex domo Aloyfij Regis receptis contra Mahumettanos, & fuos, quod vt facilius affequeretur, addebat, magni Principis effe Regem facere, & illum in Regno defendere: Verum fi fortè Soldanus ipfe cum Chriftianis pacem voluerit, tunc fecurum fore cum ipfo Mahumete bellum perpetuum habiturum. Ex his enim Soldanus motus, Iacobum filium naturalẽ in Regnum pofuit iniuftè: Aloyfius vero in Carinæ caftrum confugit, & inde ad Sabaudiæ Ducem eius patrem remeauit. Regina vero Carletta Romam interim petijt fub Pontificatibus Pij Secundi, Pauli Secundi, & Sixti Quarti, à quibus auxilium expofcebat, fed fruftra: aiebat enim Paulus Secundus ex Cypro Aloyfium fuiffe eiectum, ex quo tam ipfe, quam pater eius Sabaudiæ Dux ab auxilij præftatione ad Terram fanctam acquirendam, ficuti in Mantuæ Concilio promiferant defeciffe: Naturalis vero ille Rex enafus, beneficiorum à Marco Cornario Veneto acceptorum (maximè pro Regno Cyprio acquirendo) non immemor, Catherinam Cornariam Marci eiufdem filiam in vxorem voluit, qua de re Veneta dominatio eam in filiam adoptauit cum magnæ dotis conftitutione quod euenit anno 1466. Inde autem idem Iacobus Rex ex hac luce receffit, & hæredes fuos inftituit eandem Catherinam Cornariam eius vxorem, ac pofthumum ex ea oriundum: Poft hanc enim mortem Carletta ad Venetos recurrit pro Cypreo Regno recuperando, cui fuit refponfum, Catherinam, & eius partum fore defenfuros, eo fortius: quia Regna potius armis, quã legibus defenduntur. Peperit inde Catherina filium, qui poft annum obijt, & ipfa fola Regina remanfit, quæ inde Venetiã venit anno 1489. *Sanfouino tefte in cronica Venetia, fol. 161.* ibiq; à Senatoribus, & Matronis Ciuitatis magno cũ decore, & Bucentoro, recepta, Regnum Cypri Veneto dominio tradidit, & Venetia ei victum in Caftro Afolę Collis Triuifanæ conftituit 50. librarum auri. His autem modis Cypreum Regnũ ad Venetos deuenit, fed heu, quia inde in

Thurcicas fauces cecidit, & non sine magnis Christianorum dãnis, & cordoleis, adeò vt potissima causa fuerit de classe maritima voiendo contra iniquissimum, & obstinatissimum Christiani nominis Tracem Turcham, vnde de anno 1571. 7. Octobris fœlicissima nauatis Victoria contra ipsum euenit, quam sanctissimus Pius V. Pontifex maximus eodẽ die Victoriæ prædixit, sicuti etiam fecit Venerabilis, ac pius Certusiens Don Ioannes de Francia exemplaris Calaber, dum in celebri Monasterio Sancti Martini supra Neapolim in orare fratres missæ quã celebrabat in eadem hora Victoriæ reperiebatur, vt notum est.

11 Dux Ferrariæ per prius Marchio erat, *Petrus Calefatus in d. tract. de equestri dignitate, nu.* 128. & in anno 1530. ab Imperatore Carolo V. fuit Dux creatus: sicuti etiam & Dux Mantuæ, qui per prius Marchio erat, *vt ibidem*. Et hic corollariè additur, quod de anno 1629. ab Imperatore fuit aduersus Ducem Mantuæ transmissus exercitus Alemanos 30. mil. Militum, qui Mantuam obsessam tenuit per multum tempus, & inde 18. Iulij 1630. capta fuit: eodem etiam tempore nomine Imperatoris Ciuitas Casalis in Monferrato fuit obsessa à D. Marchione Spinula Mediolani Gobernatore, qui 25. Septẽbris 1630. in castris prædictis obijt. magnaq; pestis fuit in his tẽpestatibus per partes illas, & alias conuicinas.

12 Neapoli verò tempore Imperatoris Constantinopolitani aderat etiam, qui Princeps vocabatur, sed nullam habebat iurisdictionẽ in dominium, nisi in officium, eo quod nomine Imperatoris primum locum tenebat, illiusq; vice Magistratum gerebat in Ciuitate, quod habetur apud *Modestinum in l. spado, §. si Ciuitatis Princeps, ff. de excus. tutorum*.

13 Habemus etiam nomen Exprincipis, in *l.* 4. *C. de Princip. agentium in rebus. lib.* 11. & declarat *Brixonius in verbo Exprinceps*, & vide infra hic *nu.* 27.

14 Isti Principes, & alij Titulati in Regno nostro vocantur propriè Capitanei, quasi capita digna habentes respectu aliorum, cũ sint in dignitate, *Andr. in cap.* 1. *nu.* 6. *de his qui feud. dare possunt*.

Hispaniæ autem vocantur Magnates, idest *li Grandi*, inter quos non adest præcedentia, sed sedent vti veniunt vbi conueniuntur, (vt seruatur in Electis nobilibus huius Ciuitatis, vt supra diximus *vers.* 3. *obseruat.* 3. *num.* 22.) verum qui habet duplices titulos, puta Ducis, & Marchionis, vel Comitis, & Marchionis præcedit Titulatum simpliccm, vt notat *Bouadilla in politica tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 16. *nu* 32. *fol.* 609.

Datur similiter & Princeps, idest locus primus in arte, exercitio, offi io, vel professione, teste *Cicero. in decla. orat.* 117. ibi, *cum enim essem in plurimis causis & Principibus patronis, quinquennium ferè versatus*. & in oratione pro domo sua, *dei Imperij Princeps &c.* tunc enim intelligitur Princeps, idest primus, & omnium excelsior.

Hinc est, quod principalis author delicti etiam Princeps denominatur, *l. in hoc iudicium* 10. *ff. de seruo corrupto.* ibi, *qui Princeps fuerit delicti, & in l.* 1. *§. cum arietes, ff. si quatrup. paup. fecis. dic. & l. quoniam, C. ad leg. Iuliam de vi public. vel priuat.* licet *Bart. in d. l. in hoc iudic.* illos vocet Caporales, & Principales. Imo declarando statutum puniens receptatores Bannitorum, intelligit de illos abscondentibus, & non de dantibus potum, & commestionem, vt per eundem *Bart. in l.* 1. *§.* 1. *eodem titulo, de seruo corrupto*.

15 Ducis titulus subsequitur in secundo loco, sed non loquimur de Duce electo ab aliqua Republica, vt est de illa Venetiæ, quæ in anno 400. suæ creationis Ducem sibi fecit, nam per prius regebatur per tribunos, & inde in anno 1400. voluit non Ducem, sed Doge vocari, ne cum verbo illo Duce, intactæ eius libertati offenderetur, teste *Sansouino in lib.* 11. vbi de mitria, seù cornu eiusdem Doge videbis, post *Luc. de Penna in l. murireguli, C. de murilegul. lib.* 11. Dicuntur enim Duces in Regno isto, illi, qui de aliquo Ducatu à Rege inuestiuntur, *§.* 1. *quis dicatur Dux*. In Romana Vrbe fuit olim titulus Ducis, vnde Ducatus dicebatur, vt in *cap. Ludouicus,* 63. *distinct.* ex quo titulo Ducatus in moneta originẽ sumpsit, & hodie durat, vt supra retulimus. Dux enim

16 dicitur, qui ducit populum, vel exercitum militum, *l. Duces, C. de offic. milit. iudic.* vel à ducendo, *cap.* 1. *de feud. March.* & de diuersis Ducibus habemus in *l.* 2. *C. de officio Praefect. Aphric.*

17 Primus Dux Regni Neapolis fuit in Beneuento circa annum 568. quo tempore Longobardi à Narsete vocati in odium Imperatoris Constantinopolitani Italiam ve-

18 nerunt sub Rege Albuino totamq; Campaniam, præter Neapolim, & Puteolim occupauere, & tũc Beneuentum fecerunt Ducatum, *Colonnutius in histor. Neap. in* 2. *par. & vsq; ad annum* 718. quo tempore Arechius secundus Dux Beneuenti Gener Desiderij Regis Longobardi non contentus titulo Ducis, Principem se vocari fecit, vt notat *Cronica*

nica Cafinenfis in cap. 10. lib. 1. Anno autem 960. exiftente Regno Siciliæ in poffe Ottonis Imperatoris, Calabriæ Dux erat Euftachius, qui Imperatori Nicephoro II. fubiacebat, & tributum foluebat, vt poft *Valter. lib. 23. coment. fol. 275. & 292.* refert *D. Franciscus Balboa eruditiffimus Hifpanus, & Index criminalis in M.C.V. Neap. in Monarchia* Regum, *quaſt. 2. par. 3. num. 128. & ſeq. fol. 104.*

19 Et licet Ducatus à ductu Comitum, militum, & exercitus fuerit dictus, *Lucas de Pen. in l. fin. C. de re milit.* & propriè nomen hoc Duci exercitus cōgruat, fecundum eundem *Luc. de Pen. in l. Tribuni, in princ. de re militari, & in l. 1. C. de Comitibus rei militaris,* & alia ponit *Templum Iudicum Lancellotti Conradi in lib. 1. cap. 4. fol. 128.* tamen à Longobardis fuit inceptus titulus in Duce Beneuenti vt fupra, & fub Græcis Imperatoribus extabat Dux Neapolis, qui etiam Con-
20 ful dicebatur, & fic appellabatur in Regionibus Amalphiæ, Surrenti, Bari, & Caietæ;
21 Sed inde Longobardi Regem conftituerunt, & hoc nomen Ducis penitus delere, & omnia noua adinuenire cœperūt, & Duces Gaftaldeos vocauerunt, vt per *Raphaelem Valterranum relatum à Freccia de fubfeudis, lib. 2. in tit. quis dicatur Dux, nu. 22. in fine,*
22 *fol. 128.* Longobardi ifti Italiam venere ex Infula Scandia, fiuè Scandinaria, quæ eft in mare inter Daciam, & Sarmatiam, vt declarat *Ptolomeus in 8. tabula,* & Iuftinianus vocat Scandias in *§. 1. in auth. de Moderatore Helenopōti, collat. 28.* & per annos 200. in Italia regnauere vfque quò à Carolo Magno expulfi fuerunt poft captum Defideriū cotum Regem cum vxore, & filijs, vt alias diximus fupra *verfic. 1. obferuat. 2. num. 32. & ſequent.*

23 Et fub aduentu Normandorum incepti funt vocari Duces Salerni, Motulæ, & aliorū locorū, qui vti Reguli imperitabant, & tan-
24 dem Dux Apuliæ à Nicolao II. declaratus fuit, & inde Dux Calabriæ, & Apuliæ, poftea vero domini ifti Reges vocari extiterunt in anno 1130. & primus Rex fuit Rogerius ex genere Normandorum, & fub fe Duces tales fublata prifcha immagine creauit, cum
25 inueftituris caftrorum, cum titulo Ducatus, & Illuftriffimi, fecundum *Frecc. in lib. 2. de fubfeud. in tit. quis dicatur Dux, nu. 7. fol. 124.* & fecundus Dux in Regno poft Ducem Calabriæ fuit Dux Atri, nomine Francifcus de Balzo, creatus à Rege Lodonico, vt per *Io. Antonium Summontem in Hiftoria Regni Neapolis, lib. 3. tit. 4. circa medium, fol. 434.* & Ego vidi priuilegiū fundationis Monafterij Sanctæ Euphemiæ olim Sancti Benedicti, & ad præfens facræ Religionis Hierofolymitanæ de anno 1062. quod incipit,

26 *Ego Rogerius gratia Dei Dux Apuliæ, & Calabriæ, Siciliaq; inter alias Ecclefias, qua funt fita fub Monarchia noſtra &c.* & inde fequitur: *regnātibus Imperatoribus in Oriēte Conſtantino, in Gallia Philippo, in Saxonia Henrico, & Roma Papatum regente PP. Alexandro &c.* Verum firma dicit, Robertus. & eft præfentatū in proceffu Vniuerfitatis Sancti Blafij, cum Baliuo Sanctæ Euphemiæ fol. 278. in Banca Iacobi Antonij Izzi pro Amico Magiftri Actorum S. C. notaq; ex eo, quod in tempore illo tres regnabant Imperatores, & Dux ifte profert illud verbum: *ſub Monarchia noſtra.*

Notandum eft etiam, quod quando Dux
27 renunciat, vel refutat titulum Ducatus, vocatur Exdux, ficuti Exprinceps, vt fupra hic *nu. 13.* ac etiā vocatur Exconful, qui à Principe licentiam Confolatus obtinuerit, *l. 2. §. nos itaque, C. de veteri iure enucleando, l. 3. C. de proximis facrorum ſcriniorum,* & in
28 Comitijs publicis in vltimo loco fedet, quoniam dignitatem non amittit, qui fe ab officio abdicat, *l. 2. C. de his, qui non impletis ſtipendijs facramento ſoluti ſunt, lib. 10. l. penult. ff. de offic. Præſidis,* vbi *gloſ.* dicit, quod cum licentia Principis Officialis renunciare debet, *l. vnic. C. de his, qui à Principe vacationem acceperunt, lib. 10.* verum fi Religionem ingredi vellet, abfque licentia Regis poffet ingredi, fed abfque licentia Regis fe Sacerdotem facere non poffet, *Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. §. 8. nu. 15. de electio. offic. fol. mihi 128.* cui addo *§. ſed neque curiales, in auth. de ſanctiſſ. Epiſc. & Bald. in l. parabolanos, C. de Epiſc. & Cler. & auth. ſed neque curiales, C. de Epiſcop. & Cleric.*

29 Ifta nomina Principis, Ducis, Marchionis, & Comitis, funt nomina Barbara, & prifcis temporibus non fuerunt cognita, nifi quod in *Lampridio* legitur, Heliogabalum peffimum Imperatorem, Ducatus iftos, & alia officia vendidiffe, & fic eo tempore Ducatus
30 erat officium ducendi exercitum, & in facra Pagina habetur de Duce Aluæ *Geneſ. 3. in fine.* Hodie autem tituli ifti etiam venduntur, vt in dies videmus, & ita confuetudo introduxit, & ipforum numerus in dies pullulat, & nihilominus gratia eft, *Bal. in cap. 1. num. 18. de allod.* Tempore autem Romani Imperij ipfi Duces exercitum gubernabant, *Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 16. nu. 29.*
31 *fol. 603.* vbi paulò ante ait, quod Romani eorum militibus falarium non dabant, fed

subſtentationem neceſſariam tantum, vt etiã affirmat *Titusliuius lib. 4. decat. 1. & Guicciardinus* notat, Romanos nunquam Terras cum pecunijs, ſed cum armis acquiſiuiſſe.

32 Hodie autẽ in Regno noſtro primus Dux dicitur Dux Calabriæ, omneſq; Primogeniti huius Regni Regum Duces Calabriæ vocantur, eſt enim Ducatus iſte vere feudũ, vt per *Andr. in cap. 1. nu. 1. quis dicatur Dux, & in cap. 1. num. 4. de feudo Marchiæ*, & Regina Ioanna Prima Regem Lodouicum eius maritum inueſtiuit de Ducatu Calabriç de ſpeciali beneplacito, & conſenſu Summi Pontificis, cum hominibus, & vaſallis, Ciuitatibus, Terris, ac Caſtris, fructibus, redditibus, obuentionibus, iuribus, & rationibus, ac pertinentijs ſuis omnibus quibuſcunque, vt eſt videre ex *regiſtro Ioannæ Primæ, & Regis Lodouici eius viri ſignato in* 1348. *lit. A. fol.* 89. & Rex Alphonſus Primus de iſto Ducatu inueſtiuit Ferdinandum Primum eius filium cum iuribus, & pertinentijs omnibus pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus ex corpore legitimè deſcendentibus, vt habemus *in priuileg. & capit. Neapol. fol. 6. cap.* 11. licet inueſtitura iſta prætendatur nulla, ex quo Ferdinandus prædictus erat ſpurius, & Rex Catholicus ſucceſſit in hoc Regno tanquam nepos Alphonſi Primi eius patrui,

33 quia erat filius Ioannis fratris ſecundogeniti Regis Alphonſi, qui fuit primus filius Regis Ferdinandi Primi: (iſte enim Ferdinandus ob lineam finitam Regum Iacobi, & Petri, ac Martini, vltimi Regis Aragonum, fuit à Regnis Aragonum electus Rex, vt videre poteris in *foro Aragonum, fol.* 1. *ater.*) & meritò fuit deciſum, Regem Catholicum non teneri ex inueſtituris factis per Reges deſcendẽtes ex dicto Rege Ferdinando ſpurio, vt late videre poteris in *deciſione Regẽtis Moles ma-*

34 *nuſcripta* 114. *cum repetitione pragmaticæ edita Tori art. 8. fol. mihi* 344. & diximus ſupra in *alleg. 12. in verſ. 4. obſer. 2. nu. 63*. licet Calabriæ Regnum, & Apuliæ ſimiliter Regnum, à ſcriptoribus vocentur, vt in *Templo Iudic. Lancell. Conrad. lib. 1. cap. 2. § 3. nu. 16. circa medium*. Ducatus tamen Calabriæ ſẽper fuit poſtquam primi Normandi hoc Re-

35 gnum occupauerunt, & primus fuit Robertus Guiſcardus, qui per prius Apuliæ Comes vocabatur, & inde in anno 1059. poſt captũ Rogerium eius patruum, Calabriæ Dux denominatus fuit; & à Nicolao II. titulatus Dux Apuliæ, & Calabriæ, & Romanæ Eccle-

36 ſiæ vaſallus ligius factus mediante iuramẽto, promiſitq; ſoluere cenſum Eccleſiæ, vt per *Carolum Sigonium in lib. 9. hiſtoriarum Regni Italiæ, fol.* 389. vbi refert, formas vtriuſque iuramenti, & habes per *Frecc. in lib. 3. de ſubfeud. in 16. differ. inter feuda ex pacto, & feuda hæreditaria, nu. 3. fol.* 447. vbi habes de inueſtitura facta à Clemente IV. Carolo Primo in anno 1266. verum in iſta inueſtitura fuit Ciuitas Beneuenti cum eius diſtrictu exceptuata, vt ibidẽ, poſſunt enim in iſtis caſibus aliquæ Ciuitates exceptuari pro refugio delinquentium, & fugientium, *Andr. in l. Imperialem, nu. 81. in fin. de prohib. feud. alien. per Feder.* & ita incepit ſolutio cenſus huius Regni, & poſtquã Rex Ro-

37 gerius in anno 1130. Regem huius Regni ſe titulauit, omnes primogeniti Regum vocati ſunt Duces Calabriæ, & ita continuauerunt Reges Anginini, vt *in capit. Regni editis per Regem Robertum, & Carolum Illuſtrem, fol.* 338. & 358. & hodie ſeruatur à noſtris Inuictiſſimis Regibus, nam primogenitus

38 eorum vocatur Princeps Hiſpaniarũ, & Dux Calabriæ. Et ſecundum ordinem ad Ducum Calabriæ cognitionem habendam, ſcias, primum Ducem fuiſſe Robertum Guiſcardum, qui & Apuliæ, & Siciliæ quoq; fuit Dux creatus à Nicolao Secundo anno 1069. *Cronica Caſinenſ. lib. 3. cap. 15. & Io. Ant. Summonte in hiſtoria Neap. lib. 1. fol.* 462.

Secundus Dux fuit Rogerius prędicti Roberti filius, qui in anno 1089. Vrbano Secundo fidelitatem iurauit *in Ciuitate Melphi, vt ibidem fol.* 479.

Tertius Dux fuit Gulielmus Rugerij prædicti filius, qui in anno 1114. à Paſquale II. fuit confirmatus, *vt ibid. fol.* 487.

Anno autẽ 1127. deceſſit iſte Gulielmus abſque filijs, & Rogerius filius Magni Comitis Rogerij Baſſi tertij Patruelis cępit poſſeſſionem Ducatus Apuliæ, & Calabriæ, & à Summo Pontifice fuit confirmatus non obſtante prætenſa caducitate ad beneficium Eccleſiæ, *Mazzella in Regno Neap. fol.* 427. & fuit quartus Dux, ſed quia iſte Rogerius cępit ſe titulari Rex Italiæ, quod Honorius Pontifex diſſimulauit, ſed Innocentius ſucceſſor tollerare noluit, & in Rogerium arma direxit, verum deficientibus Pontificijs armis, ob Rogerij reuerentiam in Pontificem, ne dum prædicti Regis titulum, ſed & Ciuitatem Neap. à Græco Imperatore poſſeſsã à prædicto Pontifice per inueſtiturã habuit: quæ omnia cõfirmauit Anacletus Antipapa anno 1130. & poſtea approbauit idem Innocentius in anno 1139. cum titulo Regis Regni, & Ducatus Apuliæ, & Calabriæ, ac Principatus Capuæ, *Mazzell. ibid. fol.* 426.

Iſte Rogerius Gulielmũ filiũ pro creauit, *Summonte lib. 2. fol. 4.* & ſic fuit prædictus Regis filius creatus Dux Calabriæ.

Iſte

Ifte Gulielmus (detto il malo) habuit Gulielmum filium (detto il bono) qui fine filijs deceffit, & ei fucceffit Tancredus eius Patruus naturalis, qui cum filio mafculo vocato Gulielmo, & cum tribus filijs fęminis infra feptennium obijt, & ab Henrico Sueuio Imperatore marito Coftāțiæ filiæ fupradicti Rogerij Primi, ifte Gulielmus Adolefcēs fuit captus, & carceratus, necnon & deorbatus, ac caftratus in anno 1198. & ita finijt Normandorū linea, quæ annis 186. regnauerat.

Regnauit prædictus Henricus Imperator annis quatuor nimis tumultuofe, cui fucceffit Fredericus vnicus filius Imperator, qui vfque ad annum 1250. vixit relicto Conrado filio Rege Romanorum vfque ad annū 1254. fed quia erat infans, cępit regnare Manfredus filius naturalis Frederici per annos nouem.

Venit inde Carolus Primus Comes Prouinciæ à Papa de Regno inueftitus, & Manfredū occidit in bello apud Beneuentū anno 1265. & creauit Principem Salerni Carolū Secundum eius filium, & Robertum eius tertiogenitum Ducem Calabriæ anno 1290. & fic ifte fuit fecundus Dux filius Regis. Fuit inde Robertus Rex, & habuit Carolum Illuftrem filium Ducem Calabriæ, qui in vita patris deceffit relicta Ioanna Prima eius filia, quæ maritum habuit Lodouicum, quem Ducem Calabriæ creauit.

Deinde ifta D. Regina adoptauit in filium Regem Alphonfum Aragonium, qui Rex Regni effectus creauit Ducem Calabriæ eius filium naturalem Ferdinandum, inueftiendo eum de omnibus Iuribus, & pertinentijs Ducatus prædicti pro hæredibus, & fuccefforibus, vt eft videre in *priuileg. & capit. Neap. fol. 6. cap. 11.*

Ferdinandus ifte Primus habuit eius filiū Alphonfum Ducem Calabriæ, qui parum regnauit, & habuit filium Ferdinandum Secundum Ducem Calabriæ, poft quem fucceffit Federicus eius Patruus, qui habuit filiū Ducem Calabriæ, fed è Regno eiectus, euenit Rex Ferdinandus Aragonius Rex Catholicus, cui fucceffit Ioanna filia, cui Carolus V. vnicus filius, habens Philippum Secundum filium vnicum, qui inde procreauit Philippūm III. fimiliter vnicum, ex quo nofter hodiernus Philippus IV. & alij filij in principio huius operis enunciati diū fęliciter regnaturi fperantur; quorum Primogeniti Principes Hifpaniarum, & Calabriæ Duces titulantur.

38 Et nimirum, fi Prouinciam illam Calabriæ dotatam omnibus naturæ neceffarijs, ac venis metallorum, (quorum prouentus olim in Plebem diftribuebantur, fed Temiftocles in triremes ædificandas conferri fuafit, vt per *Plutarchum in vita Temiftoclis, fol. 53. ater.* fed hæc fpes opum multis inopię, nōnullis exitij caufa fuit, dum neglectis omnibus alijs curia huic vni deditis, & laboris plurimum, & lucri modicū res habuit, dum ad hanc auri cupidinem cęlo, & fole derelicto, in tenebris ęuum agere didicerunt, ita notat *Petrarcha de remedio vtriufque fortunæ, lib. 1. cap. 54.*) vt poft *Andr. in verbo argenteria, quæ fint regalia*, vbi certo modo Curiæ effe affirmat, notatq; *Afflict. in decif. 321.* & non aliam huius Regni Prouinciam elegerunt Reges noftri pro decorandis eorum filijs primogenitis de hoc Du-

39 catus titulo, maxima quidem cum ratione moti fuere: quoniam Calabria creabat fibi Regem, vt poft *Solinum Appianum, Plinių, & Virgilium*, teftatur *Frecçia in lib. 1. de fubfeud. in tit. de antiquo ftatu Regni, nu. 7.*

40 *fol. 57.* fuit enim Prouincia illa, quæ virtutes in Italia, & Roma feminauit, vt probat *text. in l. 1. C. de atletis, lib. 10.* ibi, *Roma, feù antiqua Grecia:* & quod intelligatur de hac magna Gręcia, liquet, fiquidem lex illa ab Imperatoribus Deuclitiano, & Maffimiliano fuit condita, qui anno 285. regnabant quo tempore ifta magna Gręcia florebat. Fuit etiā frons Italiæ, & prima pars Europæ habitata, nā Ciuitas Rhegij per prius Afchena dicta ab Afchenez nepote Noè fuit habitata, & inde à Gręcis Rhegium vocata, tefte *Marafioto in cronica Calabria, lib. 1. cap. 4.*

41 & quod Afchenez fuerit Noè nepos, probat *Genefis. 10. & Iofeph in lib. de antiquitate Iudaica, cap. 11.* (ait enim *Frecc. in lib. 1. de fubfeud. in tit. de Prouinc. & Ciuitatibus Regni, verf. Archiepifcopatus Rheginenfis, pag. 93. Rhegium potentiffima olim Ciuitas fuis Magiftratibus confiftebat, ficuti Romani, & à Samnitibus Regia dicta eft Ciuitas, edita vt effet contra Siculos propugnaculū, à Dyonifio Syracufano Tyranno dum nobilem ex eorum ciuibus petijffet vxorem, delataq; effet vilis, deleta eft, Caius Iulius Cafar reftaurauit eam, et inde dicta Rhegiū Iuliū*) ex ruinis

42 Rhegij, & Tarenti, fuit quidē aucta Roma, *Titus liu. in deca. 4. lib. 1. fol. mihi 376. ater. in*

43 *lingua vulgari:* & in latina lingua *lib. 31. fol. 249. lit. A. col. 1.* & fub die 25. Ianuarij 789. Calabri, & Appuli, & alij de partibus cōuicinis Neapolim à Saracenis obfefsā liberarunt, & inde ob necē, quafi oīum Neapolitanorū Virorū, Neapolitanas mulieres in vxores duxerunt, & in eodem die 25. Ianuarij tēplum olim Caftoris, & Pollucis in memoriā

44 victoriæ cōtra Saracenos, DD. Apoftolis Petro, &

tro,& Paulo dedicauerunt,teste *Ioanne Villano in cronica Neapolis. lib. 1. cap. 52. & Io. Antonio Suramonte in lib. 1. historiarũ Neapolis,fol. 410. & 411.* Dies etenim magnus victoriæ absque celebratione præterire non debet, prout fecit Iudas Macchabeus quando Nicanorem occidit, *2. Macchab. cap. fin. nu. 36.* aliam etiam cladem magnam passa est Ciuitas Neapolis tempore Gothorum, vt retigimus supra *vers. 2. obseruat. 1. nu. 23. fol. 33.* ad quorum materiam ne prætereas, in his tẽpestatibus Sueriæ Regem Gostauũ antiquæ gloriæ Gothorum restauratorem nomen assumpsisse, ita enim notat *Illustrissimus Episcopus Auersanus Carolus Carafa ex Principibus Roccellæ in suis eruditissimis Commentarijs editis occasione Germanicæ Nunciaturæ, in pag. 3. de Germania sacra restaurata.* In Calabria enim floruere primi Philosophi Europæ, vt latè comprobant *Barrius, & Marafiotus in cronicis Calabriæ:* atq; *Cicero in lib. Tusculan. 99. ad M. Brutum lib. 4. in princ.* per hæc verba.

45 *Cũ floreret in Italia Græcia potentissimis, & maximis Vrbibus ea, quæ magna dicta est in hisq; primum ipsius Pythagoræ, deinde postea Pythagoreorum tantum nomen esset nostrorum hominum ad eorum doctissimas voces aures clausas fuisse. Quin enim arbitror propter Pythagoreorum admirationem, Numam quoque Regem Pythagoricum à posterioribus existimatum. Nam cum Pythagoræ disciplinam, & instituta cognoscerent, Regisq; eius æquitatem, & sapientiam à maioribus suis accepissent, ætates autem, & tempora ignorarent propter vetustatem, eum, qui sapientia excelleret Pythagoræ Auditorẽ fuisse crediderunt.*

46 Pythagoras enim in Ciuitate Cotroni, Calabriæ vltra partis magnæ Græciæ residebat, licet eius Patria fuerit Samum situm in loco hodie denominato Crepacore prope Spartiuentum Promontorium, vt post *D. Thomam in 1. super Metaphysicam Aristotelis*, & alios Authores cõprobat *Reuerendus Pater Marafiotus in cronica Calabriæ, cap. 30. lib. 2. & cap. 5. lib. 3.* vbi verba *Diui Thomæ* refert, fuit enim Ciuitas Cotroni popularissima 12. milliarium ambitu à Dionisio Syracusano inde depopulata, sedem, & scholam habuit, & mille Virorum Senatus, secundum *Valerium Maximum* relatum à *Freccia in lib. 1. de subfeudis, in tit. de Ciuitatibus & Prouincijs Regni, nu. 55. fol. mihi 93. in fine, & in tit. de antiquo statu Regni, nu. 2.* affirmat, quod Cotroniatæ Regẽ sibi eligebant.

Floruit itaq; Prouincia illa (quam Regnũ vocat *Lancell. Conrad. in tract. de Rege, c. 2. §. 3. nu. 16. fol. 127.* & sic etiã vocat Summus Põtifex in *extrauag. cõmu. lib. 3. in extrauag. vas electionis, de censibus*) oĩbus in tẽpestati-

47 bus viris eminentissimis tam in literis, quã in armis, & tam in nobilitate, quam in summa iustitia, & ita testatur *Frecc. de subfeud. lib. 3. in 3. formula, nu. 25. vers. saluari possit. fol. 415.* retractando se, si aliter dixerat, & negari non potest, quin gaudium, & noua lux sit nationi, quãdo aliqui ex ea exaltãtur, *Esther. 8. in fine.* floruit etiam Imperatore Octauiano, ac alijs Cõsulibus Romanis quos enumerat *Marafiottus in cronica Calabriæ, lib. 4. circa finẽ. fol. 306.* Et inter cęteros iustissimos viros (prætermissis alijs breuitatis causa) fuit Zeleuchus Vrbis Locri, teste *Valerio Maximo lib. 6. & in c. 5.* affirmat, quod ibi lex erat, vt nemo eius patrimonium alie-

48 nare posset, nisi euidentem calamitatem superuenisse ostenderet, teste etiam *Aristot. in lib. politicarum. 2. cap. 5. Tiraquell. in tom. 6. & 7. fol. 96.* ex Locri Ciuitate fuerunt etiã Equites in exercitu Alexandri Magni, vt re-

49 fert *Quintus Curtius in vita Alexandri Magni, lib. 4. fol. mihi 187.* qui regnauit circa annum creationis mundi 4887. & ante Aduentum Domini nostri Iesu Christi 317. alias 335. vt post *Couar. lib. 4. variar. resol. cap. 18. nu. 6.* notat *D. Franciscus Balboa Hispanus eruditissimus, & M. V. Iudex in criminalibus in sua Monarchia Regum quasi. 2. par. 4. nu. 6. fol. 174.* Tanta quidem fuit Zeleuchi Regis iustitia, (nam Regem sibi errabant Locrenses viri fortissimi, vt testatur *Frecc.* post alios in *lib. 1. de subfeud. in tit. de antiquo statu Regni, nu. 2. fol. 57.*) vt pro obseruanda lege prohibente incessum nocturnum sub pœna orbationis oculorũ, in quam dum eius filius primus incideret, ne lex inobseruata remaneret, vnum oculum sibi, alterum vero eius filio eiei fecit, *Frecc. in lib. 1. de subfeu. in tit. de antiquo statu Regni, nu. 2. fol. 56.* & licet iustum non sit legẽ, vel statuto aliquem ob alterius culpam puniri, secundum *Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 8.* attamen in hoc casu voluntaria pœna fuit, quamuis non sit omnino verum, quem non posse pro alterius culpa puniri, videmus enim in dies contra parentes, & affines bannitorum exfractum fieri, ex notatis supra *vers. 2. obseruat. 2. nu. 62.* & audiui à veridicis viris per immortalem memoriam Summi Pontif. Sixti V. fuisse emanatã constitutionẽ in Prouincia Marchiæ circa annum 1586. vt delinquentium, & bannitorũ intimiores personæ plecterẽtur pro delictis committendis per dictos bannitos, qui capi nõ poterant, &

cum

cum hac prouiſione infra breuiſſimum tempus omnes banniti fuerunt extincti.

50 Sed aliter fecit Fabius Cenſor, qui filium occidi iuſſit, ex quo nocte tempore furta commiſerat, non obſtante quod lex delinquentes in illam ad pœnam minorem damnabat, *Titus liuius in ſupplemento deca. 2. fol. mihi 206. in fine, & alter.* & Herodes tres necauit filios in morte Innocentium, vnde refert *Macrob. in lib. 2.* Octauianum Cæſarem dixiſſe, melius fore eſſe ſuem, quam filius Herodis, & Soliman Ottomanus eius filio Muſtafa caput obtruncare fecit in medio campi, ex ſuſpitione, quia eius exercitus cum magna acclamatione eum acceperat, *Bolin. in meth. cap. 6. §. Regia poteſtas,* hinc *Seneca in lib. 6. de beneficijs, cap. 4.* dixit, tam duri quidem, & tam ſceleſti Patres ſunt, vt illos auerſari, & eiurare ius, faſq; eſt. Legimus de Liſimaco, qui filium veleno occidit, & de Macheo Generali Cartaginenſium, qui filium pro leui cauſa crucifixit, *Iuſtin. in lib. 17. & 18.* Carolus Magnus pro prima vice filio Pipino pepercit ob conſpirationē in ipſum, ſed in ſecunda intus Monaſterium detruſit, & Philippus II. Carolum eius filiū ex cauſis mori fecit, *Petrus Matthei in biſtorijs Franciæ, lib. 1. narrat. 4. fol. 54.* & de Traceoſi milite legitur, ſex filios orbaſſe, ex quo in Xerxes militauerunt, vt refert *Hero. lib. 8.* & meritò concludunt DD. iuſtum non eſſe legem fieri, de tradenda omnimoda poteſtate patribus ſupra filios, vt fundat *Gubernator Chriſtianus in lib. 1. cap. 12.* quo loci etiam refert quamplurimas matres filios, filiaſue neceſſe, fol. 67. alia vide ſupra in *verſ. 1. obſerua. 3. nu. 5. & ſeq.*

Et ad noſtrā materiā redeundo, dicimus, quod

51 Calabriæ Ciuitas Rhegij fuit ex primis chriſtiana in Europa, nā Diuus Paulus in ea prius prędicauit, & miracula, & chriſtianos fecit, eiuſq; diſcipulū Stephanum in Archiepiſcopū inſtituit, vt in nauigatione Diui Pauli in *actibus Apoſtolorum 28.* & poſtea Puteolim, & inde Romam petijt, *vt ibidem.* Dionyſq; Petrus in partes Tarenti, quæ etiā ex Calabria tunc erant de naui exijt, & inde Neapolim venit, & poſtea in Romam Mundi caput ſe contulit.

52 Floruit etiā Prouincia illa pręſertim infraſcriptis Pontificibus maximis, vt per *Eminentiſſ. Card. Baronium, ſecundum tempora ipſorum*; & alios Scribentes in vita Summorum Pontificum, & *Mazzella in deſcrip. Regni Neap. pag. 395.*

Sanctus Teleſphorus primus ortus in Turia iam diruta, & hodie Terranoua, quaſi Turum nouum dicta prope Caſſanum, qui Pontificatum annis 11. menſibus octo, & diebus 27. tenuit ab anno Incarnationis Dñi 142. iſte enim Summos Pontifex poſt ieiunium

53 inſtitutum in Quadrageſima, & celebrationem miſſæ in nocte Natalis Domini Noſtri, martyrio fuit coronatos, teſte *Cardinale Baronio in annal. tom. 2. fol. 121. & Cardinale Bellarmino in 1. tomo diſputationum, ſub tit. de Roman. Pontif. lib. 4. cap. 8. fol. 810.*

Inde vero Diuus Gregorius Papa (hoc nomine primus) quadrageſimali ieiunio primos quatuor dies addidit videlicet 4. 5. 6. feriam, & ſabatum, vt habetur in *cap. quadrageſimā, de conſecrat. diſt. 5.* & in vita eiuſdē Diui Gregorij magni eſt videre, alia quidem geſta huius Pontificis ponit *Tarcagnota par. 2. lib. 4. fol. 102.* & de ieiunio, & quadrageſima habes per *Couarru. variar. reſolut. lib. 5. cap. 20.*

Sanctus Anterus Primus in anno 236. Petiliæ iam dirutæ propè caput columnarum, regnauit annis 11. & diebus 14. ſed ſecundū

54 *Tarcagnotam par. 2. lib. 4. fol. 146.* variè ponitur tempus eius vitæ: Iſta enim Petilia ab Annibale Cartaginenſe deuaſtata fuit, vt teſtatur *D. Freccia in lib. 1. de ſubfeudis, fol. 95. col. 2.* affirmans, quod erat vbi hodie Strongiolum dicitur: facit enim de ea mentionem *Virgilius in 3. Æneidos,* ibi,

Hic illa Ducis Melibei
Parua Philoctete ſubnixa Petilia muro.

Sanctus Dionyſius primus ortus in dicta Ciuitate Turiæ creatus Pōtifex in anno 261. regnauit annis 12. ſecundum *Bellarminium Eminentiſſimum Cardinalem in loco citato.*

Sanctus Zoſimus primus fuit in anno 417. ortus Reti iam deſtructa, & regnauit annis 3. menſibus 4. & diebus 7.

Sanctus Agathus primus fuit ortus in Aquilano, & creatus Pontifex in anno 679. regnauit annis 2. menſibus 6. & diebus 4.

Ioannes Septimus ortus in Ciuitate Ruſſani, creatus Pontifex in anno 705. regnauit annis 2. menſibus 7. & diebus 17. de Pontifice iſto multa geſta refert *Tarcagnota par. 2. lib 8. fol. 315.*

Sanctus Zaccharia Primus ortus in Siberina Ciuitate creatus Pontifex in anno 742. regnauit annis 10. menſibus 3. & diebus 9.

Ioannes XVII. alias XVIII. ortus in Ciuitate Cariati creatus Pontifex in anno 1000. regnauit menſibus 9. & diebus 26.

Et tandem Anthores Cronicæ Calabriæ relati in *Regno Neapolis fol. 253.* referunt ex Ciuitate Rhegij fuiſſe S. Agathonem, S. Leonem II. & Stephanum III. ſummos Pontifices, & ita tenet *Maraſiotus in cronica Calabriæ, lib. 4. fol. 307. ater.*

Et ca-

Ex eadẽ Prouincia (Ennij Patria, testibus
*Petrarcha de remed. vtriusque fortunæ, lib.
2. dial. 125. fol. mihi 703. & Ioan.* Rausio
in Theatro viros Illustres, ubi, *Ennium Ca-
labrũ tumulauit Roma.*) Cardinales amplis-
simi nõ defuere in diuersis temporibus quos
enumerare superuacuum esset, & postremi
fuerunt Eminentissimi Cardinales Parisius
Ciuitatis Cosentiæ, Gulielmus Sirletus de
Pago Guadauallis Ciuitatis Styli, de quo
testatur *Eminentiss. Cardinalis Baronius in
annal. tom.* 11. *fol* 446. *lit. B.* fuit enim iste
summa pietate, & misericordia plenus, & in
erogatione eleemosynarũ nemini secundus.
& *Cæsar à Costa in lib. 1. variar. ambiguit.
cap. 1. in fine*, illum vocat virum omni do-
ctrinarum laude præstantem. Erat enim
Cardinalis, & Episcopus Squillacẽsis, & post
eum tres ibi eius nepotes fuerunt Episcopi
successores, Marcellus, Thomas, & Fabritius
Sirleti, qui hodie viuit literis, & misericor-
dia imbutus. & tandem fuit Cardinalis de
Lauro (dictus de Mondoui, cuius fuerat Epi-
scopus) de Ciuitate Tropeę, eiusdem virtu-
tis, & bonitatis, qui floruere in eorum tem-
pestate tanquam amplissimi, & virtutum
fontes, & Papabiles.

In armis Calabri semper fuerunt formi-
dabiles, & in ferendis iniurijs impatientissi-
mi, *Marafiot. in cronica Calabr. lib. 1. cap. 8.*
maximi etiam fuerunt Heroes, quos recen-
sere superfluum videtur: sed tantum dicam,
56 ꝙ ex dicta Ciuitate Turia Imperator Ocla-
uianus Augustus originẽ traxit, vt post *Tra-
gum in lib. 20. & Marafiotum in cronica
Calabriæ, cap. 7. lib. 4.* & sequitur *Mazzella
in descriptione Regni Neap. fol.* 162. Impe-
57 rator iste Nolæ obijt post 15. annum Nati-
uitatis Domini, *Tarcagnota part. 2. lib. 1. fol.*
8. vbi eius gesta mirabilia refert, & asserit,
composuisse aliquas prosas, & versus, & pri-
mus fuit, qui Christum, & eius gloriosam
Matrem in die Natiuitatis adorauit, quoniã
dum Romani ipsum adorare vellent, ipse Sy-
billam Tiburtinam interrogauit, an quis eo
maior nasceretur, & Sybilla in circulo Solis
ipsum aspicere fecit, in quo vidit mulierem
cum infante in brachijs, & fuit Virgo glorio-
sa cum Christo, Octauianus autem adorauit,
& incensum dedit, & ex tunc eius Palatium
in aram Domini constituit, & est Monaste-
rium Arę Cœli in Vrbe Romæ, vt per *Donnũ
Paulum Galterium in opere de Sanctis Ca-
labriæ, cap. 7.* & ante eum dixit *D. Valenzue-
la Valasquez in tract. defensio iustitia moni-
tory Pauli V. contra Venetos. in par. 4. num.*
151. & allegat *Diuum Antoninum 1. part.
histor. cap. 6. tit. 4. §. 10. in princ. Paul. Oros.
lib. 6. histor. aduersus pagan. cap. 22. Io. Ignen.
in l. necessarios, §. non alias, nu. 817. & seq.
ff. ad S.C. Syllan.* & alios, imo idem *Valenz.
ibidem, nu.* 152. (tanquã vir doctus, & pius,
vt appellatur à *Diana resolut. moral tract. 2.
resolut. 17. fol. 31*) ait, eundem Octauianum
Augustum Christi vices gessisse in tempora-
libus, licet ipse id non intelligeret. Nec prę-
tereã Aurelium Cassiodorum Calabrum,
qui Regis Ostrogadorũ Secretarius existens,
Calabriæ Vicerex fuit creatus, & inde Sici-
liæ, ac Romæ Præfectus Prætorio, eni omnia
Romani, & Constantinopolitani Imperij in
bello, & pace rexit, teste *Licentiato Velmu-
rez in suo Secretario, discurso 2. fol. 9.* fuit .n.
Cassiodorus de Ciuitate Squillacij, teste *Ma-
rafioto in cronica Calabriæ, lib. 4. circa finẽ,
fol.* 305. nec etiam Rogerium de Loria stre-
nuum, & prudentissimum militem, Ducemq;
naualium exercituum, qui ob eius supremũ
valorem plura castra, & priuilegia obtinuit à
58 Papa Bonifacio VIII. à Carolo II. & à Rege
Roberto, vt per *Consiliarium Io. Andream
Georgium Calabrum doctissimum, ac feudo-
rum interpretem acutissimum, in repetitio-
nibus feudalibus, cap. 55. nu. 48. fol.* 410. post
*Lucam de Penna in l pradia, C. de locat. præ-
diorum ciuilium, lib. 11. & Freccian in lib.
1. de subfeud. sub tit. de officio magni Admi-
rati, nu.* 1. & post *Buccaccium ibi allegatum*,
59 vbi quod fuit Admiratus maris, & *Lucas* ibi
testatur, quod in priuileg js concessionum
de Terris dicto Rogerio factarum, omne ius
alteri competens super eis tollebatur, stante
strenuitate prædictæ magni Militis, & noui
Martis; & multas de isto eximio viro scribit
*Ioannes Antonius Summonte in 2. par. histo-
ria Neapolis, in vita Caroli I.* referens mul-
tas victorias per eum habitas, & quod carce-
rauit filium prædicti Regis Caroli I. & in hac
Ciuitate Neapolis fuit acclamatum *viua
Roguero dell'Oria*, dum cũ classe nauali per-
transiebat, & *Tarcagnota in lib. 15. fol. 574.
par. 2.* laude enim prouocantur boni ad me-
liora, & mali ad peiora, *D. Thom. 2. 2. quæst.
91. art. 7. in 3.*

60 Ad Prouinciã ipsam quando M.C.V. Re-
gnum circuebat, non accedebat, prout ac-
cedere solebat ad alias Prouincias Regni,
sicuti perpenditur in *cap. Regni. Insuper ad
fidelium*; vbi non est descripta Prouincia
Calabrię, sicuti cęteræ Prouinciæ describun-
tur. Ex his enim, & alijs multis Cosentię Ci-
uitas ius fouere prætendit in differentia, quã
61 habet cum Ciuitate Capuę circa vocis prę-
cedentiam, de qua mentionem facit *Freccia
in lib. 1. de subfeud. in quæst. de parlamento
generali, nu. 15. fol. 18.*

Etenim

Etenim ſi antiquitatẽ Regionis conſide-
ramus,vt in ſimilibus cauſis cõſiderari ſolet,
argumento *§ 1. in authent. de Eccleſiaſticis*
62 *titulis.* Ciuitatis Capuæ Regio habitata, &
ædificata fuit longè poſt, quam Calabria:
ſiquidem Capua à Capio Æneæ ſocio fuit
condita,ſecundũ aliquos.vel à Remo Æneæ
filio, vt alij volunt: licet *Plutarchus in vita*
Annibalis, col.9. à campeſtri agro appellatã
affirmat, eamque florentiſſimam omnium
Ciuitatum Italiæ poſt Romam dicat,ſed non
per hoc alijs præferenda erit, nec aſſertio
prædicta alijs præiudicare poteſt: Ex Cala-
bria, ſeù magna Græcia exijt Aiax cum
63 ducentum Nauibus: (cuius filius nomine
Theuchus fuit primus,qui Regno Galęciæ in
Hiſpania originẽ dedit,& ſic à Gręcis origi-
nem habent,vt poſt multos Authores cõpro-
bat *Balboa Hiſpanus in ſua Monarch. Regũ*
fol. 77. in fine.) & Agamenon, (qui electione
creatus Rex erat in Apulia, vt per eundem
Frece. in loco citato, nu. 2. circa medium,
fol.57.) qui Duces militauerunt contra Tro-
iam, iam deuictam, in anno 4033. creatio-
nis mundi,& ante Aduentum Domini noſtri
1166. & ante ædificationẽ Romæ 430.Græ-
ci enim in illo tempore cęperunt enumera-
re anno primo captiuitatis Troyæ, vt poſt
ſupplementum hiſtor. lib. 3. fol. 61. & ſequ.
teſtatur accuratè *D. Balboa in ſua Monar-*
chia Regum,quæſt. 2. nu.84. fol.193. ex Tro-
ya autem Æneas aufugit,ergò Capuę Regio
fuit habitata longè poſt Calabriam. Quini-
mo ab hominibus victis à Græcis habitato-
ribus Calabriæ, originem trahit.

Coſentiæq; Ciuitas ab Auſonijs fuit ædi-
ficata, teſte *Mariſioto in cronica Calabria,*
lib.4. cap. 15. extititq; Lucanorum Colonia,
(dicebatur enim Colonia, quia dum ciues
excreſcebant, mittebantur aliqui in aliquã
partem,quæ poſtea vocabatur Colonia,*gloſ.*
in l.1. C.de decurion. lib. 10) & olim Metro-
polis Bretiorum (ſic dicti à Bretio filio Her-
culis, teſte *Frece. in lib. 3. de ſubfeud. in*
3. formula inueſt.nu.25.fol.416.) ergo anti-
quior Ciuitas eſt Coſentia, quæ etiam Bre-
tiorum Metropolis vocatur à Pomponio,
Plinio, & ab alijs, teſte *Freccia in lib. 1. de*
ſubfeud. in tit. de Ciuitatibus Regni, nu. 55.
fol.94. & merito tanquam antiquior in Par-
lamento præferenda, *l. ſemper, de iure im-*
munit. Frece. in lib. 3. de ſubfeud. in fin. quæſt.
nu.59. fol.471.

Siq; de multitudine gentium quæris, Co-
ſentiæ Ciuitas cum ſuis 80. Caſalibus,à qui-
64 bus circundatur, cum priuilegio, quod ab
ea ſęparari non poſſint, vt per *Io. Andream*
Georgium in alleg.15. in princ. pluſquam
40.mil.homines ad militiam aptos reperies,
ſed Capuæ Ciuitas cum ſuis Caſalibus,non
eſt niſi focularioruim 5795. ergo.

Si nobilitatẽ ambarum Ciuitatum per-
quires, licet difficile videatur perpendere
maioritatem,Coſentia Ciuitas antiquiorem
prætendit, præſertim quia à Rege manda-
tum eſt à quinq; Iudicibus Hiſpanis cogno-
ſcentibus cauſas Sedilium Neapolis, decidi
65 cauſas prætendentium gaudere nobilitate
in ea, quod non eſt in Capua, ſiquidem S.C.
eſt Iudex competẽs in cauſis nobilitatis ip-
ſius, ſicuti & in cęteris Regni Ciuitatibus.

Capua de tempore in tempus ſub Princi-
pibus fuit, & ex quo nota ſunt, illa referre
eſt ſuperfluum, dicitur tantum, quod quan-
66 do Magnus Comes Rogerius Miletum, &
Squillacium habitabat, Capuam ſub Princi-
pe exiſtentẽ debellauit, qua capta, inde Ca-
labriam reuerſus eſt. In Mileto enim habi-
67 tabat,& ad eum videndum acceſſerat Vrba-
nus II. anno 1089. teſte *Freccia de ſubfeud.*
lib. 2. ſub tit. de Prouinc. & Ciuit. Regni,
ſub nu.57. fol.95. col.2.

Et ad perpendendum dominium ſub Prin
cipibus in eodem tempore anni 1098. quęſo
ne pigeat infraſcriptum notab. priuilegium
videre, quod licet Cardinalis Baronius, &
alij illud referant, tanquam notabile,& ſcitu
dignum,ac memorandum,& venerandum,
hic etiam inſeritur,& eſt videlicet.

IN nomine Dei æterni, & Saluatoris no-
ſtri Ieſu Chriſti anno ab Incarnatione
eiuſdem 1098. Inditione 7. Glorioſus Rex
Dauid Spiritu ſancto præuentus, narrabo
(inquit) omnia mirabilia tua. Propter quod
68 *Ego Rogerius diuina miſericordia Comes*
Calabriæ, & Siciliæ, notum eſſe volo om-
nibus fidelibus Chriſtianis beneficia, quæ
mihi peccatori conceſſit Deus orationibus
Reuerendi Viri Fratris Brunonis pijſſimi
Patris Fratrum, qui habitant in Eccleſijs
Sanctæ Mariæ de Heremo, & Sancti Pro-
thomartiris Stephani, quæ ſitæ ſunt in Ter-
ra mea inter Oppidum, quod dicitur Stylũ,
& Arenam: Cum eſſem in obſedione Ca-
puæ Kalendis Martij, & præfeciſſem Ser-
gium natione Græcum Principem ſuper du-
centum armigeros nationis ſuæ & exerci-
tus excubiarum magiſtrum, qui ſatanica
perſuaſione præuentus, Principi Capuæ pro-
mittenti auri non modicam quantitatem
ad inuadendum me, meumq; exercitum

noctu

noctu aditum est pollicitus se prabere. Nox proditionis aduenit, & Princeps Capuæ, eiusque exercitus iuxta promissum est paratus ad arma. Dumque me sopori dedisse, interiecto aliquamo noctis spatio, assistit cubiculo meo quidam senex reuerendi vultus vestibus scissis non valens lacrymas cōtinere, cui cum in visu dicerem, quæ causa ploratus, & lacrymarum esset? visus est mihi durius lacrymari, iterato quærēti mihi, quis esset ploratus? sic ait, fleo animas Christianorū, teq; cū illis, sed exurgens quā totius arma sume, si liberare te Deus permiserit, tuorumq; animas pugnatorum, hic per totum videbatur mihi, velut si esset per omnia Venerabilis Pater Bruno. Expergefactus sum cum terrore grandi pro visione pauescens, illico sumpsi arma clamans, & militibus, vt armati Equos ascenderent, visionem si vera esset satagens comprobare, ad quem strepitum, & clangorem fugiens impius Sergius, eiusque sequaces subsequuti sunt Principem Capuæ, sperantem in dictā Ciuitatem confugium habituros. Cæperunt autem milites, inter vulneratos, & sanos, centum sexaginta duos, à quibus, & visionem fore veram probauimus, & rei gestæ sciuimus veritatem. Reuersus sum Deo volente 29. mensis Iulij Squillacium, post habitam Capuæ Ciuitatem, vbi fui per quindenam continuam infirmatus: venit verò ad me iam dictus Venerabilis Pater Bruno cum quatuor de Fratribus suis, qui me Sanctis, deuotisq; colloquijs consolati sunt: cui Reuerendo Viro visionem retuli, et humiles egi gratias, quod de me etiam absente curam in suis orationibus habuisset: qui se humilians asseruit, non ipsum fore, quē credidi: sed Dei Angelū qui stat pro Principibus tempore belli; Rogauiq; quoque ipsum humiliter, vt pro Dei amore in Terra mea Squillacij sumere dignaretur largos redditus, quos donabā, renuens ipse recipere dicebat, quod ad hoc domum sui Patris, meamq; dimiserat, vt à mundi rebus extraneus deseruiret libere Deo suo. Hic fuerat in tota domo mea, quasi primus, & magnus: Tandem vix cum eo impetrare potui, vt gratis acquiesceret sumere modicū manus meum: Donaui autem eidem Patri Brunoni, eiusq; successoribus ad habendum in perpetuum absq; temporali seruitio &c.

Describuntur multa bona, & vasalli donati, & aliqua Casalia, quæ breuitatis causa pretermittuntur, & inde sequitur.

Hoc Priuilegium scriptum est 2. Augusti ab Incarnatione Domini 1098. inditione 7. & confirmante Venerabile, & sanctissimo Patre Ioanne Squillacensis Sedis Episcopo residente ibi iuxta fores Ecclesiæ, & concedente Adelaide coniuge mea, residentibus quoque mecum, et testibus huiusq; donationis Rodulpho Comite de lo Rotello nepote meo, Gulielmo de Altauilla, Odonabono Marchisio, Roberto de Luciaco, Borrello Malgerio filio meo, Maldutia Beringerio, Niello de Ferlit, Riccardo de Treueris, Rodulpho Paineuin, Vberto de Selona, Renaldo de Chinca, Roberto de Cutulo, Ermelfredo Cappellano de Sancto Mattheo, Roberto de Languis, Straticorto Ville, Basilio Protopatario, Theodoro Mancino. Nullus contra hanc voluntariam donationem meam desideratam præsumat in aliquo minimo, vel magno aliquid facere, vel dicere. Siquidem fuerit Rusticus, vel Burgensis Curiam meam, siquidem ipse habuerit habituram credat de rebus mobilibus, & nihilominus ipsis Fratribus decem auri libras persoluat, & eorum Fratrum damna si qua perpassi fuerint, de illorum maleficio bonis reficientur, si accusatus fuerit, & cōuictus: quod si Miles, aut Baro ducentum tum auri libras persoluat successorum meorum Curiæ siuè meæ, quod si in tantum non habuerint eius mobilia omnia mea erunt, & eisdem Fratribus, nisi satisfecerit condignè quinquaginta libras auri persoluat, nec mihi, aut successoribus meis, quæ liberè per me data sunt, liceat in antea aliquid innouari facere, vel contradicere in aliquo paruo, vel magno, quod si Ego, quod absit, aliquando, vel successores mei contrarium fecerimus in aliquo magno, vel paruo, in omnibus supradictis iram sempiterni Dei, & Beatæ Mariæ, & Beati Prothomartiris Stephani incurramus, & idem Pater Io. Episcopus ad petitionem meam contra tales in ma-

in maiori eius Eccleſia omni præſente Populo, & iſtis, qui ſupradicti ſunt teſtibus, anathema grauiſſimum promulgauit, conſeruantibus ante communionem Sanctorũ, & meritum bonum à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chtiſto. Amen, Amen, Amen. Rogerius Comes † Adelays Comitiſſa † Gulielmus de Altauilla † Rodulphus Comes de lo Rotello † Odobonus Marchiſius † Iosbertus de Luciaco † Rodulphus Paineineuin † Niellus de Ferlit † Rogerius filius Comitis Rogerij † Riccardus de Treueris † Ego Fulco Domini Comitis Rogerij Cappellanus de mandato eius hoc Priuilegium ſcripſi, & mè ſubſcripſi.

Finis Priuilegij.

Nota hoc Priuilegium quaſi conſimile videri ſomnio euento Imperatori Conſtantino ſquallore lepræ grauato, quem Sacerdotes Capitolij perſuaſerant, in Capitolio fontẽ Innocentiũ ſanguine calente impleri debere, & ibi mundare; ſed cernens ſerenitas Conſtantini lacrymas matrum eorum, illico exhorruit facinus, eiſque miſertus, cum donis, & vehiculis ad propria relaxauit: Hinc in ſequenti nocte aſtiterunt illi in ſomnio Apoſtoli Petrus, & Paulus dicentes, quoniam flagitijs potuiſti terminum, & effuſionem ſanguinis Innocentis horruiſti, miſſi ſumus à Chriſto Domino Deo noſtro dare tibi ſanitatis recuperandæ conſilium, ergo Silueſtrũ Pontificem Ciuitatis fugientem perſecutiones tuas inuenias, & ſanitatis remedium dabit: quo adimpleto, & à Syluestro pœnitentiæ remedio dato, ſanauit, & ſe baptizauit, & inde donationes amplas Eccleſiæ ſanctæ, & Papæ Syluestro, ac ſucceſſoribus in Papatu fecit, vt per duo Edicta, ſeù Pragmaticas deſcriptas in *compendio Iuris Canonici, par. 1. in fine*, videre poteris.

ET proſequendo materiam inceptam vlterius dicitur, quod quando diuiſio Regni inter Hiſpanos, & Gallos poſt Regem Federicum electum à Regno in anno 1501. fa-
69 cta fuit: & in Hiſpanorũ partem tetigerunt Prouinciæ Calabriæ, Baſilicatæ, & Terræ Hidrunti, reliquę verò Regni partes pro Gallis remanſere: caput illarum Prouinciarum, ſeù Regni (Regnum enim Calabriæ vocat, *Lancellottus Conradus in templo Iudicum, lib. 1. cap. 2. nu. 16. de magnitudine Regũ, fol. 127. ater.* ſubdens, quod Regnum Calabriæ habet Archiepiſcopatos quatuor, ſcilicet Rheginum, Coſentinum, Roſſanum, & ſanctæ Seuerinæ, quibus ſubdunt ſexdecim Epiſcopi) fuit Coſentiæ Ciuitas tanquam Metropolis illius Regni ſedes electa, ſicuti ex alia Regni parte fuit per Gallos Neapolis in Metropolim conſtituta, veluti *Ioannes Baptiſta Cantalicius Epiſcopus Pennæ, & Atri* notat in *lib. 2. de bello magni Capitanei in Italia, fol. 25.* quo in caſu caput dici, probatur in *l. 3. de offic. Aſſeſſorum, & in l. ſi quis duos. 6. §. ſi quis patrem, ff. communia prædiorum, & l. rectè dicimus. 25. §. vlt. ff. de verbor. ſignific.* & habetur in *l. 1. C. de Metropoli Biriito, lib. 11.* vbi quod per erectionem in Metropolim acquiritur dignitas, & nomen matris; & habetur etiam in *§. 1. in auth. de Proconſ. Paleſtinæ*, vbi Metropolis priuilegia enumerantur. Poſſunt enim in eadem Prouincia, vel Regno duas Ciuitates matrices eſſe, *d. l. 1.* & dignitas ſemel acquiſita amplius nõ amittitur, vt in *extrauag. Sedes Apoſtolica, de officio delegati, & in extrauag. 1. & 2. Io. 22. de conceſſ. preben.* Priuilegium quidem durat etiam finita dignitate, *l. vnic. cum gloſ. C. de magiſtr. ſacror. ſcrinior.* & inter plures, qui dignitatẽ acquiſiuere, & inde depoſuerunt, datur prælatio illi, qui primus dignitatem adeptus fuerat, *l. fin. C. de præfect. præt. lib. 12.* & hinc eſt, quod à Rege vocantur Vi-
70 cereges, & Locumtenentes noſtri, qui Calabriæ conſtituti ſunt Gubernatores, vt in *pragmaticis*, & per *Frecc. in lib. 3. de ſubfeu. fol. 431.* & qui ibi reſidet pro pecunijs Regijs, Theſaurarius vocatur, vt per *Auguſtinum Caputum de regimine Republicæ, cap. 7. nu. 55. in fine. fol. 237.* ad quod aduerte, nam per totum Regnũ quatuor adſunt Theſaurarij: cęteri vero Perceptores vocantur. (Isti enim Theſaurarij non veniunt appellatione Officialium, *Maſtrill. de indult. gener. cap. 40. Camill. de Medic. conſ. 150.* & vide ſupra *verſic. 3. obſeruat. 3. in Tribunali Theſaurarij.* qui pro faciliori exactione tributorum fuerunt conſtituti, vt refert *Pontanus in lib. 5. de bello Neapolitano, fol. 581.* & eſt ex diſpoſitione *l. 1. C. de Metropol. Biriito lib. 10. & in §. illud. in auth. vt Iudic. ſine quoquo ſuffragio, & ex diſpoſitione patris familias, l. quod in rerum, §. ſi quis poſt, ff. de legat. 1.*)

Et tandem, ſemper quod Reges in hoc Regno reſiderunt eorum primogeniti Calabriæ Duces habuerunt ſedem in Ciuitate Coſentiæ, *Auguſtinus Caputus in rubr. de regim. Reipubl. nu. 24. fol. 12.* ex cuius Prouinciæ ciuibus eorum Curias, & officia implebant, regebantur enim vti Regni Locumtenentes, leges condendo, & toto Regno mandando, vt eſt videre in *capit. Regni Ca-*

rali Illustris primogeniti Regis Roberti, & Locumtenentis Patris, & in asportatione hastę Pallij in festiuitate Sanctissimi Corpo-
71 ris Christi Domini nostri, primus locus est Regis, secundus vero est Ducis Calabriæ, vt per *sententiam* Regis *Federici de anno 1499 relata à* Regente *de ponte in decis.*18.*circa princ.*

72 Quinimo in *constit.*Regni. *In locis demanij*, præfertur Ciuitas Salerni, Ciuitati Capuæ; & verum esse affirmat ibi *Afflict. nu.*3. quando Salernum est de demanio. Capua enim aliquando sub iurisdictione Baronum fuit etiam in modernis temporibus, quæ non repeto: sed in antiquis, ait *Frecc.in lib.*1.*de subfeud.sub titulo de Prouincijs, & Ciuitatibus Regni,nu* 33.*vers.sub dominio,pag.*77. *sub dominio Salernitani Principis, in qua nemo recipi poterunt Beneuentanenlis Prouincia, Guaimarius Princeps donauit hanc Ciuitatem Landulpho Comiti Capuæ exuli cum omnibus regalibus vna cum Ciuitate Marsiei, & Terra Lauri, &c.* & paulo infra, post Erempertum, habetur ita, *de Principatu Salernitano, dono dedit Guaimarius Landulpho Capua Comiti cum omnibus regalibus exuli Salerni benignissime recepto cum spolijs, à quo dolo captus Principatu destitutus est*. Imo quā Comitatus Capuæ sub dominio Romæ erat, fuit venditus, vt infra hic *nu.*81.

Sed Ciuitas Cosentiæ, sicuti etiam Rhegium in Calabria vllo vnquam tempore alicuius iurisdictioni subceunt, *Frecc. in lib.*1. *de subfeu.in tit.de antiquo statu Regni, n.*11. *fol.* 57. sique Legatur de Comite Cosentiæ in aliquibus locis, intellige de Boemundo Guiscardi Normandi filio, qui cum Rogerio fratre dissentiens à Rogerio Comite communi patruo frrunt concordati, & Cosentiā à Rogerio deficientem coegit, teste *Frecc. in lib.*1.*de subfeud. tit.de Prouinc. & Ciuit. Regni, fol.*94.*nu.*55.*ver.cum in Boemundi*, & sic Boemundus prædictus Comes Cosentiæ, non Baro, sed vt Rex erat considerandus.

Ergo si primus est Ducatus Calabriæ, cuius Prouinciæ Metropolis fuit, & est Cosentia, quid amplius quærendum est de prælatione vocis cum alijs? dum ipsa est prima sedes Ducis Calabrię primogeniti Regis nostri, quam dignitatem semel acquisitam, &
73 collatam, semper remanere indubitati Iuris est, *Andr. in cap.*1. *de controuersia feudi apud pares terminanda, & Afflict.in cap.*1. *nu.*109. *quæ sint regalia, & d.l.*1. C. *de metrop.Birito. lib.*11.& per alia vt supra *nu.*69.

Attenditur enim antiquitas rei, cui est dignitas affixa, potius quam persona acquirēs, vel tempus acquisitionis, vt post *Boss.* tenet *Io.Franciscus de Ponte in cons.*7.*nu.*28.*vol.* 2. vbi quod & si Dux Sabaudiæ fuerit prius creatus Dux, quam Dux Mediolani, tamen Dux Mediolani eum præcedit: ex quo Prouincia Mediolani prius erat in Ducatum electa, & ita consuluit *Natta in cons.*138.*nu.* 30. vt præcedat Dux Ferrariæ Ducem Florentiæ, & ad similitudinem est, vt regula S. Benedicti præcedat Canonicos Regulares, ex quo fuit approbata ante regulam S. Augustini, *Felyn. in d.rub.de maiorit.& obedient. & Abb. in cap.nimis praua. de excess.prælat.* & hæc pro nunc circa hanc materiam occurrunt saluis alijs considerandis, quādo facta causæ huiusmodi discutienda venirent.

Tertius subsequens Titulus est Marchio-
73 nis, Marchio enim dicitur ille, qui de Marchionatu est inuestitus, *cap.*1. *quis dicatur Dux*. fuitq; à principio titulus gubernij, & post aduentum Caroli Magni in Italiā, tam iste titulus, quam ille Comitis insurrexere, vt per *Alexandrum Tassonē in lib.* 9. *cap.*16. *delli suoi pensieri*.

74 Marchia dicitur, quasi extra mare posita, *Afflict.in §.præterea Ducatus, nu.*5. *circa medium, de probib. feud. alienat.per Freder. Mastrill. de magistrat. lib.*4. *cap.*6. *nu.*1. *& seq.* vbi quod non in tam magno numero reperiuntur Marchiones, sicuti Comites, & Barones, sed in hac nostra tempestate Marchionum, & aliorum titulatorum numerus adeo auxit, vt vix perpēdi possit quis sit maior numerus inter eos, sed vide infra hic *num.*105.

75 Marchio præcedit Comitem in hoc Regno, sed atte[n]denda est consuetudo locorū circa hoc, vt aduertit *Hostiens. in summa de pœnit & remiss.§.quibus, vers.cui Marchio, Frecc. in lib.* 2. *de subfeud. in tit. de officio magn. Cancellar. nu.*2. *fol. mihi* 50. *& in tit. quis dicatur Marchio, num.*2.*fol.*118. videmus enim in titulis Regis nostri, prius Comitis, & deinde Marchionis titulum inscribi, antiquior enim est Comes in Hispania, quā alij, *Bouadill in politica, tom.*1.*lib.*2.*cap.*16. *nu.*28.*fol.*606. sed Marchio, qui etiam habet
76 titulum Comitis, potest dici Excellentissimus, *Menoch. in cons.*302.*num.*44. ex quo
77 dupplicata dignitas plus tribuit, quam vna sola, *Ias. in l. reconiunctis nu.*18.*ff. de leg.*1. Marchionatus in lingua Lombarda perpetuum magistratum significat: in lingua Italica Præsidens dicitur: in Gallica autem significat Portum Prouinciā Marcam, & hoc nomen est Germanicum, & in Germania Principes vocantur docti Marchiones, idest Præsidentes in Marchijs, idest in Prouincijs, & etiam in lingua Gallica Magistri Equitum vocan-

vocantur Marchiones, vt poſt *Andr. Alciat. in libello edito ad Regem Franciæ*, declarat
Frecc. in lib. 1. in tit. de antiquo ſtatu Regni, nu. 18. fol. 61. ſed *Lancellottus Conradus in templo Iudicum, lib. 1. §. 3. cap. 5. fol. 130.*
latius explicat.

Olim perſonæ illuſtres, vti Marchiones, &
alij nō poterant citari pro delictis abſq; Pro-
78 regis licentia, qui audita relatione M.C.V.
diſpenſabat, vt per *D. Frecc. in lib. 2. de ſub-
feud. in tit. quis dicatur Marchio, nu. 9. fol.*
121. & ſic refert fuiſſe ſeruatum circa an-
num 1545. ſed contrarius vſus ſuperuenit, vt
ibidem, nam de facto etiam carcerantur in
79 M. C. V. quæ habet iuriſdictionem contra
ipſos, vt præcepit Imperator Fredericus in
conſtit. Regni. Nomen, & normam, quæ eſt
ſecundum terminos *l. nam & poſteriores, ff.
de legib.* & licentia Proregis requiritur tan-
80 tum in citandis Officialibus Regijs à Pro-
rege per Regnum conſtitutis in Terris de-
manialibus, & ita ſeruatur hodie.

Quartus, & Vltimus titulus eſt Comitis,
& dicitur, quia Alemaniæ Principes iuuenes
robuſtiores in Comites, ideſt ſocios eligebantur, & inde poſt Caroli magni aduentum
in Italiam, titulus iſte cum illo Marchionis
prius in gubernium, & inde in dignitatem
tranſiuere, ſicuti conſiderat *Alexander Taſſonus in lib. 9. cap. 16. in tomo titulato Penſieri del Taſſone*, tu autem lege *Titumliuiū lib. 8. deca. 3. fol. 334. lit. C.* vbi videbis, quod
Romani ob pecuniæ penuriā Comitatū Capuæ vendiderunt: ergo antiquiſſimo tempore titulus iſte fuit, & primus omnium in Hiſpania, *Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 16. nu. 27. & 28. fol. 606.* Hodie autem in Re-
81 gno hoc Comes intelligitur quando de Co-
mitatu inueſtitus eſt, *c. 1. quis dicatur Dux, & in conſtit. Regni. Vniuerſis, & ſingulis*,
vbi de titulo Comitis, & de Baronibus men-
82 tio habetur, & non de alijs Titulatis, ſicuti
etiā fit in *l. 1. & 2. C. de offic. Præfecti Orientis, & de officio Comitis rerum priuatarum, & in alijs locis.* verū eſt tamen, quod *conſtit. Regni. Scire volumus*, edita per Rogerium I.
de Principibus, & Baronibus mentionē facit.

De hoc titulo Comitis multa dixerunt
Frecc. in lib. 2. de ſubfeud. in tit. quis dicatur Comes, fol. 101. & in lib. 1. de ſubfeud. in tit. de antiquo ſtatu Regni, nu. 59. fol. 69.
quem ſequitur *Decian. in conſ. 84. num. 9. & 10. vol. 5.* vbi quod Comes præfertur Equiti,
& facit *l. 1. C. de equeſtri dignit. lib. 12.* nomen autem hoc Equitis, eſt modernum, *vt ibidem*, & *Maſtrill. de magiſtrat. lib. 4. cap. 7. & Bouadill. in politica, tom. 1. lib. 2. cap. 16.*
83 *num. 35. fol. 610.* vbi quod Comites alij ſuij
vocantur, qui per viginti annos in publicis
ſtudijs legerunt, & practicarunt, vt dicantur
Comites, *vt ibidem*, & per *Vinc. de Franch. in deciſ. 115.* & facit *l. 1. cum ibi not. C. de profeſſ. in Vrbe Conſtantinopolitana, lib. 12. & Bart. in l. Alexandria, C. de decurionib. lib. 10.*

84 Comites, & alij titulati, qui verè Capi-
tanei appellantur, poſtquam inueſtiti ſunt
de feudis, vel titulis, ad libitum ſine culpa
deueſtiri non debent, *cap. 1. de natura feud.*
ex quo voluntarium ab initio ex poſt factum
fit neceſſarium, *l. ſicut. ff. de action. & oblig.*
& licet antiquitas in maioribus Capitaneis
hoc obſeruabat, & non in minoribus: mo-
derni non ita ſubtiliter cernentes, idem ob-
ſeruari in minoribus Capitaneis, ſeù Valua-
ſoribus voluerūt, *d. c. 1. de natur. feud. in fin.*
& iſti hodie dicūtur feudatarij, vt per *Andr. in 1. rubr. feud. ex l. labeo. ff. de ſupellectili legata.* idque ſeruatur in Officialibus à Rege
ad beneplacitum creatis, nam ſine culpa
priuari non poſſunt, vt fundauimus ſupra
verſ. 3. obſeru. 3. nu. 96. & ſeqq.

85 Diximus ſine culpa, quia cum culpa pri-
uari poſſunt, ſed eſt verum, quod talis culpa
probata eſſe debet cum quinque teſtibus,
cap. 1. quod teſtes ſunt neceſſarij ad probandū feudatarij ingratitudinem. in vſibus feudorum, & ante hanc probationem, poſſeſſio feu-
di ab eis non poteſt auferri, quoniam ante
debet ſententiari, & conuinci, *Andr. in d. cap. 1. de natura feudi. nu. 1. in fin. & in*
86 *§. ſancimus. quo tempore miles.* Immo talis
ſententia cū interuentu Parium Curiæ pro-
ferri debet, vt ſecundum *conſtit. Regni. Vt vniuerſis, & ſingulis.* qua cautum eſt, Comi-
tes, Barones, ac viros militares cum iudicio
parium condemnandos fore, ſicuti & in in-
ueſtituris faciendis pares etiam interueniūt,
cap. 1. de notis feudorū. & intellige illos eſſe
Pares, qui habent paria feuda, *Frecc. in lib. 3. de ſubfeud. in tit. differentiæ inter feuda regalia. nu. 12. fol. 428.*

Licet *D. Tapia in deciſ. 24. num. 8.* aſſerat,
87 quod Pares receſſerunt ab Aula, quod etiam
affirmat *Andr. in §. ille tamen. nu. 7. de controuerſ. feudi apud pares term.* ſed cum limi-
tatione vnius caſus, puta quādo vaſallus cul-
pam commiſerit, per quam feudum perde-
ret. Tu autē cum diſtinctione intelligas con-
cluſionem hanc: nam ſi inter vaſallum, &
Dominū lis oriatur; per pares Curiæ à Do-
mino ſub fidelitatis debito coniuratos ter-
minatur, *l. Imperialem. §. fin. de prohib. feud. alien. per Fredericum.* Sed quando cauſa
coram Imperatore reperiretur, coram eo
videnda eſſet: quia eſt Dominus, & Pares

Curiæ non interueniunt, nisi quando causa coram Paribus, vel inter Pares foret, *Andr. in cap. 1. apud quos, vel quem controuersia feudi terminetur.* & sic expressè determina-
88 tur in *d. cap. 1.* obseruatumq; fuit in causa Plumbini coram diuo Imperatore de anno 1626. nam dum Principissa Plumbini petijsset causam determinari coram Paribus; indignatus Imperator Ferdinandus declarauit eam indignam successione, licet postea ad intercessionem pijssimi Philippi Regis nostri, fuit ab Imperatore reintegrata ad agendum: & circa hanc materiam Parium, vide etiam *cap. primum. de lege Corradi*, & quæ dixi supra in *vers. 3. obser. 4. nu. 47.*

Sed in causa contra quendam Titulatum tēpore inuasionis Gallorum de anno 1528. qui ausu temerario, & fidelitatem Regis nostri deuiando, prædictis hostibus adhærendo, & pro eis arma sumendo, vti Rebellis, & inimicus Regis nostri captus, tam detestabile crimen confessus, ad relationem Commissarij delegati per Collaterale Consilium, assi-
89 stentibus ibidem Marchione vno, & Comite vno, pro paribus, ac visis eorum votis, fuit declaratum: Inquisitum prædictum in pœnas *constitutionum, ac ce. Regni* iuribus contentas incidisse, eumque condemnando ad pœnam mortis naturalis, cum amputatione capitis, & cum priuatione omnium bonorum allodialium, & feudalium, ac iurium vbicumque sitorum, & positorum, & signanter eius Ducatus declarando eius Terras, & Castra fuisse, & esse apertas Regiæ Curiæ, quo ad plenum dominium, & possessionem, eas Regio Fisco incorporando, vt ex *sententia de anno 1529.* & nomen taceo. Pessima est proditoris vita, sed eius cadaueris bonus est odor. Vbi enim de Regis, aut Reipubl. salute agitur, omnis gentilitij generis, ac amicitiæ respectus abesse debet.

90 Similiterq; Pares Franciæ condemnantur cum interuentu aliorum Parium, quod procedit, etiam si mulieres, quæ succedunt in feudis, essent Pares: hinc Matilde Comitissa Arthois Paris Franciæ fuit vocata, & votum dedit in iudicio facto contra Comitem Arthuis, & Ducissa Orleans vocata ad iudiciū contra Ioannem de Mosfort Ducem Bertaniæ se excusauit, *Petrus Matthei in histor. Franciæ, narrat. 4. fol. 483.* fœmina enim potest iudicare, vt notat *Paris de syndicatu, tit. de offic. syndicat. vers. dicitur, num. 6. & 7.* vbi quod Sibilla iudicauit Romæ, & ideo solet practicari, vt ipsi Pares citentur ad in-
91 teruenieudum: sique non veniunt, proceditur ad sententiam; vt obseruatum fuit in sententia condemnationis ad mortem contra *Ducem Bironi de anno 1602.* cui permissum fuit de suis bonis distributionē facere, vt refert *Petrus Matthei in historijs Galliæ, lib. 5. narrat. 4.*

Et sic etiam fuit obseruatū de anno 1601 in condemnationem ad mortem cōtra Co-
92 mitem Essex Anglum, in cuius causa interuenerunt magnus Thesaurarius, & Siniscalcus Angliæ, (quæ anno 1534. e fide defecit ob repudiationem factam ab Henrico VIII. de Catherina vxore amore Annæ Bolenæ, vt post alios nouissimè notat *Illustriss. Episcopus Auersanus in commentarijs de Germania sacra restaurata, p. 12. et 13.*) nouem Comites, vnus Vicecomes, quatuordecim Barones, qui Pares ibi dicuntur, octo Iudices ordinarij, & sex ex Consilio Regiæ, vt per *Petrum Matthei in histor. Franciæ, lib. 4. narrat. 2. fol. mihi 358. in princ.* In istis cum miserabilibus casibus, nullum est maius solatium quam voluntas vltra mortem, idest posse condere testamentum. Hinc ait *Senec. in epist. 78.* quod quemadmodum peracta cena, reliquiæ circumstantibus diuiduntur: sic peracta vita, aliquid porrigitur his, qui totius vitæ ministri fuerunt, & in *epist. 26.* docet, incertū est quo te loco mors expectat: itaq; tu illam omni loco expecta. Possent hæc etiam applicari quo ad infortunia Mariæ Stuardæ Reginæ Scotiæ pulcherrimæ, quæ præcedente voto totius Concilij Anglici, fuit decapitata non sine impietate Reginæ Inglitettæ eius cōsanguineæ, vt latè differit *Petrus Matthei in 2. lib. reuolutionū Franciæ, circa fin.* Attamen quando, & in quibus causis Pares Curiæ interueniunt, & iudicare debeant de iure feudorum, ponit *Serad. de feud. tom. 2. par. 10. sect. 5. & 6. cum ampliationibus, et limitationibus, vt ibid.* cumq; Iudices ordinarij in causis feudorum sunt, coram eis seruato iuris ordine proceditur, reconuentiones fiunt, & recusari Pares possunt, vt notat *Gayll. lib. 1. obser. in obs. 1. in fin.*

Comitatus, aut alterius tituli dignitas dupliciter à Rege consideratur.

93 Primo, quando datur alicui titulus Comitatus, vel ducatus super feudo, dicendo, inuestio te de tali feudo cum titulo Comitatus, & tunc datur titulus personæ, & persona, &
94 non Terra tali titulo decoratur, *cap. 1. de feud. March.* & tanquam dignitas cōcessa in officium, in hæredes non transfertur, ex quo personæ industria electa fuit, *Andr. ibidem, Alex. & Aluarot. in cap. 1. quis dicatur Dux,* vbi etiam & *Andr.*

Secundo modo datur, quando Rex erigit in aliqua Terra dignitatē Comitatus, Marchionatus, vel alterius tituli, ita quod primo digni-

95 dignitas adscribatur loco, & tunc Terra titulo decoratur, vt loquitur *cap primum, quis dicatur Dux*, & facit *l. 1. C. de metrop. Berito, lib. 11.* vbi quod dignitas collata rei, tanquã illi iohęreos semper durat, nec mutatur permutationem personæ, secus autem quando esset personalis, & multa circa hoc dicit *Io. Franc. de Ponte in cons. 7. vol. 2. per totum.*

Circa quę nota Pragmaticam nouem capitum, quæ prohibet Proregibus assentire in alienatione Terræ titulo decoratæ procede-
96 re, quando Terra est erecta in titulum Marchionatus, vel alterius, & non quando persona habet titulum super aliqua Terra, & sic passim seruatur.

Sed Pragmaticam prædictam esse alteratam per *sec. Neapol.* inde concessa, patet ex relatis per *Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. sub tit. de Assensibus Regijs, nu. 15. 16. & seq. fol. 286. & Camill. de Curte in suo diuers. Iuris feudorum, in vers. sed inde fol. 1 t. nu. 20. & seqq.* vbi quod ista quæstio hodie est decisa per ordines Suæ Maiestatis, vt etiam si Terra nõ fuerit titulo decorata, vendi non possit absque assensu Regio.

97 Inter alia priuilegia, quæ habent Comites, est, vt eis credatur cum iuramento suppletorio vsque ad summam vnciarum auri 100. vt in *Regni constitut. Quæstiones Iuris peritorum*. In qua ponuntur summæ iuramenti suppletorij in qualibet persona, licet hodiè parum seruatur, ex quo malitia hominum in dies excrescit.

Et similiter vt contra eos, & eorum filios
98 non admittantur testes descripti, & notati in *constitutione Regni, Prosequentes*, quæ cõstitutio non extenditur ad alios Baronum, secundum *Frecc. de subfeud. lib. 3. different. 21. fol 454.*

Et licet in Regno Marchiones præcedant Comites, attamen in *cap. 1. de probib. feud. alien. per Lotharium*, Comites sunt prius
99 nominati, & ordo literæ decorat, *Lucas de Penna in l. numerarios, C. de apparit. magist. milit. lib. 12. & Afflict. in constit. in locis demanij, num. 3.* & antiquiorés sunt Comites, Ducibus, & Marchionibus, *Mastrill. de magistrat. tom. 2. lib 4. cap. 7. nu. 4.* sed quoniam in Regno nostro e Longobardis dignitas ista processit, noua fuit extimata, *vt ibid nu. 11.* Sed in Gallia Comites præcedunt Marchiones, *Boer. in tract. de ordinan. grad. vtriusque fori. 2. par. principali, nu. 5. & seq. & Lancellot. Conrad. in templo Iudicum, lib. 1. cap. 6. nu. 3. fol. 131.*

100 In Palatio autem Regio Episcopi præcedunt Comites, vt per *D. de Ponte in tract. de potest. Proreg. § 8. nu. 34. de elect. official. fol. 135.* & sic etiam Marchiones, vt per *Marc. Ant. Surg. de Neapol. illustr. cap. fin. nu. 31. fol. 305.* ex quo Marchiones spectabiles dicuntur, Episcopi autẽ Illustres, & alios præcedunt, *vt ibidem*, imo quod Episcopi præcedant Principes, & Duces, tenet *Lancellot. Conrad. in templo Iudicum, lib. 2. §. 1. quæst. 1. fol. 136* & videre poteris ex ordine in *cap. 1. de probib. feud. alien. per Lothar.* ibi, *consilio Archiepiscoporum, Episcoporum, Ducum, Comitum, Marchiorum, Palatinorum, cæterorumq; nobilium, similiter etiam Iudicū*, & vide supra *p. 91. nu. 41.*

Præcedentiæ tamen regula fallit, quando Rex concederet titulum Comitis cum præ-
101 cedentia ad alios titulos, vel crearet Comitem cum conditione, vt priores Comites præcedat, dum .n. addictio huius nouæ qualitatis auget dignitatem, dicitur de nouo creare, *Bald. in cons. 333. vol. 1.* Rex enim de suo Iure ordinario potest nouas creare dignitates, & ex causa posteriorem anteriori præferre, puta quandoque esset persona benemerita, quæ Principi maximis cum laboribus inseruiuisset, vt in *l. vnicuique, C. de proxim. sacror. scrinior. lib. 12.* vbi *Io. de Platea*, & alios allegat *Io. Francis. de Ponte in cons. 7. nu. 4. vol. 2.* aliaq; diximus supra in *vers. 3. obseruat. 3. nu. 111.* Comitis nomen est dignitatis, de quo fit mentio in *l. dum functio, ff. offic. assess.* vnde Collaterales Principis Comites dicuntur, *l. vnic. C. de Prepos. sacr. cubic. lib. 12.*

102 Quo vero ad præcedentias Officialium in Palatio multa ponit *Nicolaus Vigelius in lib. 2. digestorum, cap. 5. fol. 111. & seq.* & vide *Regentem Rouitum in cons. 102. vol. 2.*

Et hæc breuiter obseruasse sufficiat in materia Titulorum prædictorum.



CVmque promisserimus supra in *vers.3. obseruat.4.num.10.* de Regni huius Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, ac Feudatarijs, notitiam tradere, vt harum Obseruationum Iurisdictionalium, ac Politicarum, materia plenius habeatur, & ad eiusdem Regni magnificentiam, & Regis nostri potentiam ostendendam, necnon ad exteros deterrendos, liceat eos adnotare, prout in
104 qualibet ex 12. Pronincijs Regni describuntur, & Regi tenentur, vna cum Terris, vel feudis in eadem Prouincia per eos possessis. necnon & feuda, seù Terræ in feudū per Ecclesias, & Vniuersitates possessa vt infra (quamuis difficile sit omnes ritè describere, iam quod in dies surgunt Tituli, vt alias fuit protestatum) nam quo ad Terras per Ecclesias in burgensaticum possessas, videbis infra hic cum Episcopis. Sunt & aliqua feuda per Regiam Curiam in Baronalibus Terris possessa, in quibus secundum iurisdictionem Baronalem procedendum est, *l. est receptum.14 ff.de iurisdict. omn.iudic.* sunt & quoque in qualibet Prouincia Ciuitates, & Terræ Demaniales, seù Regiæ, de quibus aliquæ in his tempestatibus fuerunt venditæ, & sic etiam Casalia Neapolis, quæ silentio præteriuntur, nam à nostro clementissimo Rege pristina libertas propediem speratur, & ad materiam vide supra *vers.2.obser.2.nu.125.& vers.13.obser.1.p.520.in præs.104.* & vide *cap.Regis Catholici 43.in Priuil.& Capit.Neap.pag.45.* vbi Casalia Neapolis non vendi statuitur.

I.

In Prouincia Terræ Laboris, seù Campaneæ fęlicis.

Illustr. Principes sunt.

CAserta Princeps Andreas Matthæus Aquauiua.
Concha Princeps Iulius Cæsar de Capua, qui etiam Caianellum, & Galluccium, in hac Prouincia possidet.
Ottayani P. Don Ottauianus de Medicis.
Rocca Romana P. Andreas Franciscus de Capua, qui etiam possidet Turrim Franeolesij cum titulo Marchionatus, Petram molariā Basium, & Latinum, habet etiam Auuersam cum titulo Comitatus.
Venafri P. Don Michael Perettus Romanus.
Auella P. Don Carolus de Oria Ianuensis.
Caspoli P. . . . . Capua.

Illustr. Duces.

MOndragonis Dux Donna Anna Carrafa, quæ etiam Theanum, & Calenū, seu Carinolam, & alia possidet in hac Prouincia.
Aluiti, seù Albeti Dux Franciscus Gallius Comensis, qui etiam p. Belmontem, Campolū, Gallinareum, S.Donatum, Septemfratte, Piciniscum, Vicaluum. & alia.
Madaloni Dux Don Marius Carrafa, qui etiam p. Guardiā Sanframundi, S. Laurentium, Limatā, Petraroyā, Cerretum, S.Laurensellū, Ciuitellā, Argentiū cum titulo Marchionatus Passum Cancelli Arpadiam, et alia.
Caiuani Dux Io. Angelus Barrilius Baro S. Archangeli, Spectabilis Regni Secretarius.
Suessa, ac Summa Dux Antonius Fernandez de Cordua Hispanus qui & alia feuda pos.
Thelesij Dux Antonius Ceua Grimaldus Ianuensis, qui etiam Soropacam, Casolam, S. Agathorum p.
Sora Dux Don Gregorius Boncompagnius. qui etiam p. Arcem cum titulo Ducatus, Fontanam, Castelluccilū. Insolam, Broccum, Roccam siccam, Castrocelum, Aquinum Torellē, S.Patrem, Pescum sollara, Arpinum, Sclaui, Casaluerium, & alia.

Illustr. Marchiones.

ALaigniani M. Iulius Cæsar Capycius, qui etiam Drosonum, & alia feuda p.
Cusani M. Donna Maria de Barrionouo.
Crispani M. Sancius de Strada Hispanus.
Lauri M. Don Camillus Pignatellus, qui & Palmam cum Casalibus p.
Petra Vairani M. Franciscus Grimaldus.
Vici de Pātano M. Donna Artemisia Carrafa.
Argentij M. primogenitus Ducum Madaloni.
Arpaia M. . . . . . . Ghiuara.
Casazzij M. . . . . . . Corsus.
Petra Vairane M. . . . . . Grimaldus.

Spect. Comites.

FVndi Comes primogenitus Principis Hostiliani Carafa.
Acerra Comes Don Alphōsus de Cardines Marchio Laini.

Rocca

Rocca Raynola C. Don Franciscus Antonius David Dux Castelluccia.
Carinula C. Princeps Hostiliani Carafa.
Cerriti C. primogenitus Ducis Madaluni Carafa.

Ecclesiæ p. f. in Prouincia ista.

E*Piscopus Calui, Roccbettam prope Calui. Monasterium Montis Oliueti, Casale, & feudum Aprani.*
Manast. S. Mariæ Pedis Gripta feudum Franchi in Capua.
Hospitale sanctissima Annunciata Neapolis Vallem prope Casertam.
Ecclesia maior Ciuitatis Venafri aliqua fiscalia feudalia.
Ecclesia S. Mariæ Annunciata Caieta medietatem Gabella Mola.

Vniuersitates in ead. Prouincia f. possidentes.

C*Apua p. Calui, & Castrũ mare Vulturni. Nola Gabellam eiusdem, & feudum Fungoni.*
Massa Lubrensis ann. duc. 513. 1. 0. feudal.
Laurum officium Magistri Actorum eiusdem. Et alia multa earum Portulanias in feudum possident.
R*Egia, seù demaniales Ciuitates, & Terræ in hac Prouincia sunt.*
Neapolis, Auersa Capua, Caieta, Massa, Nola, Summa, Puteolli, Surrentum, S. Germanus.

Barones eiusdem Prouinciæ vna cum Terris notantur vt infra.

R*occa Gulielma, S. Ioannes in Carico.* } *D. Dux Parma, & Placentia Odoardus Farnesius.*
R*Piscum.*
Procita Insula, D. Marchio Vasti Don Innicus de Aualos de Aquino.
Rocca Piperozzi, Sextum, Lentima } *Ambrosius Spinula Ianuensis.*
Mariglianum, Cæsar Zazzaca.
Trentula, Dux Montis Leonis Donna Hieronyma Pignatella.
Iuglians feudum, Don Ioannes de Aquino Princeps Petra Pulcina.
Rocca Monfina, Riardum, Theanum } *Donna Elena Aldobrandina Dux Mondragonis.*
Morrone, Iulius Cæsar Pisanus.
Calatia, Campagnanum, Aluignanellum, Ducenta cum Portulania } *Berardus Corsus.*

Turriellum, Melizanum, Tractum cum Scapha in Garigliano, vbi de anno 1626. fuit de ordine Proregis Ducis Alua factus Pons, Fratti, Ytrum, Castrum forte, Spignanum, Sperlonga, Suyum, Popena, Castrum nouum, Castrum Honoratum, Monticellum, Ceuola, Campum de mele, Maranola, Feudum Ambrisij, & alia cum ann. duc. 9. 0. super tractis Regni in excambium Comitatus Alti promissi Ill. Prospero Columna eius Auo. } *Donna Isabella Gonzaga Collona de Aragonia, Principissa Hostiliani.*
Carinarum Casale in Auersa, Fabritius Dio te accresca.
Limatola, Io. Antonius Gambacurta.
Strianum, Donna Victoria Caracciola Comitissa Castri.
Pontelatronum, Formicola, Saxa } *Don Fabritius Carrafa Princeps Colubrarij.*
Parete, Don Ioseph Caracciolus.
S. Maria de Oliueto, Capriata, Fossa ceca, Ciurlanum } *Don Georgius de Noya Dux Boyani.*
Marighanella, Fabritius Carrafa.
Mignianum, Io. Hieronymus Capanus.
Gallum, Petrus Lucianus Petrozzus.
Case in pertinentijs Auersa, Eligius Carrafa.
Pratella, Mastrata, Prate } *Ioannes Franciscus Rota.*
Valle prope Schifatum, Don Alphonsus Piccolomini.
Vicum prope Surrentum, D. Hector Rauascherius Princeps Satriani.
Sexula, Fabritius Carrafa.
Gioys cum feudo Sonnolstij, Compostella } *Iulius Baronus.*
Alipharum Ciuitas } *D. Alphons. Gaietan.*
Pedemons prope Aliphum } *Dux Laurensani.*
Marsanum, Marsanellum } *Marcellus Mormilis.*
Viaranum cũ Portulania, Antonius Mormilis.

Pizonum,

Pizunum, *Franciscus Antonius Marchescianus*.
S. Angelus Rauiscanina Io. Baptista Penna.
Castrum nouum) *Montaquila*) *Hector Caracciolus*.
Rocca Rauinula prope Venafrū) *D. Franciscus cum feudo Vallis Procina*) *Caracciolus*.
Prasenjanum, *Ioseph de Balso*.
Tora pro medietate, *Casar Gallucius*, & *pro alijs partibus*, *Hector*, *Io. Baptista*, & *Aloysius Gallucius*.
Rocca de Vandro) *Caminum*) *Octauius Sammarcus*.
Pumiglianum de Arco, *Vespasianus de Balso*.
S. Fœlix, *Franciscus Migliaccius*.
Panebum cum Portulania, *Petrus de Martino*.
Massa superior, *Massa inferior*, *Casale S. Saluatoris*, *Vastrauetum* — *Andriana Monsoria Marchionissa Tresarici*.
Balneolum, *Carolus Caracciolus*.
Caspulum, *Vincentius Gallucius*.
Casale Principis) *Durazzanum*) *Don Antonius Garganus*.
Puponum, *cum feudo arbu*) *D. Aloysius Pa-stulo in habitato in perti-* > *xarau Zunica*, *nentijs Auersa*.) & *Rechiscenz*.
Frassum, *Scipio Gambacorta*.
Castrum S. Vincentij, *Vincentius de Marra*.
Trentola) *Ioannes Baptista Caracciolus de Lortanum*) *Antonio*.
Baianum, *Franciscus Santo Antonio*.
Beglianellum, *Franciscus Paulella*.
Pumiglianum de Atella, *pro vna parte Fuluius Ambrosinus*, & *pro alia Iacobus Barrile*.
Miletum in pertinentijs Neapolis, *D. Ioannes Caracciolus Dux Celentia*.
Grumum Casale, *Io. Antonius Salines*.
Crisignanum Casale, *Don Didacus de Vrso*.
Santantamum, *D. Franciscus Ruffus Dux Bagnaria*.
Tuerola Casale. *Io. Baptista de Franchis*.
Pascarola, *Prosperus Pisanus*.
Horte Casale. *Maria Caracciola*.
Frignanū maius, *Petrus Antonius Garganus*.
Luscianum, *Camillus Lambertus*.
Teuerolacium, *Portia Recupente*.
Caratiū. *Marius de Loffredo Marchio Montis fortis*.
Casale Puzzanum cum feudo Montis Cesa, *Io. Baptista Seripandus*.
S. Arpinus, *Don Aloysius Sanchez*.
Insula Casala pertin. Auersa, *Hieronymus de Funno*.
S. Marcellinus Casale ibid. Fragostina de Rups.
Cerrum, *Lelius Gratius*.
Colli, & *feudū S. Viti*, *Io. Franciscus Gracus Dux Montis Nigri*.
Rocetta de Abbatia S. Vincentij, *Hieronymus Petra*.
Scappoli, *Simon Carola V. I. D.*
Lotinum, *V. I. D. Laurentius de Franchis*.
Aylanum, *Io. Ferdinandus de Penna*.
Scapoli, *Io. Ferdinandus Bucciarellus*.
Casteglionum, *Didacus Vulpe*.
& *Alij*.

Feudorum inhabitatorum Possessores in hac Prouincia inter alios sunt.

Donna Anna Carrafa Principissa Hostiliani p. ff. Donna Purpura, & *Donna Isabella de Adorisijs*, *Gallutij*, *Cesa frigida*, *Fracians in territorio Caleni*, *de Paganis*, *Donna Theodora*, *Vulcanorum*, & *ann. duc. 300. de iuribus Caleni*.
Io. Hieronymus Cappabianca p. f. Vssegnani.
Antonius Mormolis p. f. Cola della cerqua in territorio Casalis Frignani parui.
Vincentius de Leonibus p. f. Marzisa.
Blasius de Fulgure p. f. Luscians.
Franciscus Spina p. f. Prignani.
Don Lutius de Sangro p. f. Cotigniani, *Oliua*, & *Caforia*.
Petrus de Transo p. f. in territorio Rocca Montis dragonis.
Scipio Vrsinus Comes Placenta p. f. S. Pauli in Ciuitate Nola.
Io. Villanus Marchio Polla p. f. Foligniaria, *et Vallis*.
Franciscus Albertinus p. f. Piazzolla in territorio Galdi.
Iulius Mastrillus M. C. V. Fisci patronus p. f. Fontecchi, & *alia*.
Fabritius Sarrianus p. f. Casalis Ferrarij.
Don Petrus de Toledo Marchio Villa francha p. f. donorum, & *Viridary della Duchessa intus Ciuitatem Neapolis*.
Fabritius Albertinus p. f. Gabella Tumuli Ciuitatis Nola.
Ottauius Suardus p. f. an. duc. 300. super introytibus Schapha fluminis Garigliani, *sed de anno 1627. fuit confectus boni ordine D. Proregis Alua*.
Io. Baptista Carrafa p. f. annuor. duc. 700. super introytibus feudalibus trium Casalium Bruleiani, *Sulitani*, & *Scilini*, *Terra Marigliani*.
Isabella Barattupeta p. f. in Casale S. Crispani.
Hieronymus Barrilis p. f. Gabella boni denarij, *quæ exigitur in Porta S. Ianuarij Ciuitatis Neapolis*.
Fabius Concanus p. f. delli Scaglioni in territorys Calui, & *Francolisy*.
Antonius Capycius Minutulus p. f. Casalis S. Aytori.

Marcus

Marcus Antonius Altomare p. f. Canſaria in Ciuitate Auerſa.
Fabius Grimaldus de Auerſa p. f. in territorio Roccha Montis dragonis.
Hieronymus de Franco p. f. Caſa noua in territorio Capua.
Flauius de Rinaldo p. f. delli Franchi in caſale S. Laurentij Capuæ.
Veſpaſianus della Valle p. f. Paſterani in territorio Auerſæ.
Caſar Argentius p. f. Via manna in territorio Capua.
Ianuarius Paulutius p. f. Calei in territorio Rocca Romana.
Angelus de Barone p. f. Deſiderani, et f. de Scarpaſecca.
Anibal Minutulus Ciuitatis *Capua p. f. de Meligneſe, alias Limpatini.*
Antonius de Franchis p. f. Cappellanoti.
Hares Franciſci Cappalades p. f. Tritij, & Bacchi.
Iulius Cipullus p. f. Celimbonis in territorio Capua.
Io. Baptiſta della Ratta p. ff. Loiſi Conſe, dello Marato, e de li Zucchari, e de li Chiattoni.
Io. Thomas Fellecchia p. f. medietatis Serignani Terra Auella.
Leonardus Fellecchia p. aliam medietatem.
Beatrix de Tomaſio p. f. delle Donzelle in territorio Capua.
Andreas Capuanus p. f. delli Barrili.
Petrus Minutulus *p. f. in territorio Mōtis dragonis.*
Iacobus Caracciolus p. f. gabella Falāgagij Ciuitatis Neapolis.
Gaſpar Montaquila p. pro duabus partibus f. Caſalis Falignani in territorio Venafri, & caſalis Ceraſalis.
Anibal de Ianuario p. f. gabella boni denarij, qua exigitur in Porta Don Vrſi alle gradelle, & in porta Caſtri noui in Plagia Neap.
Tiberius de Ianuario p. f. dobana Ciuitatis Sorrenti.
Doctor Franciſcus Bonauentura p. f. gabella Scannagij Fracta maioris Caſalis Neap.
Horatius Miranda p. f. Scarfia de fra Roberto cum alio Territorio in Ottayano.
Camillus Caracciolus p. f. in territorio Rocca Montis dragonis.
Vincentius Maſtrillus p. f. Vignola.
Troianus de Montaquila p. f. Collis Stephani, & partem f. Vallis ambri.
Io. Donatus de Marra p. aliam medietatem.
Fauſtina Candida p. f. Vtignani pro medietate.
Fabritius Freccia *p. aliam medietatem.*
Bartholomeus Maſtrillus p. f. Caſigniani, & Siluis.
Camilla Borlem de Triuidetto p. f. in Caſale S. Pauli Ciuitatis Nola.
Ioannes Ladrinus p. f. in caſale Sauiani, ibid.
Fœlix de Elia p. f. de Palmis, ibidem.
Petrus de Notarijs p. f. de Alderano, ibid.
Antonius Marifrulus p. f. Campeſani, ibid.
Io. Franciſcus de Notarijs p. f. Candice, ibid.
Cubella de Angero p. f. dello Gallo, ibid.
Io. Maſtrillus p. f. Boyani, ibidem.
Fabritius de Iudice p. f. Maſſaria, ibid.
Franciſcus de li Frangi p. f. officij Actorum Magiſtri Terra Palma.
Io. Franciſcus Ceſarinus p. f. de la Carne in Ciuitate Nola.
Antonius Albertinus p. f. ſuarum Terrarum in Ciuitate Nola.
Marcellus Baronus p. f. della Caualleria, ibid.
Sebaſtianus Vecchionus p. f. de Saccaci, ibid.
Io. Paulus de Aſcoli p. f. Macerane.
Don *Sancius de Leyua poſſidebat f. trium molendinorum ad ventum ſitorum in ſcoglio dicto allo Cauallo prope Regium Caſtrum Oui Neapolis, ſed quia ſunt diruta remanſerunt ad onus Baronum, & ea enim, qua ad onus Baronum remanent ſuperindictum dicuntur* l. 1. C. de ſuperindicto. lib. 10 *vbi* Lucas de Penna in rubr. vbi quod à Principe eſt ordo faciendus.
Aſcanius, & Veſpaſianus de Ianuarij fratres p. f. Sarignani in Nola.

Sunt in Prouincia iſta, & alij multi p. feudales introytus, & Portulanias in feudum, & alia ſed breuitatis cauſa prætermittuntur.

In Prouincia Comitatus Moliſij.

Illuſtr. Principes ſunt.

R*Iccia P. Don Vincentius Aloyſius de Capua magnus Comes Alsauilla.*
Collis Anchiſij P. Don Fuluius Conſtantius.
Murconi *P. Io. Baptiſta de Capua M. Campilattarij.*

Illuſtr. Duces.

C*Aſa Calenna Dux Antonius de Sangro, qui etiam p. caſalia Collis, & Canalis, Murronum, & Caſtellanum inhabitatum.*
Peſchi prope Iſerniam, Dux Iulius Caſar Regina.
Macchia *Dux Io. Baptiſta de Marra.*
Cantalupi *Dux Andreas de Ianuario Reg. Cōſ habitus S. Iacobi de ſpata.*

Campoli.

Campoli Dux Don Ioannes Carafa.
Bagnuli Dux . . . . . . Maiorica.
Campiclari Dux Franciscus Mormilis.
Campileti Dux . . . . . . Carafa.
Saletti Dux Thomas Spina.

Illustr. Marchiones.

Sancti Maximi M. Fœlix de Ianuario Sac. Reg. Conc. de Capuana Decanus, & Consiliarius Status.
Montisfalcionis M. Alexander Gallus, qui etiã p. Roccam viuariam.
Montorij M. Don Aloysius de Castellet.
Monte agani M. Scipio Vespulus.
Petrellæ M. Franciscus Caputus, qui etiam p. Rocchettam inhabitatam.
Matthia Godinæ M. Pascalis Caracciolus.
S. Iuliani M. Ioseph Longus.
Morconi M. . . . . Baglionus.
Ripa M. . . . . Riccardus.

Spect. Comites.

Triuenti C. Don Hieronymus de Afflicto Dux Barrea, qui etiam p. Scontronum.
Campibassi C. Princeps Molphetta.
Gambatese C. Donna Francisca Lombarda.

Vniuersitates in ead. Prouincia f. possidentes.

Guardia Alpheria p. Casale S Nazarij.
Agnonum p. f. Cantalupi, & medietatem f. Potta, & f. Dans.
Triuentum f. Rocca de Episcopo.
Isernia f. Riporci, & Saffi.

Regia, seu Demanialis, Ciuitas Iserniæ.

Barones in eadem Prouincia.

Fossacca) Franciscus Gratus Dux
Torella) Montis nigri.
Chiauite, Franciscus Petra.
Limosanum, Iacobus Campanilis.
Castelluccisi aqua borrana, Sansonus Ferrus.
Campo de Petra) Didacus Franciscus de Mar-
Matrice) chionibus M. Praticatillæ.
Luparia) Iacobus Ferrus.
Ciuitas Campomarina)
Fresolonum, Io. Franciscus Salernitanus.
Botanum, Horatius Limaglia.
Guardia Alpheria, Io. Thomas de Blasio.
Guastum Girardum, Vincentius Petra.
S. Angelus Limosanus, Don Valerius Mormile.
Balneulum, Cæsar Sanfœlicius.
Castrum Guidonis) Io. Antonius Caracciolus
Guardia Bruna) Marchio Bucthianichi.

Cerqua piccola, Marcus Antonius Caracciolus.
Sopinum) Don Franciscus Carrafa.
Rium de Valle)
Saffinorum, Scipio de Allegretta.
Pescum Pignatarium) Don Ioannes Caracciolus
S. Angelus) Dux Cerentiæ.
Ripa li bottoni, Ferdinandus de Capua.
Lucitum) Alphonsus Piscicellus.
Casalbuttaccium)
Castrum de lino, Cæsar Vitellus.
Guardia Campi clari, Iacobus Sampognia.
Loratinili, V. I. D. Octauius Vitaglianus Brancia, Aduocatus primarius.
Casale Cipranum) Isabella Mazzacana.
Rocca aspramonte)
Valmontis Mignani, Io. Hieronymus de Alexandro.
Prouidentum, Don Io. de Aragonia.
Ripalimosanum, Don Franciscus Rictardus.
Pettoranum, Horatius de Afflicto.
S. Angelus in grottola, Carolus Summoya.
Rocca Licusi, Oliuerius de Embulo.
S. Capita) Ioseph de Angelis.
S. Martinus)
Bionigrum, Io. Antonius Carafa.
Carouillum) Io. de Alexandro.
Castiglionum)
Castelluccium prope Anglonum, Don Ioannes Aldersius.
Cattaronum, Io. Baptista de Rogo.
Bussum, Horatius Caracciolus.
Ciuitas Veteris, Io. Petrus de Giorgis.
Molisum, Franciscus Antonius Cuppula.
Longona, Carolus de Summoya.
Pizzutum, Silvia de Agostino.
Rocca Minolfi, Franciscus Pignatellus.
Baranellum, Flaminius Carafa.
Mons niger, Ludouicus Bucca.
Mirabella, olim Donati de Allegretta, nunc V. I. D. Hieronymi Nassarella.
Montacciolum, Iulius Gizius.
Monterdunum, Ludouicus de Afflicto.
Acquauiua cum feudo Spina, Santus de Santis.
Petracupa, Iulius Cæsar de Regina.
Carpinonum, Don Antonius de la Quatra.
Spinetum, Franciscus Imperatus.
Vinclaturum, Camillus Longus.
Sessana, Io. Andreas de Castanea.
Camolum, Io. Bernardinus Marchesanus.
Taberna) pro medietate per Indicum de Ilar,
Platea) & pro alia, per Ferdinandum
S. Iusta) Brancamone p.
Castrum Iudicum, Io. Thomas Marchescianus.
Castrum Petrusium, Innocentius Paulucius.
Spetronasinum, Carolus de Ebulo.
Ciuita noua, Io. Hieronymus de Alexandro.
& Alij.

Feuda:

Feudatarij p. ff. inhabitata in hac Prouincia ſunt.

Marcus Antonius Lombardus p.f. Vitriceli.
Io. Franciſcus de Sangro Dux Turris Maioris p.f. Buttoni.
Paulus Marchesius p.f. Caſtri Buttonis.
Michael Angelus Baglioni p.f. de Coſſiano.
Franciſcus Rubeus p.f. Collis rotundi.
Mattheus Danielis p.f. S.Crucis.
Ioannes Antonius Regina p.f. Vaſti faleeni pro parte.
Vincentius Petra p.f. de Petijs.
Marcus Antonius Lombardus p.f. Vitricelli inhabitati.
Fräciſcus de Leone de Foſſa ceca p.f. Ferrarijs, Gambateſa, & Mola merenda.
Petrus Antonius de Baronibus p.f. Domina Ristella in Campobaſſo.
Franciſcus de Buccio p.f. ſancti Marci pro medietate.
Franciſcus Saeebedes p. aliam medietatem.
Ioſeph Cariſſimus p.f. Caſtri Staffoli pro medietate.
Franciſca, & ſorores de Mazzeis p. aliam medietatem.
Carolus Roccbus habet feudű Montis de mezza in capite ſuo, ſed eſt Venerab. Monaſterij S. Martini ſupra Neap.
Sanctus, de Sancto p.f. de Ciutella.
Auguſtinus Brandicella, Io. Euãgeliſta, & Nicolaus Longus p. ff. Lucits, & Accuccioli.
Io. Millucius p.f. S. Marci.
Patillus de Berardo, & alij, p.f. de Varaldo.
Ioannes Antonius Cellinus p.f. della Rocca in Anglone.
Antonius Brancia p.f. Gauiglie.

Sunt, & alij, qui ff. ac annuos introitus, & Portulanias in feudum p. & breuitatis cauſa prætereuntur.

In Prouincia Aprutij Citra.

In qua ſunt etiam multa feuda diuiſa, in quibus viuitur Iure Longobardorum, ſicuti videbis infra in feudis diuiſis.

Illuſtr. Principes ſunt.

Geſſi P. Donna Suena de Aualos de Aquino.
Sulmonis P. Marcus Antonius Burghesius.
Sancti Boni P. Io. Alphonſus Caracciolus, qui etiã p. Bucchianicum cum titulo Marchionatus, Selaui, Caſtellonum, Frayanum, Belmonte, Calcaſaccum, le Frayne, Morrum, & alia.

Illuſtr. Duces.

Populi Dux Ioſeph Catelmus, qui etiam p. Roccam Valleſcuram, Pectoranum, 12. partem Caſtri Caruellini inhabitati, & 6. partem Rocca vallis oſcura inhabitata.
Cerentia Dux Iulius Caſar Caracciolus, qui etiam p. Carognium, Turribrenna, & Cerritanam.
Barrea, alias Villa Regia Dux Don Hieronymus de Aſflicto.
Forli Dux Ioannes Antonius Caraſa de Ferdinando.

Illuſtr. Marchiones.

Vaſti, & Piſcaria M. Donna Iſabella Aualos de Aquino Principiſſa Francauilla, qua etiam p. paſſum Piſcaria, & Francauillam.
Pagleta M. Pompeus Pignatellus.
Alphedena M. Ludouicus de Bucchis de Aragonia, qui etiam p.f. Maleeucchiare.
Atesſa M. Don Philippus Collũna magnus Regni Comeſtabulus, qui etiam p. Ternaritum, Pennã, Foraſilorum Petri, Rapinum, & alia in hac Prouincia.
Villa M. Io. Baptiſta Manſus.

Spectab. Comites.

Palena C. Iulius Caſar de Capua, P. Concha, qui & p. Montedeordaricc, Caſaleborainũ, Furcilentellã, Pollutrũ, Colle de mezzo, Caſalanguida, Tripalmum, Guilmi, Seberni, Liſia, Fypſum, Lettũ, Lamas, Montenigrũ, Pizum de ſopra, Pizzum de ſotto, & Caſtrũ Ianalbe, & alia.
Monopelli C. Don Federicus Columna Butera Princeps, qui etiam p. Roccam Montis plani, Petrurum, Vrſognum, & alia in hac Prouincia.
Montis Oriſij C. primogenitus Marchionis Vaſti, de Aualos.
Placenti C. Don Octauius Vrſinus.
Anuerſa C. Donna Iſabella Belprato.
Giuliani C. primogenitus Ducis Atri Acquauiua.

Eccleſiæ p.f. in Prouincia iſta.

Epiſcopus Thietinus p.f. Orni inhabitati.
Capitulum S. Petri Roma p.f. Faram S. Martini.

Mona-

Monasterium S. Claræ de Sulmone p. medietatẽ Castri de Foris in Balsna.
Ecclesia S. Spiritus de Sulmone p. f. Rocca casale inhabitatũ, & partẽ f. rosa inhabitati.

Vniuersitates p. f. in eadem Prouincia.

Thietina Ciuitas p. f. infrascriptas Terras, Riparsti, S. Martinum vacorum, Casacandidellam, Filettam, Casalinsontra, Roscianum. feudum Andraffi.
Hortuna ad mare p. Baiulationem eiusdem f. Donna Marina, & alia bona f.
Agnonum p. medietatem quartæ partis Castri Sanctæ Mariæ de Caprato, f. Castri Ciuitæ Moscano, Castrum Baronis, quartã partem Lacus viui, & baiulationem ipsius.
Lanssianum p. casale S. Pollinary, f. de Misclentes, & Castri Rocca viua inhabitati, medietatem Castri Mody, & Castri Poay, & sextã partem Castri Cigni, & alia.

Regiæ, seù Demaniales Ciuitates, & Terræ sunt videlicet.

Ciuitas Thisti, Guardiagrele, Lancianum, Toccum.

Barones in eadem Prouincia.

Villamarina, Don Iosyph de Parma.
Castrum de Valle, Anibal Capycius.
Scannum, Thon as de Franchis Reg. Cons.
Moncillarum, Cornelius Suardus.
Hortuna, S. Vamfinus, Abbatiia, Cusarum — D. Dux Parmæ, & Placentiæ.
Anglonum, Torinum, Rosa Casamantij — Donna Isabella Gonsaga Columna P. Hostilians.
Brezzam, Bsianum — olim Capitaneus Dominicus Antonius de Sanctis, nunc
Fossaceca, Paulus Papizzucco.
Rocca de Raso pro medietate, Io. Thomas Marchesianus.
Dogniola, Dionisius Sanfelicius.
Rocca cinquemiglia, Io. Thomas Marchesianus.
Beniŏnnolum, Maria de Busso.
Pescum Constansum, Io. Carolus Siluerius.
Ciuitella prope Albidene, Rocca Intermonte — Zinobia Liorlo.
Castellum de Sangro, Isabella Caracciola Principissa S. Bons.
Toccum, Franciscus Pinellus.
Pizzoferratum, Io. Caracciolus Dux Cerentiæ.
Hortuna de marsi, Carsitum — Io. Maria Fibionus.

Fallum, Cosmus Busdragbi Lucensis.
Ciuita Luparella, Gulielmus Mellucius.
Mons Lupianus, Marcus Tullius Tinus.
Bomba, Casale Impiano — Io. Baptista de Marinis.
Rosellum, Fabritius de Bernardo.
Archi, Carolus Cardonus.
Ciuita Burrella, Io. Antonius Mellucius.
Villa Santa Maria, Tertia pars feudi Pili — Ferdinandus Caracciolus.
Ariellum, Scipio Arsutius.
Canosa, Lalius Salays.
Casali, Io. Baptista de Summa.
Petra abundans, cum territorio Manti, Io. Baptista de Rabo.
Iulianum, D. Ioannes de Palma.
Royum, Zinobia de Blasio.
Palmoli, Pesuli, Camillus Seuerinus.
S. Io. Lupioni, D. Isabella de Capua Ducissa Bisaceia.
Ari, Io. Franciscus Capignanus.
Brugnari, Fractura — Ferdinandus, & Fratres de Sangro pro tertijs partibus.
Et pro 8 parte de summa 14. partium Brugnaræ, & Montaneæ, Chiarani p. Donna Florida de Sangro.
Et pro certa parte de dictis tribus partibus dictorũ feudorum p. Matthias, Anibal, & fratres, ac Maria de Mayorco soror, de Scanno.
Et pro vna parte dictorum feudorum pp. Iacobus, & Berardinus de Sangro.
Petranzierium, p. Lucas Antonius Grillus.
Tullum p. Marcellus Bamignanus.
Frisa, p. Cæsar Caracciolus de Mutio.
Carponetum, Pelicarnum inhabitatum — p. Ioannes Baptista de Fioretti.
Dogliola, p. Hieronymus del Barone.
Cippagatti, p. pro 2. partibus Thomas Valignanus, & pro alia 3. parte Hieronymus Valignanus.
Ciutella, Prato feudum — p. Fabius Rapa.
Malamorte, Turaglium inhabitatum, Penna di bomo, Fallos tuto — p. Io. Baptista Valignanus.
Turrisella, feud. Pesibi Rocca, medietas S. Silary & Castrũ S. Io. inhabitatum, & Montemerisium inhabitatum — Io. Vincentius Galeatius, & fratres.
Rocca Scalegna, cum Campoleto, & Cera solo inhabitatis — Io. Baptista Carrafa.
Altinũ, p. Franc. Ant. & Alexander della Foria.
Tusillum

Tufillum, *Io. Baptiſta Pignatellus*.
Caſtrum Gambarale cum Portulania p. Io. Antonius Mellutius.
Perrazana, p. Ritius de Pitijs pro parte ſua.
Taranta) *Peritus Maluttius. ſed pro 6. parte*
Quatris) *p. Franciſca, & ſorores de Colle*.
Palombara, *Franciſcus Dugno*.
Rocca Vallis obſcura p. pro 6. parte Antonius Mancinus de Litio de Sulmone, & pro alia 6. parte Paulus Capograſſus.
Rocca S. Ionis in Venere,) *filij quon. Suardi*
Villa noua) *de Lecto*.
Ioue, pro 4. parte Laudonia, & Franciſca de Colle macinarum.
Introdaque)
Opi) *Andreana de Sangro*.
Peſcum Aſſeroli)
Bugnare, & Fractura pro certis partibus p. eadem.
Rocca del Raſo, Io. Thomas Marcheſanus.
Trotte pro 6. parte)
Lupoli pro quadam parte) *Philippus, &*
Caſtri Noſciani pro certa parte) *Io. Vincentius de*
Turris Montana pro certa parte) *Valignano*.
Rocca Moricę pro tertia parte, Franciſcus de Valignano.
Valignani, & fare) *Carolus de Valignano*
Balzarorozza) *pro 6. parte*.
Turris Montanea)
Maltanies pro medio quinto) *Ioannes Dominicus*
Montis peluſij feudi pro medio quinto.) *Valignanus*.

Feuda inhabitata in Prouincia iſta.

P*Ili f. p. Marſilius de Tiberio de Ciuita Burrella pro 2. parte, & pro 3. parte Io. Antonius de Liberatore*.
Rocca delli pizzi f. p. Santus de Schieda de Terra Peſchi Coſtantij.
Feudalium in Ceruellino p. Amicus, & Aloyſius de Aymono.
Turris Cerrute f. p. Diana, & ſorores de Saluacis, & Quintilianus de Mattheis.
Aſinelli f. p. Caſar Schieda.
Sancta Maria de Montecapraro f. pp. ſunt diuerſi Ioannes de Calalongo de Agnano pro 4. parte. Iulius, Donatus, & alij fratres de Agnone pro 4. parte vnius 4. partis feudi praedicti.
Sancti Nicolai f.) *Poſſeſſores idem fratres*
Caſtri ſancti Nicolai de Croce.) *de Agnone*.
Schienforte, & Locozzone f. p. Ioannes Hieronymus de Alexandro V. I. D.

Montis alti f. pp. pro quinque nonis Doctor Donatus Antonius, & Octauius Volpe.
Cartemdini f. pp. pro 4. parte Paulus Saluatus, & Ioannes de Paulis.
Vrſa f. p. vnius de 32. partibus Vincentius de Benedictis.
Feudorum ſitorum in Terra Salle p. Gabriel de Mattheis de Sulmona.
Fabricę feudum pp. Lalius, & fratres de Lecto.
Gaudiana f. p. Alonſus ſubtilis.
Crugnaletti f. p. Pompeius de Petrunis.

Adſunt quoque in hac Prouincia quamplurimi alij feudatarij Iure Longobardorum pro diuerſis ratis feuda tenentes.

In Prouincia Aprutij Vltra.

In qua ſunt etiam feuda Iure Longobardorum poſſeſſa.

Illuſtr. Principes ſunt.

C*Apeſtrani P. Don Carolus de Medicis qui etiam p. Roccam de Calaſcio, S. Stephanū, Caſtrum Veteris Baronia, Carapellum, Caſtrum de Monte, Ofenam feudum Forcę de Penna*.
Terami P. Epiſcopus eiuſdem vt infra in Epiſcopis videbis.

Illuſtr. Duces.

T*Agliacozzi Dux Don Philippus Columna magnus Regni Comeſtabulus, qui varios, & diuerſos titulos, & Terras habet tam in ſtatu Eccleſiaſtico, quā in alijs partibus Regni, ſed in iſta Prouincia poſ.*

Tagliacozzum	*Morinum*
Albi cū tit. Comitatus	*Rocca de Viuo*
Auezanum	*Poijum Philippum*
Peritum	*Auriculam*
Rocca de Buttis	*Scanzanum*
Scurculam	*Sanctam Mariam*
Carſeolum	*Colle*
Maglianum	*Sanctanatoliam*
Traſaccum	*Lucum*
Coruarium, (quod hodie poſſidet eius quartus filius Don Marcus Antonius Collinacū titulo Ducatus)	*Paternum* / *Ceſe* / *S. Donatum* / *Capradotium* / *Vernolam*
Caſtrum de Flumine	*Cappellam*
Ciuitam Antinam	*Caſtrum de li Pagliara*
Caſtrum vetus	*Caniſtrum*
Latuſcum	*Spedinum*
Peſcum Canale	*Maranam*

Rocca del Cerro	*Ciuitella de Valle*
Verrecchiam	*Metam*
Intramontum	*Bendenariam*,
Capistrellam	*Carcomelum, & alia.*

exigit & annuos duc. 268. 2. 7. super iuribus fiscalibus dictarũ Terrarum, ac annuos duc. 296. 4. 0. super iuribus fiscalibus Comitatus Celani. alio'q. ann. duc. 200 super iuribus ordinarijs dicti Comitatus Celani. & alia.

Adria, seù Atri Dux Don Franciscus Acquauiua, qui etiam pos. Iuliam nouam, Castrum vetus Transmundũ. Ripattonum, Montesicum, Collinum, Montepaganum, Moscianum, Bisentũ. Castrumuetere Notarescum, Campigliam, Fogianum inhabitatum, Guardiam humanam, Castaneam, feudum de Vsano, Contraguerram, & alia.

Ciuita de Penna Dux, est Dux Parmæ, & Placentia alias descriptus.

Illustr. Marchiones.

Piscaria M. . . . . Aualos.

Collis lungi M. Franciscus Sannesius, qui etiam p. Valle de Collelungo, & Gurianum.

Ciuita S. Angeli M. Paris Pinellus qui etiam p. Spulturum, Mons Seluanum, Moscufum, & Vicollum.

Bellãtis M. Matthæus Acquauiua de Aragonia P. Caserta. qui etiã in Prouincia ista p. Corropolum, Podium morellum, Tortoretum, S. Gomerum, f. Troya, Colonellum & alia.

Introdotti M. Cassandra Bannini.

Montis Siluani M. Frater Lælius Brancatius Hierosolymitanus Miles, de quo supra diximus, & hodie est in Belgio vnus ex quatuor Magistris Campi.

Torani M. Gaspar Casarellus, qui etiam pos. Camardum, & Aragniam.

Ciuita Retenga M. Don Ioannes Baptista de Petio, qui etiam p. S. Ptum.

Spect. Comites.

Albi Comes, supradictus magnus Comestabulus Columna, qui supra cum Ducibus descriptus est.

Celani Comes Michael Peretti Princeps Venafri, qui in hac Prouincia p. Celanum, S. Eugeniam, Cerebium, Auellum, Collearmelum, Bouerum S. Petitum, Ouinnolum, Ciuitatem Piscinæ, Ortuccium, Speronasinum, Aschi, Venere, Cocullum, Lecce, Gioiam, Bisegniã, S. Sebastianum, & alia.

Loreti Comes Io. Franciscus de Afflicto.

Canosa Comes, Princeps Melphæ.

Coruari Comes . . . . Marieri.

Mucchia Comes . . . . de Regina.

Ecclesiæ p. f.

Rev. Don Ioseph Acquauiua Archiepiscopus Thebæ p. Castiglionum, Notarescum, & f. Cantalupi inhabitati.

Abbatia Sancti Clementis p. Alanum, & Gaglianum.

Episcopus Therami Princeps eiusdẽ p. Terram Moricanam Episcopi Sancta Maria, Burgonouum, Rapinum, Bisegniam, Colleueterũ, Villa verruti.

Monasterium S. Ioannis à Sursone intus Ciuitatem Therami p. quædam feuda dicta Terra Moricana de Episcopo.

Monasterium S. Francisci de Sacco p. domos, & territoria feudalia in Ciuitate Pennæ.

RR. PP. Congregationis de Vrbe p. feudum S. Eusanij.

Vniuersitates possidentes feudalia in Prouincia ista sunt.

Theremum Ciuitas p. Maianum, Tornarolum, Podium rapterum, S. Ioannem de Scorsone, Villam Iouanellani.

Ascolum pos. Neretum.

Ciuitas Pennæ pos. Farinolam, 4. partem Montis Belli, 4. partem de S. Maria de Mirabella, 8. partem Collis Moij.

Insula p. territoria feudalia.

Force de Valle p. f. Cantareini.

Bascianum p. f. Collis alti inhabitati.

Regiæ, seù Demaniales Ciuitates in hac Prouincia.

Aquila, Accumuli, Alanum, Ciuitas Realis, Ciuitas Tronti, Campana, Fagnanũ.

Barones in eadem Prouincia.

Castrumuetere p. Ioannes Andreas Valignanus.

Bussum) Molina) Fuluius de Petro Paulo.

Nouelli, Franciscus Antonius Nicchius.

Colle Coruinum) Nuctianum) Catignanum) V. I. D. Scipio Rouitus Præsidens R. C. Sum & Regens Regiam Cancelleriam.

Actianum, Besse, Baisaranum, Morrea } Io. Carolus Siluerius.

Busciolum, Alphonsus Rota.

Rocca de Cambio, Castrum de Hieri, Gaglianum }

Sicinara
Caſtrouetere
Rocca de medio
Gurianum
Paetntrum
} Capitaneus Dominicus Antonius de Sanctis, ſed hodie poſſidentur per Duc. Zagaroli Don Pirrum Franciſcum Columna.

Ciuita de Penna
Campoli
Ciuita ducalis
Leoneſſa
Mons Realis
Poſta
Barbona
Planella
Baeutium
annui duc. 7200. exigendi de iuribus fiſcalibus dictæ Prouinciæ.
} D. Odoardus Farneſius Dux Parmæ, & Placentiæ. & Terra iſta nil habent de iure Baronum.

Monterium
S. Vitus
Terra Maricone Comitis
Fruntum
Macchia Comitis
} Creſcentius de Creſcentio.

Colleſeatum pro medietate, & Podij, & Vallis pro medietate) Caſar Martirus.

Macchiatimone
Leofronum
Tonnicada
Petraſecca
Podium, & Tuſum
Peſchium Roecbianum
Rocca Verrti.
} Catherina Sauella.

Baſetanum, Fabritius de Scorſiatis.

Trotte medietas
Caſtri Cupuli 4. pars) Beliſarius de Scorpione.

Podium Vmbricchium, Io. Baptiſta Caſtiglione.

Ciuita Aquaria
Geneſtra inhabitata) Carolus Leognanus.

Cermignanum
Caſtri Aquilani 4. pars
Collis marmori inhabitati 3. pars.
} Io. Thomas de Sterlich de Cermignano.

Materium
Poium poponiſcum
Sambucum
Petrella
Poium Oianum
Staffoli
Bomagnia
Villa vallis bona
Rocca Ranerij
Radicarum
Villa S. Crucis.
Gergentum
Capraaoſſum
Royum
Lucolum
} D. Pirrus Franciſcus Columna Dux Zagaroli.

Ocri, Bartholomeus Fibionus.

Caſtrum minardum
Podium S. Ioannis
Turris de Taglio
Collis Pecati medietas
Podij, & Vallis medietas
} Iulianus Ceſarinus.

Scorranum
Caſtrilentum
Carmignanum pro 3. partibus.
Petti medietas
Podium Camardella
Terzanum
Caſtri morale medietas
Caſtri Aquilani partes 5. & 12.
} Petrus, & alij de Scorrano. Lælius, & alij de Salaya de Valignano.

Pupplitum cum Portulania, Gaſpar Quintius.

Mons Galterius
Forcells 12. pars
Sancti Georgij pro 4. parte.
Forcellarum medietas
Traſagnioni 8. pars.
} Mutius de Serlich vir Beatricis Garrigha.

Caſtrignani de Valle medietas
Acquauiua 12. pars
Caſtri Torini 12. pars
Caſtri Petti medietas
Canſani quædam pars
} Abamous, & Alphõſus Caſtiglionus.

Forcella, Michael de Ioanne.

Elice
Caſtiglioni medietas
Collis maris 8. pars
Caſtri Cupuli 4. pars
} Dantis, & alij de Caſtiglione.

Ariſch
S. Vittorinus) Pirrus Alpberius.

Paganica
Intempora) Ioſeph Mattheus.

Onna
Pizoli
Cagnanum) Don Franciſcus de Torra.

Varreum, Ioſeph Branconius.

Rocca S. Stephani
Saſſa) Camillus de Antonellis.

Podium S. Mariæ, Io. de Gheuara.

Scopplitum, Io. Franciſcus de Colantonio.

Ciuita Thomaſſa cum Portulania, Io. Hieronymus de Colantonio.

S. Demitti, Franciſcus Sanneſius.

Petrurum, Io. Baptiſta Quintinus.

Peſcum maiori
Filettum
Aſſergia
) Ioannes Petrus Caſarellus Marchio Torani.

Collepetrum
Caporteanum
Bomenacum
Caſtrum nouum
} Diomedes Carrafa.

S. Benedictus, Frãciſcus Antonius de Mattheis.

Prata, Equintius de Quintijs.

Tornainparte, Lucas de Pezzo.

Stiffe, *Don Diomedes Carafa*.
Tuscillum, *Anna de Contreras*.
Fagnanum / *Campana cum* / *Portulania* — *Nicolaus Romanellus*.
S.Neeandrus / *Siniczum inhabitatũ* — *Ferdinandus Maldente*.
Barzanum / *Monticchium* / *Tuffi* — *Scipio Aldana*
Pisenza, *Horatius Carluccius*.
Lotibonum, *Loysius de Valcarzel*.
Bagnum, *Horatius Branconius*.
Fossaceca / *Fonteaguignum* / *S. Samus* / *Cosentinum* / *S. Angelus*. — *Martinus Montagnes & Portia Pages*.
Poyum de Pisenza, *Io.Iacobus Leognanus*.
Amatrice, *vbi nil est de iure Baronum eli Portulania*, *& villis*, *& annuis duc*.1861. — *Don Alexander Vrsinus*.
Barisc'anum, *Hector Caracciolus*.
Castri lenti pro 6. parte / *Carmignani pro 6. parte* / *Scorrani pro 6. parte* / *Castri de pletto pro 3. parte* / *Podij Camarde pro 12. parte* — *Anton. de Leognano*, *& alij de Scorrano*, *et de Scarpione*.
Fonteccbia. *Vincentius Corbus*.
Castri S. Mariæ del Ponto / *Rocca Petruri* — *Nicolaus Angelus Pepatta*.
Aprighanum, *Cæsar de Scorpionibus*.
S. Demitrius, *Andreas & Petrus Maria Ardinghelli*.
Petranicum, *Berardinus Matuccius*.
Castiglionum, *Nuntius de Petris*.
Pescum Sansonescbum / *Coruara* — *Iulius Cæsar Epiphanicus*.
Turris passarum, *Cornelius Suardus*.

Feudatarij sunt multi poss. feuda inhabitata, & diuisa, & inter cęteros.

L Vcianus de Pirro Antonio p. f. Rosiani.
Laurina, *& alij de Scurrano*, *& de Astolfo*, *p. quartam partem f. Collis Maij*.
Virgilia benuenuta 4. partem f. Summancini.
Belisarius & alij de Scorpione 6. partem f. Camardesij, *& Castri Trophiani*.
Gilibertus de Podio Rosarum, *& alij pro medietate f. de Podio Rosarum*.
Iacobus Prodeus p. f. casalis Petrogniani inhabitati.

In Prouincia Principatus Citra.

(Quæ olim Irpinorum, & Lucaniæ pars erat, sed quoniam Beneuenti 14. Dux Arachius anno 755. eius Ducatum dilatauit, vt supra hic nu. 7. & Picentinos, ac Irpinos subegit: non Dux, sed Princeps vocari voluit, eiusque Statum Ducatus, vocari voluit Principatum, ex quo nomen trahit Prouincia ista cum seq.)

Illustr. Principes sunt.

S Ansa Princeps Antonius Orifitius.
Oliueti P. Troianus Spinellus Aquaria Dux.
Rocca Aspri P. . . . . *Filomarinus.*
Sancti Manghi P. . . . . . *de Aquino*.

Illustr. Duces.

A Irola Dux Don Franciscus Caracciolus Comes Biccari.
Ebuli Dux Nicolaus Grimaldus.
Castelluccia Dux Franciscus Antonius Dauid Comes Rocca rainola.
Vetri Dux Franciscus Maria de Sangro.
Belsguardi Dux Iacobus Pignatellus.
S. Petri in Scafato Dux Donna Roberta Carafa vxor circumspecti Regentis Lopez alias memorati.
Laurini Dux Don Ferdinandus Carafa de Aragonia, *qui etiã p. Fornicellum*, *Castrum nouum*.
Serris Dux Don Hercules Rubeus Marchio Calatia.
Sicigniani Dux Barnaba Caracciolus, *qui etiã p. S. Gregorium*, *Valuanum*, *Raciglianum*.
Aquaria Dux Troianus Spinellus Oliueti P. qui etiam p. Pontplianum.
Perdifumi Dux . . . . . *Filomarinus*.
Rodi Dux . . . . . . *Capycius*.
Rocca Dux Thomas Caracciolus magnus miles, *& de Concilio status*.
Bassigni Dux . . . . . . *Villanus*.

Illustr. Marchiones.

P Olla M. Franciscus Antonius Villanus, *qui etiam p. Dianum*.
S. Petri M. . . . . *Carbone*.
Padule M. Donna Delia de Ponte.
Campagna M. Horatius Grimaldus.
Foliglions M. Ioannes Baptista Francus.

Burgen-

Burgentia M. *Iacobus Caracciolus, qui etiam Athinam poſſidet.*
Piſerotta M. *Don Federicus Pappacoda, qui etiã p. S. Sericum, & Moiſe.*
Cammarota M. Paulus *Marchesius.*
S. Marſani M. Don Vincentius Maſtrillus.
Bracigliani M. *Alexander Mirobellus.*
S. Manghi M. *Don Ioannes* Baptiſta *de Petio.*
Agropoli M. . . . . Mendozza.
Aieta M. . . . . . . *Coſentinus.*
Diani M. . . . . . . *Grimaldus.*

Spectab. Comites.

B*Veini Comes Don* Franciſcus *Caracciolus* Dux *Martina, qui etiam p.* Coſentinum.
Sarni Comes . . . . *Mareri.*
Policaſtri *Comes* D. *Ottauius Carafa.*
Saponaria Comes D. *Fabritius Sanſeuerinus.*
Montorij *Comes* D. *Fabritius de* Capua.
Rocca Aſpri Comes Thomas Filomarinus, qui etiam p. Caſtrum Abbatis, Trentinariam, Iunganum, & Cauigenti, & alia feudalia.
Altauilla Comes *primogenitus Principis* Riccia. *Capua, qui ex* Bartholomeo *de Capua trahit originem, & magnus* Comes *denominatur, & p.* Montuorum *cum titulo Comitatus.*
Conſa *Comes primogenitus* Principis *Venuſij Lodouiſius.*
Bucini *Comes* . . . . . . *Caraſciolus Dux* Martina.
Capacij *Comes primogenitus* Ducis *Eboli Grimaldus.*
Caſteli *Abbatis Comes primogenitus Principis Rocca Aſpri Filomarinus.*
Mugnani Comes . . . . . *Ferramoſca.*

Eccleſiæ p. f. in hac Prouincia.

R*Euerendus Epiſcopus Ciuitatis Conſia p. f.* S. *Mandatum.*
Sanctiſſima Annunciata Neap. p. Caſtrum maris de Bruca, *Catonam cum an. duc.* 211.2.0. *& ſtat ad onus* Baronum.
Venerab. Monaſterium S. *Laurentij prope* Padulam *Ordinis Cartuſienſis p. f.* Mandranelli *in territorio* Marſici. *& alia.*
Abbatia S. *Benedicti de Salerno p. f.* Fayani.

Vniuerſitates p. f. in hac Prouincia.

M*Arſicum nouum p. eius introitus feudales.*
Oliuetum p. cognitionem ſecundarum cauſarũ eiuſdem, & eius caſalium.
Galas caſale p. cognitionem ſecundarum eiuſdẽ & Portulaniam.

Turturella p. cognitionem ſecundarum cauſarum eiuſdem cum Portulania.
Celſi caſale p. vt ſupra.
Laurinum p. vt ſupra.

Sunt & diuerſæ aliæ, quæ poſſident earum Portulanias.

Regiæ, ſeu Demaniales Ciuitates, & Terræ in hac Prouincia.

S*Alernum, Amalphia, Caua, Capri cum Anacapre, Granitarum, Lettere, Franchi,* Marſicum *nouum, Pimontum, Maiuri, Minuri,* Scbala, *Sala, Aierola.*

Barones in eadem Prouincia.


A*Ngre, Marcus Antonius de Oria.*
Paſetanum, Io. Baptiſta *Cangianus.*
S. *Seuerinus*, Marinus *Caracciolus Princeps* Auellini.
Cuglianum, Don *Petrus Paulus de Riſe.*
Altauilla, Ioannes Antonius Pariſius *V.I.D.*
Ioyum
Noui
Cuccarum
Maglianum
} *Iulius* Maſtrillus M.C.*V.* *Fiſci* Patronus.
Rocca Pimonte, *Io. Franciſcus de* Amato.
Lauretum caſale, Scipio Monforte.
Acernum, Fuluius *de* Cornia *Marchio Caſtiglioni.*
Calabrittum, *Horatius Tuttauilla.*
Sarnum, *Petrus* Franciſcus Columna *Dux Zagaroli.*
Rocca glorioſa, Don Maxeus de Afflitto.
Lauretanum, Io. Franciſcus Sanfelicius Regius *Conſiliarius, & vnus ex quatuor* Aularum *decanis, & ſuperius relatus.*
Rofranum, *Michael Faraus.*
Capud ad Sele
Auletta
Palum
Cugianum
S. *Angelus de le* Fratte
Seluetella
Caſtiglionum
Saluia
cum feudis Beneuere, *&* Petra *Bezzaia.*
} *Donna Iſabella Geſualda Principiſſa Venuſij.*
Mandia, *Ioannes* Baptiſta *Motula.*
Sianum, *Alphonſus de* Antinoro.
Trentenara
Iunganum
Conuigentum
cum feudis Spinatij, *Galdi, &* Doglia *cũ*
} Don Franciſcus *Morra,*

casalibus Satri, & Rítiglíani pertinen. Capudatij, & alijs.
S. Laurentius) Don Aloysius Carafa de
Filettus) Aragonia.
Petina, Io. Franciscus de Mauro V.I.D.
S. Angelus à Fasanella) Ioannes Antonius
Ottati) Iuuenis.
Castrum nouum, Don Fabritius Gesualdus.
Casale nouum, Franciscus Claps.
Rata
Acauanella cum feudis Ganoij, & Torricel la inuab.) Ioannes Vincentius, Hieronymus, & Nicolaus Capycij Zurls.
Oliuetum, Franciscus Antonius Blancus.
Cornitum, Gaspar, & Ioseph Pheudullis.
Saccum, Franciscus Antonius Villanus.
Campora, Andreas Macedonius.
Torraca, Decius Palamolla.
Tortorella, Marius Alderisius.
Battaglione casale, Franciscus Gallottus.
Casaletti, Io. Franciscus Antonius Gallottus.
Quaglietta, Io. Baptista Russus.
Contronum, Didacus Magnanitellus.
Mons Ianus, Beatrix Capycia Minutula.
Casella)
Sicili) Petrus de Stephano.
Albanella, Scipio Canniccbius.
Prignianus)
Miletum) Doctor Petrus Anton. Cardonus.
Paglisium)
S. Seuerinus in Cãmarota in capite Regia Curia, & est ad onus Baronum.
Poderia, Marsius de Verme.
Valentinum, Io. Baptista Capycius Minutulus.
Foria, Hieronymus de Morra.
Monteforte, Mutius de Vicarys.
Senercbia, Io Thomas Portius.
Valua, Io. Antonius de Valua.
Alfanum . . . . . . Bernaglia.
Romagnianum, Franciscus Antonius de Lagni.
Libonatum in capite, Io. Laganary V.I.D.
Finoccbitum, Vittoria de Consilio.
Acquarella pro 3. partibus) Ferdinandus
Gaude & Turturella feud.) Capanus.
inhab. pro 4. parte.)
Canniccbium, Antonius Grisonus.
S. Maurus in Cilento, Donna Hippolyta Carbone Marchionissa Padula.
Porcile, Doctor Lutius Matarazzo.
Pollua in Cilento, Io. Vincentius Capanus.
Locusiorum casale, Don Camillus Caracciolus Abellini Princeps.
Centula, Donna Maria Bossa.
Serremizane)
Capograssi) Carolus Siluerius.
Oleastrum, Cæsar Altomare V.I.D.
Mons Acorice, Io. Maria Galterius V.I.D.

Mutonte, Io. Andreas de Rosa.
S. Giorgium, Horatius de Sanctis.
Morigerali, Io. Aloysius de Stephano.

Feudatarij in hac Prouincia.

Marinus de Auitsia p. f. Baiulationis, & officij Magistri Actorum Terra Francarum.
Io. Baptista de Puteo, seù de Apuzzo p. f. officij Magistri Actorum baiulationis, & mercatura Terra Pimentis.
Io. Iacobus, & alij de Pasca p. f. Foresta in Cilento.
Thomas Bonitus p. f. officij Magistri Actorum Casalis Heredita.
Iacobus de Mastro p. f. S. Thodari.
Fabius Canniccbius p. f. Canteri in Cappadatij tenimento.
Io. Baptista Farans p. f. Massa noua.
Hieronymus Raffone, & Lucas Sanfelice p. f. cappatura in Castro ad mare de Babia.
Vincentius Massus p. f. Draghi, in Nuceria.
Ferdinandus de Ragone p. f. Belletta.
Paulus Molognia p. f. delli Tornaturi.
Detius Ferrarius p. f. Silui.
Rinaldus Denza p. f. Fossa, & Vendecchia.
Claudia Santomango p. f. baiulationis Marsici noui.
Io. Baptista de Henrico p. f. S. Elena.
Io. Franciscus del Mercato p. f. de la Pico.
Iulius Cæsar Gattus p. f. Iscba in Agropoli.
Ioan. Leonardus de Mignione p. f. de Petrafocara.
Hieronymus de Aluito p. f. Marisciotti.
Octauius Vintimiglia p. f. Mastri Mattei.
Fabius de Albano p. f. Saldi.
Franciscus de Iudice p. f. Plani dicti della terza della Padula, & aliorum.
Ioanna de Prigniano p. f. de la Presa.
Mutius Surgens p. f. de lo Greco in territorio Valentini.
Cæsar Grassus p. f. delli Scuteri.
Consaluus de Palma p. pro 3. partibus feudi Balsarani in territorio Sarni.
Nicolaus Matthæus Paganus p. ff. Marciasare, e Denteferro, pro quibus tenebatur in vno sprouiero, seù accipitre, qui fuit taxatus in ducatis duobus.
Scipio del Baglitto p. f. de la Fontanella, & alij tam pro Portulanys per terram, quam pro fiscalibus.



In Prouincia Principatus Vltra.

Illuſtr. Principes ſunt.

ABellini P. Marinus Caracciolus Dux Atripaldæ, & Torellæ Comes, qui etiam p. Caprignia, & alia feuda in Prouincia iſta.
Montis Mileti P. Io. Baptiſta de Tocco.
Petra Pulcinæ P. Don Ioannes de Aquino.
Forini P. Octauius Caracciolus.
Solofra P. Don Petrus Vrſinus.
Montis Hercolis P. Don Ioannes Auolos de Aragonia Eques ordinis Calatrauæ.
Sorbi P. . . . . Vrſinus.
Montis Sarchi P. Don Io. de Aualos.

Illuſtr. Duces.

AIrola Dux Don Franciſcus Caracciolus Biccari Comes.
Biſaciarum Dux Don Franciſcus Pignatellus.
Montis Calui Dux Iſabella Gagliarda.
S. Agatha Dux Don Honofrius Coſſo.
Guardiæ Dux Don Aloyſius de Marra.
Apelloſiæ Dux Fabius Ricca, qui etiam p. Caſtellum Poto.
Fragniti Dux Martinus Montaltus.
Terra nouæ Dux . . . . . Paganus.

Illuſtr. Marchiones.

MOntisleonis M. Hieronymus Brancia.
Caſalboris M. Don Io. Vincentius Caracciolus.
Chiuſani M. Federicus Tomacellus.
Paduli M. D. Hyppolita Carbone Brancia.
Capriglia M. . . . . . . Caracciolus.
Triuici M. Ciccus Loffredus, qui etiam p. Sāto Soſium, Zungulum.
S. Angeli à Schala M. Ioſeph Saluus.
Apice M. Io. Vincentius Galluſius.
S. Manghi M. Octauius Maſtroiodice.
Montiſortis M. Marius de Loffredo.
S. Marci de Cauoſis M. Donna Liuia Cabaniglia.
Campilattarij M. Io. Baptiſta de Capua.
Terricuſi M. Carolus Caracciolus, qui etiam p. Turris de Palazzo.
Bonalberghi M. Io. Baptiſta Spinellus.
Boniti M. Hieronymus Piſanellus.

Spect. Comites.

ALtauilla Magnus Comes D. Vincentius de Capua, Ritia Princeps.
Caſalduni C. Fabritius Sarrianus, qui etiam p. Ponte.
S. Maria in Griſone . . . . Venatus.
S. Angeli Lombardi C. Donna Catherina Caracciola Duciſſa Montis leonis, quæ etiam p. Leone, Carbonaria, Andretta Nuſcli, Montecchium, & Oppidum.
Serini C. Io. Antonius Caracciolus.
Montis aperti C. Don Carolus de Tocco.
Cariphi C. Alphonſus Brayda.

Regiæ, ſeù Demaniales Ciuitates in hac Prouincia.

Arianum.

Barones in hac Prouincia.

VVlturara, Detius Maſutius.
S. Lupus) Don Martius Carrafa
Pons Landulphus) Dux Madaloni.
Serpium dirutum cum Caſale, & Sorbio p. Io. Baptiſta Brancacius.
Flumari) Don Carolus de
Caſtrum de Baronia) Carasnes Mar-
S. Nicolaus) chio Layni.
Mons viridis, Honoratus Grimaldus Marchio Campaneæ.
Fragnitum Monteforte) Maximus Mon-
cum feudo Monterana) taltus.
Monteſuſculum
Mons fredanus
Conſa
Calitrum
Tegola
Caſtrouetere
Cayranum
Fricentum } *D. Iſabella Geſualda moderna Principiſſa Venuſij.*
Geſualdum
Paternum
Fontanaroſa
Taurasi
Locaſanum
S. Angelus de Fratte
S. Petrus in delicato
S. Agneſſa & alia feuda.
Padulum, Don Carolus Cibo.
Palcarinum) Io. Baptiſta Magnaceruus.
Candida)
Rotundi) Don Franciſcus Maria
Campora) Mariconda.
Caſtrum Palcarice, Ioannes Hieronymus de Tuſo V. I. D.
Genetta, Marius Ciaburrus.
Monteſalconus, Andreas de Martino.
Monteſalcionus)
Montecalzati) Marcus Ant. Capanus.
Serra cum Portulania)

Salza, Ioannes Vincentius Strambone.
Montella, Franciscus Faraldus V.I.D.
Balneolum, Don Didacus Aquiros.
Cusanum, Io. Antonius Riccardus V.I.D.
Csanca, Octauius de Zunica.
Rocchetta S. Antonij, Io. Antonius de Oria Princeps Melphia.
Petra Sturnina)
Fossaceca) Vgo Paganus.
Grotta Castagniaria, Octauius de Ponte, sed hodie possidetur per Io. Vincentium Macedonium Aduocatum primarium.
Morra, Henricus de Morra.
Ceruinaria, Franciscus Caracciolus Marchio Vulturaria.
Ceppalonum, Io Thomas Cosso.
Gripta Minarda, Io. Franciscus Piscara Dux Saracena.
S. Georgius de la Molinara, Io. Iacobus Cosso.
Mirabella, Io. Hieronymus Naccarella V.I.D.
Vallata, D. Franciscus de Tufo.
Cassarium, V.I.D. Franciscus Inquintus.
Melitum)
Bonitum) Hieronymus Pisanellus.
Vallum vistulanum, Donna Ioanna de Aualos de Aragonia.
Rocca Bassarana, Don Octauius de Aquino.
Reynum, Io. Baptista Nani Sannesius.
Castrofraneum, Ioseph Caracciolus.
Zoccanisium cum tertia parte Turrionis) Ioannes Antonius Caracciolus.
Villa maina, Carolus de Tapia Marchio Belmontis, Comes Guasti, & Regens Reg. Canc. Decanus.
Rocca S. Fœlicis, Hector Realis.
Panderanum, Ascanius Caracciolus
Molinaria, Franciscus Carrafa de Marcello.
Paglium, Diana Brancatia.
Arpaya) Didacus Franciscus de Marchionibus Marchio Pradicatelli.
Casalittum)
Montemolum, Don Carolus de Ghiuara.
S. Martinus, Io. Baptista de la Leonessa.
Sauignanus) Don Ioannes de Ghiuara
Gracia) Dux Bouini.
Laquedonia, Andreas de Oria Marchio Turiglia.
Lapium, Pompeus Filingerius.
Castellum Montisfusculi, Andreas Battimellus.
Casale Montis Rocchetta cum Portulania) Goffredus Morra.
Tufum, est 2. tertijs Terra, Marcus Antonius de Tufo.
Prata) Ioannes Antonius Casaranus V.I.D.
Castromazzum)
Mons Maranus, Carolus Guindazzus.
S. Stephanus, Donna Maria Gesualda.
S. Georgius de Monsefusculo, Carolus Spinellus.
S. Maria à Thoro, Felsciana de Sotys.
Accadia, Octauius de Stephano.
Chianchitella, Marius Lanarius.
S. Nicolaus Manfreda, Franciscus de Sotijs.
Petrurum, Laura de Ottone.
S. Barbatus, Io. Angelus Albertinus.
Parolisium, Leonardus de Pusellis.
Montusium)
Lentace) Io. Vincentius Bilotta.
& Alij.

Feudatarij in hac Prouincia.

DOn Ioannes de Morra p. medietatem f. Bayani inhabitati, & aliam medietatem f. Castri de Franchis.
Don Carolus Erbert p. f. Puppiani.
Nicolaus Candida de Beneuento p. partem f. S. Nicolai de Calcidis.
Icchinetta Zapata p. f. Rapenella.
Io. Vincentius de S. Blasio p. f. de le due Torre.
Franciscus Antonius de Blasio p. f. la Mensa in S. Martino.
Andreas Sanctafede p. f. Trelengue in Ariano.
Marcus de Oratio Petino p. f. de la Carrara.
Io. Hieronymus Bilotta p. f. de Faiano pro sua parte 12. territorio Montis Hercolis.

Sunt & alij, qui possident Portulanias, fiscalia, & annuos introytus in feudum.

In Prouincia Capitanatæ:

Illustr. Principes sunt.

ASculi P. Don Antonius de Leina.
Casalis maioris P. Philippus Brancia.
Colli P. Nicolaus Maria de Summa, qui etiam p. Circellum cum casalibus Iani, & Macchia.

Illustr. Duces.

TVrris maioris D. Don Paulus de Sangro Princeps S. Seuerij qui etiam p. Castelluccium, Dragonariam, Florentinum, & alia.
Montis Nigri, D. Don Franciscus Graeus.
Termuli D. Ferdinandus de Capua, qui etiam p. S. Martinum, & alia.
S. Ioannis ad Rotundam D. Don Petrus Cabaniglia.
Rods D. Antonius Capycius.
S. Elia Dux Antonius de Palma, qui etiam p. Montilionum.
Bouini D. Don Ioannes de Ghiuara, qui etiam p. Vrsaram, Castelluccium de Sauris, Montellarum habitatum, Pannis, & alia.

Illustr.

Illuftr. Marchiones.

Lliceti M. Donna Ioanna Bartirotta.
Rofeti M. Francifcus Lombardus.
Vici M. *Donna Maria Caracciola.*
S. Iuliani M. *Don Bernardinus Ramirez de Montaluo Locumtenens Reg. Cam. Sum.*
Circelli M. . . . . . . de Summa.
Bafelici M. *Alexander Ridolphus.*
Petra Catelli M. *Didacus Francifcus de Marchionibus, Ceus Grimaldus.*
Celentia M. *Andreas Gambacorta, qui etiam p. Colletortum, Macbiam, & alia feuda.*
Tufaria M. *Elionora Crifpana, Loffreda.*
Larina M. *Philippus Brancia.*

Spectab. Comites.

Iccari Comes Don *Francifcus Caracciolus Dux Airola, qui etiam p.* Rotiellum, *Caftellucium, Cella, Paitum, & alia.*

Ecclefiæ p. f.

Abbatia S. Bartholomei de Galdo p. f. S. *Bartholomei, & Foiani.*

Regiæ, feù Demaniales Ciuitates, & Terræ.

Foggia, Luceria, feù Nuceria, Manfredonia, Veftum, Troia.

Barones in eadem Prouincia.

Serra Capriola, Don Andreas Gonzaga.
Ciuite, Io. Antonius Yuagnes.
Montirofarium pro paffu, Marcellus Caracciolus.
S. Nicandrus, Hieronymus Caraprefa.
Campus Marinus, Francifcus Vaez de Andrada.
Collonifium, Ioannes Caracciolus.
Ferrazzanum, Diana de Lucia.
Petra Montis Corbini) *Maximus* Montaltus.
Motta Montis Corbini)
Cirigniola, Donna Hieronyma Pignatella *Duciffa Montis leonis.*
Monte S. Angelus, Philippus Grimaldus.
Piffeum, Io. Baptifta Turbulus.
Guidonum, Don Francifcus de Stephano de Sangro.
Cerqua maior, Io. Francifcus Brancatius.
Caprinum, Alonfus de Vargas V. I. D. Regius Confiliarius.
Cagnianum, Iulia de Aiello Marchioniffa Arpaya.
Caftrouetteri, Io. Baptifta Salanus V. I. D.
Maglianum, Io. Antonius Grimaldus.
Caftropaganum, Io. Francifcus Brancia.
S. *Marcus de Catula, Violantis Caetana.*
Alarenum)
Caftropaganum inhabitatū) Philippus *Brācia.*
S. Leuci inhabitato.)
Montelongum) Don *Aloyfius de Caftellet*
Venifrum) *Marchio Montorij.*
Montauutum, Don *Francifcus Bernauda* Dux *Bernauda.*
Rignianū, in capite Francifci de Vino V. I. D. fed eft PP. Iefuitarum Collegij Neap.

Feudatarij in eadem Prouincia.

Don Frācifcus Cabaniglia p. f. paffus Candilarij.
Io. Bernardinus Turbulus p. f. Ifchitella.
Io. Vincentius de Balfo p. f. S. Angeli de Radianefe.
Triphonus de Ponte p. f. Stornaria, in fuo capite tantum.
Octauius Paufius p. f. Cafalis noui.
Eligius Carafa p. f. Teuri.
Io. Bernardinus Carafa p. f. S. Viti.
Ifabella Gagliarda Duciffa montis Calui, p. f. Tertiuari.
Regia Curia p. f. Salpe, & ftat ad onus Baronum.
Capitaneus Thodarus de Rifma Albanenfis p. f. de Vrfara.
Triphonus de Ponte p. f. Orte in fuo capite tantū.
Andreas Branca p. f. Bulgunara.
Vincentius de Ebulo p. f. S. *Andrea pro 2. partibus, & pro 3. parte Hieronymus Rifius.*
Domitius Caraprefa p. f. Palmoris *magni.*
Marcus Antonius Caracciolus p. f. Pontis Albaniti pro medietate, & pro alia Aloyfius Caracciolus.
Antonius Caracciolus p. f. Fontanerofa.
Io. Donatus Turbulus p. f. S. Chirici.

Sunt & alij p. fifcalīa, Portulanias, & annuos introitus in feudum.

In Prouincia Terræ Bari.

Illuftr. Principes funt.

Molfetta Princeps Don Ferdinandus Gonzaga, qui etiam p. focularia addita.
Monorbini P. Martius Pignatellus.

Illuftr. Duces.

Nerum Dux Don Hieronymus Acquauiua Conuerfani Comes.
Andria Dux Don Antonius Carafa, qui etiā poffidet

possidet Rubum, Castrum de monte inhabitatum, & alia.
Grauina Dux Donna Fœlix Maria *Vrsina.*
Grumi Dux Don Carolus *de Tolfa, qui etiam p. Turitium.*
Noia Dux, *Ioannes Carafa.*

Illustr. Marchiones.

Capurtij M. Don *Ioseph Pappacoda.*
Polignani M. *Marinus Radolouich.*
S. Eremi M. *Marinus Caracciolus.*
Binetta M. *Baldassar Caracciolus.*
Bitetta M. *Alphonsus Caracciolus.*

Spectab. Comites.

Iuuenatij C. *Princeps Molfetta.*
Giota C. . . . . . . Dux *Atri Acquauiua.*
Mola C. *Simon Vaez Præsidens Regia Cameræ Summaria, qui etiam p. Casamassimam.*
Conuersani C. *vide supra Nucum Dux.*

Vniuersitates f. p.

Modugnum p. eius introitus feudales.
Cisternini p. tertiam partem officij Magistriactatus eiusdem, & iurisdictionem ponderum, & mensurarum, & Portulaniam.

Regiæ, seu Demaniales, Ciuitates, & Terræ.

Barum, *Barletta*, *Bitontum.*

Barones in eadem Prouincia.

Gioia	Paris *Pinellus Marchio*
Acquauiua	*Sancti Angeli.*

Iuuenatium, Don *Cæsar Gonzaga.*
Castellana, Don *Cosmus Acquauiua de Aragonia.*
Cassanum, Don *Gaspar de Aragonia.*
Quarata . . . . *Ducissa Adria.*

Torlitium	*Honoratus Grimaldus*
Canusium	*Marchio Campanea.*
Castrum garsone inhabitatum	

Triggianum, Don *Franciscus Pappacoda Marchio Capurtij.*
Altamura, D. *Odoardus Farnesius Dux Parma, & Placentia.*
Valenzanum, *Franciscus furietti.*
Rotundi pro medietate, *Io. Iacobus Barossa*, & *& pro alia alter Io. Iacobus Barossa.*
Turum, *Anibal Moles.*
Monteronum, *Antonia Gentilis.*
Cellamari, *Ascanius de Marra.*
Ceglie de Tassa, *Benedictus de Angelis.*
Lositum, *Nicolaus Antonius Viscente.*
Carritum cū Portulania, *Alphonsus Gerunda.*
Carbonara cum Portulania, *Ioannes Baptista Maffeus.*
Palum, *Thomas Filomarinus Princeps Rocca Aspidis.*

Feudatarij in hac Prouincia.

Demitrus Degni p. f. gabella Scannaggij Baroli.
Violans Scaragia p. f. possessionis la Insilita.
Ioannes Franciscus Baronus p. f. S. Demitri in Terlitio.
Ioannes Donatus Passarus p. f. Incornatura, seu Masaratura olei Ciuitatis Molfetta.
Vincentius Abbate p. f. Alboragis terra Baroli.
Fabius Capycius Galeota Præsidens R.C. Summaria p. f. passus Ganderumi, & baiulationis Ciuitis terra Baroli.
Hieronymus de Paris p. f. lo puzzo pro duabus partibus, & pro alia tertia parte p. Nicolaus Maria della Guardia.
Marcus Antonius Rogadeus p. f. de Caluanea, & Sergij de Butonte.
Spiritus Bonusuir de Trano p. f. Domina Sybilla Valenna.
Ioannes Maria Gentilis p. f. de Orletto, seu de Casamaxima in Bitonto.
Franciscus Palaganus de Trano p. f. drapparia Serici pro communi, & indiuiso cum baredibus Guglielmi Palagani.
Federicus, & alij de Zissola p. f. gabella molendini, & fructuum.

Sunt & alij Ciuitatis Thrani possidētes introitus feudales, iurisdictiones, & fiscalia in feudum.

In Prouincia Terræ Hidrunti.

Illustr. Principes sunt.

Vetrana P. *Ioan. Antonius Albritius Marchio Illiceti, qui etiam p. Miscaniam, Salyce, Guagnianum, Cellinū, Vigianum de Montefusculo, S. Vi de Sclauis.*
Leperani P. *Sergius Muscettula.*

Illustr. Duces.

Martina Dux Don *Franciscus Caracciolus.*
Neritonis Dux Donna *Catherina Acquauiua de Aragonia, qui etiam p. f. Piscaria, & alia.*
Carpignani Dux *Fabritius Lanarius.*

S. Cæsari

S.Cafarei Dux . . . . . . Mormilis.
Taurifani Dux . . . . . . de Caftro.
Lizzani Dux . . . . . . Clodintus.

Illuftr. Marchiones.

Coriliani M. Don Hieronymus de Montibus.
Acaia M. Don Alexander de Montibus.
Tertia M. Ioannes Baptifta de Azzia.
Tauiani M. . . . . . . de Franchis, qui etiam pof. Malifsanum, & Portulaniam Tauiani.
Cauallini M. Don Francifcus Caftromedianus, qui etiam p. Morfanum, & partem fuam feudi Vermigliani.
Specchi M. . . . . . . Trani.
Galatula M. Cofmus Pinellus.
Oira M. Michael Imperialis, qui etiã p. Francauillam, & feudum Mattoni.
Motula M. Marcus Antonius Caracciolus.
Campi M. Don Ioannes Enriquez Regens Regiam Cancelleriam, maritus D. Maria Paladina.
Montagani M. . . . . . . Vefpulus.

Spectab. Comites.

Caftri C. D. Lucretia Gattinarla, qua etiã p. tertiam partem Cerpignani, Spongauã, S. Ioannem, Maritimã, Monteronum, Taurifanum, Vintam Caftrenfem, & alia. Hodie eft Don . . . . . . de Caftro Comes Lemos, in Hifpania eius filius.
Vgenti C. Ferdinandus Pandonus.
Saui C. Fabritius Lanarius.
Palmerici C. Alexander de Mattheis, qui etiam p. Cafale S. Mariæ de Nouis pro parte fua, & feudum Naboli.
Caftiglioni C. Adrianus Brancacius.
Mifagna C. . . . . . . Biltranus.

Ecclefiæ p. f. in hac Prouincia.

Archiepifcopatus Tarenti p. Monacifcum, Grupialcas Termiatam, Mennayum, & S. Martinum, Latrum, & S. Todarum.
Archiepifcopatus Hidruntinus p. Dianum Eccl-fiæ, Tufcianellum, Maffanellum.
S. Maria feu S. Catherina in Galatina p. Aradeum, Bagnulum, ac Calamanteum, Spalignum, inhabitatum.
Monafterium Ordinis Cœleftinorum Ciuitatis Litij p. Carmianum, Maglianum.
Abbatia dello Mito habet vafallos quatuor in Anarano tres in Sugliano, & tres in Castigliono, & feudum Trunchi inhabitatum.
Capitulum, & Clerum Ciuitatis Tarenti p. f. decima in flumine Calenti in Mare paruo Tarenti.
Capitulũ, & Clerum Maioris Ecclefiæ Brundufij p. f. Galani inhabitati.
Archiepifcopatus Brundufij p. Sanctum Prancatium.
Epifcopus Alexani p. partem fan Pati.
Abbas S. Dionifij p. f. S. Dionifij.

Vniuerfitates p. f. in hac Prouincia.

Hoftuni p. eius introitus feudales.

Regiæ, feu Demaniales Ciuitates, & Terræ in hac Prouincia.

Brundufium, Gallipoli, Litium, Materã, Oftunum, Squinzanum, Tarentum, Turris Sancta Sufanna, Idruntum.

Barones in eadem Prouincia.

Sanctus Petrus in Galatina, Ioannes Baptifta Spinula.
Gaglianum) Don Federicus Caftriota
Pars Arigliani) de Scanderbech.
Caftellaneta, Carolus Maffeus V. I. D.
Staruanea cum f. Cigliani, & f. S. Barbara, & Cafale mellone inhabitato. } Hieronymus Cicala.
Pulfanum, Io. Andreas de Franco.
Turris de Mare, Donna Anna Carrafa Principiffa Hoftiliani.
Figline, Lizle, Trigianum, & Quifitum inhabitatu. } Io. Carolus Cappellus.
Racla, Don. Ferdinandus Beltranus Comes Mifcanea.
Stighanum, Cafale Caftrigna ni graecorum.) Francifcus Ant. Prato.
Martanum, Calimera) Don Georgius de Montibus.
Specchia, Andranum) Stephanus Gallarus.
Gionofa, Margarita Grillo.
Tutinum, cum iurifdictione in feudo Gardigliani.) Francifcus Ant. Trani.
Capranica capitis, Iofeph Vernalionus.
Montelardum cum Rata, Cafalium Rogiani, S. Dana, et feudi Lufani.) Io. Ferdinandus de Falconibus.
Neutanum, Vincentius Perillus.

Scorra

Sezeranum, Io. Thomas Maramonte.

Alexanum, Patu, Castrignianum, Iulianum, Salignianum, Arilianum } Fabritius Guarinus.

Specchia, Trizianum } Octauius Trani.

Cannole cum parte sua, Pani } Io. Vincentius Persond.

Cuptiamnium, Anfranum inhabitatum, & feudum Ansioni, & Ficuli. } Ioannes Antonius Ventura.

Ceglie de la Guardia, Cæsar Lubranus.

S. Donatus, Donna Beatrix Vaez.

Treputium, Franciscus Maria Condò.

Castro francorum, Castro guarinum, Feudum de Carminiano } Berardinus Cicala.

Burgagne, Pasulum } Lucretia Petrarola.

Lothana cum ff. de Cotrino, & Sancti Donati unitis } Fabritius de Sanctis.

Massafra, Don Antonius Pappacoda.

Martignianum, Nicolaus Maria Palmerius.

Cassaranum magnum, & paruum, Donna Lucretia Filomarina Principissa Conchæ.

Mandorbini pro duabus 3. partibus, & pro alia, Robertus Ventura, Ioannes Franciscus Garganus.

Carouignum, Ioan. Baptista Serra cum titulo Principatus.

Locognanum, Anibal Capycius.

Prasizum cum f. Putei muri inhabitati, & f. Spirzani. } Philippus Antonius Citus.

Salue pro suis partibus, Maria Citus.

Cesina, alias Acaya, Antonius Franciscus de Acaya.

Aquarica Litij, Vernole, Specchia feudum } Io. Hieronymus Guarinus.

Casale Vanzi, Iacobus de Leone.

Casale Strudæ, Simon Sallutius.

Malpignianum, Io. Baptista Dellanes.

Gallugnianum, Speccia rasa } Io. Franciscus Leuante.

Fignianum, Horatius Vignes.

S. Crisperius, Io. Antonius de Simonettis.

Carosinū pro medietate, Fagianum inhabitatum, Massaria Iasonis & alia } Iulius Cæsar Albertinus.

Tricasium, Depressa, Feudum Principani. } Alexander Gallonus.

Casale Marinum cum f. Mursa, Marius Palmerius.

Noba, Padulanum, Pisanellum } Hieronymus Montenegro Marchio Marsilians.

Maglice, f. Francauilla } Paulus Marisgallus.

Parabita, Don Fabritius Castriota.

Montemesula pro medietate, & alia est } Lodouicus Cardutius de Baro. Alexandri de Noba.

Supplessanum cum f. Belue-dere, Forestia, et Turricella. } Franciscus, et Lelius Filomarinus.

Taballe pro medietate, Petrus Antonius de Magistris.

Nam pro alia medietate est Regia Curia ad onus Baronum.

Bugiardum, Donatus Maria Guarinus.

Saranum, Ottauianus Guarinus.

Turris Sancta Susanna cum Portulania, Tiberius Dormius.

Caprarica Litij, Prosper Adornus.

S. Cesarus, Feudum S. Maioris, & Cassinetti. } Ascanius Guarinus.

Turre de Padule, Don Franciscus Acquauiua de Aragonia.

Lequile, Ferdinandus Venato.

S. Cassianus, Io. Baptista Lubellus.

Aras inhabitatum, Bagnara inhabitatum, Capriglia inhabitatum } Maria Paladina Marchionissa Campli.

Terra Muri cum vasallis in Mondorbino, et Su Iestanello, & Casale Baronia inhabitato. } Ioannes Frãciscus Protonobilissimus.

Brutagnum, Thomas Maramonte.

Pratellum, alias Monte Parano inhabitatum, Franciscus Bastas.

Cursanum, Ioseph Cicala.

Fragnanum, & Passen tinum inhabitatum. } Franciscus Maria de Lantoglia.

Castrignianum pro 3. parte, & vasallis in Valio. } Angelus de la Barrea.

Disum, Albertus Acquauiua Dux Adriæ.

Arnesanum, Paulus Marisgallus.

Palesianum, & Demanium Polisestanelli, Locofraxinorum } Don Ferdinandus Carmignanus.

Cutrofinum, Suglianum, Petrurum inhab. } Io. Antonius de lo Doles.

Barba-

Barbaranum } Francisca Antonia Capycia.
Caſarſola
Meſanum
Clauſura
Defenſa ruſtica
ſ. Surdi, & Verruti
Sicili } Franciſcus de Amato.
ſ. Tauari
Martinum, Fuluia de Perſona.
S. Vitus, Octauius Serra.
Sanarica, Claudius Lubellus.
Torchiarolum, Victoria de Falconibus.
Cerſignioni pro 3. parte, Regia Curia.
Lizonellum, Giorgius Antonius Paladinus.
Ciollinum, Beatrix Sarla.
Caſale S. Marſani, Dominicus Capuczomanni.
Toſagnianum, Vincentius Maria Moncea.
Caſamaxella, Michael Rannacchius.
Iurdignanum, Vittoria Matina.
Paliſcsanellum, Don Ferdinandus de Ribera.
Caſtrignianum pro ſua parte } Ioannella de Barrera.
Caſaluum, Madalena Spinola.
Serranū pro ſua parte, Georgius Antonius Paladinus.
Nuuiglia pro parte ſua, & } Veſpaſianus Moriſcus.
pro alia. } Claudius Lubellus.
Prignanum, & Corſanum pro parte ſua. } Lucretia de Friſis.
Caſerignanum pro quarta parte, Ioannes Maria Drini.
Vaſte, Don Franciſcus Acquauiua de Aragonia.
Murtcina } Robertus de Ventura.
Cutremule
Vitmanza
pars Maſſanelli & Maglie
pars ſua ſ. Cauiſſura, & Oliueri.
Saua } Hyppolita de Prato.
Aglianum
Foſſarum
Aquarita capitis, Emilius Guarinus.
Andranum, Stephanus Gallonus.
Caſale S. Io. Cocumulo, alias Malancone } Maſentius Galterius.
Caſtiglione, D. Petrus Xarana.

Feudatarij in hac Prouincia.

Ioannes Baptiſta de Attanaſio p. ſ. Prati.
Donatus Maria de Priulis p. ſ. de Nicoletta.
Don Georgius Caſtriota p. ſ. S. Migliani.
Aloyſius Trano p. medietatem ſ. Grauigliani.
Ioannes Hieronymus Balduinus p. medietatem ſ. Regij, & S. Nicolai inhabitati.
Proſper Borgia p. ſ. S. Ligorij.
Octauius de Amato p. ſ. Donna Maſe.
Vrbanus Sanctopatre p. ſ. S. Ioannis Malcaretone, alias Cocumulo.
Ioannes Antonius Pandolfus p. ſ. Vaſaria.
Lucretia Santora p. ſ. caſalis Turricella inhabitati.
Neapolis de Apretio p. ſ. Perſani.
Ioannes Antonius Carlucius p. ſ. S. Angeli inhabitati.
Veſpeſianus Moriſcus p. ſ. Niuiglia, & Falneto pro ſua parte.
Robertus Sanbiaſe p. ſ. de lo Plauſo.
Caſar Panareus V. I. D. p. ſſ. de li Mauri, & S. Viti.
Ioannes Antonius p. ſ. Speccia de Saligniano de Buttis inhabitatum.
Organtinus Ternerius p. ſ. Notarij Ioannis in Controſino.
Franciſcus Antonius Carignianus p. ſ. Carigniani inhabitatum in territorio Neritonis.
Fenitia Sambiaſe p. ſ. Molignani.
Alexius de Sancto Blaſio p. ſ. Specchia inhabitatum.
Lucas Antonius Perſonà p. ſ. Caſtro inhabitatū.
Ioannes Baptiſta de Mari p. ſ. Aſſigliani, ſeu Terra plana.
Hyppolita Baldouina p. ſ. Caprigliani.
Comenda Marugi p. ſ. Oliuarum.
Caliſtus Forza p. ſ. Roccha inhabitatum.
Don Caſar Caſtriota p. ſ. Tullicum.
Nicolaus Maria Palmerius p. ſ. Cerreti.
Horatius Notus, & alij p. ſ. erimini.
Ioannes de S. Ioanne V. I. D. p. ſ. Cocumele.
Emilius Guarinus p. ſ. Aquaria capitis.
Iulius Caſar Baccone p. ſ. Tomanſaria.
Laura Prata p. ſ. Ceſani.
Hyppolyta Lubella p. ſ. Mauritani.
Iacobus Patitaria p. ſ. dicti Adoba.
Antonia de Pantaleonibus p. ſ. Oleaſtri inhabitatum.
Colella Maſſa p. ſ. Collepaczi.
Petrus Antonius, & fratres de Trunco p. ſ. Vinciguerra.
Mutius Chiodus p. ſ. Caſalſambini inhabitatū.
Robertus Ventura p. ſ. Plancani pro medietate.
Camillus Mariſcallus p. ſ. Vermigliani.
Ioannes Thomas Vngarus p. ſ. Caſalsureto pro parte ſua.
Ioanna Galeota p. ſ. Flumari Galitij.
Philippus Antonius Citus p. ſ. Putei magni.
Vitus de Aquino p. ſ. Piſcaria in mare magno Tarenti.
Marcus Antonius Rizana p. ſ. S. Thodari in Neritone.
Angelibertus Rabelis p. ſ. Clauſura del Campo.

Proſper Marrĕſis p.ſ. Riccarde Donna Agneſe.
Lucretia de Friſis p.ſ. Campi Saraceni, & Ortuzani.
Ioannes Antonius Rocius p ſ. Supraſſani.
Cæſar Sanſonettus p. feud. Strutte, ſeù ſtratte in Tarento.

Sunt & alij, qui p. Portulanias, functiones fiſcales, & introitus feudales, & ratas feudorum.

In Prouincia Baſilicatæ.

Illuſtr. Principes ſunt.

M*Elphiæ P. Ioannes Andreas de Auria, qui etiam p. Forentinam, Lacupeſole, Paraſecum, Ciſternam, Leoneſſam, Palorotundũ, Camardam, S.Felem, Auiglianum, & alia fiſcalia.*
Hoſtiliani P. Donna Anna Carafa, quæ etiam p. Alianum, S.Arcangelum, Gorgoglionum, Guardiam, Roccanouam, Accetturam, Raponum, Caſtrograndem, Alimellum, Sarchunum, S.Chiricum, Moluternum, Caluellum, Titum, Satrianum inhabitatum, Spinuſum cum alijs feudis inhabitatis, & alia.
Noya P. Iulius Pignatellus *M. Circhiaria.*
Venuſij P. *Donna Iſabella Geſualda.*
Colubrarij P. D. Fabius Caraf.
Gallichij P. Ioannes Coppula M. *Miſſanelli.*
Montis Albani P. Don Petrus de Toledo, qui, & alia poſſidet.

Illuſtr. Duces.

S*Alandræ Dux D. Hyppolitus Riuertèrius, qui etiam p. Calcianum, & alia.*
Caſtri *Saraceni* Dux *Alexãder Fœlix* Rouitus.
Acheruntiæ Dux *Coſmus* Pinellus M.Galatina.
Atella Dux Carolus Caracciolus.
Vetri Dux *Franciſcus Maria de* Sangro*, qui etiam p. Abriolam, feudum dello Ayruſo, & alia.*
Ferrandina Dux Don *Petrus de Toledo Marchio Villafrancha, qui etiam p. Montealbanum cum titulo* Principatus.
Turſij Dux Don Carolus *de Auria.*
Laurenzana Dux *Don Alphonſus* Gaetanus *de Aragonia.*
Bernauda, ſeù Camarda Dux Don *Franciſcus de Bernaudo.*
Rapolla Dux . . . . . . *Carafa ſecundogenitus Principis Roccellæ.*

Illuſtr. Marchiones.

T*Eanæ M. Octauius Miſſanellus, qui etiã p. fiſcalia an. duc. 283. 3. 8. ſuper ea.*
Spennazzola M. *Martius Pignatellus.*
Lauelli M. Don *Ioannes de Tufo.*
S. Mauri M. . . . . . . *Braida.*
Anſa M. Don *Octauius* Carafa.
Grottola *M.* Don *Carolus* Sanchez.
Corleti M. *Don* Fuluius *Conſtantius* P. Collis *Anchiſa.*
Caſtellarij M. Michael Angelus Peſcara.
Bella M. *Don Ioſeph Caracciolus, qui etiam p. Baragianum, & alia feuda inhab. S. Sophia.*
Spineti M. . . . . . . Imparatus.
Montiſpeloſij M. *Nicolaus* Grimaldus.
Piſcopia M. Ferdinandus de la Porta.
Rapolla M. . . . . . . Braida.

Spectab. Comites.

C*Larimontis* C. Don *Carolus Sanſeuerinus ex Principibus Biſiniani.*
Potentiæ C. *Donna Beatrix de Ghiuara.*
Picerni C. Fabius *Caracciolus.*
Muri C. *Don Petrus Vrſinus* Princeps *Sorbi.*
Aliani Com. *primogenitus* Principis *Hoſtiliani Carafa.*
Baglij C. *Andreas de Salazar olim Regni Secretarius.*

Vniuerſitates f. p.

T*Ramutula p. eius introitus feudales. Tulue vt ſupra.*
Lacus niger vt ſupra.
Meloternum p. officium Magiſtri *actorum cum ſecundis cauſis, & portulaniam eiuſdem.*

Regiæ, ſeù Demaniales Ciuitates, & Terræ.

L*Acus niger, Riuellum, Toluum, Tramutula.*

Barones in eadem Prouincia.

S*Eniſium, Iulius Pignatellus* Marchio Circhiaria P. *Noya.*
Albanum, Ferdinandus *Pariſius.*
Cracum, Scipio Putignianus.
*Rotunda,*Don *Fabritius* Sanſeuerinus C. Saponaria*, qui etiam p. Vigianellum, & alia.*
Tricaricũ, Io. Franciſcus Ferrerius de Sauona.
Mighonicũ *in capite, V.I.D.*Gratiani Odoriſij.
Caſtronouum, Petrus Antonius Siluaggius.
S. Martinus*, Scipio Siſola.*
Pomaricum, Marcellus *Marcianus* Reg. Conſ.
Mons caueoſus, ſeù ſcagioſus, Nicolaus Grillus.
Rocca Imperialis, V.I.D. Lucius Pironus.
Rotum, Donna Fœlix *Vrſina* Duciſſa *Granina.*
S. Grauaſius, alias lo Palazzo*, Conſtantia Catena de Marinis.*

Genſa-

Genſanum, Io. Baptiſta de Marinis.
Ripa Candida, Honoratus Grimaldus Marchio Campanea, qui alia p.
Montemilonus, Don Franciſcus de Tufo.
S. Maurus, Beatrix de Summa.
Peſticcium, Donna Fuluia de Cardines.
Cirglianum, Io. Baptiſta Coppula.
Oppidum, Don Octauius Vrſinus.
Petra galla, & f. de Calaſpro) Fabius Capycius Galeota Praſidens R.C.Sum.
Saxum cum Portulania, D. Diana Caracciola.
Caſtrum megzanum, Achilles de Leonardis.
Rotundella cum Portulania, Aſtorgius Agneſe.
Garaguſium, Lalius de Palo V.I.D.
Peſcum Paganum, Rubum) Io. Hieronymus Giſualdus.
Marſicum veterere, Portia Caracciola.
Pappaſiderum, Marcus Antonius de Aliſio.
Caſale Oliuenti noui, Marius Capanus.
Vigianum, Aloyſius Dentice.
Caſtellara, D. Hyppolita Pappacoda della Noia.
Lauria, Don Franciſcus Xarques.
Trecchina, Franciſcus Criſci.
Fauale, Praſtinare) Fabritius de Murra.
Latronicli, Vincentius Corcionus Praſ. R.C.S.
Caſtricuccum, Ioannes Nicolaus de Iordano.

Feudatarij in hac Prouincia.

F*ranciſcus de Viuo V.I.D. tenet in capite ſuo feudum Policori.*
Troilus Pariſius p.f. Brindeſi, & Petra morella.
Donna Ioann Bartirotta Marchioniſſa Illiceti p.f. Scanzani.
Io. Baptiſta Campolongus p.f. Campi maioris.

Sunt & alii poſſidentes iuriſdictiones, Portulanias, introitus, & fiſcales in feudum.

In Prouincia Calabriæ Citra.

Illuſtr. Principes ſunt.

B*iſiniani P. Don Aloyſius Sanſeuerinus, qui etiã p. Atri, & annuos duc.* 1132. 2. 10. *ſuper fiſcalibus Biſiniani. olim quãplurimas Ciuitates Terras, & feuda Titulo iſti ſuberant, ſed temporum mutatio contrarium paruit.*
Cariati P. Don Scipio Spinellus Dux Caſtrouillarum, qui etiam p. Verzinum, Campanam, Bucchiglieri, Vmbriaticum, Cerentiã.
Tarſia P. Don Ferdinandus Spinellus, etiam Marchio Ypſigrò, alias Cirò, qui ſimiliter p. Terram nouam.
S. Agata P. Caſar Ferraù, qui etiam p. Terram Lutiorum.
Scalea P. Don Hector Spinellus, qui etiam p. Muranum.
Strongioli P. Don Franciſcus Campitellus Meliſa Comes.
Caſtelli Franchi P. Don Anibal Serſalis, Dux Cerisani.
Caſtiglioni P. Don Carolus de Aquino, qui etiã p. Martoranum, Cruculi, Sautellum.
Belmontis P. Io. Baptiſta Rauaſcherius.
Roſſani Principiſſa Olimpia Aldobrandina, qui etiam p. Paludi, & Longumbuccum.
Caſſani P. . . . . . . *Pallauicinus.*

Illuſtr. Duces.

M*ontalti Dux Don Antonius Moncada de Aragonia, qui etiam p. S. Maurellum.*
S. Donati Dux Don Scipio Sanſeuerinus, qui etiã p. Rogianum, & Polucaſtrellum.
Aielli Dux D. Carolus Cibò Malaſpina Maſſa Princeps.
Cruſia Dux Theodorus Mandatoritius, qui etiã p. Calouitum, Calopizzatum, Petrampaulam.
Nucaria Dux Donatus Antonius de Loffredo, qui etiam Cannam p.
Torani Dux Don Franciſcus Caualcante.
Saracena Dux . . . . . . *Peſcara de Diano.*

Illuſtr. Marchiones.

Z*irò M. primogenitus Principis Tarſia Spinellus.*
Laini M. Don Alphonſus de Cardines Comes Acerrarum.
Circhiara M. Iulius Pignatellus P. Noia.
S. Lucisi M. Don Lutius de Sangro.
Orioli M. Don Alexander Pignonus.
Coſoboni M. Elionora Piſciotta.
Fuſcaldi M. Thomas Franciſcus Spinellus Regni magnus Iuſtitiarius, qui etiam p. Paulam, Guardiam Vltramuntanorum, & f. Donna Poliſena.
Aieta M. Scipio Cuſentinus.
Longbibucchi M. . . . . *Iudice.*
Tartura M. Anibal Macedonius magnus miles de Concilio ſtatus.

Spect. Comites.

S*cala Comes Don Franciſcus Spinellus.*
Marturani Comes ſupradictus P. Caſtiglioni. Aquino.
Meliſa Comes P. Strongoli Campitellus.

Vniuerſitates p.f. in hac Prouincia.

A*mantea poſſidet Baiulationem ipſius in feudum.*

Regiæ, seu Demaniales Ciuitates in hac Prouincia.

Cosentia, Rossanum, Seiglianum, Longobuccum, Amantea.

Barones in eadem Prouincia.

Beluedere, D.Tiberius Carafa Bisiniani, & Scylla Princeps.
Maluitum p.V.I.D. Flaminius Monacus.
S. Marcus, Ducissa Grauina.
Vrsomarsum, Ioannes Petrus Gracus.
Cassanum, M. Serra Ianuensis.
Abbatemarco, p. Ioannes Petrus Gracus.
Corriglianum p. Antonius Capycius, qui etiam possidet S.Maurum inhabitatum.
Altomontes p. Donna Lucretia Carrafa Marchionissa Corleti.
Casalnouo p. Iacobus Pignatellus.
Grisolia p. Franciscus Guerra.
Bonuicinum p. Ioannes Thomas de Paula.
Rosis p. Horatius Salernus.
Regina p. Marius Pignatellus.
Cropalata p. Marcellus Carafa.
Rocca de Neto p. Marcus Antonius Luciferus.
Caccuri p. Ioannes Baptista Ciminus.
Renda, Carolei, Mendicinum, S. Feli, Domanicum, Flumen frigidū — *D. Ferdinandus de Alarcon M. Vallis Siciliana in Prouincia Abrutij vltra, vbi ex errore non fuit descriptus, & in dicta Prouincia 17. Terras p.*
Amendolara, Siluia Gambacurta.
Lattaricum, p. Paulus Spinellus.
Casalia S.Maria de Rota, & Mangalauita pertinentiarum Regina, p. Mutius Caualcante.
Turtola, p. Maria Rauascheria.
Cicrella, Camillus Zampaghonus.
Rosetum, Lucas Antonius Renda.
Bullita, Franciscus Raimundus.
Mayra, Alphonsus de Loria.
Veruicara, D. Antonius Castigliar, qui etiam p. f. S.Blasij.
Belloucdere, et f. de Malapezza, Victorius Rota.
Aluidona, D.Franciscus de Castrouecco.
Mattesellonum, Ludouicus de Caua.
Cmea, Fabritius Luciferus.
Casale S.Laurentij Casula Tarsia, Annibal Pescara.
S. Genitus, Thomas Maioranus.
Bonifatum, Isabella de Gregorio.
Casale, et f. de Ceuta, Frāciscus Maria de Vrso.

Feudatarij in eadem Prouincia.

Franciscus Caualcante p.f. Baczelle.
Io.Baptista Seaglione p. in feudum officium Magistri actatus Casalis Pittarella habitati sitis in territorio Martorani, & Sciglani, cū iurisdictione primarum, & secundarum causarum dicti casalis, & f. de Pittarella.
Vittoria Monaca p. f. Baiulationis Ciuitatis Cosentia in feudum.
Geneura Tosto, et Fabritius Cāseuerinus p. Scannagium Ciuitatis Cosentia in f.
Carolus Fana p. feudalem Terram in Amantea cum duobus molendinis.
Franciscus Maria Garritanus f. delli Seuccbi, & f. de Stafanizzi.
Io. Berardinus de Iulianis f. de Capalao, alias de li Cosenni in Silis Cosentia.
Io.Alphonsus Cannatarius f. Scatelli in Renza.
Io. de Ciaccio, & heredes Lauri de Ciaccio pro eorum feudo.
Orsina Montuana p.f. Campitelli in Cosentia.
Thomas de Parisio pro suo feudo.
Ioannes interfatus f. Pipini.
Pelius Pipinus f. Basacchia in Paula.
Augustinus dello Stocco, medietatem ff. no: Roberti de Acris, & de Petrutijs in Taberna, & Seigliano.
Hieronymus Rocca p. f. Scannagij, Rossarni, & Paludis.
Scipio Caposacco f. S.Ioannis Foresta, alias Placentia in Rossano.
Matthæus Poganus f. Baiulationis Casalium del Manco de Ciuitate Cosentia pro paro vno chirotecarum.
Possessor f. Spina.

Sunt & alij feudatarij pos. Portulanias, & functiones fiscales in feudum.

In Calabriæ Vltra Prouincia.

Illustr. Principes sunt.

Squillacij P. Don Anna Borgia de Aragonia, qua etiam p. casale Oliuadij, Palagorium, f. de la Caria, & alia.
Mileti P. Rodericus de Mendozza Dux Ferrādina, qui etiam p. Franciam, Pitium, Caridam, Roccam de Angitola, Francauillaam, & Montaltum, Amendoleam, & alia.
Satriani P. Don Hector Rauascherius, qui etiā p. Cardinarium cum tit. Ducatus, Cropanii.
Hieracij P. Hieronymus Grimaldus, qui etiam p. Terramnouam cum titulo Ducatus.
Scilla P.Donna Maria Ruffa, qua etiā p Iopulum, Nicoteram, Baroniam Anoij, & alia.
Maida P. Marcus Antonius de Loffredo.
Roccella P. D.Hieronymus Carafa, qui etiam p. Castrumuetere cum tit. Marchionatus, Condoianne, Blancum, Sideronum, Agrottériam, & alia.
Monasteracij P. Don Ioseph Galiota.
Rossani P. Olimpia Aldobrandina, qua etiam p. Paludi, & Longobucco.
Cariati P. Scipio Spinellus Dux Seminaria, qui etiam p. Verzinum, Campanam, Bucchigleriam,

rium, Vmbriaticum, Cerentiam, Oppidum, Seminariam, S. Chriſtinã, & Septingianum.

Illuſtr. Duces.

Montis Leonis Dux Donna Hieronyma Pignatella, quæ etiam p. Borrellum cum titulo Comitatus, Briaticum, Roſarnum, Meſianum, Mortam Filocaſtri, Caſtrum Minardum, Montem Ruſſum, Montem Sorum, Paliam, & alia ſeuda.
Turris de Iſula Dux Gaſpar Ricca.
Girifalchi Dux Fabritius Caracciolus.

Illuſtr. Marchiones.

Arena M. Don Scipio Concublet.
Quinquefrondium M. Don Fabritius Giffonus.
Brancaleoni M. . . . . . Stayti de Aragonia vxor Ducis Rapollæ Carafa.
Motta Gioioſa M. Franciſcus Caracciolus.
S. Georgij M. Don Ioannes Milanus.
Gagliati M. Don Ioannes Sanchez.
Boualino M. . . . . . Loffreda.
Meſuraca M. primogenitus Principum Scaleæ Spinellus.

Spectab. Comites.

Sviriani C. Don Franciſcus Maria Carafa Dux Nuceriæ, qui etiam p. Vollelongam, Banayam, Filogaſium, S. Demitrium, Bellofortem, Roccambernardam, Caſtellis, cum Iure Ancoragij Calabriæ citra, & vltra à Terra Pentedattoli, vſque ad Terram Roſeti.
Sinopole C. Don Fabritius Ruffus, qui p. etiam Niceteram cum titulo Comitatus.
Scala C. Don Franciſcus Spinellus.
Belcaſtri C. primogenitus Ducis Montalti.
Simiri C. primogenitus P. Squillacij.

Eccleſiæ p. f. in hac Prouincia.

Epiſcopus Mileti habet iuriſdictionem etiã temporalem in Galatro.
Monaſterium Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore p. Montem Pauonem, et f. Saginarij.

Vniuerſitates f. p.

Seminaria pro eadem Terra Seminariæ.
Tropea cum onere ſoluendi ducatos tantum duc. 200.
Stylum pro introitibus feud. eiuſdem.

Regiæ, ſeu Demaniales Ciuitates, & Terræ in hac Prouincia.

Cotronum, Catanſarium, Regium, Policaſtrum, S. Agata, Stylum, Tropea, Seminaria, Taberna.

Barones in eadem Prouincia.

Sancti Viti, Simbari cum Portulania) Vincentius Sergius V. I. D.
Subaratum, Arguſtum) Fabritius Marincula.
Meſuraca, Robertus de Altemps Marchio Suriani.
Badulatum, S. Andrea, Iſcla) Fœlix Maria Rauaſcheria.
Zagariſium, Belcaſtrum, Sellia) Victoria Sarſalis.
S. Nicolaum, Arduri) . . . . . . Gambacorta.
Lacconia, Don Franciſcus Carolus Loffredus.
Neucaſtrum) Don Carolus de Aquino P. Caſtiglioni, & Com. Martorani.
Feroletum
Claraualle, Fabritius Capycius Piſcicellus.
Tirolum, Gimiglianum) C. Carolus Cicale de Meſſana.
Rocca Felluca)
Placanica Claudius Albanus.
Calimera, Ioannes Antonius Baronus.
Flumaria mure, Cabella Cotone, Calanna, S. Seuerina } Donna Ioanna Ruffa.
Pothamiam, Carolus Papalia Gambacorta.
Motta Bubalina, Sebaſtianus Vitalis.
Palitium, Pompeius Columna.
Motta de Bruzzano) D. Petrus de Aragonia de Turris de Bruzzano) Acerbo de Meſſana.
S. Catherina, Donna Antonia de auerno.
Plagiganum, Maiaietas Galatri, Feuda Bigute delli Scuderi in territorio Arenarli, Mileti et Burelli, & f. Galeph, et de Acquaro. } Don Federicus Columna Princeps Butera.
Pentidattulum, Ioſeph Albertinus.
Coſolitum, Leonardus Ruffus.
Marcellenarium, Franciſcus Sanſeuerinus.
S. Florus, Don Didacus Zapata.
Montebellum, Berardinus de Abenauolo.
Crepacore, Don Carolus de Tranſo.

Soritum . . . . *Rauaseberia*.
Calandra, *Io. Antonius Moranus*.

Feudatarij in hac Prouincia.

TRoianus Carafa p.f. Poberij, Baldella, Rody, & Bifenti in territorio Taberna, & 3. partem f. Spatafora in eodem loco.

Camilla Morana p.f. Burgha Ruffi in tenimento Styli.

Hieronymus Carafa p.f. S. Nicolai Lupinari de Penna.

. . . . f. Prateria cum iurisdictione criminali casalis Galatri.

. . . . f. Croniti in territorio Cotroni.

Io. Alphonsus Rocca p.f. dell'Amato, & Torna Fransa.

Horatius Albertinus p.f. de Franchino in territorio Mesuracha.

. . . . p.f. de Lungano in territorio Cotroni, seu Cutri.

Io. Petrus Boue p.f. de Attapha.

Hieronymus de Attapha p.f. de Marisiotti.

Scipio de Duce p.f. de Montalto in territorio Tropea.

Io. Baptista Sanseuerinus p.f. Mandrini in territorio S. Martini.

Io. Andreas Teraldus p.f. de Plutino, seu Tatino in territorio Tropea.

Annibal Campitellus p.ff. della Piscina in territorio Cotroni, & f. Aprigliani.

Franciscus Pepe p.f. Athenasij in territorio Suberati.

Thomas Calizzonus de Taberna, p. 4. partis f. de Maldotto.

Paulus Hieronymus de Marincula V.I.D. p.f. Tocebitelli, seu Arebitelli.

Hieronymus de Marincula V.I.D. p.f. de Magliacane in territorio Belcastri.

Io. Petrus de Rocca p.f. de Molina.

Hieronymus Melisarius p.f. de Proditoribus in territorio Flamadria, Muri, Calanda, & Regij,

Hieronyma Vela, p.ff. de la Canna, & Turchisi in territorio Squillacij.

Petrus Paulus de Summa p.f. de Cali in territorio Simbari.

Gaspar Tirolus p.f. de Ceppo.

Ioseph Ferfarus p.f. Clima in tenimento Belcastri, & Mesuracha.

Aurelia Marincola p.f. de Frontino in territorio Taberna.

Franciscus Monardus p.f. de Mastro Giouãne, & cuiusdam partis f. de Galterio.

Isabella Morella p.f. Bruttuella.

Gulielmus de Blasio p.f. de Prato in territorio Taberna.

Ascanius Pistoia p.f. Acri.

Io. Antonius Iouinus p.f. de Mastro Roggino.

Marcellus Ferrarus p.f. dello Guarigliotto.

Ascanius Rocca p.f. de Iuda.

Franciscus Foij p.f. Anomari.

Iacintus Grimaldus p.f. Ipati.

Maximus Pazzali p.f. Incalino, & f. de Malatacca.

Eleonora Graffa p.f. Coclansa, Hiftina, & Plano in territorio Castri Veteris, & Rocella.

Petrillus Plutinus p.f. Plutini.

Diana Asciutta p.f. delli Maglioni in Polistina.

Scipio Surianus p.f. della Garrubba.

Eleonora Sguitto p.f. de Palermita in Squillace.

Baldassar Arserius p.f. S. Anastasia, alias Baudino in Terra Catanzarij.

Francisca Burghesia p.f. de Altauilla in territorio Briatici.

Franciscus Godanus V.I.D. p.f. de Strophilia, alias Donna Cecilia.

Marcus Antonius Barletta p.f. dell'Ammirato.

Marcus Antonius Roccus V.I.D. p. officium Vicesegreti Fundaci Catanzarij in feudum.

Adsunt & alij Feudatarij in Prouincia ista possidentes diuersa feuda diuisim, & præsertim in Ciuitate Tabernæ: & alij sunt etiam possidentes fiscalia, & Portulanias in feudum, sed breuitatis causa prætereuntur.



Iam

IAm quod vidimus de Baronibus, & alijs Feudatarijs Regni: pro plena notitia harum iurifdictionalium Obferuationum, congruum eft etiam videre de Archiepifcopis, Epifcopis, Abbatibus, & alijs Perfonis Ecclefiafticis fpiritualem iurifdictionem in Regno exercentibus, cum nota Ciuitatum, & Terrarum, & numero earum foculariorum; fiquidem refpectu Ecclefiarum poffidentium Terras in feudum pro quibus Regi tenentur, iam funt notatæ fupra cum feudatarijs: Hic enim defcribuntur, iurifdictionem fpiritualem habentes: & in fine notabuntur Ecclefiæ, quæ iurifdictionem fpiritualem, ac ciuilem, & criminalem fuper Terris in burgenfaticum vigore eorum priuilegiorum tenent. Nec in materia ifta prætereas notata in *Compendio Iuris Canonici, in par. 3.* vbi Prouinciale omnium Ecclefiarum ex libro
105 Cancelleriæ aduertit, in Vrbe Roma quinque effe Parrochiales Ecclefias, feptem Epifcopos, quorum primus connumeratur Summus Pontifex, 28. Presbyteri Cardinales, ac 18. Diaconi Cardinales in fingulis Ecclefijs affignati: totiufq; Romanæ Ecclefiæ Epifcopos 770. effe affirmat (licet in Damafco quafi innumerabiles dicit) & 90. Archiepifcopos notat: In Paleftina autem primas fedes tres, Armaniæ 8. & Patriarchas 4. recenfet.

In hoc autem Regno Archiepifcopi, & Epifcopi funt vt infra, & inter ipfos, Archiepifcopi, Epifcopiq; ad Regis collationem fpectantes funt fignati lit. R. & licet in *Boer. decif. 32. & in cap. in fynodo. 63. diftinct.* habeatur an Regi competat ius præfentandi, & tradunt *Canoniftæ in cap. quod ficut, de electio. & Afflict. in prælud. conftit. Regni, quæft.* 18. Tamen Rex nofter ex conceffione Summi Pontificis Clementis VII. 29. Iunij 1529. ius præfentandi habet in fupradictis fedibus (quicquid dixerit *Lambert. de iure patronatus, quæft. princip. primæ partis primi libri, in 2. artic. nu. 14.* de quatraginta Catredalibus, nam fallitur) vt ex *regiftro Regiæ Cameræ literarum Regiarum. 7. fol. 150.* licet ad Regis collationem etiam fint Ecclefiæ Sancti Nicolai de Baro, & Altamuræ, ac etiam Ecclefia Sancti Angeli ad Signum in Sedile Montaneæ huius Ciuitatis Neapolis, vt alibi dictum eft, & aliæ relatæ per *Mazzellam in Regno Neapolis, pag. 389.* & alternatiuam etiam habet in dignitatibus, & Canonicatibus in Epifcopatu Luceriæ Apuliæ, fecundum tradita per *Regentem de Ponte in decif. 12. num. 14.* vbi teftatur, quod eo tempore conuentionis habitæ cum Clemente Septimo, exiftebat Romæ Orator pro Imperatore Carolo Quinto, Ioannes Antonius Mufcettula Neapolitanus Patritius, qui tanta dexteritate fe geffit, vt à Clemente ipfo Florentiam fuerit tranfmiffus pro nouo ftatu illius Gubernij firmando ad beneficium Alexandri de Medicis eius nepotis noui Ducis Florentiæ, & mariti Margaritæ de Auftria filiæ naturalis Imperatoris eiufdem: & inde Neapolim reuerfus in Regentem Regiam Cancelleriam fuit afcitus, cuius veftigia mirificè infequitur Dominus Francifcus Antonius Mufcettula eius Gentilis, qui poft expleta munera multa, ac Ciuilis Iudicis in Magna Curia Vicariæ officium, criminum vendicatoris onus in eadem exercet, talifq; fe oftendit, vt propediem à Rege noftro ad maiora promouendus veniat. Reges enim Regni femper de Epifcopis protegendis curam habuere, vt videre poteris in *Conftit Regni. Peruenit ad audientiam.* Et fi Epifcopatus, & Diœcefarum diuifiones à Diuo Petro, & inde à Papa Dionifio deftinatæ fuere, vt vidimus fupra *verfic. 4. obferuat. 5. num. 76.* vbi etiam de Corepifcopis, Propofitatibus, Presbyteris, Parrochijs, & alijs habes. Attamen fecundum varietatem, & oportunitatem temporum à Summis Pontificibus pro tempore regnantibus, vel vnitæ, aut diuifæ fuerunt. & merito in *Sacro Tridentino Concilio feffio. 24. de reformat. cap. 13. fol. 246.* determinatum videmus, vt Prouinciale Concilium vocatis ijs quorum intereft diligenter exploret, quas Cathedrales Ecclefias propter anguftiam tenuitatemque inuicem vnire, vel no-

uis pro-

uis prouentibus augere expediat, & Summum Pontificem certioret, vt instructus pro prudentia sua (vt expedire iudicauerit) aut tenues inuicem vniat, aut aliqua occasione ex fructibus augeat, vt est videre ibidem.

Archiepiscopi, Episcopi vt supra, Abbates, Monasteria, Archipresbyteratus, Archidiaconatus, Propositatus, & aliæ Ecclesiasticæ Personæ cum Ciuitatibus, & Terris quibus præsunt, & earum focularîorum numero, alphabetico modo notantur vt infra.

ACerni Episcopus in Prouincia Principatus citra sedem tenet, & Salernitani Archiepiscopi est suffraganeus, habetq; sub se

Acernum cum medietate Casalium montis Coruini focularîorum	218
Galdum	29

R. ACerræ Episcopus, Neapolitani Archiepiscopi suffraganeus in Prouincia Terræ Laboris est, & ad Regis collationem stat, cui subest

Acerra magna olim Ciuitas à Populis Nosomanis ædificata, qui in honorē Iouis faretrij Altare magnū erexerant, magnosq; odores cremabant, hinc Alex. ab Alexandro Neapolitanus in lib. 3. cap. 7. eius Genialium, *ait*, Acerra erat Ara constituta, vbi odores incenderet, quæ Acerra dicta erat à Nosomonibus Populis: *inde autem ob agris intemperiem ex inundatione aquarum diminuta euenit, & hodie est focul.* 189

ACheruntiæ Archiepiscopus, vide Cirentiæ.

ALexanî Episcopus in Hydruntina Prouincia, suffraganeus Archiepiscopi Tranensis, olim Leucadensis Episcopus vocabatur, sed Leucana delata, ad proximam Alexianā Episcopatus fuit translatus, & habet

Alexanum foc.	226	*Ariglianum*	19
Mont Saraum	128	*Salignianum*	55
Tre Case	278	*Craparica*	113
Iulianum	136	*Trigianum*	76
Gaglianum	240	*S. Danus*	110
Pratum	15	*Vaglianum*	22
Castrignianum	289	*MacuranumHeremit.*	

ALipharum Episcopus in Prouincia Terræ Laboris, Beneuenti Archiepiscopi suffraganeus habet

Aliphum, qua olim vna ex septem Samnitum Vrbibus erat, sed ex aere corrupto ob aquarum inundationem redacta est ad focul. 56

S. Petitum	73	*Pratella*	36
S. Angelum Rauis canina, alias Robbacanino	354	*Ailanum*	802
Lotinum	140	*Pedimontum cum 4. casalibus*	1947
Prata	265	*Vallem de Prato*	105

AMalphitanus Archiepiscopus in Prouincia Principatus citra residet, eique suffraganei sunt Episcopi Literarum, Capreæ rum, & Minorensium. de Amalphia multa scribit *Frecc. in lib. 1. de subfeud. in tit. de Ciuit. Regni, fol.* 80. & præterim in ea est corpus Sancti Andreæ Apostoli, ex quo manna fluit, subsunt ei.

Amalphia cum casalibus focul.	452	*Pimontum*	228
Tramontum	1550	*Pasitanum*	70
Atranum	140	*Montepertusus*	10
Maiuri	141	*Pastina*	186
Aierola	220	*Loria*	110
Praianum cum Vectima maiore	159	*Vectima minor*	8
Vecti maior	159	*Touerum*	[illegible]
Pinum	66	*Losurone*	37
		Conca	29

ANdrensis, seù Adriensis Episcopus cum Pennenti vnitus in Prouincia Terræ Bari, suffraganeus Archiepiscopi Barensis habet

Andriam pulchram Ciuitatem prope Canosam, & antiquam Cannem focul. 3164

ANgloncafis Epifcopus cum Turfio vnitus in Prouincia Bafilicatæ, eft fuffraganeus Archiepifcopi Acheruntiæ, & ei fubfunt.

Turfium foc.	1179	Rocca *Imperialis*	688
S. *Chiricus*	268	S. *Martinus*	342
Caftrum nouum	195	*Carbonum*	339
Rocca noua	90	*Bollita*	58
S. *Archangelus*	138	*Caftrumfaracenũ*	437
La Theana	272	*Rotundella*	23
Clarus mons	207	*Carifanum*	263
Senifium	522	*Rofetum*	104
Epifcopia	205	*Amendolara*	163
Nota	193	*Romatundellum*	
Oriulum	513	S. *Conftantinus*	58
Lofpinofium	177	*Mugniatum*	
Faualis	148	*Vluara*	
La Conna	116	*Caftoricum*	
La Nucara	131	*Forneta*	26
Colobrarum	470	S. *Giorgius*	26
Francauilla	116	*Cafale nouum*	342

R. AQuilæ Epifcopatui de anno 1257. ab Alexandro Quarto inftituto cum Epifcopatu Forcanẽfi vnito in Prouincia Aprutij vltra, & ad Regis præfentationẽ fpectanti, fubfunt.

Aquila	2179	*Strisfium*	20
Bagnum	319	*Caftellum nouum*	80
Ocbrium	169	*Barifcianum*	390
S. *Martinus*		*Prata*	92
Rocca de cambio	138	S. *Nicandrus*	
Rocca de medio	421	S. *Demetrius*	205
Terra negra		*Poggium Picerfa*	148
Fons Auignionis	41	*Picenfa*	
Montiecbium	35	S. *Gregorius*	
Foffa	85	*Onda*	25
Cafentinum	58	*Barfanum*	25
S. *Ianus*	31	*Paganica*	575
La Villa	141	*Pefcum maior*	58
Stiffa	20	*Filettum*	63
Tofcillus	35	*Affergium*	124
Campana	37	*Comarda*	99
Fagnianum	299	*Aragnium*	57
Fontecbia	165	*Coppitum*	
Gorianum de Vallibus	204	S. *Victorinus*	16
		Arrifcbia	235
Rocca Apretino	47	*Pizzolum*	441
Vallis		*La Varetta*	115
S. *Fælix*		*Cagnianum*	241
S. *Benedictus*	68	*La forcella*	73
Collepetrum	68	S. *Afforcus*	
Linauellum		*Praturum*	96
Ciuitas Rotunda		*Scolpitum*	113
S. *Pius*	105	*Ciuitas Tomaffa*	81
Caporciarum	96	*Saffa*	144
Bominaeum		*Poggium* S. *Maria*	136

Tornainpartis	329	*Rocca* S. *Stephani*	
Luculum	441	*Collettara*	
Roiuum	167	*Cefium.*	

AManteæ exemptus cum Tropea vnitus, vide Tropeæ.

AQuini, feù Aquitanenfi Epifcopatui in Prouincia Terræ Laboris, Capuani Archiepifcopi fuffraganeo fubfunt.

Aquinum olim magna Ciuitas, hodie autem ob lacus aquarum quafi ad nihilum redacta focul. 52

Roccaguglielma	722	*Rocca ficca*	480
S. *Petrus in Vroli*	16	*Torella*	188
Montiellum	73	*La Villa*	
Lopicum	...	*Pedimons*	309
S. *Ioan. in Carico*	123	*Trelte*	
S. *Patre*	141	*Collis* S. *Marghi*	186
Arce, & Rocca	333	*Palazzolum.*	

R. ARiani Epifcopatui fito in Prouincia Principatus vltra exempto, & ad Regis præfentationem exiftenti, fubfunt.

Arianum ab ara Iouis dictum, & Beneuentanorum olim Colonia 1890

Bonitum	131	*Rofitum*	
Melitum	165	*Corfanum*	113
Monsleonus	166	*Cafalborum*	180
Puccarinum	117	*Geneftra*	19
Zuncolum	381	*Monsfalconus*	170
Bonalbergum	124	*Caftrum francum*	254
Mons melis	54		

AScuîi Epifcopatui fito in Prouincia Capitanatæ Beneuentani Archiepifcopi fuffraganeo fubfunt.

Afculum Satriani ad differentiam Afculi de Marchia appellatur, olim M. Ciuitas, fed à Rogerio Normando diruta, & indè ab eius patre readificata, eft focul. 870

Candela 232

AVellini Epifcopatui vnito cum Frequentino, (Ciuitas enim Frequẽtis terremoto fuit collapfa) fito in Prouincia Principatus vltra, fuffraganeo Archiepifcopatus Beneuenti, fubfunt.

Auellinum	292	S. *Petitus*	82
Atripalda		S. *Stephanus*	
Malcalzati	83	*La Cannita*	
Sorbum		*Parolefium*	20
Loftrum	82	S. *Barbatus*	11
Salfa	91	*Serre*	29

Prata

Prata	114	*Grotta minarda*	292
Monsfredanus	153	*Mirabella*	492
Capriglia	125	*Taurati*	215
Summontum	82	*Locossanum*	68
Monsfortis	244	*S.Mangus*	169
Atellum		*S.Angelus ad Lesceam*	
Bellitium	18	*Fontanarosa*	193
Hospitale prope Contratam		*Paternum*	67
		Villamaina	
Fricentum	118	*Rocca S.Faluis*	121
Iesualdum	343		

AVersano Episcopo exempto in Prouincia Terræ Laboris, cui præest Illustriss. Don Carolus Carafa ex Roccellæ sacriq; Imperij Principibus, qui post mirificè expletam Germanicam Nunciaturam eruditissima Comentaria edidit *de Germania sacra restaurata*, & miro ordine omnia Germaniæ obuenta circa fidem catholicam, & eius aduersa explicat, subsunt.

Auersa (qua noua est Ciuitas à Normandis posita ad Neapolim, & Capuam auersandum à Carolo Primo à fundamentis deleta est, hodie autem est focul. 1320

Apranum	43	*Insula*	54
Casaprisina		*Horta*	42
Casapuzzana	70	*Pugliani de Atella*	54
Casale Principis	121	*Pascarola*	90
Carinara	85	*Puponum*	13
Carditum	49	*Parete*	69
Casolla Valenzana	32	*Casale noui alias Piro.*	
Catignarum	46	*S.Archangelus*	20
Cesium	45	*Suginum*	76
Casale S.Albini	9	*S.Marcellinus*	33
Crispanum	89	*S.Ciprianus*	48
Ducenta	49	*S.Arpinus*	63
Frigniani maior	112	*S.Antamus*	436
Fracta piccula	60	*Tiuerola*	113
Fracta maior, in qua temporale est Neap.		*Tiuerolacium*	12
		Trentula	79
Guicignianum	93	*Tuscianum*	36
Iuglianum	742		

ATri, seù Adriæ Episcopus, vide Ciuitatis Pennæ.

BArensis Archiepiscopus in Prouincia Terræ Bari, cui sedes Canusij fuit vnita, suffraganeos habet Episcopos Bitonti: Molfettæ: Iuuenatij, qui est Regius: Ruui: Salpiæ: Polignani: Mondoruini: Lauelli: Conuersani: Bitetti: Andriæ: Bisceglię, ac Budæ in Dalmatia. ei subsunt.

Bari in olim Saracenorũ sedes quãdo Apuliam, & Calabriam inuaserunt, est focul. 1926

Ceglia	40	*Cassanum*	337
Carbonaram	196	*Aquauiua*	1022
Balsanum		*Noia*	369
Trigianum	253	*Mola*	720
Medugnium	1375	*Casamaxima*	449
Bretittum	189	*Balsamum*	
S. Nicandrus	269	*Montronum*	40
Turittum	217	*Cannitum*	109
Palum	731	*Capursum*	395
Grummus	351	*Lositum*	93
S. Eramus	239	*Binettum*	189
Gioia	477		

BElcastri, seù, Genestrensi Episcopatui in Prouincia Calabriæ vltra sito, & Archiepiscopi S. Seuerinæ suffraganeo, subsunt.

Belcastrum vbi Templum Castoris, & Pollucis, adest 246
Villa ragon Græcorum 13

BEneuentano Archiepiscopo in Prouincia Principatus citra sito suffraganei sunt, Episcopi Luceriæ: Ascoli: Ferensolæ: Telesæ: Sanctæ Agathæ Gothorum: Montis viridis: Montis Marani: Abellini vniti cum Fricento: Vici de Baronia: Boiani: Bouini: Turribolensis: Dragonariæ: Vulturariæ: Larini: Cannæ: Termolis: Lesinæ: Guardiæ Alferez: & Ariani, aliqui connumerant etiam Triuenti Episcopũ, sed est exemptus, & Regius.

Beneuentum cum focularibus non numeratur, quoniam in summi Pontificis posse reperitur, siquidem tempore quo Vrbanus Quartus, Ca*rolum Primum de vtroque Regno Siciliæ inuestiuit, Beneuentum in centro Regni situm, in signum maioris dominij retinuit, teste* Apostillante ad Erempertum in lib. 1. historiarum, & Freccia in lib. 1. de subfeud. tit. de Prouincijs, & Ciuitatibus Regni. fol. 90. vers. Beneuentum. *vbi multa de Beneuenti antiquitate videre poteris. fuit enim amplum Ducatum in posse Longobardorum spatio annorum 200. & plus, & inde Principatus, vt alibi diximus.*

Vbi est signum † sunt in Comitatu Molisij.

Apice	474	*Fuianum*	
Paduli		*Baselicum*	
Mons caluus	656	*Castellum vetus*	
Sauignianum		*Tosara*	96
Petra pulcina	210	† *Gammatisa*	
Graci	21	† *Ricesa*	280
S. Georgius de Molinaria		*Felice*	28
		Pradicasillum	268
Molinara	82	† *Torum*	
S.Marc. de Cauosi	291	† *Campus petre S.Ioannes*	

S. Ioannes ad Torum		† S. Io. in Gaudo	265
Monasterium	165	S. Lupus	79
† Campoletum	165	Mons Sarchius	630
† Matrice	173	cum 4. caſalibus.	
† Limoſanum	183	Ranca	
S. Angelus de Limo- ſano	80	Cerumara	380
		S. Martinus	161
Geldonum	343	Apelloſa	80
Cerſa maior	218	Panaranum	
† S. Crux	145	Rocca Baſciarana	111
† Morconum	655	Petra ſturmina	116
Fragnetū Mons forte		S. Angelus de Sebala	86
Peſcum	89	Terranoua	
Bagum	33	Ceppalonum	290
Turricuſum, & Paupiſi	270	Chiuſanum	371
		La Pia	249
Foglianeſium	246	† Monsfalcionus	178
Vallis Vitulana	428	Altauilla	208
Caccianum	195	Monsfuſculus cum 25. caſalibus	261
Toccum	92		

BIſceglię, ſeù Vigilenſi Epiſcopatui ſito in Prouincia Terræ Bari, Archiepiſcopi Barenſis ſuffraganeo, ſubeſt.

Biſceglia focul.	1678

BIſiniani Epiſcopo exempto in Prouincia Calabria citra ſito, ſubſunt.

Biſinianum	1338	Lactaricum	236
Acrium	930	La Rota	
S. Sophia	187	Luzzi	312
Regina	142	Roſe	202
Toranum	179	S. Iacobus	23

BItetti Epiſcopatui ſito in Prouincia Terrę Bari, ſuffraganeo Archiepiſcopi Barenſis, ſubſunt.

Bitettum	554

BItontinæ Diœceſi ſitæ in Prouincia Terræ Bari, & Archiepiſcopi Barenſis ſuffraganeæ, ſubeſt.

Bitontum	1514

BOianæ, ſeù Roianæ Diœceſi ſitæ in Prouincia Comitatus Moliſij, Archiepiſcopi Beneuentani ſuffraganeæ, ſubſunt.

Boianum	530	Campusbaſſus	697
Sopinum	418	Buſſum	155
Cerſa maior	30	Baraniellum	217
Cerſa piccola	168	Li Caſali	
S. Iulianus	150	Guardia de Campoclaro	
Matrice	162	Latinum	172

Ratinum		Louiſum	
Laſtiglia de Rita		Lalabia diruta	
Macchiagodena	195	Saſſinarium	125
Colle de Anchiſe	87	S. Maſſimus	109
Spinetum	261	Cantalupus	167
Varuiellum			

BOuæ Diœceſi ſitæ in Prouincia Calabriæ vltra, Archiepiſcopatus Rhegij ſuffraganeæ, ſubſunt.

Boua	413	Brancaleone	90
cum 4. caſalibus		Lamēdolia Græcor.	472
Palizzi	122	Stayti	

BOuini Epiſcopatui in Prouincia Capitanatæ exiſtenti, & Archiepiſcopatus Beneuenti ſuffraganeo, ſubſunt.

Bouinum	530	Pannum	159
Faitum	147	Montagutus	64
S. Agata	492	Caſtelluccīū Græcor.	27
Acquaria		Ilicetum	484

R. BRundiſij Archiepiſcopatui vnito cum Hiritano, ſeù Vritano, ad Regis collationem ſpectāti ſito in Prouincia Terræ Hidrunti, qui ſuffraganeos habet Epiſcopos Hoſtuni, & Oriæ, & de Ciuitate iſta multa ait *Frecc. in lib. 1. de ſubfeud. fol. 85.* eique ſubſunt.

Brunduſium	1978	Salice	414
Meſciagnia	1116	Veglie	314
S. Dioniſius		Lubranum	506
Lidonicium	82	S. Pancratius	47
Guagnianum	230	Tuturanum	126

BVdę Epiſcopus, Archiepiſcopi Barenſis ſuffraganeus in Iſtria, ſeù Illyrico ſedē habet.

CAiatiæ Diœceſi ſitæ in Prouincia Terræ Laboris Archiepiſcopatus Capuæ ſuffraganeo, ſubſunt.

Caiazza	597	Tragonium	
cum 10. caſalibus		Latina	88
Pantelatrone	39	Baia	73
Formicula	303	Baianum	137
cū tribus caſalibus		Aluignianellum	7
Saccum	72	Campagnianum, & Squilla	46
Liſcanum			
Abignianum	205		

CAlui Diœceſi ſitæ in Prouincia Terræ Laboris, Archiepiſcopatus Capuæ ſuffraganeæ, quæ habet in feudum Rocchettam prope Calui, ſubſunt.

Calui	199	*Pignatarium*	
Camiglianum		*Sparauisium*	
Fastoranum		*Turris de Frãcolisio*	80
Tanum		*S. Andreas de Perso-*	
Madalenum	748	*ne*	34
Crux		*Saluator*	
Petruli cum Massa-		*Rocchetta*	18
rys		*S. Laurentius.*	105
Partignianum			

CAmpanez Episcopatui cũ Satriano vnito in Prouincia Principatus citra sito, & Salernitani Archiepiscopi suffraganeo, subsũt.

Campagnia	758	*Petrafesa*	
Cagianum	199	*La Saluia*	95
S. Angelus de Frat-		*Satrianum dirutum*	
te	72		

CApacij, seù Capue Aquensi Diœcesi in Prouincia Principatus vltra sitę, & Salernitani Archiepiscopi suffraganeæ, subsunt.

Capacium	213	*Galdum*	
S. Petrus	164	*Cannitium*	46
Monticellus		*Celsum*	38
La Tempa distrutta		*Polleca*	86
Trentinara	95	*Aquauella*	75
Giunganum	80	*Guarazzanum*	14
Conuengnentum	22	*Malafides*	
Hereditá	20	*S. Ioannes*	25
Oleastrum	43	*Porcile*	80
Agropolum	83	*Homignianum*	56
Torchiara	89	*Sessa*	30
Prignianum	78	*Vallis*	40
Puglisium dirutum		*Castellum nouum*	49
Melitum	4	*Monsfortis*	80
Copersitum	26	*Capizzum*	88
Finocchitum	21	*Magnanum vetus*	63
Mons	110	*Maglianum*	49
Cicerale	100	*Gorga*	54
Lauriano	56	*Hyo*	53
S. Martinus	15	*Campora*	123
Rotinum	93	*Gyoia*	
Vatolla	29	*Tianum*	5
Rocca	36	*Sala*	58
Lustra	41	*Salilla*	15
Camella	29	*Cardile*	42
Casilisarum	13	*Horrium*	
Mons Cerasius	30	*Peritum*	72
Lacorsa	30	*Hostilianum*	24
Montanarium	30	*Vetrale*	
Hortodonicum	35	*Pellare*	94
Fornilli	24	*Moiuum*	52
Zoppium		*Noui*	91
Cosentinum	26	*Cannalonga*	70
S. Maurus	100	*Angellarium*	
S. Thodarus	18	*Cornuti nullius*	77
S. Blasius		*S. Rufus*	
Massa scura	18	*S. Petrus*	164
Cerasum	70	*Sassanum*	
La Massa		*Polla*	384
Losspium		*Abbetina*	
Castellamare	474	*Sicignianum*	518
Terra dura		*Terranoua*	
Catona		*Galdum*	29
Asceti		*Castelluccia*	644
Mandia	43	*Aquara*	190
Pisciotta	125	*Pantolianum*	23
Cuccarum	163	*Hottati*	300
Lisutanium	11	*Hottatellum*	
Castanatellum	20	*Corletum*	
Montana		*Belsguardum*	68
Foria	31	*Rosignium*	133
S. Seuerinus	25	*Saccum*	213
Lauritum	154	*Laurinum*	467
Alphanum	46	*Fognia*	52
Rofranum	119	*Piagina soprana*	275
Sansa	259	*Piagina sottaria*	65
Bonabitaculum	335	*Filettum*	109
Mons sanus		*Rocca dell'Aspido*	195
Padula	605	*Albanella*	36
Atina	267	*Altauilla*	361
Dianum	397	*Serre*	168
S. Iacobus		*Molpha*	

CApricanensis, seù Caprearum Episcopus suffraganeus, Archiepiscopi Amalphitani, habet.

Capram Ciuitatem cum Anna Capre foc. 349

Insula ista fuit à Tiberio Cęsare habitata ex salubritate aeris, estq; in ea Venerabile Monasterium Sancti Iacobi ordinis Cartusiensis celebris, & illibati, vt alias referimus. est in cospectu Neapolis per 30. millearia.

CApuæ Archiepiscopus à Ioanne VIII. in anno 970. constitutus, habet suffraganeos Episcopos Teani, Calui, Casertæ, Caiazzij, Carinolæ, Suessæ, Venafri, Aquini, & Isernię. Situs est in Prouincia Terræ Laboris, & ei subsunt.

Capua, quæ ob terremotus diuersos in anno 847 856. & 983. diuersos locos mutauit, & Histor. Casinen. lib. 2. cap. 6. & 12. testatur, Campanas ibi ex se sonasse ob terremotum focul. 1816

Airola	67	*Casasulla*	99
Arnonum	108	*Caputrisium*	142
Brecera	30	*Casanoua*	68
Casalux	61	*Cursuli*	21
Campus perciptus	15	*Carolum*	21
Camiglianum	156	*Bagnara*	17

Cantu-

Caturanum	57	*Ricale*	78
Cancellum	59	*S.Marcellinus*	25
Caſalbarum	30	*S.Andreas*	111
Curte lani	16	*S.Maria de Foſſa*	104
Pecugnianum	42	*S.Clemens*	33
Gragzaniſium	197	*S.Vitus*	11
Ianus Capua	112	*S Nicolaus*	19
Curte faggi	62	*S.Lucia*	11
Perronum	22	*S.Demonte*	12
Maurata	93	*Staſarum*	30
Marcianiſi quo ad medietatẽ, nam alia eſt Caſerta	549	*S Secundinus*	17
		S.Maria maior	610
		S.Petrus in corpo	237
Moſecile	56	*S.Tambarus*	79
Pignatarum	251	*S.Priſcus*	134
Pastoranum	30	*Sauignianli Capua*	57
Porticum	52	*Vitulaccium*	53
Pantolianum	32	*Vellona Capua*	161
Portignianum	33		

CAriati Diœceſis vnita cum Cerentia, ſita in Prouincia Calabriæ citra, eſt ſuffraganea Archiepiſc. S.Seuerinę,& ei ſubſunt.

Cariati	109	*Caeeurium*	325
Cerenſa	20	*Verzinum*	393
Scbala	235	*Mons Spinellus*	106
Terra vetus		*Beluederium*	347
S.Maurellus	38		

CArinolæ, ſeù Caleni Diœceſi in Prouincia Terræ Laboris ſitæ, & Archiepiſcopi Capuani ſuffraganeæ, ſubſunt.

Carinola foc.	50	*S.Crux*	
S.Nicolaus		*Nouelletum*	
S.Angelus	334	*Caſale*	
Oliuetum		*Turris Franeoliſij*	86
Rocca Mondragonia		*Caſa noua*	
focul.	192	*Limatum*	8

R. CAſſani Epiſcopatus in Prouincia Calabriæ citra, eſt exemptus, & Regius eique ſubſunt.

Caſſanum	789	*Maratea*	487
Caſtrouillarum	1338	*Caſtelluccium*	344
Saracena	312	*Rotunda*	332
Altus mons	368	*Vigianellum*	265
Moranum	697	*Lainum*	563
Mormannum	401	*Trebiſaccium*	168
Pappaſiderum	251	*Albidona*	120
Vrſomarſum	325	*Caſale nouum*	346
Verruicarium	246	*Cerebiarium*	470
Abbas Marcus	5	*Francauilla*	116
Scalea	196	*S.Baſilius*	
Aieta	224	*Faſſinitum, ſeù S. Petrus*	115
Turtura	118		

Vngarum		*Porcile*	49
Aqua formoſa	45	*Caſtroccium*	
Plattici	100	*Ciuita*	148
Fermum	38		

CAſſinenſis olim Epiſc. in Venerab. Monaſteriũ Montis Caſini Regulæ S. Benedicti à Ioanne XXII. tranſlatum, vide infra hic in Monaſterijs.

CAſertæ Epiſcopatus in Prouincia Terræ Laboris, ſuffraganeus Capuæ Archiepiſcopi habet.

Caſertam cum 20. caſalibus in circa à Caſa irta dicta, teſte Heremperto lib. 3. hiſtoriarum, *& ab Alexandro IV. Cathedralis erecta*			972
Fauianum, & Tridici	54	*Capoderiſium*	
		Limatola	235
Madalonum	748	*medietas Morroni*	265
Marcianiſiũ cum caſal. quo ad medietatem		*Turris cum 13. caſal.*	

CAſtellanetę Epiſcopatus in Prouincia Hydrunti, ſuffraganeus Archiepiſc. Tarenti.

Caſtellaneta focul. 1660

CAſtri ad mare de Bruca Epiſcopus, ſuffraganeus Archiepiſc. Reginenſis, ſedem habet in Prouicia Principatus citra, cui ſubeſt.

Caſtrum ad mare de Bruca focul. & alia. 161

R. CAſtri ad mare, ſeù Stabienſis Epiſcopus, à Rege præſentatur, exemptus eſt, in Pronincia Principatus citra ſitus. deleta enim Stabia à Lucio Sylla, gens eius in vicinos vicos conuolarunt, & inde Caſtrum ad mare dicitur.

Caſtrum ad mare focul. 1061

CAſtri Epiſcopus in Prouincia Terræ Hydrunti, ſuffraganeus Archiepiſcopi Hydruntini, habet.

Caſtrum focul.	11	*Repreſſa*	30
Bagiardum	206	*Atrianum*	24
Vigne caſtride	38	*Dilum*	84
Maritima	39	*Nocilia*	26
Rutiglianum	709	*Caſtiglionum*	70

CAtacenſis, ſeù Catanzarij Epiſcopatus cum Taberna vnitus in Prouincia Calabriæ vltra ſitus, & Archiepiſcopi Reginenſis ſuffraganeus, habet.

Catanzarium	2406	*Sannuccium*	
Gimiglianũ casale	297	*Sabucum*	
Gighanum		*La noce*	
Rocca selluca	8	*Sorbum*	
Arenosum	33	*Lo sorrio*	
S. Petrus	17	*Fossati*	
Taberna cum casalibus	1407	*Sontonum*	
		Zagarsium	269
Pentona		*Cropanum*	403
Macesano		*Simmari*	287
S. Ioannes	94	*Selha*	221
Maranisi		*Arenosum casale*	
Albi		*Gracorum*	33

CAuæ Episcopus exemptus, in Prouincia Principatus citra, originem habet ex tẽpore Leonis X. qui Monasterium Trinitatis Cauæ à Gaui Mariõ Salerni Principe fundatum, & sub comẽda Cardinalis Oliuerij Carasæ existens, ipso Cardinale instante S. Benedicti Religioni restitutũ. & Cauæ ciuibus insistentibus, Episcopus fuit constitutus cũ redditu duc. 1800. à prędicto Monasterio ipsi Episcopo soluendorum, eique subest.

Caua focul.	2665

CEdoniæ, seù Lacedoniæ, aut Laquedoniæ in Prouincia Principatus vltra Episcopus, suffraganeus Archiep. Compsæ, subsunt.

Cedonia	299	Roccetta	250

R. CIrentiæ, siuè Acheruntiæ Archiepisc. vnitus cum Cariaci, & Materę à Rege præsentatur, inscribiturq; Achiruntinus Materanusque Archiepisc. & suffraganeos habet Episcopos Venosæ, Angloni translati in Turium, Potenzæ, qui est Regius, Grauinæ, & Tricarici, & in Prouincia Hydruntina sedem habet, eique subsunt.

Cerenza focul.	418	*Palazzum*	82
Matera	3110	*Caluiellum*	426
Oppidum	307	*Ansi*	517
Cancellara	386	*Petra Pertosia*	333
Petragalla	237	*Castelũ mezzanũ*	126
Vaglium	254	*Laurensana*	510
Tolue	385	*Genosa*	1095
Miglionicum	656	*Bernauda*	668
Tersa	952	*Gensana*	360
Ferrandina	1028	*S. Angelus*	
Pisticcium	783	*Cracum*	465
Fomaricum	673	*Grotticella*	
Mons scageosius	854	*Celensa*	
Turris ad mare	26	*S. Chiricus*	249
Gruptula	645		

CIuitatis Chieti, seù Theti Archiepisc. in Prouincia Aprutij, hẽt suffraganeo Episcopos Ciuit. Pennæ, vniti cũ Atri, Sulmonis dicti de Valua, Cãpli, Sorę, & Ortonæ ad mare. Dicta est Theates Ciuitas à matre Achillis, quę ibi habitauit, magna fuit olim Ciuitas, ad præsens Regia Audiẽtia ibi habitat. Archiepisc. habet feudum Orni nunc inhabitatum, & in cedulario descriptum.

Ciuitas Theatina	1816	Bigliola	
Casale	178	*Fresa*	254
Bucchianicum	452	*Lentella*	103
Casa cannatella		*Furci*	145
S. Martinus		S. Bonus	213
Pratore	117	*Pelicornum*	
Rapinum	100	*Casalanguida*	103
Guardia Gulis	442	Bomba	95
Penna de Pedimõte	50	*Archi*	271
Palumbara	83	*Gissi*	204
Ciuitella	82	*Cupellum*	
Fera de S. Martino	152	*Mons docisus*	
Lama	160	*Ragne*	
Taranta	237	*Pollutrum*	
Gessum	169	*Francauilla*	243
Colle de Meccna	102	*Scorciosa*	
Mons nigir	109	*Miglianicum*	76
Torricella	126	*Pescara*	
Falascosum		*Orsegnia*	146
Rocca scaligna	82	*Vacri*	73
Altinum	71	*Giuglianum*	88
Penna	54	*Olipa*	112
Bonanotte		*Villa Mairche*	254
Mons lo pianus	54	*S. Siluester*	
Ciuitas	96	*Forcarobolina*	
Fallum	49	*Monopellum*	
Villa S. Maria	111	*Turre*	33
Petra Ferrazzana	59	*S. Valentinus*	192
Colle de mezzo	124	*Toccum*	326
Mons Ferrante	74	*Mosellarum*	76
Montazzali	130	*Sallum*	159
Rocca Spinolaita	101	*Charamanicum*	720
Guilmi	104	*Secafumia*	
Baselice	50	*Rocchetta*	
Carpinetum	84	*Rocca morice*	120
Liseia	64	*Abbateggium*	
Caronichium	133	*Lo letto*	109
Le Faine	80	*Rocca montepiano*	121
Palmoli	178	*Filittum*	59
Tufillum	132		

CIuitatis Pennæ Episcopus, suffraganeus Archiepiscopatus Ciuitatis Theatinę, in Prouincia Aprutij vltra, vnitus est cũ illo Adrię, quæ Adriani Imperatoris patria fuit, teste *Frecc. de subfeud. fol. 92.* subsunt ei.

Ciuitas Penna	971	*Ciuitas S. Angeli*	451

Mosculum 118	*Castellone prope Torsaciam*	
Pianella 248		
Motta de Pescara	*Legognanum*	
Rusignanum	*Bascianum*	
Cagnoli	*Seborranum*	
Ciuitas Aquana	*Cermognanum*	
Montebellum	*La Penna*	
Farinola	*Ciuttella casa noua*	
Baculb	*Besteija*	
Colle de oro,& villa	*Cellonum*	
Le Castelle	*Bisconte*	
Isola	*Montesellum*	
Tossocium	*Castilenti*	
Castagnum	*Collo corbinum*	
Mons Siluanus cum decem villis	*Celtra*	
	Loretum	
Castellonum	*Atri,&*	
Radunazzium	*Tres villæ*	

CONuerfani, feù Cuperfani modernæ Ciuitatis Epifcopus, Barenfis Archiepifcopi fuffraganeus, in Prouincia Terræ Bari fedem tenet, eique fubfunt.

Conuerfanum focul.		1629
Nuci 807	*Turi*	517

COmpfæ Archiepifc. in Prouincia Principatus citra, habet fuffraganeos Epifcopos Muri, Cangiani, Sacciani vniti cum illo de Campania, Montis viridis, Cedoniæ, S. Angeli de Lombardis, Bifacciæ, vniti cum illo de S. Angelo, eique fubfunt.

Compfa antiquiffima Ciuitas, q à Fabio Maximo vi capta depopulata fuit, hodie eft foc. 60

Thegore	291	*Palum*	315
Andretta	161	*Buccinum*	600
Cairanum	100	*S. Andreas*	200
Labadia		*Vietrum*	160
Calitrum	514	*Conturfum*	400
Pesceum paganum	300	*Oliuetum*	351
Castellum nouum	71	*Senerebia*	57
S. Menda	125	*La Quaglietta*	86
S. Gregorius	176	*Calabrittum*	142
Lauianum	182	*Caprasele*	327
Lauuglianum	159	*Auletta*	226
Laualua	90	*Seluitella*	84

COfentiæ, feù Confentię Archiepifcopatus, in Prouincia Calabriæ citra fitus, fuffraganeum habet Epifcopum Martirani tantū, eique fubfunt.

Cofentia foc. 2509. (de qua diximus aliqua fupra hic) cum infrafcriptis capitibus Baliuiarum in fuis cafalibus.

Teſſanū cum cafal.	203	*Altilia vt fupra*	292
Dipignanū,& caf.	369	*Paternū vt fupra*	894
Grimaldū vt fup.	202	*inferius*	232
Carpāfanū ut fup.	431	*Mons altus cum cafalibus*	1137
Recoglianum vt fup.			
Mangonū vt fup.	415	*Paula*	568
Figlinaut fup.	683	*Fuscaldum*	329
Aprigliani ut fup.	730	*Guardia*	122
Petrafitta vt fup.	782	*S. Lucitus*	186
Pedacium vt fup.	346	*S. Siftus*	
Spezzanum grande vt fupra	394	*S. Fili*	361
		Rendo	255
Spezzanum paruum vt fupra	655	*Castellum francū*	355
		Cerifanum	178
Celicum vt fup.	364	*Carolei*	431
Rouitum vt fupra		*Mendicinum*	331
Lappanū vt fup.	290	*Domanicum*	152
Cornum vt fupra		*Lacum cafale*	
S. Benedictus	78	*Tiſſanum*	
Castiglionū vt fu.	228	*Belfitum*	
Zumpanum vt fupra		*S. Stephanus*	
Donnici fuperius, &		*Cellara.*	

R. COtroni Epifcopus exēptus, fuffraganeus Archiepifc. Reginēfis in Prouincia Calabriæ vltra, ad Regis collationē fpectat, multa de hac Ciuitate Cotroni dicit *Freccia lib. 1. de fubfeu. fol.* 93. & Nos alibi fupra diximus.

Cotronum focul. 1398 *Papanice*

R. CAietæ Epifcopo exēpto ad Regis prę-fentationē exiftēnti, in Prouincia Terræ Laboris à Gregorio 4. conftituto, fubsūt.

Caieta focul.	1844	*Le Fratte*	515
Mola		*Traiettum*	301
Castellonum		*Sperlonga*	48
Marandola	285	*Itrum*	734
Castellum onoratū	80	*Spignium*	
Castellum forte	415	*Corenum*	
Suio	96		

FRicenfis, feù Frequenfis Epifcopatus illo Auellini eft vnitus ftante ruina terremoti, ideo vide fupra Auellini.

FVndorum Epifcopus exēptus in Prouincia Terræ Laboris fitus eft prope confinia Regni, cui fubfunt.

Fundi	502	*Campum mellis*	
Paftina	159	*Monticellum*	123
Lenula	168	*Lopicum*	*Vallicorsū*

FErenfolæ Epus, fuffraganeus Archiep. Beneuentani, in prou. Capitanatæ, olim Ciuitas ifta erat, & in ea Imper. Fredericus à filio fuo naturali Manfredo veneno fublatus eft.

Ferenfola focul. 81

R. GAllipoli Episcopatui exempto sito in Prouincia Terrę Hydrunti, & ad Regis collationem spectanti, subsunt.

Gallipolum focul.	1171

GRauinensi Episcopo suffraganeo Achirontini Archiepiscopi in Prouincia Terræ Bari existenti, subest.

Grauina focul.	2691

GVardiæ Alpheræ Episcopus, suffraganeus est Archiepiscopi Beneuenti, in Prouincia Comitatus Molisij sedet, & ei subsunt.

Guardia Alpheria	103	*Lucitum*	191
Lapalata	77	*Calcabuttaccium*	
Castelluccia	45	*Lupara*	123
Ciuita	170		

HEritonensis Episcopus, vide Ostuni.

HIeracij Episcopatui sito in Prouincia Calabriæ vltra, Regiensis Archiepiscopi suffraganeo, subsunt.

Hieracium olim Locri dictum, de quo supra bis multa retulimus focul. 1030

Castellum vetere	570	*Turris de Bruzzano*	91
Rocella	225	*Motticella*	
Motta Gioiosa	175	*Crepacore*	114
Grotteria	582	*S. Agata*	55
Mammola		*Caugnianum*	
S Ioannes		*Mottagareri*	
Potomia	90	*Motta boualina*	356
Canale		*S. Nicolaus de Canale*	
Agranum		*Bombile*	
Antonimina		*Portigliola*	
Martoni		*Fumacum*	
Sidernum	272	*Motta ardona*	
Condotannum	500	*Natile*	
Biancum	361		

HOrtonæ ad mare Episcopo vnito cum Capli, suffraganeo Archiepiscopi Thietini, in Aprutio citra sedenti, subsunt.

Hortona ad mare	797	*Tollum*	83
Campoli	1077	*Candsa*	62
Lettum de Palena	108	*Chricchia*	104
Lotrignum		*Villa Campoli*	

R. HYdrunti Archiepiscopus in Prouincia Hydruntina ad Regis collationẽ est, & suffraganeos habet Episcopos Caseri, Gallipoli, Ugenti, Litij, & Epũm Caputhleuchi, vnitum cum illo de Alessano, cui subsunt.

Hydruntum	918	*Coriglianum*	592
Ciapaucalisium		*Vgianum*	12
Calimera	104	*Mondoruinum*	154
Castrum guarinli	28	*Surranum*	195
Castrum Francone	41	*Sciustianellum*	66
Burgagnum	51	*Palmaria*	94
Martignanum	169	*Sananica*	125
Martanum		*Tollinum*	94
Carpignanum	115	*Sternadie*	276
Serranum	23	*S. Donatus*	110
Candoli	44	*Solitum*	481
Bagnulum	153	*S. Petrus in Galat.*	993
Giurgignanum	266	*Golognanum*	162
Ciurfignanum	102	*S. Cassanus*	51
Malpignanum	297	*Aradeum*	127
Castrignanum	205	*Mocanum*	91

ISelæ Episcopatui sito in Insula Isclæ, seù Ænariæ, Archiep. Neap. suffraganeo, subsunt.

Iscbia	935	*Forinum*	

R. IVuenatij Episcopo exempto, ac Regio in Prouincia Terrę Bari sito, & ab Egnatia Ciuitate originem trahenti, subest.

Iuuenatium focul.	751

ISerniæ, seù Eserniæ Episcopus in Prouincia Comitatus Molisij, suffraganeus est Archiepiscopi Capuæ, & ei subsunt.

Isernia	839	*S. Capita*	71
Monterodanus	90	*Sassanum*	117
Macchia de Isern.	102	*Forlum*	
Miranda	136	*Carpinonum*	166
Pettoranum	72	*Rocca Cicona*	41
Pescum prope Isern.	83		

INsulæ, seù Strongiolẽsis, vel Seroniensis Episcopatus in Prouincia Calabriæ vltra situs, suffraganeus Archiep. Sanctæ Seuerinæ est, eique subest.

Insula focul.	64

R. LAnciani Archiepisc. in Aprutio citra sedẽ tenet, suffraganeos nõ habet, & in anno 1562. à Pio IV. Archiepiscopatus fuit declaratus, Rex pręsentat illum, & ei subsunt.

Lancianum	1353	*Castel nouum*	113
Ari	33	*Friscia*	55
Artellum	45	*S. Maria in mare.*	

LArini Episcopus, Archiepisc. Beneuentani suffraganeus, in Prouincia Capitanatæ sedem tenet, & ei subsunt.

Larinum focul.	224	*Serra Capriola*	386

S. Mar-

S.Martinus	211	*Chieusi*	207
Rotellum	138	*S.Paulus*	
Zonifrum		*Maglianum*	
Ripa bottone	103	*Montorium*	
Caſacalenda		*Mons longus*	
S.Iulianus	295	*Prouidente*	
Collettortum	215	*Vnuri*	
Macernum	40	*Papamaiano*	
Boniſrum		*Portocannonum*	
Campus marzus		*S.Barbara, ſeù Ciuitella*	
S.Crux	75		

LAuelli Epiſcopus, Barenſis Archiepiſcopi ſuffraganeus in Prouincia Baſilicatę ſedet, & ei ſubeſt.

Lauellum			702

LItij Epiſcopus in Prouincia Hydruntina, Suffraganeus Archiepiſcopi Hydrunti, & ei ſubſunt.

Litium, ſeù Lecce		*Lequile*	235
focul.	6167	*Surbum*	
S.Ceſarius	226	*Turchiabucum*	
Triputium	129	*S.Petrus Vernoticus*	
Schinſanum	337	*Carminacum*	
Vernulum	56	*Maglianum*	
Storda		*Banſi*	
Aquarica	65	*Cata*	
Vanum	37	*Arreſanum*	
Rocca	35	*Montoranum*	
Maladugnum	121	*Tracurium*	
Lizzanellum	20	*Merinum*	
Cauallinum	152	*Piſignianum*	
S.Maria de Norule		*Stula*	
focul.	126	*Vermilum*	
Cellinum	126	*Paſulum*	
Campi	443		

LIterenſis Epiſcopus ex anno 988. creatus, Amalphitano Archiepiſcopo eſt ſuffraganeus, in Principatus citra ſedem habet, eique ſubſunt.

Lettere cum caſalibus		*Le franche*	30
focul.	313	*Pimonte*	228
Granianum	508		

LIparis Inſulę Epiſcopus vnitus cum Pacennoo amplius in Regno cônumerari poteſt, tum quia Meſſanenſi Archiepiſcopo ſubeſt, tum quia à paucis ab hinc annis Inſula prędicta Siciliæ Regno fuit vnita.

LEſinæ Epiſcopus, ſuffraganeus Beneuenti Archiepiſcopi in Prouincia Capitanatæ eſt, & à lacu ibi exiſtente milleariorum 40. ambitus nomen habet propeq; fortuitorum flumen reſidet.

LAquidonenſis Epiſcopus, vide Cidoniæ.

LVceriæ Epiſcopus in Apuliæ Prouincia, Beneuenti Archiepiſcopi ſuffraganeus eſt, & ei ſubſunt.

Luceria	1195	*Preta*	
S.Nicander		*Polcina*	434

MAnfredoniæ, ſeù Sipontinus Archiepiſcopus, & Archipræſul Montis S. Angeli ex Bulla Alexandri Tertij vniti. Iſte dum eſt in Monte, Garganicus appellatur, in Siponto Sipontinus, ſed Sipontum dirutum eſt prope Manfredoniam, Apuliæ Metropolitanus dicitur, ſuffraganeos habet hodie Epiſcopum Veſtanenſem, ſeù Veſti; nam illi Rapollæ Monopoli, Troiæ, & S.Seuerij, ſeù Malphienſis, ſunt exempti, ei ſubſunt.

Manfredonia foc.	620	*Cagnianum*	105
à Turcis depredata		*Carpinum*	84
in anno 1620.		*Rodi*	108
S.Angelus	254	*Iſchitella*	136
S.Ioannes	392	*Peſchece*	13
Rignanum	137	*Vicum*	357

MArſorum Epiſcopus in Piſcinam Ciuitatem tranſlatus exemptus eſt, & in Prouincia Aprutij vltra ſedem habet. Marſorum Populi à Virgilio lib. 7. Marrucuj vocantur ibi Valeria magna Ciuitas erat, ſubſunt ei.

Piſcina focul.	276	*Caſtellum nouum*	117
Luccie	368	*Forma*	
Venere	142	*Maſſactrona*	
Gioya	238	*Maſſa de Soto*	
Peſcum aſſimuliũ	249	*Alba*	
Opi	99	*Antriſcianum*	
Preſenna		*Maglianum*	301
S.Sebàſtianus	135	*Piſciolum*	
Sperone	59	*Maranum*	59
Aſchium		*Sorbum*	82
Ortona marſorũ	236	*Poggium Filippum*	129
Cerritum		*S.Donatus*	85
Collis armelis	189	*Gallus*	
Ayellum		*Scanſanum*	110
Cerchium		*S.Stephanus*	
Celanum	398	*S.Ioannes*	
S.Petitus	73	*Intremonium*	71
Vendoli		*S.Maria*	63
S.Iona	74	*Caſtellum vetus*	170
Paternum	263	*Petra ſecca*	52
S.Polinus		*Tufum*	66

Poggium cinolfi		*Cappitellum*	
Auricola	109	*Corcumellum*	162
Rocca de boſſe		*Villa S. Sebaſtiani*	
Peritum	2[illegible]1	*Scurcula*	
Le colle ezille	[illegible]51	*Cappelle*	97
Colli	73	*Celle*	239
Rocca à ferri		*Anezzanum*	339
Pogitellum		*Lucum*	273
Taleacotium		*Traſaccum*	237
Vercuchia	104	*Collelongum*	127
Cappadatia		*Villa*	97
Petrella	114	*Ortucchium*	197
Pagliara	133	*Innamoratum*	
Caſtellum ad flamen			

MArſici noui Epiſcopus, Salennitani Archiepiſcopi ſuffraganeus in Prouincia Baſilicatæ reſidet, & ei ſubſunt.

Marſicum noui	456	*Saſſum*	15[illegible]
Marſicum vetus	302	*Brienza*	243
Moliternum	315	*Vigianellum*	260
Sarcuni	118	*Saponaria*	312
Vigianum	577		

MArtorani Epiſcopus, ſuffraganeus Archiepiſcopi Conſentini, in Prouincia Calabriæ citra ſedem habet, & dicitur Martiranum, quia ibi prima Martirum Ara colebatur, & de ea fuit Rogerius Martoranus magnus miles tempore Gulielmi Primi, ſubſunt ei.

Martorani foc.	450	*Cogliette*	
Seglianum, & caſalia	1419	*La Motta*	329

MAſſæ Lubrenſis, ſeù Sorrenti Epiſcopus in Prouincia Terræ Laboris, ſuffraganeus Surrentini Archiepiſcopi, olim Lubrenſis dicebatur adeo vt in Codice Cameræ Apoſtolicæ Lubrenſis, & Equenſis, dicuntur & non Vicus, nec Maſſa, ſubeſt ei.

Maſſa Lubrenſis focul. 604

MAteræ Archiepiſcopi, vide Cirentiæ.

MElphiæ vnitus cum Epiſcopatu Rapollæ, exemptus eſt in Prouincia Baſilicatæ ſedem habet, & ei ſubſunt.

Melphi	2180	*Ripacandida*	166
Rapolla	186	*Atella*	573
Barrile	[illegible]	*Geneſtra*	

MIleti Epiſcopus ſedem habet in Prouincia Calabriæ vltra cum ampla Diœceſi ex Bibonæ, & Taurianæ ſedibus iam dirutis, a magno Comite Rogerio erecta anno 1078. approbante Gregorio VII. ſub titulo Sanctiſſimæ Dei Genetricis, ac Diui Nicolai amplaſq; tradidit poſſeſſiones, & iuriſdictionem cum 96. vaſallis, ibique Rogerius habitans ab Vrbano II. fuit viſitatus anno 1089. teſte *Frecc. de ſubfeud. lib. 1. fol. 95.* & magnam Abbatiam Sanctiſſimæ Trinitatis in eadem Ciuitate fundauit, in qua ſepultus eſt anno 1101. poſſidet enim Epiſcopus prædictus Terrã Galatri cum ſpirituali, & temporali, & ei ſubſunt.

Miletum focul.	912	*Praghizzanum*	
Mons leonis	1640	*Ferolitum*	157
Briaticum, & Caſalia	943	*Caridà cum Caſalibus*	
Meſianum, & Caſalia	734	*Soritum cum Caſalibus*	373
Zungri		*Arena cum Caſalibus*	618
Calimera	162	*Surianum cum Caſalibus*	381
Roſarnum	606	*Pizzoni*	
Gioia	2[illegible]6	*Vazzanum*	
Palma		*S. Nicolaus*	
Seminara	1430	*Vallis longa*	449
Sinopolum cum Caſalibus	444	*Belforte*	179
Radicano		*Filogaſum*	83
Iatrinolo		*Panaia*	
Chriſtò		*Monteſanum*	83
Bragaſi		*Polia*	100
Pitium	309	*Caſtrum monardi*	208
Poliſtina cum Sancto Georgio	1056	*Francauilla*	178
Quinquefrondiũ	159	Maceratum	
Melicuccum	665	*Politium*	
Anoia cum Caſalibus foc.	250	*Lopianum, et Caſalia Terranoua*	
Borrellum cum Caſalibus	893	*S. Martinus*	
Franciſa cum Caſalibus	476	Radicinum	
Galatrum in quo etiam habet temporale in certa parte.	425	Fatrinolum	
		Vatolum	
		S. Martinellus	
		S. Leus caſale dirutum	
		Hortoſanum	

MInorenſis Epiſcopus in Prouincia Principatus citra in Coſta Amalphiæ reſidet, ſuffraganeus eſt Archiepiſcopi Amalphi, & ei ſubeſt.

Minori olim Reginella dicta focul. 126

Molphettæ

MOlphettæ Epiſcopus in Prouincia Terræ Bari, Hydrunti Archiepiſcopi eſt ſuffraganeus, vel exemptus ſecundũ aliquos, habet.

Molphettam focul.	1415

R. MOnopoli Epiſcopus exemptus, à Rege præſentatur, in Prouincia Terræ Bari ſtat, & ei ſubeſt.

Monopolum focul.	2491

MOndoruini Epiſcopus, ſuffraganeus Archiepiſc. Bari, in Prouincia Bari ſedet, ab antiquo Canuſio originem trahens, & ei ſubſunt.

Mondoruinũ foc.	753	*Mons melonus*	135

MOntis Caſini olim Epiſcopus, hodie Abbaria, vide infra hic in Monaſterijs.

MOntis Marani Epiſcopus, ſuffraganeus Archiepiſcopi Beneuentani in Prouincia Principatus vltra ſedet, & ſupra montem altiſſimum, eique ſubſunt.

Mons Maranus foc.	218	*Caſtellum frangi*	192
Caſtrum vetus		*Vulturana*	121

MOntis peloſij Epiſcopus exemptus eſt, licet aliqui ſuffraganeum Tranenſi Archiepiſcopo ponunt, in Prouincia Baſilicatæ ſedem habet, & modernus eſt ſecundum *Volaterranum*, eique ſubeſt.

Mons piloſius focul.	586

MOntis viridis, ſeù Nazaret Epiſcopus, ſuffraganeus Archiepiſcopi Beneuẽtani eſt, in Prouincia Principatus vltra ſedem habet, & modernus eſt, eiq; ſubſunt.

Mons Viridis foc.	185	*Carbonara*	380

R. MOrulæ Epiſcopus ad Regis præſentationem, & exemptus eſt, in Prouincia Terræ Hydrunti ſedem habent, eiq; ſubſunt.

Motula focul.	361	Paleſcianellum	
Paleſcianum		*Maſſafra*	269

MVri Epiſcopus, ſuffraganeus Archiepiſcopi Compſæ, in Prouincia Baſilicatæ ſedet, & in eo eſt Tumulum Reginæ Ioannæ I. à Carolo III. ibidem relegatæ, & mortuæ, eique ſubſunt.

Muri focul.	848	*Romagnum*	39
Labella	75	*Riciglianum*	106
S. *Fœlix*	401	*Raponum*	50
Caſtellum de grandine	162	*Barigianum*	207
Valuanum	109		

NEapolis Archiepiſcopatus in Campanea Fęlici, ſeù Terra Laboris ſitus, ſuffraganeus habet Epiſcopos Nolæ, Puteolorum, Acerrarum, & Inſulæ Iſchæ, eique ſubſunt Neapolis magna Ciuitas, Regni caput, quæ infraſcripta habet Caſalia à numeratione ex priuilegio exempta, & ideo focularia eorum non numerantur.

NEAPOLIS	*Barra*
Meanum	*Villa*
Mianella	*S. Iorius ad Cremanum*
Piſcinola	*S Io. ad Tuduccium*
Marianella	*S. Sebaſtianus*
Chiaianum	*Portici*
Porucca	*Reſinum*
Caruizzanum	*Serinum de Varra*
Maranum	*Turris Græci, ſeù Ottaua*
Mognianum	*Vicoſcum*
Panicocolum	*Pauſilippum*
Miletum	*Loſtratum*
Grumum	*Lo Vommarum*
Afragola	*Rinella*
Caſale nouum	*Conocchia*
Caſauature	*Caput montis*
Secondiglianum	*Polucca*
Arſanum	*Ciccianum*
Caſoria	*Caput chini*
S. Petrus ad Paternum	*Sanctus Spiritus*
Carditum	*Terzzum*
Liculi	*Piſcinella*
Pazzignium	*Petra alba*

NArdò, ſeù Heritonis, aut Neritonis Epiſcopus exemptus eſt in Prouincia Idruntina ſedet, & ei ſubſunt.

Nardò focul.	1468	*Clauranum*	447
Galatena	504	*Secchili Caſale*	1061
Copertinum	515	*Aradeum*	127
Racale	246	*Ottauianum*	
Fellinum	138	*Aliſte*	
Caſaranum		*Noia*	43
Martinus		*Caſaracus caſale*	
Paralitta	234		

NAzzaret Epiſcopus, vide ſupra Montis viridis.

NEocaſtri Epiſcopus in Prouincia Calabriæ vltra reſidet, ſuffraganeus eſt Archiepiſcopi Reginenſis, & ei ſubſunt.

Neocaſtrum	922	*Vena caſale Græcorum*	
S.Blaſius	100	*Amatum caſale Græcorum*	
Maida cum ſuis caſalibus	972	Marciadinarium	135
Monteſorum	83	*Ferolitum*	157
Corigniarum		*Serra ſtricta caſale*	52
Iacoctum		*Zingorola*	
Lacconia		Settingianum	
Tiriolum		*& alia.*	

NIcoteræ Epiſcopus in Calabriæ vltra, Archiepiſcopi Reginenſis ſuffraganeus eſt, & ei ſubſunt.

Nicotera focul.	658	*Carnum*	
Filicaſtrum	685	*Limbadum*	
S. *Nicolaus*	55	*Brigliottonum*	
Mondaradonum		*Conterionum*	
Caloniſium			

NVceriæ Paganorum Epiſcopus, ſuffraganeus Archiep. Salernitani, in Prouincia Principatus citra ſedem habet, & ei ſubſunt.

Nuceria Paganorum focul.	636	*Angri*	489
		Marſanus	

NOlæ Epiſcopus in Prouincia Terræ Laboris ſedet, ſuffraganeus eſt Archiepiſc. Neapolis, & ei ſubſunt.

Nola cum 13. caſalibus focul.	1820	Pomiglianum de Arco focul.	164
Cicala		S.Anaſtaſius	
Auella cum caſal.	549	Ottaianum	465
Serignanum cum duobus caſalibus		Palma	362
Rocca Rainula cum duobus Caſal.	125	*Laurum cum 11. caſalibus*	1584
		Turris Annuntiata	
Saſſum		S. *Petrus*	177
Marglianum cum 11. caſalibus		*Summa cū caſal.*	1241
		Sebaſotum	

NVſchi, ſeu Nuſauitan. Epiſcopus, ſuffraganeus eſt Archiepiſcopi Salernitani, in Prouincia Principatus vltra ſedem tenet, & ei ſubſunt.

Nuſcum focul.	458	*Montella*	992
Bagnulum	366	*Caſſanum*	295

R. OGenti, ſeu Vxenti Epiſcopus exēptus à Rege præſentatur, & in Prouincia Terræ Hydrunti ſedet, & ei ſubſunt.

Ogentum focul.	271	*Laeugnanum*	
Puſiccium	186	Barbaratum	51
Tauriſanum	84	Salue	215
Acquatica	65	Mareianum	293
Ruſianum	37	*Miſeianum*	66
Turris de Padula		Supraſſanum	48
Specchium	201	*Tauianum*	151

OPpidi Epiſcopus ſedem habet in Prouincia Calabriæ vltra, Reginenſis Archiepiſcopi ſuffraganeus eſt, & ei ſubſunt.

Oppidum focul.	804	*Varapodi*	
Terranoua	2419	*Triſilice caſale* Oppidi	
Caſoliti	50	S. *Criſtina*	542
Sitizzanum		*Conropadanium*	
Pedaulum grande		*Garganade*	
Pedaulum piccolum		*Lombricchi*	
Meſignade		*Oria*	
Senoſarium		*Scido*	
Galatoni			

R. OIræ Epiſcopus in Prouincia Otranti, ſeu Hydrunti ſedet, exemptus à Rege præſentatur, olim Archiepiſcopatus erat, & cum illo Brunduſij fuit vnitus, teſte *Frecc. de ſubfeud. lib.* 1. *fol*. 85. eique ſubſunt.

Oira focul.	897	*Vetrana*	200
Caſale nouum	986	*Luſianum*	273
Francauilla	1020	*Ceglie*	616
Turris S.Suſāna	236		

OStuni, ſeu Aſtrin. vel Oſtrin. ſeu Vſtuni Epiſcopus in Prouincia Hydrunti ſedet, eſt exemptus, & ei ſubſunt.

Oſtuni focul.	1264	*Caruuignum*	300
S.Vitus	342	*Locus rotundus*	308

PIſcinæ Epiſcopus, vide Marſonum.

R. PVteolanenſis Epiſcopus in Prouincia Terræ Laboris, Regius eſt, & Archiepiſcopi Neapolis ſuffraganeus, olim Cumanus Epiſcopus prope Puteolum erat, nunc autem diruta eſt Cumarum Ciuitas, ſubſunt ei.

Puteoli focul.	675	*S.Petrus ad Succauli*	173
Planuria		*Foregrotta*	

POlicaſtri Epiſcopus, Archiepiſcopi Salernitani ſuffraganeus, in Prouincia Principatus citra ſedem habet, & ei ſubſunt.

Policaſtrum foc.	32	*Roccaglorioſa*	215
Cammarota	183	Pedana	24

Turris Orſaca	203	*Caſella*	140
S. *Chriſtophanus*		*Battaglia*	74
Hiſpani	24	*Morigeraſi*	85
S.Marina	98	*Caſalettum*	113
Libonati		*Tortorilla*	174
Torraca	86	*S.Io.ad Piro*	59
Trecchiane		*Lacus niger*	516
Lauria	100	*Sicili*	
Riuellum	223		

R. POtenzæ Epiſcopus in Baſilicatæ Prouincia ſedem habet, eſt exemptus, & ad Regis præſentationem ſpectat, eique ſubſunt.

Potenza focul.	1179	*Auiglianum*	438
Labriola		*Vignola*	316
Titum	567	*Ruoti*	102
Picernum	548	*Varagianum*	492

POlignani Epiſcopus, Barenſi Archiepiſcopi ſuffraganeus, in Prouincia Hydruntina ſedet, adſunt in eo corpora ss. Viti, Creſcentij, & Modeſti, contra mordentes canes a Deo gratiam impetrantes, & ei ſubſunt.

Polignanum	816	*Turi*	517

RApolli Epiſcopus vnitus cum illo Melphiæ, vide Melphiæ.

RAuelli Epiſcopus vnitus cum illo Schalæ in Prouincia Principatus citra, exemptus eſt, & multa de eo dicit *Frecc. in lib.1. de ſubfeud. fol.78. col.1.* & ei ſubſunt.

Rauellum focul.	223	*Scbala*	227

R. REginenſis Archiepiſcopus in Prouincia Calabriæ vltra ſedet, à Rege præſentatur, & Comes Bouæ titulatur, ſuffraganeos habet Epiſcopos Neocaſtri, Tabernæ, vnitum cum Catanzario, Amantheæ vnitum cum illo Tropeæ; Cotroni, qui eſt Regius. Oppidi. Caſtri ad mare de Bruca in Prouincia Principatus citra, Caſſani. Catanzarij. Hieracij. Squillacij. Neocoteræ. Bouæ. & per prius habebat Epiſcopum Liparenſem vnitum cum illo de Parenſa, qui hodie ſubeſt Archiepiſcopo Miſſinenſi. ſicuti etiam vnita fuit Inſula prędicta Regno Siciliæ vltra. Farum. de Regio multa dicit *Frecsia in lib.1. de ſubfeud. fol.93. & Nos diximus ſupra in hac obſeruatione*, & alibi, ſubſunt prædicto Archiepiſcopo.

Rhegium	2380	S. *Agata cū caſal.*	1108
Scilla	372	*Curſi*	

Flumara de muro	814	*Trizzinum*	
Calanda	313	*Turretti*	
Motta S. Ioannis	500	*Ierlupum*	
Monte bellum	302	*Naſiti*	
Pentidattilum	117	*Candanum*	
S. Laurentius	318	*Pauglianum*	
Ioppolum	79	S. *Robertus*	
Sauatellum	88	*Laganante*	
S. Dominica		*Aleſſi*	
S. Ioannes		*S. Stephanus*	
S. *Blaſius*		*Moſtroa*	
Pedargoni		*Carditum*	
Ceraſi		*Moloſchium ſuperius, et*	
Schindileua		*Moloſchium inferius ca-*	
Faraſi		*ſalia Terra noua*	

RIeti Epiſcopus de ſtatu Eccleſiaſtico in Regno noſtro habet.

Cicolum cum circa 30.		*Colleſeatum*	92
Terris in circa.		*Caſale minardum*	
Montem Herculis cum		*Turris de Taglia*	
30. *caſalibus.*		*Latruſchium*	
Ciuitam Realem	308	*Spedinum*	60
Acumuli	457	*S. Anatoglia*	
Leoneſſa	1906	*Amatricē cum* 90. *ca-*	
Corbarium	45	*ſalibus*	1186

ROſſani Archiepiſcopus in Prouincia Calabriæ citra ſedet, non habet ſuffraganeos, & ideo Metropolitanus non dicitur, quia Concilium Prouinciale non celebrat, *cap. clericos, 22. diſt.* & non differt ab Archiepiſcopo, qui poteſt eſſe ſine ſuffraganeis, *Frec. autem de ſubfeud. lib.1. p.94. col.2.* ei ſuffraganeum ponit, & ei ſubſunt.

Ruſſanum	1256	*Calopezzati*	155
Curiglianum	1125	*Campana*	274
Terranoua	507	*Petrapaula*	218
Tarſia	401	*Longobucchum*	400
S. *Laurentius*		*Bucchiglierium*	166
Calouittum	261		

RVui, ſeù Rubi Epiſcopus in Prouincia Terræ Bari ſedet, ſuffraganeus Archiepiſc. Barenſis eſt, & ei ſubſunt.

Ruum, ſeù Rubum focul. 1573
de quo fertur, quod quando Diuus *Petrus per Apuleam tranſiuit, dixit, non inueniſſe niſi Rubum, Barum, & Tarentum.*

R. SAlerni Archiepiſcopus in Prouincia Principatus citra ſedet, Regis ad collationem eſt, & ſuffraganeos habet Epiſcopos Campanea, Capacij, Policaſtri, Nuſchi, Sarni, Marſici noui, Nuceriæ Paganorum, & Acer;

& Acerni, & à Bonifacio VII. anno 698. in Metropolim fuit erectus, & caput S. Matthei Apostoli habet, de quo nimis iure merito gloriatur, subsunt ei.

Salernum focul.	2233	*Castiglionum*	19
cum 4. casalibus		*S.Seuerinus*	3090
Ebolum	648	*cum 17. casalibus*	
Leoanum	199	*Forinum*	693
Mons Coruinus	812	*Solofra*	747
Gifonum	100	*Serinum*	25
S.Ciprianus	108		

SAlpiæ olim erat Episcopos in Prouincia Capitanatæ, sed fetido aere frustrante desolata est,& Tranensi Archiepiscopatui vnitos fuit,habet enim prope lacum Manduriū: in hac Ciuitate Anibal Cartaginensis iam strenuus amore captus vnius mulieris, ita effemenatus deuenit, quod honorem perdidit: Salpe est hodie feudum in capite Regiæ Curiæ,vt supra in Prouincia Capitanatæ videre poteris in feudatarijs, & prope Tesantum est,hodie dictum Tresanti Venerab. Monasterij S. Martini supra Neapolim ordinis Cartusiensis, & ideo vide infra in Archiepiscop. Tranensi.

SAncti Angeli de Lombardis Episcopatus, suffraganeus Archiepisc. Compsæ in Prouincia Principatus vltra sedem retinet, & ei subsunt.

S.*Angelus*	346	*Guardia*	349
Bisacium	503	*Vallata*	346
Torella	366	*Morra*	394
Leonum	352		

SAncti Marci Episcopus exemptus est, & in Prouincia Calabriæ citra sedem habet, per prius erat io Maluito, ab Vlisse ædificato, teste *Marisioto in cronica Calab. lib.2.f.10.* subsunt ei.

S. *Marcus*	160	S. Donatus	139
cum casalibus		*Cirella*	83
Fagnianum		*Mairà*	79
Pizzolium		*Grisolia*	92
Roggium		*Rogianum*	332
Bonifatium	141	*Maluitum*	296
Beluedere	347	*Serra de Elia*	52
Bonuicinum	84	*Motta fillona*	153
Sanbenetum	132	S. *Sossus*	38
S.Agata	205	*Mongrassanum*	62
Policastrellum	57	*S.Laurus*	14

SAncti Seuerij Episcopus exemptus est, & in Prouincia Capitanatæ sedem habet, (in anno 1627. Terremotus magnus ibi fuit, vt retulimus supra *vers.13. obs.3.*) subsunt ei.

S.Seuerius focul.			1000
Turris maior	206	*Pulcina*	430

SAnctæ Seuerinæ Archiepiscopus in Calabria vltra sedem habet, in fortissimo, ac loco tutissimo stat, suffraganeos habet Episcopos Vmbriatici, Beleastri, Sitomensis, Isolæ, Strongioli, & Cirentiæ vniti cum Cariati, & ei subsunt.

S.Seuerina focul.	588	*Rosca de neto*	131
Mesuraca	167	*Scandali*	
Cutrum	638	*S.Maurus*	152
S. Io. Monacus	94	*Licotronsi casale*	
Policastrum	685	*Policastri*	37
Rocca Bernarda	183	*Laristta casals Græcor.*	

SArni Episcopus, suffraganeus Archiepisc. Salernitani in Prouincia Principatus citra sedet, & has Terras, habet.

Sarnum focul.	923	*Valentinum*	234
S.Marsanus	158	*Strianum*	

SChalæ, vel Camensis Episcopus, vide Ranellum.

SVessæ, seu Sinuessę Episcopo, Capuani Archiepiscopi suffraganeo, in Prouincia Terræ Laboris sedenti, subsunt.

Suessa	1979	*Cellola*	
cum casalibus		*Aueranum*	
Casanum		*Pedimons*	
Valognium		*Pons*	
Torum		*Lipizzanum*	
Laurum		*Monticellum*	123
Coriglianum		*Collum S.Sinisibi*	
Rancolitium		*Collum figliardi*	
Fontana varina		*Campli*	
Polisistum		*Liminari*	
S.Petrus de Toraldo		*Dubbaglinum*	
S.Barbara de Toraldo		*Turricella*	180
Errensitium			

SAnctæ Agatæ Gotorum Episcopus, suffraganeus Archiepiscopi Beneuentani,in Prouincia Capitanatæ sedem habet,fortis Ciuitas semper fuit, & ex ea Episcopus extitit magnus Pontifex Sixtus Quintus,& has Terras tenet.

S.Agata Gotor. foc.	492	*Burazzanum*	349
Airola	584	*Frassum*	371
Arpaia	338	*La Valle*	84

Duen-

Ducenta	22	*Cumellara*	
Balneoli	366	*Catanellum de Arenzo*	
Arienſum cum caſali		*Cauà, & S. Fœlix*	223
bus	829	*Quagliarina, e S. Ma-*	
Caput Conca		*rio*	37

SOræ Epiſcopus ſedet in Prouincia Terræ Laboris, ſuffraganeus Archiepiſc. Thiectini, eique ſubſunt.

Sora magni, & memorandi Cardinalis Baronij Patria, quæ eſt focul.	629
S. *Ioannes in Carico*	123

SQuillacij, ſiue Scyllatij Epiſcopus, ſuffraganeus Archiepiſc. Regin. in Calabria vltra ſedet, Ciuitas antiquiſſima ab Atheniensibus condita corpus S. Agatij habet, & Styli Epiſcopatu vnitus, Ciuitas, quæ Epiſcopum habuit, Ciuitatis nomen retinet, *Fontanell. de pact. nuptialib. tom. 1. clauſul. 4. gloſ. 11. nu. 14. verſ. & hæc, fol. 218. & Bald. in §. imperialis, nu. 10. de pace conſtant.* ſubſunt ei.

Squillacium Caſſiodori patria focul.			470
Gilifalcum	210	*Arguſtum*	98
Borgia	52	*Sanſoſti*	57
Stalatti	240	*Satrianum*	218
S. *Lia*	130	*Motta placanica*	105
S. *Fiorus*	206	*Stylum*	1615
Cendricha	34	*cuius caſalia ſunt,*	
S. *Amaronius*		*Riace*	
Lucenadi		*Stignianum*	
Turris de Spatula		*Guardauille*	
Cardinale	232	*Pazzanum*	
S. *Vitus*	111	*Camini*	
Petritium	80	*Moneſteracium*	65
*Claraualli*s	69	*Palermiti*	17
Iſcha	108	*Oliuadi*	60
S. *Andreas*	207	*Brogniaturum*	36
S. *Catherina*	210	*Zimbarium*	
Dabolum	192	*Vadolatum*	337
Suberatum	115	*Motta placanica*	98
Galiatum	49		

SIpontinus Archiepiſcopus, vide Manfredoniæ.

STrongioli Epiſcopus ſedet in Prouincia Calabriæ citra, s. Seuerinæ Archiepiſcopi ſuffraganeus eſt: (credunt aliqui Strongiolū Pitelam fuiſſe, quæ Patria Octauiani Cæſaris fuit) ſubeſt ei.

Strongiolum focul.	178

SVlmonenſis, ſeu Valuenſis Epiſcopus in Prouincia Aprutij citra ſedem habet, ſuffraganeus Archiepiſc. Theatini eſt, & licet in Sulmonis Ciuitate reſidentiam faciat, tamen in Valuenſi Eccleſia s. Polini prope Pentimam functiones Epiſcopales miniſtrare tenetur, ſubſunt ei.

Sulmona focul.	995	*Carapelle*	254
Pentima	147	*Colaſcium*	367
Rocca raſci	127	*Rocca Calaſcij*	203
Rocca vallis ſcure	197	*Buſcium*	89
Rocca quinq; milia	95	*Molinum*	140
Pettoranum	163	*Campus de Ioue*	133
Canſanum	75	*Prezza*	114
Popoli	262	*Anuerſa*	218
Rocca de Caſale	78	*Scannum*	280
Baianum	118	*La villa de lacu*	73
Palena	205	*Cucullum*	224
Pacentrum	401	*Frattura*	99
Gurianum ſiculi	141	S. *Stephanus*	230
Taglianum	215	*Capri*	61
Caſtellum vetus		*Bagniorca*	90
Caſtrum Hilariſſeci-		*Riuiſondoli*	229
narium		*Intridaqua*	142
Oſenum	99	*Gambarale*	59
S. *Lucia*		*Pratula*	125
Caſtellum de monte		*Petranſiera*	61
Carapelle	113	*Capeſtranum*	193
Caſtellum vetus de			

SVrrenti Archiepiſcopus anno Domini 913. à Sergio III. inſtitutus, in Prouincia Terræ Laboris ſedet, & ſuffraganeos habet Epiſcopos Vici, & Maſſæ Lubrenſis, ſeu Salpenſis, de quo vide ſupra in Maſſa Lubrenſi, ſubſunt ei.

Surrentum, & Planum de Surrento for.	1039

R. TArenti Archiepiſcopus in Prouincia Terræ Hydrunti, ad Regis collationē eſt, ſuffraganeos habet Epiſcopum Motulæ, & Epiſcopum Caſtellanetæ. A Diuo Petro, & Diuo Ioanne Apoſtolis conſtitutum fuiſſe, dicit *Frecc. in lib. 1. de ſubfeud. fol. 85.* vbi multa de Ciuitate Tarenti, & Nos aliqua ſupra tetigimus, ſubſunt ei.

Tarentum foc.	3617	S. *Maria de la Camera*	
Martina	2105	*Fagianum*	110
Gruttaglia	1310	*Montemeſola*	50
Pulſanum	45	*Fragagnianum*	122
Leporanum	103	S. *Marzanus*	54
Lizzanum		*Ciutella*	26
S. *Maria de Carozi-*		*Montioſa*	
no	45	*Monacitium*	120
Rocca forſata	110	*Mons Parauus.*	
S. *Martinus*	50		

Theani

THeani Episcopus, suffraganeus Archiep. Capuæ, in Prouincia Terræ Laboris sedē habet, & ei subsunt.

Theanum cum 15. casalibus foc.	1435	*Conca cum 20. casalibus*	322
Rocca Monfina cum 5. casalibus	723	*Marsanum cum 8. casalibus*	634
Galucium cum 10. casalibus	375	*Rocca Romana cum 2. casalibus*	101

THelesæ Episcopus in Prouincia Terræ Laboris est, & Beneuentani Archiepisc. suffraganeus, (olim Thessalia Ciuitas nominata erat potentissima, & vna ex septem Ciuitatibus Samnij, hodie autem paruæ villæ tenet Accolas) subsunt ei.

Thelesa focul.	6	*Ciuitella*	22
Solopaca	146	*S.Laurensellus*	152
Milizzanum	56	*Poicchia*	111
Torellum	180	*Gioya*	157
Guardia S. Framundi	252	*Casale*	192
		Rocca	310
S.Laurent.maior	189	*Venere*	142
Limatula	265	*Cerritum*	415
Ponte	62	*Limata deruta*	8
Casaldunum		*Massa*	29
Petrauoya	90	*Puglianellum*	38
Cusanum	250	*Amenusium*	34

THerami Episcopus in Prouincia Aprutij vltra sedet, exemptus est, & titulatur Therami Princeps, & Comes Bisenij, & armatus albis armis celebrat, subsunt ei.

Theramum foc.	845	*Cannilli*	
Lutteya	19	*Fiume*	
Frattoli	90	*Triscolarum*	
Cesaratina	68	*Nocelle*	
Ceruanum	168	*Gelbe senozza*	
Giogloletum		*Colle gelozzo*	
Planum		*Casanoua*	
Leraricum		*Progatterium*	
Poggiū pontecchiū	119	*S. Felis*	
Agelli	278	*Vallis S.Ioannis*	
S.Georgius	55	*Parictum Comitis*	
Iengaunum		*Montorium*	448
Laducua		*Rocca Monsorij*	
Corfinum		*Fornarolum*	48
Cemignanum		*Spianum*	
Seruizza		*Collecuum*	
Gelse		*Rapinum*	69
Paduli		*Mianum*	
Pizzellum		*Forcella*	78
Fioli		*Canzanum*	128
Vallis		*Castellum altum*	105
Martisi		*Castellum bassum*	109
Guardia humana	88	*Marchia Comitis*	77
Notarescum.	119	*Vallis Pragoli*	
Morsum	152	*Serre*	
Montepaganum	136	*Maglianum*	301
Cologna		*Pogium vallis.*	26
Iulia	358	*Calcarunum*	
Muscianum	140	*Magnacella*	
Li Passoni		*Rupum*	
Montonum	51	*Giulianoua*	358
Lortorettum		*Sessa*	
Poggium morellū	84	*Lipizzanum*	
Contraguerra	96	*Monticellum*	
Mons S.Polus		*Collis S. Sinischi*	
Turanum	47	*Collis Cigbodi*	
Amaretum		*Giammanella*	
S. Alterus		*Liminaschi*	
Bellantum		*Dublaguna*	
Compoli	1077	*Turricella*	
Castellum nouū	117	*Agnonum*	
Ciuitella	173		

TErmuli Episcopus, suffraganeus est Archiepisc. Beneuentani, & in Prouincia Capitanatæ sedet, eique subsunt,

Termolum, quasi terminus Apuliæ dictum, focul. 239

Mons niger	391	*Ripalda*	
Goglionisium	490	*Tauerna*	
Mons la Tiglia		*S. Iacobus*	15
Mons metulus			

THeatinus Archiepiscopus, vide Chieti.

R. TRani Archiepiscopus, cui Salpensis Episcopatus est vnitus, & Archiepiscopus Trani, ac Salpensis Episcopus titulatur, ad Regis collationem est, & in Prouincia Terræ Bari sedet, suffraganeosq; habet Episcopum Alessani vnitum cum illo Caput Leuchi, & Episcopum Montis pelosij, qui est exemptus, subsunt ei.

Tranum focul.	962	*Coratum*	1084
Barletta	3047	*Casale Trinitatis*	45

TRiuici, seu Vici de Baronia Episcopus est, suffraganeus Archiepisc. Beneuentani, & in Prouincia Principatus vltra sedem retinet, eique subsunt.

Triuicum focul.	345	*Castellum*	90
S.Nicolaus	69	*Carisi*	145
S.Sossus	170	*Flumari*	150

TRicarici Episcopus in Prouincia Basilicatæ sedet, Archiepisc. Achiruntini, Materaniq; suffraganeus est, & has Terras habet.

Trica-

Tricaricum foc.	1073	*Caritum*	157
Caccianum	236	*Mons mortuus*	154
Albanum	388	*Armentum*	448
Garautum	34	*Gallicchium*	40
Oliuetum	59	*Maſſanellum*	138
Aluectura	182	*Alianum*	324
S. Maurus	340	*Mons Albanus*	604
Stiglianum	514	*Gracum*	518
Cirigliauum		*Salandra*	266
Gorgoglionum	230	*Graſſanum*	124
Guardia	1202		

R. TRinenti Epiſcopus Regius, & exēptus eſt, in Prouincia Comitatus Moliſij ſedet, & apud Samnites Caſtrum Trebelenſe appellabatur, ſubſunt ei.

Triuentum foc.	409	*Guaſtū Girardum*	258
Agnonum	813	*Moliſe*	36
Belmons	135	*Riuus niger*	66
Caſtrū ſanguinis	329	*Alphedena*	101
Civenza	148	*Salcitum*	100
Caſtiglione N. Marini	169	*S. Blaſius*	16
		Toulla	117
Mons niger	69	*Sprunaſne*	17
Petra abundans	92	*Peſcum Lancianum*	41
Roſellum	118	*Carouoglium*	206
Ruoi	118	*Caſtiglionum de Carouoglio*	206
Schiauè	150		
Bagniulum	557	*Furli*	129
Capracotta	164	*S. Martinus*	77
Callauonum	69	*Priſcus prignonus*	172
Caſtellutium prope Agnonem	49	*S. Angelus*	88
		Mons falconus	166
Caſtellū guidone	105	*Turris bruna*	97
Ciuita noua	174	*S. Ioannes*	256
Ciuita vetus	62	*Rocca Iouara*	
Caſtrum Prignianum focul.	154	*Licaſali*	261
		Rocchetta Caſtri Prignani	
Caſtellū de Iudice	62		
Friſolanum	319	*Chiauci*	

TRoiæ Epiſcopus exemptus in Prouincia Capitanatæ ſedem habet, & ei ſubſunt.

Troya focul.	1202	*Caſtelluccium*	186
Verſara	336	*Colle*	58
Foggia	1090	*Fattum*	78
Viccarum			

R. TRopeæ Epiſcopus à Rege noſtro S. P. præſentatur, & in Prouincia Calabriæ vltra ſedet, ſuffraganeus Archiepiſc. Regienſis. Tropea vetus Ciuitas, & Herculis portus quando ex Hiſpania venit, diciturque à verbo Greco τρέπω, idest quia fari rema vſq; ad eum locum currit, & inde reflectitur.

Tropea cum 114. Caſalibus in Calabria oltra focul.			3104
& in Calab. citra		*Serrecella*	52
Amantea	1093	*Iezzare*	
Caſtiglionum		*Sautum*	
Nocera		*Lauicellum*	
Ayellum		*Sauutellum*	190
Petramala		*Lacum*	
Flumen frigidū	917	*Li Terrati*	
Longobardum		*Belmonte*	286

VEnafri Epiſcopus ſuffraganeus Capuani Archiepiſcopi, in Prouincia Terræ Laboris ſedem retinet, eique ſubſunt.

Venafrum foc.	751	*Rocca Rainola*	217
Maſtrati	47	*Aqua fundata*	47
Seſtum	42	*Vetriuſum*	79
Rocca piperozza	34	*Caſale*	
Capriata	112	*Vallis de Copolare*	
Mont' Aquila	53		

VEnoſæ Epiſcopus, ſuffraganeus Archiep. Acheruntini, & Materani, in Prouincia Baſilicatæ ſedem habet, eique ſubſunt.

Venoſa focul.	1095	*Maſelitum*	
Forenſa	600	*Spinnazzola*	369

VGenti Epiſcopus, vide ſupra Ogentum.

VIci Equenſis, ſeù Aquenſis, alias Vicen. vel Vican. dicti della Montagnia Epiſcopus, in Prouincia Terræ Laboris ſedē habet, Archiepiſcopi Surrentini eſt ſuffraganeus, & ad præſēs mirificè regit Illuſtriſſ. Io. Aloyſius Riccius Patricius Neapolitanus doctiſſimus, qui tot opera nota compoſuit, & ab Vrbano VIII. proprio motu creatus, & ad maiora promouendus. De huius Ciuitatis Vici laudibus vide *Frecc. lib. 1. de ſubfeud. fol. 91.* vbi quod ex Hercole originem trahere, refert, ſubeſt ei.

Vicum focul.	398

VIci de Baronia Epiſcopus, vide Triuicum.

VIeſti, ſeù Veſtanenſis Epiſcopus in Prouincia Capitanatæ ſedet, & Archiepiſc. Sipontini eſt ſuffraganeus, & ſubeſt ei.

Vieſti, olim Veſtice dicta, quæ tutum habet portum, ex quo Alexander III. Venetiam petijt ex inimicitia Imperatoris Frederici, ſed in anno 1480. ab Acomat Bajcid Turcarum

Praefecto diruta fuit, dum Italiam occupare tentabat, & inde à Rege Ferdinando restaurata, est hodie focul. 209

Vigilensis Episcopus, vide Bisceglię.

Vmbriatici, vel Ebriacensis Episcopus, suffraganeus Archiepisc. S.Seuerinæ, in Prouincia Calabriæ citra sedem habet, & ei subsunt.

Vmbriaticum focul.			90
Surerrum		*Melisa*	350
Casalbonum	200	*S. Nicolaus*	36

Vstoni Episcopus, vide Ostuni.

Vlturaræ Episcopus in Prouincia Capitanatæ sedet, Archiepiscopi Beneuenti suffraganeus est, & ei subsunt.

Vulturaria focul.	126
Sanctus Bartholomeus	567
Celenza	494
Sanctus Marcus de Gotis	190
Vuoltorinum	170
Motta . . *Prasa*	308
Castellum nouum	31
Sanctus Marcus de Casula	207

Abbatiæ, Archipresbyteratus, Archipresulatus, Archidiaconatus, Monasteria, & Præpositatus, quæ in Regno Terras, seù Casalia exempta possident, & Terræ nullius Diœcesis cum spirituali iurisdictione, & aliquæ etiam cum temporali, vt notum est, sunt.

106 Abbatia S. Laurentij prope Diœcesim Aquilæ habet.

Acianum focul.	192
S. Martam de Ponte	62
Thionum	102
Bessitum	. . .

Abb. Sanctæ Sophiæ de Beneuento.

Ciccianum cum Casalibus focul.	312
Fragnitellum .	

Abb. Molphæ in Diœcesi Capacij.

Centula focul.	125

Abb. Sancti Clementis propè Diœcesim Ciuitatis Pennæ.

Bolognianum	101
Alanum	202
Castellonum de Vulturno	. . .
Rocca Sansonescha	. . .
Corbara	. . .
Casignianum	127
Guardia Hummana	80
Castellum vetus	79
& aliud Castellum propè Cogniolum	112

Abb. Casæ nouæ propè supra dictam Diœcesim.

Porictum	. . .	*Carpenctum*	75

Abb. S. Mariæ ab Bruscianum alias de Soccursu Aquilæ, in Diœcesi Aquilæ.

Spulturum	209

Abb. S. Ioannis in Lamis in Monte S. Angeli, seù Gargani.

Sanctus Marcutius focul. cum spirituale, & temporale.	190

Abb. S. Euphemiæ in Diœcesi Neucastrensi, quæ hodie est sacræ Religionis Hierosolymitanæ in Diœcesi Neucastrensi in Calabria vltra cum spirituale, & temporale.

Sancta Euphemia focul.	68
Iizzaria	124

Abb. Sanctæ Mariæ ad Bruscianum in Diœcesi Sancti Marci.

Pescum Sansonescum focul.	129
Corbara	45

Abb. Sancti Vincentij de Vulturno in Prouincia Terræ Laboris.

Scapoli foc.	90	*Li Colli*	. . .
Cerrum	428	*Roccetta*	63
S. Vincentius	79	*Furnellum*	117
Castellum	. . .		

Abb. Sancti Salui in Diœcefi Thietina.

Teynaricum	. . .

Abb. Sancti Petri Spinæ in Diœcefi Mileti.

Cianum focul.	. . .

Abb. S. Ioannis in Collimento prope Aquilam.

Abb. Sanctiffimæ Trinitatis Ciuitatis Mileti, Collegij Græci de Vrbe habet iurifdictionem fpiritualem in Ciuitate Mileti, & fuper octo, vel decē Cafalibus ibi proximis.

Archipreful Montis Sancti Angeli Manfredoniç Archiepifcopo eft vnitus, vt fupra videre poteris in Manfredoniæ Archiepifcopo.

107 Archipresbyteratus nullius in Regno funt.

Altamura fita in Prouincia Terræ Bari focul. 2682
De officio Archipresbyteratus videas in *tit. extra de officio Archipresbyteri.*

Archipresbyt. mitratus Rutigliani in Apulia.

Rutiglianum focul.	858

108 Archidiaconatus Beneuenti cum fpirituali iurifdictione.

Circellum focul.	312
Colle	36
Caftrum Paganum	168

De officio autem Archidiaconatus videas *extra de officio Archidiac.*

109 Collegium Græcum Vrbis Romæ habet Abbatiam Sanctiffimæ Trinitatis Mileti, notatam fupra in verbo Abbatia.

110 Monafterium Sanctorum Stephani, & Brunonis de Nemore in Prouincia Calabriæ vltra fitum, in quo Venerab. Corpus Sancti Brunonis Fundatoris Religionis Carthufianæ iacet, iurifdictionem fpiritualē, & temporalem, ac etiam Epifcopalia præter ea quæ funt Ordinis habet fuper diuerfis Cafalibus, & præfertim fuper infrafcriptis ad præfens habitatis.

Spatula) / *Serra)*	218	*Montabrum*	100
		Gafparina	84
Biuongium	113	*Mons Pauo*	113

& prætendit habere iurifdictionem fpiritualem etiam in ifta Terra Montis Pauonis, de qua pendet lis, vt diximus fupra pag. 336.

Monafterium Montis Virginum in Diœcefi Auellini.

Mognanum focul.	90
Mercoglianum	60
Quadrelle	320
Hofpitalettum	. . .
& in Diœcefi Beneuentana.	
Petram defufi	. . .
Ciettanum cum cafalibus	212
Sanctum Martinum	. . .

Monafterium Montis Cafini in Prouincia Terræ Laboris olim Epifcopatus, hodie venerab. Religionis Sancti Benedicti ex cōceffione Papæ Ioannis 22. de anno 1334. in diuerfis locis fpirituale habet, & in aliquibus etiam temporale.

S. Germanum focul.	938
cum fpirituali, & ciuili iurifdictione.	
S. Petrum in fine	160
S. Vittonus	174
Ceruaram	140
S. Eliam	230
Vallem rotundam	145
Belmontum	112
Pigniatarium	. . .
S. Georgium	. . .
S. Petrum in Curulis	. . .
Caftellum nouum	155
S. Bonarum	. . .
S. Ambrofium	30
Vallem frigidam	69
S. Andream	34
Cocoratium	. . .
Roccam de Vandro	98
In Prouincia Aprutij.	
Pefcum Conftantium	427
S. Petrum la Vallona	. . .
Varream	210
Villettam	. . .
Ciuitellam	. . .
Pefcoa Ifferniam	. . .
Serram Monacefcam	127
Lafaram	. . .
& in Calabria citra.	
Cetrarium	436
& alia.	

Monafterium Sanctiffimæ Trinitatis Cauæ, (de quo vide, quæ diximus fupra in Epifcopatu Cauæ) in Diœcefi Capacij.

Caftellum dell'Abbate focul.	479

Perdifumum focul.	67
Matontum	. . .
S. Mangum	107
Serram mezzanam	23
Capograssium	66
Casalicchium	132
Castagnetam	19
Sanctam Luciam	6
Lograssium	13
Sanctam Barbaram	69
Pouanum	. . .
Ogliastrum	53
Tramutulā in diœcesi Marsici noui	603

Monasterium Sancti Laurentij prope Padulam ordinis Carthusiensis ex vnione ei facta de Abbatia Cadossæ vigore Bullæ Leonis X. in dicta Diœcesi habet in Casale nouo iurisdictionem spiritualem, & ciuilem, & alia iura.

Præpositatus in Regno sunt.

111

Atessa focul. 617. in diœcesi Thietina.

Atini in diœcesi Soræ, & ei subsunt.

Picinifcum focul.	249
Settefrati	256
Sanctus Donatus	401
Gallinarium	131
Casale	. . .
Casaluerium	323
Aluitum	536
Vicaluum	129
Setrarcum	. . .
La Posta	40
Campolum	140
Victosolanum	. . .
Li Brocculi	. . .
Balsaranum	179
Morrea cum casalibus	. . .
Sanctus Ioannes	. . .
Sanctus Vincentius	189
Ciuita de Antina	. . .
Ciuitella	67
Canistrum	. . .
Pescum Canale	. . .
Morinum	. . .
Rendinaria	. . .
Rocca vini	. . .
Insula	192
Castelluccium	81

Arpinum	605
Arpinum Fontana	. . .

Terræ in Regno nullius.

112

In Baronia Capistrani de Carapelle in diœcesi Aquilæ in Apruтio.

Sanctus Stephanus focul.	241
Capestranum	193
Castellum de Monte	254
Carapelle	113
Castelluccium	. . .
Calusium	. . .
Rocca de Colascio	203
Ofena	. . .
Bussi	. . .
Alberonum in diœcesi Vulturaria, & Mondoruini	. . .
Canosa in Prouincia Terra Bari	363

In Diœcesi Capacij.

Pattanum focul.	22
Pattanellum	50
Sanctus Nazzarius	36
Contronus	107
Castellum Sancti Laurentij	. . .
Sanctus Angelus à Fasanella Episcopatus Tropea	516
Cornuti	98
Sanctus Maurus	146
Sanctus Seuerinus	22
Abbate Marcus	39
Sanctus Laurentius	157
Cerigniola nullius in Prouincia Capitanata focul.	466
Marrugili in Hydrunto diœcesis Bari	431
Procita foc. 353. Insula in Terra Laboris.	
Putignanum in Prouincia Terra Bari focul.	1499
Terlitium in Prouincia Terra Bari	729
Sanctus Arterius in diœcesi Capacij est Episcopi Caua.	
Sanctus Angelus Fasanella in eadem diœcesi est Episcopi Tropea.	

Sunt & quamplurimæ aliæ per Regnum iurisdictiones Abbatiarum spiritualia, & temporalia exercentium, quæ breuitatis causa non recensentur.

OBSERVATIONIS II.

SVMMARIVM.

Decanus ante alios debet fe firmare, ante num. 1.

1 *FVluius Conftantius Marchio, & Regens laudatur, & eius mors, nu.1.*
2 *Cœcus poteft effe Iudex, & retinet dignitatem.*
Aduocatus cœcus an poftulare poffit, ibidem.
3 *Teftis fenex fanus mente, & ob manuũ tremorem non valens firmare, poteft eius manus dirigi per peritum.*
4 *Scribendi forma in iuuentute, variatur in fenectute.*
5 *Don Flaminius Conftantius Regius Confiliarius creatur.*
6 *Didacus Lopez Regens laudatur, & numer. 19.*
7 *Prorex poteft Proregentes creare.*
8 *Proconfiliarios, & Propræfidentes in Regia Camera non.*
9 *Proconfiliarij, & Propræfidentes creati à D. Duce Offuna.*
10 *Prorex de iure poteft nominatos per eum Regi interim exercere facere.*
11 *Cur poteft Proregentes creare, & non Proconfiliarios.*
12 *Poteft prouidere, fupplere, & addere pro Guberneo Regni.*
13 *Eft de numero Senatorum, licet fit caput.*
14 *Poteft prouidere de Propræfidente in Sacro Confilio, & de Prolocumtenente in Regia Camera.*
15 *Arbitrio Proregis eft, vel Propræfidentem creare, aut fupplicationes legi facere per Sacr. Conf.*
16 *Decanus Sacri Confilij folet effe Propræfidens, fed in arbitrio Proregis ftat electio aliorum.*
Propræfidens Sacri Confilij folet effe Decanus, ibidem.
17 *Don Petrus de Gaftellet Regens, Prolocumtenens in Regia Camera.*
18 *Ioannes Baptifta Valenzuola Velafquez Regens, Officium Præfidentis quando rexit, & inde ad fupremum Confilium Italiæ accerfitus.*
19 *Didacus Lopez Suarez Propræfidens S.C. & inde Regens.*
20 *Fœlix de Ianuario Confiliarius Decanus, Propræfidens S.C. & Marchio.*
Don Emanuel de Zunica, & Fonfeca, Montis Regis Comes, & Regni Neap. Vicerex, ibidem.
21 *Caroli de Tapia Marchionis Belmontis, & Regentis Decani commemoratio.*
22 *Don Ioannis Enriquez Marchionis Campi commemoratio.*
23 *Scipionis Rouiti Regentis commemoratio.*
24 *Scipionis Brandolini Regentis commemoratio.*
Iofeph Brandolinus eius filius Confiliarius creatus.
25 *Ferdinandi Brancia Regentis in Hifpaniam acceffus, & commemoratio.*
26 *Officium Regentis in fupremo Confilio Hifpaniæ eft diuerfum ab ifto in Collaterali Confilio Neapolis.*
27 *Regentes, qui fuerunt in Supremo Confilio non præcedunt noftros Regentes Collateralis, fi ad fedendum veniunt cum Regentes apud Proregem noftrum.*
Secus fi venirẽt vti Regentes fupremi Confilij, ibidem.

OBSERVATIO II.

De DD. Regentibus, ac Proregentibus in hac lege noftra fubfcriptis, ac de alijs hodie exercentibus, necnon & quare D. Prorex Proregentes, & alios in capitibus Tribunalium prouidet, Proconfiliarios vero, vel Propræfidentes in Regia Camera non.



SECVNDA Obferuatio in ordine continet materiam DD. Regentium, & Proregentium Regiam Cancellariam, Sed quia fupra in *verfic. 7. obferuat. 3.* concernentia Collaterale Concilium, & eius Regentes perfcrutati fumus, reftat nunc videre aliqua de Regentibus, & Proregentibus in hac lege fubfcriptis; primus enim defcriptus eft Decanus, vt eft neceffum de Iure fieri, *l. 3. C. de diuerf. refcript.* & clarius in *nouella conftitut. 114. Andr. in cap. 1. col. 7. verfic. numquid ftabitur, qui fucceff. teneantur, il primo, Vincen. de Franch. decif. 354. num. 4.*

Regens Conftantius fubfcriptus, eft ille
1 Fuluius Conftantius, de quo mentionem dignam facit *Regens Rouitus in pragmat. 4. de ceffione bonorum, fub num. 11. & in pragmat. 1. num. 25. de fyndicat. official. & in pragmat. 19. num. 17. de Baronibus*, & qui

quidem merito, fuit enim Portæ nouæ Sedilis Patricius, & Marchio Corleti, ex nobilissima Constantiorum Familia, de qua plenæ sunt historiæ, rexit optimus, & doctissimus Minister iste eius officium Regentis tam in supremo Concilio Hispano, quam in hoc Regno ex anno 1596. vsque ad 1617. & maxima cum circumspectione assidua audientia & charitate cum incomparabili satisfactione negotiantium: possent quidem ei assimilari fortuna, & obuentus Fuluij Flacci, à *Valerio Maximo commendati in lib. 3. cap. 8. & in lib. 4. cap. 2. & in lib. 8. cap. 4. & à Tito Liuio in decat. 4. lib. 9. fol. 476. & fol.* 190. quibus in locis quasi omnes casus, & omnia accidentia tam prospera, quam aduersa prædicto Fuluio Flacco aduenta, similiter huic Illustrissimo Viro (omnium virtutum numero ornatissimo) euenisse reperies; tandem in vltima eius senectute in lucem edidit vtilissimas suas lucubrationes super tribus libris Codicis pro communi omnium vtilitate: adeò vt cum prædictis edoceret, si amplius cum laboribus personalibus Reipublicæ beneficia conferre infirmitas impediuit; inde autem ob eius oculorum, & corporis indispositionem ad extremum fuit deductus, adeo vt de eius firma fuerit dubitatum, sed *text. in l. 2. C. de assessoribus.* pro eo erat stante
2 eius eminentia, cœcus enim potest esse Iudex, & dignitatem retinet, *l. 6. ff. vbi quis agere, vel conueniri, & l. 1. ff. de postuland. in 5. colum.* ibi, *Quamuis autem cæcus pro alio postulare non possit, tamen & Senatorium ordinem retinet, & iudicandi officio fungitur.* & *l.* 8. *C. de decurionib. lib.* 10. licet *glos.* ibi limitat, quando amborum oculorum cæcus esset. & de surdo, & muto facit *d. l. 1. ff. de postuland. & l. 7. §. 1. ff. de decurionib.* & multa dicit *Gizzarellus in decis.* 26. licet Aduocatus cœcus postulare non possit, ex ratione, quia Magistratus insignia non videt, *d. l. 1. de postul.* nisi esset in causa propria, *Nicolaus Vigelius in lib. 7. digestorum, cap. 4. fol.* 490. vbi multa de his, qui postulare non possunt, quinimo post *Luc. de Penna* idem *D. Constantius in l. 60. C. de decurionib. lib. 11. num.* 36.
3 *fol.* 149. dixit, quod si testis adeo senectute confractus esset, vt ob manus tremorem se firmare non possit, tali casu eius manus à Perito capi potest, & ad scripturam dirigi, si tamen sit mente sanus, è coram testibus ipso mandante fieret, sicuti fit in teste impedito, *Afflict. in decis.* 167. *versic.* 2. *pro hac parte.* aliamque practicam ponit *Andr. in constitutio. Regni. Instrumentorum robur, circa principium.* & habemus in *§. t. in authent. quomodo instrumentis, quæ apud Iudices insinuanda sunt fidem apponere oporteat, constitut.* 83. *secundum lecturam*
4 *Aloandri*. Scribendi forma variatur, nam non in eodem modo sicuti in adolescentia, aut in medio ætatis flore positus quis scribet, iam senio grauatus, & tremebundus sæpè numero ingruescente morbo similem scripturam efficere poterit.

Eximius vir iste post triginta annos Regentatus cum maximo splendore recti, vitam cum morte commutauit 4. Maij 1627. non sine vniuersali dolore. Reliquitq; dignissima pignora filiorum, & inter cæteros Illustrissimum, & Reuerendissimum D. Hie-
5 ronymum Archiepiscopum Capuæ, & Don Flaminium Regium Consiliarium paulò ante mortem prædictam ad officium Ascitum, qui tanto Patri non degenerant, sed eius vestigia insectantes nimia cum solertia, & religiositate eorum iniunctis muneribus vacant: & ex primogenito reliquit D. Fuluium Constantium Iuniorem Principem Collis Anchisæ ornatissimum Iuuenem, qui ad Potentissimum Regem nostrum ab hac Ciuitate fuit Orator missus, & benignissime receptus, munus suum prudenter explicare non desinit.

Sunt etiã in hac lege subscripti alij Proregentes, idest Proregens Lopez, ad præ-
6 sens Regens, resolutionis admirabilis, de quo dicemus infra hic *nu.* 19.

Et Proregens Villalops, qui inde ob eius nimiam bonitatem Consiliariatus officium renunciauit, Hispaniamq; in Patriam reuersus, vt semper optabat, requieuit in Domino.

Proregens vero Alderisius similiter in lege ista subscriptus, Consiliarius doctissimus ingeniiq; perspicacissimi, & Vicecancellarius in Almo Collegio Neapol. ac Annonæ Præfectus vigilantissimus erat, qui ni morbo hippolisiæ fuisset obsessus, & per tres dies absque motu, aut loquela detempus ex hac luce secederet 17. Maij 1623. ad Regentatus munus iam propediem erat promouendus.

De creatione Proregentium diximus aliqua supra *versic. 2. obseruat. 2. in prima potestate Proregis.* & in his, quæ Prorex facere, vel non facere potest, in *secundo casu.*

Tamen quicquid sit de Iure, DD. Proreges sunt in possessione, seù quasi, creandi
7 Proregentes in casu deficientiæ Regentium in Collaterali Consilio, & in diuersis tempori-

poribus fic femper obferuatum fuiffe, eft no-tiffimum.

8 Quo verò ad Proconfiliarios in Sacro Confilio, & Propræfidentes in Regia Camera creandos, non fuit feruatum DD.Proreges illos creare, & licet D. Dux Offunæ legis huius conditor Proconfiliarios, & Propræfidentes in Regia Camera creauerit:fue-
9 runt inde ordine Regis fublati, vt vidimus fupra *verfic. 2. obferuat. 2. num.* 38. quamuis ex difpofitione *l. fi quos Iudices, C. de offic. Præfect. Orientis*, ibi, *& in vicem eorum alijs fubrogatis &c.* & in *cap. Regni Neapolis incip. Item quod prædicti Officiales non ordinentur, in fine, pag. mihi* 303. habemus, quod Carolus Primus difpofuit *Ita vt Officiales ordinati non mutentur nifi caufa rationabili, vel caufa infirmitatis, vel furti, & hoc fit de confcientia noftra, & incontinenti quod fuerint impediti fignificentur Curiæ noftra, fcilicet fi eft citra farû infra quindecim dies, fi eft vltra farum infra menfem, & nomine impediti, tunc nominet alios, vel alium loco impediti, vel impeditorum, qui fint idonei, & fcribetur eis in prædicta forma in cafu mortis antequam*
10 *nominauerint, interim faciant adminiftrari, donec refcripferimus fuper hoc noftra beneplacitum voluntatis*, eft etiam & aliud *cap. eiufdem Caroli Primi incipiente. Item magiftri paffuum, pag. mihi* 307. quo loci difponitur idem refpectu aliorum Officialium Regi nominandorum, difponendo expreffe, vt in cafu mortis tantum quem nominauerit, interim faciant adminiftrare, donec Rex mandauerit fuper hoc eius voluntatis beneplacitum. Hodie autem non eft vfu receptum, vt interim nominati exerceant, fed facta per Proregem nominatione Regi de tribus perfonis, expectatur Regis electio; funt quidem officia, quæ ad Regis collationem fpectant, & Regni Prorex nominationem tantum habet, *Regens Rouitus in rubrica de officijs ad Regiam Maieftatis, & Viceregis collationem fpectantibus, nu.* 5. *pag.* 353. Ratio diuerfitatis effe poteft, quia Confiliarij, & Præfidentes Regiæ Cameræ à Rege creantur pro iuftitia Populis miniftranda, fed Regentes Collateralis Confilij funt principaliter conftituti pro confulendo Proregi, & merito dum Prorex aduertit in
11 eius Throno, feu Confilio, plenum, & accuratum dictamen deficere pro feruitio Suæ Maieftatis, ac recta adminiftratione, & gu-
12 bernatione Regni, & fuperintendentia negotiorum poteft prouidere, fupplere, & addere, vt probat *text. notab. in l. licet.* 12. *C.*
13 *de affeffor.* Prorex enim eft caput Senatus, & de numero Confiliariorum, *l. ius Senatorum.* 8. *C. de dignitatib. lib.* 12. ficuti & Imperator Conful Romanus eligi folebat, & Iuftinianus ter Conful fuit, *glof. in l. vltima, C. vt publica lætitia, lib.* 12. Meritò eius Senatum fupplere, & ei alios fubrogare debet, & poteft.

Et cum eadem ratione, poteft etiam
14 prouidere Tribunalibus de Propræfidente in Sacr. Conf. vel de Prolocumtenente in Regia Camera Summariæ, nam quo ad Regentem, aut Proregentem in Magna Curia Vicariæ fuum eft prouidere, vt alias notauimus *verfic.* 3. *obferuat.* 3. *num.* 204. in quibus dignitatibus poterit, vel Officiales eiufdem, vel alterius Tribunalis conftituere, vt ei melius vifum fuerit: quandoque vero prouidere folet, vt fupplicationes legantur
15 in Sacro Confilio per Aularum Decanos, feruata forma *text. in authent. qua fupplicatio, C. de precibus Imperat. offer.* ibi, *vel*
16 *eorum Confiliarijs.* fed vt plurimû folet eligi in Propræfidentem Sacri Confilij, Decanus eiufdem. Verum in Domini Proregis arbitrio relinquitur; tempore enim Præfidatus Don Petri de Vera ab Aragonia ob eius abfentiam fuit in Propræfidentem electus Ioannes Thomas Salamâca Confiliarius decanus integerrimus, qui inde ad fupremum Italiæ Concilium fuit Regens creatus, vbi ex hac vita fecefsit, fuit etiam poft mortem eiufdem Præfidentis Don Petri de Vera in Propræfidentem creatus Confiliarius Don Ioannes Sanchez de Luna Decanus, qui per multum tempus fęliciter, & expedite officium prædictum expleuit: verum in anno 1612. mortuo Præfidente Camillo de Curte, qui vix per dies vndecim officium exercuit cum magna expectatione: Dominus Regni Prorex Lemenfiû Comes noluit Decanum eligere in Propræfidentem, fed per quatuor Aularum Decanos fuit officium prædictum coniunctim expletum per multum tempus, vniebantur enim in vna ex Sac. Confil. Aulis, & omnes infimul fupplicationes decretabant, & alia incidentia prouidebant, & nemo ex eis firmabatur, fed decretationes, & incidentia firmabantur per vnû ex Magiftris Actorum Sacri Confilij, dicendo: *Prouifum per Sacrum Regium Confilium,* & ita obferuatum fuit vfque ad aduentum ex Hifpania D. Marci Antonij de Ponte Præfidentis Sacri Confilij, & Sancti Angeli Marchionis: quo etiam tempore idem
17 acutiffimus Prorex conftituit Prolocumtenentem in Regia Camera Summariæ Regentem

gentem

gentem D. Petrum de Castellet, durante impedimento Locumtenentis illius temporis Suarez, absentati ordine Proregis prædicti, sed an absentatio illa fieri poterat, videas late per *D. Regentem Tapiam in decis. supremi Consilij, decis.* 2. & supra in *vers.* 2. *obseruat.* 2. *nu.* 19. fuit aliquid dictum.

Et tandem in anno 1623. 20. Februarij Iustissimus Dominus Aluæ Dux Regni Prorex, de quo supra fuit mentio facta ad regen-
18 dum officium Præsidentis transmisit nunquam satis laudatum Virum D. Ioannem Baptistam Valenzuela Valasquez Regentem Regiam Cancellariam, & per prius Consiliarium dignissimum in eodem Sacro Consilio, vt fuit notatum supra in *versic.* 3. *obseruat.* 3. *sub num.* 121. *pag.* 120. *col.* 1. *in fine*, qui maxima cum fœlicitate, & incomparabili admiratione officium illud rexit vsque ad 7. Iul j 1625. (quo tempore à Rege nostro ad Consilium supremum Italiæ fuit vocatus, & ex hac Ciuitate discessit cum memore omnium: sed ad maiora Deus optimus maximus vocat illum, sicuti ex eius illibata vita, ac religiositate ad gradus supremos, & altiores prouehendum se ostendit.)

In discessuq; prædicto ab eodem Domino Prorege Alua fuit creatus Propræsidens D.
19 Didacus Lopez Suarez, qui tunc temporis in Collaterali Consilio reperiebatur Proregens, & Sacr. Conf. subdecanus erat, (stante impedimento D. Fœlicis de Ianuario Decani) rexitq; insimul officia Proregentis, & Propræsidentis cum celeri expeditione, ac sagacitate Tacitiq; dictum, quod *Magistratus virum ostendit*, verificauit; licet per prius plura expleuerat officia, nam in iuuentute sua Auditor in Foggia, & in Regia Audientia Calabriæ extitit; fuitq; Romæ pro iurisdictione, & inde Generalis Commissarius Campaneæ constitutus, illaque Bannitis purgata, Generalis Auditoris exercitus officium exercuit, & inde Regius Consiliarius creatus, Capuam etiam rexit, Proregentis, & Propræsidentis, expletis officijs Regens ascitus fuit de mense Aprelis 1626. & caput in officio reuisionis computorum istius fidelissimæ Ciuitatis est, vt alias notauimus supra in *vers.* 3. *obseru.* 3. *pag.* 155. *col.* 1. post quæ euenit, vt iam dictus Dñus
20 Fœlix de Ianuario Decanus Sacri Consilij ex Serenissimi Regis ordine nedum reintegratus fuerit, sed titulo Marchionis Sancti Maximi decoratus, & à D. Prorege Alua fuit Propræsidens constitutus, & officium Propræsidentis accuratè vti Decanus quasi per mensem exercuit vsque ad aduentum D. Petri Iordani Vrsini Præsidentis in capite, vt supra in *versic.* 3. *obseruat.* 3. *num.* 119. *& sequent.* fuit suo loco notarum. Et sic vides, differenter à DD. Proregibus prouisiones secundum tempora, & personarum qualitates fuisse constitutas, & de vno ad aliud Tribunal transmissos viros doctos, & aptos. Quo casu nota, hos Dominos dupplicatas prouisiones quoad saccharum, salem, & chartam debere habere, vt notat *Dominus Freccia in lib.* 1. *de subfeud. in titulo quis dicatur Comes, num.* 52. *fol.* 115. & quo ad alia se remittit ad *Rebuff. in l. iubemus, C. de proxim. sacror. scrinior.* & vide supra *versic.* 3 *obseruat.* 3. *num.* 146. *in fine*. licet *Regens de Ponte in tractatu de potestate Proregis, sub titulo de abundantia Ciuitatis*, §. 6. *num.* 10. *& sequent. pag. mihi* 76. pro dupplicato labore aliquam recognitionem Ministris debere fieri conetur probare, & præsertim in Grafferio, in Decano Propræsidente Sacri Consilij. & in Præsidentibus Regiæ Cameræ exercentibus per Hebdomadas absente eius Locumtenente aut mortuo, duas enim tunc temporis repræsentant personas, & actimonias laborum dupliciter sentiunt, §. *illud, in auth. vt Iudices sine quoquo suffragio*. subdens sub *num.* 15. tempore Præsidatus Domini Don Francisci de Castro prudentis, & circumspecti, vt alias fuit notatum, taxationem certi salarij omnibus supradictis Ministris inspecta eorum qualitate, & laboribus fore dandam fuisse prouisum, sed inde per successorem in gubernio prouisionem hanc de facto fuisse reuocatam, vllo verbo facto in Collaterali Concilio, vbi fieri debebat, vt ibidem *num.* 17. & successorem non declarat, sed fuit Beneuente Comes magnus Gubernator, & quidem reuocatio Iure merito processit, nam ex dispositione *l.* 1. *C. de praebendo salario. lib.* 10. expresse disponitur, à Rege salarium fore constituendum, & non ab alio, his verbis, *Nulli salarium tribuatur ex Iuribus Republicæ, nisi ei, qui sibentibus nobis specialiter fuerit consecutus*. Sed si quis missionem ab officio impetrauerit, vel ad maiorem dignitatem peruenerit, minoris dignitatis priuilegia non amittit, *l.* 3. *C. de dignitatibus*, *l.* 1. *C. de primicer. & secundicer. lib.* 12. *l.* 3. *in princip. C. de silentiar. & Decurion. & l.* 4. §. *final. & l.* 8. *C. de proxim. sacror. scrinior. lib.* 12. *& l.* 6. *C. de Princip. agentium in rebus*. & hæc quo ad DD. Regentes in lege illa descriptos.

Quo

Quo vero ad Patres in hac tempestate meritissime regentes, qui Principes Iudices dicuntur, vt fundatum est supra *versic. 7. obseruat. 3. num. 112.*

Quorum & Regni caput, mirificè imperat Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Don Emanuel de Fonseca, & Zunica Comes de Monterey, & Fuentes, Prorex dignissimus.

21 Decanus est Dominus Carolus de Tapia ex clara familia Hispanica, qui post multa expleta officia pro nostri Regis seruitio, ac etiam post multa per eum composita vtilissima opera in eius iuuentute pro publica vtilitate, ex officio Consiliarij Sacri Regij Consilij Capuanæ accuratè recti, ad Regentatus officium supremi Hispaniæ Concilij euectus, à Rege nostro titulo Marchionatus Terræ Belmontis, & Comitatus Valli decoratus, in Regnum est reuersus. (sic enim de Iure vt isti Domini post palmam laboris emeriti Principatus honore remunerentur, *l. 1. C. de Principibus agentium in rebus, lib. 12.*) eiusque munera tanta cum animi, & corporis compositione placide rexit, & regit, vt diu noctuq; omnibus ius redere intendit; quinimo nec labores, & intollerabiles vigiliæ in suis officijs requisitæ cum deuiant ex publica vtilitate, & disciplina, sed magis ardore charitatis exarsit, & ne dum ius Regni, & decisiones tam supremi Italiæ Concilij, quam Sacri Regij Concilij Capuanæ, in lucem edidit: vltra alia opera per eum enunciata in dedicatoria decisionum supremi Italiæ Concilij; sed alia Deo dante speramus, & præsertim nobile partum super tribus libris Codicis propediem oriundum.

22 Secundus Regens est Dominus Don Ioannes Enriquez Marchio Campi lepidissimus, de quo supra retulimus in *versic. 3. obseruat. 3. num. 239. & 318.* vbi videas.

Tertius est Dominus Didacus Lopez Suarez, de quo supra hic *num. 19.* & alibi. memoratur.

23 Quartos, & tandem omnium optatu superuenit Regens Dominus Scipio Rouitus, integerrimus ac intrepidus vir iste in omnibus functionibus rarus, siquidem ex Aduocati officio primarius ad Consiliariatus munus fuit ascitus, & inde ad officium Præsidentatus Regiæ Cameræ, & quasi in omnibus grauissimis delegationibus sua tempestate obuentis electus, iam mundo innotescunt eius valor, & dexteritas: & ex suis Commẽtarijs super nostris Regijs Pragmaticis, ac ex primo, & secundo voluminẽ suorum Consiliorum præ manibus in Tribunalibus, & ab omnibus habitis, eius accurata doctrina patet, & alia quoq; speramus de eo in plurimis locis occurrentibus fuit mentio facta, sed præsertim videas supra *pag. 46. num. 22. & pag. 387. num. 43.*

Quo verò ad DD. Regentes in supremo Concilio Hispanico, idest Regentem Valenzuela Velasquez, de quo diximus supra
24 hic *num. 18.* & Scipionem Brandolinum virum integerrimum, qui filium suum Ioseph iuuenem eximium Consiliarium creari obtinuit, sed in regressu ipsius in Italiam vitam cum morte commutauit in itinere, & inde idem suus filius Ioseph ex hac luce decessit. In locum vero eiusdem Regentis Brandolini fuit ad Regentatus officium assumptus Dominus Ferdinandus Brancia Patricius ex Capuana ecntucia, vir doctissimus, & omnium virtutum numero ornatissimus, vt in Aduocationis primatio munere, & in Consiliariatus officio, & in alijs grauissimis negotijs, ac delegationibus ostendit; discessit enim ex hac Ciuitate Hispaniam versus de mense Iunij 1628. Sed
25 nota, quod isti Regentes in supremo Italiæ Consilio de corpore huius Senatus non sunt, nam illud officium apud Regem est pro negotijs huius Regni, vt supra in *vers. 7. obseruat. 3. num. 8.* diximus, estque pe-
26 nitus diuersum, & separatum ab officio Regentis hanc Regiam Cancellariã apud Dominum Proregem; vt per *doctissimum Freccia in lib. 2. de subfeud. in titulo quis dicatur Dux, in alleg. pro DD. Regentibus illius tempestatis, contra Regentem Albertinum, num. 52. & 53. fol. 133.* quibus in locis habes *num. 62.* dignitatem illam vnquam pro maiori fuisse habitam, nisi sic, vt si illi
27 Regentes ad sedendum penès Illustrissimum Proregem pro exercendo officio Regentis Collateralis Consilij in hoc Regnũ venirent, suo sedẽt loco, & alios Regentes hic existentes, & ante ipsos creatos non præcedunt: secus autem esset quando Collaterale Consilium, vti Regentes supremi Consilij ingrederentur, quia tunc præcederent, vt fuit seruatum tempore aduentus Imperatoris Caroli Quinti ad hoc Regnum, vt per eundem *Frecciam ibidem sub num. 62. vers. decisio autem.*

Hæc sunt, quæ ex hac lege nostra obseruare, & adnotare valui; cętera autem sub præspicaciori ingenio legentium supplenda, & benigne adenda remaneant.

Et cum laude DEI, ac Beatiſsimæ Virginis MARIÆ Protectricis noſtræ, Opus hoc finiendum venit in eius Natiuitatis Vigilia, quod iam in 21. Nouembris 1626. eius ſacratiſsimæ Præſentationis die cęptum extitit, vt in principio eſt notatum, & merito ſub eius præſidio, & protectione permaneat, ſicuti & nos omnes ſemper permanere ſuppliciter exoramus. Amen.

FINIS.

